image
not
available

G I 44 1

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

QVAESTIONES QVODLIBETALES Duodecim.

NVNC AB INFINITIS MENDIS VINDICATAE,

ET SVO CANDORI RESTITVTAE.

Quarum materias, & articulos Index in fine earum oſtendit.

QVAE ETIAM IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR, & in ſtudioſorum gratiam ſunt repoſita, ſequens CATALOGVS indicat.



AVGVSTAE TAVRINORVM:
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ: 1582.

Permiſſu, quorum intereſt.

CATALOGVS EORVM, QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Quæſtiones quodlibetales duodecim D.Thomę Aquinatis.
Opuſcula omnia Thomæ Caietani Cardi. Tit. S. Xiſti.
Tractatus de præſcientia, & prædeſtinatione D.Tho.Aquina.
De infinitate Dei vnica Quæſtio. Tho. Caieta.
De potentia neutra Quæſtio 11.
Tractatus de nominum analogia.
Axiomata de ſacramentis Eccleſiæ Chriſti Auguſtini Hunnæi.
Catechiſmus catholicus eiuſdem Auguſtini Hunnæi.

DIVI THOMAE AQVINATIS
DOCTORIS ANGELICI QVAESTIONES
QVODLIBETALES.

QVAESTIO I.

ARTICVLVS I.

Vtrùm Beatus Benedictus diuinam eſſentiam viderit.

QVAESITVM eſt de Deo, Angelo, & homine. De Deo quæſitum eſt & quantum ad diuinam naturam, & quantum ad naturam humanam aſſumptam. Quantùm ad diuinam naturam quæſitum eſt, Verùm Beatus Benedictus in viſione, qua vidit totum mundum, diuinam eſſentiam viderit. Et oſtendebat quòd ſic. Dicit enim Grego. 4. Dialogorum, de hac viſione loquens, Animæ videnti Deum, anguſta ſit omnis creatura. Sed videre Deum eſt videre diuinam eſſentiam: ergo beatus Benedictus vidit diuinam eſſentiam.
12. q. 180. ar. 5. ad 3.

¶ Præterea. Ibidem ſubdit Grego. quod totum mundum vidit in diuino lumine. Sed non eſt aliud lumen, vel claritas Dei quàm ipſe Deus: vt idem Grego. dicit, & habetur in Glo. Exo. 33. ſuper illud. Non videbit me homo & viuet. ergo beatus Benedictus vidit Deum per eſſentiam.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam, vbi dicit Gloſ. quòd nullus in mortali carne viuens, Dei eſſentiam videre poteſt.

¶ Reſpon. dicendum, corpus corruptibile aggrauat animam vt dicitur Sap. 9. Summa autẽ eleuatio mentis humanæ eſt ut ad diuinam eſſentiam videndam pertingat. vnde impoſſibile eſt vt mens humana corpori vnita, Dei eſſentiam videat: vt Aug. dicit 12. ſuper Gene. ad literam: niſi huic vitæ mortali funditus homo intereat: vel ſic alienetur à ſenſibus, vt neſciat vtrùm ſit in corpore, an extra corpus: ſicut de Paulo legitur 2. ad Cor. 12. Beatus autem Benedictus quando illam viſionem vidit nec huic vitæ funditus mortuus erat: nec à corporeis ſenſibus alienatus, quod patet per hoc quòd dum adhuc in eadem viſione perſiſteret, alium ad idem videndum aduocauit: vt idem Grego. refert. vnde manifeſtum eſt, quòd Dei eſſentiam non vidit.
1. p. q. 12. ar. 4. ad 3. artic. ad 5. 22. q. 75. art. 3. & 4. & ver q. 13. art. 2. & 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Grego. ex quadam proportione argumentari intendit in verbis illis. Si enim videntes Dei eſſentiam in eius comparatione totam creaturam reputant paruum quid ad videndum, non eſt mirum ſi beatus Benedictus per lumen diuinum aliud amplius videre potuit, quàm homines communiter videant.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd lumen Dei quandoque dicitur ipſe Deus: quandoque vero aliud lumen deriuatum ab ipſo ſecundum illud Pſalmiſtæ. In lumine tuo videbimus lumen: hic autem accipitur pro lumine deriuato à Deo.
Pſalm. 35.

QVAESTIO II.

DEINDE quærebantur duo, circa humanam naturam in Chriſto.

¶ Primò, vtrùm fuerit in Chriſto vna filiatio qua refertur ad patrem & ad matrem, an duæ.

¶ Secundò de morte eius, vtrùm in cruce mortuus fuerit.

ARTICVLVS II.

Vtrùm in Chriſto fuerit vna filiatio, vel duæ.

CIrca primum ſic procedebatur. Videtur quòd in Chriſto ſint duæ filiationes. Multiplicata enim cauſa relationum, multiplicantur relationes. Generatio autem eſt cauſa filiationis. Cùm ergo alia ſit generatio qua Chriſtus natus eſt æternaliter à patre. Et alia qua natus eſt temporaliter à matre, erit etiã alia filiatio qua refertur ad patrem, & alia qua refertur ad matrem.
ar. 18. o. & 3. p. q. 35. art. 5. & 5. d. 8. ar. 5. o. opus 3. c. 18.

¶ Præterea, quòd recipit ex tempore aliquid abſolutum abſque ſui mutatione. multò magis abſque ſui mutatione poteſt recipere temporaliter aliquam proprietatem relatiuam, ſed filiatio Dei ex tẽpe recipit aliquid abſolutũ abſque ſui mutatione, quia ſuper illud Lucæ 1. Magnus erit, & filius altiſſimi vocabitur. dicit Ambr. Non ideò erit magnus, quòd ante partum virginis magnus non fuerit, ſed quia potentiam quam Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tẽpore accepturus, ergo multò magis ex tempore potuit accipere filius Dei abſq; ſui mutatione nouam filiationem, vt ſic ei conueniant duæ filiationes, vna æterna, & alia temporalis.
Lucæ. Ambro.

¶ Sed contra. A quo aliquid habet quòd ſit tale, ab eius vnitate habet, quòd ſit vnum tale, ſed filiatione aliquis habet quòd ſit filius, ergo vna filiatione eſt vnus filius, ſed Chriſtus eſt vnus filius & non duo, ergo in Chriſto non ſunt duæ filiationes, ſed vna tantùm.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd relationes differunt in hoc ab omnibus alijs rerum generibus: quia ea quæ ſunt aliorum generum, ex ipſa ratione ſui generis habent quod ſint res naturæ: ſicut quantitates ex ratione quantitatis: & qualitates, ex ratione qualitatis. Sed relationes nõ habent quod ſint res naturæ ex ratione reſpectus ad alterum: Inueniuntur enim quidam reſpectus qui non ſunt reales: ſed rationales tantum: ſicut ſcibile refertur ad ſcientiam, non aliqua reali relatione in ſcibili exiſtente: ſed potiùs quia ſcientia refertur ad ipſum ſecũdùm philoſophum in 5. Metaph. (T. c. 20.) Sed relatio habet quod ſit res naturæ ex ſua cã per quam vna res naturalem ordinem habet ad alterã: qui quidem ordo naturalis & realis eſt ipſis ipſa relatio: vnde dextrum & ſiniſtrum in animali, ſunt re-
Relatio quó differt ab alijs generibus. 1. p. q. 28. ar. 1. 2. duplex relatio. ſ. realis & rationis. 1. p. q. 6. ar. 2. ad 1. 1. p. q. 13. ar. 6. c.

Vnitas cauſæ facit vnam relationē realem

lationes reales: quia conſequitur quandam naturalem vnitatem. In columna autē ſunt reſpectus rationis tantùm ſecundum ordinem animalis ad ipſam: ex eodem autem habet aliquid quòd ſit ens & quòd ſit vnū: & ideo contingit quòd eſt vna relatio realis tantùm propter vnitatem cauſæ: ſicut patet de æqualitate: propter vnam enim quantitatem eſt in vno corpore vna æqualitas tantum: quamuis ſint reſpectus plures ſecūdum quos diuerſis corporibus dicitur eſſe æquale. Si autem ſecundum omnes illos reſpectus multiplicarentur realiter relationes in vno corpore ſequeretur quòd in vno eſſent accidentia infinita vel indeterminata. & ſimiliter magiſter eſt vna relatione magiſter omnium quos idē docet quamuis ſint multi reſpectus: ſic etiam vnus homo ſecundum vnam realem filiationem, eſt filius patris ſui & matris ſuæ: quia vna natiuitate vnam naturam ab vtroq; accepit. Sequendo ergo hanc rationem, videtur dicendum quòd alia ſit filiatio realis in Chriſto: qua refertur ad patrem: & alia qua refertur ad matrē: quia alia generatione naſcitur ab vtroq; : & alia eſt natura, quam habet à patre: & alia quam habet à matre.

Reprobatio.

Sed alia ratio infringit pactum: hoc enim eſt vniuerſaliter tenendum, quòd nulla relatio Dei ad creaturā realiter in Deo exiſtit: ſed eſt reſpectus rationis tantùm, quia Deus eſt ſupra omnem ordinē creaturæ & menſura omnis creaturæ à qua dependet omnis creatura, & non èconuerſo, multò magis quàm hæc conueniat ſcibili reſpectu ſcientiæ, in quo propter has cauſas, nō eſt relatio realis ad ſcientiam.

1.p.q.6 ar. 2.ad 1 q.13 ar.7.c.

Eſt autem conſiderandum, quòd ſubiectum filiationis non eſt natura vel naturæ pars aliqua. Non enim dicimus, quòd humanitas ſit filia vel caput aut oculus. In Chriſto autem non ponimus niſi vnum ſuppoſitum & vnam hypoſtaſim ſicut & vnam perſonam, quod eſt ſuppoſitum æternum, in quo nulla relatio realis ad creaturam eſſe poteſt, vt iam dictum eſt: vnde relinquitur quòd filiatio, qua Chriſtus refertur ad matrem, eſt reſpectus rationis tantùm. nec propter hoc ſequitur, quòd non ſit realiter filius virginis, ſicut.n. Deus eſt realiter dominus propter realē potentiam quā continet creaturam, ſic realiter eſt filius virginis propter realem naturam, quam accepit à matre.

3.p.q.16, ar.1.3.4.5.6.c.

Si autem eſſent in Chriſto plura ſuppoſita, oporteret ponere in Chriſto duas filiationes, ſed hoc reputo erroneum: & in concilijs inuenitur damnatum. vnde dico quòd in Chriſto eſt vna relatio realis tantùm qua refertur ad patrem.

3.p.q.13.ar 7.ad 5.

3 p.q.2.ar. 2.& 3 & q. 4.ar 3.c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non negamus non eſſe in Chriſto realem filiationem, qua refertur ad matrem: quia cauſa relationis deficiat: ſed quia deficit ſubiectum talis relationis: cùm non ſit in Chriſto aliquod ſuppoſitum creatum, vel hypoſtaſis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eò modo quò ille homo accepit ex tempore Dei potentiam, eo modo accepit filiationem æternam, inquantùm ſcilicet factum eſt vt vna eſſet perſona Dei & hominis: vt Ambro. ibidem ſubdit.

Ambro.

Hoc autem non eſt factum per aliquid realiter abſolutum vel relatiuum temporaliter inhærens filio Dei: ſed per ſolam vnionem quæ realiter exiſtit in natura creata: non autem eſt realiter in ipſa perſona aſſumente.

3.q.2.ar.7, ad 3.

¶ Quod verò in contrarium obijcitur neceſſitatem non habet. Dicitur enim aliquando vnus qualis, propter vnitatem ſubſtantialem ſubiecti: licèt ſint multæ qualitates: vt color & ſapor in pomo.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Chriſtus in cruce mortuus fuerit.

3.p.q.48. ar.4.c.& opus 6.c.ap 15.& 16.

CIrca ſecundum ſic procedebatur: Videtur quòd Chriſtus in cruce mortuus non fuerit. Si enim fuerit mortuus, aut hoc fuit quia ipſe animam à corpore ſeparauit, aut propter vulnera. Sed non primo modo. Sic enim ſequeretur, quòd Iudæi Chriſtum nō occidiſſent: ſed ipſe ſuipſius fuiſſet homicida, quod eſt inconueniens. Et ſimiliter nec ſecundo modo: quia mors quæ accidit propter vulnera, prouenit homini ex ſumma debilitate præueniente, quod in Chriſto non fuit: quia clamans expirauit: ergo Chriſtus in cruce nullo modo mortuus fuit.

¶ Præterea. Natura humana non fuit in Chriſto debilior, quàm in alijs hominibus. Sed nullus alius homo tam citò moreretur propter vulnera manuum & pedum. Vulnus autem lateris fuit ei inflictum poſt mortem Chriſti: ergo in cruce mortuus non fuit: cùm nulla cauſa mortis eius eſſe videatur.

¶ Sed contra eſt quod dicitur Ioan.19. quòd Chriſtus in cruce pendens, inclinato capite tradidit ſpiritum, mors autem eſt per ſeparationem animæ à corpore: ergo Chriſtus in cruce mortuus fuit.

arti. 42. ad ſecundū 3. diſt. 21.q.1. ar.3. opus. 30.art.16.

¶ Reſpon. dicendum, quòd abſq; omni dubio confitendum eſt Chriſtum in cruce verè mortuum fuiſſe. Sed ad videndum cauſam mortis eius, cōſiderandum eſt quòd cùm Chriſtus fuerit verus Deus & homo, eius poteſtati ſuberat quicquid pertinet ad humanam naturam in Chriſto: quod in alijs puris hominibus, non contingit. Voluntati enim eorum non ſubiacent quæ naturalia ſunt. Vnde hæc cauſa aſſignatur quare anima Chriſti ſimul patiebatur & fruebatur, quia ſcilicet eo volente hoc factum eſt, vt non fieret redundantia à ſuperioribus viribus in inferiores, nec impedirentur ſuperiores virtutes à ſuo actu propter paſſionem inferiorum: quod in alijs hominibus contingere non poteſt, propter naturalem coniunctionem potentiarum adinuicem.

art.245. & 3.p.q. 14. art.1.ad ſecundū. q. 15. arti.5. ad tertiū ar.6. & ar. 9.ad ter. & veri. q.26. art.10.c.

Et ſimiliter in propoſito eſt dicendum. Mors enim violenta accidit ex hoc quòd nocumento illato natura cedit: & quandiu natura reſiſtere poteſt, tandiu mors retardatur. Vnde in quibus natura eſt fortior: ex æquali cauſa tardiùs moriuntur. Erat autem ſubiectum voluntati Chriſti, quòd natura reſiſteret nocumento illato & quandoque cederet. Vnde eo volente natura reſiſtit nociuo illato vſque ad finem plùs quàm in alijs hominibus poſſit: ita quòd in finem poſt multam ſanguinis effuſionem quaſi integer viribus clamauit voce magna: & ſtatim eo volente natura ceſſit, & tradidit ſpiritum: vt ſe dominum naturæ & vitæ & mortis oſtenderet: vnde hoc admirans Centurio, dixit. Verè hic homo filius Dei erat. Sic ergo & Iudæi Chriſtum occiderunt nocumentum mortiferum inferentes: & tamen ipſe animam ſuam poſuit & tradidit ſpiritum: quia quando voluit natura nocumento illato totaliter ceſſit.

3.p.q.46. art.ad 2.

Nec tamen culpandus eſt, quaſi ſui homicida, eſt enim corpus propter animam: & non èconuerſo. Vnde iniuria fit animæ, cùm propter nocumentum corpori illatum de corpore expellitur contra naturalem appetitum animæ: ſed fortè non propter deprauatam voluntatem ſe interficientis: ſed ſi anima in ſui poteſtate haberet recedere à corpore quando vellet, & iterum aduenire, non maioris eſſet culpæ, ſi corpus deſereret, quàm quòd habitator deſeruerit domum culpæ, tamen eſt quòd inde expellatur inuitus.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO III.

DEinde quærebantur duo de angelo.

¶ Primò, vtrùm angelus dependeat à loco corporali ſecundum ſuam eſſentiam: an ſit in loco ſecundum operationem tantùm.

¶ Secundò de motu angeli: vtrùm poſſit moueri de extremo in extremum ſine medio.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm angelus ſit in loco ſecundum operationem tantum.

1. p. q. 52 ar. 1. & 2. & 3. c.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd angelus non ſit in loco ſecundum operationem tantùm: Prius eſt enim eſſe quàm operari: ergo prius eſt eſſe in loco, quàm operari in loco: ſed poſterius non eſt cauſa prioris: ergo operari in loco non eſt cauſa quare angelus ſit in loco.

¶ Præterea, duo angeli poſſunt operari in vno loco: ſi ergo angelus eſſet in loco ſolùm per operationem: ſequeretur quòd plures angeli eſſent ſimiliter in vno loco: quod reputatur impoſſibile.

¶ Sed contra, Nobilius non dependet ab ignobiliori, ſed eſſentia angeli eſt nobilior quàm locus corporeus: ergo non dependet à loco corporeo.

art. 12. 4. c. ſi. & 4. — art. 14. & c. ſi. 4. di. 10. ar. 1. 5. ar. 2. q. 3. ad ſecundum. 1. p. q. 8. ar. 2. 1. 2. q. 53. ar. 1. 1. p. q. 8. ar. 3 1. 2. q. 53. art. 1.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ qualiter angelus ſit in loco corporeo, conſiderari poteſt ex modo quo corpus eſt in loco. Eſt enim corpus in loco per contactum loci. Contactus autem corporis eſt per quantitatem dimenſiuam: quæ in angelo non inuenitur cum ſit incorporeus: ſed loco eius eſt in eo quantitas virtualis. Sic ut ergo corpus eſt in loco per contactum dimenſiuæ quantitatis: ita angelus eſt in loco per contactum virtutis. Si quis autem velit virtutis contactum operationem vocare, propter hoc quòd operari eſt proprius effectus virtutis, dicatur quòd angelus eſt in loco per operationem: ita tamen quòd per operationem non intelligatur ſola motio, ſed quæcunque vnitio qua ſua virtute ſe corpori vnit, præſidendo, vel continendo, vel quocunque alio modo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd nihil prohibet aliquid eſſe prius ſimpliciter, quod non eſt prius quantum ad hoc: ſicut corpus ſubiectum eſt ſimpliciter prius ſuperficie: ſed non quantum ad hoc quod eſt colorari: & ſimiliter prius ſimpliciter eſt corpus quàm tactus: tamen ipſum eſt in loco per tactum dimenſiuæ quantitatis: & ſimiliter angelus per contactum virtutis.

1. p. q. 52 art. 3. 9.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſi aliquid mouetur perfectè ab vno motore, non conuenit ꝙ ab alio ſimul immediatè moueatur: vnde ratio magis valet ad oppoſitum eius, quàm ad propoſitum.

ARTICVLVS V.

Vtrùm angelus poſſit moueri de extremo in extremum ſine medio.

1. p. q. 53. art. 2. c.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ angelus nō poſſit moueri de extremo ad extremum, quin pertranſeat medium. Omne enim quod mouetur; prius eſt in mutari, quàm in mutatum eſſe: ut probatur in 6. Phyſicorum. (T. c. 8.) Sed ſi angelus mouetur de extremo in extremum puta de. a. in b. cùm eſt in b. eſt in mutatum eſſe: ergo priùs erat in mutari. Sed non quando erat in a. quia tunc nondum mouebatur: ergo quando erit in c. quod eſt medium inter a. & b. & ſic oportet quòd pertranſeat medium.

¶ Præt. ſi angelus mouetur de. a. in b. ſine hoc ꝙ pertranſeat medium, oportet quòd corrumpatur in a. & terminetur in b. Sed hoc eſt impoſſibile: quia ſic non eſſet idem angelus: ergo oportet quòd pertranſeat medium.

¶ Sed contra, omne quod pertranſit medium, oportet quod prius pertranſeat æquale ſibi: aut minus quàm maius: vt dicit in 6. Phyſi. (T. c. 89.) & ad ſenſum apparet: ſed non poteſt eſſe minus ſpacium quā angelus, qui eſt indiuiſibilis: ergo oportet ꝙ pertranſeat æquale: quod eſt locus indiuiſibilis, & punctalis. Infinita autem puncta ſunt inter quoſlibet duos terminos motus. Si ergo neceſſe eſſet, quòd angelus in ſuo motu pertranſiret medium, oportet quòd pertranſiret infinita, quod eſt impoſſibile.

1. p. q. 53. a. c. 2.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ angelus ſi vult poteſt moueri de vno extremo ad aliud, abſque hoc ꝙ pertranſeat medium, & ſi vult poteſt pertranſire omnia media. Cuius ratio eſt, quia corpus eſt in loco, ſicut contentum ab eo. Et ideo oportet ꝙ in mouendo ſequatur loci conditionem, vt ſcilicet pertranſeat media priuſquā ad extrema loci perueniat: ſed cum angelus ſit in loco per contactum virtutis, non ſubditur loco, vt contentus ab eo: ſed magis continet locum ſua virtute ſupereminens in loco: vnde non habet neceſſe, vt ſequatur in ſuo motu conditiones loci, ſed voluntati ſuæ ſubeſt, quòd applicet ſe per contactum virtutis huic loco, & illi: & ſi vult abſq; medio, ſicut etiam intellectus pōt applicari intelligendo vni extremo, puta albo: & poſteà nigro indifferenter vel cogitando vel non cogitando de mediis coloribus, quamuis corpus ſubiectum colori non poſſit moueri de albo in nigrū, niſi per medium.

ar. 4. c. 1 p. q. 53. art. 1 & q. 53 art. 1. 1. p q 113. ar. 6. ad 3. — ar. arg prin cip.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ verbum Philoſophi & eius probatio locum habet in motu continuo. Sed motus angeli non oportet quòd ſit continuus, ſed ipſa ſucceſſio applicationum prædictarum motus eius dicitur: ſicut & ſucceſſio cogitationum vel affectionum dicitur motus ſpiritualis creaturæ, ſecundum Aug 8. ſuper Geneſ. ad literam.

ar. 26. c. & ar. 27. c. & 1 p. q. 2 art. 10. 2 da

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ hoc non accidit per corruptionem angeli, aut nouam creationem: ſed quia eius virtus ſupereminet loco.

ar. 4. & 5. c. & ar. 4

¶ Ad illud verò quod in contrarium obiicitur, dicendum, quòd angelus non eſt in loco per commenſurationem: ſed per applicationem ſuæ virtutis ad locum: quæ quidem poteſt eſſe indifferenter & ad locum diuiſibilem & indiuiſibilem. Vnde poteſt continuè moueri, ſicut aliquid in loco diuiſibili exiſtens continuè intercipiendo ſpacium: ſecundum verò ꝙ in loco indiuiſibili eſt, non poteſt eius motus eſſe continuus, nec pertranſire omnia media.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quærebatur de homine.

¶ Et primò quantùm ad bonum naturæ.

¶ Secundò, quantùm ad bonum gratiæ.

¶ Tertiò, quantùm ad bonum gloriæ.

¶ Circa primum quærebantur tria.

¶ Primò, de vnione animæ ad corpus, vtrùm ſ. anima adueniente corpori corrumpantur omnes formæ quæ priùs inerant & ſubſtantiales & accidentales.

¶ Secundò, de poteſtate liberi arbitrij, vtrùm ſ. homo abſque gratia poſſit ſe ad gratiam præparare.

Tertiò, de dilectione naturali, vtrùm ſcilicet homo in ſtatu innocentiæ dilexerit Deum plusquàm omnia & ſupra ſeipſum.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm per aduentum animæ excludantur omnes formæ, quæ prius inerant.

1. p. q. 66. art. 3 4. & 6. ad 1. q. 118. ar. 2.

AD primum ſic procedebatur. Videt̃ ꝙ per aduentum animæ non excludantur omnes formæ quæ prius inerant: Dicitur enim Gene. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Fruſtrà autem formaſſet corpus, ſi inſpirando animam formam, quam formando indiderat, excluderetur. Non ergo adueniente anima tolluntur omnes formæ præcedentes.

¶Præterea, Neceſſe eſt ꝙ anima ſit in corpore formato & diſpoſito multis diſpoſitionibus. Si ergo adueniens anima omnes præcedentes formas & diſpoſitiones amouet, ſequitur ꝙ in inſtanti anima totum corpus formet quod videtur eſſe ſolius Dei.

¶Præt. Anima non eſt niſi in corpore mixto. Sed mixtio elementorum non fit ſolùm ſecundum materiam, ſed etiam ſecundum formas: alioquin eſſet corruptio. ergo anima non excludit omnes formas in materia inuentas.

¶Præt. Anima eſt perfectio. Perfectionis autem non eſt corrumpere, ſed perficere. Non ergo adueniens corpori corrumpit formas præexiſtentes.

art. 316. c.

¶ Sed contra. Omnis forma adueniens exiſtenti in actu, eſt forma accidentalis. Forma enim ſubſtantialis facit eſſe actu ſimpliciter. Sed ſi anima adueniens nõ deſtrueret præexiſtentes formas, ſed ei ſuperadderetur, ſequeretur ꝙ adueniret exiſtenti in actu: quia quęlibet forma cum ſit actus, facit eſſe in actu: ergo anima adueniens excludit formas præexiſtentes.

art. 134. & 1. p. q. 76. 4. a.

Philoſophus.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ impoſsibile eſt in vno & eodem eſſe plures formas ſubſtantiales: & hoc ideo quia ab eodem habet res eſſe & vnitatem. Manifeſtum eſt autem ꝙ res habet eſſe per formam. Vnde & per formam res habet vnitatem. & propter hoc vbicunque eſt multitudo formarum, non eſt vnum ſimpliciter: ſicut homo albus non eſt vnum ſimpliciter, nec animal bipes eſſet vnum ſimpliciter, ſi ab alio eſſet animal: & alio bipes, & Philoſophus dicit. Sed ſciendum eſt, quòd formæ ſubſtantiales ſe habent ad inuicem, ſicut numeri: vt dicitur in 8. Metaph. (T. c. 10.) vel etiam ſicut figuræ ut de partibus animæ. dicit Philoſophus in 2. de anima. (T. c. 31.) Semper. n. maior numerus vel figura, virtute continet in ſe minorem, ſicut quinatius quaternarium, & pentagonus tetragonum. Et ſimiliter perfectior forma virtute continet in ſe imperfectiorem, vt maximè in animalibus patet. Anima enim intellectiua habet virtutem ut conferat corpori humano, quicquid confert ſenſitiua in brutis: & ſimiliter ſenſitiua facit in animalibus, quicquid nutritiua in plãtis, & adhuc amplius: fruſtrà ergo eſſet in homine alia anima ſenſitiua præter intellectiuã. ex quo anima intellectiua virtute continet ſenſitiuam & adhuc amplius. ſicut fruſtrà adderetur quaternarius poſito quinatio. Et eadem ratio eſt de oĩb. formis ſubſtantialibus vſq; ad materiam primam: ita ꝙ non eſt in homine diuerſas formas ſubſtantiales inuenire: ſed ſolùm ſecundum rationem, ſicut conſideramus eum vt viuentem per animam nutritiuam. & ſic ſentientem per animam ſenſitiuam: & ſic de aliis. Manifeſtum eſt autem, ꝙ ſemper adueniente forma perfecta, tollitur forma imperfecta, ſicut etiam adueniente figura pentagoni, tollitur figura quadrati. vnde dico ꝙ adueniente anima humana, tollitur forma ſubſtantialis, quæ prius inerat, alioquin generatio eſſet ſine corruptione alterius, quod eſt impoſsibile. Formæ vero accidentales quæ priùs inerant diſponentes ad animam, corrumpuntur quidem non per ſe, ſed per accidens ad corruptionem ſubiecti: vnde manent eędem ſpecie, ſed non eędem numero: ſicut etiam contingit circa diſpoſitiones formarum elementarium, quæ primitus materiæ aduenire apparent.

3. p. q. 6. & art. 3. ad 2. 3. p. q. 9. ar. 3. ad 2 poſ. q. 3. ar. 9. ad 26. 1. Spiri tu. art. 1. ad 2.

¶Ad primum argu dicendum, ꝙ ſecundum Baſilium, ſpiraculum vitæ dicitur ibi gratia ſancti ſpiritus: & ſic obiectio ceſſat. Si autẽ ut Aug. dicit, ſpiraculum vitæ ſit ipſa anima: non oportebit dicere, ꝙ alia forma formatum ſit corpus hominis de limo terræ, quàm ipſo ſpiraculo vitæ diuinitus inſpirato: non enim illa formatio tempore præceſsit inſpirationem: niſi fortè velimus dicere illam formationem referri ad diſpoſitiones accidentales: puta figuram & alia huiuſmodi, quæ quodam rationis ordine præintelliguntur in corpore ante animam intellectiuam, ſicut materiales diſpoſitiones quibus tamen præintelligitur ipſa anima intellectiua: non inquantùm eſt intellectiua, ſed inquantùm continet in ſe virtutem aliquam de imperfectioribus formis.

Ad ſecũdũ anima corpori adueniens facit corpus eſſe formaliter tantùm.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd anima cùm aduenit corpori, non facit eſſe corpus effectiuè, ſed formaliter tantum. Effectiuè autem facit corpus eſſe illud quod dat corpori formam vt perficiens, vt diſponens autem illud quod præoperatur ad formam: paulatim autem, & ordine quodam inducendo materiam ad propinquiorem formam ante diſpoſitionem, quantò enim propinquior fuerit forma, aut diſpoſitio, tantò minor eſt reſiſtentia ad introductionem formæ & diſpoſitionis completæ. Faciliùs enim fit ignis ex aere, quàm ex aqua, quamuis vtraque forma immediatè adſit materiæ.

Auicẽna.

¶Ad tertium dicendum, quòd Auicen. poſuit formas elementorum actu remanere in mixto, quod non poteſt eſſe: quia formæ elementorum non poſſunt eſſe in vna parte materiæ ſimul. & ſic oportet ꝙ ſint in diuerſis materiæ partibus, quæ diſtinguuntur ſecundum dimenſiuę quantitatis diuiſionem: & ſic oportebit quòd vel plura corpora ſint ſimul. vel quòd non ſit mixtio vera totius ad totum: ſed mixtio ad ſenſum ſecundum minima iuxta ſe poſita. Auerroys autem in 3. li. de cœlo. (Co. 68.) dicit quòd formæ elemẽtorum ſunt mediæ inter formas accidentales & ſubſtantiales & quòd recipiunt magis & minus, & ſic formis elementorum remiſsis: & quodammodo ad medium redactis, quodammodo fit mixtio. Sed hoc eſt minus poſſibile quàm primũ: nam forma ſubſtantialis eſt terminus quidem eſſe ſpecifici: vnde in indiuiſibili eſt ratio formæ, ſicut ratio numeri & figuræ: nec eſt poſsibile vt intendatur vel remittatur. Sed omnis additio, vel ſubtractio facit aliam ſpeciem.

Auerroys

Solutio vera. 1. p. qu. 76. art. 4. ad quar tũ. p. q. 5. ar. 7 c. & o. p. 33. o. & anima ar. 9. ad 10.

¶Et ideo aliter dicẽdum ſecundum Philoſophum, in 1. de generatione: quòd formæ miſcibilium non manent in mixto actu: ſed virtute, prout, ſcilicet virtus formæ ſubſtantialis manet in qualitate elementari: licet remiſſa & quaſi ad mediũ redacta: qualitas enim elementaris agit in virtute formæ ſubſtantialis: alioquin actio quæ eſt per calorem ignis non terminaretur ad formam ſubſtantialem.

¶Ad quartum dicendum, quòd anima cum ſit forma, eſt quidem perfectio quædam particularis: non autem vniuerſalis: & ideo ea adueniente ſic aliquid perficitur vt tamen aliquid corrumpatur.

ARTICVLVS. VII.

Vtrùm homo abſque gratia per ſolam naturalem arbitrij libertatem poßit ſe ad gratiam præparare.

12. q. 109. art. 6 & 2. d. 5. q. 2. ar. 1. & di. 28. a. 4. & va 21. q. 24. ar. 15. o.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd homo abſque gratia per ſolam naturalem arbitrii libertatem poſsit ſe ad gratiam præparare: quia vt dicitur. Prouer. 16. hominis eſt præparare animum. Hoc autem dicitur eſſe alicuius, quod eſt in eius poteſtate conſtitutum: ergo in poteſtate hominis conſtitutum eſt, ꝙ poſsit ſe ad gratiam præparare. Non ergo indiget auxilio gratiæ.

Anſelmus

¶ Præterea. Anſel. dicit in lib. de caſu Diaboli, quòd non ideo aliquis caret gratia quia Deus non vult dare: ſed quia ipſe non vult accipere. Si ergo vellet accipere, poſſet accipere. Poteſt ergo ſi vult ſe ad gratiam præparare abſque exteriori auxilio.

Euaſio.

¶Sed dicebat ꝙ homo indiget in hoc auxilio gratiæ quantùm ad exteriùs mouens. Sed contra, Homo

poteſt

poteſt moueri ad conuerſionem non ſolùm ex bonis, ſed etiam ex peccatis : ſicut ſi aliquis videat aliquem enormiter peccantem & ex horrore peccati ad Deum conuertitur: ſed peccatum non eſt à Deo:ergo abſq; Dei operatione poteſt ſe homo ad gratiam præparare.

¶ Sed contra. Per hoc ad gratiam præparamur, ꝙ ad Deum conuertimur: ſed ad hoc indigemus auxilio diuinæ gratiæ. Dicitur enim Tren. 4. Conuerte nos domine ad te & conuertemur:ergo homo indiget auxilio gratiæ diuinæ, ad hoc quòd ſe ad gratiam præparet.

Tren.

¶ Præterea. Ad nihilum non poteſt homo ſe præparare, niſi cogitando:ſed ad hoc ipſum indiget homo auxilio gratiæ. Dicitur enim ſecundæ Corinthiorum. 3. Non ſufficiẽtes ſumus cogitare aliquid à nobis:quaſi ex nobis:ergo indigemus auxilio diuinæ gratiæ,ad hoc quòd nos ad gratiam præparemus.

Beatus Paulus

¶ Reſpon.dicendum ꝙ in hac quæſtione cauendus eſt error Pelagij, qui poſuit ꝙ per liberum arbitrium homo poterat adimplere legem,& vitam æternam mereri : nec indigebat auxilio diuino : niſi quantum ad hoc quòd ſciret quod facere deberet:ſecundum illud Pſal. Doce me facere voluntatem tuam. Sed quia hoc nimis parum videbatur ut ſolam ſciẽtiam haberemus à Deo: charitatem autem quà præcepta legis implentur, haberemus à nobis. ideo poſtmodùm Pelagiani poſuerunt ꝙ initium boni operis eſt homini ex ſeipſo:dum conſentit fidei per liberum arbitrium:ſed conſummatio eſt homini à Deo :præparatio autem ad initium boni operis pertinet. Vnde ad errorem Pelagianum pertinet dicere, quòd homo poſſit ſe ad gratiam præparare abſque auxilio diuinæ gratiæ: & eſt contra apoſtolum, qui dicit ad Phil. 1. Qui cœpit in nobis opus bonum,ipſe perficiet.

Error Pelagij de quo 12.q. 100.ar.10. ad 3.& ma. q.2.art.5. ad 7. veri. q. 16. ar.1. ad 12.veri. q. 2. ar.1. ad 12. Euaſio errorris. 12. q. 6.ar.1. Inconueniẽs quod ſequitur.

¶ Dicendum eſt ergo ꝙ homo indiget auxilio gratiæ, non ſolùm ad merendum, ſed etiam ad hoc ꝙ ſe ad gratiam præparet, aliter tamen & aliter. Nam meretur homo per actum virtutis, cum non ſolùm bonum agit,ſed benè ad quod requiritur habitus,vt dicitur in 2. Ethi. Et ideo ad merendum, requiritur habitualiter gratia. Sed ad hoc ꝙ homo præparet ſe ad habitum conſequendum, non indiget alio habitu, quia ſic eſſet procedere in infinitum. Indiget autem diuino auxilio non ſolùm quantùm ad exteriora mouentia, prout ſcilicet ex diuina prouidentia procurantur homini occaſiones ſalutis:putà prædicationes,exempla,& interdũ ægritudines & flagella, ſed etiam quantùm ad interiorem motum, prout Deus cor hominis interiùs mouet ad bonum, ſecundum illud Prou. 19. Cor regum in manu Dei ad quodcũq; voluerit vertet illud.& ꝙ hoc neceſſarium ſit,probat Philoſophus in quodam.c.de bono fortunæ. Hic enim agit voluntate : voluntatis autem principium eſt electio, & electionis conſilium. Si autem quæratur qualiter conſiliari incipiat, non poteſt dici quòd ex conſilio conſiliari incœperit: quia ſic eſſet in infinitũ procedere. Vnde oportet aliquod exterius principiũ eſſe, quod moueat mentem humanam ad conſiliandum de agendis. Hoc autem oportet eſſe aliquod melius humana mente:non ergo eſt corpus cœleſte,quod eſt infra intellectualẽ virtutẽ, ſed Deus vt Philoſophus ibidẽ concludit. Sicut ergo oĩs motus inferiorum corporũ quæ nõ ſemper mouentur principiũ eſt motus cœli, ita omniũ motuum interiorum mentium, principium eſt à Deo mouente. Sic ergo nullus poteſt ſe ad gratiam præparare,nec aliquid boni facere,niſi per diuinum auxiliũ.

Opinio doc. 12. q. 109.art.3. Ariſto. 1. p. q.62. art.2.o.& 3.art.4.12. q. 87. art. 2. ad primum. 12.q. 109. art.2.5.6. 12.q.13.art 1.o. 12. q.9.art. 4. & q.17. ar.5.ſecundum. 1 p. q. 62. art.2.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd per hoc quòd hominis eſt ſe ad gratiam præparare per liberum arbitrium,non excluditur neceſſitas auxilij diuini : ſicut nec per hoc quòd ignis eſt calefacere, excluditur neceſſitas cœleſtis motus.

¶ Ad ſecundum dicendum,ꝙ Deus mouet omnia ſecũdum modum eorum: & ideo diuina motio à quibuſdam participatur cum neceſſitate, à natura autem rationali cum libertate. propter hoc ꝙ virtus rationalis ſe habet ad oppoſita. & ideo ſic Deus mouet mentem humanam ad bonum : quòd tamen poteſt huic motioni reſiſtere.& ſic ex Deo eſt vt homo ſe ad gratiam præparet,ſed quòd gratia careat,non habet cauſam à Deo,ſed ab homine : ſecundum illud Oſeę 13. Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum.

¶ Ad tertium dicendum,quòd licèt peccatum non ſit à Deo, tamen Deus peccatum quandoque ordinat ad hoc,ut ſit alicui ſalutis occaſio.

1.p.q. 49. 12.2.q.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm primus homo in ſtatu innocentiæ dilexerit Deum ſuper omnia,& pluſquam ſeipſum.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd primus homo in ſtatu innocentiæ,non dilexerit Deum ſuper omnia, & pluſquam ſeipſum. Sic enim diligere Deum meritorium eſt maximè. Sed primus homo in ſtatu illo non habuit, vnde poſſet proficere per meritum:vt dicitur in 24.diſtinctione ſecundi libri ſententiarum : ergo primus homo in ſtatu illo non dilexit Deum pluſquam ſeipſum,& ſuper omnia.

1.p.q. 60. ar.3.& 5.

¶ Præterea,ſic diligere Deum, eſt maxima præparatio mentis humanę ad gratiam conſequendam. Primus autem homo in ſtatu illo ponitur gratiam non habuiſſe: ſed ſola naturalia: ergo non dilexit Deum pluſquam ſeipſum,& ſuper omnia.

¶ Præterea,natura in ſe recurua eſt,quia ſcilicet omnia quæ amat, retorquet ad ſe, Sed propter quod vnomquodque tale & illud magis : ergo naturali dilectione plùs diligebat ſeipſum quàm Deum. Non ergo diligebat Deum ſuper omnia.

¶ Sed contra. ſi non diligebat Deum plùs quàm ſeipſum,aut ergo minùs ſe:aut æqualiter ſibi:& vtroque modo ſequitur quòd ſeipſo homo frueretur : dum ſe non referret in Deum. Frui autem ſeipſo, inducit peruerſitatem peccati:vt Aug.dicit:ergo primus homo in ſtatu innocentiæ,iam erat peruerſus per peccatum quod eſt impoſsibile. Sequitur ergo vt diligeret Deum ſuper omnia.

2.p. q.95. art.1.o.& q.100.art. 1.ad 3. 22. q.5.ar.1.c. 22. q.26. ar.3.o.

¶ Reſpon.dicendum, ꝙ ſi homo fuit factus in gratia; vt ex verbis Baſilij,& Aug. haberi poteſt,quæſtio iſta locum non habet. Manifeſtum eſt enim ꝙ exiſtens in gratia,per charitatem diligit Deum ſupra ſeipſum: ſed quia poſsibile fuit Deo,vt hominem faceret in puris naturalibus : vtile eſt conſiderare ad quantum ſe dilectio naturalis extendere poſsit. Dixerũt ergo quidam quòd homo vel angelus in puris naturalibus exiſtens, diligit Deum pluſquam ſeipſum naturali dilectione,ſecundum amorem concupiſcentiæ: quia ſcilicet bono diuino magis frui deſiderat tanquam maiori & ſuauiori:ſed ſecundum amorem amicitię naturaliter homo plùs diligit ſeipſum quã Deum. Eſt enim amor concupiſcentiæ quo dicimur amare illud quo volumus vti vel frui : ſicut vinum vel aliquid, huiuſmõi. Amor aũt amicitiæ, eſt quo dicimus amare amicum, cui volumus bonum. Sed iſta poſitio ſtare non poteſt. Dilectio enim naturalis, eſt quædam naturalis inclinatio indita naturæ à Deo: nihil aũt naturale eſt peruerſum. Impoſsibile eſt ergo ꝙ aliqua naturalis inclinatio vel dilectio ſit peruerſa:peruerſa aũt dilectio eſt vt aliquis dilectione amicitiæ diligat plùs ſe quàm Deum. Non poteſt ergo talis dilectio eſſe naturalis.

Opinio fa. Amor duplex 12. q. 26.ar.4.o. Reprobatio opi.

¶ Dicendum eſt ergo, quòd diligere Deum ſuper

omnia plùs quàm ſeipſum, eſt naturale, non ſolùm angelo & homini, ſed etiam cuilibet creaturæ: ſecundum ꝙ poteſt amare aut ſenſibiliter aut naturaliter. Inclinationes.n. naturales maximè cognoſci poſſunt in his quæ naturaliter aguntur abſq; rationis deliberatione. Sic enim agit vnumquodq; in natura, ſicut aptum natum eſt agi. Videmus autem ꝙ vnaquæque pars naturali quadam inclinatione operatur ad bonũ totius, etiam cum periculo aut detrimento proprio: vt patet cùm aliquis manum exponit gladio ad defenſionem capitis: ex quo dependet ſalus totius corporis. Vnde naturale eſt, vt quælibet pars ſuo modo plùs amet totum quàm ſeipſam. Vnde & ſecundum hanc naturalem inclinationem, & ſecundum politicã virtutem, bonus ciuis, mortis periculo ſe exponit pro bono communi. Manifeſtum eſt autem, ꝙ Deus eſt bonum commune totius vniuerſi, & omnium partium eius. vnde quælibet creatura ſuo modo naturaliter plùs amat Deum quàm ſeipſam. Inſenſibilia quidem naturaliter: bruta verò animalia ſenſitiuè: creatura verò rationalis per intellectualem amorem, quæ dilectio dicitur.

1. p. q. 60. art. 2. ad 1. q. 63. art. 1 ad tertiũ. 3. di. 3. q. 4. 0.

1. p. q. 60. art. 5. 0. 22 q. 26. ar. 3. c. & 4 ad 3. q. 31. ar. 3 ad 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ diligere Deum prout eſt principium totius eſſe ad naturalem dilectionem pertinet. Sed diligere Deum prout eſt obiectum beatitudinis eſt gratuitæ dilectionis, in qua meritum conſiſtit: nec tamen neceſſarium eſt vt in hoc ſuſtineamus ſententiam magiſtri dicentis, quòd homo in primo ſtatu non habuit gratiam per quam mereri poſſet.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ naturali dilectione qua Deus ſuper omnia naturaliter diligitur, poteſt aliquis magis & minùs vti: & quando in ſummo fuerit, tunc eſt ſumma præparatio ad gratiam habendam.

Nota bene.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ inclinatio rei naturalis eſt ad duo, ſcilicet ad moueri & ad agere: illa autem inclinatio naturæ quæ eſt ad moueri, in ſeipſa recurua eſt, ſicut ignis mouetur ſurſum propter ſui conſeruationem: ſed illa inclinatio naturæ q̃ eſt ad agere, nõ eſt recurua in ſeipſa: non enim ignis agit ad generandum ignem propter ſeipſum, ſed propter bonum generati, quod eſt forma eius, & vlteriùs propter bonum commune quod eſt conſeruatio ſpeciei: vnde patet quòd non vniuerſaliter verum eſt, quòd omnis dilectio naturalis ſit in ſe recurua.

QVAESTIO V.

3. di. 3. q. 4 ad 2. 3. diſ. 3. q. 4. ad ſecundum.

DEINDE quærebatur de his quæ pertinent ad bonum gratiæ.

Et primò de his quæ pertinent ad ipſum bonum gratiæ.

¶ Secundò, de his quæ pertinent ad malum culpæ, quod ei opponitur.

¶ Circa bonum gratiæ quærebatur.

¶ Primò quidem de eo quod pertinet ad omnes.

¶ Secundò, de eo quod pertinet ad clericos.

¶ Tertiò de eo quod pertinet ad religioſos.

¶ Circa ea verò quæ ad omnes pertinent, quærebatur de duabus partibus pœnitentiæ.

¶ Primò de contritione, vtrùm ſcilicet contritus teneatur velle magis eſſe in inferno, quàm peccare.

¶ Secundò, de confeſſione.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm contritus debeat magis velle eſſe in inferno, quàm peccare.

ar. 2. 2 0. & 4. di. 15 q. 3. ar. 3. q. 3. tertium.

AD primum ſic procedebatur. Videtur quòd contritus non debeat magis velle eſſe in inferno quã peccare. Pœna enim inferni eſt æterna, & irremediabilis. De peccato autem poteſt liberari per pœnitentiam: ergo magis debet velle peccare, quã in inferno eſſe.

¶ Prætereà, Pœna inferni includit culpam, vna enim de pœnis inferni eſt vermis, id eſt conſcientiæ remorſus de culpa. Culpa autem non includit pœnam inferni: ergo magis eſt eligenda culpa quàm pœna.

Anſel.

¶ Sed contra eſt quod Anſel. dicit in libro de ſimilitudinibus, ꝙ aliquis debet magis eligere eſſe in inferno ſine culpa, quàm in paradiſo cum culpa, quia innocens in inferno non ſentiret pœnam: & peccator in paradiſo non gauderet de gloria.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ contritus tenetur in generali velle pati magis quamcunque pœnam quàm peccare: & hoc ideo, quia contritio non poteſt eſſe ſine charitate, per quam omnia dimittuntur peccata. Ex charitate enim plùs homo diligit Deum quàm ſeipſum: peccare autem eſt facere contra Deum: puniri autem eſt aliquod pati contra ſeipſum. Vnde charitas hoc requirit, vt quamlibet pœnam homo contritus præeligat culpæ. Sed in ſpeciali deſcendere ad hanc pœnam vel ad illam non tenetur: quinimò ſtultè faceret, ſi quis ſeipſum vel alium ſollicitaret ſuper huiuſmodi particularibus pœnis. Manifeſtum eſt enim, ꝙ ſicut delectabilia plùs mouent in particulari conſiderata quàm in communi, ita terribilia plùs terrent ſi in particulari cõſiderentur, & aliqui ſunt qui minori tentatione non cadunt, qui fortè maiori caderent: ſicut aliquis audiens adulterium, non incitatur ad libidinem: ſed ſi per conſiderationem deſcendit ad ſingulas illecebras, magis moueretur. Et ſimiliter aliquis non refugeret pati mortem pro Chriſto: ſed ſi deſcenderet ad conſiderandum ſingulas pœnas, magis retraheretur. Et ideo deſcendere in talibus ad ſingula, eſt inducere hominem in tentationem: & præbere occaſionem peccandi.

22. q. 26. ar. 3. o. & vert. q. 2. art. 4. ad 2.

21. q. 104. ar. 3. ad 4.

Ethicorũ lec. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ culpa etiam mortalis de ſe perpetua eſt, ſed ex ſola Dei miſericordia remedium habet.

4. di. 17. q. 3. ar. 3. q. 2. ad quartũ.

¶ Præterea, Plùs præponderat bonum diuinum contra quod agit culpa bono naturæ creatæ, cui opponitur pœna, quàm perpetuitas pœnæ temporalitati culpæ.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ remorſus conſcientiæ non eſt culpa, ſed conſequens ad culpam, & poſſet eſſet ſine culpa, vt in eo qui habet conſcientiam errantem de præterito commiſſo, ſicut ſi aliquis credat aliquid à ſe priùs commiſſum eſſe illicitum, quod tamen licitum erat; & ipſe dum faceret licitum reputabat.

1. p. q. 79. art. 13. & veri. q. 17. 2. c. ſ.

QVAESTIO VI.

DEINDE circa confeſſionem quærebantur tria. Primò, vtrùm ſufficiat ꝙ aliquis ſcripto confiteatur, an oporteat quòd confiteatur in verbo. Secundò, an aliquis teneatur ſtatim confiteri habita opportunitate, vel poſſit expectare vſque ad quadrageſimam. Tertiò, vtrùm presbyter parochialis debeat credere ſuo parochiano dicenti ſe alteri confeſſum, & dare ei eucharistiam vel non.

ARTICVLVS X.

Vtrùm ſufficiat confiteri ſcripto.

4. di. 17. q. 3. art. 4. q. 3. 0.

AD primum ſic procedebatur. Videtur, ꝙ ſufficiat ſi aliquis confiteatur ſcripto. Confeſſio enim requiritur ad manifeſtationem peccati, ſed peccatum manifeſtari poteſt ſcripto ſicut & verbo: ergo ſufficit ſi confiteatur ſcripto.

¶ Sed contra eſt quod dicitur Roma. 10. Ore confeſſio fit ad ſalutem.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd confeſſio eſt quod-

dam

dam ſacramentale, ſicut enim in baptiſmo aliquid requiritur ex parte miniſtri, ſcilicet vt abluat, & proferat, & aliquid ex parte ſuſcipientis ſacramentum, vt ſcilicet intendat & abluatur, ita in ſacramento pœnitentię, ex parte ſacerdotis requiritur quod abſoluat ſub aliqua forma verborum. Ex parte verò pœnitentis requiritur, ꝙ ſe clauibus eccleſiæ ſubiiciat peccata ſua per confeſsionem manifeſtans; de neceſsitate ergo ſacramenti eſt quòd ſua peccata manifeſtet: & contra hoc nullus diſpenſare poſſet, ſicut nec contra baptiſmum. [4.di.17.q. 3.art.2.q.5. o.& cõtra 4.d.71.c.5] Sed quòd fiat manifeſtatio verbo, non eſt de neceſsitate ſacramenti: alioquin nulla neceſsitate poſſet aliter aliquis effectum huius ſacramenti percipere, niſi ore confitendo, quod patet eſſe falſum. Nam mutis vel quibuſcunque qui verbo cõfiteri non poſſunt, ſufficit ſcri- [3.q.p.64. ar.2.3.7.10] pto vel nutibus confiteri. Nulla autem neceſsitate poteſt aliquis baptizari, niſi aqua, propter hoc ꝙ aqua eſt de neceſsitate ſacramenti. Sed ex inſtitutione eccleſiæ tenetur homo qui poteſt, vt verbo confiteatur, non ſolum propter hoc vt ore confitens confitendo magis erubeſcat, vt qui ore peccat ore purgetur: ſed etiam ſemper in omnibus ſacramentis accipitur id cuius eſt communior vſus, ſicut in ſacramentali ablutione ba- [3.q.p.60. ar.5. ad 3. 7 ad 2. q. 66.ar.3.o. & 4.diſt.3. q.3.ar.1.4. 140.] ptiſmi, accipitur aqua, quia homines communiùs vtuntur ad abluendum: & in euchariſtia panis qui eſt communior cibus. vnde & in manifeſtatione peccatorum, conuenit vti verbis quibus homines cõmuniùs & expreſsiùs ſuos conceptus ſignificare conſueuerunt. Et attendendum eſt quòd in hoc ſacramento non imprimitur character, ſed ſolùm cõfertur gratia ad remiſsionem peccati: quam remiſsionem nullus conſequitur [ar.79. & 4 17.q.3 ar. 5.q.1.o.] peccando. Peccat autem qui ordinationem eccleſiæ prætermittit: vnde in baptiſmo qui ſeruat ea quæ ſunt de neceſsitate ſacramenti prætermittens ſtatuta eccleſiæ, conſequitur characterem ſacramenti, ſed non ſacramenti effectum: hic autem nihil conſequitur.

¶ Rationes autem quæ ad vtranque partem inducuntur, non multum cogunt: nam neque manifeſtatio ita expreſſe poteſt fieri ſcripto, ſicut verbo: neque quod dicitur, ore confeſsio fit ad ſalutem, intelligitur de confeſsione peccatorum, ſed de confeſsione fidei.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm aliquis poßit differre confeßionem vſque ad quadrageſimam.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd aliquis poſsit differre cõfeſsionem vſque ad quadrageſimam: quicunque enim ſeruat præceptum eccleſiæ, non delinquit, ſed Eccleſia ſtatuit quòd ſemel in anno homines propria peccata confiteantur; ergo ſi aliquis expectat vſque ad terminum ab eccleſia conſtitutum, non peccat.

¶ Præt. baptiſmus eſt ſacramentum neceſsitatis, ſicut & pœnitentis, ſed cathecumenus non peccat ſi differat baptiſmum vſque ad ſabbatum ſanctum: ergo pari ratione nec contritus peccat, ſi differat confeſsionem vſque ad quadrageſimam.

¶ Præt. maioris neceſsitatis eſt contritio quàm confeſsio. Sed confeſsio ſine contritione, non valet ad ſalutem. Contritio autem ſine confeſsione poteſt in aliquo caſu valere; ſed ille qui eſt in peccato, non tenetur ſtatim conteri contritione quæ delet peccatum: alioquin peccator per ſingula momenta peccaret: ergo nec contritus tenetur ſtatim confiteri, ita quòd peccet ſi ſecus agat.

¶ SED CONTRA, Magis eſt ſubueniendum morbo ſpirituali, quàm morbo corporali. Sed aliquis ſubiectus morbo corporali, periculo ſe committeret, niſi remedium medicinæ quæreret quàm citò poſſet & ex negligentia peccaret. Multò ergo magis peccat qui differt remedium confeſsionis adhibere contra ſpiritualem morbum peccati.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd laudabile eſt quòd peccator quam citius commodè poteſt peccatum ſuum confiteatur, quia per ſacramentum pœnitentiæ, confertur gratia quæ hominem reddit magis firmum ad reſiſtendum peccato. Quidam autem dixerunt quòd tenetur confiteri quàm citò opportunitas confitendi ſe obtulerit: ita quòd ſi differat, peccat. Sed hoc eſt contra rationem præcepti affirmatiui, quod licèt obliget ſemper, non tamen obligat ad ſemper, ſed pro [ar 52.ad 1 12 q.71.5. ad 5.2.q.88 art 1.ad 2. q.100.art. 10.c & ad 2.2 2.q.3.a. 3.] loco & tempore. Tempus autem implendi præceptum de confeſsione videtur, quando imminet aliquis caſus in quo neceſſe eſt homini quòd ſit confeſſus, puta ſi immineat ei mortis articulus, vel neceſsitas accipiendi euchariſtiam, aut ſacrum ordinem, vel aliquid huiuſmodi: ad quod oportet hominem per confeſsionẽ purgatum præparari: vnde ſi aliquid horum immineat, & aliquis confiteri prætermittat, peccat dummodò debita opportunitas adſit: & quia ex præcepto eccleſiæ omnes fideles tenentur ſaltem ſemel in anno in feſto Paſchæ præcipuè ſacramenti communionem accipere, ideò eccleſia ordinauit, vt ſemel in anno quando imminet tempus accipiendi euchariſtiam, omnes fideles confiteantur. Dico ergo quòd differre confeſsionẽ vſque ad hoc tempus, per ſe loquendo licitum eſt, ſed per accidens poteſt fieri illicitum: puta ſi immineat aliquis articulus, in quo confeſsio requiratur. Vel ſi aliquis propter contemptum confeſsionem differat, & ſimiliter per accidens poſſet eſſe talis dilatio meritoria, ſi ad hoc differret, vt prudentiori confiteretur, vel deuotiùs propter ſacrum tempus.

¶ Primas ergo rationes concedimus. [Ad rõnes.]

¶ Ad illud verò quod in contrarium obiicitur, dicendum quòd morbus corporalis niſi per medicinæ remedium extinguatur, ſemper inualeſcit in peius, niſi fortè etiam virtute naturæ fuerit extinctus: morbus autem peccati extinguitur per contritionem, vnde non eſt ſimile.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm ſacerdos parochialis debeat credere ſuo ſubdito dicenti ſe eſſe confeſſum, vt propter hoc ei euchariſtiam det.

[4.d.17.q.3 ar.3.q.5.ad 2.& 4.] AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacerdos parochialis non debeat credere ſuo ſubdito dicẽti ſe alteri eſſe cõfeſſum, vt propter hoc ei euchariſtiam det. Frequenter enim ſola confeſsione aliqui conteruntur, qui prius contriti non fuerunt. Sed ſacerdos debet ſubditum ſuum quantum poteſt ad bonum inducere: ergo videtur ꝙ omninò ab eo expetere debeat, quòd ſibi confiteatur.

¶ Præterea, Prouerbio. vigeſimoſeptimo dicitur paſtori eccleſiæ. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui. Sed hoc nullo modo melius poteſt, quam per confeſsionem: ergo debet ab eo exigere quòd ſibi confiteatur.

¶ SED CONTRA, Si ſibi confiteretur, poſſet dicere quæ vellet & crederetur ei: ergo etiam de hoc ſibi debet credi, ꝙ ſit confeſſus.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ in foro iudiciali, creditur homini contra ſe, ſed non pro ſe. In foro autem pœnitentiæ, creditur homini pro ſe & contra ſe. Eſt ergo diſtinguendum, ꝙ dupliciter fit impedimentum quo

aliquis

aliquis à perceptione eucharistiæ impediatur, ſi enim ſit impedimentum ad forum iudiciale pertinens, puta excommunicatio, non tenetur ſacerdos ſuo ſubdito credere quem excommunicatum nouit: niſi ei de abſolutione conſtet. Si autem ſit impedimentum quod ad forum pœnitentiæ pertineat. ſ. peccatum, tenetur ei credere, & iniuſtè agit, ſi deneget Euchariſtiam et qui perhibet ſe confeſſum & abſolutum ab eo qui abſoluere potuit, vel auctoritate apoſtolica vel auctoritate Epiſcopi.

Opus 12. q. 6. c. m.

¶ Ad primum ergo dicendũ, ꝙ illud bonum quod in confeſsione homines conſequuntur, iam conſecutus eſt illa qui confeſſum ſe dicit, ſi verum dicit. Si autem falſum dicit, pari ratione poſſet falſum dicere confitendo, nec poteſt aliquis alicuius hominis auctoritate compelli ad confitendum peccatum, quod alteri confeſſus eſt, qui abſoluere potuit; quia ſicut iam dictum eſt, & confeſsio peccatorum quoddam ſacramentale eſt diuino imperio ſubiacens, non humano.

4. di. 17. q. 3. ar. 3. q. 5. ad 4. ar. 10

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſpiritualis paſtor vultum pecoris ſui debet diligenter agnoſcere, conſiderando exteriùs vitam eius, ſed per modum confeſsionis non poteſt diligentiùs ſcrutari, ſed oportet ꝙ credat ea quæ ſibi à ſuo ſubdito dicuntur.

QVAESTIO VII.

DEinde quærebantur duo de his, quæ pertinent ad clericos.

¶ Primò, de officio eccleſiæ, vtrùm ille qui eſt præbendatus in duabus eccleſijs in die, quo diuerſum officium fit in vtraque eccleſia, debeat vtrunque officium dicere.

¶ Secundò, de ſtudio theologiæ, vtrùm aliquis teneatur dimittere ſtudium theologiæ, etiam ſi ſit aptus ad alios docendum, ad hoc quòd intendat ſaluti animarum.

ARTICVLVS. XIII.

Vtrùm habens duas eccleſias, teneatur vtriuſque officium dicere.

arti. 67. & 129. c.

AD primum ſic procedebatur. Videtur ꝙ aliquis in tali caſu debeat vtrùnque officium dicere. Onus enim debet reſpondere emolumento. Ille ergo qui habet emolumentum præbendæ in duabus eccleſijs, debet onus ſufferre vtriuſque, vt ſcilicet vtriuſq; eccleſiæ officium dicat.

¶ Præterea, iuſtum eſſe videtur, vt ſi habet maius emolumentum ab vna eccleſia in qua fortè cantatur prolixius officium, quòd etiam maius onus ſubeat prolixius officium dicendo. Non ergo ad eum pertinet electio, ſed vel debet vtrunque dicere, vel debet dicere officium eccleſiæ in qua habet pinguius beneficium.

¶ Sed in contrarium inducebatur conſuetudo.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſuppoſito quòd aliquis licitè ſit præbendatus in duabus eccleſijs, ſcilicet ex diſpenſatione, conſiderandum eſt quòd ille qui in aliqua eccleſia præbẽdam accepit, duobus obligat ſcilicet Deo, vt ei debitas laudes exoluat pro eius beneficijs, & eccleſiæ da qua accipit ſumptus. Ea verò quæ ad eccleſiam pertinent, ſubiacent diſpenſationi prælatorum eccleſiæ; & ideò hoc debitum quod habet, eccleſiæ debet exoluere ſecundum quòd ſtatutum eſt, vel per ſeipſum, ſi ſit præbenda quæ requirat reſidentiam: vel per vicarium, ſi hoc ſufficiat ſecundùm eccleſię ſtatutum, ac conſuetudinem. Sed debitum quod debet Deo, per ſeipſum debet exoluere, non refert autem quantùm ad Deum, quibus Pſalmis, & hymnis Deum laudet, vt puta vtrum dicat in veſperis: Dixit Dominus, vel laudate pueri Dominum, niſi quantum ad hoc quòd homo debet ſequi maiorum traditiones, & quia laudes Deo debet quaſi vnus homo, ſufficit ꝙ ſemel officium dicat ſecundum conſuetudinem alicuius eccleſiarum, quarum eſt clericus. Sed de electione officii rationabiliter videtur quòd debeat dicere officium illius eccleſiæ in qua maiorem gradum habet, puta ſi in vna ſit decanus, & in alia ſimplex canonicus, debet dicere officium eccleſiæ in qua eſt decanus. Quod ſi in vtraque eccleſia fuerit ſimplex canonicus, debet dicere officium dignioris eccleſiæ, quamuis fortè in minori eccleſia habeat opulentiorẽ præbendam, quia temporalia nullius momenti ſunt ſpiritualibus comparata. Si verò ambæ eccleſiæ ſunt æqualis dignitatis, poteſt eligere quodcunque officiũ magis voluerit, ſi fuerit ab vtraque eccleſia abſens. Si autem fuerit in aliqua earum præſens, debet ſe conformare illis cum quibus conuerſatur.

ar. 82. o

12. q. 2. ar. 6. c. ſi & q. 87. a. 7. ad 2 22. q. 36 ar. 2. c. ſi.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrùm peccet, qui poteſt ſaluti animarum curam impendere, ſi circa ſtudium tempus occupat.

22. q. 185. o præcipuè. ar 2. & 4. diſ. 13. q. 9. ar. 2. q. ad 12.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ aliquis qui poteſt ſaluti animarum curam impendere peccet, ſi circa ſtudium tempus occupat. Dicitur enim ad Galat. vlti. Dum tempus habemus operemur bonum, nulla etiam eſt grauior iactura quàm temporis. Non debet ergo aliquis totum tempus in ſtudio expendere, differens ſaluti animarum curam impendere.

¶ Præterea, perfecti tenentur ad id, quod melius eſt. Sed religioſi ſunt perfecti: ergo maximè religioſi debent dimittere ſtudium, vt ſaluti animarum inſiſtant.

¶ Præterea, Peius eſt errare in via morum, quàm in via pedum. Sed prælatus tenetur reuocare ſuum ſubditum, ſi videat eum errare in via pedum, ergo multò magis tenetur eum reuocare ab errore qui eſt in via morum. Eſt autem error ſi homo prætermittat ꝙ melius eſt: ergo prælatus debet ſubditum cogere vt ſaluti animarum intendat, ſtudio prætermiſſo.

¶ IN CONTRARIVM inducebatur conſuetudo pro ratione.

Comparatio virtuſq; viæ.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd aliqua duo poſſunt comparari adinuicem: & ſimpliciter & ſecundum aliquem caſum, nihil enim prohibet id quod eſt melius ſimpliciter in aliquo caſu eſſe minus eligendum, ſicut philoſophari eſt ſimpliciter melius quàm ditari: ſed in tempore neceſsitatis, ditari eſt magis eligendum, & aliqua precioſa margarita eſt carior vno pane: & tamen in aliquo caſu famis panis præeligeretur: ſecundum illud Tren. quarto. Dederunt precioſa quæque pro cibo ad refocillandas animas. Eſt autem conſiderandum, quòd in quolibet artificio ſimpliciter melior eſt qui diſponit de artificio, & dicitur architector, quàm aliquis manualis qui opera exequitur ſecundum quòd ei ab alio diſponitur. Vnde & ædificijs conſtruendis maiori mercede conducitur qui diſponit de ædificio, licèt nihil manibus operetur, quàm manuales artifices, qui dolant ligna, & incidũt lapides. In ædificio autem ſpirituali ſunt quaſi manuales operarij, qui particulariter inſiſtunt curæ animarũ, puta ſacramenta miniſtrando, vel aliquod huiuſmodi particulariter agendo, ſed quaſi principales artifices ſunt Epiſcopi qui imperãt & diſponũt qualiter prędicti ſuũ officiũ exequi debeãt, propter quod & Epĩ, ideſt ſuperintẽdẽtes dicũtur, & ſimpliciter theologiæ docto-

doctores ſunt quaſi principales artifices, qui inquirũt & docent qualiter alij debeant ſalutem animarum procurare. Simpliciter ergo melius eſt docere ſacrã doctrinam & magis meritorium ſi bona intentione agatur, quàm impendere particularem curam ſaluti huius & illius, vnde Apoſtulus de ſe dicit primæ ad Corinth. primo. Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangelizare, quamuis baptizare ſit opus maximè conferens ſaluti animarum, & ſecundæ ad Thim. 2. idem Apoſtolus commendat fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Ipſa etiam ratio demonſtrat, ꝙ melius eſt erudire de pertinentibus ad ſalutem eos qui & in ſe & in alijs perficere poſſunt, quã ſimplices qui in ſe tantùm perficere poſſunt. In aliquo tamen caſu neceſſitate imminente deberent & Epiſcopi & doctores intermiſſo proprio officio particulariter intendere ſaluti animarum.

art. 55. c. & 22. q. 184. ar. 4. c. art.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ nullam iacturam temporis patitur, qui quod eſt melius operatur docendo ſacrã doctrinã: vel qui ad hoc per ſtudiũ ſe diſponit.

93. ad 2. 22 q. 184. art. 1. c. & 2. 3.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ perfectus dicitur aliquis dupliciter. Vno modo quia habet perfectionem. Alio modo quia habet ſtatum perfectionis. Perfectio autem hominis in charitate conſiſtit, quæ hominem Deo coniungit. Vnde quantum ad dilectionem Dei dicitur Geneſ. decimoſeptimo. Ambula coràm me & eſto perfectus, quãtùm verò ad dilectionem proximi, poſtquàm dominus dixerat. Diligite inimicos veſtros, concludit Matthæi quinto, Eſtote ergo perfecti. Statum autem perfectionis habere dicuntur, qui ſolenniter obligantur ad aliquid perfectioni annexum. Eſt autem aliquid annexum perfectioni charitatis dupliciter. Vno modo, ſicut præambulum & præparatorium ad perfectionem, vt paupertas, caſtitas & huiuſmodi, quibus homo retrahitur à curis ſecularium rerum, vt liberiùs vacet his quæ Dei ſunt. Vnde huiuſmodi magis ſunt quædam perfectionis inſtrumenta: propter quod Hieronymus exponẽs illud verbum Petri dicentis. Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te, dicit quòd non ſuffecit Petro dicere. Ecce nos reliquimus omnia: ſed addidit quod perfectum eſt, & ſecuti ſumus te. Quicunque ergo vel voluntariam paupertatem, vel caſtitatem ſeruant, habent quidem præparatorium perfectionis, ſed non dicuntur habere pactum perfectiones, niſi qui ſe ex ſolenni profeſſione ad huiuſmodi obligant. Aliquid enim ſolenne & perpetuum dicitur habere ſtatum, ſicut patet in ſtatu libertatis, vel matrimonii & ſimilium. Alio verò modo aliquid eſt annexum perfectioni charitatis, vt effectus: vt ſcilicet aliquis curam animarum ſuſcipiat. Eſt enim perfectę charitatis, vt aliquis propter Dei amorem prætermittat dulcedinẽ contemplatiuæ vitæ, quam magis amaret: & accipiat actiuæ vitæ occupationes, ad procurandum proximorum ſalutem. Quicunque ergo hoc modo ſaluti proximorum intendit, habet quidem aliquem perfectionis effectum, ſed non habet perfectionis ſtatum, niſi Epiſcopus qui cum quadam ſolenni conſecratione ſuſcipit animarum curam. Archidiaconi verò & Parochiales Presbyteri, magis habent commiſſa quædam officia, quàm ꝙ per hoc in aliquo perfectiõis ſtatu ponantur. Soli ergo religioſi & Epiſcopi dicuntur perfecti, quaſi ſtatum perfectionis habentes, vnde religioſi fiunt Epiſcopi, ſed non Archidiaconi, vel proplebani. Cùm ergo dicitur ꝙ perfecti tenentur ad id quod melius eſt, verum eſt ſi intelligatur de his qui dicũtur perfecti propter perfectionẽ charitatis. Huiuſmodi enim obligantur ex lege interiori, quæ inclinando obligat, vnde ad hoc obligantur ſecundùm mẽſuram ſuæ perfectionis quod implent. Si autem intelligatur de his qui dicuntur perfecti propter ſtatum: ſicut Epiſcopi & religioſi: non eſt verum. Non enim tenentur Epiſcopi niſi ad ea ad quæ ſe extendit cura ſuſcepti regiminis. Et religioſi non tenentur, niſi ad ea ad quæ obligantur ex voto ſuæ profeſſionis, alioquin eſſet obligatio ad infinitum, cum tamen natura & ars & omnis lex certos terminos habeant: dato tamen quòd perfecti ſemper tenerentur ad id quod melius eſt non eſſet ad propoſitum, ſicut ex ſupradictis apparet.

22. q. 19. ar. 12. ad 2. q. 18 ar. 6. ad 2. verſ. q. 2. art. 2. ad 4.

ar. 93. ad 2.

22. q. 184. ar. 4. c. 22. q. 184. art. 5. c.

ar. 157. ad 20. & 22. q. 186. art. 2. ad tertiũ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ licèt prælatus teneatur ſubditum ſuum reuocare ab omni malo, non tamen tenetur eum inducere ad omne melius. Hæc etiam ratio in propoſito locum non habet, ſicut nec aliæ, &c.

QVAESTIO. VIII.

DEinde quærebantur duo de his quæ pertinent ad religioſos: Primò, vtrùm religioſus teneatur obedire ſuo prælato, vt reuelet ſibi aliquod ſecretum: ꝙ fidei ſuæ eſt cõmiſſum. Secundò, vtrùm teneatur ſibi obedire, vt reuelet occultam culpam fratris, quam nouit.

ARTICVLVS. XV.

Vtrùm religioſus teneatur ſecretum fidei ſuæ commiſſum reuelare prælato præcipienti.

CIrca primum ſic proceditur. Videtur quòd religioſus teneatur aliquod ſecretum, fidei ſuæ commiſſum, reuelare prælato præcipienti. Ad obediendũ enim prælato obligauit ſe religioſus profeſſione ſolenni, ad tenendum autem ſecretum obligauit ſe ſimplici promiſſione, ergo magis debet obedire prælato, quàm ſeruare ſecretum.

22. q. 68. ar. 1. ad 3. q. 70. 1. ad 2.

¶ Sed contra eſt quod Bernar. dicit. Id quod eſt inſtitutum propter charitatem, non militat contra charitatem. Sed profeſſio obedientiæ, quam religioſus facit prælato, inſtituta eſt propter charitatem: ergo non militat contra charitatem, qua quilibet tenetur ſeruare fidem proximo.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut Bernard. dicit in lib. de diſpenſatione & præcepto. Sufficiens obediẽtia eſt vt religioſus obediat ſuo prælato de his quæ ad regulam pertinent, vel directè: ſicut ea, quæ ſunt ſcripta in regula: vel indirectè: ſicut ea, quæ ad hæc reduci poſſunt, ſicut miniſteria exhibenda fratribus, & pœnæ pro culpis inflictæ, & huiuſmodi. Perfecta autem obedientia eſt, vt ſimpliciter in omnibus obediat, quæ non ſunt contra regulã: vel contra Deum. Sed quòd aliquis obediat prælato in his quæ ſunt contra Deum, vel contra regulam, eſt obedientia incauta & illicita. Eſt ergo conſiderandum in propoſito, vtrùm ſit licitum religioſo ſecretum fidei ſuæ commiſſum reuelare. Circa quod diſtinguendum eſt de ſecreto. Eſt enim aliquod ſecretum, quod illicitum eſt celãre, ſicut quod in periculum vergit aliorum, quibus aliquis cauere tenetur. Vnde & in iuramento fidelitatis continetur quòd huiuſmodi ſerui ſecreta debeant dominis reuelare. Ad præceptum ergo prælati tenetur religioſus tale ſecretum pandere, etiam ſi promiſit ſe non reuelare, dicente Iſido. In malis promiſſis reſcinde fidem, niſi fortè in confeſſione audierit, quia tunc nullo modo eſſet reuelandum. Eſt autem aliud ſecretum, quod de ſe celari poteſt ſine peccato: & tale ſecretum religioſus nullo modo prælato præcipiente pandere debet: ſi ſit fidei ſuæ commiſſum: peccaret enim frangendo fidem commiſſo.

art. 104. c. & 22. q. 104. ar. 5. ad 3 q. 186. art. 5. ad 4.

ar. 204. 4. di. 21. q. 3. art. 1. q. 2. ad ſecundum.

4. di. 21. q. 3. ar. 1. q. 1. c. & q. 3. c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſolẽnior eſt obligatio ad ſeruandũ ea quæ ſunt fidei & charitatis,

quæ eſt

quæ eſt ex lege naturali & ex promiſſione in baptiſmo facta, quàm quæ eſt ex profeſſione religionis.

ARTICVLVS XVI.

Utrùm ſubditus debeat prælato præcipienti reuelare culpam occultam alterius fratris.

ar.8.O.& 22.q.33.ar.7.ad 5.q.70.ar.1.c.& ad 1.

CIrca ſecundum, ſic proceditur. Videtur quòd ſubditus debeat prælato præcipienti reuelare culpã occultam alterius fratris, quia vt Hieronymus dicit. Non debet occultari culpa vnius, in præiudicium multorum. Sed præſumendum eſt quòd prælatus culpam vnius cognoſcere velit, propter multitudinis bonum: ergo prælato præcipienti debet culpa alterius reuelari.

¶ SED CONTRA eſt quod Gregorius dicit, ꝙ & ſi aliquando propter obedientiam debemus aliqua bona dimittere, nullo tamen modo propter obedientiam debemus aliquod malum perpetrare. Sed malũ eſſe videtur culpam occultam detegendo, alium infamare: ergo hoc propter obedientiam fieri non debet.

22.q.33.a.7.ad 1.& vert.q.3.a.2.ad 13.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ religioſus prælatus in capitulo præeſt, ſicut Iudex eccleſiaſticus in foro iudiciali. Vnde ad ea poteſt ex præcepto ſubditos obligare, vt ei pandantur propter quæ poteſt Iudex eccleſiaſticus in foro iudiciali iuramentum exigere. Eſt ergo ſciendum quòd in criminibus triplex eſt modus procedendi, vnus per denunciationem, alius per inquiſitionem, alius per accuſationem. In via ergo denunciationis, intenditur correctio delinquentis, & ideò ſecundum præceptum domini Matthæi decimo octauo, Debet præcedere fraterna correctio: vt ſcilicet corripias eum inter te & ipſum ſolum, quòd ſi non audierit, coram duobus vel tribus teſtibus, & vltimò dicatur eccleſiæ. Charitatis enim eſt, vt aliquis parcat fratri quantum poteſt, vnde prius debet niti, vt corrigat conſcientiam fratri ſeruata fama ſolitariè admonendo: & poſtmodum coram duobus vel tribus, tandem negligenda eſt fama, vt emendetur conſcientia: & dicendum eſt eccleſiæ, in quo etiam proceſſu conſulitur conſcientiæ. Nam peccator ſi à principio videret ſe publicatum, amitteret verecundiam, & obſtinatior fieret ad peccandum. In inquiſitione verò debet præcedere infamia. In accuſatione verò debet præcedere inſcriptio, per quam ipſe obligat ſe ad talionem. In inquiſitione autem & accuſatione, intenditur pœna peccantis propter multitudinis bonum. Si ergo appareat accuſator in capitulo qui ſe obliget ad talionem, poteſt prælatus præcepto veritatis confeſſionem exigere, ſicut & iudex eccleſiaſticus iuramentum. Et ſimiliter ſi præcedat infamia, poteſt prælatus præcepto veritatem exquirere, & ſubditi tenentur obedire: ſi autem procedatur per viam ſimplicis denunciationis, non tenetur religioſus prælato præcipienti culpam fratris reuelare, niſi præcedente monitione eum videat incorrectum: imò magis peccaret, ſi ad præceptum prælati reuelaret, quia plus tenetur obedire euangelio, quàm prælato: & multò magis prælatus peccaret, ſi ſubditũ induceret ad peruertendum ordinem euangelii.

ar.224

ar.224.& 22.q.33.ar.7.O.

2.d.37.q.1.ar.1.O.& malo.q.2.ar.2.ad 4

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de peccato præterito, de quo iam aliquis correctus eſt ad ſecretam admonitionem, vel de quo poteſt ſperari corrigendus niſi contrarium inueniatur, non poteſt imminere periculum multitudinis. Sed de peccato futuro, quod eſt periculoſum multitudini vel ſpiritualiter vel corporaliter procedit obiectum: tunc enim non oportet admonitionem ſecretam expectare: ſed ſtatim periculo occurrere, vnde & dominus non dicit. Si peccare intendat in futuro, ſed ſi peccauerit in præterito.

QVAESTIO IX.

DEINDE quæruntur quatuor ad culpam pertinentia.

Primò, vtrùm peccatum ſit natura aliqua.

Secundò, vtrùm periurium ſit grauius peccatum, quã homicidium.

Tertiò, vtrùm peccet qui propter ignorantiam conſtitutionem Papæ non ſeruat.

Quartò, vtrùm monachus peccet mortaliter comedendo carnes.

ARTICVLVS XVII.

Utrùm peccatum ſit aliqua natura.

AD PRIMVM ſic procedebatur. Videtur quòd peccatum non ſit aliqua natura. Dicitur enim Ioannis primo, ſine ipſo factum eſt nihil, id eſt, peccatum. Sed quod eſt natura aliqua, non poteſt dici nihil, ergo peccatum non eſt natura aliqua.

¶ SED CONTRA Si peccatum non eſt natura aliqua oportet quòd ſit priuatio pura, ſed priuatio pura non dicitur ſecundum magis & minus, vt mors & tenebra: ergo vnum non eſſet grauius altero, quod eſt inconueniens.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd peccatum maximè tranſgreſſionis, eſt actus inordinatus. Ex parte ergo actus, peccatum eſt natura aliqua, ſed inordinatio eſt priuatio: & ſecundùm hanc, peccatum dicitur nihil. Et per hoc patet ſolutio ad obiecta. 12.q.72.a.1.ad 2.malo q.2.a.9.ad 26.14.22.q6.98. de periurio.

ARTICVLVS XVIII.

Utrum periurium ſit grauius peccatum quàm homicidium.

CIRCA ſecundum ſic procedebatur. Videtur ꝙ periurium ſit grauius peccatum, quàm homicidium, dicit enim Bernardus quòd contra præcepta primæ tabulæ non poteſt diſpenſare, nec Deus nec homo. Contra præcepta autem ſecundæ tabulę, poteſt diſpenſare Deus, ſed non homo, ex quo poteſt accipi, ꝙ grauius ſit peccare contra præcepta primæ tabulæ, quàm contra præcepta ſecundæ. Sed periurium eſt contra præceptum primæ tabulæ, quod eſt. Non aſſumes Dei tui in vanum; homicidium autem eſt cõtra præceptum ſecundæ tabulæ. Non occides: ergo grauius peccatum eſt periurium quàm homicidium. 12.q.100.ar.8.O.a.113.Q.

¶ Præterea, grauius eſt peccare in Deum, quàm in hominem. Sed periurium eſt peccatum in Deum: homicidium in hominem: ergo grauius peccatum eſt periurium quàm homicidium.

¶ Sed contra, Pœna proportionatur culpæ. Sed grauius punitur homicidium quàm periurium: ergo eſt grauius peccatum.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ſicut Apoſtolus dicit ad Hebręos ſexto. Homines per maiorem ſe iurant, & omnis controuerſiæ eorum iuramentum finis eſt; fruſtrà autem in cauſa homicidii controuerſię finis eſſet iuramentũ, ſi homicidium eſſet grauius peccatum quàm periurium, præſumeretur enim quòd qui maiorem culpam homicidii commiſiſſet, non vereretur minorem periurii incurrere: vnde ex hoc ipſo quòd in cauſa cuiuſlibet peccati defertur iuramentum, manifeſtè oſtenditur quòd periurium pro maximo peccato

debet

debet hĩ, nec immeritò, quia periurare nomẽ Dei, vẽ quædã diuini nõis denegatio, vnde ſecũdũ locũ poſt idololatriam peccatum periurij tenet, vt ex ordine præceptorum apparet: ſed & apud gentiles, iuſiurandum erat honoratiſsimum: vt dicitur in 1. Metaph.

¶ Primas autem rationes concedimus.

Ad 10. nec. 4. d. 20 ar. 2. q. 1. c & 1a. 2. q. 2. ar. 10. ad 4.

¶ Ad illud verò ꝙ in contrarium obijcitur, dicendũ ꝙ in iudicio humano non ſemper quantitas pœnæ, reſpondet quantitati culpæ. Interdum enim infligitur maior pœna pro minori culpa, quando grauius nocumentum imminet hominibus ex minori culpa; ſed ſecundum Dei iudicium, grauior culpa, grauiori pœna punitur, vnde vt oſtendatur grauitas idololatriæ & periurij, poſtquam in primo præcepto dixerat: Non adorabis ea neque coles: ſubditur Exod. vigeſimo primo. Ego ſum Dominus Deus tuus viſitans iniquitates patrum in filios: & poſtquã n dixerat. Non aſſumens nomen Domini Dei tui in vanum, ſubditur. Nec enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſit nomen Domini fruſtra.

ARTICVLVS XIX.

Utrum faciens contra conſtitutionem Papæ per ignorantiam peccet.

q. de malo q. 3. ar. 7. 8. 0 & 12. q. 90 4. c. & 1a 2. 3. ver. q. 17 ar. 3. c

AD Tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ qui facit contra conſtitutionem Papæ per ignorantiam, non peccet. Vt enim Auguſtinus dicit: Peccatũ adeò eſt voluntarium, ꝙ ſi non eſt voluntarium, non eſt peccatum. Sed ignorantia cauſat inuoluntarium: vt dicitur in tertio Ethicor. ergo quod fit per ignorantiam, non eſt peccatum.

¶ Præterea, ſecundum iura Dominus poteſt repetere ſeruum ſuum ordinatum poſt certum tempus, hoc autem debet computare à tempore ordinationis, non à tempore notitiæ: ergo obligatio conſtitutionis Papæ, obligat à tempore notitię.

¶ SED CONTRA. Ignorantia iuris non excuſat. Sed conſtitutio Papæ facit ius, ergo qui facit contra conſtitutionẽ Papæ per ignorantiã, non excuſatur.

ar. 177. c. & 12. q. 76. ar. 3. c.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ ignorantia, quę eſt cauſa actus, cauſat inuoluntarium. Vnde ſemper excuſat: niſi ipſa ignorantia ſit peccatum. Eſt autem ignorãtia peccatum, quando ignorat quis quę poteſt ſcire & tenetur. Conſtitutionem enim Papæ omnes ſuo modo ſcire tenetur. Si ergo aliquis neſciat per negligentiam, non excuſatur à culpa, ſi contra conſtitutionem agat. Si verò aliquis habeat ſufficiens impedimentum, propter quod ſcire non potuerit, puta ſi fuit in carcere: vel in terris extraneis: ad quas conſtitutio non peruenit; vel propter aliquod ſimile: talis ignorantia excuſat: vt non peccet contra conſtitutionem Papę agens.

12. q. 76. a. 2. ad 3. 12. q. 76. ar.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

ARTICVLVS XX.

Utrum monachus mortaliter peccet carnes comedendo.

2a 2. q. 185. 8 c. q. 186. ar. 9.

CIRCA quartum ſic proceditur. Videtur quòd monachus peccet mortaliter comedendo carnes. Dicit enim canon de conſecratione diſtin. quinta ca. carnem, ꝙ monachi non debent comedere carnes, & ſi contra fecerint, debent incarcerari. Sed talis pœna non infligitur niſi pro peccato mortali; ergo monachi comedentes carnes peccant mortaliter.

¶ Præt. facere contra votum eſt peccatum mortale, ſed monachi ex voto obligantur ad ſeruandam regulam beati Benedicti: in qua continetur, ꝙ monachi à carnibus abſtineãt: ergo monachi peccant mortaliter comedendo carnes.

¶ SED CONTRA. Nullum peccatum mortale conceditur alicui ratione cuiuſcunque infirmitatis. Sed comedere carnes conceditur monacho ratione infirmitatis: ergo comedere carnes non eſt peccatũ mortale monacho.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ nihil eſt peccatum mortale monacho, vel religioſo cuicunque per ſe loquendo, quod nõ ſit peccatum mortale alteri: niſi ſit contrarium ei ad quod ſe voto profeſsionis obligauit: per accidens tamen vt ratione ſcandali, vel alicuius huiuſmodi poſſet aliquid ei eſſe peccatũ, quod non eſſet alij peccatum. Eſt ergo conſiderãdum quid ſit illud ad quod religioſus voto profeſsionis ſe aſtringit; & ſiquidem religioſus profitendo voueret ſe regulam ſeruaturum, videretur ſe obligare voto ad ſingula, quæ continentur in regula: & ſic cõtra quodlibet eorum agendo peccaret mortaliter. Et ex hoc ſequeretur, quòd religionis ſtatus eſſet religioſis in laqueum peccati mortalis: quod vix aut nunquam poſſent declinare. Sancti ergo patres qui ordines inſtituerunt, nolentes hominibus inijcere damnationis laqueum, ſed magis viam ſalutis, ordinauerunt talem profeſſionis formam, in qua periculum eſſe non poſſet, ſicut in ordine fratrum prædicatorum eſt cautiſſima & ſecuriſſima forma profitendi, qua non promittit ſe ſeruare regulam, ſed obedientiam ſecundum regulam, vnde ex voto obligantur ad ſeruãda ea quę ponuntur in regula tanquam præcepta: & quę prælatus ſecundum tenorem regulę ſibi præcipere voluerit. Cętera verò quæ non continentur in regula ſub præcepto non cadunt directè ſub voto, vnde ea prętermittens non peccat mortaliter. Beatus verò Benedictus ſtatuit monachum profitẽri non quidem obſeruare regulam, ſed ꝙ profitẽs promittit conuerſionem morum ſuorum ſecundum regulam, hoc eſt dictum, vt ſecundum regulam dirigat mores ſuos, cõtra quod facit ſi vel ea quæ ſunt præcepta in regula trãſgrediatur; vel etiam contemnat regulam ſecundum eã dirigere actus ſuos omnino recuſans: non autem omnia quæ in regula continentur ſunt præcepta: quædã enim ſunt monitiones ſiue conſilia, quædam verò ordinationes ſiue ſtatuta quædam, vt ꝙ poſt completorium nemo loquatur. Huiuſmodi autem ſtatuta quæ in regula continentur non habent vim præcepti, ſicut nec prælatus ſtatuens aliquid intendit ſemper ad peccatũ mortale obligare per præceptum. Eſt autem prælatus quaſi quædam regula animata: vnde ſtultum eſſet putare; ꝙ monachus frangens ſilentium poſt completorium peccaret mortaliter, niſi fortè faceret hoc contra præceptum prælati, vel ex contemptu regulæ. Abſtinere autem à carnibus non ponitur in regula beati Benedicti, vt præceptum, ſed vt ſtatutum quoddam, vnde monachus comedens carnes non ex hoc ipſo peccat mortaliter, niſi in caſu propter inobedientiam, vel contemptum.

22. q. 186. a. 9. ad 1

22. q. 88. ar. 11. ad. 4. q. 185. ar. 8. o. & q. 186. a. 9. o.

Statutum b. Benedicti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pœna illa infligitur monacho contumaciter & inobedienter carnes comedenti.

¶ AD SECVNDVM dicendum, ꝙ comedere carnes non eſt contra votum monachi, niſi quando comederet ex inobedientia vel ex contemptu. Quod verò in contrarium obijcitur efficaciam non habet procedit enim de his quæ ſunt ſecundum ſe mala, ſicut homicidium, adulterium & huiuſmodi quæ ſunt omnibus illicita, tam ſanis quàm infirmis. Non autem

procedit

procedit de his quæ ſunt mala, quia prohibita: aliquid enim poteſt prohiberi ſano, quod non prohibetur infirmo.

QVAESTIO X.

DEINDE circa bonum gloriȩ quærebantur duo de corporibus glorioſis,

¶ Primò, vtrùm corpus glorioſum naturaliter poſſit eſſe cum alio corpore non glorioſo in eodem loco.

¶ Secundò, vtrùm hoc fierit miraculo.

ARTICVLVS XXI.

Vtrùm corpus glorioſum poſſit eſſe cum alio corpore in eodem loco

or 22.4.d. 44.q.2.ar. 2.3.2.0.3. q.5.c.fin.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd corpus glorioſum naturaliter poſſit eſſe cum alio corpore in eodem loco. Si enim prohibetur eſſe cum alio alio corpore in eodem loco, aut eſt propter groſſitiem ſiue corpulentiam, aut propter dimanſiones: ſed non propter groſſitiem ſeu corpulentiam, quia corpus glorioſum erit ſpirituale, ſecundum. Apoſtolum primæ ad Corinth. decimoquinto., Similiter nec propter dimenſiones, quia cùm tangentia ſint, quorum vltima ſunt ſimul, neceſſe eſt quòd punctum vnius corporis naturalis ſit ſimul cùm puncto alterius: & linea cum linea: & ſuperficies cum ſuperficie. Pari ergo ratione & corpus cum corpore. Non ergo prohibetur corpus glorioſum quin naturaliter poſſit eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco.

¶ Præterea, Commentator dicit in octauo Phyſicorum (Topicorum octuageſimoſecundo.) Quod partes aeris & aquæ partim ſubintrant ſeinuicem propter hoc quòd partim ſunt naturæ ſpiritualis, ſed corpora glorioſa omninò erunt ſpiritualia, vt iam dictum eſt: ergo totaliter poterunt ſubintrare alia corpora, & ſimiliter eſſe cum eis.

¶ SED CONTRA Glorificatio non tollit naturam, ſed corpus humanum non poteſt naturaliter eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco in ſtatu iſto, ergo neque poſtquam erit glorificatum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd manifeſtum

1.p.q.67.a. 2.c.& 3.p. q.54.ar.2. ad 1.

eſt quòd corpus humanum in ſtatu iſto non poteſt eſſe cum alio corpore in eodem loco. Si ergo corpus glorioſum naturaliter poſſit eſſe cum alio corpore in eodem loco propter aliquam proprietatem inditam: illa proprietas aufert hoc propter quod corpus humanum in ſtatu iſto prohibetur eſſe cum alio corpore in eodem loco. Eſt ergo conſiderandum quid ſit huiuſmodi, prohibens. Dicunt autem quidam hoc eſſe groſſitiem vel corpulentiam quandam quæ tolletur per dotem gloriæ, quam nominant ſubtilitatem; ſed hoc nō eſt intelligibile, non enim inuenitur quid ſit huiuſmodi corpulentia vel groſſities, non enim eſt aliqua qualitas: quia nulla qualitas dari poteſt, qua quidem remota corpus poſſit eſſe cum alio corpore in eodem loco. Similiter nec poteſt eſſe forma nec materia quæ ſunt partes eſſentiæ, quia tunc integra eſſentia corporis humani non remaneret cum gloria: quod eſt hæreticum.

¶ Et ideò dicendum eſt, ꝙ hoc prohibens nihil eſt aliud quam dimenſiones quibus ſubſtat materia corporalis, neceſſe eſt enim vt id quod eſt per ſe ſit cauſa in vnoquoque genere. Diſtinctio autem ſecundum ſi-

veri q.10 ar.4.ad 10

tum primò & per ſe conuenit quantitati dimenſiuæ, quæ diffinitur eſſe quantitas poſitionem habens. Vnde & partes in ſubiecto ex hoc ipſo diſtinctionem habent ſecundum ſitum, ꝙ ſunt ſubiectæ dimenſioni, & ſicut eſt diſtinctio diuerſarum partium vnius corporis ſecundum diuerſas partes vnius loci per dimenſiones ita propter dimenſiones diuerſa corpora diſtinguūtur ſecundum diuerſa loca. Duo enim corpora facit actualis diuiſio materiæ corporalis. Duas autē partes vnius corporis diuiſibilitas potentialis, vnde & Philoſophus dicit in quarto Phyſicorum (Topicorum capite ſeptuageſimoſexto) ꝙ ſicut ſubintrante cubo ligneo aquam vel aerem, oportet ꝙ cedat tantum de aqua, vel aere, ita oportet ꝙ cederent dimenſiones ſeparatæ, ſi vacuū poneretur. Cum ergo gloria non tollat dimenſiones corporis, dico ꝙ corpus glorioſum non poteſt naturaliter eſſe cum alio corpore in eodem loco propter aliquam proprietatem inditam.

4.d.10.ar. 2.q.3.ad 2 ar.3.q.1.ad quartum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut dictū eſt, corpus humanum in ſtatu illo prohibetur eſſe cū alio corpore in eodem loco, non propter corpulentiā aut groſſitiem quæ per gloriam tollitur (ſpiritualitatem enim Apoſtolus opponit animalitati: ſecundum quam corpus eſt alimonia indigens: vt Auguſtinus dicit. Non autem opponit groſſitiei vel corpulentiæ) ſed impeditur propter dimenſiones. Ratio verò quæ in contrarium obiicitur, ponitur inter ſophiſticas rationes à philoſopho in 4. Phyſicorum. Puncto enim & lineæ & ſuperficiei, non debetur locus ſed corpori: vnde non ſequitur, Si termini corporum ſe tangentium ſunt ſimul, ꝙ propter hoc plura corpora poſſunt eſſe in eodem loco.

¶ AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ſicut ibidē commentator exprimit, ſubintratio illa fit per condenſationem & dicuntur habere ſpiritualem virtutē propter raritatem. Eſſet autem erroneum dicere hoc modo ꝙ ſunt aeri ventiſque ſimilia, vt patet per Gregorium in decimo nono moralium.

ARTICVLVS XXII.

Vtrùm aliquo modo corpus glorioſum poſſit eſſe ſimul in eodem loco cum alio corpore.

AD Secundum ſic proceditur. Videtur ꝙ corpus glorioſum nullo modo poſſit eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco. ſicut enim ſe habet corpus vnum ad vnum locum, ita duo corpora ad duo loca: ergo commutatim ſicut vnum corpus ad duo loca: ita duo corpora ad vnum locum. Sed vnum corpus nullo modo poteſt eſſe in duobus locis. Ergo nec duo corpora in vno loco.

4.d.44.q. 2.ar.4.q.1. c.& circa 4.c.84. ar.21.& 40 & 3.p.q.54 ar.2.ad 1. q.54.ar.4. ad 3.

¶ Præterea, ſi duo corpora ſint in vno loco, ſumuntur duo puncta in duabus extremitatib. loci. Sequitur ergo ꝙ inter iſta duo puncta, erunt duæ lineæ rectæ duorum corporum in eodem loco exiſtentium quod eſt impoſſibile: ergo impoſſibile eſt duo corpora eſſe in eodem loco.

¶ SED CONTRA eſt, quòd Chriſtus intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis vt habetur Ioannis vigeſimo, quod eſſe non poteſt, niſi corpus eius ſimul cum corpore portarum fuiſſet in eodem loco. Poteſt ergo corpus glorioſum cum alio corpore eſſe in eodem loco.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ſicut iam dictum eſt, duo corpora eſſe in eodem loco prohibentur ex dimenſionibus: quia materia corporalis ſecundum dimenſiones diuiditur: dimenſiones autem diſtinguūtur ſecundum ſitum. Deus autem qui eſt omnium cauſa prima, poteſt conſeruare effectus in eſſe ſine cauſis proximis: vnde ſicut conſeruat in ſacramento altaris accidentia ſine ſubiecto, ita poteſt conſeruare diſtin-

ar.74.c.6. & 3.p.q. 105.ar.2.6 c.

ctionem

ar. 183. c. 3. p. q. 35. art. 6. c. & q. 35. ar. 6.

ctionem materiæ corporalis & dimenſionum in ea abſque diuerſitate ſitus. Miraculoſè ergo fieri poteſt, ꝙ duo corpora ſint in eodē loco: vnde corpori Chriſti attribuunt à ſanctis, ꝙ exiuit per clauſum virginis vterum: & ꝙ intrauit ianuis clauſis per virtutem diuinam: & ſimul dico ꝙ corpus glorioſum, quod erit configuratum corpori claritatis Chriſti, poterit eſſe cum alio corpore in eodem loco: non propter aliquam virtutem creatam inditam, ſed ſola diuina virtute aſſiſtente: & hoc operante, ſicut corpus Petri ſua vmbra ſanabat infirmos, ſed diuina virtute aſſiſtente miracula faciente.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd proportione commutata ſic eſt vtendum, ſicut ſe habet primum ad ſecundum: vt duo ad tria: ita ſe habet tertium ad quartum, id eſt, tria ad ſextum, & ſecundum hoc ratio ſic deberet procedere: ſicut ſe habet vnum corpus ad vnum locum, ita duo corpora ad duo loca. Ergo ſicut vnum ad duo corpora, ita vnus locus ad duo loca: & ſic non ſequitur, ꝙ ſi vnum corpus non poteſt eſſe in duobus locis, ꝙ duo corpora non poſſint eſſe in vno loco, vnum enim corpus eſſe localiter in duobus locis implicat contradictionem: quia de ratione loci eſt, quòd ſit terminus locati, terminus autem eſt extra quem nihil eſt rei: vnde nihil locati poteſt eſſe in loco exteriori: quòd ſi ponatur eſſe in duobus locis, ſequitur quòd ſit extra ſuum locum: & ita ſequitur quòd ſit locatum & non locatum: nec eſt inſtantia de corpore Chriſti: quia non eſt in ſacramento altaris localiter, ſed per conuerſionem.

cōtra ſco. vnum corpus nō poteſt eſſe in 2. locis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd duas lineas rectas mathematicas eſſe infra duo puncta, eſt impoſſibile: quia in eis nulla alia ratio diſtinctionis poteſt intelligi, niſi ex ſitu: ſed duas lineas naturales eſſe infra duo puncta, eſt impoſſibile quidem per naturam, ſed poſſibile per miraculum: quia remanet alia ratio diſtinctionis in lineis duabus ex diuerſitate corporum ſubiectorum, quæ conſeruatur virtute diuina, etiam remota diuerſitate ſitus.

4. diſt. 44. q. 1. ar. 3. q5. 3. c. & ad 2. p. q. 1. ar. 3. ad 56.

INCIPIT QVODlibet ſecundum.

QVAESTIO I.

QVAESITVM eſt de Chriſto, de angelis, & de hominibus. Circa Chriſtum quæſita ſunt duo de paſſione eius.

¶ Primò vtrum in triduo mortis, fuerit idem homo in numero.

¶ Secundò vtrùm quælibet paſſio Chriſti ſuffeciſſet ad redemptionē humani generis ſine morte.

ARTICVLVS I.

Vtrum Chriſtus in triduo fuerit idem homo.

ar. 97. & a. 42. 1. & ad 3. q6. 30. ar. 43. c.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus fuerit idem homo in triduo. Dicitur enim Math. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ: ſed non fuit alius filius hominis in corde terræ, niſi filius hominis qui loquebatur ſuper terram, alioqui Chriſtus fuiſſet duo filij: ergo fuit idem homo in triduo mortis.

¶ Prætereà, Ionas fuit idem homo in ventre ceti, qui prius fuerat. Sed ſicut Ionas fuit in ventre ceti, ita Chriſtus in corde terræ: ergo etiam Chriſtus fuit idem homo.

¶ Sed contra, remota forma partis, remouetur forma totius quæ reſultat ex compoſitione formæ & materiæ. Sed in triduo mortis anima fuit ſeparata à corpore Chriſti, ergo deſijt eſſe humanitas. Non ergo fuit idem numero homo in triduo mortis.

¶ Reſpondeo dicendum, quod in Chriſto fuerunt tres ſubſtantiæ vnitæ: ſcilicet corpus, anima, & diuinitas. Sed corpus & anima fuerunt vnita, non ſolum in vnam perſonam: ſed in vnam naturam. Diuinitas autem in natura quidem non potuit vniri nec animæ nec corpori, quia cum ſit perfectiſſima natura non poteſt eſſe pars alicuius naturæ. Sed fuit vnita corpori & animæ in perſona: in morte autem ſeparata fuit anima à corpore: alioquin non fuiſſet vera mors Chriſti: de cuius ratione eſt quod ſeparetur anima à corpore, quod per animam viuificatur: ſed diuinitas non fuit ſeparata nec ab anima, nec à corpore: quod patet ex ſimbolo fidei: in quo de filio Dei dicitur, quod ſepultus eſt & deſcendit ad inferos, corpore autem iacente in ſepulchro & anima ad inferos deſcendente, non attribuerentur iſta filio Dei, niſi hæc duo eſſent ei copulata in vnitate hypoſtaſis vel perſonæ. Et ideò de Chriſto in triduo mortis dupliciter loqui poſſumus. Vno modò quantum ad hypoſtaſim, vel perſonam: & ſic eſt idem numero ſimpliciter qui fuit. Aut quantum ad naturam humanam. Et hoc dupliciter, vno modo quantum ad totam naturam, quæ humanitas dicitur, & ſic Chriſtus non fuit homo in triduo mortis: vnde nec idem homo, ſed eadem hypoſtaſis. Aut quantum ad partem humanæ naturæ: & ſic anima quidem fuit omnino eadem numero, eo quòd non eſt tranſmutata, ſecundum ſubſtantiam, corpus verò fuit idem numero ſecundum materiam: ſed non ſecundum formam ſubſtantialem quæ eſt anima: vnde non poteſt dici quòd ſimpliciter fuerit idem numero: quia quælibet differentia ſubſtantialis excludit idem ſimpliciter: animatum autem eſt differentia ſubſtantialis, & ideò mori eſt corrumpi: non alterari tantum: nec iterum poteſt dici quòd ſimpliciter non ſit idem vel aliud: quia non eſt ſecundum totam ſubſtantiam non idem aut aliud.

3. p. q. 50. ar. 2. & 3. o. & 3. di. 6. q. 1. ar. 3. o. & opus 60. art. 16. c. ſi.

art. 42. ad 1.

¶ Dicendum eſt ergo quòd fuit ſecundum quid idem, ſecundum quid non idem: ſecundum materiam enim idem, ſecundum formam verò non idem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd homo eſt nomen naturæ, ſed filius eſt nomen hypoſtaſis: & ideò magis in triduo mortis, Chriſtus poteſt dici filius hominis quàm homo.

ar. 182. & 3. p. q. 25. ar. 4. o.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſimilitudo non attenditur ibi quantum ad omnia: ſed ſolùm quantum ad occupationem. Nam Chriſtus fuit mortuus in corde terræ: non autem Ionas in ventre ceti.

ARTICVLVS II.

Vtrum alia paſſio Chriſti ſine morte ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ alia paſſio Chriſti non ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis ſine morte. Dicit enim Apoſtolus ad Galat. 2. Si ex lege eſt iuſtitia, ergo Chriſtus mortuus eſt gratis idest inutiliter & ſine cauſa. Sed ſi alia paſſio ſuffeceret, Chriſtus gratis mortuus eſſet: ſed hoc habet Apoſtolus pro inconuenienti: ergo alia paſſio Chriſti non ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis.

3. p. q. 46. ar. 2. & 3. o. & 4.

¶ Prætereà. Illud enim dicitur, quòd iuſto precio comparatur. Sed iuſtum precium pro peccato primi

parentis,

parentis, quo venditum eſt in ſeruitutem genus humanum eſſe nõ potuit aliud quàm vita Chriſti, quæ valet omnium hominum vitas, qua per illud peccatum priuatur. Nam per peccatum primi hominis mors in omnes introiuit: vt dicitur ad Romanos quinto: ergo non potuiſſet humanum genus redimi per aliam paſsionem Chriſti abſque morte.

¶ Præterea. Gregorius dicit in tertio Moralium, quòd niſi Chriſtus mortem indebitam ſuſcepiſſet, nequaquàm nos à morte debita liberaret, ergo paſſio alia non ſuffeciſſet ad liberationem humani generis ſine morte.

¶ Præterea. Apoſtolus dicit ad Hebræos decimo: quòd Chriſtus vna oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos, & ideò non eſt locus ſecundæ oblationi. Sed manifeſtum eſt quòd Chriſtus ante mortem multas paſsiones ſuſtinuit eſuriẽs, laborans, cõſputus & flagellatus. Si ergo iſtæ paſsiones ſuffeciſſent, non obtuliſſet ſeipſum ad mortem, obtulit autem ſeipſum hoſtiam Deo pro peccatis noſtris, vt dicitur ad Epheſ. quinto, & hoc per mortem: ergo paſsio Chriſti abſque morte non ſuffeciſſet.

¶ Sed contra. Iniuria, vel paſsio alicuius, menſuratur ex dignitate perſonæ. Maiorem enim iniuriam patitur Rex ſi percutiatur in facie, quàm aliqua priuata perſona, ſed dignitas perſonæ Chriſti eſt infinita: quia eſt perſona diuina, ergo quælibet paſsio eius ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis, etiam ſine morte.

¶ Præterea. Bernardus dicit. Quòd minima gutta ſanguinis Chriſti ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis: potuiſſet autem aliqua gutta ſanguinis Chriſti effundi ſine morte: ergo etiam ſine morte potuiſſet per aliquam paſsionem humanum genus redimere.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ad emptionem duo requiruntur: ſcilicet quantitas precij, & deputatio eius ad aliquid emendum. Si enim aliquis det precium non æquiualens ad rem aliquam acquirendam: non dicitur eſſe ſimpliciter emptio, ſed partim emptio, partim donatio, puta ſi aliquis emat librum qui valet viginti libras pro decem libris, partim emeret librum, & partim ſibi daretur. Rurſus ſi daret etiã maius precium & non deputaret ad emendum: non diceretur emere librum. Si ergo loquamur de redemptione humani generis quantum ad quãtitatem precij, ſic quælibet paſsio Chriſti etiam ſine morte ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis propter infinitam dignitatem perſonæ, & ſic procedunt duæ vltimæ rationes. Si autem loquamur quantum ad deputationem precij: ſic dicendum eſt, quòd non ſunt deputatę ad redemptionem humani generis à Deo patre & Chriſto aliæ paſsiones Chriſti abſque morte: & hoc triplici ratione. Primò quidem vt precium redemptionis humani generis non ſolum eſſet infinitum valore: ſed etiam eſſet eiuſdẽ generis: vt ſcilicet nos de morte per mortem redimeret. Secundò, vt mors Chriſti non ſolum eſſet precium redemptionis, ſed etiam exemplum virtutis: vt videlicet homines non timerent pro veritate mori. Et has duas cauſas aſsignat Apoſtolus ad Hebreos ſecundo, dicens, Vt per mortẽ deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, quãtum ad primum. Et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti, quantum ad ſecundum. Tertiò, vt mors Chriſti eſſet etiam ſacramentum ſalutis: dum nos virtute mortis Chriſti morimur peccato, & carnalibus concupiſcentijs, & proprio affectui: & hæc cauſa aſsignatur primæ Petri tertio: Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu, & ideò humanum genus non eſt redemptum per aliam paſsionem abſq; morte Chriſti.

Opuſ. 2. cap. 23 & .
3. p. q. 46. ar. 6. ad 6.
3. p. q. 46. ar. 3. & 3. d. 18. art. 6. q. 3. c.
3. d. 20. art. 4. q. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non ſine cauſa deputata eſt mors Chriſti ad redemptionem humani generis: quamuis minor paſsio ſufficere potuiſset: vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Chriſtus non ſoluendo vitam ſuam: ſed etiam quamcunque paſſionem patiendo ſufficiens precium exoluiſset pro redemptione humani generis, ſi minor paſsio ad hoc diuinitus deputata fuiſset, & hoc propter infinitam dignitatem perſonæ Chriſti, vt dictum eſt.

¶ Aliæ duæ rationes procedunt ex hoc quòd alię paſsiones Chriſti non fuerunt deputatæ ad hoc, quòd per eas abſque morte Chriſti redimeretur humanum genus.

QVAESTIO II.

DEINDE quærebatur de Angelis.

¶ Et primò quantum ad compoſitionem ipſorum.

¶ Secundò quantum ad tempus motus ipſorum.

Circa primum quærebantur duo.

¶ Primò, vtrùm Angelus ſubſtantialiter ſit compoſitus eſsentia & eſse.

¶ Secundò, vtrùm in Angelo ſit aliud ſuppoſitum & natura.

ARTICVLVS III.

Vtrum Angelus componatur ex eſſentia & eſſe.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd Angelus ſubſtantialiter non componatur ex eſsentia & eſse. Eſsentia enim Angeli eſt ipſe Angelus, quia quidditas ſimplicis eſt ipſum ſimplex. Si ergo Angelus componeretur ex eſsentia & eſse, componeretur ex ſeipſo & alio: hoc autem eſt inconueniens. Non ergo ſubſtantialiter componitur ex eſsentia & eſse.

1. p. q. 50. art. 2. ad 3. q. 75. ar. 5. ad 4. q. 88. arti. 2. ad 4.

¶ Præterea. Nullum accidens cadit in ſubſtantialem compoſitionem ſubſtantiæ. Sed eſse Angeli eſt accidens, propriè enim Deo attribuitur ſecundum Hil. in lib. de trinitate, ꝙ eſse non ſit accidens ei: ſed ſubſiſtens veritas: ergo Angelus non eſt eſsentialiter compoſitus ex eſsentia & eſse.

¶ Sed contra eſt quòd dicitur in commento libri de cauſis, ꝙ intelligentia quem dicimus Angelum, habet eſsentiam & eſse.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ dupliciter aliquid de aliquo prædicatur. Vno modo eſsentialiter. Alio modo per participationẽ. Lux enim prædicatur de corpore illuminato participatiuè. Sed ſi eſset aliqua lux ſeparata, prędicaretur de ea eſsentialiter. Secundum ergo hoc dicendum eſt quòd ens prædicatur de ſolo Deo eſsentialiter: eo ꝙ eſse diuinum eſt eſse ſubſiſtens & abſolutum. De qualibet autem creatura prædicatur per participationem. Nulla enim creatura eſt ſuum eſse ſed eſt habens eſse. Sic & Deus dicatur bonus eſsentialiter, quia eſt ipſa bonitas, creaturæ autẽ dicuntur bonæ per participationem: quia habent bonitatem, vnumquòdq; enim inquãtum eſt, bonum eſt: ſecundum illud Aug. li. primo de doctrina Chriſtiana, ꝙ inquantum ſumus, boni ſumus: quãdocunque autem aliquid prædicatur de altero per participationem oportet ibi aliquid eſse præter id ꝙ participat, & ideò in qualibet creatura eſt aliud ipſa creatura, quę habet eſse: & ipſum eſse eius: & hoc eſt ꝙ

ar. 58. & contra 2. c. 15 ad 4. capi. & 5. ad 4.
1. p. q. 6. artic. 3. c.

Boc.

[1. p. q. 50. ar. 2. ad 3.] Boe. dicit in lib. de Hebdomadi. Quod in omni eo quod eſt citra primum aliud eſt eſſe & quod eſt. Sed ſciendum eſt quòd aliquid participatur dupliciter. Vno modo quaſi exiſtens de ſubſtantia participantis, ſicut genus participatur à ſpecie. Hoc autem modo eſſe non participatur à creatura. Id enim eſt de ſubſtantia rei, quod cadit in eius diffinitione. Ens autem non ponitur in diffinitione creaturæ: quia nec eſt genus nec differẽtia. vnde participatur, ſicut aliquid nõ exiſtens de eſſentia rei. [arti 183.] Et ideò alia quæſtio eſt, an eſt, & quid eſt, vnde cum omne quod eſt præter eſſentiam rei dicatur accidens, eſſe quod pertinet ad quæſtionẽ [2. d. 34. c. 1. 6.] an eſt, eſt accidens, & ideò commẽtator dicit in quinto Metaphyſic. Quod iſta propoſitio Sortes eſt, eſt de accidentali prædicato: ſecundum quod importat entitatem rei, vel veritatem propoſitionis: ſed verum eſt quòd hoc nomen ens ſecundum quòd importat rem, cui competit huiuſmodi eſſe, ſic ſignificat eſſentiam rei, & diuiditur per decem genera, non tamen vniuocè quia non eadem ratione competit omnibus eſſe. [1 p. q. 13. arti. 10 d 4 22. q. 10. a. tic. 1 c.] Sed ſubſtantiæ quidem per ſe, aliis autem aliter. Si ergo in Angelo eſt compoſitio ex eſſentia & eſſe, non tamen eſt compoſitio ſicut ex partibus ſubſtantiæ, ſed ſicut ex ſubſtantia: & eo quod adhæret ſubſtantiæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd aliquando ex [veri. q. 16. art. 1. ad 6] his quæ ſimul iunguntur relinquitur aliqua res tertia, ſicuti ex anima & corpore cõſtituitur humanitas: quæ eſt homo, vnde homo componitur ex anima & corpore. Aliquando autem ex his quæ ſimul iunguntur non reſultat res tertia, ſed reſultat quædam ratio compoſita, ſicut ratio hominis albi reſoluitur in rationem hominis: & in rationem albi: & in talibus aliquid componitur ex ſeipſo & alio: ſicut album componitur ex eo quod eſt album: & ex albedine.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſſe eſt accidens non quaſi per accidens ſe habens, ſed quaſi actualitas cuiuſlibet ſubſtantiæ, vnde ipſe Deus qui eſt ſua actualitas eſt ſuum eſſe.

ARTICVLVS IIII.

[1 p. q. 3. ar. 3. c. a. & 3. p. q. 17. 2. c. a. & 1. d. 5. ar. 2. c.] Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd in angelo idem ſit ſuppoſitũ & natura. In his enim quæ ſunt compoſita ex materia & forma differt ſuppoſitum & natura. quia ſuppoſitum addit ſupra naturam ſpeciei materiam indiuidualem, quod non poteſt eſſe in angelo: ſi angelus non ſit compoſitus ex materia & forma: ergo in Angelo non differt ſuppoſitũ & natura. Sed dicebat quòd ſuppoſitum in Angelo differt à natura inquantum ſuppoſitum intelligitur, vt habens eſſe: non autem natura.

¶ Sed contra. Sicut eſſe non ponitur in diffinitione naturæ: ita non poneretur in diffinitione ſuppoſiti, vel ſingularis: ſi ſuppoſitum vel ſingulare diffiniretur ergo ſuppoſitum per eſſe à natura non differt. Nullo ergo modo differunt ſuppoſitum & natura.

¶ Sed contra. In omnibus creaturis, natura conſtituit ſuppoſitum. Sed nihil conſtituit ſeipſum, ergo in nulla creatura eſt idem ſuppoſitum & natura.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ad huius quæſtionis intelligentiam, oportet conſiderare quid ſit ſuppoſitum & quid natura. [Natura multipliciter dicitur. 1. p. q. 29. ar. 1. a. 4 5 p. q. 2. art. 1. 2. 2. c.] Natura autem quamuis multipliciter dicatur: tamen vno modo dicitur natura ipſa ſubſtantia rei: vt dicitur in quinto Metaphyſicor. 3. (Topico. capite quinto) ſecundum quòd ſubſtantia ſignificat eſſentiam, vel quidditatem rei, vel quid eſt. Illud ergo ſignificatur nomine naturæ, prout hic loquimur de natura, quod ſignificat diffinitio, vnde Boetius dicit in libro de duabus naturis, quòd natura eſt vnumquodque informans ſpecifica differentia, differentia enim ſpecifica eſt completiua diffinitionis. Suppoſitum autem eſt ſingulare in genere ſubſtantiæ quod dicitur hypoſtaſis, vel ſubſtantia prima: & quia ſubſtantiæ ſenſibiles compoſitæ ex materia & forma ſunt magis nobis notæ: ideò in eis primò videamus quomodo ſe habet eſſentia: vel natura ad ſuppoſitum.

¶ Dicunt autem quidam, quòd forma partis eſt idem cum forma totius: quæ dicitur eſſentia, vel natura ſecundum rem, ſed differt ſola ratione, nam forma partis dicitur inquantum facit materiam eſſe in actu, forma autem totius, inquantum conſtituit ſpeciem, ſicut anima dicitur forma partis inquantum facit corpus eſſe in actu, & ſimiliter dicitur anima forma totius, inquantum conſtituit ſpeciem humanam, & ſic dicitur humanitas. [Cõm. opi.] [art. 180. ad 4. & cõtra 4 c. 80.] & ſecundùm hoc in rebus compoſitis ex materia & forma natura eſt pars ſuppoſiti. [art. 41. ad 1. 1. p. q. 3. ar. 3 cap. 2. ad 3.] Nam ſuppoſitum eſt indiuiduum compoſitum ex materia & forma, vt dictum eſt. Sed prædicta poſitio non videtur eſſe vera, quia vt dictum eſt, natura, vel eſſentia dicitur id quod ſignificat diffinitio. [1. q. 29. art. 2 a 1; pot. q. 9 art. 1. ad 6.] Diffinitio autem in rebus naturalibus non ſolum ſignificat formam, ſed etiam materiam, vt dicitur in 6. Metaphyſico. (T. cap. 2.) Nec poteſt dici quòd materia ponatur in diffinitione rei naturalis ſicut non exiſtens de eſſentia eius, hoc enim eſt proprium accidentis, vt diffiniatur per aliquid quod non eſt de eſſentia eius, ſcilicet per ſubiectum, & ideò habent eſſentiã incompletè, vt dicitur in 6. Metaphy. (T. c. 4.) Relinquitur ergo quod in rebus compoſitis ex materia & forma, eſſentia vel natura non ſit ſola forma, ſed compoſitum ex materia & forma. Reſtat ergo conſiderandum cum ſuppoſitum, vel indiuiduum naturale ſit compoſitum ex materia & forma, vtrùm ſit idem eſſentiæ, vel naturæ. Et hanc quæſtionem mouet Philoſophus in 7. Metaphyſico. T. commẽ. 21.) vbi inquirit, vtrùm ſit idem vnumquodque & quod quid eſt eius, & determinat quod in his quæ dicuntur per ſe. idem eſt res & quod quid rei, in his autem quæ dicuntur per accidens, non eſt idem. Homo enim nihil eſt aliud quàm quod quid eſt hominis. Nihil enim aliud ſignificat homo, quàm animal greſſibile bipes. Sed res alba non eſt idem omninò ei quod quid eſt album, quod ſcilicet ſignificatur nomine albi. Nam album nihil ſignificat, niſi qualitatem, vt dicitur in prædicamentis, res autem alba eſt ſubſtantia habens qualitatem. Secundum hoc ergo cuicunque poteſt aliquid accidere, quod non ſit de ratione ſuæ naturæ, in eo differt res, [1 p. q. 2. art. 25. & 58. 1. p. q. 3. arti. 3. o.] & quod quid eſt ſiue ſuppoſitum, & natura. nam in ſignificatione naturæ includitur ſolùm id quod eſt de ratione ſpeciei, ſuppoſitum autem non ſolùm habet hæc quæ ad rationem ſpeciei pertinẽt. ſed etiam alia quæ ei accidunt, & ideò ſuppoſitum ſignatur per totum, natura autem ſiue quidditas, vt pars formalis. In ſolo autem Deo non inuenitur aliquod accidens, præter eius eſſentiam, quia ſuum eſſe eſt ſua eſſentia, vt dictum eſt, & ideò in Deo eſt omnino idem ſuppoſitum & natura. In angelo autem non eſt omninò idem [1. p. q. 50. ar. 6. o.] quia aliquid accidit ei præter id quod eſt de ratione ſuæ ſpeciei, quia & ipſum eſſe angeli eſt præter eius eſſentiã, ſeu naturam, & alia quædam ei accidunt quę omninò pertinent ad ſuppoſitũ, non autem ad naturam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non ſolum [1. p. q. 54. ar. 3. ad 2.] in compoſitis ex materia & forma inuenitur aliquod accidens præter eſſentiam ipſius ſpeciei, ſed etiam in ſubſtantiis ſpiritualibus, quæ non componuntur ex materia & forma. Et ideò in vtriſque ſuppoſitum non eſt omnino idem quod ipſa natura. Hoc tamẽ eſt aliter & aliter in vtriſq;. Dupliciter aūt aliquid accipitur vt acci-

vt accidens præter rationem rei. Vno modo, quia non cadit in diffinitione ſignificante eſſentiam rei: ſed tamen eſt deſignatiuum, vel determinatiuum alicuius eſſentialium principiorum: ſicut rationale accidit animali: vtpotè præter diffinitionem eius exiſtens, & tamen eſt determinatiuum eſſentiæ animalis: vnde eſt eſſentiale homini & de ratione eius exiſtens. Alio modo accidit aliquod alicui, quia nec eſt in eius diffinitione: nec eſt determinatiuum alicuius eſſentialium principiorum: ſicut albedo accidit homini. His ergo quæ ſunt compoſita ex materia & forma accidit aliquod præter rationem ſpeciei exiſtens vtroque modo. Cùm enim de ratione ſpeciei humanæ ſit quod componatur ex anima & corpore, determinatio corporis & animę eſt præter rationem ſpeciei, & accidit homini inquantū eſt homo, quod ſit ex hac aīa & ex hoc corpore. Sed hoc conuenit per ſe huic homini, de cuius ratione eſſet, ſi diffiniretur, quod eſſet ex hac anima & ex hoc corpore: ſicut de ratione hominis communis eſt, quod ſit ex anima & corpore. Accidunt etiam compoſitis ex materia & forma præter rationē ſpeciei, multa alia quæ non ſunt determinatiua eſſentialium principiorum. Subſtātiis vero immaterialib. creatis accidunt quidem aliqua pter rationem ſpeciei, quæ non ſunt determinatiua eſſentialium principiorum, vt dictum eſt non tamen accidunt eis aliqua quæ ſunt determinatiua eſſentię ſpeciei: quia ipſa natura ſpeciei nō indiuiduatur per materiam: ſed per ſeipſam, ex hoc quòd talis forma non eſt nata recipi in aliqua materia: vnde per ſeipſam nō eſt multiplicabilis, neq; prædicabilis de pluribus: ſed quia non eſt ſuum eſſe, accidit ei aliquid præter rationem ſpeciei: ſcilicet ipſum eſſe: & alia quædam quæ attribuuntur ſuppoſito & nō naturæ, propter quod ſuppoſitum in eis non eſt omninò idem cum natura.

1.p.q.3.ar. 3.2.q.29. art.2.ad 3

1.p.q.3.ar. 3.ad 2.ar. 3.c.& q.85 art.1.ad 2. 3.p q.77. art 2.c.ad ſecundum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non omne quod accidit alicui præter rationem ſpeciei eſt determinatiuum eſſentiæ ipſius: vt oporteat illud poni in ratione eius: ſicut dictum eſt: & ideò licet ipſum eſſe non ſit de ratione ſuppoſiti: quia tamen pertinet ad ſuppoſitum & non eſt de ratione naturæ, manifeſtum eſt quòd ſuppoſitum & natura non ſunt omninò idem in quibuſcunque res non eſt ſuum eſſe.

¶ Ad illud verò quod in contrarium obiicitur dicendum quòd natura dicitur conſtituere ſuppoſitū, etiam in compoſitis ex materia & forma: non quia natura ſit vna res: & ſuppoſitum alia res. Hoc enim eſt ſecundum opinionem dicentium, quòd natura ſpeciei ſit forma tantum: quæ conſtituit ſuppoſitum ſicut totum: ſed quia ſecundum modum ſignificandi natura ſignificatur vt pars ratione ſupradicta: ſuppoſitum verò vt totum, natura ſignificatur, vt conſtituens: & ſuppoſitum vt conſtitutum.

QVAESTIO III.

ARTICVLVS V.

Vtrùm tempus mouens creaturam ſpiritualem, & menſurans temporalem ſit idem.

DEinde quæſitum eſt de tempore, per quod Deus mouet creaturā ſpiritualem ſecundū Aug. vtrū ſit idem cum tēpore quod mēſurat motus corporalium rerum. Et videtur quod ſic, quia neque Aug. diuerſitatem hanc temporum aſsignat: neque aliquis Philoſophus. Vanum ergo videtur hanc diuerſitatem temporum aſſignare.

1.diſ.37.q 4.art.3.c. 2.di.2.q 1. ar.1.c 1.p. q.10. ar 5. ad 1. opus 36.c.4.

¶ Prætereà, Omne quod eſt inquantū eſt, vnum eſt, ſi ergo non ſit vnum tempus: ſed diuerſa non erit ens quod eſt inconueniens: Oportet ergo ponere vnum tempus tantum.

¶ Sed contra. Tempus quo menſurantur corporales motus eſt numerus motus primi cœli: ſecundū Philoſophum in 4. Phyſi. (T. c.98.) Sed tempus per quod mouentur angeli non habet aliquē ordinē ad motum ergo illud tēpus eſt aliud à tempore corporaliū rerū. Philoſo.

¶ Prætereà. Perpetuo & corruptibili nihil eſt cōe, niſi ſecundū nomen: vt dicitur in 10. Metha. (T. c.26.) ſed angeli ſunt perpetui: corpora autē ſunt corruptibilia non ergo idem tempus eſt vtrorumque.

¶ Reſpondeo dicendum, quod ſicut Aug. dicit in 11. de ciuitate Dei. Tempora non fuiſſent, niſi creatura fieret: quæ aliquid aliqua motione mutaret: cuius mutationis cum aliud atque aliud: quæ ſimul eſſe non poſſunt. cedit atque ſuccedit: ſequitur tempus ex quo accipitur, quod etiam philoſophus dicit in 4 Phiſ. (T. c.97.) quod oportet loqui de tempore ſecundum rationem motus. nā tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius. Oēs ergo motus qui poſſunt menſurari vna menſura, habent vnum tempus. Si qui verò motus ſunt qui non poſſunt vna menſura menſurari, neceſſe eſt quòd eorum ſit diuerſum tempus. Cùm autem menſura ſit homogenea mēſurato, vt dicitur in 10. Metaphi. manifeſtum eſt quòd omnia quæ ſunt vnius generis, poſſunt habere vnam menſuram cōem, non aūt quæ ſunt generum diuerſorum. Omnes autem motus continui conueniunt in vno genere, inquantum ſunt cōmenſurabiles, & ideò poſſunt habere vnam menſuram communem menſurantur. n. omnes ſimplicisſimo modo ſui generis, ſ. velocisſimo motu primi cęli. vnde omnium motuum continuorum, poteſt eſſe vnum tēpus commune. quod quidem tempus licèt videatur eſſe ſecundum genus de numero diſcretorum, quia eſt numerus harum rerum continuarum, ſcilicet motuū, fit & ipſum continuum, ſicut decem ſimpliciter dictū eſt aliquid diſcretum. Sed decem vlnę panni, eſt aliquid continuum, diſcretorum autem & continuorum non poteſt eſſe vna menſura communis, cum ſint diuerſorum generum, inquantum ſunt menſurabilia, & ideò neceſſe eſt, ſi ſint aliqui motus non continui, quòd tempus eorum aliud ſit à motu quo menſurantur motus continui. manifeſtum eſt autem quod motus ſpiritualium creaturam, de quibus Auguſtinus loquitur, dicens creaturam ſpiritualem moueri per tempus & non per locum, non ſunt motus continui. ſed viciſsitudines quędam diſcretæ. Dicit enim quòd per tempus mouetur animus, vel reminiſcendo quod oblitus erat, vel diſcendo quod neſciebat, vel volendo quod nolebat, vnde manifeſtum eſt quòd cum tempus non habeat continuitatem niſi ex motu, quòd tale tempus non eſt continuum, & quod eſt aliud à tempore corporalium rerum.

Philoſo

Auguſti.

ar.5.ad 1. 187. 1. p. q.53. a.1. p.q 53 ar. 3.c & ma. q 16 ar.4. c ſi 2 d.2. q.1 arti.1. ad 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Auguſt ex ipſa differentia motuum, dat intelligere differentiam temporum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eo modo aliquid eſt vnum, quo eſt & dicitur eſſe, quod enim dicitur eſſe ſecundum ſpeciem, eſt vnum ſpecie, non autem vnū numero, vnde non ſequitur ſi ſint plures hoies, quòd non ſit homo, & ſimiliter non ſequitur ſi ſint plura tempora, quòd non ſit tempus.

QVÆSTIO IIII.

DEinde quæſitum eſt de homine.

¶ Et primò quantùm ad virtutes.

¶ Secundò quantùm ad peccata.

¶ Tertiò quantum ad pœnas. Circa virtutes autem fuit quæſitum & quantùm ad res diuinas. & quantùm ad res humanas.

Quan-

¶ Quantum ad res diuinas, quæſita ſunt tria.

¶ Primò circa fidem: vtrùm aliquis teneretur credere Chriſto viſibilia miracula non facienti.

¶ Secundò circa fidei ſacramentū: vtrùm paruuli Iudæorum ſint baptizandi inuitis parentibus.

¶ Tertiò circa decimas, quæ debētur miniſtris ſacramentorum: vtrùm aliquis propter conſuetudinem poſſit excuſari, ne decimas ſoluat.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm homines credere debuiſſent Chriſto non facienti viſibilia miracula.

ar. 28. 3. p. q. 43. art. 1. 4. & opuſ. 60. art. 12. de quis miraculis.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd Chriſto non facienti viſibilia miracula, homines credere non tenerentur. Quicunque. n. non facit hoc ad quod tenetur, peccat. Sed ſi homines non crederent Chriſto miracula non facienti, non peccarent. Dicit. n. ipſe Io. 15. Si. n. opera non fecilſem in eis quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent: & loquitur de peccato infidelitatis ſecundum Aug. ergo Chriſto ſi non feciſſet miracula, homines credere non tenerentur.

¶ Præterea, Nullus poteſt mutare legem, niſi legiſlator vel eo ſuperior. Sed Chriſtus prædicabat quędam quę videbantur pertinere ad veteris legis abolitioné: ſicut quòd cibi non coinquinauerunt hominem: & quod licet in ſabbato operari. Si ergo non probaſſet ſe eſſe legislatorem. non fuiſſet ei credendum. Sed hoc fieri non potuiſſet niſi per miracula: cum legislatoré multa miracula præceſſerint: ergo Chriſto non eſt credendum niſi miracula feciſſet.

¶ Sed contra. magis obligantur homines ad credēdum primæ veritati, quàm ad credendum viſibilib. ſignis. Sed licet Chriſtus miracula non feciſſet: ipſe tamen verus Deus exiſtens, prima veritas erat: ergo etiā ſi miracula non feciſſet, adhuc erat ei credendum.

¶ Præterea. gratia vnionis eſt maior quā gratia gratum faciens per adoptionem. Sed miracula non ſufficienter probant gratiam facientem: quia vt habetur Matth. 7. his qui Chriſto in iudicio dicent. Domine in nomine tuo virtutes multas fecimus: reſpondebitur: non noui vos: ergo multò minus miracula ſufficiunt ad probandum gratiam vnionis. Si ergo ſine miraculis Chriſto homines credere non tenerentur, neque etiam miraculis factis tenebantur credere dicenti ſe eſſe Deum: quod patet eſſe falſum.

Matth.

22 q. 4. ar. 5 1. c. & 4. 3. 10. ar. 4. q. 4. c. & d. ſ. 16 q. 3. ar. 6 7. q. 2. c. Paulus.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd nullus tenetur ad hoc quod eſt ſupra vires ſuas: niſi per hunc modum quo ſit ſibi poſſibile, credere autem eſt ſuper potentiam hominis naturalem: vnde ex dono Dei prouenit: ſecundum illud Apoſtoli ad Epheſios 2. Gratia ſaluati eſtis per fidem: & hoc non ex nobis, Dei enim donū eſt. & ad Philippenſes 1. dicit. Vobis datum eſt non ſolum vt in ipſum credatis, ſed vt pro ipſo patiamini. Homo ergo tenetur credere ſecundum hoc, quòd adiuuatur à Deo ad credēdum. Adiuuatur autem à Deo aliquis ad credendum tripliciter. Primò quidem per interiorem vocationem de qua dicitur Ioānis 6. Omnis qui audit à patre & didicit, venit ad me: & ad Ro. 8. Quos prædeſtinauit, hos & vocauit. Secūdò per doctrinam & prædicationem exteriorem: ſecundum illud Apoſtoli ad Ro. 10. Fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti. Tertiò per exteriora miracula, vnde dicit 1. Corinthiorum decimoquarto, quòd ſigna data ſunt infidelibus: vt ſcilicet per ea prouocentur ad fidem. Si autem Chriſtus viſibilia miracula nō feciſſet, adhuc remanebant alij modi attrahendi ad fidem: quib. homines acquieſcere tenerentur. Tenebantur enim homines credere auctori legis & prophetarum. Tenebantur etiam interiori vocationi non reſiſtere: ſicut Iſaias de ſe dicit. Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non cōtradico, retrorſum non abij. Iſaię quinquageſimo. ſicut de quibuſdam dicitur Act. 7. Vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis.

Ioannes.

Io. 15. lectione 5. idē dicit. Iſai.

Gregorius.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd inter illa opera quæ Chriſtus in hominibus fecit, annumerari etiā debet vocatio interior, qua quoſdā attraxit: ſicut Gregorius dicit in quadā homelia. quòd Chriſtus per miſericordiam Magdalenam traxit interius: qui etiam per clementiam ſuſcepit foris. Annumerari etiam debet eius doctrina: cum etiam ipſe dicat. Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Chriſtus poterat ſe oſtendere eſſe legiſlatorem, non ſolum faciendo viſibilia miracula, ſed etiam per auctoritatem ſcripturæ: & per interiorem inſtinctum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd interior inſtinctus quo Chriſtus poterat ſe manifeſtare ſine miraculis exterioribus pertinet ad virtutem primæ veritatis: quæ interiùs hominem illuminat & docet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd miracula viſibilia fiunt virtute diuina ad confirmationem virtutis fidei: vnde dicitur Marci vltimo de Apoſtolis, quòd prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentib. ſignis. Non aūt fiunt miracula ſemper ad demōſtrandū gratiam eius perquē miracula fiunt: & ideò poteſt contingere quòd aliquis gratiam gratum facientem non habens miracula faciat: ſed hoc cōtingere non poteſt, quòd aliquis falſam doctrinam annuncians, vera miracula faciat, quæ niſi virtute diuina fieri non poſſunt. Sic enim Deus eſſet falſitatis teſtis, quod eſt impoſſibile. Cùm ergo Chriſtus ſe filium Dei diceret, & æqualem Deo, hanc eius doctrinam comprobabāt miracula quæ faciebat & ideò oſtendebatur Chriſtus per miracula quæ faciebat, eſſe Deus. Petrus autem licèt eadem vel maiora miracula faceret, non probabatur eſſe Deus: ſed per ea etiā probabatur, quòd Chriſtus eſſet Deus: quia Petrus non prædicabat ſeipſum, ſed Ieſum Chriſtum eſſe Deum.

Mar.

1. p. q. 110. ar. 4. c. & 22. q. 178 a. 3. diſ 15. q. 1. ar. 1. o. Petri miracula.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm pueri iudæorum ſint baptizandi inuitis parentibus.

art. 29 22 q. 19 ar. 12. & 3. q. 1 6. ar. 10. o. & arti. 49.

AD ſecundum ſic procedebatur. Videtur quod pueri Iudæorum ſint baptizandi inuitis parentib. Magis enim eſt vinculum matrimoniale, quàm ius paternæ poteſtatis, quia paterna poteſtas poteſt per hominem ſolui, cùm filiusfamilias emancipatur, vinculum autem matrimoniale non poteſt ſolui per hominem, ſecundum illud Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, ſed propter infidelitatem ſoluitur vinculum matrimoniale. Dicit enim Apoſtolus 1. ad Corint. 7. quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat: nō enim ſeruituti eſt ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi, & canon di. quòd ſi coniunx infidelis non vult cohabitare ſine contumelia creatoris, quod alter coniugum non debet ei cohabitare: ergo multò magis propter infidelitatem tollitur ius paternæ poteſtatis: ſic ergo infideles Iudæi non habent ius paternæ poteſtatis in ſuos filios. Poſſunt ergo eorum filij baptizari eis inuitis.

Paulus.

¶ Præterea, Magis debet homini ſubueniri contra periculum mortis æternæ, quàm contra periculū mortis temporalis. Sed ſi aliquis videret hominem in peri-

periculo mortis temporalis,& ei non ferret auxilium, peccaret. Cum ergo pueri Iudæorum & aliorum infidelium ſint in periculo mortis ęternę,ſi parentib. relinquantur qui eos in ſua infidelitate inſormant,videtur quòd ſint eis auferendi & baptizandi, & in fide inſtruendi.

¶ Præterea. Filii ſeruorum ſunt ſerui & in poteſtate dominorum. Sed Iudæi ſunt ſerui regum & principum,ergo & filij eorũ. Reges ergo & principes habent poteſtatem de filiis Iudęorum facere quod voluerint. Nulla ergo eſſet iniuria, ſi baptizarentur inuitis parentibus.

¶ Præterea. Quilibet homo magis eſt Dei à quo habet animã,quàm patris carnalis, a quo habet corpus. Non eſt ergo iniuſtum ſi pueri Iudęorum carnalibus parentibus auferantur, & Deo per baptiſmum conſecrentur.

¶ Præterea,Baptiſmus eſt efficacior ad ſalutẽ,quàm prædicatio,quia per baptiſmum ſtatim tollitur peccati macula & reatus pœnę,& aperitur ianua cœli. Sed ſi periculum ſequatur ex defectu prædicationis,imputatur ei qui non prędicauit,vt habetur Eze.3.& 33.De eo qui videt gladium venientem, & non inſonuerit tuba: ergo multò magis ſi pueri Iudæorum damnentur propter defectum baptiſmi, imputatur ad peccatum eis, qui potuerunt baptizare & non baptizauerunt.

¶ Sed contra, Nemini facienda eſt iniuria. Fieret autem Iudæis iniuria, ſi eorum filij baptizarentur eis inuitis, quia amitterent ius paternæ poteſtatis in filios iam fideles: ergo eis inuitis non ſunt baptizandi.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd maximã authoritatem habet eccleſiæ cõſuetudo, q̃ ſemper eſt in omnib. ęmulanda: quia & ipſa doctrina catholicorum doctorum ab eccleſia authoritatẽ habet: vnde magis eſt ſtãdũ conſuetudini eccleſiæ,vel authoritati Aug.vel Hie. vel cuiuſcunq; doctoris. Hoc autem eccleſiæ vſus nunquam habuit,quòd Iudęorum filij inuitis parentibus baptizarentur,quamuis fuerint retroactis temporib. multi catholici principes potentisſimi: vt Cõſtatinus, Theodoſius,& alij plures quib. familiares fuerunt ſanctisſimi Epiſcopi:vt Syluester Conſtantino & Ambroſius Theodoſio.quę nullo modo prætermiſiſsẽt ab eis impetrare,ſi hoc eſſet conſonum rationi & ideò periculoſum videtur hanc aſſertionem de nouo inducere, vt præter conſuetudinẽ in eccleſia hactenus obſeruatam Iudęorum filij inuitis parentib. baptizentur. Et huius ratio eſt duplex, vna quidem propter periculũ fidei. Si enim pueri nondum vſum rationis habentes baptiſmum ſuſciperent,poſtmodũm cùm ad perfectã ætatem peruenirent,de facili poſſent à parentib.induci,vt relinquerent quod ignorantes ſuſceperũt,quod verteretur in fidei detrimentum.Alia verò rõ eſt,quia repugnat iuſtitiæ naturali. Filius enim naturaliter eſt aliquid patris: & primò quidem à parente non diſtinguitur ſecundum corpus,quandiu in matris vtero, cõtinetur. Poſtmodũm verò poſtquã ex vtero egreditur antequam vſum liberi arbitrij habeat.continetur ſub parentum cura,ſicut ſub quodam ſpirituali vtero,quãdiu enim vſum rationis non habet puer,nõ differt quãtũ ad ea quæ agit ab animali irrationali. vnde ſicut bos vel equus iure gentium vel ciuili eſt poſſeſſoris vt vtatur eo cùm voluerit,ſicut proprio inſtrumento, ita de iure naturali eſt quòd filius antequã habeat vſum rationis ſit ſub cura patris: vnde contra iuſtitiam naturalem eſſet,ſi puer antequam haberet vſum liberi arbitrij à cura parentum ſubtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentib. Poſtquam autem incipit habere vſum liberi arbitrij iam incipit eſſe ſuus: & poteſt quantum ad ea quæ ſunt iuris diuini vel naturalis ſibiipſi prouidere: & tunc eſt inducendus ad fidẽ non coactione,ſed perſuaſione: & poteſt etiam inuitis parentibus conſentire fidei & baptizari: non autem antequã habeat vſum rationis.vnde de pueris antiquorum patrum dicitur, quòd ſaluabantur in fide parentum:per quod datur intelligi. quòd ad parẽtes pertinet prouidere filiis de ſua ſalute,præcipuè antequam habeant vſum rationis. 2.dis. 19. a.1 a.

3 p. q. 68. ar. 4. ad 2.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd in vinculo matrimoniali vterque coniugum habet vſum liberi arbitrij, & vterque poteſt inuito altero fidei aſſentire: ſed hoc nõ habet locum in puero antequam habeat vſum rationis,ſed poſtquam habet vſum rationis: tunc tenet ſimilitudo ſi conuerti voluerit. 3 p. q. 68. ar. 10. ad 2.

¶ Ad ſecundum dicendum,quòd à temporali non eſt aliquis eripiendus cõtra ordinem iuris ciuilis:putã ſi aliquis à ſuo iudice condemnetur ad mortem,nullus debet eum violenter eripere: vnde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturalis, quo filius eſt ſub cura patris,vt eũ liberet à periculo mortis ęternę. 22. q. 99. ar. 4. ad 3.

¶ Ad tertiũ dicendum,quòd Iudęi ſunt ſerui principum ſeruitute ciuili. quæ non excludit ordinem iuris naturalis vel diuini.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd homo ordinatur ad Deum per rationem,per quam Deum cognoſcere poteſt:vnde puer antequàm vſum rationis habeat, naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum, quorum curæ naturaliter ſubiacet, & ſecundum eorum diſpoſitionem ſunt circa ipſum diuina agenda.

¶ Ad quintum dicendum,quod periculum quod ſequitur ex prædicatione omiſſa, nulli imminet niſi ei cui eſt commiſſum prædicationis officiũ.vnde in Eze. præmittit.Speculatorem dedi te filiis Iſrael:prouidere autem pueris infidelium de ſacramentis ſalutis,pertinet ad parentes eorum: vnde eis imminet periculũ propter ſubtractionem ſacramentorum, ſi eorum paruuli detrimentum patiantur. 30. 22. q. 87 ar. 1. & ar. 131. alius lib.

ARTICVLVS VIII.

Utrùm propter conſuetudinem aliqui deobligentur à iure reddendi decimas.

AD tertium ſic procedebatur. Videtur quòd propter conſuetudinem aliqui deobligentur à iure reddendi decimas. Magis enim eſt accipere decimas, quàm non dare. Sed propter conſuetudinem in aliquibus terris aliqui milites accipiunt decimas, & hoc ab eccleſia toleratur: ergo multò magis propter conſuetudinem aliqui deobligantur vt decimas non ſoluant,neque ſoluere teneantur.

¶ Sed contra.Ius diuinum non aboletur per diſſuetudinem. Sed decimæ debentur de iure diuino. ergo per diſſuetudinẽ non aboletur ius reddendi decimas. Tenentur ergo homines reddere decimas contraria conſuetudine non obſtante. art. 193. c. ſi & 22. q. 97. ar. 3. c. & 22. q. 79 ar. 2. ad 2.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ea quæ ſunt de iure poſitiuo, per diſſuetudinem abolentur. Ea verò quæ ſunt à iure naturali, vel de iure diuino, nulla diſſuetudine aboleri poſſunt. Nulla enim diſſuetudine fieri poteſt, vt ſit licitum furari vel mœchari. Eſt ergo conſiderandum ad propoſitam quæſtionem, vtrùm dare decimas, ſit de iure diuino vel de iure poſitiuo humano. Ius autem diuinum in nouo & veteri teſtamento continetur. Et quidem non apparet in nouo teſtamento aliquod præceptum datũ de decimis ſoluẽdis: in doctri. dico Euangelica: Matth. Lucæ.

vel

vel Apoſtolica. Quod.n.dicitur Matthęi 23.de ſolutione decimarum, hoc oportuit facere & illa non omittere:& quòd dicit Phariſæus Luc.18. Decimas do oium quæ poſſideo, magis videtur ad ſtatum veteris teſtamenti pertinere quam obſeruantiæ noui teſtamenti formam imponere. In veteri autem teſtamẽto triplex genus pceptorum erat, quædam enim erant præcepta moralia:quædam iudicialia:quędã cęremonialia. Præcepta moralia ſunt quę ſunt indita naturali rationi:ad quæ homines omni tempore obligantur, vt honora patrem & matrem, non mœchaberis, non furtũ facies, & ſimilia. Præcepta autem iudicialia ſunt per quæ iudicia exercebantur, putà ſi quis furaretur vnam ouẽ:redderet quatuor:& huiuſmodi præcepta non ſunt indita rationi naturali, non enim ratio naturalis habet, ꝙ ille qui furatur ouẽ magis reddat quatuor quàm tres vel vnam. Sed tamẽ per huiuſmodi præcepta determinatur morale præceptum, habet enim ratio naturalis quòd ille qui furatur debeat puniri: ſed ꝙ tali pęna puniatur, hoc determinatur per præceptum iudiciale.

12. q. 99. ar 3. & 4. 5. c. & 22. q 122.a.1.c. 2.ad 2.

Præcepta aũt cęremonialia veteris legis. ſũt quæ pertinent ad obſeruantiam diuini cultus: & ſunt ordinata ad figurãdum aliquod futurum, ſicut immolatio agni Paſchali figurabat occiſionem Chriſti. Eſt ergo conſiderandum, vtrùm præceptum de decimis perſoluendis, ſit morale, vel iudiciale, vel cęremoniale Si. n. morale eſt, ad hoc omnes tenentur & omni tempore: nulla obſtante contraria conſuetudine: ſed hoc non videtur: quia ratio naturalis non dictat magis ꝙ homo miniſtris Dei det decimam, quàm vndecimam, vel nonã partem fructuum. Si autem ſit præceptum iudiciale, non tenentur ad decimas dandas ſicut non tenentur omnes ad iudicandum ſecundum in lege veteri conſcripta: quia illa iudicialia præcepta ſunt ſpecialiter illi populo data conſideratis conditionibus eius, non enim eadem omnib. expediunt. Si autem ſit præceptum cęremoniale, non ſolum non obligaret: ſed etiam obſeruatum induceret in peccatum, peccaret enim ſi quis agnum Paſchalem immolaret: quia poſt aduentum veritatis, ceſſauerunt figuræ.

Diuerſitas præceptorum.

¶ Dicendũ eſt ergo ſicut antiqui magiſtri dixerunt, ꝙ quædam præcepta legis ſunt purè moralia, vt nõ occides, non furtũ facies: quædam autem purè ſunt cęremonialia, vt immolatio Paſchalis agni & circunciſio, quædam autem ſunt media, ſecundum aliquid moralia, & ſecundum aliquid cęremonialia. ſicut præceptũ de obſeruatione ſabbati eſt morale quantum ad hoc quòd aliquod tempus quieti deputetur ad vacãdum diuinis. Hoc enim ratio naturalis habet, ſed ꝙ dies ſeptima ſit deputata, hoc eſt ex determinatione Dei ꝓpter aliquam figuram, vnde hoc eſt cęremoniale. Sic ergo præceptum de decimis perſoluendis, eſt quidem ſecundum aliquid morale. vt ſcilicet qui pro toto populo diuino obſequio vacant ſtipendiis populi ſuſtentẽtur: ſicut & qui in aliis officiis reipublicæ ſeruiunt, à populo ſuſtentantur: & ſecundum hunc modum promittitur hoc præceptum in nouo teſtamento, Dicit. n. dominus Matt. 10. Dignus eſt operarius cibo ſuo: & apoſtolus dicit 1. ad Corint. 9. Dominus ordinauit, vt qui euangelium enunciant, de euangelio viuãt: & qui altari deſeruiunt, de altari viuant.

b. Paulus.

Sed quantum ad determinatum numerum decimæ, non eſt de iure naturali, neque eſt pręceptum morale, ſed eſt cęremoniale, inquantum refertur ad figurãdum aliquid circa Chriſtum: vel etiam eſt iudiciale ſecundum conuenientiã ad illum populum, in quo quia erat multitudo miniſtrorum tali taxatione opus erat ad miniſtrorum Dei ſuſtentationẽ. Sic ergo hoc eẽe quod eſt prouidere miniſtris Dei in neceſſariis vitę, eſt de iure diuino, quaſi morale præceptum & de iure nãli exiſtens. Ad quemlibet aut principem qui põt leges condere, pertinet ius naturale commune per ius poſitiuum determinare: nihil.n.eſt aliud ius poſitiuum, quàm determinatio iuris naturalis, ſicut ius nãle habet ꝙ malefactor puniatur, ſed ꝙ tali pęna puniatur, hoc determinatur per ius poſitiuum.

22. q 87. ar. 1. o. & 3. q. 31. art. 8. c. & q. 65. ar. 7. ad 2. artic. 131. o.

Quia ergo eccleſia habet ptãtem condendi legem in his quæ pertinent ad cultum Dei: potuit per eccleſiæ ſtatutum taxari quãtitas eorum quæ ſunt danda miniſtris Dei à populo, & vt eſſet quædam conſonantia noui & veteris teſtamenti, ſtatuit eccleſia vt taxatio veteris teſtamenti ſeruaretur. ẽt in nouo. Vnde omnes tenẽtur ad decimas, velint, nolint, poſſet autem eccleſia ſtatuere. ſi cauſa ſubeſſet vel in maiori vel in minori numero: putà quod daret octaua vel duodecima, ſicut & quòd detur decima.

12. q. 95. art. 2. o. & 3. o. 22. q. 85. ar 3. ad 4. q. 36. ar. 1. ad 2. ad 3.

Patet ergo quòd nulla conſuetudo contraria ſoluit hominem ab obligatione reddendi decimas quia hæc obligatio fundatur ſupra ius diuinum, & ſupra ius naturale. vnde ſemper tenentur homines reddere decimas, ſi eccleſia exigat, etiam contraria conſuetudine non obſtante, & in terris in quib. eſt conſuetudo, ꝙ decimæ ſoluantur: ipſa conſuetudo quaſi expoſtulat decimas. vnde peccaret qui non redderet, ſed in terris in quibus non eſt conſuetudo communis quòd decimæ dentur, & eccleſia non petit, videtur eccleſia remittere dum diſſimulat: & ideò homines in terris illis non peccãt decimas non dando.

22. q. 87. ar. 1. c.

Durũ.n. eſſet dicere. ꝙ omnes hoĩes Italiæ & orientalium partium dãnarentur, qui decimas non ſoluunt. Et huiuſmodi argumẽtum poſſumus ab apoſtolo accipere, cui cum deberentur neceſſaria victus ab his quibus prædicabat, tamen non accipiebat. nec tamen peccabant qui ei non dabant. alioquin malè cum eis egiſſet. non accipiendo: præſertim cum ipſe dicat Act. 20. Non enim ſubterfugi quò minus annũciarem vobis omne conſilium Dei: & ideò apoſtolus nõ exigebat quod ſibi debebatur, ne daretur aliquod offendiculum euangelio, vt ipſe ibi dicit. vnde non bene facerent rectores eccleſiarum, ſi in terris illis decimas exigerent, in quibus non eſt conſuetudo dari, ſi probabiliter crederent, quòd ex hoc ſcandalum naſceretur.

22. q. 145. ar. 8 . . . ar. 141 . . . 22. q. 87. ar. 3. . . 3.

¶ Ad illud ergo quod in contrarium obiicitur, dicendum quòd milites qui accipiunt decimas in aliquibus terris. non habent accipiẽdi ius decimas, hoc enim ius eſt ſpirituale debitum miniſtris Dei. vnde non cadit in laicam perſonam: ſed res illæ temporales quæ à iure exigũtur ex conceſſione eccleſiæ datę ſunt aliquib. militibus propter aliqua ſeruitia quæ fecerũt eccleſię: ſicut & eccleſia poteſt remittere ipſos fructus qui debentur pro decima: non tamen remittit ius exigendi decimas: nec tollit debitum reddendi.

22. q. 43. ar. 8. ad 5. 2. ad 1.

QVAESTIO V.

DEinde quæſitum eſt de his quæ pertinent ad virtutes, circa res humanas.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt duo.

¶ Primò vtrùm filius teneatur obedire parentib. carnalibus in indifferentibus.

¶ Secundò vtrùm venditor teneatur dicere emptori vitium rei venditæ.

22. q. 82. artic. 3. c. 2. ad 3. q. 100. ar. 4. ad 3. 4. d 25. q. 3. ar. 2. q. 3. ad 4

ARTICVLVS IX.

Vtrum filius teneatur obedire parentibus carnalibus quantum ad omnia.

ADprimum ſic proceditur. Videtur quòd filius teneatur obedire parentibus carnalibus quantũ ad omnia. Dicitur enim Deut 21. Si genuerit homo

filium contumacem,& proteruum,qui non audiat patris aut matris Imperium, lapidibus eum obruet populus ciuitatis. Sed pœna talis non infligeretur, niſi grauiter peccaret non obediendo:ergo filij tenentur obedire parentibus carnalibus per omnia.

¶ Præterea, Apoſtolus dicit ad Coloſſen. 3. Filii obedite parentibus per omnia. 22.q.104. a 5. ad

¶ Præterea, præcepta moralia affirmatiua, quamuis non ad ſemper obligent,tamen nunquam contrarium facere licet. Sed præceptum morale affirmatiuum,eſt de honoratione parentum: ergo non licet irreuerentem eſſe parenti: quod eſſet ſi eius mandato non obediretur,tenetur ergo filius in omnibus parentibus obedire.

¶ Sed contra. Non minus obediendum eſt patrib. ſpiritualib.quàm carnalib. ſed magis, vt habetur per Apoſtolū ad Heb.12. Sed patrib ſpiritualib. non tenētur ſubditi obedire in indifferētib. Religioſi.n.qui obedientiam profitentur,non tenentur obedire ſuis prælatis,niſi in his quæ ſunt ſecundum regulá. vt Ber. dicit in libro de diſpenſatione & præcepto: ergo nec parentibus carnalibus filij tenetur in indifferentibus obedire.

¶ Reſpondeo dicendum,quòd cū obedientia prælato debeatur, ad illa ſe extendit debitum obediētiæ, Ber. ad quæ ſe extendit ius prælationis: Habet autē pater carnalis ius prælationis in filiū. Primò quidē quātum ad domeſticā conuerſationem.Sic.n.eſt paterfamilias & 104. ar tic. 15. in domo,ſicut rex i regno:vnde ſicuti ſubditi regis tenentur obedire regi in his quæ pertinent ad gubernationem regni:ita ēt filij & alij domeſtici tenent obedire patrifamilias in his quæ pertinent ad diſpenſationem domus. 22.q.104 art.6.o.& 1 d.44.q. 3.art.2.0. Paulus. Secundò quantum ad morum diſciplinā vnde Apoſtolus dicit ad Heb.12. Patres quidē carnis noſtræ habuimus eruditores: & obtēperabamus eis: debet enim pater filio non ſolum educationem: ſed ēt diſciplinam:vt Philoſophus dicit: In his ergo filius tenetur obedire patri carnali;& non aliis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd loquitur ibi Moyſes de Imperio paterno,quod pertinet ad diſciplinam morum: vnde ibidem dicitur. Monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Apoſtolus dicit obediendum eſſe parentibus per omnia.ad quę ſe ius prælationis extendit.

¶ Ad tertium dicendum,quòd non exhibet irreuerentiam præcipienti.ſi non obedit ei in his in quibus obedire non tenetur.

ARTICVLVS X.

Vtrùm venditor teneatur dicere vitium rei venditæ emptori.

22.q.77. art.2.3.0. CIrca ſecundum proceditur. Videtur quòd venditor non teneatur dicere vitium rei venditæ emptori:quia ſecūdum leges ciuiles, venditor & emptor ſe inuicem decipere poſſunt, nulla autem poſſet fieri deceptio, ſi venditor rei venditæ vitium emptori dicere teneretur:ergo non tenetur.

Euaſio. ¶ Sed dicebat quòd leges non loquontur ſecūdum forum conſcientiæ,ſed quod nunc loquimur eſt ſecūdum forum contentioſum. Sed contra ſecundum Philoſophum in ſecundo Ethi. intentio legiſlatoris eſt ciues facere bonos, quod ergo licet ſecundum leges nō eſt contrarium virtuti: & ita etiam non contrarium conſcientiæ.

¶ Sed contra eſt quia ſecundùm leges ciuiles ſi aliquis vendat animal morbidum tenetur de vitio: ergo tenetur dicere vitium emptori.

¶ Præterea Tullius dicit in lib.de officiis, quòd ad officium boni viri pertinet,vt dicat emptori illud pro quo res minus venderetur,huiuſmodi autem eſt vitiū rei venditæ:ergo venditor tenetur dicere emptori vitium rei venditæ.

¶ Reſpondeo dicendum quòd aliquid pertinet ad bonum virum, ad quod tamen homines non tenentur. ſicut ad bonum virum pertinet, quòd liberaliter amico ſua bona largiatur: quamuis ad hoc non teneatur. Sed aliquid pertinet ad bonum virum, ad quod tenetur, ſcilicet quòd reddat alicui quod iuſtum eſt: nam actus iuſtitiæ eſt vt reddatur alicui, quod ei debetur. Et ideò vnuſquiſque venditor ad hoc tenetur, vt iuſtam venditionem faciat, non autem vt faciat venditionem liberalem, dimittens aliquid de precio iuſto. Iuſtitia autem æqualitas quædam eſt, vt dicitur in 5. Ethicor. eſt ergo iuſta venditio quando precium acceptum ab habente æquatur rei venditæ, iniuſta autem ſi non æquetur ſed plus accipiat. Philo. 22. q.77. art. 40. Si ergo vitium rei venditæ faciat rem minùs valere, quàm precium impoſitum à venditore iniuſta erit venditio, vnde peccat occultans vitium. Si autem non faciat rem minus valere quàm precium impoſitum: quia fortè venditor minus precium imponit propter vitium: tunc non peccat tacens vitium: quia venditio non eſt iniuſta: & fortè eſſet ſibi damnoſum, ſi vitium diceret, quia emptor vellet habere rem etiam pro minori precio quàm valeret. Liberaliter tamen faceret, ſi damnoſum proprium contineret, vt ſatisfaceret voluntati alterius: licèt ad hoc non teneatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd per illud dictum legis,non habetur quòd licitum ſit ſimplici venditori decipere emptorem, & èconuerſo: ſed dicitur aliquid eſſe licitum ſecūdum legem, quod per legem non punitur, ſicut ſecundum legem veterem licebat libellus repudij. 4.ad 25.q. 3.ar.1.q.2. c.2.12.q. 10.art.4. 8.ad 1.& 4.diſt.3. q.2.art. q.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd præcepta legis ſunt ductiua ad perfectam virtutem: tamen actus perfectæ virtutis non cadunt ſub præcepto legis humanæ: ſed prohibet quædam grauiora, vt gradatim homines retracti à malis per ſeipſos ad virtutem exerceantur: permittit autem quædam minora peccata eis pœnam non infligens, quia ſine his non facilè inuenitur hominum multitudo: & de talibus eſt deceptio, quæ eſt inter vendentes & ementes: quia plurimi ſunt qui volunt vili emere, & carè vendere: vt Auguſtin. dicit in libr. de trini.

Ad illud verò quod primò in contrarium obiicitur, dicendum quod illud intelligendum eſt, quando morbus pecoris facit pecus minùs valere quàm vendatur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ea ratione Tullius dicit, quòd vir bonus non tacet vitium rei venditæ, quia ad virum bonum non pertinet decipere aliquem: deceptio autem non eſt ſi id quod tacetur de re vendita, non facit rem minùs valere quàm precium, quod pro ea accipitur.

QVAESTIO. VI.

DEinde quæſitum eſt de peccatis.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm peccatum ſit appetere prælationem.

¶ Secundò, vtrùm peccatum ſit prædicatori habere oculum ad rem temporalem.

Arti-

ARTICVLVS XI.

Vtrum appetere prælationem ſit peccatum.

22. q. 185. ar. 1 a. o. et ar. 47. & 115 & 242 o. huius li.

AD primum ſic proceditur. Videtur quod peccatū ſit appetere prælationem. Non enim videtur, quod poſſit appeti ſine peccato, id quod non fuit in ſtatu naturæ integræ, ſed ſolùm in ſtatu naturæ corruptæ. Sed prælatio non fuit in ſtatu naturæ integræ, ſed incepit eſſe poſt peccatum, quādo dictum aſt mulieri. Sub viri poteſtate eris: ergo peccatum aſt prælationem appetere.

¶ Prætarea, Appetitus videtur eſſe de his quæ pertinent ad ſtatum futuræ gloriæ. Sed in futuro ceſſabit omnis prælatio, vt dicit quædam Gl. 1. ad Cor. 15. ergo peccatum eſt appetere prælationem.

¶ Sed contra, eſt quod dicitur 1. ad Thim. 5. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeātur. Sed non eſt peccatum appetere illud, cui debetur honor, qui non debetur niſi virtuti: ergo non eſt peccatum appetere prælationem.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd hanc quæſtionē ſoluit Aug. 19. de ci. Dei, vbi dicit quod locus ſuperior ſine quo populus regi non poteſt, etſi adminiſtretur vt decet, tamen indecenter appetitur. Cuius ratio eſt, quia qui appetit prælationem, aut eſt ſuperbus aut iniuſtus. Iniuſtitia enim eſt, quod aliquis velit ſibi plus de honore accipere, aut de poteſtate, aut de alijs bonis, niſi ſit maioribus dignus: vt dicitur in 5. Ethic. quod autem aliquis æſtimet ſe eſſe magis dignum prælatione omnibus illis, ſuper quos prælationem accipit, ſuperbiæ & præſumptionis eſt. vnde patet, quod quicunq; prælationem appetit, aut eſt iniuſtus, aut ſuperbus: & ideo nullus ſuo appetitu debet ad prælationem peruenire, ſed ſolùm Dei iudicio, ſecundùm illud Apoſtoli ad Heb. 5.

a. 47.

Nemo ſibi aſſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron, poteſt tamen aliquis licitè appetere ſe eſſe dignum prælatione, vel opera boni prælati, pro quibus debetur honor.

¶ Vnde patet reſponſio ad vltimū. Primæ verò duæ

Ad rōnes

rationes non rectè concludunt, quia etiam ea quæ nō fuerunt in ſtatu innocentiæ, nec erunt in ſtatu gloriæ, poſſunt licitè appeti, ſicut ſubijci, pœnitere & alia huiuſmodi, quamuis prælatio quantum ad aliquid, fuiſſet in ſtatu innocentiæ, & futura ſit in ſtatu gloriæ, ſcilicet quantum ad ſuperioritatem gradus, & quantùm ad gubernationem, vel regimen. non autem quātūm ad coactam ſeruitutem.

ARTICVLVS XII.

Vtrum ſit peccatum prædicatori, habere oculum ad temporalia.

Ar. 34. 2a q. 100. art. 3. ad 2. q. 128. art. 4. ad 4.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quod peccatum ſit prædicatori habere oculum ad temporalia. Dicitur enim Luc. 12. Quærite primò regnum Dei. Gloſ. i. bona æterna, & hæc omnia adijcientur vobis. Gloſ. etiam non quærentibus: ergo non licet prædicatori habere oculum ad terrena.

¶ Sed contra eſt quod dicitur 1. Corinth. 9. Debet qui arat in ſpe arare. Glo. ſtipendiorum temporalium. ergo licet prædicatori, de quo ibi loquitur, habere oculum ad terrena.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd habere oculum ad terrena, contingit dupliciter: vno modo ſicut ad mercedem, vel præmium, & ſic prædicatori non licet habere oculum ad terrena, quia ſic faceret euangelium venale. Alio modo ſicut ad ſtipendia pro neceſſitate ſuſtentationis vitæ: & ſic licet habere prædicatori oculum ad terrena, vnde 1. ad Thim. 5. ſuper illud. Qui bene præſunt presbyteri, &c. dicit Gloſ. Aug. neceſſitatis eſt accipere, vnde viuitur, charitatis eſt præbere non tamen venale eſt euangelium pro his. Si enim ſic vendunt magnam rem, vili vendunt, accipiant ergo ſuſtentationem neceſſitatis à populo, mercedem diſpenſationis à domino.

4. 1. d. 25. q. 3. ar. 2. q. 2. ad 4. & qn tum.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO VII.

DEinde quæſitum fuit de pœnis peccatorum.

¶ Et primò de ipſis pœnis.

¶ Secundò de remiſsione pœnarum.

¶ Circa primum quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm anima ſeparata poſsit pati ab igne corporeo.

¶ Secundò, vtrùm duorum, qui eadem pœna ſunt digni, vnus diutiùs moretur in purgatorio, quàm alius.

ARTICVLVS XIII.

Vtrùm anima ſeparata poſsit pati ab igne corporeo.

ar. 61 & 4. d. 44. q. 3. ar. 3 q. 3. o. & aiæ art. 21. o.

AD primum ſic proceditur. Videtur quod anima à corpore ſeparata, non poſsit pati ab igne corporeo: quia ſecundùm Philoſophum, quod non tangit, non agit: ſed ignis corporeus non tangit animam ſeparatam à corpore: cùm non habeat terminos corporales, quæ autem ſe tangunt, habent vltima ſimul: ergo anima ſeparata non patitur ab igne corporeo.

¶ Prætereà, Illa quæ patiuntur ad inuicem, inuicē conuerti poſſunt, ſed anima non poteſt conuerti in ignē corporeum, nec èconuerſo: ergo anima non poteſt pati ab igne corporeo.

¶ Prætereà, Ber. dicit, quòd nihil ardet in inferno niſi propria voluntas, ſed propria voluntas cum ſit quoddam ſpirituale, non poteſt eſſe materia ignis corporalis: ergo anima à corpore ſeparata, non poteſt ab igne corporeo pati.

1. p. q. 24. ar. 2. ad 2. q. 75. ar. 2. c. & 12 q. 22. ar. 1. c. c. q. 41. ar. 1. c.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Iſa. vlt. Ignis eorum non extinguetur.

¶ Reſpondeo dicendum, quod pati multipliciter dicitur: vno modo pati communiter idem eſt quod recipere: ſecundùm quod ſentire, & intelligere eſt quoddam pati; & hoc modo anima coniuncta corpori patitur à rebus corporeis ſentiendo & intelligendo: ſed an ſeparata à corpora poſsit hoc modo à rebus corporeis pati, alterius quæſtionis eſt propter quoſdam: qui dicunt quod anima ſeparata à corpore, & etiam angelus poteſt accipere cognitionem à rebus ſenſibilibus: ſed ſi etiam hæc opinio eſſet vera, tamen pati ſentiendo, & intelligendo, eſt perfici non puniri, niſi fortè per accidens: inquantùm id quod ſentitur, vel intelligitur repugnat voluntati: ſed ipſum ſentire vel intelligere ſecundùm ſe conſideratum, pœnale non eſt. Alio modo dicitur pati propriè loquendo ſecundùm contrarietatem agētis ad patiens: prout ſcilicet pati dicimor, cùm aliquid nobis aduenit, quod eſt contrarium naturæ vel voluntati noſtræ, & ſecundum hoc infirmitas,

veri. q. 26. ar. 2. 3. c. & veri. q. 1. ar. 2. ad ſecundum.

& triſtitia paſsiones dicūtur. Et hæc quidem paſsio dupliciter eſſe poteſt, vno modo per receptionem formæ contrariæ, ſicut aqua patitur ab igne quantum calefit, & per conſequens diminuitur qualitas naturalis eius: hoc modo ſeparata anima non poteſt pati ab igne corporeo, quia nec calefieri poteſt, nec deſiccari, nec ſecundùm formam aut qualitatem quamcunque ignis corporei immutari. Alio modo dicitur pati omne illud, quod quocunq; modo impediatur à ſuo proprio impetu vel inclinatione, ſicut ſi dicimus lapidem deſcendentem pati, cum impeditur ne deorſum perueniat, & ſicut dicimus hominem pati, cum detinetur, vel li-

gatur ne vadat quò vult, & ita per modum ligationis cuiuſdam, anima patitur ab igne corporeo: vt Augu. dicit 21. de ciuit. Dei. Non enim hoc eſt contra naturam ſpiritus, corpori alligari, cum videamus animam naturaliter alligari corpori ad viuificandum ipſum. Dæmones etiam per necromantiam poteſtate ſuperiorum dæmonum alligantur aliquibus imaginibus, vel aliquibus aliis rebus: vnde multò magis poſſunt ſpiritus alligari diuina virtute igne corporeo, non vt dent vitam, ſed vt accipiant pœnam: ſicut Augu. dicit. Sed quia quod eſt minoris virtutis, non poteſt ſua virtute ligare id quod eſt maioris virtutis, inde eſt ꝙ nullum corpus poteſt ligare ſpiritum qui eſt maioris virtutis, niſi aliqua ſuperiori virtute. & propter hoc dicitur, ꝙ ignis corporeus agit in animam ſeparatam non virtute propria, ſed inquantum eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ vindicantis.

[margin: 21.c.10. — contra 4.c. 90. & anima. 21.c.6. & opus. 3. c.184.]

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ignis tangit animam, non quidem tactu mathematico, qui attenditur ſecundùm terminos quantitatiuos, ſed magis contactu virtutis non propriæ, ſed quam habet inquantùm eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ.

[margin: In ordine. 36.4. diſt. 21.q.1.art. 2.q.3.ad 3. & diſt. 45. q.2.ar.2.q. 1.& 2.]

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procedit de paſſione, quæ eſt per ſuſceptionem formæ contrariæ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ propria voluntas dicitur ardere in inferno, quia meretur ardorem.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum æquali pœna puniendi in purgatorio, vnus citius poſſit liberari quàm alius.

AD ſecundum ſic procedebatur. Videtur ꝙ duorum qui ſunt digni æquali pœna vnus non poſſit citiùs à purgatorio liberari, quam alius. Iudicium enim poſt mortem non eſt hominis ſed Dei, qui ſecundùm veritatem iudicat, vt dicitur ad Roma.2. ſed contra veritatem iudicaret, ſi vni eorum qui ſunt digni æquali pœna, infligeretur grauior pœna ſenſus, quàm alteri. Dilatio autem gloriæ, eſt maior pœna, quàm acerbitas pœnæ ſenſus. quia ſicut dicit Chryſo. ſuper Mat. carere viſione diuina, eſt maior pœna, quàm quælibet pœna ſenſibilis: ergo vnus eorum qui digni ſunt æquali pœna, non maiorem dilationem gloriæ patietur altero citiùs liberato.

¶ Præterea, Malum ſecundum Augu. dicitur quia nocet: nocet autem quòd adimit bonum: dilatio autem gloriæ adimit maius bonum, ſcilicet bonum increatum: ergo maius malum: & ſic idem quod priùs.

¶ Sed contra eſt, quod magiſter dicit, in quarto ſenten. diſt. 45. quòd ille pro quo fiunt plura ſuffragia, citiùs à pœnis purgatorij liberatur. Contingit autem, quòd pro vno eorum, qui digni ſunt æquali pœna, fiunt plura ſuffragia quàm pro alio: ergo vnus citiùs liberabitur.

¶ Præt. In fine mundi inuenientur aliqui, cremabilia quædam habentes, quorum dilatio à gloria non erit tam diuturna, ſicut eorum qui modò cremabilia deferunt ad purgatorium, quia breuis mora erit inter mortem, & reſurrectionem vt Auguſt. dicit: ergo pari ratione, & nunc eorum qui æqualia cremabilia deferunt, vnus poteſt minùs differri à gloria, quàm alius & ſic erit citiùs liberatus à pœnis.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ iſta quæſtio fundatur ſupra virtutem ſuffragiorum, vtrùm ſcilicet ſuffragia facta pro aliquo, valeant illi ſolùm pro quo fiunt ad liberationem, vel etiam aliis. Circa quod aliqui dixerũt ꝙ non magis valent illi, quàm aliis: imò forte magis valent aliis, ſi ſint meliùs diſpoſiti ad recipiendum ſuffragiorum virtutem: & ponunt exemplum. ſicut ſi accendatur cereus in domo pro aliquo diuite qui ſit cæcus, illuminat omnes in domo exiſtentes. & fortè alios magis illuminat ſi habeant limpidiorem viſum, & ſecundùm hanc opinionem duorum qui ob æquales culpas in purgatorio detinentur, vnus non poteſt citiùs liberari quàm alter. Sed hanc opinionem non reputo veram. Cuius ratio eſt, quia ſuffragium vnius valet alteri propter duo. Vno modo, propter vnitatem charitatis, quia omnes qui ſunt in charitate, ſunt quaſi vnũ corpus, & ita bonum vnius redundat in omnes: ſicut manus deſeruit toti corpori, & ſimiliter quodlibet corporis membrum, & ſecundùm hoc quodcunque bonum factum ab aliquo, valet cuilibet in charitate exiſtenti, ſecundum illud Pſalm. 113. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mãdata tua. Alio modo ſecundùm, ꝙ per intentionem alicuius actus eius transfertur in alterum: putà ſi aliquis pro altero ſoluat aliquod debitum, pro eodem habetur ac ſi ille ſolueret pro quo ſoluitur. Primo ergo modo valet opus bonum per modum meriti, cuius radix eſt charitas. Sed ſecundo modo, opus vnius valet alteri per modum ſatisfactionis, prout vnus pro altero ſatisfacere poteſt, ſi hoc intendat, & talis valor attenditur in ſuffragiis, quæ ad hoc fiunt, vt per ea homines liberentur à debito pœnæ. Et ideo dicendum eſt, quòd ſuffragia per iſtum modum non valent, niſi illis pro quibus fiunt, & ſecũdùm hoc ſi pro aliquo fiunt multa ſuffragia, citiùs liberatur à pœna purgatorij, quàm alii pro quibus non fiunt, etiam ſi æqualia peccata detulerint. Concedendum tamen eſt, ꝙ ſuffragia pro vno facta omnibus valent, inquantum, ſcilicet omnes qui ſciunt gaudent ex charitate de bonis, quæ ex charitate fiunt, & ſecundũ hoc verum eſt, ꝙ illis pro quibus nõ fiunt, plùs valent ſuffragia, ſi ſint maioris charitatis.

[margin: Artic. 14. — Reprobatio opi. — Suffragia, qualiter & ad qd valeant. — opinio.]

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ peccato veniali cùm non habeat auerſionem à Deo per ſe loquendo, non debetur pœna carentiæ viſionis diuinæ, nec ſimpliciter, nec ad tempus. Sed ꝙ ad tempus retardentur à viſione diuina, hoc contingit per accidens, quia ſ. quandiu digni ſunt aliqua pœna, non poſſunt participare ſummam fœlicitatem, quæ in viſione conſiſtit: iuſtitia autem reſpicit pœnam per ſe debitam peccato, non autem eam quæ per accidens conſequitur.

[margin: 4.diſ.45.q. 2.ar.4.q.]

¶ Per hoc patet reſponſio ad ſecundũ, tertium concedimus, & quartum ſimiliter. Illi tamen qui in fine mundi viui reperientur, parum habebunt de cremabilibus præcedentibus tribulationibus præpurgati: poterit etiam fieri, vt acerbitas pœnæ modici temporis, recompenſet diuturnitatem pœnæ in aliis.

[margin: ad ab 4tum]

QVAESTIO VIII.

DEinde quæſitũ fuit de remiſſione peccatorum.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrũ peccatũ in ſpiritũ ſanctũ ſit irremiſſibile.

¶ Secundò, vtrùm cruce ſignatus qui moritur antequàm iter arripiat tranſmarinum plenam habeat peccatorum remiſſionem.

[margin: 4.diſ.47.q. 2.ar.3. q.2. ad 5.]

ARTICVLVS XV.

[margin: In or. 37.]

Vtrum peccatum in ſpiritum ſanctum ſit irremiſſibile.

AD primum ſic procedebatur. Videtur ꝙ peccatũ in ſpiritum ſanctum non ſit irremiſſibile. Vna eſt enim dignitas, & maieſtas patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Sed peccatum in filium non eſt irremiſſibile. Dicitur enim Matth. 12. Quicunque verbum contra filium hominis dixerit, remittitur ei: ergo peccatum in ſpiritum ſanctum non eſt irremiſſibile.

[margin: 22.q.14.ar. tic. 3. & q. 11. ar. 5. ad 3. & ma lo. q.3. art. 15.]

¶ Sed contra eſt, quod ibidem dicitur. Qui dixerit

xerit contra ſpiritum ſanctum verbum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

22. q. 17. art. 2. o. & 3. d. 43. ar. 4. o. ¶ Reſpondeo dicendum, quòd de peccato in ſpiritum ſanctum tripliciter aliqui ſunt locuti. Doctores enim ante Augu. intellexerunt peccatum in ſpiritum ſanctum eſſe blaſphemiam dictã contra ſpiritum ſanctum, aut opera eius: vel etiam contra diuinitatẽ Dei patris, aut filij: quia etiam pater & filius communiter ſumendo ſpirituſſanctus eſt, quia Deus ſpiritus eſt: vt dicitur Ioã. 4. Peccatum autem in filium hominis, intelligunt blaſphemiam in Chriſtum ſecundum humanam naturam, & vtroque modo peccabant Iudæi in Chriſtum: primo enim modo contra eum peccabant miracula quæ per ſpiritumſanctum & virtute ſuæ diuinitatis faciebat principi dæmoniorum attribuendo. Secundo autem modo contra eum peccabant dicẽdo, Ecce homo vorax potator vini, & publicanorum amicus, Matth. 11. vt dicitur Matth. 11. Hãc ergo ſecundam blaſphemiã dicit remiſſibilem: quia habebant aliquam excuſationem propter infirmitatem carnis, quam in Chriſto videbant: aliam verò blaſphemiam dicit irremiſſibilẽ: quia nullam excuſationem habebant, videntes manifeſta indicia ſpirituſſancti & diuinitatis, propter hoc ſecundum Chryſoſt. perſeuerantibus non fuit remiſſa Chryſoſt. hæc blaſphemia, neque in hoc ſæculo, neq; in futuro: quia in hoc ſæculo puniti ſunt pro ea per Romanos: & in futuro cruciabuntur in Inferno. Secundum Auguſtinum verò ſpiritui ſancto, qui eſt charitas patris & 3 p. q. 86. filij attribuitur remiſſio peccatorum. Ille ergo contra ar. 1. ad 2. 3 ſpiritumſanctum peccat, vel blaſphemat, vel verbũ dicit corde, ore, aut opere, qui hoc agit per impœnitentiã vſque ad finem vitæ ſuæ, vt non fiat ei remiſſio peccatorum, & tunc planum eſt, quod hoc peccatum in ſpiritumſanctum non remittitur neque in hoc ſæculo, ne 1. p. q. 34. que in futuro. Doctores verò moderni dixerunt, quòd ar. 7. 8. c. & quia patri attribuitur potentia, filio ſapientia, ſpiritui q. 45. artic. ſancto bonitas, peccatum ex infirmitate eſt peccatũ in 8. ad 2. patrem, peccatum ex ignorantia eſt peccatum in filiũ, 22. q. 14. ar peccatum ex certa malitia eſt peccatũ in ſpiritumſantic. 1. 3. c. ctum. Quia ergo ignorantia, vel infirmitas excuſat pec 12. q. 78. ar catum, vel in toto, vel in parte: dicitur quòd peccatum tic. 4. o. in patrem, vel in filium, remittitur: quia vel totaliter culpa caret, vel culpa diminuitur: malitia verò nõ ex malo. q. 3. cuſat peccatum, ſed aggrauat: & ideo peccatum in ſpi ar. 14. ritum ſanctum non remittitur, neque in toto, neque 1. p. q. 63. in parte: quia non habet in ſe aliquam rationẽ veniæ, ar. 1. c. per quam diminuatur culpa: & ſi aliquando remittatur, hoc magis eſt ex miſericordia Dei remittentis, qui etiam morbos incurabiles curat, quàm ex remiſſibilitate peccati.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum cruce ſignatus moriens ante ſuſceptum iter, habeat plenariam indulgentiam peccatorum.

In or. 38. AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd cruce ſignatus qui moritur antequàm iter arripiat, hẽat plenã indulgentiam peccatorum: ad hoc enim, quòd Iſa. 11. lec. indulgentia alicui valeat, requiritur quòd ſit verè pœ 2. & 4. diſt. nitens & confeſſus, vt continetur in litera papali. Sed 20. q. 1. ar. cruce ſignatus decedens ante iter aſſumptum, habet 3. q. 3. ad 2. hæc omnia quæ requiruntur ſecundum formam li& ar. 107. teræ ad percipiendam plenam indulgentiam peccatorũ. ergo plenè percipit eam.

¶ Præterea, Solus Deus remittit peccatum quantùm ad culpam. Cùm ergo Papa dat indulgentiã omnium peccatorum, hoc non eſt referẽdum ad culpam, ſed ad vniuerſitatem pœnarum. Ille ergo qui accipit crucem ſecundum formam literæ papalis, nullam pœnã patietur pro ſuis peccatis: & ſic ſtatim euolabit plenam remiſſionem peccatorum conſecutus.

¶ Sed contra Auguſt. dicit in 15. de Tri. quòd non eſt idem abſtrahere telum & ſanare vulnus. Telum enim peccati abſtrahitur per remiſſionem peccati, vulnus autem ſanatur per reformationem imaginis, quæ quidem fit per opera ſatisfactionis. Sed cruce ſignatus decedens ante iter arreptum, nullum laborem ſuſtinuit ad reformationem imaginis: ergo nondum eſt ſanatum vulnus, & ſic non poteſt ad gloriam ſtatim peruenire antequàm pœnas purgatorias patiatur.

¶ Præterea, Quilibet ſacerdos vtitur talibus verbis, ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis. Si ergo cruce ſignatus decedens euolaret, pari ratione quilibet alius à quoque ſacerdote abſolutus, quod eſt inconueniens.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ad euidentiam hu- Ar. 36. iuſ quæſtionis ſicut ſupra dictum eſt, opus vnius poteſt eſſe ſatisfactorium pro alio ad quem per intentio- 3. p. q. 46. ar. 1. ad ter nem facientis refertur. Chriſtus autem pro eccleſia ſua tium. ſanguinem ſuum fudit: & multa alia fecit & ſuſti- 4. di. 20. ar. nuit, quorum æſtimatio eſt infiniti valoris propter di- 3. q. 1. o. & gnitatem perſonæ: vnde dicitur Sapien. 8 quòd infini- opuſ. 7. ca. tus eſt in illa theſaurus hominibus. Similiter etiam & 6 ca. ſ. omnes alij ſancti intentionem habuerunt in his quæ paſſi ſunt, & fecerunt propter Deum, vt hoc eſſet ad vtilitatem non ſolùm ſui, ſed etiam totius eccleſiæ. Totus ergo iſte theſaurus eſt in diſpenſatione eius qui præeſt generali eccleſiæ. Vnde Petro dominus claues regni cœlorum commiſit Matth. 16. Quando ergo vtilitas, vel neceſſitas ipſius eccleſiæ hoc expoſcit, poteſt ille qui præeſt eccleſiæ de iſta infinitate theſauri communicare alicui, qui per charitatem ſit membrum eccleſiæ de prædicto theſauro quantùm ſibi viſum fuerit opportunum, vel vſque ad totalem remiſſionem pœnarum, vel vſque ad aliquam certam quantitatem: ita ſcilicet quòd paſſio Chriſti & aliorum ſanctorum ei imputatur, acſi ipſe paſſus eſſet, quantum ſufficeret ad remiſſionem ſui peccati: ſicut contingit enim vnus pro alio ſatisfacit: vt dictum eſt. Ad hoc ergo quòd indulgentia alicui valeat tria requiruntur. art. 36. 4. & Primò cauſa pertinens ad honorem Dei: vel ad neceſ- 20 ar. 3. q. ſitatem aut vtilitatem Eccleſiæ. Secundò auctoritas 2. o. & art. in eo qui facit. Papa enim poteſt principaliter, alij ve- 5 q. 1. c. rò inquantum poteſtatem ab eo accipiunt: vel ordinariam vel commiſſam: ſeu delegatam. Tertiò requiritur, vt ſit in ſtatu charitatis ille qui indulgentiam per- 4. d. 20. ar. cipere vult. Et hæc tria deſignantur in litera papali. 3 q. 2. c. & Nam cauſa conueniens deſignatur in hoc quòd præ- ar. 4. q. 1. o. mittitur de ſubſidio terræ ſanctæ. Auctoritas verò in hoc, quòd fit mentio de auctoritate Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ipſius Papæ. Charitas autem recipientis in hoc quòd dicitur, Omnibus verè pœnitentibus & confeſſis; non dicit & ſatisfacientibus: quia indulgentia non excuſat à contritione & confeſſione: cedit in locum ſatisfactionis. Eſt ergo dicendum in quæſtione propoſita: quòd ſi ſecundum formam Papalis literæ indulgentia concedatur accipientibus crucem in ſubſidium terræ ſanctæ, cruce ſignatus ſtatim habet indulgentiam etiam ſi decedat ante quàm iter arripiat: quia ſic cauſa indulgentiæ erit non iter, ſed votum itineris. Si autem in forma literæ contineatur quòd indulgentia detur his qui tranſierint vltra mare, ille qui decedit antequam tranſeat, non habet indulgentiam: quia non habet indulgentiæ cauſam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in hoc vltimo caſu deficit in cruce ſignato decedẽte, illud, quod eſt principalius, ſcilicet indulgentiæ cauſa.

¶ Ad ſe-

¶A d ſecundum dicendum, quòd per authoritatem ſolus Deus culpam remittit, ſed miniſterio etiam ſacerdos, inquantum exhibet ſacramentum remiſsionis peccati: putà in baptiſmo vel pœnitentia: & tamen indulgentia non ſe extendit ad remiſsionem culpæ, quia non eſt ſacramentalis: vnde non ſequitur ordinem, ſed iuriſdictionem; poteſt enim & non ſacerdos indulgentiam concedere, ſi ſit ei commiſſum, & ideo pœna totaliter remittitur, ſi cauſa ſubſit, non autem ſi cauſa deſit.

3. p. q. 84. art. 3. ad 3. 4. d. 5. q. 1. o. ar. 79. o. opu. 22. o. 4. d. 20. ar. 3. q. 5. ad 2. art. 4. q. 2. 3. o.

¶A d tertium dicendum, quòd ſatisfactio & eſt punitiua inquantum eſt actus vindicatiuæ iuſtitiæ, & eſt etiam medicatiua: inquantum eſt quoddam ſacramentale. Indulgentia ergo ſupplet locum ſatisfactionis, inquantum eſt punitiua: quia ſcilicet pœna, quam alius ſuſtinuit, imputatur iſti, acſi ipſe ſuſtinuiſſet: & ideo reatus pœnæ tollitur, ſed non ſuccedit in locum ſatisfactionis inquantum eſt medicatiua, quia adhuc remanent pronitates ad peccandum derelictæ ex priori peccato, ad quas ſanandas, neceſſarius eſt labor ſatisfactionis, & ideo cruce ſignatis, dum viuunt, conſulendú eſt, vt non prætermittant ſatisfactionis opera, inquantum ſunt præſeruatiua à peccatis futuris, licèt reatus pœnæ ſit totaliter ſolutus: nec ad hoc requiritur aliquis labor, quia ſufficit labor paſsionis Chriſti: morientibus autem non eſt neceſſaria huiuſmodi præſeruatio, ſed ſolum liberatio à reatu pœnæ.

4. d. 20. ar. 3. q. 1. ad 4.

¶A d quartum dicendum, quòd verbum ſacerdotis dicentis, Abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, non refertur ad pœnam, ſed ad culpam: cuius abſolutioni miniſterium impendit. Non poteſt autem aliquis abſolui ab vna culpa, quin abſoluatur ab omnibus, pœna verò poteſt totaliter dimitti, vel particulariter; particulariter quidem in abſolutione ſacramentali pœna dimittitur, totaliter verò in ſpirituali gratia indulgentiæ, ſicut etiam Dominus dicit Io. 8. mulieri adulteræ. Non te condemnabo, vnde & amplius noli peccare.

ar. 66. & 4. d. q. 3. ar. 2. q. 2. ad 1. ar. 5 q. 2. c. & ad 2. & d. 18. art. 3 q. 2. o.

INCIPIT QVODLIBET TERTIVM.

QVAESTIO I.

QVAESITVM eſt de Deo, de angelis, de hominibus, & de creaturis purè corporalibus. De Deo quæſitum eſt, & quantùm ad naturam diuinam: & quantùm ad naturam humanam aſſumptam.

¶ Circa diuinam naturam quæſita ſunt duo de potentia Dei.

¶ Primò, vtrùm Deus poſsit facere, quòd materia ſit ſine forma.

¶ Secundò, vtrùm poſsit facere, quòd idem corpus ſimul localiter ſit in duobus locis.

ARTICVLVS I.

In ord. 39.

Vtrùm Deus poßit facere, quòd materia ſit ſine forma.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd Deus poſſit facere, quòd materia ſit ſine forma. Sicut enim materia ſecundum ſuum eſſe dependet à forma, ita accidens à ſubiecto. Sed Deus poteſt facere quòd accidens ſit ſine ſubiecto, vt patet in ſacramento altaris: ergo poteſt facere quòd materia ſit ſine forma.

1. p. q. 4. ar. 2. & q. 5. art. 2. ad 1. q. 66. art. 1. o.

¶S e d contra, Deus non poteſt facere contradictoria eſſe ſimul. Sed materiam eſſe ſine forma, implicat contradictionem, eo quòd eſſe materiæ importat actum, qui eſt forma. Non ergo Deus poteſt facere, quòd materia ſit ſine forma.

ar. 26.

¶Reſpondeo dicendum, quòd vniuſcuiuſque rei virtus actiua eſt æſtimanda ſecundum modum eſſentiæ, eo quòd vnumquodque agit, inquantùm eſt ens actu: vnde ſi in aliquo inueniatur forma aliqua vel natura non limitata, ſeu contracta, erit virtus eius ſe extendens ad omnes actus vel effectus conuenientes illi naturæ: putà ſi intelligeretur eſſe calor per ſe ſubſiſtens vel in aliquo ſubiecto, quod reciperet ipſum ſecundum totum eius poſſe, ſequeretur quòd haberet virtutem ad producendum omnes actus & effectus caloris. Si verò aliquod ſubiectum non reciperet calorem ſecundum eius totum poſſe: ſed cum aliqua contractione & limitatione, non haberet virtutem actiuam reſpectu omnium actuum vel effectuum caloris. Cùm autem Deus ſit ipſum eſſe ſubſiſtens, manifeſtum eſt quòd natura eſſendi conuenit Deo infinitè abſque omni limitatione & contractione: vnde eius virtus actiua ſe extendit infinitè ad totum ens, & ad omne id quod poteſt habere rationem entis. Illud ergo ſolùm poterit excludi à diuina potentia, quòd repugnat rationi entis: & hoc non propter defectum diuinæ potentiæ, ſed quia ipſum non poteſt eſſe ens, vnde non poteſt fieri. Repugnat autem rationi entis, non ens ſimul & ſecundum idem exiſtens: vnde quòd aliquis ſimul ſit & non ſit, Deo fieri non poteſt, nec aliquid contradictionem includens: & de huiuſmodi eſt materiá eſſe in actu ſine forma: omne enim quod eſt actu, vel eſt ipſe actus, vel eſt potentia participans actum: eſſe autem actu repugnat rationi materiæ, quæ ſecundum propriam rationem eſt ens in potentia. Relinquitur ergo quod non poſsit eſſe in actu, niſi inquantùm participat actum: actus autem participatus à materia nihil eſt aliud quàm forma. vnde idẽ eſt dictũ materiá eſſe in actu, & materiam habere formam. Dicere ergo quòd materia ſit in actu ſine forma, eſt dicere contradictoria eſſe ſimul; vnde à Deo fieri non poteſt.

1. p. q. 3. ar. 2. & 4.

art. 216. & 1. p. q. 7. ar. 2. ad 2. q. 25. ar. 3. 4. o. 1. p. q. 42. art. 1. ad 1. veri. q. 27. ar. 1. ad 3. 2. d. 12. ar. 4. o. & veri. q. 3. ar. 5. o. & poté. q. 4. ar. 1. o.

¶Ad illud ergo quod in contrarium obijcitur, dicendum quòd accidens ſecundum ſuum eſſe dependet à ſubiecto, ſicut à cauſa ſuſtentante ipſum: & quia Deus poteſt producere omnes actus ſecundarum cauſarum abſque ipſis cauſis ſecundis, poteſt conſeruare in eſſe accidens ſine ſubiecto, ſed materia ſecundum ſuum eſſe actuale dependet à forma, inquantum forma eſt ipſa actus eius: vnde non eſt ſimile.

art. 22. o.

ARTICVLVS II.

In ord. 40.

Vtrum Deus poſſet facere, idem corpus eſſe ſimul localiter in duobus locis.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd Deus poſſit facere vnum corpus ſimul eſſe localiter in duobus locis. Difficilius enim eſt quod hæc ſubſtãtia mutetur in illam ſubſtantiam, quàm quòd hoc accidens mutetur in illud accidens. Sed in ſacramento altaris ex hoc quòd diuina virtute ſubſtantia panis remanentibus eius dimenſionibus, ſecundum quas commenſuratur loco, conuertitur in ſubſtantiam corporis Chriſti: ſequitur quòd idem corpus Chriſti ſit non localiter ſecundum commenſurationem propriarum dimenſionum, ſed ſacramentaliter in pluribus locis ſimul: ergo poteſt facere quòd conuertatur dimenſio huius corporis in dimenſionem alterius corporis: & ſic erit idẽ corpus localiter in duobus locis ſimul.

ar. 25. & 3. p. q. 67. ar. 2. & contra. 3. c. 106 & 103.

¶S e d contra. Omnia duo loca diſtinguuntur adinuicem ſecundum aliquam loci contrarietatem, quæ ſunt ſurſum & deorſum, antè & retrò, dextrum & ſiniſtrum, Sed Deus non poteſt facere quòd duo

con-

contraria ſint ſimul: hoc enim implicat contradictionem: ergo Deus non poteſt facere quòd idem corpus localiter ſit ſimul in duobus locis.

¶ Reſpondeo dicendum, quod aliquod corpus eſſe localiter in aliquo loco, nihil eſt aliud quam corpus circunſcribi, & comprehendi a loco ſecundum commenſurationem propriarum dimenſionum, quod autem comprehendi ab aliquo loco, ita eſt in ipſo loco, quod nihil eius eſt extra locum illum: vnde ponere quòd ſit localiter in hoc loco, & tamen ſit in alio loco, eſt ponere contradictoria eſſe ſimul: vnde ſecundum præmiſſa hoc à Deo fieri non poteſt.

¶ Ad illud ergo quod in contrarium obiicitur dicendum, difficilius eſt hoc accidens mutari in illud accidens, quàm hanc ſubſtantiam mutari in illá ſubſtantiam. Tum quia duæ ſubſtantiæ conueniunt in ſubiecto materiali, quod eſt pars eſſentialis vtriuſque ſubſtantiæ. Tum quia ſubſtantia habet indiuiduationé per ſeipſam. Accidens verò non eſt indiuiduabile per ſeipſum, ſed per ſubiectum: vnde non poteſt ei conuenire quòd hoc accidens conuertatur in hoc accidés: dato tamen quòd hæc dimenſio conuerteretur in illam dimenſionem, nó ſequeretur quòd idem corpus eſſet in duobus locis ſimul, ſed in uno tantum: quia ſicut poſtquàm ſubſtantia panis conuerſa eſt in ſubſtantiam corporis Chriſti, iam non ſunt ibi duæ ſubſtantiæ, ſed vna tantum: ita etiam ſi hæc dimenſio huius corporis conuertatur in illam dimenſionem alterius corporis, iam non erunt duæ dimenſiones; ſed vna tantum: & ſic non commenſuraretur diuerſis locis, ſed vno tantum.

1.p.q.29. ar.2.c.& q.39.ar.1. 3.c.& pot. sen.q.9. ar.2.ad 3.

3.p.q.9 ar.2 ad . & q.14 ar.7.ad 3.

ar.183.

QVÆSTIO II.

DEINDE quæſitum eſt de Deo, quantùm ad humanam naturam aſſumptam.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt tria.

¶ Primò, quantùm ad animam, vtrùm ſcilicet anima Chriſti ſciat infinita.

¶ Secundò, quantùm ad corpus, vtrùm ſcilicet oculus Chriſti poſt mortem, dicatur æquiuocè oculus, vel vniuocè.

¶ Tertiò, quantùm ad actum coniuncti, qui eſt comeſtio, vtrùm ſ. poſt reſurrectionem Chriſtus verè comedit incorporando ſibi cibum.

ARTICVLVS III.

Vtrùm anima Chriſti poſſit ſcire infinita.

In ord 41. 3.p q.10. ar.3.c.& opuſ.3.c. 34.c.ſi.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd anima Chriſti nó poſſit ſcire infinita. Nullum.n. donum creatum, cum ſit finitum poteſt eleuare creaturam ad id quod eſt proprium Dei, quia tale eſt infinitum, ſed gratia vnionis eſt donum creatum, cognoſcere autem infinita eſt proprium Dei, cuius ſapientiæ non eſt numerus: ergo anima Chriſti per gratiam vnionis non poteſt eleuari ad cognoſcédum infinita.

¶ Præt. Diony. 11. c. cœle. hierar. ponit tria ſibi proportionata, quæ ſunt ſubſtantia, virtus, & operatio: ſed ſubſtantia animæ Chriſti non poteſt eſſe infinita: ergo neque virtus eius, neque operatio poteſt eſſe infinita, vt infinita cognoſcat.

¶ Sed contra, Intellectus animæ Chriſti non eſt minor quàm voluntas eius. Sed meritum Chriſti quod eſt actus voluntatis animæ eius, eſt infinitum, quia fuit ſufficiens ad infinitorum peccatorum abolitionem: eſt enim propitiatio pro peccatis totius mundi: vt dicitur primo Ioan. 2. ergo & actus intellectiuus animæ Chriſti, poteſt eſſe infinitus vt infinita cognoſcat.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd hic eſt opus multiplici diſtinctione. Primò enim conſiderandum eſt, quod infinitum poteſt dici & ſecundum formam, & ſecundum materiam. Dicitur enim infinitum ex eo quod non finitur. Finitur autem & materia per formam, inquantùm materia quæ eſt in potentia ad diuerſas ſpecies, determinatur ad vnam ſpeciem per formam, & forma per materiam, inquantùm forma ſpeciei quæ nata eſt eſſe in pluribus indiuiduis ſecundum quod recipitur in hac materia determinatur ad indiuiduum. Sicut ergo materia ſine forma habet rationem infiniti, ita & forma ſine materia: & ideo quia ipſa eſſentia diuina non eſt recepta aliquo materiali, nec habet permixtionem alienius potentiæ, ſed eſt purus actus ſubſiſtens, ideo dicitur infinita. & quia vnumquodque cognoſcitur per formam, & ſecundum quòd eſt in actu, ideo infinitum ſecundum materiam, eſt ſecúdum ſe ignotum, vt dicitur in 3. Phy. Infinitum autem ſecúdum formam eſt ſecúdum ſe notiſſimum: ſed quò ad nos, eſt ignotum, quia excedit noſtri intellectus proportionem: & quia quantitas eſt diſpoſitio materiæ, & infinitum quantitatis attenditur ſecundum potentiam in aſſumendo vnum poſt alterum, ideó infinitú quantitatis eſt ſecundum ſe ignotum, & non poteſt aliquis intellectus cognoſcere infinitum quantitatis in poſt aſſumendo unum poſt alterum, ſ. numerando partem poſt partem. Item conſiderandum eſt, quod vtroque modo contingit aliquid eſſe infinitum ſimpliciter, & aliquid ſecundum quid. Si enim aliquod corpus ſit infinitum ſecundum longitudinem, non autem ſecundum latitudinem eſt infinitum ſecundum quid. Si verò fuerit infinitum ſecundum omnes dimenſiones, erit infinitum ſimpliciter. Similiter ſi intelligatur forma alicuius ſpeciei eſſe non in materia, vt Platonici poſuerunt, erit infinita ſecundum quid, quantùm ſcilicet ad indiuidua illius ſpeciei: tamen erit finita inquantùm ſcilicet determinatur ad genus & ſpeciem. Sed diuina eſſentia eſt ſimpliciter infinita, quia eſt abſoluta ab omni circunſcriptione generis vel ſpeciei. Item conſiderandum eſt, quòd duplex eſt ſcientia: una dicitur ſcientia viſionis, per quam cognoſcuntur ea quæ ſunt, erunt, vel fuerunt. Alia ſimplicis notitiæ, per quam cognoſcuntur ea quæ nec ſunt nec erunt, nec fuerunt, ſed eſſe poſſunt.

1.p.q.7.art. 2.c.

1.p.q.7.ar. 1.c & q.44. ar.2.c.ſi.

1.p.q.7.ar. 2.c.& q.12. ar.1.ad ſecúdum.

3.p.q.10.ar. 3.ad primú.

1.p q.7.art. 3.ad 3 & 4. q.12.art.2. ad 1.

1.p.q.14.ar. 12.ad 1.q6. 862.ar.179. c prin.

1.p.q.14.ar. 9.& 12.c.& q.34.ar.3.ad 3.

3.p q.10.ar. 2.ad 2.q.13. ar.1.ad 2.

¶ Dicendum eſt ergo quòd Deus cognoſcendo ſuam eſſentiam, quia comprehendit eam cognoſcit ſcientia ſimplicis notitiæ infinita ſimpliciter: quia cognoſcit omnia quæ ipſe facere poteſt, non tamen cognoſcit ea in poſt aſſumendo, ſcilicet numerando vnum poſt aliud, ſed omnia ſimul. Anima verò Chriſti non comprehendit eſſentiam Dei: & per conſequens, neque virtutem eius. vnde non poteſt cognoſcere omnia quæ Deus facere poteſt: & ideo non cognoſcit infinita ſimpliciter: comprehendit autem anima Chriſti totam potentiam creaturæ. In potentia autem creaturæ ſunt infinita non ſimpliciter, quia potentia creaturæ non ſe extédit ad omnia quæ Deus poteſt, ſed ſecundum aliquod genus, ſicut continuum eſt in potentia ad infinitas diuiſiones, vnde anima Chriſti ſcientia ſimplicis notitiæ cognoſcit infinita ſecundum quid, quæ ſunt in potentia creaturæ.

1.p.q.14.ar. 3.c.

3.p.q.10.ar. 2.c.& 1.c.& 3.ad primú.

3.p q.10.ar. 2.c & q.13. ar.1.ad 3.

3.p.q.10.ar. 1.& 2.c.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta. Nam primæ duæ rationes procedunt de cognitione infinitorum ſimpliciter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas animæ Chriſti eſt virtus finita ſimpliciter, ſicut & intelle-

ctus

3. di.24.q. 2. ar. 2. q. 3. ad 4.

ctus eius: meritum autem Chriſti habet infinitatem ex dignitate, inquantum ſcilicet eſt meritum Dei & hominis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm oculus Chriſti poſt mortem fuerit oculus æquiuocè.

42. Vide 3 p. q. 50. ar. 4. & 5

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd oculus Chriſti poſt mortem non fuerit æquiuocè oculus. Corpus enim Chriſti, & quælibet partium eius, ſubſtantificatur per hypoſtaſim Dei verbi. Sed hypoſtaſis verbi Dei manſit vnita corpori Chriſti & partibus eius poſt mortem: ergo fuit idem ſecundum ſubſtantiam corpus Chriſti poſt mortem & ante ſecundum totum, & ſecundum omnes partes eius. Non ergo oculus Chriſti fuit æquiuocè oculus poſt mortem.

¶ Præt. Philoſophi loqui non nouerunt niſi de homine puro. Sed Chriſtus non fuit purus homo, ſed homo & Deus: ergo quod Philoſophus dicit oculum hominis mortui eſſe æquiuocè oculum, nõ habet locum in Chriſto.

¶ Sed contra. Chriſtus eſt vniuocè homo cum alijs hominibus, & mors eius fuit vera ſicut & aliorum hominum mors. Cum ergo oculus cuiuſlibet hominis mortui æquiuocè oculus dicatur: videtur quòd etiam oculus Chriſti poſt mortem ſit æquiuocè oculus.

1. p. q. 76. ar. 1. & 7. 8.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd æquiuocum & vniuocum dicitur ſecundum diffinitiuam rationem eandem vel non eandem: ratio autem diffinitiua cuiuſlibet ſpeciei ſumitur à forma ſpecifica ipſius. Forma autem ſpecifica hominis eſt anima rationalis: vnde remota anima rationali non poteſt remanere homo vniuocè, ſed æquiuocè tantum, oportet autem idem accipere in partibus quod eſt in toto: nam ſicut anima ſe habet ad totum corpus, ita pars animæ ſe habet ad partem corporis, vt viſus ad oculum, vt dicitur in ſecundo de anima, vnde ſeparata anima à corpore, ſicut non dicitur homo, niſi æquiuocè, ita nec dicitur oculus niſi æquiuocè, & hoc indifferenter, ſiue præſupponatur alia forma ſubſtantialis in corpore, ante animam rationalem, ut quidam volunt, ſiue non, vt magis videtur conſonum veritati, quodcunq; enim eſſentialium principiorum ſubtrahatur iã non remanebit eadem ratio ſpeciei vnde nec nomen vniuocè dicetur. Solo autem hoc modo anima recedente remaneret corpus humanum & partes eius ſecundum eandem rationem ſpeciei, ſi anima non vniretur corpori vt forma, ſed tunc ſequeretur q nec per unionem animæ eſſet ſubſtantialis generatio: nec per ſeparationem corruptio, quod quidem ponere in corpore Chriſti eſt hæreticum. Dicit enim Damaſc. in 3. lib. Quòd corruptionis nomen duo ſignificat, ſignificat enim humanas has paſſiones, famem, ſitim, laborem, clauorum perforationem, mortem, ſcilicet ſeparatione animæ à corpore, & quæcunque talia. Significat etiam corruptio perfecta corporis in ea ex quibus compoſitum eſt elementa deſtructionem & diſſolutionem, huiuſmodi experimentum corpus diuinum non habuit, vt ait Propheta. Nõ dabis ſanctum tuum videre dyaſtoram, ideſt deſtructionem. Incorruptibile autem ſecundum inſipientem Iulianum & Galanum corpus Domini dicere ſecundum primum corruptionis ſignificatum ante reſurrectionem impium eſt. Si enim incorruptibile non omuſion. ſ. conſubſtãtiale nobis & non veritate facta ſunt quæ facta eſſe Euangelium ait: & opinione & non veritate ſaluati ſumus. Sicut ergo Chriſtus in triduo mortis propter ſeparationẽ animæ à corpore, quæ eſt vera corruptio, non dicitur fuiſſe homo vniuocè, ſed homo mortuus: ita nec oculus eius in triduo mortis fuit vniuocè oculus, ſed æquiuocè ſicut oculus mortuus, & eadem ratio de alijs partibus corporis Chriſti.

(Margin: art. 6. & po. q. 8. ar. 4. ad 2. 1. 2. q. 67. art. 5. o. & 2. 2. q. 18. ar. 1. c. & 3. p. q. 86. art. 4. ad 2. — 3. p. q. 50. ar. 4. c. 5. — ar. 77. & 3. p. q. 50. art. 5. c. — ar. 23. o.)

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſubſtantia dicitur dupliciter. Quandoque enim ſumitur pro hypoſtaſi & ſic verum eſt quòd corpus Chriſti ſubſtantificatum manſit per hypoſtaſim Dei verbi, non enim per mortem ſoluta eſt vnio verbi, neque ad animam, neque ad corpus, & ſic remanet ſimpliciter idem corpus numero, ſecundum hypoſtaſim, ſiue ſuppoſitum, quod eſt perſona verbi. Alio modo accipitur ſubſtantia pro eſſentia vel natura, & ſic corpus Chriſti ſubſtãtificatur per animam, ſicut per ſuam formam, non autem per verbum, quia verbum non vnitur corpori ut forma, hoc enim eſt hæreticum, ſecundum hæreſim Arrij & Apollinaris: qui poſuerunt verbum eſſe in Chriſto loco animæ. Sequeretur etiã quòd eſſet vnio Dei & hominis facta in natura. quod pertinet ad hæreſim Euticis. Sic ergo corpus Chriſti poſt mortẽ eſt ſimpliciter idem ſecundum ſubſtantiam quæ eſt hypoſtaſis, non autem ſecundum ſubſtantiam quæ eſt eſſentia vel natura. Vniuocatio autem & æquiuocatio, non reſpicit ſuppoſitum: ſed eſſentiam vel naturam quam ſignificat diffinitio.

(Margin: ar. 23. o. — art. 26. — 3. p. q. 2. art. 1. 2. o. & vnio ar. 1. o. & ar. 2. ad 13. — 2. p. q. 13. ar. 10. & q. 29. art. 4. ad 4.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd etſi Chriſtus nõ ſit purus homo, eſt tamen verus homo, & mors eius fuit vera mors: vnde quicquid eſt verum de homine inquantum eſt homo, & de morte hominis, totum eſt verum de Chriſto, & de morte eius.

ARTICVLVS V.

Vtrùm Chriſtus poſt reſurrectionem verè comedit, cibum ſibi incorporando.

3. p. q. 55. ar. 6. c. ad 2. q. 54. ar. 2. ad 3.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Chriſtus poſt reſurrectionem verè comederit, cibũ ſibi incorporando, quia vt Auguſt. dicit in libro 83. quæſtionum. Si fallit, veritas non eſt. Vnde nulla fictio decet Chriſtum qui eſt veritas. Eſſet autem fictio, ſi non verè ſibi cibum incorporaret, quem ipſe comedere videbatur. Verè ergo comedit incorporando ſibi cibum.

¶ Sed contra, eſt quod Dama. dicit in 3. lib. q Chriſtus & ſi guſtauit cibum poſt reſurrectionem ſed non lege naturæ: ſed diſpenſationis modo: veritatem credere faciens reſurrectionis, & quòd hæc eadem caro eſt quæ paſſa eſt, & reſurrexit.

Gen. 18.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd aliquid dicitur eſſe verum dupliciter. Vno modo veritate ſignificationis. Alio modo veritate naturalis ſpeciei, ſicut vox eſt vera veritate ſignificationis, quãdo ſignificat eſſe quod eſt. Veritas autem naturalis ſpeciei, dependet ex principiis ſpeciei, non autem ex effectibus, vel ex his quæ quocunque modo conſequuntur, vnde vox dicitur vera veritate naturalis ſpeciei, quando formatur debitis inſtrumentis. & ex ore animalis profertur cũ quadam imaginatione, etiam ſi à nullo audiatur: quod eſt effectus conſequens vocem. Leguntur autem in ſcripturis abſque neceſſitate & angeli comediſſe, & Chriſtus poſt reſurrectionem: & vtraque comeſtio fuit vera: vt Auguſt. dicit 13. de ciuitate Dei. Aliter tamen & aliter. In angelis enim fuit vera veritate ſignificationis, quia vt Auguſt. dicit ibidem, angeli comederunt non quia indigebant, ſed quia volebant & poterant. vt hominib. quadã ſui miniſterij humanitate cõgruerent,

3. di. 21. q. 2. ar. 4. q. 4. o.

rent. In Chriſto autem fuit vera comeſtio veritate naturalis ſpeciei: fuit enim exercita naturalibus inſtrumentis ad hunc actum ordinatis: & etiam fuit vera veritate ſignificationis: quia ſignificabat veritatem humanæ naturæ in corpore reſurgente: quòd autem cibus conuertatur in corpus, eſt quoddam conſequens comeſtionem. Vnde etiam in nobis ſi cibus non conuertatur, ſed ſtatim per vomitum eiiciatur, nihilominus vera fuit comeſtio quæ præceſſit. Non autem conueniebat vt in corpus Chriſti cibus conuerteretur, quod iam erat extra ſtatum generationis & corruptionis: vnde cibus ille fuit virtute Chriſti reſolutus in præcedentem materiam, non autem in Chriſti corpus conuerſus, & tamen fuit vera comeſtio abſque aliqua fictione.

¶ Vnde patet reſponſio ad obiecta.

QVÆSTIO III.

DEINDE quæſitum eſt de angelis.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt tria.

¶ Primò, Vtrum aliquo modo angelus ſit cauſa animæ rationalis.

¶ Secundo, Vtrùm angelus influat in animam humanam.

¶ Tertiò, Vtrùm angelus malus, id eſt diabolus, inhabitet ſubſtantialiter hominem in quolibet peccato mortali.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm angelus ſit aliquo modo cauſa animæ rationalis.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd angelus ſit cauſa animæ rationalis. Quæcunque.n. qualificantur in natura, ita tamen quod vnum eorum eſt prius altero in ordine naturæ, id quod eſt prius eſt cauſa eius, quod eſt poſterius. Sed anima & angelus qualificantur in natura, ſunt enim homo & angelus in natura pares, officio diſpares. angelus tamen prius eſt in ordine naturæ quã anima humana, quia eſt ſimplicior: ergo angelus eſt cauſa animæ rationalis.

¶ Sed contra, Anima rationalis educitur in eſſe per creationem. Sed creare cum ſit potentiæ infinitæ, eſt ſolius Dei. Non ergo angelus poteſt eſſe cauſa animæ rationalis.

¶ Reſpondeo dicendum, q̃ impoſſibile eſt id quod per creationem producitur, ab alio cauſari quã a prima omnium cauſa. cuius ratio eſt ſecundum Platonicos: quia quanto aliqua cauſa eſt ſuperior, tantò eius cauſalitas ad plura ſe extendit. Vnde oportet vt in effectibus id quod ad plura ſe habet, ad ſuperiorẽ cauſam referatur. Manifeſtum eſt autem quòd in ordine principiorum eſſentialium quantò aliqua forma eſt poſterior, tantò eſt magis contracta, & ad pauciora ſe extendit. Quantò autem forma eſt prior & propinquior ſubiecto primo, tantò oportet quòd ad plura ſe extendat. Sequitur ergo quòd formæ poſteriores ſunt ab inferioribus agentibus, priores verò & communiores à ſuperiorib. Et ſic relinquitur, quod id quod eſt primum ſubſiſtens in vnoquoque ſit à prima omnium cauſa. Quælibet ergo alia cauſa præter primã oportet quòd agat præſuppoſito ſubiecto quod eſt effectus cauſæ primæ. Nulla ergo cauſa alia põt creare niſi prima cauſa, quæ eſt Deus. Nam creare eſt producere aliquid non præſuppoſito ſubiecto. Quæcunque ergo non poſſunt produci in eſſe niſi per creationem, à ſolo Deo creantur. Hæc autem ſunt illa quæ cũ ſint ſubſiſtentia, vel non ſunt compoſita ex materia & forma, ſed ſunt formæ in ſuo eſſe ſubſiſtentes, ſicut ſunt angeli, vel ſunt ea quæ ſi ſint compoſita ex materia & forma, tamen materia eorum non eſt in potentia, niſi ad vnam formam, ſicut eſt in corporibus cœleſtibus. Vtraque enim hæc producuntur abſque productione primi ſubſiſtentis in eis. poſſunt autem produci in actum abſque productione primi ſubiecti, ea compoſita ex materia & forma, quorum materia eſt in potentia ad diuerſas formas, & ſic in eadem materia, poſſunt ſibi diuerſæ formæ ſuccedere. tam etiam formæ quæ non ſunt ſubſiſtentes in ſuo eſſe, quæ quidem non dicuntur eſſe, quia ipſa habeant eſſe, ſed quia ſubiecta habent aliqualiter eſſe ſecundum eas: vnde nec ipſæ ſecundum ſe dicuntur fieri vel corrumpi, ſed inquantùm ſubiecta fiunt entia in actu vel non entia ſecundum ipſas. Anima autẽ rationalis eſt ſubſiſtens in ſuo eſſe: alioquin non poſſet habere operationem abſque communione ſuæ materiæ. Vnde relinquitur q̃ anima rationalis non poſſit produci in eſſe niſi per creationem: & ita patet quod angelus nullo modo ſit cauſa eius, ſed ſolus Deus.

¶ Ad illud verò quod in contrarium obiicitur, dicendum quòd prima propoſitio inducta videtur includere oppoſita. Si enim anima & angelus pariſicantur in natura, angelus non eſt prior anima ſecundum ordinem naturæ, niſi dicantur pariſicari in natura: quia conueniunt in natura non quidem ſpeciei, ſed generis. Non autem oportet quòd omnium quæ conueniũt in natura generis vel ſpeciei, id quod eſt prius ſit cauſa omnium aliorum: & quidem in eadem ſpecie non poteſt vnum eſſe prius altero propriè loquẽdo in ordine naturæ: quia ſpecies prædicatur æqualiter de omnib. indiuiduis, vt dicitur in 3. Met. (Tex. cõ. 10.) In generibus autem non eſt ſic. Nam inter ſpecies vnius generis vna eſt naturaliter prior & perfectior altera. Eſt aũt in indiuiduis vnius ſpeciei vnum altero tempore prius: & quamuis aliquod indiuiduũ, quod eſt prius tẽpore ſit cauſa cuidam alii, quod eſt poſterius: vt pater eſt cauſa filii, ſicut in obiiciendo tangebatur, non tamen hoc eſt vniuerſaliter verum: non enim omnes antiquiores ſunt cauſa omnium iuniorum. Similiter etiam contingit id quod eſt prius inter ſpecies eiuſdem generis eſſe aliorum principiũ & cauſam, ſicut motus localis aliorum motuum, & binarius aliorum numerorum & triangulus aliarũ figurarum rectilinearum, nõ tamen hoc eſt vniuerſaliter verum. Non enim homo qui eſt perfectiſſima ſpecies animalis eſt cauſa actiua aliarum ſpecierũ: vnde non oportet q̃ angelus ſit cauſa factiua animæ. Procedit autem hæc ratio ſecundum opinionem quorundam ponentium Deum agere per neceſſitatem naturæ: & quòd ab vno ſimplici non ſit niſi vnum immediatè, quod ſit cauſa alterius: & ſic vſque ad vltima rerũ. Non autem ponimus Deum agere omnia per ſuam ſapientiam, per quam ordinem rerum diſponit: & ſic ab ipſo diuerſi gradus rerum immediatè per creationem producuntur.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm angelus influat in animam humanam.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd angelus non poſſit influere in animam humanã. Duorum enim diſtantium, vnum non influit in alterum, niſi per aliquod medium. Sed angelus & anima diſtãt abinuicem, cum non ſit dare aliquod medium, per quod influat influxus ab angelo in animam, ergo videtur quòd angelus non poſſit influere in animam.

¶ Sed

¶ Sed contra, Dio. dicit 8. c. cœle. hierar. Homines purgantur, illuminantur, & perficiuntur ab angelis: ſed hoc non fit niſi per quendam influxum: ergo angelus poteſt influere in animam humanam.

pot. q. 3. ar. 17 ad 12. & q. 5. ar. 3. ad 6.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd vnumquodque agens agit ſecundum modum ſuæ naturæ & ideo vbi ignoratur modus naturæ rei, neceſſe eſt etiam vt modus actionis eius ignoretur. Modus autem naturæ angelicæ eſt nobis ignotus ſecundum quod in ſe eſt. Non enim in hac vita ſcire poſſumus de eis quid ſunt, ſed aliqualem cognitionem de eis habere poſſumus per ſimilitudinem ſenſibilium rerum: vt Diony. dicit primo. & 2. c. cœle. hiera. Vnde & modum actionis ipſorum cognoſcere nõ poſſumus niſi per ſimilitudinem ſenſibilium agentium. Inuenimus autem in ſenſibilibus agentibus, quòd id quod eſt in actu, agit in id quod eſt in potentia: & quòd oportet quòd agens coniungatur patienti ſecundum ſitum per corporalem contactum. Quantò autem natura intellectualis eſt ſuperior, tãtò eſt magis actualis: vtpotè Deo ſimilior, qui eſt actus purus: vnde ſuperiores angeli poſſunt agere in inferiores angelos, & in animas noſtras, ſicut id quod eſt in actu, agit in id quod eſt in potentia: & huiuſmodi actio dicitur influxus. Quod autem eſt in corporalibus ſitus, eſt in ſpiritualibus ordo: nam ſitus eſt quidam ordo partium corporalium ſecundum locum: & ideo ipſe ordo ſubſtantiarum ſpiritualium adinuicem ſufficit ad hoc quòd vna influat in alteram: nec requiritur ibi medium corporale vel locale: quia huiuſmodi actiones ſunt ſupra locum & tempus, quæ in corporalibus ſunt.

1. p. q. 88. ar. 1. 2. o & 2. p q. 2 & q. 30. ar 2. ad 1. & veri. q. 18. ar. 5. o.

1. p. q. 106. ar. 1 c. 1. p. q. 110. ar. 1. & ad 2. & q 3. ar. 1. o. & 12 q. 9. ar. 6. ad 2.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm diabolus inhabitet hominem mortaliter peccantem.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd Diabolus ſemper ſubſtancialiter inhabitat hominem quandocunque peccat mortaliter. Culpa. n. mortalis opponitur gratiæ. Sed ſpiritusſanctus ſemper inhabitat hominem cum gratia: ſecundum illud 1. ad Cor. 3. Templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis: ergo etiam ſpiritus immundus ſemper inhabitat hominẽ cum culpa mortali.

1 p. q. 114. ar. 1. c. & ma. q 16. art. 12. ad 2 in oppoſito.

¶ Sed contra eſt, quòd Diabolus per peccatum inhabitat hominem, ſicut per ſuum effectũ. Sed non omne peccatum mortale eſt à Diabolo, ſed quandoque à carne & mundo: ergo Diabolus non ſemper inhabitat hominem cum culpa mortali.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd Diabolum inhabitare hominem poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quantùm ad animam. Alio modo quantùm ad corpus. Quantùm ad animam quidem, non poteſt Diabolus inhabitare hominem ſubſtantialiter: quia ſolus Deus illabitur menti: nec ita diabolus cauſat culpam, ſicut ſpiritusſanctus gratiam. Spiritus enim ſanctus interius operatur, ſed diabolus exteriùs ſuggerit, vel quantum ad ſenſum, vel quantum ad imaginem. Dicitur tamen inhabitare affectum hominis per effectum malitiæ, non ſolum quando ex eius ſuggeſtione peccatum perpetratur, ſed etiam per quodcunque peccatum mortale, quia ex quocunque peccato mortali homo ſeruituti diaboli addicitur. Sed quantum ad corpus, diabolus poteſt hominem ſubſtantialiter inhabitare, ſicut patet in arrepticiis, ſed hoc magis pertinet ad rationem pœnæ quam ad rationẽ culpæ. Pœnæ autem corporales huius vitæ, non ſemper conſequuntur culpam, ſed quandoque peccantibus non inferuntur: & quandoque non peccantibus inferuntur. vt dicitur Ioan. 9. de cœco natu, & hoc eſt ſecundum altitudinem incomprehenſibilium iudiciorum Dei, vnde non cum qualibet culpa mortali diabolus inhabitat hominem ſubſtantialiter etiam quãtum ad corpus.

12. q. 75 ar. 3. & q. 80. ar. 1. o.

12. q. 75 art. 3. c. & q 80. ar 1. & 3. p. q. 7. ar 7. & ma. q. 3. arti. 4 o.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVÆSTIO IIII.

DEINDE quæſitum eſt de hominibus.

¶ Et primò quæſita ſunt quædam pertinentia ad quoſdam homines excellentioris ſtatus. ſ. ad doctores & religioſos.

¶ Secundò quædam pertinentia ad homines inferioris ſtatus, ſcilicet laicos.

¶ Tertiò quædam pertinentia communiter ad omnes homines.

¶ De doctoribus ſacræ ſcripturæ quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm liceat quòd aliquis per ſe petat licentiam in theologia docendi.

¶ Secundò, vtrùm auditores diuerſorum magiſtrorum theologiæ habentium contrarias opiniones, excuſentur à peccato ſi ſequantur falſas opiniones magiſtrorum ſuorum.

ARTICVLVS IX.

Vtrum liceat alicui petere licentiam pro ſe docendi in theologia.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd nemini liceat pro ſe petere licentiam in theologia docendi. Doctores ſacræ ſcripturæ adhibentur miniſterio verbi Dei, ſicut & prælati. Sed non licet alicui petere prælationem, imo vt Grego. dicit in regiſtro. Recuſantibus dignitates eccleſ. ſunt conferendæ, petentibus autem ſunt denegandæ: ergo neque alicui licet petere cathedram magiſtralem ad docendum in ſacra ſcriptura.

Opu. 19. c. 4 & 2. 2. q. 185. ar 1. ad 1 quòd ſit appetendum.

¶ Præterea, Auguſtin. dicit 19. de ciuita. Dei. Locus ſuperior, ſine quo populus regi non poteſt, etſi adminiſtretur ut decet, inconuenienter tamen appetitur: ergo & inconuenienter petitur. Pari ergo ratione cathedra magiſtralis, quæ eſt etiam locus ſuperior.

¶ Sed contra eſt quod Grego. dicit in paſtorali, quòd gradus magiſtrorum eſt periculoſus. gradus autem diſcipulorum eſt ſecurus. Sed hoc videtur ad perfectionem pertinere, ut aliquis propter aliquod bonũ periculis ſe exponat: ergo videtur eſſe laudabile, quòd aliquis cathedram magiſtralem appetat, & pro ſe petat.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ad euidentiam huius quæſtionis, oportet triplicem differentiam conſiderare cathedræ magiſtralis, ad cathedram pontificalem. Quarum prima eſt, quòd ille qui accipit cathedram magiſtralem, non accipit aliquam eminentiam, quam prius non habuerit, ſed ſolum opportunitatem communicandi ſcientiam quam prius non habebat. Non enim ille qui licentiat aliquem dat ei ſcientiam, ſed auctoritatem docendi. Ille verò qui accidit cathedrã epiſcopalem, accipit eminentiam poteſtatis, quam prius non habebat, ſed quantum ad hoc in nullo ab aliis differebat. Secunda differentia eſt, quòd eminentia ſcientiæ quæ requiritur ad cathedram magiſtralẽ, eſt perfectio hominis ſecundum ſeipſum: eminentia verò poteſtatis quæ pertinet ad cathedram pontificalem, eſt hominis per comparationem ad alium. Tertia differentia eſt, quòd ad cathedram pontificalem ſit homo idoneus per charitatem excellentem, vnde

differẽtia inter cathedram magiſtralẽ & epiſcopalẽ.

Domi-

Dominus antequam Petro ſuarum ouium curam cōmitteret, quæſiuit ab'eo. Symon Ioan. diligis me plus his? (Ioan. vlt.) vt dicitur Io. vlti. Ad cathedram autem magiſtralem redditur homo idoneus ex ſufficientia ſcientiæ. His ergo conſideratis, manifeſtum eſt quòd appetere aliquid quod pertinet ad perfectionem ſuiipſius, eſt laudabile, vnde appetitus ſapientiæ eſt laudabilis. Dicitur enim Sapientiæ 6. quòd concupiſcentia ſapientiæ perducit ad regnum perpetuum. Appetitus autē (ar. 33.) poteſtatis ſuper alios eſt vitioſus, quia vt Greg. dicit, contra naturam ſuperbire, eſt hominem homini velle dominari, vnde ſi ille qui dat licentiam ad cathedram magiſtralem poſſit eminentiam ſapientiæ dare, ſicut ille qui promouet ad cathedram pōtificalem dat eminentiàm poteſtatis, eſſet ſimpliciter expoſcenda cum tamen petere excellentiam poteſtatis ſit turpe. Cum autem ille qui accipit licentiam ad cathedram magiſtralem, accipiat ſolam oportunitatem cōmunicandi: quod licet petere huiuſmodi licentiam, quantum in ſe eſt nullam videtur turpitudinem continere, quia communicare alijs ſcientiam quam quis habet, laudabile eſt & ad charitatem pertinens, ſecū- (Sap. 8.) dum illud Sap. 8. Quam ſine fictione didici, & ſine in- (1. Pet. 4.) uidia communico. Et primo Pet. 4. dicitur. Vnuſquiſque ſicut accipit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes. Poteſt tamen turpitudinem continere ratione præſumptionis, quæ eſſet ſi ille qui non eſt idoneus ad docendum, peteret docendi officiū. Sed hæc præſumptio non æqualiter eſt in petentibus licentiā ad docendum, & in petentibus pontificatum. Nam ſcientiam, per quam aliquis eſt idoneus ad docendū, (ar. 33.) poteſt aliquis ſcire per certitudinem ſe habere. Charitatem autem per quam aliquis eſt idoneus ad officium paſtoralem, non poteſt aliquis per certitudinem ſcire ſe habere. Et ideo ſemper eſt vitioſum pontificatum petere, non ſemper autem vitioſum eſt petere licentiam docendi, quamuis honeſtius ſit quòd per alium petatur, niſi forte aliquando ex cauſa aliqua ſpirituali.

¶ Per hoc ergo patet reſponſio ad primas duas rationes.

(ad rōnes.) ¶ Ad tertium dicendum, quòd quicunque non cauet pericula, videtur contemnere id cuius detrimentum pericula inducere poſſunt, & quia laudabile eſt quòd homo contemnat bona corporalia propter bona ſpiritualia, laudabile eſt quòd aliquis periculis corporalib. ſe exponat propter ſpiritualia bona: ſed contemnere ſpiritualia bona, eſt valde vitioſum, & iō (ar. 50. ad 4.) ꝙ aliquis periculis ſpiritualibus ſe exponat, eſt valde vituperandum. Imminent autem pericula ſpiritualia his qui habent magiſterii locum. Sed pericula magiſterij cathedræ paſtoralis, deuitat ſcientia cum charitate quam homo neſcit ſe per certitudinem habere: pericula autem magiſterij cathedræ magiſtralis vitat homo per ſcientiam, quam poteſt homo ſcire ſe habere, vnde non eſt ſimilis ratio de vtroque.

ARTICVLVS X.

Vtrùm diſcipuli ſequentes diuerſas opiniones magiſtrorum, excuſentur à peccato erroris.

(4. diſ. 49. q. 1. art. 1. q. 1. ad 1. & art. 3. huius libri.) AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd auditores diuerſorum magiſtrorum tenētium diuerſas opiniones, excuſentur à peccato erroris, ſi opiniones magiſtrorum ſuorum ſequantur. Dicit enim dominus Matth. 23. Super cathedram Moyſi ſederūt ſcribæ, & phariſæi, omnia quæ dicunt vobis ſeruate & facite. Multò ergo magis ſeruanda ſunt illa quæ traduntur à doctoribus ſacræ ſcripturæ: ergo non peccant qui eorum opiniones ſequuntur.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Matth. 15. Si cœcus ducatum cœco præſtet, ambo in foueam cadunt. Sed quicunque errat cœcus eſt inquantum errat, ergo quicunque ſequitur opinionem errantis magiſtri in foueam peccati cadit.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd diuerſæ opiniones doctorum ſacræ ſcripturæ, ſiquidem non pertineant ad fidem & bonos mores, abſque periculo auditores vtramque opinionem ſequi poſſunt. Tunc enim habet locum quod Apoſtolus dicit ad Roma. 14. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. (B. Paulus.) In his verò quæ pertinent ad fidem & bonos mores, nullus excuſatur ſi ſequatur erroneam opinionem alicuius magiſtri, in talibus enim ignorantia non excuſat. alioquin immunes à peccato fuiſſent, qui ſecuti ſunt opinionem Arrij, Neſtorij, & aliorum hæreſiarcharum, nec poteſt excuſationem habere propter ſimplicitatem auditorū, ſi in talibus erroneam opinionem ſequatur. In rebus enim dubiis, non eſt de facili pręſtandus aſſenſus, qui nimo, vt Aug. dicit in li. 3. de doctri. chriſtia. Conſulere (Auguſtinus) debet quis regulam fidei, quam de ſcripturarum planiorib. locis & eccleſiæ auctoritate percepit. Qui ergo aſſentit opinioni alicuius magiſtri contra manifeſtum ſcripturæ teſtimonium, ſiue contra id quod publicè tenetur ſecundum eccleſiæ auctoritatem, non poteſt ab erroris vitio excuſari.

¶ Ad illud ergo quod in contrarium obijcitur, dicendum quòd ideo præmiſit, ſuper cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi, vt quod poſtea ſubdit. omnia quæ dixerint vobis ſeruate & facite, de illis intelligatur quæ ad cathedram pertinent, ad quam non pertinent ea quę ſunt contra fidem, vel bonos mores.

QVAESTIO V.

DEINDE quæſitum eſt de his quæ pertinent ad religioſos.

¶ Et primò quantum ad ingreſſum religionis.

¶ Secundò quantum ad ea quæ conueniunt iam in religione exiſtentibus.

¶ Circa primum quæſita ſunt quatuor.

¶ Primò, vtrùm liceat iuuenes inducere ad religionis ingreſſum per obligationem voti, vel iuramenti.

¶ Secundò, vtrùm ſic obligati voto vel iuramēto, poſſint abſque peccato in ſæculo remanere.

¶ Tertiò, vtrùm liceat peccatores ad religionem inducere.

¶ Quartò, vtrùm peccent, qui aliquem iurare faciunt ne religionem ingrediatur.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm liceat inducere iuuenes ad religionem voto, vel iuramento.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ nō liceat iuuenes inducere ad religionem voto, vel iuramento. (22. q. 189. arti. 2. o. & arti. 9. c. ſ. huius & opu. 17. c. 3.) Illicitum enim eſt contra Eccleſiæ prohibitionem agere. Sed Inno. IIII. prohibuit in quibuſdam literis ad religioſos directis huiuſmodi voti ſuſceptionem: ergo peccant qui voto, vel iuramento aliquos ad religionem obligare præſumunt.

¶ Præt. Extra de regularibus & tranſeuntibus ad religionem. c. 1. dicitur. Nullus tondeatur, niſi legitima ætate & ſpontanea voluntate. Sed quando adoleſcentes obligati voto, vel iuramento ad religionem ſuſcipiuntur tonſurantur non in legitima ætate, ne

que

que propria voluntate. Sed neceſſitate obligationis voti, vel iuramenti: ergo hoc videtur eſſe illicitum.

¶ Præte. Magis eſt neceſſarium vt aliqui adducantur ad fidem Chriſtianam, quam ad aliquam religionem. Sed ad fidem Chriſtianam non ſunt aliqui inducendi neceſſitate, ſed voluntate. Dicitur enim 45. diſt. cap. de Iudæis. Quod non vi, ſed libera animi voluntate, & facultate vt conuertantur ſuadendi ſunt. Ergo multò minùs imponenda eſt neceſſitas voti, vel iuramenti, vt aliqui ad religionem adducantur. Item hoc eſſe videtur contra honeſtatem religionis. Adoleſcentum enim ſicut facilis eſt ingreſſus ad religioné: ita etiam facilis eſt egreſſus. Sed ex hoc religio dehoneſtari videtur, quòd de facili recipiant eos qui de facili exeunt: ergo inconueniens videtur adoleſcentes ad religionem recipere.

¶ Præt. Non ſunt facienda bona, vt veniant mala. Sed ex iſto bono q iuuenes inducuntur ad religioné ſequuntur multa mala, quia apoſtatant & illegitimas nuptias contrahunt, & multa alia illicita committũt: ergo non ſunt ad religionem aduocandi.

¶ Præt. Matth. 23. dicit Dominus. Væ vobis Scribæ & Phariſæi, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos: quod propoſito videtur competere. Efficiuntur enim ſic intrantes filii gehennæ dupliciter. Primò quidem quia malè intrant, ſ. contra prohibitionem Eccleſiæ. Secundò, quia etiam malè exeunt apoſtatãdo: ergo qui eos inducunt, væ diuinæ maledictionis incurrunt.

¶ Item hoc videtur eſſe contra neceſſitatem probationis. Dicitur enim primæ Ioan. 4. Nolite omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus, ſi à Deo ſunt. Hoc autem non videtur eſſe à Deo, vt tales religiones ingrediantur, cum frequenter exeant poſt ingreſſum. Dicitur enim Act. 5. Si eſt ex hominibus conſilium hoc & opus diſſoluetur. Si vero ex Deo eſt conſilium, nõ poteritis diſſoluere: ergo videtur quòd contra Deum faciant qui eos inducunt.

¶ Sed contra. Quicunque põt ſe obligare diabolo: poteſt etiam ſe obligare Deo. Sed pueri poſſunt ſe obligare diabolo peccando, vt dicitur extra de delictis puerorum. cap. Pueris: ergo etiam poſſunt ſe obligare voto, vel iuramento ad ſeruiendum Deo in religione.

¶ Præterea. 20. q. 1. dicitur, quòd firma erit virginitatis profeſſio ex quo adulta iam ætas eſſe inceperit. & quæ ſolet apta nuptiis deputari: ergo poſſunt etiã in tali ætate aliqui obligari ad religionem voto, vel iuramento.

¶ Reſpondeo dicendum, q humani actus propter diuerſas caſus vniforme iudicium habere nõ poſſunt, nec tamen ſi contingit aliquid in aliquo caſu eſſe malum propter hoc iudicandum eſt eſſe ſimpliciter illicitum. Poſſet ergo contingere aliquis caſus, in quo aliquem adoleſcentem ad religionem obligare, vel etiã recipere illicitum eſſet: puta ſi conſtaret, vel probabiliter crederetur de eius incõſtantia: vel ſi quid aliud eſſet huiuſmodi, quæ diligenter conſiderantur in religionibus bene inſtitutis. Dicere autem q malum eſt recipere adoleſcentes ad religionem eſt diabolicum, quia ſuper illud Exo. 5. Quare Moyſes & Aaron ſollicitatis populum ab operibus ſuis, dicit Glo. Orige. Hodie quoque ſi Moyſes & Aaron. i. Propheticus ſacerdotalis ſermo animam ſolicitet ad ſeruitium Dei: exire de ſeculo: renuntiare omnibus quæ poſſidet, attẽdere legi & verbo Dei: continuè audies vnanimes & amicos Pharaonis dicẽtes, Videte quomodo ſeducũtur homines & peruertuntur adoleſcentes, & poſtea. hæc erant tunc verba Pharaonis; & nunc amici eius

ar. 52. & 12. q. 84. arti. 1. ad 3. & q. 6. 96 art. 1. ad 3. & arti. 6. c & ad 3. & 22. q. 88. ar. 10. c.

Origenes.

loquuntur. Eſt etiam contra Chriſti præceptum. Dicitur enim Matth. 19. quòd oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret, diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus autem ait eis. Sinite paruulos, & nolite prohibere eos venire ad me. Quod exponens Origenes ſuper Matthæum, dicit quòd diſcipuli Ieſu priuſquam diſcant rationem iuſtitię reprehendũt eus qui pueros & infantes offerunt Chriſto. Dominus autem exhortatur diſcipulos ſuos condeſcendere vtilitatibus puerorum. Hoc ergo attendere debemus, ne per æſtimationem ſapientiæ excellentioris contemnamus quaſi magni puſillos Eccleſiæ, prohibẽtes pueros venire ad Ieſum. Si tamen pueri infantum eſſent, vt nondum vſum rationis haberẽt, illicitum eſſet eos ad religionem attrahere abſque conſenſu parentum, non quin etiam infra annos pubertatis pueri in religione recipi non poſſint de cõſenſu parentum, quia vt dicitur decima quæſtione prima cap. Addidiſti. & monachi & quicunque etiam pueri in infantiæ annis à parentibus monaſterio tradi poſſunt. Sed hoc ideo dictum eſt, quia pueri quouſque ad annos diſcretionis peruenerint ſunt ſecundum ius naturale in poteſtate parentum: vnde ſicut inuitis parentibus nõ ſunt infidelium filii ad baptiſmum rapiendi, ita etiam nõ ſunt religioni applicandi. Iam verò poſtquàm vſum rationis habuerint, per liberum arbitrium habent ſui ipſius poteſtatem in his quæ ad animæ ſpectant ſalutem, vnde inuitis parentibus poſſunt & ad baptiſmum & ad religionem induci. De uoluntate autem parentum, etiam in infantia ad baptiſmum recipiuntur ex ordinatione Apoſtolorum, vt Dionyſius dicit vltimo c. Cœle. Hierar. vt in rebus diuinis pueri nutriantur, & non habeant aliam vitam, niſi diuinam cõtemplationem. Et eadem ratione in infantiæ annis monaſteriis pueri à parentibus offeruntur, vt dictum eſt. Sed quia in quæſtione additur de obligatione iuramenti & uoti, ne hoc remaneat indiſcuſſum, conſiderari debet quòd ſecundum diuerſam cõditionem iuuenum eſt in talibus procedendum. Si enim eſſent adeò firmi quòd non timerentur à religionis propoſito reſilire non eſſet neceſſarium eos iuramento, vel voto obligare. Et ſimiliter ſi eſſẽt adeo nobiles, quòd nec etiam crederentur iuramento, vel voto poſſe firmari, ſed vt plurimum contingit quòd ſimplex propoſitum de facili mutant, obligationem autẽ uoti, vel iuramenti omnino obſeruant, vnde cum uoto vel iuramento ad frugem melioris uitæ obligantur magnũ beneficium eis præſtatur. Vnde Auguſtinus dicit in epiſtola ad Armarium & Paulinum. Non te vouiſſe pœniteat, imò gaude iam tibi non licere, quod cum tuo detrimento licuiſſet. Fœlix eſt neceſſitas quæ in meliora compellit.

Matth.

Origenes

Nota bene.

Canon.

ar. 19. o.

22. q. 88. ar. 8. ad 2. & ar. 9. o.

C. linea. & ar. 92.

Quando ſunt voto pueri obligãdi ad religionis ingreſſi & quando non.

Auguſt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Innocentius in quibuſdam literis ad religioſos directis quæ incipiunt: Non ſolùm in fauorem: ſic dicit: Vobis de fratrum noſtrorum conſilio, in virtute obedientiæ ſub pœna excommunicationis auctoritate præſentium diſtrictiùs inhibemus, ne ante annum probationis elapſum, qui eſt maximè in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus, quenquam ad profeſſionem veſtri ordinis, ſeu ad renunciationem ſeculi faciendam recipere præſumatis. Quod autem ad probationem non recipiantur iuuenes, vel quòd voto, uel iuramento non obligentur ad intrandum ſine præiudicio temporis probationis nunquam inuenitur prohibitum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd legitima ætas iudicatur tempore pubertatis: ut patet per capitulum inductum. Tunc enim maximè incipit homo liberum vſum rationis habere de his quæ pertinent ad ſuam ſalutem. Eſt autem ſecundum quod eſt du-

plex

art. 92. ad plex neceſſitas. Vna quæ excludit voluntatem, ſcilicet
4. & 1. p. q. coactionis: & alia quæ ex voluntaria obligatione cau-
19 ar. 3. 0. ſatur, & voluntatem non excludit, & huiuſmodi eſt ob
& ar. 8 ad ligatio iuramenti, vel voti, vnde per coactionem non
1. & 22. q. ſunt trahendi homines, vel ad fidem vel ad religionē,
98. articu. ſed voto vel iuramento ad hoc eos obligare nihil pro
3. ad 2. hibet, & de hac neceſſitate Auguſtinus dicit. Fœlix ne ceſſitas quæ in meliora compellit.

Auguſt. ¶ Et per hoc patet ſolutio ad tertium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in rebus voluntarijs, ſicut & in naturalibus non eſt iudicandum facilè ꝙ contingit in paucioribus: ſed quod contingit, vt in pluribus. Quòd autem intrantes religionem exeant, hoc contingit vt in paucioribus: multò enim plures de intrantibus remanent, vt experimento probatur, quàm exeant.

¶ Ad quintum dicendum ꝙ cum dicitur, Nō ſunt
12. q. 98. ar. facienda bona, vt veniant mala: ſi ly vt, teneatur cauſa
1. ad 2. liter, eſt omnino verum: peccaret enim ſi quis ea intentione aliquem ad intrandum religionem induceret, vt poſtmodum apoſtataret. Si vero ly vt, tenetur conſecutiuè, ſic ab omnibus bonis eſſet abſtinendum, quia vix ſunt aliqua humana bona ex quibus occaſionali-
Eccle. 11. ter non poſſint ſequi aliqua mala. Vnde dicitur Eccl. 11. Qui obſeruat ventum, non ſeminat, & qui conſiderat nubes, nunquam metet. Tunc autem ſolū aliquod bonum eſſet prætermittendum propter conſequēs malum, quando malum conſequens eſſet multò maius quàm bonum, & vt frequentiùs accideret. Dominus autem non prætermiſit eligere duodecim diſcipulos, ex quibus vnus erat futurus diabolus, vt dicitur Ioan. 6. nec apoſtoli prætermiſerunt eligere ſeptem dyaconos propter vnum Nicolaum, qui ex eis periit. Multo ergo minus religioſi debent prætermittere multorum ſalutem, propter paucos, qui apoſtatare inueniuntur.

Contra 3. ¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ illi qui obligati iuramē
c. 134. c. ſi. to, vel voto religionem intrant, non faciunt contra prohibitionem eccleſiæ, vt oſtenſum eſt, vnde ex hoc ꝙ intrant, non efficiuntur filii Gehennæ, ſed filii vitæ æternæ, quam dominus promittit Matth. 19. relinquen
Matth. tibus temporalia propter ipſum, ſed ex hoc ꝙ exeunt poſt profeſſionem, efficiūtur Gehennę filij; ſed hoc nō præiudicat recipientib. eos, niſi eorum malis exemplis ſint peruerſi, vnde ſignanter Dominus dicit, Facitis eum filium Gehennę duplo quàm vos, quia vt Chryſ. dicit, Malorum magiſtrorum prouocatus exemplo fiebat peior magiſtris.

Chryſoſ. ¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ ratio illa ſapit Mani
1 p. q. 6 ar. chæorum hęreſim, qui hanc rationem ad duas erro-
3. c. & q. 65 neas concluſiones adducunt. Primò quidem ad hoc ꝙ
ar. 1. cap. & omnia corpora corruptibilia non ſunt à Deo. Si enim
po. q. 3. ar. inquiunt à Deo eſſent, non diſſoluerentur. Secundò
6. c. ad hoc ꝙ charitas ſemel habita nunquam amittatur, ita ꝙ qui peccat mortaliter, nunquam gratiam habuit.
reſolutio Si enim inquiunt gratiam habuiſſet, hoc fuiſſet opus
do. Dei, & ita diſſolutum non fuiſſet, quod etiam hæc ratio intendit, vt ſi aliquis non perſeuerat in religione quod propoſitum de intrando religionem à Deo non fuerit.

¶ Eſt ergo ſciendum, ꝙ verba illa non dicuntur ad oſtendendum ꝙ illa quæ ſunt à Deo, in perpetuum maneant, & corrumpi non poſſint, ſed ad oſtendendum infallibilitatem diuinæ prouidentiæ. Non enim poteſt eſſe vt Dei prouidentia fallatur, vnde ſignanter non dicit opus Dei eſſe indiſſolubile, ſed conſiliū. Secundùm ergo diuinam prouidentiam, quibuſdam datur donum gratiæ ad præſentem iuſtitiam, & tamē non datur eis donum perſeuerantiæ. Quibuſdam autem datur etiam donum perſeuerantiæ, vt patet per Aug. in libro de bono perſeuerantiæ.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm qui obligati ſunt voto, vel iuramento ad intrandum religionem, non teneantur intrare.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ illi qui obligati ſunt voto, vel iuramento ad intrandum religionem, non teneātur intrare. Omnes enim Chri 22 q. 88. ar.
ſti actio noſtra eſt inſtructio. Sed Dominus non im- 3. ad 2. &
ponebat hominibus neceſſitatem, ſed hoc relinquebā q. 189. a. c.
tur eorum liberæ voluntati, vnde dicebat cuidam, vt habetur Mat. 19. Si vis ad uitam ingredi, ſerua mādata. Et uerum. Si uis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et Apo. 1. ad Cor. 7. de virginibus autem, præceptum Domini non habeo conſilium autem do; ergo videtur ꝙ non ex neceſſitate teneantur aliqui religionem intrare propter iuramentum, vel votum.

¶ Præt. Nullus poteſt iuramento, vel voto obligari ad aliquid, in quo detrimentum perfectionis patiatur. Sed per hoc ꝙ aliqui religionem intrant, detrimētum perfectionis patiuntur. Impediuntur enim propter religionis obſeruantiam, à viſitatione infirmorū & collectione eccleſiarum, & alijs operib. pietatis, in qua ſumma Chriſtianæ religionis conſiſtit. vt Ambr. dicit ſuper illud primæ ad Tim. 5. Pietas ad omnia utilis eſt. Ergo illi qui iurauerunt, vel vouerunt religionem intrare non tenentur.

¶ Præt. Proſper dicit in 2. de uita contemplatiua. Sic abſtinere vel ieiunare debemus, vt non nos ieiunandi, vel abſtinendi neceſſitati ſubdamus. Sed illi qui ſunt in religione ex neceſſitate ipſius voti, vel obedientiæ abſtinent vel ieiunant: ergo minus merentur. Non ergo ad religionis ſtatum poteſt aliquis iuramento vel voto obligari.

¶ Præt. virtus eſt circa difficile & bonum. Sed difficilius eſt bene viuere in ſæculo quam in religione: ergo magis eſt virtuoſum. Non ergo ad ſtatum religionis aliquis iuramento, aut voto obligari poteſt.

Præt. communis utilitas præferenda eſt bono priuato. Sed per hoc ꝙ aliqui religionem intrant, derogatur communi vtilitati. Si enim omnes religionem intrarent, non eſſent qui plebium curā agerent, & ita populus ſine rectoribus remaneret: ergo meliùs faciunt, ſi non intrant religionem quàm ſi intrent.

¶ Sed contra eſt quod dicitur in Pſal. Vouete & reddite domino Deo veſtro, vbi dicit Gloſ. ꝙ vouere voluntati conſulitur, ſed poſt voti promiſſionem, redditio neceſſariò exigitur. Itē Eccle. 5. dicitur. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim infidelis, & ſtulta promiſſio.

¶ Præt. Aug. dicit in epiſtola ad Armentariū & Paulinum. Quia iam vouiſti, iam te obſtrinxiſti, aliud tibi facere non licet, priuſquàm eſſes voti reus, liberū fuit ꝙ eſſes inferior, quamuis non ſit gratulanda libertas qua fit vt non debeatur, quod cum lucro redditur.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ dicere ꝙ illi, qui voto 3. p. q. 64.
vel iuro ſunt obligati ad intrandum religionē, non te art. 9 ad 3.
neantur intrare, eſt manifeſtè hæreticum. Quicunque art. 173. &
enim dicit non eſſe peccatum id quod eſt cōtra præ- 22. q. 154.
ceptū Dei, hęreticus iudicatur, ſicut hæreticus iudicaretur ar. 2. c.
quicunq; diceret, ꝙ fornicatio ſimpliciter non ſit peccatum mortale, eſt enim contra hoc præceptū, Non mechaberis, vt ſancti exponūt. Sūt aūt excellentiora pcepta primæ tabulæ, quæ ordināt ad dilectionē Dei quàm præcepta ſecūdæ tabulæ, quæ ordinant ad dilectionē proximi, vnde quicūq; dicit ꝙ ſine peccato prętermitti poſſit aliquid ptinēs ad præcepta primæ tabulæ, eſt manifeſtè hæreticus. Cū aūt impletio voti ptineat

ad latriam, manifeſtum eſt ꝙ quicunque dicit votum non eſſe implendum, loquitur contra primum præceptum primæ tabulæ, quod eſt de cultu latriæ ſoli Deo exhibendo. Qui verò dicit iuramentu non eſſe implendum, loquitur contra ſecundum præceptum primæ tabulæ, quod eſt, Non aſſumes nomen Dei tui in vanū. Vnde manifeſtè eſt hæreticus quicunq; hoc dicit, niſi fortè dicat ꝙ intrare religionem ſit illicitum. Iuramenta.n. vel vota facta de rebus illicitis non ſunt obligatoria, ſecūdum illud Iſidori. In malis promiſsis, reſcinde votum. Sed hoc iterum eſt hæreticum dicere, ꝙ non ſit licitum intrare religionem. Eſt.n. expreſsè contra Chriſti conſilia, vnde quicunque dicit ꝙ ille qui eſt obligatus voto vel iurō ad intrandum religionem, poteſt abſq; peccato in ſæculo remanere, eſt manifeſtè hæreticus, ſi tamen in hoc pertinaciter perſeveret.

ar.130.c. & 22.q.89.ar.nc.3.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ neceſsitas voti, vel iuramenti, non excludit voluntatem, vt ſupra dictū eſt. Sicut.n. aliquis ex lege cōi obligatur ad obſeruāda Dei præcepta, quæ tamen voluntariè ſeruat, vnde & Dominus dicit, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mādata; ſic ille qui emiſit iuramentum, vel votum, obligatus ex quadam priuata obligatione, & tamen voluntariè implet iurm̄, vel votum, ita tamen ꝙ ante iurm̄, vel votum, licitum eſt ei facere, vel non facere, vnde & Dominus dixit, Si vis perfectus eſſe. & Paulus de virginitate conſilium dat, ſed poſt iuramentum vel votum, illicitum eſt non implere.

ar.43.ad 2.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ illa ratio cōtinet hæreſim damnatam, ſ. ꝙ melius ſit in ſæculo remanere, & operib. pietatis vacare, quàm religionem intrare. Continetur.n. inter errores Vigilantij, contra quem Hier. ſcribens dicit, Iſta venena perfidiæ catholicæ fidei ſuciatæ conatur impugnare virginitatem, odiſſe pudicitiam, in conuiuio ſæcularium contra ſanctorū ieiunia declamare. Et poſtmodum contra ſingulos articulos à Vigilantio propoſitos diſputans, venit ad iſtum art. dicēs. Quod autem aſſerit eos melius facere qui vtuntur rebus ſuis, & paulatim fructus poſſeſsionum pauperibus diuidunt, quàm illos qui poſſeſsionib. venundatis ſemel omnia largiuntur, non à me ei, ſed à Deo reſpōdebit, Si vis eſſe perfectus, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me. Iſte quem tu laudas, ſecundus gradus eſt, quem & nos recipimus, dummodò ſciamus prima ſecundis, & tertiis præferēda. Et ideò in li. de eccl. dogmatib. cum aliis erroribus etiam iſte damnatur, cum di: Bonum eſt facultates cū diſpenſatione pauperib. erogare, melius eſt pro intentiona ſequendi Deum, ſimul donare & abſolutum ſolicitudine egere cum Chriſto. Nec ſolus ſtatus religionis præfertur eleemoſynis, quas quis facit in ſæculo, ſed etiam virginitati in ſæculo obſeruatæ, dicit.n. Aug. in li. de virginitate. Nemo, quantum puto, auſus fuit virginitatem præferre monaſterio.

Ad quintū huius, & 22.q.186. art.3.ad 6. & cōt. 3.c. 136. vſque 136.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ idem opus factum ex voto laudabilius & magis meritorium eſt, quā ſi fiat ſine voto, ꝙ ex hoc patet, quia omnis actus de ſe tātò eſt magis laudabilis & meritorius, quātò ex digniori virtute procedit. ſicut opus iuſtitiæ ſi fiat ex charitate laudabilius erit. Manifeſtum eſt autem ꝙ cum aliquis ieiunat abſque voto, facit actum virtutis, qui eſt abſtinentia. Cum autem ieiunat implens votum, actū abſtinētiæ facit ex latria, quæ cum ordinet nos ad Deum, eſt nobilior virtus quàm abſtinentia, vel quæcunque alia virtus, quæ ordinat nos circa bona creata, propter quod Aug. dicit in lib. de virginitate. ꝙ nec virginitas, quia virginitas eſt, honoratur, ſed quia eſt Deo dicata, quam vouet & ſeruat cōtinentia pietatis. Quod ergo Proſper. dicit: ſic abſtinere, vel ieiunare debemus, vt non nos ieiunandi, vel abſtinendi neceſsitati ſubdamus, intelligendum eſt de neceſsitate coactionis, quæ

22.q.88.ar.ti.5.ad 2.2. & 22.q.186 ar.8.c.

22.q.88.ar.6.c. & op. 17. ca. 12.

22.q.3.ar.3. c.22.q.81. ar.3.ad 2.

voluntatē excludit. Vnde ſubdit, Ne iā nō deuoti, ſed inuiti rem voluntariam faciamus. Neceſsitas aūt voti & iuramenti, non excludit voluntatem, vt dictum eſt.

¶ Dicendum autem eſt vlteriùs, ꝙ ſi illi qui ieiunat ex voto non placet ſecundum ſe ieiunium, placet tamē ſibi impletio voti: magis meretur cæteris paribus, quam ille ieiunans cui placet ſecundum ſe ieiunium, quia magis eſt meritorium delectari in actu latriæ, quàm in actu abſtinentiæ.

arti.49. ad 2. & opus. 17.c.12.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ duplex eſt difficultas. Vna quæ eſt ex arduitate operis, ſicut virginitatē ſeruare, & huiuſmodi, & talis difficultas facit ad augmētum virtutis. Alia difficultas eſt ex impedimentis, & periculis imminentibus. Et talis difficultas non facit ad augmentum virtutis, ſed ad diminutionem ipſius. Non.n. vř eſſe prudens, nec multum amare bonū virtutis qui pericula nō cauet, & talis difficultas ad bene viuendum imminet in ſæculo remanentibus.

12. q. 114. ar.4. ad 2. & 22.q.155 art.4.ad 2. veri. q.26. ar.6.ad 12. 14.

¶ Ad quintū dicēdū ꝙ illa fuit ratio Vigilātij hæretici, vt patet per Hiero. qui dicit in h. cōtra Vigilātiū. Non ſunt à ſtudio ſuo monachi deterrendi, quàmuis à te linguę viperea morſus ſæuiſsimos patiātur: quib. argumentans & dicis, ſi oēs ſe clauſerint & fuerint in ſolitudine, quis celebrabit Eccleſias? quis ſæculares homines lucrifaciet? quis peccantes ad virtutes poterit exhortari? Hoc.n. modo ſi oēs tecum fatui ſint, ſapiēs eſſe quis poterit? & virginitas non erit approbanda. Si.n. oēs virgines fuerint nuptiæ non erunt, & interibit humanum genus. Rara eſt virtus, nec à plurib. appetitur. Stultus eſt ergo huiuſmodi timor, cum religionis bonū ſit tam difficile & arduum, vt pauci religionem intrēt in comparatione multitudinis in ſæculo remanētis, ſicut ſi quis timeret haurire aquam, ne flumen deficeret.

ar.47.ad 3. ad 2. huius & opus. 17 c.14.15.16. & opus.18. c. 13.

ARTICVLVS XIII.

Vtrùm qui in ſæculo ſunt peccatores, ſint ad religionem attrahendi.

AD Tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ illi qui ſunt in ſæculo peccatores, nō ſint ad religionem attrahendi. Oportet.n. prius exercitari in operib. præceptorum, quam intrare ad impletionem conſiliorum, vt de minori perueniatur ad maius. Sed illi qui ſunt peccatores in ſæculo, non ſunt exercitati in operibus præceptorum, ergo non ſunt attrahēdi, vel recipiendi in religione: in qua oportet ſeruari conſilia.

22. q. 189. ar.1.c.ad 2. & ar.10. c.

¶ Sed contra eſt, ꝙ Dominus Matthæum Publicanum ad ſtatū perfectionis vocauit: vt habetur Matt.9. Omnis autem Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio: ergo etiam & nos debemus peccatores, qui ſunt in ſæculo ad religionem aduocare & ſuſcipere.

art. 124.c.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ maximè vtile eſt peccatoribus, vt ad religionem tranſeant. Peccatorib.n. duo ſunt neceſſaria ad ſalutem. Primò quidē, vt de peccatis præteritis pnīam agat. Secundò, vt de cætero à peccatis abſtineant. Ad vtrunque autem horum maximè operatur religio. Primò.n. ſtatus religionis eſt ſtatus perfectæ pnīæ, & nulla ſatisfactio adæquari pōt pnīæ religioſorum, qui & ſe & ſua totaliter Deo dāt; vnde pro nullo peccato imponi poteſt homini pro pnīa, vt religionem introeat, in commutationē ſatisfactionis, quantùmcunq; grauis, conſulitur tamen religionis ingreſſus: vt patet 33.q.2.c. admonere: vbi Stephanus Papa quendam qui vxorem interfecerat inducit, vt ingrediatur monaſterium, & humiliatus ſub manu Abbatis cuncta obſeruet quæ ſibi fuerint imperata, alioquin iniungit ei grauiſsimā pnīam, ſi eligit in ſæculo remanere. Similiter ēt ad vitanda peccata plurimùm valet religionis ſtatus. Difficile.n. eſt ꝙ in ſæculo cōmorantes à rebus mundi nō alliciātur; propter quod Mat.19.

ar.95.ad 7 22.q.189. art.3 ad 3. veri.q 2.ar ti 5.ad 5. 4.di.16. in expo. tex. ad 4.

ſecundùm

Chryſoſt. ſecundum expoſitionem Chryſo. Dominus hoc dicit eſſe impoſſibile, ꝙ diues qui ſcilicet diuitijs inhęret per amorē, intret in regnū cœlorum: ſed ꝙ diues qui habet diuitias intret, eſt valdè difficile, vnde & Eccl. 31. Eccleſ. 31. dicitur, beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula. Et huiuſmodi difficultatem ſubdit dicens, quis eſt hic & laudabimus eum: propter quod, vt Gre. dicit, Sancti viri vt ab illicitis abſtineant, etiam licita prætermittunt; vnde manifeſtum eſt ꝙ non peccant, ſed laudandi ſunt qui peccatores ad religionem trahunt. Nam et Dominus de ſeipſo dicit. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.

Ad contrarium. ¶ Ad illud ergo quod in contrarium obijcitur, dicendum ꝙ illa ratio procedit & contra rationem doctrinæ Euangelicæ, & contra rationem philoſophiæ. Contra doctrinam quidem Euangelicam, quia conſilia Euangelica ad hoc dantur, vt per ea homo faciliùs ſalutem conſequatur. (art. 92. c. & art. 112. c.) Vnde ſtatus ſecularium periculoſior eſſe dicitur, quam religionis ſtatus. Stultum eſt autem dicere, ꝙ alicui qui debilior eſt propter peccata quæ commiſit, non ſit ad ſecuriorem vitam fugiendū. Eſt etiam contra doctrinam philoſophicam, quæ docet illos qui ſunt ad vitia proni, in contrarium debere reflecti, ſicut faciunt illi qui tortuoſa lignorū dirigūt.

ARTICVLVS XIIII.

Utrùm quis abſque peccato poßit aliquem iuramento adſtringere, quòd religionem non intret.

(art. 10. & 12. q. 68. ar. 3. c. 6. & ad 1. & ar. 02. huius.) CIRCA quartum ſic proceditur. Videtur ꝙ aliquis abſque peccato poſſit aliquem iuramento adſtringere ad hoc ꝙ religionē nō intret. Quod enim licitum eſt fieri, licitum eſt iurare. Sed licitum eſt alicui ſeculari, ꝙ nunquā religionē intret, ergo licitè pōt hoc iurare. Qui ergo tali iuramēto aliquem adſtringit non peccat: quia non facit eum iurare aliquid illicitū.

¶ SED CONTRA. Propoſitū intrandi religionē à ſpirituſancto eſt, vt habetur 16. q. 1. c. Due. Sed reſiſtere inſtinctui ſpirituſſancti graue eſt peccatum: de quo Stephanus reprehendit Iudæos Act. 7. dicens. Vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis; ergo ille qui aliquē iurō adſtringit ad nō intrandum religionē grauiter peccat.

(ar. 49. prin.) ¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt: in actibus humanis non eſt aliquid ſimpliciter iudicandum licitum vel illicitum propter id quod accidit in aliquo particulari caſu: ſed propter id quod eſt vt in pluribus, ſicut etiam in rebus naturalibus conſideratur, quod in pluribus eſt. (Ma. q. 8. ar. 1. ad 4.) Contingit autem in aliquo caſu, ꝙ abſque peccato aliquis poteſt adſtringere aliquem iuro ad hoc ꝙ religionem non intret, puta ſi eſſet matrimonio ligatus, & vellet abſque conſenſu vxoris religionē intrare, vel in caſibus ſimilibus. (4. d. 27. q. 1. ar. 1. q. 3. o.) Simpliciter autem loquendo inducere aliquem ad iurandum quod religionem non intret, graue eſt peccatum. Si enim aliquis vellet religionem intrare, & imminerent opportunitas temporis, & omnes circunſtātiæ conuenirent, grauiter peccaret qui eum ab ingreſſu religionis prohiberet, vnde Dominus Matth. 23. comminatur Phariſæis, qui nec ipſi intrabant in regnum cœlorum, nec alios intrare ſinebant. Cùm autem aliquis facit aliquem iurare, ꝙ religionem non intrabit, impedit eum quantum in ſe eſt ab ingreſſu religionis ſecūdum quodcunque tempus, & ſecundum quamcunque circunſtantiam opportunā: quia in vniuerſali includūtur omnia particularia. Vnde manifeſtum eſt ꝙ grauiter peccat.

Ad contrarium. ¶ Ad id verò ꝙ obijcitur in contrariū dicendū, ꝙ quamuis licitum ſit ab aliquo bono opere abſtinere, tamen illicitum eſt vel ſibi, vel alii impedimentū opponere, quo minus ſit illud bonum opus procedere poſſit; ſicut licitum eſt non dare eleemoſynā huic pauperi, illicitum tamē eſt ſe vel alium iuramento adſtringere ad hoc ꝙ alicui eleemoſyna non detur, cuius ratio eſt, quia prætermittere actū virtutis poteſt aliquis abſque peccato, eò ꝙ præcepta affirmatiua, quæ ſunt de actibus virtutum, non obligant ad ſemper. Sed impedimentum boni operis directè virtuti contrariatur, & ideo cadit ſub prohibitione præcepti negatiui, quod obligat ad ſemper. (ar. 2. c. 2. 2. q. 33. art. 5. c. & q. 79. ar. 3. ad 3. & q. 140. art. 2. ad 2.) Vnde omnia talia iura ſunt illicita, nec ſunt obſeruanda, & illi qui hoc iurant, iurādo periuri ſunt, quia iuramentum hominē obligare non pōt contra charitatē Dei & proximi, vnde quamuis licitū ſit alicui religionē non intrare, illicitū tamen eſt impedimentum iuri apponere ſibi vel alii. Eſt enim contra perfectionem vitæ, & contra conſilium Chriſti.

QVAESTIO VI.

DEinde quæſita ſunt tria de his quæ competunt in religione exiſtentibus.

¶ Primò, Vtrùm religioſus qui nihil debet habere in proprio, vel communi poſſit eleemoſynam facere de his quæ ſibi ab aliis in eleemoſynam dantur.

¶ Secundò, vtrùm aliquis in religione exiſtens ſciens patrem ſuum graui neceſſitate opprimi poſſit exire abſque licentia prælati ſui, vt ſubueniat patri.

¶ Tertiò, vtrùm ſtatus religionis ſit perfectior quàm ſtatus ſacerdotum parochialiū, & archidyaconorū.

ARTICVLVS XV.

Utrùm religioſi qui nihil habent in proprio, vel communi, poßint eleemoſynam facere.

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur ꝙ religioſi qui nihil habent in proprio, vel communi non poſſunt eleemoſynā facere, quæ eis proficiat: nō enim proficit eleemoſyna facienti, niſi debito modo fiat. (22. q. 32. ar. 8. c. & ad 3. & 4. diſ. 15. q. 2. ar. 5. q. 4. o.) Sed tales religioſi non poſſunt eleemoſynam debito modo facere, debet enim eleemoſyna de proprio fieri, ſecundum illud Thobiæ quarto. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi autem modicum, idipſum libenter impertiri ſtude: ergo tales religioſi qui nihil ſuum habent, nec in proprio, nec in communi, non poſſunt eleemoſynam facere, quæ eis proficiat. Sed ſi quam eleemoſynam de eleemoſynis ſibi factis faciūt, eis proficit à quibus eleemoſynam perceperunt.

¶ SED CONTRA. Inter alia opera, eleemoſynarum largitio plurimum inuenitur eſſe fructuoſa. Dicitur enim Dani. 5. Peccata tua eleemoſynis redime. Si ergo religioſi eleemoſynas facere non poſſunt, quę eis proficiant, videntur eſſe peioris conditionis quàm alii etiam in ſpiritualibus bonis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd religioſi, quamuis proprium habere non poſſint, poſſunt tamē aliquarum rerum diſpenſationem habere, ſiue de fructibus poſſeſſionum communium, ſiue etiam de eleemoſynis particulariter eis collatis, nec refert, quātum ad propoſitum pertinet, vtrùm huiuſmodi diſpenſationem habeant auctoritate ſui ordinis, vel auctoritate alicuius ſuperioris prælati. His ergo, quibus diſpenſatio commiſſa eſt, poſſunt meritoriè eleemoſynam facere de bonis, quæ eorum diſpenſationi committuntur, ſecundum quod eis committitur, & huiuſmodi eleemoſyna meritoria eſt, & eis qui minimè miniſterium exequuntur, & illis quorum huiuſmodi res deputatæ noſcuntur. Si verò aliquis religioſus ſit, cui non ſit huiuſmodi rerum diſpenſatio commiſſa, ei nōn licet eleemoſynam facere.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS XVI.

Utrùm religioſus poßit egredi clauſtrum abſq; licentia ſui prælati, vt patri ſubueniat in neceßitate exiſtenti.

AD Secundum ſic proceditur. Videtur q religioſus ſi videat patrem ſuum eſſe in neceſsitate, etiā abſque prælati ſui licentia, poſsit clauſtrum exire ad ſubueniendum patri. Non enim prætermittendum eſt mandatum Dei, propter hominum traditiones. Vnde Dominus Matthæi 15. contra quoſdam dicit, Irritum feciſtis mandatum Dei, propter traditiones veſtras. Sed ad ſubueniendum parentibus, homo aſtringitur per præceptum diuinum. Honora patrem tuum & matrem tuam, in quo quidem honora, intelligitur neceſſariorum ſubuentio; ergo videtur quòd non obſtantibus religionis obſeruantiis, quæ ſunt hominum ſtatuta, debeat aliquis religioſus exire clauſtrum ad ſubueniendum parentibus ſecundum præceptum Dei.

ar.104.c.& 22. q.101 art.4.c.& q.189. art. 6.c.

¶ SED CONTRA. Spiritualia ſemper præferēda ſunt carnalibus. Sed religioſi ſe obligauerunt ad obſequium ſpiritualis patris, ſcilicet Dei, cui magis temur, ſecundum illud ad Hebræos duodecimo. Quāto magis obtemperabimus patri ſpirituali & viuemus. Non ergo debent dimittere ſui ordinis obſeruantias, vt parentibus carnalibus miniſtrent.

¶ RESPONDEO dicendum, q aliter eſt dicendum de illo qui nondum religionem intrauit, & aliter de illo qui iam in religione eſt profeſſus. Ille enim qui nondum religionem intrauit, ſi videat patrem ſuū in magna neceſsitate, cui per alium ſubueniri non poſſit, non debet religionem intrare, ſed tenetur miniſtrare parentibus, maximè ſi abſque periculo peccati poſſit in ſęculo remanere. Si vero per alium poſſit eius parentibus miniſtrari, poteſt ſi vult religionem intrare, vnde Chryſoſtomus exponens illud, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, dicit q malum eſt abducere hominem à ſpiritualibus, & maximè cùm fuerint, qui miniſterium parentum compleant. Erant enim alii qui complere poſſent illius funeris ſepulturam. Poſtquam vero aliquis eſt iā in religione profeſſus, eſt mortuus mundo. Vnde per ſpiritualem mortem deobligatur à cura impendenda parentibus, ſicut etiam deobligaretur per mortem corporalem, & ideo non peccat nec contra præceptum Dei agit, ſi in clauſtro remaneat ſub precepto prælati ſui, parentum miniſtratione prætermiſſa. Eſt enim factus impotens ad reddendum debitum miniſterium abſque propria culpa. Debet tamen quantum poteſt ſalua ordinis obedientia ſatagere, vt per ſe, vel per alium ſuis parentibus ſubueniatur, ſi in neceſſitate fuerint conſtituti.

¶ Ad illud vero quod in contrarium obiicitur, dicēdum q religioſus tenetur ad implendum id quod ad religionem pertinet, non ſolum ex traditione humana ſed etiam ex præcepto diuino. Obligatur enim ex voto emiſſo, ad obediendum prælatis ſuis. Impletio autē voti cadit ſub præcepto diuino.

ARTICVLVS XVII.

Utrùm presbiteri parochiales ſint maioris perfectionis, quàm religioſi.

22. q.184. artic.8.& ar.14.ad 2. huius.

AD Tertium ſic proceditur. Videtur q presbyteri parochiales, & archidyaconi, ſint maioris perfectionis quàm religioſi. Dicit enim Chryſoſtomus in ſuo dialogo. Si talem mihi aliquem adducas monachum, qualis, vt ſecundum exaggerationem dicam, Helias fuit, nō tamen illi comparandus eſt, qui traditus populis, & multorum peccata ferre compulſus, immobilis perſeuerauit & fortis. Et paulò poſt dicit. Si quis mihi proponeret optionem, vbi mallem placere, in officio ſacerdotali, an in ſolitudine monachorum, ſine comparatione eligerē illud quod prius dixi, nec ceſſabam laudans & beatos pronuncians eos qui officium eccleſiæ bene adminiſtrare potuiſſent, & quod laudabam tanto ſtudio, & beatum pronunciabam non vtique defugerem, ſi idoneum me ad huiuſmodi gubernationem viderem. Et in ſequenti c. poſtmodum dicit. Bene inquam admonuiſti dulciſsime. Iſtorum n.ſ. ſęcularium, nec recordari oportet, cum de ſacerdotio ſit quæſtio, Vtrùm ſi quis in conuerſationem multorum poſitus, poteſt imperturbatum illum nitorem plenæ ſanctitatis, & continentiæ ſplendorem, & alia monachorum bona incorrupta & inconcuſſa ſeruare, omnibus eſt præferendus. Ex quib. omnib. videtur, q presbyteri parochiales, & archydiaconi, ſi bene in miniſterio eccleſiæ viuant, ſint omnibus etiam religioſis præferendi.

Nota bene.

¶ Præterea, Chry. in eodem lib. dicit. Si quis adminiſtrato ſacerdotio illius propoſiti. ſ. monachalis ſudoras conferat, tantum eos diſtare reperiet, quantum inter priuatum diſtat & regem; ſed multò maius eſt bene exercere regis officium, quàm cuiuſcunque perſonę priuatę; ergo multò maius eſt, q ſacerdos parochialis, vel archidiaconus bene ſe habeat in ſuo officio, quàm religioſus in ſuo.

¶ Præterea, Epiſcopi ſunt in ſtatu perfectiori quàm religioſi, alioquin non liceret de religione ad epiſcopatum trāſire. Sed presbyteri parochiales, & archidiaconi, ſimiliores ſunt epiſcopis quàm religioſi, quia ſicut epiſcopus habet curam animarum in ſuo epiſcopatu, ita presbyteri in ſua parochia, & archidyaconus in ſuo archidyaconatu; ergo archidyaconi, & plebani ſunt magis in ſtatu perfectionis quàm religioſi. ar.14.ad 2.

¶ Præterea, bonum publicum pręferendum eſt bono priuato, & vita actiua eſt magis fructuoſa quā contemplatiua, nullumq; ſacrificium eſt à Deo acceptius, quàm zelus animarum. Sed archidyaconi & plebani intendunt vtilitati communi multitudinis zelo ſalutis animarum in actiua vita fructificantes: ergo pręferendi ſunt religioſis, qui ſaluti propriæ ſtudent in vita cōtemplatiua Deo ſeruientes.

¶ Præterea, cui amplius à Deo cōmiſſū eſt, magis meret ſi bene adminiſtret. Sed ſacerdoti, vel archidyacono amplius cōmiſſū vr quia plus ab eo requiretur in iudicio: ergo bene adminiſtrādo amplius meretur.

¶ Sed cōtra eſt, quod dicitur 19. q.1. c. Duæ. Si quis in eccleſia ſua ſub epiſcopo populum retinet, & ſæculariter viuit, ſi afflatus Spirituſancto in aliquo monaſterio, vel regulari canonica ſaluare ſe voluerit, quia lege priuata ducitur, nulla ratio exigit vt publica conſtringatur. Sed lex priuata quæ eſt Spiritusſancti, vt ibidem ſubditur, nunquam ducit hominem de ſtatu magis perfecto, ad ſtatum minùs perfectum, ſed facit hominem aſcenſiones in corde ſuo diſponere, vt in Pſal. 83. dicitur: ergo ſtatus religioſorum eſt perfectior quàm ſtatus plebanorum.

ar.93.ad 2. & 22. quæ. 186. arti. 7. ad 1. & veri. q.2. ar. 2. ad 5.

¶ Reſpondeo dicendum, q perfectio ſpiritualis vitæ ex charitate pēſanda eſt, qua qui caret ſpiritualiter nihil eſt, vt dicitur 1. ad Corin. 13. Ab eius autem perfectione ſimpliciter aliquis dicitur eſſe perfectus. Vnde dicitur ad Col. 3. Super omnia charitatem habere, quę eſt vinculum perfectionis. Amor autem vim transformatiuam habet, qua amans in amatum quodammodò transfertur. Vnde Diony. 4. c. de div. nom. Eſt autē extaſim faciens diuinus amor, non ſinens ſui ipſorum amantes eſſe, ſed amatorum. Quia ergo totū & perfectum eſt idem, vt dr in 3. Phy. illa perfectè charitatem

habet,

habet, qui totaliter in Deum per amorem transformatur, ſeipſum & ſua omnino poſtponens propter Deũ, Vnde Aug. dicit in decimoquarto de ciuit. Dei, quòd ſicut ciuitatem Babylonis facit amor ſui vſque ad cõtemptum Dei, ita Ciuitatem Dei facit amor Dei vſque ad contemptum ſui. Et in libro 83. quæſt. ꝙ perfectio charitatis eſt nulla cupiditas. Gregorius etiam ſuper Ezech. dicit quòd cùm quis aliquid ſuum Deo vouet, & aliquid non vouet ſacrificium eſt. Cum verò omne quod habet, omne quod viuit, omne quod ſapit omnipotenti Deo vouet holocauſtum eſt, quod latina lingua dicitur totum incenſum. Cuiuſcunque ergo mens ſic eſt affecta interiùs, vt ſeipſum & omnia ſua contemnat propter Deum, ſecundum illud Apoſtoli ad Phil. 3. quæ mihi aliquando fuerunt lucra, arbitratus ſum vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciã, iſte perfectus eſt, ſiue ſit religioſus, ſiue ſecularis, ſiue clericus, ſiue laicus etiam matrimonio iunctus. Abraham enim matrimonio iunctus erat & diues, cui Dominus dicit Geneſ. 17. Ambula coram me, & eſto perfectus. Et Eccleſiaſti. 31. dicitur. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, & poſt aurum non abiit. Et poſt pauca ſubditur. Qui probatus eſt in illo, & perfectus inuentus eſt. Sed aduertendum, ꝙ aliud eſt eſſe perfectum, & aliud eſſe in ſtatu perfectionis. Sunt enim aliqui in ſtatu perfectionis, qui nondum ſunt perfecti, ſed interdum etiam peccatores; ſunt etiam aliqui perfecti, qui in ſtatu perfectionis non ſunt. Et quamuis ſtatus multa ſignificet, & rectitudinem & firmitatem, & ſi qua ſunt alia huiuſmodi, tamen cùm dicimus aliquos eſſe in ſtatu perfectionis, accipitur pro conditione ſecundum quòd libertas, vel ſeruitus dicitur ſtatus, prout conſueuit dici quòd error perſonæ, aut conditionis, vel ſtatus impedit matrimonium, non autem error fortunæ aut qualitatis: & hoc modo accipitur ſtatus ſecunda quæſtione ſexta. Si quando in cauſa capitali, vel cauſa ſtatus interpellatum fuerit, non per exploratores, id eſt procuratores, ſed per ſeipſos eſt agendum. Sic ergo accipiendo ſtatum, illi propriè in ſtatu perfectionis eſſe dicuntur, qui ſe ſeruituti ſubiiciunt ad opera perfectionis implenda. Manifeſtum eſt autem quòd ſeruitus libertati opponitur. Libertas autem faciendi quodlibet per votum tollitur: quia voluntatis eſt vouere, neceſſitatis eſt reddere, vt ſuprà dictum eſt. Vnde qui ſe ad aliquid voto obligat, inquantum neceſſitati ſe ſubiicit, quodammodò conſtituit ſe ſeruum, libertate ſe priuans. Si quidem ergo aliquis ſe voto obliget ad aliquod particulare opus implendum, conſtituit ſe quodammodò ſeruum non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, reſpectu ſcilicet illius ad quod ſe obligauit. Si verò ſimpliciter per votum totam vitam ſuam dediſſet Deo ad implenda ea quæ ſunt opera perfectionis, propter Deum ſimpliciter ſeipſum ſeruum conſtituit, & per hoc ponitur in ſtatu perfectionis, vnde & totum ſe Deo vouendo holocauſtum offerre dicitur, vt Gregorius dicit. Hoc autem modo obligant totam vitam ſuam ad ea quæ ſunt perfectionis Epiſcopi in ſua conſecratione profeſſionem quandam facientes, qua obligantur ad curam gregis ſuſcepti, ſecundum illud primæ Timoth. vltimo. Bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus, vel in ordinatione, vel in prædicationem, vt Gl. dicit. Religioſi etiã in ſua profeſſione totam vitam ſuam obligant Deo ad ea quę ſunt perfectionis, vnde & vtrique ſerui dicuntur. Dicitur. n. 2. ad Corin. 4. Non. n. prædicamus noſmetipſos, ſed Ieſum Chriſtũ, nos autem ſeruos veſtros propter Ieſũ, quod pertinet ad Epiſcopos; religioſi etiam ſerui, vel famuli nominantur, vt dicit Diony. 6. c. Eccle. Hierar. Et ideò tam religioſi quàm Epiſcopi ſunt in ſtatu perfectionis,

August.

Beatus Paulus.

ar. 3. ad 3.

ar. 14. ad 1. 22 q. 186. ar. 2

22 q. 185. a. 4

4. d. 30. q. 1. art. 1. & 2. q. & ad 5.

Epiſcopi & religioſi ſeruorum nomine nominandi.

vnde & vtriſque in aſſumptione huiuſmodi ſtatus ſolennis benedictio adhibetur, vt patet per Dionyſium 5. & 6. ca. Eccleſ. Hierar. Archidiaconi autem, vel plebani non obligant ſe voto totam vitam ſuam ad id quod cura gregis requirit, vnde nec in eorum inſtitutione aliqua eis benedictio adhibetur, quæ exhibetur monachis propter perfectionem aſſumptam, vt dicitur ſexto ca. Eccle. Hierar. Et ideò ex hoc ꝙ committitur eis cura parochiæ, vel Archidiaconatus conſtituuntur quidem in aliquo officio, non autem aſſumuntur ad ſtatũ perfectionis, alioquin eſſent apoſtatæ dimittendo parochias, & præbendas ſine cura in Eccleſiis cathedralibus accipiendo. Nullus enim in ſtatum perfectionis diſcedere poſſet, niſi mortaliter peccando & apoſtatando. Et inde eſt quòd Dionyſi. in Eccleſ. Hierar. perfectionem attribuit ſolis Epiſcopis, quaſi perfectoribus: & monachis quaſi perfectis: illuminationem verò attribuit presbyteris tanquã illuminatoribus per ſacramentorũ adminiſtrationẽ, & ſacro populo tanquã illuminandis; purgationẽ verò diaconibus tanquã purgatoribus, & ordini imperfectorum tanquam purgandis.

1. p. q. 108. ar. 1. & 6. & 2. 2. 8. huius. & 3. p. q. 64. ar. 1. ad 1 & q. 67. ar. 1. ad 1. & 2. & ver. 9. q. 9. art. 3 o.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad omnes illas Chryſo. auctoritates breuiter reſpondere poſſet, ꝙ non loquitur de ſacerdote parochiali, ſed de Epiſcopo, qui antonomaſicè ſacerdos dicitur quaſi ſummus ſacerdos, & hic modus loquendi eſt plurimũ cõſuetus, vt ſacerdotes Epiſcopi nominentur. Et hæc reſponſio videtur congruere ſecundum intentionem operis, in quo Chryſoſtomus Baſilium conſolatur de ſua promotione, vterque enim erat in Epiſcopum electus. Vt tamẽ particulariter ad ſingula reſpondeamus,

22. q. 184. ar. 6. ad 1

¶ AD PRIMVM dicendum, ꝙ ſi quis conſideret verborum circumſtantiam nihil ad propoſitum faciunt: præmittit enim, ſi illi qui in ſecretis habitãt multorum ſermonibus non mouentur, digna quidem laude eſt patientia, non tamen idoneum argumentum virtutis; cùm verò fuerit in mediis fluctibus & de tempeſtate nauem liberare potuerit, tunc meritò teſtimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur; & tunc concludit, Ita ergo & nunc mihi ſi talem aliquem adducas monachum qualis, vt ſecundum exaggerationem dicam, Helias fuit, tamen quandiu ſolus eſt, ſi non perturbatur, neque grauiter peccat, quippè qui non habet quibus ſtimuletur atque exaſperetur, non tamen illi comparandus eſt, qui traditus populis & multorum peccata ferre compulſus immobilis perſeuerat & fortis, quia ſicut in tranquillitate, ita in tempeſtate gubernauit ſemetipſum; vbi manifeſtum eſt ꝙ non comparat ſtatum ſtatui, ſed impeccabilitatem impeccabilitati, ꝙ enim monachus in clauſtro habitans non peccet, non eſt ita euidens argumentum virtutis, ſicut ſi presbyter, vel Epiſcopus, vel quicunque rector populi in mediis perturbationibus abſtinet à peccato; ſicut non eſt argumentum tantæ induſtriæ, ſi gubernator abſque periculo nauiget in mari tranquillo, ac ſi nauigaret in mari tempeſtuoſo, & tamen ad induſtriã nautæ pertinet, vt mare tempeſtuoſum deuitet. Sic ergo ex præmiſſis verbis nihil aliud oſtendi poteſt, niſi quòd periculoſior eſt ſtatus habentis curam animarũ quàm monachi, & in maiori periculo innocentem ſe ſeruare maioris virtutis eſt argumentum, vnde maior virtus requiritur ad hoc quòd aliquis conſeruet ſe à peccato immunem inter populos, quàm in religione; ſed maioris virtutis eſt vitare pericula religionem intrando, quàm pericula non vitare. Quãtò enim aliquis magis amat ſuam ſalutem, tantò magis euitat ſuæ ſalutis pericula.

monachi minus laus quæſit.

¶ Et per hoc etiam patet reſponſio ad ſecundum. Non enim dicit quòd mallet eſſe in officio ſacerdotali, quàm in ſolitudine monachorum, ſed quòd mallet placere in hoc, quàm in illo. Quilibet enim ſapiens

magis vellet habere tãtam virtutem, per quam poſſet etiam inter pericula ſecurus exiſtere, quàm talem virtutem, qua poſſet extra pericula ſeruari: ſed quia præſumptuoſum eſt, vt aliquis talem virtutem ſe habere præſumat, per quam poſſit etiam inter pericula eſſe tutus virtuoſius eſt quòd ſe extra pericula ponat. Vnde ipſe ſubdit, Quod laudabam tanto ſtudio & bonum pronunciabam, ſcilicet officium adminiſtrationis Eccleſiaſticæ, non vtique defugerem, ſi idoneum ad eius gubernationem me viderem. Prudenter ergo refugiebat, quia tantam virtutem per quam idoneus eſſet nõ ſibi ſuperbè aſcribebat.

¶ Et ſimiliter reſponſio patet ad tertiũ. Si quis enim in conuerſatione multorum poſitus poteſt imperturbatum illum nitorem plenæ ſanctitatis, & continentiæ ſplendorem, & alia monachorum bona incorrupta & inconcuſſa ſeruare, omnibus præferendus eſt. Maioris enim virtutis indicium eſt, vt puritatem perfectam aliquis conſeruet etiam inter pericula puritatis, quàm ſi eam extra pericula conſeruaret. Sed tamen parũ amare puritatem ſuam conuincitur, qui puritatis pericula non euitat, inter quæ difficillimum eſt & rariſſimum omnimodam puritatem ſeruare, ſicut maxima puritas fuit beatæ Agnetis, quæ etiam in lupanari poſita, virginalem puritatem ſeruauit: & tamen quia puritatis amatrix erat, nunquam in lupanari hanc ſuam virtutẽ oſtendere elegiſſet, ſed quantò magis puram mentem habebat, tantò minus lupanar propria voluntate elegiſſet, & ſimile eſt in omnibus talibus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd auctoritas illa nõ pertinet ad perfectionem vitæ, ſed ad differentiam dignitatis. Sic enim priuatus diſtat à rege, ſicut non habens prælationem ab habente, hoc autem in quæſtione non vertitur, an ſit maior dignitate prælationis quicunque habens curam animarum, religioſo curam animarum non habente.

¶ Ad quintum dicendum, quòd alia ratio eſt de epiſcopis & plebanis. Nam epiſcopi principalem populi curam habent: plebani autem & archidyaconi ſunt ſubminiſtratores & coadiutores eorum. Vnde dicitur 16. q. 1. Omnibus presbiteris & dyaconibus, & reliquis clericis attendendum eſt, vt nihil abſque epiſcopi proprii licentia agant: non vtique miſſas ſine ſuo iuſſu quiſquam presbyterorum in ſua parochia agat, non baptizet, nec quicquam abſque eius permiſſu faciet, & primæ ad Corin. 12. dicitur in Glo. quòd opitulationes ſunt, qui maioribus fuerunt opus; vt Titus Apoſtolo:
B. Paulus. vel archidyaconi epiſcopis, gubernationes verò ſunt minorum perſonarũ, vt ſunt presbyteri, vnde ſi quis rectè conſideret, hoc modo in regimine eccleſiæ comparantur archidyaconi & plebani ad epiſcopum, ſicut in regimine temporali præpoſiti & baliui ad regem:
Nota & ideò ſicut rex coronatur & inungitur in regno, nõ autem præpoſiti vel baliui, ita etiam Epiſcopus in eccleſia; non autem archidyaconi vel plebani, & propter hoc epiſcopatus eſt ordo in comparatione ad corpus myſticum, non autem plebanatus, vel archidyaconatus, ſed officium tantùm. Epiſcopis ergo ſimiles ſunt archidyaconi, & plebani ſicut coadiutores & miniſtri; ſed religioſi ſunt epiſcopis ſimiles in perpetua obligatione, quę facit ſtatum perfectionis.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd aliqua duo opera vel in bono, vel in malo poſſunt multipliciter adinuicem comparari, vno modo ſecundùm ſuum genus, ſicut dicimus continentiam virginalem præeminere in bono continentiæ viduali, in malo verò homicidium furto, & hoc modo uita actiua eſt fructuoſior, quàm contemplatiua, ſed contemplatiua merito maior eſt
Gre. 2. 2. q. 182. ar. 2. co. & q. 188. ar. co. quàm actiua: vt Grego. dicit in 7. morali. zelus etiam animarum eſt ſacrificium Deo accepțiſſimum, ſi tamen ordinatè fiat, ut ſcilicet primò homo habeat curam ſalutis ſuæ, & poſtmodum aliorum, alioquin nihil prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur, vt dicitur Mathæi 16. Matth. Alio modo poteſt opus operi comparari in bono, vel in malo, non ſecundum ſe, ſed in ordine ad aliũ actum, ſicut abſtinentia præfertur in bono ſumptionũ cibi, tamen aſſumere cibum cum aliquo propter charitatem, præfertur abſtinentiæ; & in malo, adulterium præfertur furto, tamen furari gladium ad occidendũ, eſt grauius quàm adulterium. Tertiò præfertur opus operi in bono, vel malo ex voluntate facientis. Quod enim prom ptiori voluntate fit, melius vel peius iudicatur. Si ergo comparemus opera plebani, vel archi- 2. 2. q. 19 ar. dyaconi, operibus religioſorum, tertio modo compara- 4. c. et Ma. tionis, vel ſecundum promptitudinem voluntatis, ſic q. 3. a. 3. p. 5 incertum iudicium eſt, quia ille qui ex feruentiori charitate operatur, opera magis meritoria habet. Si verò comparentur ſecunda comparatione per ordinem ad aliquod aliud opus: ſic opera religioſi ſunt incomparabiliter eminentia operibus archidyaconi, uel plebani, ea enim quæ religioſi agunt, ad illam radicem referuntur, qua totam vitam ſuam Deo deuouerunt, vnde non eſt penſandum quid faciant, ſed magis ꝙ ad quælibet facienda ſe deuouerunt, & ſic quodammodò cõparantur ad eos qui aliquod ſingulare bonum opus faciunt: ſicut infinitum ad finitum. Qui enim dat ſe alicui ad faciendum omnia quæ iubet, in infinitum magis ſe dat ei quàm ille qui dat ſe ei ad aliquod opus faciendum. Vnde ſuppoſito ꝙ religioſus ſecundum exigentiam ſuæ religionis faciat aliquod opus quod ſit paruum ſecundum ſe, tamen recipit magnam intenſionem ex ordine ad primam obligationem, qua ſe totũ Deo vouit. Si verò comparentur ipſa opera ſecundum ſe, ſecundum primum modum comparationis, ſic aliqua particularia opera quæ plebani faciunt, vel Archidiaconi, ſunt maiora aliquibus particularibus operibus, quæ religioſi faciunt: ſicut maius eſt intendere ſaluti animarum, quàm ieiunare, vel ſilentium tenere; vel aliqua huiuſmodi. Si tamen omnia omnibus comparentur, multò maiora ſunt opera religioſorum. Etſi 22. q. 5. 147. enim procurare ſalutem aliorum ſit maius quam inten- a. 3 ad 1. &. dere ſibi ſoli, loquendo in genere, tamen non quocũ- 30. ad 2 que modo intẽdere ſaluti aliorum præfertur ei, quod eſt quocunque modo intendere ſuæ ſaluti. Si enim aliquis totaliter & perfectè intendit ſuæ ſaluti, multò maius eſt quã ſi aliquis multa particularia opera agat ad ſalutem aliorum: ſi ſaluti propriæ & ſi ſufficienter, non tamen perfectè intendat.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd bene adminiſtrare aliquid eſt plus & minus. Vnde ſi illius cui commiſſum eſt, tantò ſit melior adminiſtratio, quantò maius eſt quod ei committitur, abſque dubitatione plus meretur. Si verò ille cui minus committitur, multò plus facit quàm ille cui maius committitur, etiam ſi bene faciat, tamen alius plus meretur, quod etiam in rebus humanis apparet: qui minus beneficium percipit, ſi plus ſeruiat, magis debet eſſe acceptus. Quamuis autem habenti curam animarum ſit plus commiſſum quantum ad dignitatem, quia tamen religioſus maiora opera facit, vt dictum eſt, magis meretur.

QVAESTIO VII.

DEinde quæſitum eſt de his quæ pertinent ad laicos. ¶ Et primò de matrimonio, vtrùm ſcilicet mulier quæ poſt votum continentiæ emiſſum contraxit matrimonium in facie eccleſiæ, poſſit abſque peccato viro ſuo carnaliter commiſceri.

¶ Secundò de vſura, vtrùm aliquis poſſit licitè retinere illud, quod acquiritur licitis mercimoniis de pecunia vſuraria.

ARTICVLVS XVIII.

Utrùm mulier, quæ poſt votum cõtinentiæ emiſſum in facie eccleſiæ nupſit, poßit abſque peccato viro carnaliter cõmiſceri.

4. di. 27. q. 2. art. 3. & diſ. 38 q. 1. ar. 1. d 38. q. 1. ar. 5. o. & ad 1

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur quod mulier, quæ poſt votum continentiæ emiſſum in facie eccleſiæ contraxit cum aliquo, poſſit ei poſtmodũ abſque peccato carnaliter commiſceri. Quod enim fit auctoritate eccleſiæ, caret peccato, cum fiat auctoritate chriſti: ſecundum illud apoſtoli ad Cor. 2. Nam & ego quod donaui, ſiquid donaui propter vos in perſona Chriſti. Sed prædicta mulier ex hoc ipſo quod in facie eccleſiæ contraxit matrimonium auctoritate eccleſiæ, poteſtatem accipit ad matrimonii actum, qui eſt carnalis copula: ergo non peccat ſi viro ſuo carnaliter commiſceatur.

¶ SED CONTRA. Votum continentiæ eſt excellentius quàm votum abſtinentiæ, quia non eſt digna ponderatio continentis animæ, vt dicitur Eccleſiaſtici vigeſimoſexto. Sed qui facit contra votum abſtinentiæ, peccat mortaliter, puta ſi aliquis frangeret ieiunium ſextæ feriæ, qui ſemper ſe in ſexta feria ieiunaturum vouiſſet: ergo multò magis ſemper peccat mortaliter perſona quæ contra votum continentiæ emiſſum alteri perſonæ carnaliter commiſcetur.

Votũ continentiæ eſt duplex.

¶ RESPONDEO dicendum, quod votum continẽtiæ eſt duplex, ſimplex ſcilicet, & ſolenne. Solenne autem votum continentiæ, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, id eſt facit vt non ſit matrimonium quod contrahitur poſt votum ſolenne. Vnde matrimonium poſt votum ſolenne non excuſatur à peccato, etiam ſi quis matrimonium in facie eccleſiæ de facto contrahat & carnali copula vtatur.

4. d. 38 q. 1 ar. 3 q. 2. et 3 o.

Votum verò ſimplex impedit quidem matrimonium contrahendum, ſed non dirimit iam contractum. Non enim facit quòd matrimonium ſequens ſit nullum, ſed ſolùm quod matrimonium contrahens mortaliter peccat. Matrimonio autem exiſtente, mulier non habet ſui corporis poteſtatem, ſed vir, & ſimiliter è conuerſo, nullus autem poteſt alteri denegare, quod eius eſt, & ideò mulier matrimonio coniuncta, etiam ſi ſimplex votum præceſſerit, non poteſt denegare viro ſui corporis vſum; præcipuè poſtquam fuerit matrimonium per carnalem copulam conſummatum, nemo autem faciens quod debet peccat. Vnde communiter ab omnibus dicitur, quod mulier quæ poſt votum ſimplex continentię, matrimonium contractum carnali copula conſummauit, iam non peccat reddendo debitum viro, ſed an peccet exigendo debitum, indubium videtur, quibuſdam dicentibus, quod etiam abſque peccato exigere poteſt, ne intolerabile ſit ſibi matrimonii onus, ſed verius dici videtur, quod non peccat reddendo: quia hoc neceſſitatis eſt, peccat autem exigendo, quia hoc eſt voluntatis, qua tenetur aſtricta per obligationem precedentis voti. Huius autem diuerſitatis ratio eſt: quia votum ſolenne habet promiſſionem cum quadam traditione, vnde votum continentiæ non ſolennizatur niſi per ſuſceptionem ordinis ſacri, per quam homo actualiter diuino cultui mancipatur: vel per confeſſionem ad certam regulam, & ſuſceptionem habitus profeſſorum: quia ſic etiam homo actualiter mancipatur ad ſeruiendum Deo in religione. Votum autem ſimplex habet promiſſionem ſine traditione. Manifeſtum eſt autem, quod poſtquam aliquis rem quæ erat ſuæ poteſtatis alicui non ſolum promittit, ſed etiam tradit, non poteſt eam vlterius alteri dare, puta equum, vel veſtẽ, & ſimilia, etiam ſi poſtmodum alteri donare voluerit, ſecunda donatio non valet. Vnde poſtquàm aliquis

22. q. 88. 2. 7. o. 22. q. 189. ar. 2. ad 1. 2 ar. 4. c.

per uotum ſolenne continentiæ corpus ſuum Deo nõ ſolum promiſit, ſed etiam tradidit ad cęlibem vitam agendam, non poteſt illud vlterius coniugi dare, vt ſic ex neceſſitate reddere debitum teneatur. Qui verò promittit aliquid alicui, nondum tamen tradidit illud ſi poſtmodum alteri actualiter illud tradat, licèt promiſſionis fidem frangat, tamen ſecunda donatio valet, ita quod ille cui datur poteſt re data vti vt vult. Sic ergo perſona, quę per ſimplex votum Deo corpus ſuum promiſit ad cęlibem vitam ducendam, ſi poſtmodum corporis ſui poteſtatem tradat coniugi actualiter per matrimonium conſummatum, peccat quidem frangens fidem voti, tamen donatio tenet, & coniunx habet in eius corpus poteſtatem: vnde non peccat debitum reddens, vnde oportet ad vtrumque reſpondere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mulier quæ emiſit votum continentiæ, contrahens in facie Eccleſiæ non accipit ab Eccleſia auctoritatem, vt carnali copula vtatur, quia ſi Eccleſiæ conſtaret de voto emiſſo matrimonium inhiberet. Si autem ſciret & diſpenſaret in voto ſimplici continentiæ auctoritate Apoſtolica, poſt diſpenſationem non peccaret mulier, nequ exigendo, neque reddendo debitum.

¶ AD SECVNDVM quod eſt in contrarium, dicendum, quod eadem ratio eſt & in voto continentiæ & in voto abſtinentiæ. Sicut enim perſona quæ poſt votum ſimplex continentiæ emiſſum ſui ipſius poteſtatem coniugi tradit: abſque peccato carnali copula vtitur debitum reddens: ita ſi poſt votum abſtinentiæ ſui ipſius poteſtatem alteri tradit religionem intrando abſque peccato poteſt ieiunium ſoluere ſecundum obedientiam prælati ex obſeruantia religionis: quia per votum ſolennizatum ab aliis votis abſoluitur.

ARTICVLVS XIX.

Utrum quis reddere teneatur quod ex vſura lucratus eſt.

22. q. 78. 2. 3 o. & op. 73 c. 19. o.

AD Secundum ſic proceditur. Videtur quod quicquid aliquis de pecunia vſuraria lucratus fuerit, reddere teneatur. Dicit enim Apoſtolus ad Roma. 11. Si radix ſancta & rami: ergo è conuerſo ſi radix infecta & rami. Sed radix huius lucri eſt infecta & vſuraria: ergo totum eſt infectum & vſurarium. Non ergo poteſt licitè huius lucrum retinere.

¶ SED CONTRA. quilibet poteſt licitè retinere id quod legitimè acquiſiuit. ſed quod acquiritur de pecunia vſuraria interdum legitimè acquiritur: ergo licitè poteſt retineri.

¶ RESPONDEO dicendum, quod huius quæſtionis veritas poterit apparere, ſi conſideretur ratio quare vſuram accipere ſit peccatum, non enim eſt peccatum ſolum quia eſt prohibitum, ſed quia eſt contra rationem naturalẽ; vt etiã Philoſophus dicit in primo Politicorũ.

22. q. 105. a. 3 ad 3 & 22. q. 78. a. 1. o.

¶ Ad cuius euidentiã conſiderandum quod rerum in vſum hominis venientium quædam ſunt quarum vſus non eſt ipſius rei conſumptio: etſi contingat ſemper deteriorari vel conſumi per vſum, hoc eſt per accidẽs, ſicut domus, veſtis, liber, equus, & huiuſmodi, non enim vti libro eſt delere ipſum: neque vti domo eſt deſtruere ipſam, & in talibus aliud eſt dare vſum rei, & aliud eſt dare ſubſtantiam rei, & propter hoc quando per accommodationem vſus talis rei alteri conceditur, non propter hoc dominium rei transfertur, & propter hoc etiã põt vendi vſus rei dominio rei remanente apud dominũ, ſicut patet in cõductione & locatiõe qui ſunt cõtractus liciti. Quędã verò res ſunt quarũ vſus nihil eſt aliud quã cõſumptio ipſarũ rerũ, ſicut pecunia qua vtimur expendendo, vinum quo vtimur

bibendo, & ſic de aliis huiuſmodi, in quibus vti re nihil aliud eſt quàm conſumere ipſam, & ideò in talib. quando conceditur vſus, rei per mutuum transfertur etiam rei dominium. quia ergo vſus rei non eſt ſeparabilis ab ipſa re, quicunque vendit vſum taliũ rerũ retinendo ſibi obligationem ad ſortem reddendam; manifeſtum eſt ꝙ idem vendit bis, quod eſt contra naturalem iuſtitiam, & ideò exigere vſuram eſt ſecũdum ſe iniuſtũ. Tenetur ergo aliquis id quod accipit vltra ſortem reſtituere; quia iniuſtè accipit, & per conſequens damna & intereſſe: ſed cum ipſius pecuniæ vſurariæ non ſit alius vſus, quàm ipſa eius ſubſtantia, rõne iam dicta, patet cõſequẽter ꝙ ex quo pecuniam vſurariã reddit de vſu pecuniæ nihil reddere tenetur; teneretur autem reddere aliquis id quod lucratus eſſet de domo aliena, vel de equo, vel aliquo huiuſmodi, etiam poſtquam res huiuſmodi reddidiſſet, quia in talibus appreciatur res & vſus rei.

22. q. 78. art. 3. c. & ad tertiũ. — 3. d. 3. 7. ar. 6. o. & Ma. q. 13. art. 4. & opuſ. 73. cap.

¶ Ad illud ergo quod in contrarium obiicitur dicendum, ꝙ pecunia vſuraria non ſe habet per modum radicis ad lucrum quod de ea fit, ſed ſolùm per modũ materiæ: radix. n. aliqualiter habet virtutẽ cauſæ actiuæ inquantum miniſtrat alimentum toti plãtæ: vnde in humanis actibus voluntas, & intẽtio comparantur radici, quæ ſi peruerſa fuerit opus erit peruerſum, non autem hoc eſt neceſſarium in eo, quod eſt materiale. Poteſt enim aliquis interdum malo bene vti.

4. d. 15. q. 2. ar. 4. q. 2. 3.

QVAESTIO VIII.

DEINDE quæſitum eſt de his quæ pertinent cõmuniter ad omnes homines.

¶ Et primò quantùm ad animam.

¶ Secundò quantùm ad corpus.

¶ Tertiò quantùm ad actum hominis.

¶ Circa animam quæſita ſunt tria.

¶ Primò quantùm ad ſubſtantiam eius, vtrùm ſit compoſita ex materia & forma.

¶ Secundò quantùm ad cognitionem.

¶ Tertiò quantùm ad pœnam ipſius.

ARTICVLVS XX.

Vtrùm anima ſit compoſita ex materia & forma.

AD Primum ſic proceditur. Videtur ꝙ anima ſit compoſita ex materia & forma. Intellectus enim humanus comparatur ad ſubſtantias intellectuales ſuperiores per receſſum ſimplicitatis: ſed omne quod recedit à ſimplici incidit in aliquam compoſitionẽ, prima autem compoſitio eſt ex materia & forma: ergo anima humana eſt compoſita ex materia & forma.

1. p. q. 75. art. 5. o. & de anima, art. 6. o.

¶ Sed contra eſt, quod Philoſo. dicit in 3. de anima. (T. c. 16.) ꝙ ſpecies rerum materialium, prout ſunt in ipſis rebus, non ſunt intelligibiles actu: quia ſunt in materia; ſed prout ſunt in anima intellectiua humana ſunt intelligibiles actu: ergo non ſunt in materia. Nõ ergo anima humana eſt compoſita ex materia & forma.

¶ Reſpondeo dicẽdum, ꝙ ſi materia dicatur omne illud quod eſt in potentia quocũque modo, & forma dicatur omnis actus, neceſſe eſt ponere ꝙ anima humana, & quælibet ſubſtantia creata, ſit compoſita ex materia & forma. Omnis enim ſubſtantia creata, eſt compoſita ex potentia & actu. Manifeſtum eſt enim ꝙ ſolus Deus eſt ſuum eſſe quaſi eſſentialiter exiſtẽs: inquantum, ſcilicet ſuum eſſe eſt eius ſubſtantia, quod de nullo alio dici poteſt. Eſſe enim ſubſiſtens, non poteſt eſſe niſi vnum, ſicut nec albedo ſubſiſtẽs nõ poteſt eſſe niſi vnum. Oportet ergo ꝙ quælibet alia res ſit ens participatiuè, ita ꝙ aliud ſit in eo ſubſtantia participans eſſe, & aliud ipſum eſſe participatum. Omne autem participans ſe habet ad participatum, ſicut potentia ad actum: vnde ſubſtantia cuiuslibet rei creatæ, ſe habet ad ſuum eſſe ſicut potentia ad actum. Sic ergo omnis ſubſtantia creata eſt compoſita ex potẽtia & actu, id eſt ex eo quod eſt, & eſſe, vt Boet. dicit in lib. de hebdo. ſicut album componitur ex eo quod eſt album, & albedine. Si verò materia propriè accipiatur pro illo quod eſt potentia tantùm, ſic impoſſibile eſt ꝙ anima humana ſit compoſita ex materia & forma: & hoc poteſt manifeſtari dupliciter. Primò quidem ex eo quod eſt intellectualis ſubſtantia: manifeſtum eſt enim ꝙ intellectus in actu eſt intellectum in actu. Intellectum autem in actu eſt aliquid inquantum eſt immateriale. Eſt enim aliquid perfectè cognoſcibile inquantum eſt actu, non autem inquantum eſt in potentia, vt dicitur in 9. Metaphyſicorum; vnde cum materia ſit ens in potentia, forma in materia exiſtens nõ poteſt eſſe perfectè cognita, vt intellecta in actu, vnde ſequitur ꝙ nulla ſubſtantia intellectiua, cuius perfectio eſt ipſum intellectum in actu ſit materialis, eò ꝙ oportet perfectionem proportionari perfectibili. Secundò apparet idem ex hoc quòd anima eſt forma. Cùm enim forma ſit actus, & id quod eſt in potentia non poſſit eſſe actus, impoſſibile eſt ꝙ aliquid compoſitum ex materia & forma ſecundum ſe totum ſit forma. Si ergo anima, quæ ponitur componi ex materia & forma ſit forma ſecundum aliquam ſui partem, quæ eſt actus, cuius nulla pars eſt materia, ſequitur ꝙ animæ pars non ſit materia, hoc enim dicimus animam quod eſt actus corporis animati.

bre. 147. & 154. — 1. p. q. 3. ar. 4. o. & art. 15. 26. huius. — 1. p. q. 75. ar tic. 5. ad 4. — Veri. q. 13. tat. 3. c.

¶ Ad illud verò quod in contrarium obiicitur dicẽdum ꝙ potẽtia & actus ſunt prima principia in genere ſubſtantiæ: materia autem & forma ſunt prima principia in genere ſubſtantiæ mobilis: vnde non oportet omnem compoſitionem in genere ſubſtantiæ eſſe ex materia & forma: ſed hoc ſolùm neceſſe eſt in ſubſtantiis mobilibus.

1. p. q. 5. ar. 15. c.

QVAESTIO IX.

DEinde quæſitum eſt de anima quantùm ad eius cognitionem.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm anima ſeparata à corpore cognoſcat aliam animam ſeparatam.

¶ Secundò, vtrùm liceat ab aliquo moriente exigere, vt ſtatum ſuum poſt mortem denunciet.

ARTICVLVS XXI.

Vtrùm anima ſeparata cognoſcat aliam animam ſeparatam.

CIrca primum ſic proceditur. Videtur quòd anima ſeparata à corpore, non cognoſcat aliam animam hominis, quam in hac vita cognouit. Omnis enim cognitio per aliquam fit ſimilitudinem: ſed in vna anima non fuit expreſſa alterius animæ ſimilitudo in hac vita, quæ poſſit in ea poſt mortem remanere: ergo vna anima ſeparata non poteſt aliam cognoſcere.

1. p. q. 89. artic. 2. & anima ar. 17. & 18. o.

¶ Præterea, Philoſophus dicit in tertio de anima (T. c. 20.) ꝙ corrupto corpore anima nõ reminiſcitur: non ergo recognoſcit animam hominis, quam in hac vita cognouit.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Luc. 16. ꝙ diues in inferno ſecundum animam poſitus, recognouit Lazarum in ſinu Abrahæ ſecundum animam exiſtentem.

¶ Reſpondeo

¶ Reſpondeo dicendum, quòd cùm nulla ſubſtantia propria operatione deſtituatur, neceſſe eſt ponere cum anima intellectiua poſt mortem remaneat, quòd aliquo modo intelligat: neceſſe eſt autem ei attribuere alterum trium modorum intelligendi, vt ſcilicet intelligat, vel abſtrahendo ſpecies intelligibiles à rebus, ſicut nunc intelligit corpori vnita, vel per ſpecies intelligibiles in corpore acquiſitas, & in ea conſeruatas poſt mortem, vel etiam per aliquas ſpecies concreatas, vel qualitercunque deſuper influxas. Quidã ergo dicunt, quòd animæ ſeparatæ intelligunt abſtrahendo ſpecies intelligibiles à rebus. Sed hoc eſſe non poteſt. Abſtractio enim ſpecierum intelligibium à reb. ſenſibilibus, fit mediante ſenſu & imaginatione, quorum operationes cùm ſint per organa corporalia, animæ ſeparatæ attribui non poſſunt: vnde alij hoc negantes dicunt vlteriùs, quòd nec etiam per ſpecies acquiſitas à rebus ſenſibilibus dum eſſet in corpore anima ſeparata intelligit. Ponunt enim Auicennam ſequentes quòd ſpecies intelligibiles non conſeruantur in intellectu poſsibili, niſi dum actu intelligit: ſed conſeruantur ſpecies particulares rerum ſenſibilium ſolùm in imaginatiua & memoratiua: ad quas dum intellectus poſsibilis ſe conuertit, de nouo influunt in ipſum ſpecies intelligibiles ab intellectu agente. Cum ergo vis memoratiua & imaginatiua corrumpatur corpore corrupto, eo quòd eſt virtus organi corporalis: ſequitur quòd anima poſt mortem nullo modo intelligere poſsit per aliquas ſpecies à rebus ſenſibilibus acceptas, vnde relinquitur, ſecundum eos, quòd anima ſeparata intelligat per ſpecies concreatas: ſicut & Angeli.

de anima art. 15. c.

art. 237.

Reprobatio.

Sed hæc quidem poſitio irrationalis videtur quantum ad vtrumq; dictorum, quòd enim ſpecies intelligibiles in intellectu poſsibili non conſeruentur, eſt contra rationem. Quod enim in aliquo recipitur eſt in eo per modum recipientis. Vnde cum intellectus poſsibilis habeat eſſe ſtabile & immobile, oportet quòd ſpecies intelligibiles in eo recipiantur ſtabiliter & immobiliter. Eſt etiam contra Ariſtot. qui dicit in 3. de anima. (T. c. 8.) quòd intellectus poſsibilis cum ſciat ſingula: hoc eſt accipiens ſpecies ſingulorum, vt ſciens, id eſt ſicut contingit in ſcientia, vel in eo qui habet ſcientiam, tunc dicitur ſecundum actum, hoc autem confeſtim accidit cum poſsit operari per ſeipſum. Eſt quidem ergo & tunc potentia quodammodò, non tamen ſimpliciter, ſicut antè addiſcere, aut inuenire. Ex quibus verbis apparet quòd ſpecies intelligibiles quandoq; ſunt habitu in intellectu poſsibili, quamuis actu non operetur. Illud etiam quod dicunt animam humanam habere ſpecies intelligibiles concreatas, irrationabiliter dicitur. Si. n. poteſt eis vti dum eſt corpori vnita, ſequitur quòd poſsit homo intelligere ea quorum ſenſum non accepit, vt putà quòd cæcus intelligat colores: quod patet eſſe falſum. Si autem per vnionem corporis totaliter impeditur anima humana, ut ſpeciebus intelligibilibus concreatis vti non poſsit, ſequitur quòd vnio corporis & animæ non ſit naturalis. Id enim quod eſt in natura rei nõ totaliter impedi per aliquid quod eſt rei naturale: alioquin natura faceret alterũ illorũ fruſtrà. Sic ergo dicẽdum eſt, quòd anima ſeparata intelligere poteſt quædam per ſpecies intelligibiles, quas per ſenſus à rebus acquiſiuit, dum eſſet in corpore. Sed iſte modus cognoſcendi non ſufficit: quia multa cognoſcit anima ſeparata quæ nos in hac vita non cognoſcimus, maximè quia inconueniens videtur, quòd animæ illorum qui in maternis vteris moriuntur, quæ fortè nullum intellectus vſum habuerunt, & per cõſequens, nec aliquas ſpecies intelligibiles acquiſitas, nihil poſt mortem intelligant. Vnde oportet addere, quòd anima in ſui ſeparatione à corpore recipit influxum ſpecierum intelligibilium à natura ſuperiori, ſcilicet diuina, ſecundum naturalem ordinem quo experimur, quòd anima humana quantò magis à corporeis ſenſibus abſtrahitur, tantò magis poteſt eſſe particeps ſuperioris influxus, ſicut patet in dormientibus & alienatis qui etiam quædam futura præuident. Sic ergo anima ſeparata poteſt animã aliam cognoſcere, tam per notitiam, quam de ea acquiſiuit in hac vita per aliquam ſimilitudinem effectus ipſius, qui eſt vita hominis: ſiue per aliquam ſimilitudinem influxam à Deo naturali influxu.

1. p. q. 79. art. 6. c. & q. 84. art. 4. c.

veri. q. 19. ar. 20.

1. p. q. 86. art. 4. ad 2. 3. 21. q. 178. art. 1 2. 2. 2. 3 Ad rationes.

¶ Et per hoc patet reſponſio Ad primum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Philoſophus loquitur quantùm ad memorari & reminiſci, quod eſt per actus cuiuſdam potentiæ ſenſitiuæ vtentis organo corporali, quo corrupto, ceſſat actus talis potentiæ.

ARTICVLVS XXII.

Vtrùm liceat requirere ab aliquo moriente, vt ſtatum ſuum poſt mortem reuelet.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd nõ liceat ab aliquo moriente requirere quòd reuelet ſtatum ſuum poſt mortem. Non enim licet inquirere quæ Deus vult eſſe abſcondita, ſecũdum illud Eccl. 3. Altiora te ne quæſieris. Sed Deus vult eſſe abſconditum ſtatum animæ poſt mortem: quod patet ex hoc quòd diuiti petenti, ut Lazarus mitteretur ad fratres ſuos viuentes, eſt hoc denegatum, ſicut dicitur Lucæ 16. Non ergo licet hoc à morientibus inquirere.

art. 85. c.

¶ Sed contra eſt quod dicitur 2. Macha. 12. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare. Sed ad hoc homo prouocatur per hoc quòd cognoſcit neceſſitatem eorum, quam habent poſt mortem: ergo licitum eſt & ſanctum, hoc à morientibus requirere.

¶ Reſpon. dicendum, quòd cum peccatum ſit contra naturam, vt patet per Damaſ. in 2. libro, requirere per impletionem naturalis deſiderij non eſt peccatum: niſi aliqua inordinatio adiungatur, ſicut patet in ſumptione cibi & potus: homo autem naturaliter ſcire deſiderat. Vnde ſi requiratur alicuius rei notitia, non eſt peccatum: niſi forte per accidens, hoc eſt per aliquam inordinationem adiunctam, putà ſi per ſtudium & inquiſitionem alicuius ſcientiæ, aliquis impediatur ab his quibus tenetur intendere, putà ſi prædicator impediatur ab officio debitæ prædicationis propter ſtudiũ Geometriæ, aut etiam ſi aliquis inquirat aliquid cognoſcere ſuperbè & præſumptuosè de ſua facultate confidens, vel ſi qua alia huiuſmodi inordinatio circa hoc contingat. Nulla autem inordinatio in hac inquiſitione videtur, ſi aliquis requirat à moriente cognoſcere ſtatum ſuum poſt mortem, ſubmittendo tamen hoc diuino iudicio. Vnde nulla ratio videtur quare debeat dici hoc eſſe peccatum, niſi fortè ex dubitatione fidei de futuro ſtatu quaſi tentando inquirat.

12. q. 71. ar. 2. c.

ar. 85. c & 1. p. q. 22. art. 3. ad 3.

¶ Ad illud verò quòd in cõtrarium obiicitur, dicendum quòd Deus vult multa nobis ſic eſſe abſcondita, quorum notitiam proprijs viribus, aut merito acquirere non poſſumus, quæ tamen vult reuelari humiliter, & piè quærentibus: ſecundum illud Math. 11. Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, vnde non eſt mirum ſi ſuperbis fratribus ſuperbi diuitis Deus aliqua noluit reuelari, quæ tamen vult reuelari fidelibus, piè & humiliter requirentibus.

Ad contrarium.

QVAESTIO X.

DEinde quæſitum eſt de anima quantùm ad pœnam.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt duo.

¶ Primò vtrùm anima poſsit pati ab igne corporeo.

¶ Secundò

¶ Secundò vtrùm damnati in inferno gaudeant de pœnis inimicorum ſuorum, quos vident ſecum puniri.

ARTICVLVS XXIII.

Vtrùm anima ſeparata poßit pati ab igne corporeo.

CIrca primum ſic proceditur. Videtur ꝙ anima ſeparata non poſsit pati ab igne corporeo. Actio enim agentis eſt proportionata paſsioni patientis. Sed [ar.35 & 4. di. 44. q.3. ar.3. q.3.] actio ignis cùm ſit corpus phyſicum, eſt actio naturalis quæ conſiſtit in mouere: ſed nihil patitur ab igne corporeo, niſi quod mouetur. Sed anima non mouetur cùm ſit impartibilis. nihil autem impartibile mouetur, ut probatur in 6. Phyſic. (T.c.32.) ergo anima non patitur ab igne corporeo.

¶ Sed contra eſt quòd diues in inferno ſecundum animam exiſtens dicit, Crucior in hac flamma, ut dicitur Luc. 16.

[1. p. q. 64. ar. 4. ad 1.] ¶ Reſpon. dicendum, quòd anima patitur pœnam ab igne corporeo ſicut fides catholica docet, ꝙ autem ignis corporeus agat in animam ſeparatam, hoc non [4. d. 44. q. 3. ar. 2. q. 2. ad 3.] habet ex natura ſua, ſed inquantùm eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, ut dicitur communiter.

¶ Aduertendum tamen eſt, ꝙ nullum inſtrumentum agit in virtute ſuperioris agentis, niſi exercendo [1. p. q. 45. ar. 5. c.] aliquam actionem ſibi connaturalem; alioquin fruſtrà adhiberetur ad effectum, ſicut ſerra inquantum eſt inſtrumentum artis, facit arcam ſecando, & aqua [4 d. 1. q. 1. ar. 4. q. 1. c.] baptiſmalis abluit animam, ut inſtrumentum diuinæ miſericordiæ corporaliter abluendo. Si ergo ignis corporeus agit in animam, ut eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ punientis, neceſſe eſt ꝙ hoc fiat per aliquam actionem igni corporeo connaturalem. Non autem poteſt dici, ꝙ ignis alteret animam calefaciendo, vel deſiccando, aut igniendo ipſam. Vnde relinquitur modus quem Aug. ponit 21. de ciuitate Dei, ut ſcilicet anima ſeparata, vel ſpiritus dæmonis patiatur pœnam per alligationem quandam ab igne corporeo. Videmus enim ſpiritum corpori alligari quandoq; quidem naturaliter, ſicut anima alligatur corpori: quandoq; autem quadam ſuperiori virtute, ſicut per virtutem ſuperiorum dæmonum, inferiores dæmones alligantur arte necromantica, imaginibus, vel annulis, vel alijs huiuſmodi rebus. Multò ergo magis virtute diuina dæ[ar. 35. c.]mones, vel etiam animæ alligari poſſunt igni corporeo, vt ab eo aſſumant pœnam.

[Ad rônes.] ¶ Vnde patet reſponſio ad illud, quod in contrarium obiiciebatur, quod procedit de actione ignis quæ eſt per alterationem.

ARTICVLVS XXIIII.

Vtrùm damnati gaudeant de pœnis inimicorum.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ damnati in inferno gaudeant & conſolentur de pœnis inimicorum ſuorum, quos ſecum vident in inferno puniri: quia ſuper illud Iſa. 14. Omnes principes terræ ſurrexerunt de ſolijs ſuis, dicit Glo. Hier. ꝙ ſolatium eſt malis, inimicos ſuos ſocios habere pœnarum. [4. di 44. q. 3. art. 3. q. 2. ad 5. & q. 3. ad 5. qualiter gaudeant vel doleãt]

¶ Sed contra, Omne gaudium diminuit dolorem, ut patet per Philoſophum in 7. Ethi. Sed dolor damnatorum eſt finitus intenſiuè: tantùm ergo poſſent multiplicari inimici alicuius damnati in inferno, quòd totaliter dolor eius deleretur, quod eſt contra diuinam iuſtitiam.

¶ Reſpon. dicendum, quòd nihil prohibet idem ſecundum diuerſas rationes eſſe delectabile & triſtabile: tamen ſimpliciter dicitur tale ab eo, quod præeminet: ab eo verò quod eſt minus denominatur ſecundum quid. Dicendum eſt ergo ꝙ pœna inimici conſiderata ab eo qui eſt in inferno habet quodammodo rationem delectabilis, & quodammodo rationem triſtabilis. Rationem quidem delectabilis habet, inquantùm impletur voluntas damnati de malo inimici ſui. Deſcendunt enim ad infernum damnati cum armis, id eſt, cum affectionibus prauis: ut dicitur Ezech. 32. Sed ex alia parte habet rationem triſtabilis propter duo. Primò quidem inquantum in pœna inimici impletur diuina iuſtitia, quam oderunt & blaſphemant damnati in inferno, ſecũdum illud Apocal. 16. Aeſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Domini. Secundò, propter vermem conſcientiæ. Sic enim in eis prauæ affectiones remanent, ꝙ & tamen de eis dolent ad punitionem non ad purgationẽ, ſecundum illud Sap. 5. Pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: vnde ſicut pœnitentes in hac vita dolent, & de dolore gaudent, ita damnati in inferno gaudent de pœnis inimicorum ſuorum, & tamen de ipſo gaudio magis dolent: & præcipuè ſi præ- [1. p. q. 64. ar. 3 ad 1 & 3. p. q. 84. ar. 9. ad ſecundum.] ſtiterint eis damnationis cauſam.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO XI.

ARTICVLVS XXV.

Vtrùm Adam non peccante tot fuiſſent nati mares quot fœminæ.

DEINDE quæſitum eſt de homine quantùm ad corporis ſexum: vtrùm ſcilicet ſi primus homo non peccaſſet, tot fuiſſent nati mares quot fœminæ: & videtur ꝙ ſic. In paradiſo enim, vbi ſecundum Augu. [1. p. q. 98. ar. 2. & ad 3.] fuiſſet torus immaculatus, & nuptiæ honorabiles, nullus continuiſſet: ſed omnes matrimonio vſi fuiſſent, ut impleretur præceptum Domini primis hominibus datum. Creſcite & multiplicamini & replete terram, ut habetur Gene. 1. Sed in ſtatu innocentiæ nullus maſculus habuiſſet plures vxores, nec aliqua mu- [ar. 101. c.] lier plures viros, nec aliquis aut aliqua mortem ſenſiſſet: ergo ſequitur quòd tot mares naſcerentur quot fœminæ.

¶ Sed contra eſt quod dicit Greg. 4. mora. ſuper illud. Nunc enim dormiens ſileret, dicit ſi parentem primum nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex ſe filios gehennæ generaret: ſed hi qui nunc per redemptionẽ ſaluandi ſunt, ſoli ab eo electi naſcerentur. [ar. 101. c.] Sed qui nunc ſaluandi ſunt, non ſunt æqualiter mares & fœminæ. Ergo neq; in ſtatu innocentiæ æqualiter fuiſſent mares & fœminæ.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ ſi Adam non peccaſſet, nec aliquis de ſtirpe eius, ſatis probabiliter videtur concedendum, quòd tot naſcerentur mares quot fœminæ, ſicut ratio probat.

¶ Ad illud verò ꝙ in contrarium obiicitur poteſt [2. di 20. q. 1. ar. 2. ad 3.] dici, ꝙ cùm ſoli Deo ſit certus numerus electorum, incertum eſt, vtrùm inæquales ſaluentur mares & fœminæ, vel æqualiter tot mares quot fœminæ: ſed ſi ſupponitur ꝙ non in æquali numero mares ſaluentur & fœminæ, poteſt dici ꝙ cùm dicitur, hi qui nunc per redemptorem ſaluandi ſunt &c. pronomen nõ facit perſonalem demonſtrationem, ſed ſimplicem, ſicut cùm dicitur. Hæc herba creſcit in horto meo, ut intelligatur nihil aliud ſignificari, quàm ꝙ ſoli ſaluandi ab eo naſcerentur, quia nullus naſcendo ab eo traheret dam- [art. 101. ſi.] nationis cauſam. Non autem poteſt dici, ꝙ iidem homines numero naſcerentur, qui nunc naſcuntur. Ma-

nifeſtum

nifeſtum eſt enim ꝙ non poteſt eſſe idem homo numero, ſi ab alio patre vel alia matre naſcatur. Cùm autem multi ſint qui ex pluribus vxoribus filios ſuſcipiunt qui ſaluantur, ſi in ſtatu innocentiæ pluralitas vxorum non fuiſſet, impoſſibile eſſet quòd ijdem homines numero tunc naſcerentur, qui nunc ſaluantur.

QVAESTIO XII.

DEINDE quæſitum eſt de actibus communibus omnibus hominibus.

¶ Et primò de conſcientia.

¶ Secundò de pœnitentia.

¶ Circa primum quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm conſcientia poſſit errare.

¶ Secundò, vtrùm conſcientia erronea liget.

ARTICVLVS XXVI.

Vtrùm conſcientia errare poſſit.

12.q.19.ar.5. 2.diſt. 24.q. 2.art. 4.c.

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ conſcientia errare non poſſit: quia ad Rom. 2. dicit Glo. ꝙ conſcientia eſt lex intellectus noſtri, quæ eſt lex naturæ. Sed lex naturalis errare non pôt: ergo nec conſcientia.

¶ Præt. Baſilius dicit, quòd conſcientia eſt naturale iudicatorium: ſed naturale iudicatorium non poteſt errare, vt patet in primis principijs indemonſtrabilibus, de quibus homo naturaliter iudicat: ergo conſcientia non poteſt errare.

¶ Sed contra eſt quod Dominus dicit Ioan. 16. diſcipulis loquens. Venit hora, vt omnis qui interfecerit vos, arbitretur ſe obſequium præſtare Deo. Sed hoc non eſt niſi conſcientia errante: ergo conſcientia poteſt errare.

1.p.q.79. ar.13 & veri.q.17.ar.1.o.

¶ Reſpon. dicendum, quòd conſcientia (ſicut ipſum nomen ſonat) importat applicationem ſcientiæ vel notitiæ humanæ ad aliquem proprium actum. Omnem autem notitiã quam homo habet, poteſt ad ſuum actum applicare, ſiue memoriam: prout homo dicitur habere conſcientiam teſtificantem ꝙ fecerit aliquid vel non fecerit: ſiue etiam ſcientiam vniuerſalem vel particularem, per quam homo poteſt cognoſcere, vtrũ aliquid ſit faciendum vel non faciendum: & ſecundũ hoc conſcientia dicitur vrgere vel impedire.

1.p.q.79. ar.13 ad 3.

Manifeſtum eſt autem, quòd ſi accipiamus diuerſas hominis cognitiones, in aliqua poteſt eſſe error, & in aliqua nõ.

art. 16 a. prin.

In primis. n. principijs naturaliter cognitis, ſiue ſint ſpeculatiua ſiue ſint operatiua, nullus poteſt errare: ſicut in hoc eſt, omne totum eſt maius ſua parte, vel nulli iniuriam eſſe faciendam. In alijs autem humanis cognitionibus magis particularibus, ſiue pertineant ad partem ſenſitiuam, ſiue ad rationem inferiorem, quæ conſiderat humana: ſiue ad rationem ſuperiorem, quæ conſiderat diuina, poteſt multipliciter error accidere. Manifeſtum eſt autem, quòd in applicatione multarũ cognitionum ad actum prouenit error: quæcunq; cognitionum fuerit erronea: ſicut patet quòd falſitas accidit in concluſione quæcunque præmiſſarum fuerit falſa. Sic ergo licèt in cognitione primorum principiorum iuris naturalis non ſit error, tamen quia in alijs principijs iuris humani, vel diuini poteſt error accidere, ideo conſcientia hominis errare poteſt, ſicut patet quòd hæreticus qui habet conſcientiam nunquam iurandi, habet conſcientiam erroneam, propter hoc ꝙ credit omne iuramentum eſſe contra præceptum Dei, licèt in hoc non erret quòd æſtimat nihil eſſe faciendum contra præceptum diuinum.

veri.q.17. art.2.o.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd principia particularia habent virtutem concludendi ex primis principijs vniuerſalibus, vnde concluſio attribuitur principaliter primis principijs, ſicut effectus cauſæ primæ, & eadem ratione, quia virtus conſcientiæ principaliter dependet ex principijs iuris naturalis, ſicut ex primis & per ſe notis principaliter conſcientia dicitur lex naturalis, vel etiam naturale iudicatorium.

veri.q.17. ar.1.ad 1.

¶ Vnde patet ſolutio Ad ſecundum.

ARTICVLVS XXVII.

Vtrùm conſcientia erronea liget ad peccatum.

12.q.19.ar.5.& 6.o 2.d. 39.q.3.ar.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ cõſcientia erronea nõ liget ad peccatum. Vt enim Aug. dicit 22. contra Fauſtum. Omne peccatum eſt contra legem æternam, quæ eſt lex Dei. Sed quandoque conſcientia errans prohibet id quod non eſt contra legẽ Dei, ſicut patet in hæreticis, qui conſcientia erronea prohibente, nolunt iurare nec comedere carnes, aut bibere vinum. Non ergo eſt eis peccatum, ſi contra conſcientiam hoc faciant, & ita conſcientia erronea non obligat ad peccatum.

& art.171. 173. 193. huius.

¶ Præterea. Conſcientia erronea quandoq; dictat homini quòd faciat id quod eſt contra legem Dei, ſicut hæretico ſua conſcientia erronea dictat, quòd prædicet contra fidem catholicam, ſed faciendo contra legem Dei peccat mortaliter, ſi ergo etiã faciendo contra conſcientiam erroneam peccaret mortaliter, ſequeretur quòd vtrobique eſſet peccatum, ſiue prædicaret contra legem Dei, ſiue non, & ita eſſet perplexus, quod videtur eſſe inconueniens, quia ſequeretur quòd non pateret ei via ſalutis, cum tamen omnibus pateat per pœnitentiam in hac vita, non ergo conſcientia erronea ligat.

¶ Sed contra, eſt quòd ad Roma. 14. ſuper illud, omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, dicit Glo. ꝙ qui facit contra cõſcientiam ædificat ad gehennam.

1.p.q.19. a.2.ad 2.& 12.q.54.art.2.ad 2.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ cum actus recipiat ſpeciem ab obiecto non recipit ſpeciem ab eo ſecundum materiam obiecti, ſed ſecundum rõnem obiecti: ſicut viſio lapidis nõ recipit ſpeciem à lapide, ſed à colorato, quod eſt per ſe obiectum viſus.

1.p.q.45.ar tic.4.ad 2. & 12.q.41. ar.1.ad 2.

Omnis aũt actus humanus habet rationem peccati, vel meriti inquantum eſt voluntarius, obiectum aũt voluntatis ſecundũ propriam rõnem eſt bonum apprehenſum, & ideo actus humanus iudicatur virtuoſus, vel vitioſus ſecundũ bonum apprehenſum, in quod per ſe voluntas fertur, & non ſecundum materiale obiectum actus, ſicut ſi aliquis credens occidere patrem, occidat ſeruum, incurrit parricidij peccatum, & ècontrario ſi quis venator putans occidere ceruum debita diligentia adhibita occidat caſualiter patrem, immunis eſt à parricidij crimine.

12.p.q.8. ar.1.o.& q. 19 ar 1.ad 3.& art.5. o.

Si ergo aliquid quod ſecundum ſe non eſt contra legem Dei, vt leuare feſtucã de terra, vel iurare apprehendatur errante conſcientia, vt contra legem Dei exiſtens, & ſic voluntas in ipſum feratur: manifeſtum eſt, ꝙ voluntas fertur per ſe loquendo & formaliter in id quod eſt cõtra legem Dei, materialiter autem in id quod non eſt contra legẽ Dei: imò fortè in id quod eſt ſecundùm legem Dei: & ideo manifeſtum eſt ꝙ eſt ibi contemptus legis Dei: & ideo neceſſe eſt ꝙ ſit ibi peccatum. Et ideo dicendum eſt, ꝙ omnis conſcientia ſiue recta ſiue erronea, ſiue in per ſe malis, ſiue in indifferentibus eſt obligatoria: ita quòd qui contra conſcientiam facit, peccat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd licèt hæreticus qui iurat conſcientia erronea contradicente materialiter loquendo, non faciat contra legem Dei tamẽ formaliter loquendo contra legem Dei facit, vt oſtenſum eſt.

ar.19 171. 173.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſi alicui dictat conſcientia, vt faciat illud quod eſt contra legem Dei, ſi nõ faciat peccat, & ſimiliter ſi faciat peccat: quia ignorantia iuris non excuſat à peccato, niſi fortè ſit ignorantia

rantia

rantis inuincibilis, ſicut eſt in furioſis & amentibus, quæ omnino excuſat; nec tamen ſequitur ꝙ ſit perplexus ſimpliciter, ſed ſecundum quid: poteſt enim erroneam conſcientiam deponere, & tunc faciens ſecundũ legem Dei non peccat. Non eſt autem inconueniens, quòd aliquo poſito aliquis homo ſit perplexus, ſicut ſacerdos qui tenetur cantare, ſi ſit in peccato peccat cantando & non cantando: nec tamen eſt ſimpliciter perplexus, quia poteſt pœnitentiam agere, & abſque peccato cantare, ſicut etiam in ſylogiſticis: vno quodã inconuenienti dato, alia contingunt, ut dicitur in primo Phyſicorum. T.c.9.

32.q.74.ar ti.4 c. ad 2. & q. 76. ar ti.3.4.0.

QVAESTIO XIII.

DEINDE quæſitum eſt de pœnitentia.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm ſi aliquis ſacerdos pœnitenti dicat quicquid boni feceris, ſit tibi in remiſsionem peccatorum, ſit ſatisfactio ſacramentalis.

¶ Secundò, vtrùm ei qui prætermiſit diuinum officiũ dicere, cùm tenetur ad ipſum, poſsit imponi alia pœnitentia pro tali omiſsione, vel ſit ei imponendum quòd iteret, quod omiſit.

ARTICVLVS XXVIII.

Vtrùm ſatisfactio vniuerſaliter iniuncta à ſacerdote ſit ſacramentalis.

4.di.15 ar. 4.0. de ſatisfactione.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd prædicta ſatisfactio non ſit ſacramentalis. Sacramentalis.n. ſatisfactio ad aliquid ligat. Sed ille cui prædictus modus ſatisfactionis iniũgitur, ad nihil ligatur: ergo videtur quòd non ſit ſacramentalis ſatisfactio.

¶ Sed contra. Illa videtur eſſe ſacramentalis ſatisfactio, qua perfecta ad nihil aliud homo tenetur. Sed pœnitens cui ſic ſatisfactio iniungitur à ſacerdote, nihil aliud tenetur implere, cùm nihil ſit aliud ſibi mandatum: ergo huiuſmodi ſatisfactio eſt ſacramentalis.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ hic eſt quadruplici diſtinctione vtendum. Primò enim conſiderandum eſt, ꝙ peccator eſt debitor vlterius ſatisfactionis dupliciter. Vno modo ex iniunctione ſacerdotis. Alio modo ex peccato commiſſo, vnde ſi contingat ꝙ ſacerdos minorem ſatisfactionem imponat pœnitenti quàm ſit illa ad quàm obligatur ex quantitate ſui peccati: ſubtracto eo quod remittitur virtute clauium, & contritionis præcedentis, nihilominus pœnitens ad aliquid vlteriùs obligatur, quod ſi in hac vita non perficiet, in purgatorio exoluet; & èconuerſo, ſi ſacerdos imponat maiorem pœnitentiam quàm pœnitens facere teneatur penſata remiſsione, quæ eſt facta per vim clauium & contritione præcedente, nihilominus pœnitens tenetur facere quod ſibi iniunctum eſt ſi adſit facultas. Secundò conſiderandum ꝙ opus quod quis facit ex iniunctione ſacerdotis dupliciter valet pœnitenti, vno modo ex natura operis, alio modo ex vi clauium. Cùm enim ſatisfactio à ſacerdote abſoluente iniuncta, ſit pars pœnitentiæ, manifeſtum eſt ꝙ in ea operatur vis clauium, ita ꝙ amplius valet ad expiandum peccatum, quàm ſi proprio arbitrio homo faceret idem opus. Tertiò conſiderandum eſt ꝙ ſatisfactio ad duo valet. Valet enim ad expiationem culpæ præteritæ, valet & ad cautelam culpæ futuræ, ſicut cùm homo ieiunat per hoc præbetur ei remedium contra futuras concupiſcentias carnis. Item quartò cõſiderandum eſt ꝙ ſacerdos poteſt pœnitenti ſatisfactionem iniungere, vel ex proprio arbitrio, vel etiam ex conſilio alieno. Eſt ergo dicendũ ꝙ ſicut poteſt ſacerdos iniungere ſatisfactionem pœnitenti ex arbitrio alieno, ita & ex arbitrio ipſius pœnitentis: ſicut ſi dicat, facias hoc ſi potes, & ſi non potes facias hoc; & ſimile videtur cùm ſacerdos dicit, quicquid boni feceris, ſit tibi in remiſsionem peccatorum; videtur autem ſatis conueniens ꝙ ſacerdos non oneret pœnitentem graui pondere ſatisfactionis, quia ſicut paruus ignis a multis lignis ſuppoſitis de facili extinguitur, ita poſſet contingere ꝙ paruus affectus contritionis in pœnitente nuper excitatus propter graue onus ſatisfactionis extingueretur, peccatore totaliter deſperante. Vnde melius eſt ꝙ ſacerdos pœnitenti indicet quanta pœnitentia eſſet ſibi pro peccatis iniungenda, & iniungat ſibi nihilominus aliquid, quod pœnitens tolerabiliter ferat, ex cuius impletione aſſuefiat vt maiora impleat, quæ etiam ſacerdos iniungere nõ attentaſſet, & hæc quæ præter iniunctionẽ expreſſam facit, accipiunt maiorem vim expiationis culpæ præteritæ ex illa generali iniunctione qua ſacerdos dicit, quicquid boni feceris ſit tibi in remiſsionem peccatorum. Vnde laudabiliter conſueuit hoc a multis ſacerdotibus dici, licèt non habeant maiorem vim ad præbendum remedium contra culpam futuram, & quantum ad hoc talis ſatisfactio eſt ſacramentalis inquantum virtute clauium eſt culpæ commiſſæ expiatiua.

4.d.20.ar. 1.q.2.ad 3. q.3.0.

4.d.18.q.1. ar.3.q.3.0.

3.p.q.84. ar 8.ad 1 & 4.d.14.q.1 arti.2.q.6. ad 4.

4 d. 18.q.1 ar.3 q.4.0.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS XXIX.

Vtrùm ei qui omiſit dicere diuinum officium, ſit iniungendum vt iteratò dicat.

ar. 121.c. ad 1. de tempore officij.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ ei qui omiſit dicere diuinum officium, ſit iniungendum ꝙ iteratò dicat. Qui enim tenetur ad aliquod debitum ſpeciale implendum, non poteſt liberari niſi debitum ſoluat. Si ergo aliquis tenebatur ad hoc debitum, vt ſcilicet diuinum officium diceret, videtur quòd non poſsit abſolui, niſi hoc debitum ſoluat.

¶ Sed contra eſt ꝙ pœnitentiæ ſunt arbitrariæ: ergo pro peccato talis omiſsionis quæcunque pœna ſecundum arbitrium ſacerdotis poteſt imponi.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ in omni diuino officio eſt hoc commune quod pertinet ad laudẽ Dei, & ad ſuffragium fidelium. Sed diſtinguitur vnum officium ab alio ſecundùm diuerſitatem temporum & locorũ. Rationabiliter enim inſtitutum eſt vt diuerſimodè Deus laudetur ſecundùm conuenientiam temporum & locorum: & ideò ſicut in officiis diuinis exoluendis obſeruanda eſt congruitas loci, ita etiam congruitas temporis, quæ quidem obſeruari nõ poſſet, ſi oporteret iniungere omittenti, ꝙ horas diceret quas omiſit. Fortè enim in completorio diceret, Iam lucis orto ſydere; & in tempore paſchali diceret officium dominicæ paſsionis, quod eſſet abſurdum: & ideò non videtur eſſe iniungendum ei, qui omiſit diuinum officium, quòd horas eaſdem repetat: ſed aliquid ad diuinam laudem pertinens: puta vt dicat ſeptem pſalmos: vel vnum pſalterium, vel aliquid amplius ſecundùm quantitatem delicti.

diſtinctio officiorũ ab inuicẽ

¶ Ad illud verò quod in contrarium obiicitur dicendum quòd tempore debito officij prætereunte, iam eſt impotens ad ſoluendum debitum: & ideò quia hoc non poteſt facere iniungenda eſt ei alia pœnitentia.

QVAESTIO XIIII.

DEINDE quæſitum eſt de creatura purè corporali.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt duo.

¶ Primò, de arcu nubium, qui dicitur iris, vtrùm ſit ſignum diluuij non futuri.

¶ Secundò

¶ Secundò vtrùm poſsit demonſtratiuè probari, quòd mundus non ſit æternus.

ARTICVLVS XXX.

Vtrùm arcus cæleſtis ſit ſignum diluuij non futuri.

vide bene ad 2. huius

CIrca primum ſic proceditur. Videtur ꝙ arcus nubium non ſit ſignum diluuij non futuri. Illud.n. quod fit ex neceſsitate naturæ non videtur eſſe inſtitutum ad aliud ſignificandum: ſed arcus nubium prouenit ex neceſsitate naturæ propter oppoſitionem ſolis ad nubem roridam: ergo non videtur eſſe ſignificatiuum diluuij non futuri.

¶ Præterea, Huiuſmodi apparitiones aeris ſicut iris & halo, id eſt, circulus continens ſolem & lunam, & alia huiuſmodi, cauſantur præcipuè ex vaporibus humidis in aere exiſtentibus, ex quibus ſequuntur pluuiæ quæ diluuium faciunt: ergo apparitio iridis magis eſt ſignum diluuij futuri quàm diluuij non futuri.

¶ Præterea, Si eſt ſignum diluuij non futuri, aut eſt ſignum diluuij nunquam futuri, aut eſt ſignum diluuij non futuri vſque ad aliquod tempus. Si autem eſt ſignum diluuij nunquam futuri, non oportuiſſet ꝙ apparuiſſet niſi ſemel. Si autem diluuij non futuri vſque ad aliquod tempus, oporteret tempus eſſe determinatum, quod quidem determinari non poteſt nec authoritate ſcripturæ, nec ratione humana: ergo fruſtrà huiuſmodi ſignum datur.

¶ Sed contra eſt quod dicitur Gene. 8. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram, & poſtea ſubditur: & non erunt vltrà aquæ diluuij ad delendum vniuerſam carnem.

¶ Reſpon. dicendum, quòd in his quæ in veteri teſtamento dicuntur, primò quidem obſeruanda eſt veritas literalis. Sed quia vetus teſtamentum eſt figura noui, plerunque in veteri teſtamento ſic aliqua proponuntur, ut ipſe modus loquendi aliquid figuratè deſignet. Dicendum eſt ergo, ꝙ quia cauſæ rerum multis latent, effectus autem ſunt manifeſtiores, proponuntur effectus in deſignatione cauſarum. Eſt autem conſiderandum, quòd pluuiarum cauſa efficiens quidem eſt ſol: naturalis verò vapor humidus eleuatus ex terra & aquis per virtutem ſolis: hæc autem duo in tripliei diſpoſitiona ſe poſſunt habere. Quandoque enim calor ſolis omnino ſuperuincit vapores & exiccat eos: & tunc pluuiæ ſequi non poſſunt: vnde in Aegypto & in terris multùm calidis non ſunt pluuiæ. In æſtate et propter propinquitatem ſolis, ſunt pluuiæ rariores: in hyeme verò frequentiores. Quandoque verò è contrario virtus ſolis ad hoc vſque valet, ꝙ vapores multiplicat, ſed tamen non poteſt eos deſiccare: & tunc ſuperabundant pluuiæ, & eſt ratio diluuij aquarũ. Quandoque verò medio modo ſe habet, ut ſcilicet virtus ſolis non ſolùm operetur ad eleuationem vaporum, ſed etiam habet victoriam ſuper eos, vt non tantùm multiplicentur quòd diluuium inducere poſsint, neque etiam vapores omnino deſiccentur vt pluuia non ſequatur: & ex hac media diſpoſitione, vel comparatione ſolis ad vapores cauſatur iris, quæ non apparet vaporibus omnino deſiccatis: neque etiam eis omnino in aere ſuperabundantibus: & ideò iris eſt ſignum diluuij non futuri, inquantùm procedit ex tali cauſa, quæ repugnat diluuio. Ideò autem ſcriptura tali modo loquendi vtitur, quia per iridem ſignificatur Christus, per quem protegimur a ſpirituali diluuio.

1. p. q. 1. ar. 9. ad 2.

3. p. q. 66. ar. 4. ad 4. Cauſalitas pluuiarũ, & multiplicationis eius.

Iris ſignif. ex Chri.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd iris procedit naturaliter ex talibus cauſis quæ repugnant diluuio: & ideò conuenienter iris dicitur eſſe ſignum diluuij non futuri.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd iris poteſt ſignificare pluuias, ſed non ſuperabundantes vſque ad hoc quòd faciant diluuium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd iris ſemel apparens ſignificat quòd tandiu non erit diluuium quandiu ſol & vapores in eadem diſpoſitione conſiſtunt: & ideò non eſt ſuperfluum, quòd frequenter apparet.

ARTICVLVS XXXI.

Vtrùm, mundum non eſſe æternum, poſsit demonſtrari.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ demonſtratiuè probari poſsit mundum non eſſe æternum. Si enim mundus eſſet æternus, non poſſet computari numerus annorum ab initio mundi. Hic autem numerus aſcribitur paſcali cereo. Sic ergo non poſſet paſchalis cereus in eccleſia benedici.

1. p. q. 46 ar. 1. 2. o. & ad 8. & cõtra. 2. c. 31. vſq. ad 39 & opus 17 o.

¶ Præterea, Epactæ computantur ſecundùm excreſcentiam annorum lunarium ſuper annos ſolares. Sed talis excreſcentia computari non poſſet, ſi mundus eſſet æternus. ergo mundus non eſt æternus: ergo demonſtrari poteſt ꝙ mundus non ſit æternus.

¶ Sed contra. Id quod eſt fidei demonſtrari non poteſt: quia fides eſt non apparentium, vt dicitur ad Hebræos vndecimo. Sed mundum ex quodam principio temporis eſſe creatum, eſt fidei articulus. Vnde & prophetice à Moyſe dictum eſt. In principio creauit Deus cœlum & terram: vt Gregorius dicit in prima homel. Ezech. ergo mundum non eſſe æternum non poteſt demonſtratiuè probari.

1. p. q. 1. ar. 8. c. ad 1. & 32. ar. 1. o.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ ea quæ ſimplici voluntati diuinæ ſubſiſtunt, demonſtratiuè probari nõ poſſunt: quia ut dicitur primæ ad Corinthios ſecundo. Quæ ſunt Dei, nemo nouit niſi ſpiritus Dei. Creatio autem mundi non dependet ex alia cauſa, niſi ex ſola Dei voluntate: vnde ea quæ ad principium mundi pertinent, demonſtratiuè probari nõ poſſunt: ſed ſola fide tenent prophetice per ſpiritum ſanctum reuelata: ſicut apoſtolus poſt præmiſſa verba ſubiungit. Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſanctum. Eſt autem valde cauendum, ne ad ea quæ fidei ſunt, aliquas demonſtrationes adducere præſumat propter duo. Primò, quidẽ quia in hoc derogat excellentię fidei, cuius veritas omnem rationem humanam excedit, ſecundum illud Eccleſiaſt. tertio. Plurima ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi; quæ autem demonſtratiuè probari poſſunt: rationi humanæ ſubduntur. Secundò, quia cùm plerunque tales rationes friuolæ ſint, dant occaſionem irriſionis infidelibus, dum putant quòd propter rationes huiuſmodi, his quæ ſunt fidei aſſentiamus: & hoc expreſsè apparet in rationibus hic inductis, quæ deriſibiles ſunt & nullius momenti.

ar. 132. & 2. di. 1. q. 1. q. 5 o. & po. q. 3. ar. 17.

1. p. q. 46. art. 2. c. & contra 1. c. 9 & opus. 2. c. 2.

¶ Quod.n. primò inducit de cereo paſchali, non habet robur, niſi authoritatis: probare autem per authoritatem, non eſt demonſtratiuè probare. ſed fidem vel opinionem facere: & tamen multò eſſet validior authoritas ſacræ ſcripturæ quàm benedictio paſchalis cerei, præſertim cùm ſine aſcriptione annorum mundi, cereus pachalis benedici poſsit. Non enim eſt de neceſsitate paſchalis cerei talis aſcriptio. Vnde in multis terris nõ eſt conſuetũ, quòd aliquid cereo aſcribat.

4. diſt. 43. ar. 3. q. 1. 4.

¶ Quod etiam ſecundò opponitur, deriſibile eſt, nõ enim excreſcẽtiæ annorum lunarium ad ſolares computantur ab initio mundi, ſed ab aliqua determinata radice: putà ab aliqua oppoſitione ſolis & lunæ, vel ab aliqua coniunctione, vel ab aliquo huiuſmodi: ſicut eſt in omnibus aliis computationibus aſtronomicis.

Incipit

INCIPIT QVODLIBET QVARTVM.

QVAESTIO I.

QVAESITVM eſt de rebus diuinis & humanis.
¶ Circa res diuinas quæſitum eſt.
¶ Primò de eſſentialibus.
¶ Secundò de perſonalibus.
¶ Circa eſſentialia quæſitum eſt.
¶ Primò de ſcientia Dei.
¶ Secundò de eius potentia.

ARTICVLVS I.

Vtrùm in Deo ſint plures ideæ.

CIrca ſcientiam quæſitum eſt vtrùm in Deo ſint plures ideæ. Et videtur quòd ſic. dicit enim Aug. lib. 83. q. quòd Deus ſingula proprijs rationibus creauit: & alia ratione hominem, & alia ratione equum. Sed rationes rerum in mente diuina dicuntur ideæ, vt patet per Aug. ibidem, ergo ſunt plures ideæ.

1. p. q. 15. ar. 2. o. 3.

¶ Præterea, ſecundum hoc ſunt aliqua diſtincta, quòd Deus eorum diſtinctionem cognoſcit. Cognoſcit autem eorum diſtinctionem in ſeipſo, ergo diſtinctarum rerum ſunt in Deo plures & diſtinctæ ideæ.

¶ Sed contra. Omne nomen quod in diuinis dicitur, aut eſt eſſentiale, vt Deus, aut perſonale, vt pater, aut notionale, vt generans. Sed hoc nomen idea neq; eſt perſonale neque notionale, quia non conueniret tribus perſonis: ergo eſt nomen eſſentiale, ſed nullum eſſentiale multiplicatur in diuinis: ergo non poſſumus dicere quòd in Deo ſint plures ideæ.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd duplex eſt pluralitas. Vna quidem eſt pluralitas rerum, & ſecundum hoc non ſunt plures ideæ in Deo. Nominat enim idea formam exemplarem. Eſt autem vna res quæ eſt omnium exemplar, ſcilicet diuina eſſentia, quam omnia imitantur, inquantum ſunt & bona ſunt. Alia verò pluralitas eſt ſecundum intelligentiæ rationem. Et ſecundum hoc ſunt plures ideæ, licet enim omnes res inquantum ſunt diuinam eſſentiam imitentur, non tamen vno & eodem modo omnia imitantur ipſam, ſed diuerſimodè, & ſecundum diuerſos gradus. Sic ergo diuina eſſentia ſecundum quòd eſt imitabilis hoc modo ab hac creatura eſt propria ratio, & idea huiuſmodi creaturæ, & ſimiliter de alijs; vnde ſecundum hoc ſunt plures ideæ ſecundum quòd intelligitur diuina eſſentia ſecundum diuerſos reſpectus quos res habent ad ipſam, eam diuerſimodè imitantes: huiuſmodi autem reſpectus non ſolùm intelliguntur ab intellectu creato, ſed etiam ab intellectu increato ipſius Dei: Scit enim Deus & ab æterno ſciuit, quòd diuerſæ creaturæ diuerſimodè eſſent eius eſſentiam imitaturæ, & ſecundum hoc ab æterno fuerunt in mente diuina plures ideæ, ſicut rationes propriæ rerum intellectæ in Deo. Hoc enim ſignificat nomen ideæ, vt ſit, ſcilicet, quædam forma intellecta ab agente, ad cuius ſimilitudinem exterius opus producere intendit; ſicut ædificator in mente ſua præconcipit formam domus, quæ eſt quaſi idea domus in materia fiendæ.

1. d. 36. q. 2. o. art. 160. art. 159.

1. p. q. 15. ar. 2. ad 4. q. 15. ar. 4. ad tertiũ.

1. p. q. 6. ar. 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Aug. intelligit eſſe aliam & aliam rationem ſecundum diuerſitatem reſpectuum, vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cùm dicitur ſecundum hoc res ſunt diſtinctæ, prout Deus earum diſtinctionem cognoſcit, hæc locutio eſt duplex: quod enim dicitur ſecundum quòd Deus cognoſcit, poteſt referri ad cognitionem diuinam ex parte cogniti, vel ex parte cognoſcentis. Si ex parte cogniti, ſic vera eſt locutio: eſt enim ſenſus quòd hoc modo res ſunt diſtinctæ, ſicut Deus cognoſcit eas eſſe diſtinctas. Si verò referatur ad cognitionem ex parte cognoſcentis, ſic locutio falſa eſt: erit enim ſenſus quòd res cognitæ illum modum diſtinctionis habent in intellectu diuino, quem habent in ſeipſis, quod falſum eſt: quia in ſeipſis res ſunt diuiſæ eſſentialiter, non autem in intellectu diuino, ſicut etiam res in ſeipſis ſunt materialiter: in intellectu autem diuino immaterialiter: & in hoc vltimo ſenſu procedebat obiectio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de pluralitate reali: talis enim pluralitas in nominibus eſſentialibus non inuenitur, ſed ſolùm pluralitas quæ eſt ſecundum intelligentiæ rationem.

QVAESTIO II.

DEinde quæſitum eſt de pertinentibus ad potentiam Dei.
¶ Et primò vtrùm in Deo ſit virtus.
¶ Secundò, de quodam effectu diuinæ virtutis, vtrùm ſcilicet aquæ ſint ſuper cœlos.
¶ Tertiò, ad quid virtus diuina ſe extendere poſſit.

ARTICVLVS II.

Vtrùm in Deo ſit virtus.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd in Deo non ſit virtus: quia, vt philoſophus dicit in primo de cœlo. (T.c.116.) Virtus eſt vltimum potentiæ, ſed diuina potentia non habet vltimum, cùm ſit infinita: ergo in Deo non eſt virtus.

1. p. q. 25. art. 1. 2. & contra. 1. c. 93. q. 4.

¶ Sed contra, Omne immediatum operationis principium, virtus eſt. Operatio enim omnis à virtute aliqua procedit, ſed in Deo eſt aliquod immediatum operationis principium, quia Deus immediatè aliqua operatur: ergo in Deo eſt virtus.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd virtus qualitercunque accipiatur, ſignificat potentiæ complementum. Et inde eſt quòd virtus vniuſcuiuſque rei eſt quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit: vt dicitur in 2. Ethic. tunc enim oſtenditur potentia eſſe completa, quando & agens eſt perfectum & actio perfecta. Cùm ergo potentia Dei ſit maximè completa, potiſſimè in Deo virtus inuenitur: vnde dicitur Sap. 12. Virtutem oſtendis tu qui non crederis in virtute conſummatus, & in Pſalm. 146. Magnus dominus & magna virtus eius.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quandoque virtutes notificantur non per aliquod quod de virtute eſſentialiter prædicatur, ſed per id ad quod virtus ordinatur. Ab eo enim ſpeciem habet, ſicut Auguſt. dicit, quòd fides eſt credere quod non vides. Credere enim non eſt ipſa fides, ſed actus ad quem fides ordinatur. Et hoc modo philoſophus diffinit virtutem cùm dicit, quòd virtus eſt vltimum potentiæ: quia ſcilicet virtus rei attenditur in ordine ad hoc, in quod vltimò poteſt: ſicut virtus eius qui poteſt ferre centum libras; vt ipſe ibidem dicit, non conſiſtit in hoc vt ferat decem, ſed in hoc quòd ferat illud vltimum, in quod vltimò poteſt, ſcilicet centum. Sic ergo virtus cuiuſlibet rei non attenditur in vno eorum quæ poteſt, ſed reſpectu totius quod poteſt. Virtus ergo diuina non poteſt attendi ſecundum aliquod vnum opus ipſius, quia nullum opus eius eſt quod adæquet eius virtutem, vt Deus amplius facere non poſſit,

12. q. 55. ar. 1. ad 1. & 12. q. 23. art. 3. ad 2.

poſsit, ſed virtus eius attenditur ſecundum totum in quod poteſt, hoc autem eſt infinitum, quia ſcilicet Deus infinita facere poteſt, vnde & virtus Dei eſt infinita, & hoc eſt vltimum ei infinita poſſe, ſicut virtuti finitæ eſt vltimum aliqua determinata poſſe.

ar. 112. c. & po. q. 6. ar. 3. & q. 7. art. 7. c.

ARTICVLVS III.

Vtrùm aquæ ſint ſuper cælos.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ aquæ habentes veram ſpeciem aquæ elementaris ſuper cęlos exiſtant. Homo enim dicitur minor mundus propter ſimilitudinem quam habet cum mundo maiori. Sed videmus quòd in corpore humano ſuperponitur cerebro, quod habet naturam aquæ, cordi, quod habet proprietatem ignis, inquantum eſt fons naturalis caloris: ergo etiam in mundo maiori aqua ſuperponitur alijs elementis. Et hæc ratio videtur Aug. in 11. de ciui. Dei, vbi dicitur de quibuſdam, quòd ponderibus elementorum mouentur, & ideo non putant aquarũ fluidam grauemque naturam in ſuperioribus mundi locis potuiſſe conſtitui, qui ſecundum rationes ſuas ſi ipſi hominem facere potuiſſent, non ei pituitam, quod græcè flegma dicitur, & tanquam in elementis corporis noſtri aquarum vicem obtinet, in capite poſuerent.

art. 140. & 1. p. q. 68. art. 2. c.

¶ Sed contra partes mundi ſunt optimè & ordinatiſsimè diſpoſitæ ſecundum ſuam naturam. Sed id quod habet ſpeciem aquæ, naturaliter eſt ponderoſum, & ita naturaliter ſubſidet corporibus leuibus aeri & igni. Non ergo aliquid habens veram ſpeciem aquæ ſuper cœlos exiſtit.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ in ſacra ſcriptura quæ mentiri non poteſt expreſsè dicitur aquas eſſe ſupra cœlum. Dicitur enim Gen. 1. Quòd diuiſit aquas quæ ſunt ſub firmamento ab aquis quæ ſunt ſupra firmamentum. Et in Pſal. 148. dicitur. Aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini, & ideò ſicut Aug. dicit in 2. ſuper Gen. ad literam. Quoquo modo, vel qualeſcunq; aquæ ibi ſint, eſſe ibi eas minimè dubitemus. Maior quippe eſt ſcripturæ huius auctoritas, quàm omnis humani generis capacitas. Sed ſicut Auguſtinus primo eiuſdem libri dicit. Turpe eſt nimis & pernicioſum, atque maximè cauendum, vt Chriſtianũ de his rebus, ſcilicet naturalibus, quaſi ſecundum chriſtianas literas loquentem ita delirare quilibet infidelis audiat, ut quemadmodum dicitur toto cœlo errare conſpiciens riſum tenere vix poſsit, & non tam moleſtum eſt ꝙ errans homo deridetur, ſed quòd auctores noſtri ab eis qui foris ſunt talia ſenſiſſe creduntur & cum magno eorum exitio de quorum ſalute ſatagimus, tanquam indocti reprehenduntur atque reſpuuntur: & ideo ſicut ipſe ſubiungit, multiplices expoſitiones ipſe poſuit in verbis Geneſis, ut ſic accipiatur vna expoſitio, quòd alteri expoſitioni non præiudicetur, quæ fortè melior eſt. Sic ergo quod dicitur de aquis ſupra cœlos exiſtentibus, multipliciter intelligi poteſt. Vno modo ut per firmamentum, vel per cœlos non intelligamus firmamentum vel cęlum, in quo ſunt ſydera: ſed aerem in quo aues volare dicuntur: ſupra quem aerem aquæ vaporabiliter eleuantur: & exinde pluuiæ generantur. Et de hac expoſitione dicit Auguſtinus in ſecundo ſuper Gene. ad literam. Hanc conſiderationem digniſsimam iudico. Quod enim dicitur, neque contra fidem eſt, & in promptu poſito documento credi poteſt. Si autẽ per firmamentum vel cœlos intelligatur firmamentum ubi ſunt ſydera poſita; ſic ſciendum eſt ꝙ de hoc firmamento diuerſæ opiniones fuerunt. Quidam enim poſuerunt firmamentum illud ex quatuor elementis compoſitum, quæ videtur eſſe poſitio Empedoclis: & ſecundum hoc nihil prohibet dicere ſupra hoc cœlum ſydereum eſſe aquas elementares tanquam ſimpliciores, & ſuper eas etiam ignem, à quo vocetur cęlum empyreum. Aliorum autem poſitio eſt, ꝙ cœlum vel ſit igneæ naturæ, ſicut poſuit Plato, vel non ſit de natura quatuor elementorum, ſed habens altiorem naturam, ſicut poſuit Ariſt. Vtroq; iſtorum ſic poſito inconueniens videtur ſupra firmamentum illud aquam elementarem materialiter eſſe diſpoſitam. Nunc enim ſicut Aug. dicit in ſecundo ſuper Gene. Quemadmodum Deus inſtituerit naturas rerum nos conuenit quærere, nunquid in eis vel ex eis miraculum potentiæ ſuę velit operari. Sed tamen aliquales aquas ſupra huiuſmodi firmamentum ponere poſſumus: vno modo vt per aquas intelligamus totam materiam corporalem: ſicut accipitur in principio Gene. ſecundum expoſitionem Aug. Et ideo ſecundum hunc intellectũ, non eſt aliud dicere quã aliquid de materia corporali ſuper hos cœlos exiſtere: & hoc etiam à dictis philoſophorum modernorum non diſcordat: qui ponunt ſupra octauam ſphęram, in qua ſunt ſtellæ, aliam ſphęram in qua nulla eſt ſtella: & hanc expoſitionem ponit Augu. ſuper Gene. contra Manichæos. Alio modo poteſt dici, ꝙ ſicut cœlum empyreum dicitur igneum, nõ quia habeat ſpeciem ignis: ſed propter ſplendorem, ita etiam aquę ſuper cœlos dicuntur: non quia habeant ſpeciẽ aquæ, ſed quia habent dyaphaneitatem ad modum aquæ. vt ſic ſupremum cęlum ſecundum ꝙ empyreum dicitur, ſit totum ſplendidum: ſecundum autem ꝙ aqueum dicitur, ſit totum dyaphanum. Tertium autem cœlum quod dicitur ſydereũ, ſit partim lucidum, partim, dyaphanum. Sic ergo ſecundum quamcunq; opinionem poteſt veritas ſacræ ſcripturæ ſaluari diuerſimodè. Vnde non eſt coarctandus ſenſus ſacræ ſcripturæ ad aliquid horum.

Aquas eſſe ſuper cœlos qualiter ſit intelligendum.

Opinio Empedoclis.

Plato.

Opinio Ariſt.

Opinio Auguſt.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ homo aſsimilatur maiori mundo quantùm ad aliquid, inquantum conſtat ex corporali & ſpirituali natura, ſicut & totum vniuerſum, non tamen quantùm ad omnia aſsimilatur vniuerſo. Ordo enim partium in homine, non eſt ſecundùm ꝙ exigit earum natura, ſed prout exigit ratio finis. Ponitur enim cor in medio, vt ex eo diffundantur operationes vitæ de facili per totum corpus. Cerebrum autem ponitur in ſupremo, vt operationes animales quæ ibi quodammodo perficiuntur, non impediantur per diuerſas corporis tranſmutationes, ſicut etiam ordo cognitionis humanæ nõ eſt ſecundum ordinem naturalem cognoſcibilium, ſed quò ad nos. Aug. autem non inducit hoc aſſerendo, ſed obuiando his qui ſcripturam prauè interpretantur.

1. p. q. 91. art. 1. c. & q. 96. ar. 2.

2. di. 14. ar. ad 4.

QVAESTIO III.

DEINDE conſiderandum eſt de his, ad quæ diuina potentia ſe extendere poteſt.

¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm Deus poſsit aliquid in nihilum redigere.

¶ Secundò, ſi aliquid eſſet in nihilum redactum, vtrùm Deus poſsit illud reparare idem numero.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm Deus poßit aliquid in nihilum redigere.

AD primum ſic procedebatur. Videtur ꝙ Deus poſſit aliquid in nihilum redigere. Aequalis enim eſt diſtantia non entis ad ens, & entis ad non ens. Sed Deus poteſt ex nihilo aliquid facere: ergo Deus poteſt ex aliquo facere nihil.

1. p. q. 9. ar. 2. c. & q. 104. art. 3. & 4. o. ad 3. art. 22.

¶ Sed contra, Deus non poteſt eſſe cauſa defecti-

ua. Sed cauſa quæ facit tendere in non eſſe, eſt cauſa defectiua: ergo Deus non poteſt redigere aliquid in nihilum.

1. p. q. 25. ar. 5. ad 1. & pot. q. 1. ar. 5. ad 5. & q. 5. ar. 3. 4. & veri. q. 5. ar. 2. ad ſex tum.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ de potentia Dei dupliciter loqui poſſumus. Vno modo abſolutè conſiderando eius potentiam. Alio modo conſiderando ipſam in ordine ad ſapientiam, vel præſcientiam ſuam. Loquẽdo ergo abſolutè de Dei potentia, ſic Deus poteſt vniuerſam creaturam redigere in nihilum. Cuius ratio eſt, quia creatura non ſolum producitur in eſſe Deo agente, ſed etiam per actionem Dei conſeruatur in eſſe, ſecundum illud ad Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis ſuæ. Vnde Aug. dicit 4. ſuper Gene. ad literam, ꝙ virtus Dei ſi aliquando ab eis quæ creata ſunt regendis ceſſaret, ſimul & illorum ceſſaret ſpecies, omniſq; natura concideret. Si autem Deus propria voluntate agit & non ex neceſſitate naturæ ad rerum productionem, ita etiam ad earum conſeruationem: & ideo poteſt ſubtrahere ſuam actionem à rebus conſeruandis, & hoc ipſo omnia in nihilum deciderent. Si verò loquimur de potentia Dei in ordine ad eius ſapientiam, & præſcientiam, ſic non poteſt fieri ꝙ res in nihilum redigatur, quia non habet hoc diuina ſapientia. Creauit enim Deus vt eſſent omnia, vt dicitur Sap. 1. non vt in nihilum cederent.

¶ Primum ergo concedimus, ſecundum quòd procedit de potentia abſoluta.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ cauſa defectus alicuius, poteſt eſſe aliquid dupliciter. Vno modo ex propria intentione, ſicut cùm aliquid ſubtrahendo lumen cauſat tenebras: & hoc modo non oportet ꝙ ſit cauſa defectiua illud quod cauſat defectum. Sic autẽ Deus poteſt eſſe alicuius defectus cauſa, uel excęcationis, vel obdurationis, vel etiam annihilationis ſi vellet. Alio modo aliquid poteſt eſſe cauſa defectus præter intentionem, & ſic ſemper oportet quòd cauſa defectus ſit defectiua, quia ex defectu agentis contingit quòd non inducat perfectionem in ſuo effectu: & ſic Deus nullo modo poteſt eſſe cauſa defectus vel tendendi in non eſſe.

1. p. q. 23. ar. 3 ad 2. & 12. q. 76. ar. 3. o.

12. q. 24. ar tı. 10. c.

ARTICVLVS V.

Vtrùm Deus poßit reparare idem numero, quod in nihilum eſt redactum.

art. 96. & 3. p. q. 15. ar. 2. & opus. 9. c. 82.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ Deus non poſsit id quod in nihilum redactum eſt idẽ numero reparare. Dicit enim Philoſophus in 2. de generatione. (T. c. 70.) ꝙ ea quorum ſubſtantia corrumpitur non reiterantur eadem numero. ſed eorum quæ in nihilum rediguntur, ſubſtantia corrumpitur: ergo eadem numero iterari non poſſunt.

¶ Sed contra eſt quod Aug. dicit 4. de ci. Dei, Si caro humana omnibus periſſet modis, nec vlla eius materies in vllis latebris remanſiſſet: vnde, ſi vellet, eam repararet omnipotens. Sed nulla materia remanente de corrupta, quod corrumpitur in nihilum redigitur: ergo Deus id quod in nihilum eſt redactum poteſt idem numero reparare.

¶ Præterea, Differentia eſt cauſa numeri, ſicut Dam. dicit. Sed nihilum non facit aliquam differentiam: quia non entis non ſunt ſpecies & differentiæ ſecundum philoſophum: ergo id quod reparatur à Deo, poteſt eſſe vnum & idem numero, quamuis in nihilum fuerit redactum.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ in his quæ in nihilum redigi poſſunt, eſt quædam differentia attendenda, quædam. n. ſunt, quorum vnitas in ſui rõne habet durationis continuitatem, ſicut patet in motu & tempore. & ideo interruptio talium indirectè contrariatur vnitati eorum ſecundum numerum. Ea verò quæ cõtradictionem implicant, non cõtinentur ſub numero Deo poſſibiliũ: quia deficiunt à rõne entis: & ideò ſi hmõi in nihilum redigantur, Deus ea non põt eadem numero reparare. Hoc. n. eſſet facere contradictoria ſimul eſſe vera: puta ſi motus interruptus eſſet vnus. Alia verò ſunt quorum vnitas non habet in ſui rõne continuitatem durationis, ſicut vnitas rerum permanentiũ niſi per accidens: inquantùm eorum eſſe ſubiectum eſt motui. Sic. n. & menſurantur huius tempore, & eorum eſſe eſt vnum & continuum ſecundum vnitatem & continuitatem temporis. & quia naturale agens nõ poteſt iſta producere ſine motu, inde eſt ꝙ naturale agens non poteſt hmõi reparare eadem numero, ſi in nihilum redacta fuerint, vel ſi fuerint ſecundum ſubſtantiam corrupta: ſed Deus poteſt reparare huiuſmodi & ſine motu, quia in eius poteſtate eſt ꝙ producat effectus ſine cauſis mediis: & ideo poteſt, ea eadem numero reparare, etiam ſi in nihilum elapſa fuerint.

art. 59.

cõtra 4. c. 80. & 81. 4. di. 44. q. 1. ar. 1. q. 2.

¶ Vnde patet reſponſio Ad primum & ſecundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nihilum nõ eſt differentia alicuius entis: ſi per hoc quòd aliquis reducatur in nihilum interrumpatur continuatio eſſendi, quæ pertinet ad vnitatem motus, & eorum quæ conſequuntur ad motum.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quæſitum eſt de perſonalibus, quę pertinent ad perſonam filij.

¶ Primò quantùm ad naturam diuinam.

¶ Secundò, quantùm ad naturam aſſumptam.

¶ Circa primum quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm pater eodẽ verbo dicat ſe, & creaturã.

¶ Secundò, vtrùm filius ſua filiatione diſtinguatur à ſpiritu ſancto.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm pater eodem verbo dicat ſe, & creaturã.

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ pater non eodem verbo dicat ſe, & creaturam. Dicere enim ſe ſoli patri conuenit, vt Auguſtinus dicit 7. de Tri. Sed dicere creaturam conuenit toti trinitati, ea enim quæ important reſpectum ad creaturam toti trinitati conueniunt, vt patet per Diony. 2. c. de di. no. ergo pater non eodem uerbo dicit ſe, & creaturam.

1 p. q. 34 art. 2. ad 3. & art. 3 o. q 37. ar. 2. c. ad 3.

¶ Præterea. Creatura procedit à Deo per modum voluntatis. Filius autem qui eſt verbum quo pater dicit ſeipſum, procedit à Deo per modum naturæ, quia vt Hil. dicit in libro de ſynodis. Omnibus creaturis ſubſtantiam voluntas Dei attulit. Filio autem naturã dedit natiuitas: ergo non eſt idem verbum quo pater dicit ſeipſum, & quo dicit creaturam.

¶ Sed contra eſt quod Auguſtinus dicit 2. ſuper Geneſ. ad literam, quia dixit & facta ſunt, ideſt verbum genuit in quo erat vt fieret creatura. Sed verbum genuit dicens ſeipſum: ergo idem eſt verbum quo dicit ſeipſum, & quo creaturam.

¶ Reſpon. dicendũ, ꝙ ſicut Aug. dicit 15. de Tri. Verbum Dei repræſentatur aliqualiter per verbum nri intellectus, quod nihil eſt aliud q̃ quædã acceptio actualis nr̃æ notitiæ, † cùm. n. id quod ſcimus actu cõſiderãdo concipimus, hoc verbũ noſtri intellectus eſt. Et hoc eſt quod verbo exteriori ſignificamus ſed quia nos nõ totum id quod habitu ſcimus actu mente cõcipimus, ſed de vno intelligibili mouemur ad aliud, inde eſt, ꝙ in nobis non eſt vnũ ſolum verbũ mentale, ſed multa, quorum nullum adæquat noſtram ſcientiã Sed Deus quicquid ſcit actu intelligit. Et ideò in mente eius non ſuccedit verbum verbo, & ſicut eadem ſcientia ſcit ſe & omnia alia, ita etiam eodem verbo exprimit ſeipſum & omnia alia: nec eſſet eius verbum perfectum, vt Aug. in eodem lib. dicit, ſi aliquid minus eſſet in eius verbo q̃ in eius ſcientia, vnde quicquid patet.

† Alias ſe ſitiæ.

1. p. q. 27. articu. 5. ad 3. & 12. q. 93 art. 1. ad 3

ter ſcit totum unico ſuo verbo dicit, & ſic neceſſe eſt quòd idem verbum ſit, quo dicit ſeipſum, & quo dicit creaturam.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ dicere ſi propriè ſumatur eſt producere verbum quod ſoli patri conuenit, & ideo ſi dicere in diuinis propriè ſumatur, ſolus pater dicit: quia ſolus ipſe generat verbum. Hoc enim verbo exprimitur quicquid tota trinitas ſcit, quia triũ perſonarum eſt vna ſcientia: & ex hac ratione verbũ importat reſpectum ad creaturam inquantum eſt expreſſio quædam ſcientiæ, quam pater communiter habet cum aliis perſonis de creatura. [1.p.q.34.a.3.o.& veri q.4.ar.5.ad 4.]

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ aliud eſt verbũ, & id quod dr̃ verbo: hoc.n. verbo quod eſt lapis, ſignificatur res quæ non eſt verbum, ſed corpus, vnde nihil prohibet creaturã procedere à Deo per modum volũtatis. Verbum autem quo dr̃ creatura per modum naturæ.

ARTICVLVS VII.

Utrùm filius diſtinguatur filiatione à ſpiritu ſancto.

[1.p.q.40.ar.2 & opuſ.9.ca.64.] Circa ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd filius diſtinguatur filiatione à ſpiritu ſancto. Eodem.n. modo aliquis conſtituitur, & ab alio diſtinguitur. Sed perſona filii conſtituitur filiatione, quæ proprietas eſt perſonalis, i. conſtituens perſonam filii: ergo filiatione diſtinguitur à ſpiritu ſancto.

¶ Sed contra eſt, quòd Boetius dicit in lib. de Tri. ꝙ ſola relatio in diuinis multiplicat trinitatẽ. Et Anſ. dicit in lib. de proceſſione ſpiritus ſancti, ꝙ ibi ſolùm diſtinguuntur perſonæ diuinæ, vbi occurrit relationis oppoſitio. Sed filius non opponitur relatiuè ſpiritui ſancto filiatione, ſed ſolùm patri: ergo filius nõ diſtinguitur filiatione à ſpiritu ſancto, ſed ſolò à patre.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd hoc modo ſe habẽt proprietates perſonales in diuinis ad diſtinguẽdum perſonas, ſicut ſe habent in reb. naturalib. formę ſubſtantiales ad diſtinguendas ſpecies rerum, ſic tamen quòd à creaturis exempla ad Deum aſſumpta nõ omnino ſimilia ſunt. In reb. autem naturalib. diſtinguitur aliquid per formam ſuam ab alio dupliciter. Vno modo ſecundum directam oppoſitionem formæ ad formam: & hoc modo diſtinguitur vnaquæq; res naturalis ab omnibus ſpeciebus ſui generis, quæ habent formas oppoſitas, ſecundum ꝙ genus diuiditur oppoſitis differẽtiis. ſicut ſaphirus diſtinguitur ſua forma ab omnibus aliis ſpeciebus lapidum. Alio modo diſtinguitur res naturalis per ſuam formam ſecundum habere, & non habere: & hoc modo quod hẽt aliquam formam naturalem, diſtinguitur ab omnibus nõ habentibus formam illam ſicut ſappirus per ſuam formam naturalem diſtinguitur nõ ſolùm ab aliis generibus lapidum, ſed à ſpeciebus animaliũm & plantarum. Sic ergo dicendum, ꝙ filius ſua filiatione diſtinguitur quidem à patre ſecundum oppoſitionem relatiuam filiationis ad paternitatem, ſed à ſpiritu ſancto diſtinguitur filiatione, per hoc quòd ſpiritus ſanctus non habet filiationem, quam filius habet. [diſtinctio per formã in reb. naturalib. ſit dupliciter] [filius qualiter à patre & ſpũ ſ. diſtinguitur.]

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO V.

ARTICVLVS VIII.

Utrùm corpus Chriſti in cruce, & in ſepulchro ſit vnum numero.

Deinde quæſitum eſt de filio quantùm ad naturam aſſumptam. Et circa hoc quæſitum eſt, vtrùm ſit vnũ numero corpus Chriſti affixum cruci, & iacens in ſepulchro. Et videtur quòd non, quia quæcunque differunt ſpecie, differunt numero: ſed corpus Chriſti appenſum in cruce & iacens in ſepulchro, differt ſpecie eo modo, quo mortuum & viuum differunt ſpecie: ergo non eſt vnum & idem numero. [3.p.q.50.ar.5.o.]

¶ Sed contra. Quæcunque ſunt unum & idem ſuppoſito vel hypoſtaſi, ſunt vnum & idem numero. Sed corpus Chriſti iacens in ſepulchro & appenſum cruci, eſt vnum & idem ſuppoſito ſiue hypoſtaſi, quia hypoſtaſis verbi Dei nunquam ſeparata eſt ab eius corpore. Ergo corpus Chriſti eſt vnum & idem numero appenſum cruci & iacens in ſepulchro.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd circa hoc cauendæ ſunt duæ damnatæ hæreſes, quarum vna eſt Arrianorum, qui cum ponerent Chriſtum animam nõ habuiſſe, ſed verbum fuiſſe corpori loco animæ, per conſequens poſuerunt quòd verbum ſeparatum eſt in morte, & corpore, ſicut manifeſtè patet in quodam ſermone Arrianorum, contra quem Auguſtinus diſputat. Alia verò eſt hæreſis Galanicarum, quæ fuit in ſexta ſynodo damnata. Qui cum ponerent unam naturam compoſitam ex diuinitate & humanitate, poſuerunt illam naturam ſimpliciter incorruptibilem, & ita poſuerunt corpus Chriſti ſimpliciter incorruptum non ſolùm corruptione putrefactionis quod fides catholica tenet, ſecundum illud Pſal. 15. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem, ſed etiam corruptione quæ pertinet ad rationem mortis, quod eſt impium, vt patet per Dama. in 3. lib. Sic ergo ad excludendam primam hæreſim oportet nos ponere identitatem ſecundum ſuppoſitum in corpore Chriſti appenſo cruci, & poſito in ſepulchro. Ad excludendum verò ſecundam hæreſim, oportet nos ponere veram differentiam mortis & vitæ. Sed quia prima vnitas maior eſt quàm ſecunda differentia, dicendum eſt, quòd eſt idem numero corpus Chriſti appenſum cruci, & iacens in ſepulchro. [Art. 23 42ò ad 2. 3. p q. 5. ar. 3. o. & contra 4. c. 32.] [ar. 42. c. ſ.]

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa non tenet in corpore Chriſti propter vnitatem hypoſtaſis.

QVAESTIO VI.

Deinde quæſitum eſt de rebus humanis.

¶ Et primò de gratia.

¶ Secundò de ſacramentis.

¶ Tertiò de actibus humanis.

ARTICVLVS IX.

Utrùm Deus ſemper faciat nouam gratiam.

Circa primum quærebatur, vtrùm Deus ſemper faciat nouam gratiam. Et vi ꝙ ſic Aug. n. ſuper Ge. ad literam comparat infuſionem gratiæ illuminationi. Sicut, inquit aer præſente lumine non factus eſt lucidus, ſed fit, quia ſi factus eſſet, non fieret, ſed ẽt abſente lumine lucidus maneret ſic homo Deo præſente illuminatur, abſente autem continuè tenebratur, à quo non locorum interuallis, ſed voluntatis auerſione diſceditur. Sed ſol ſemper facit nouum lumen in aere: ergo Deus ſemper facit nouam gratiam in anima. [Opuſ 9. c. 38.]

¶ Sed contra. Nobilioris creaturæ nobilius eſt eſſe, ſed gratia eſt nobiliſſima creatura, quia eſt perfectio naturæ rõnalis creatæ, ergo eius eſſe eſt nobiliſſimum, non ergo durat ſolũ in momento, & ita non ſemper Deus facit nouam gratiam.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ duplex eſt actio. Quædam quæ fit cum motu: & talis actio ſemper eſt cũ aliqua innouatione, quia ſemper in motu aliquid fit, & [1. diſt. 17.]

aliquid deſinit eſſe: inquantùm acceditur ad terminum,& receditur à termino: & propter hoc philoſophus dicit in 8. Phyſi. (T.cō.56.) quòd in omni motu eſt quodammodo fieri & corrumpi. Alia autem actio eſt quæ eſt ſine motu per ſimplicem communicationē formæ, inquantum ſcilicet agens ſuam ſimilitudinem imprimit recipienti diſpoſito:& talis actio in principio quidem eſt cum innouatione, ſecundum quòd de nouo acquiritur forma in ſubiecto. Sed continuatio ipſius actionis, ſicut nullum habet motum adiunctū, ſed ſimplicem influxum ſiue communicationem, ita etiam nullam habet innouationem:& hoc modo cauſatur gratia a Deo in anima.

¶ Vnde dicendum ꝙ quandiu durat gratia in anima, Deus in anima operatur cauſans eam: non tamē ita ꝙ faciat ſemper nouam gratiam, & quòd ſingulis momentis exiſtens corrumpatur: ſed quia eādem gratiam quam primò infudit, ſemper operatur in anima conſeruans ipſam: quod quidem difficile eſt ad intelligendum non valentibus abſtrahere conſiderationē ſuam ab actionibus, quæ ſunt cum motu: in quibus ſemper aliquid innouatur, vt dictum eſt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd lumen ſemper fit in aere, quia ſemper actione ſolis illuminantis conſeruatur, non quòd ſemper fiat aliud & aliud lumen.

QVÆSTIO VII.

DEINDE quæſitum eſt de ſacramentis gratiæ.

¶ Et primò de ſacramento pœnitentiæ, vtrū per abſolutionem ſacerdotis remittatur culpa. (2. di. 15. q. 3. ar. 4. ad 4.)

¶ Secundò de ſacramēto matrimonii, vtrùm vir poſſit accipere crucem, ſi timeatur de incontinentia vxoris non valentis virum ſequi.

ARTICVLVS X.

Vtrùm per abſolutionem ſacerdotis culpa remittatur.

AD primum ſic procedebatur. Videtur, quòd per abſolutionem ſacerdotis, culpa remittatur. Dicit enim Hugo de ſancto victore in libro de ſacramētis, quòd ſententiam Petri ſequitur ſententia cęli. Sed ſententia cœli eſt de remiſſione culpæ: ergo remiſſio culpæ ſequitur per ſententiam Petri, quæ eſt ſacerdotis abſoluentis.

(ar. 38. ad 2. 4. & 4. diſt. 18. q. 1. ar. 3 q. 1. o. & q. 3. c. & 3. p. q. 84. ar. 3. ad 5.)

¶ Præterea, Sacramenta ſunt medicinæ contra peccata, ſed per medicinam ſanantur vulnera, vel ægritudines: ergo ægritudo, vel vulnus peccati ſanatur per ſacramentum pœnitentiæ. Sed ſacramentum pœnitentię conſummatur in hoc ꝙ dicit: Ego te abſoluo, ſicut ſacramentum baptiſmi in hoc quòd dicit: Ego te baptizo: ergo per abſolutionem ſacardotis dimittitur culpa.

¶ Sed contra eſt, quòd per ſolam contritionem dimittitur peccatum, ſecundum illud Pſalm. 31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Sed contritio præcedit abſolutionem ſacerdotis: quia ſacerdos nō debet aliquem abſoluere niſi æſtimet eum cōtritum: ergo remiſſio culpæ præcedit abſolutionem ſacerdotis. Non ergo per abſolutionem ſacerdotis culpa remittitur.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſacramenta dupliciter operantur. Vno modo ſecundum ꝙ exhibentur in actu: alio modo ſecundum quòd habentur in voto: & hoc ideo quia ſacramenta operantur ut inſtrumenta diuinæ miſericordiæ iuſtificantis, Dei autē eſt reſpicere ad hominis cor, ſecundum illud 1. Reg. 16. Homines vident ea quę patent: Deus autem intuetur cor: & ideo quamuis res naturales non agant niſi præſentialiter adhibitæ, ſacramenta tamen agunt etiam ſecundum ꝙ ſunt in voto, ſed pleniùs ſacramentalem effectum inducunt, quando actu exhibentur, ſicut in baptiſmo. Nam cathecumenus ſi ſit adultus & habeat baptiſmum in voto, iam conſecutus eſt effectum baptiſmi quantum ad emundationem à peccato, & conſecutionem gratiæ quæ eſt proprius effectus Dei. Sed quando actu baptiſmum ſuſcipit, cōſequitur plenius quoſdam ſacramētales effectus: quia ſuſcipit characterem & remiſſionem totius pœnæ. Si quis tamen eſſet qui non priùs haberet baptiſmum in voto quam actu baptizaretur: ſicut præcipuè patet in pueris, ſimul recipit per baptiſmum gratiam remittentem culpam & omnem alium ſacramenti effectum: & hoc ēt contingeret in adulto, ſi ſimul cum baptizaretur, votum baptiſmi habere inciperet: & idem eſt etiam in ſacramēto pœnitentiæ, quod conſummatur in diſpenſatione miniſtri abſoluentis. Cum enim aliquis actu abſoluitur, conſequitur plenariè ſacri effectum: ſed ſi anteꝗ abſoluatur habeat hoc ſacrm̄ in uoto: quando ſ. proponit ſe ſubiicere clauibus eccleſiæ, iam uirtus clauiū operatur in ipſo, & conſequitur remiſſionem culpæ. Si quis tamen in ipſa abſolutione incipit conteri, & claues eccleſiæ hr̄e in uoto, in ipſa abſolutione ſacerdotis culpa ei dimittitur per gratiam quę infunditur in hoc ſacr̄o ſicut & aliis ſacr̄is nouæ legis. vnde quandoque contingit ꝙ aliqui non perfectè contriti virtute clauium gratiam contritionis conſequuntur: dummodo non ponant obicē ſpiritui ſancto: & idē eſt in aliis ſacr̄is nouæ legis, in quib. gratia confertur. Vr̄ tamen eſſe dr̄ia inter baptiſmum & pœnitentiam pp hoc, ꝙ ſacr̄m pœnitentiæ ſemper exhibetur adultis, in quibus vt plurimum contritio pręcedit tempore confeſſionem & abſolutionem, baptiſmus autem multotiens confertur pueris, in quibus votum baptiſmi non præcedit: omnino autem ſimile appareret, ſi etiam baptiſmus exhiberetur adultis.

(4. dl. 17. q. 2 ar. 5. q. 2. — 4. di. 17. q. 3 ar. 1. q. 1. o. — 3 p. q. 68. ar. 2. o. — 3 p. q. 69. ar. 1. ad 2. & 1 & q. 80. ar. 1. ad 3. & 4. di. 9 art. 2 q. 4 ad 2. — 4 di. 18. q. 1. ar. 3. q. 2 c. & ad 4. — ar. 2. 39. 12. q. 103. ar. 1. c. & 22. q. 100. ar. 2. & 3. c.)

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Hugonis non eſt ſic intelligendum, quaſi ſententia Petri in ſacerdote abſoluente pręcedat tempore ſententiā cœli, i. Dei remittentis culpam, ſed quia ſententia Petri approbat ſententiam Dei. (3. p. q. 68. ar. 2. o. & 4. di. 4. q. 3. art. 1. q. 1.)

¶ Ad ſecundum ſic dicendū, ꝙ medicina ſacramentalis operatur non ſolùm actu adhibita, ſed etiam in propoſito exiſtens: & ideo quandoque ſanatio vulneris præcedit ſacramentalem abſolutionem.

¶ Ad tertium dicendū, quòd nunquā pōt eſſe vera contritio ſine voto clauium eccleſiæ, quantumcunque ſit dolor de peccato pręterito, & propoſitum abſtinēdi in futurum. & ideo in cōtritione culpa remittitur. (4. di. 17. q. 2. art. 1. q. 1. c. ad 6.)

ARTICVLVS XI.

Vtrùm vir poſſit accipere crucem vxore nolente, ſi de eius incontinentia timeatur.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, ꝙ vir poſſit accipere crucem ad transfretandum vltra mare nolente vxore, ſi de eius incontinentia timeatur. Non debet enim homo prętermittere propriam ſalutē pro ſalute aliena. Sed homo procurat ſalutem propriam per hoc quòd cruce ſignatur, conſequens plenam remiſſionem peccatorum: ergo non debet hoc prętermittere, vt prouideat ſaluti uxoris. (4. di. 32. ar. 2. ad 2.)

¶ Sed contra eſt, quod Auguſti. dicit. Si abſtines ſine vxoris voluntate tribuis ei fornicationis licentiam: & peccatum illius tuę imputabitur abſtinentię,

ſed

ſed accipiendo crucem impeditur à redditione debi ti: ergo videtur quòd peccatum vxoris ſi contingat viro imputetur.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ea quæ ſunt neceſſitatis, non ſunt prætermittenda pr. pter ea quæ ſunt propriæ voluntatis. Vnde etiam Dominus Matth. 15, reprehendit phariſæos qui docebant prætermittere mandatum de honoratione parentum, vt aliquæ voluntariæ oblationes Deo offerrentur. Ex neceſſitate autem viro imminet, vt gerat curam vxoris. quia [S. Paulus] caput mulieris eſt vir, vt dicitur 1. ad Cor. 11. Sed quod accipiat crucem ad transfretádum, ſubiacet propriæ voluntati. Vnde ſi vxor ſit talis quæ ſequi non poſſit propter aliquod legitimum impedimentu & de eius incontinentia timeatur. non eſt ei conſulendum vt accipiat crucem & dimittat vxorem: ſecus autem eſt ſi vxor continere voluntariè proponat, vel velit, & poſſit ſequi virum ſuum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd etiam ad ſalutem propriam viri pertinet vt gerat curam de ſalute vxoris, quæ viri regimini committitur.

QVÆSTIO VIII.

DEinde quæſitum eſt de actibus humanis.

¶ Et primò de actibus pertinentibus ad prælatos.

¶ Secundò de actibus quæ poſſunt pertinere ad omnes. Pertinet autem ad prælatos præcipere, diſpenſare in præcepto, excommunicare rebellantes præceptis, & beneficia eccleſiaſtica conferre.

¶ Vnde circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò de obedientia ad præcepta prælatorum; vtrùm ſcilicet religioſus teneatur obedire prælato ſuo præcipienti ei in virtute obedientiæ, quòd reuelet ei crimen fratris occultum.

¶ Secundò circa diſpenſationem, vtrùm Papa poſſit diſpenſare in bigamia.

¶ Tertiò circa excommunicationem, vtrùm aliquis teneatur vitare excommunicatos illos, de quorum excommunicatione etiam inter peritos eſt diuerſa ſententia, quibuſdam dicentibus eos excommunicatos eſſe. & aliis non eſſe.

¶ Quartò circa collationem beneficiorum, vtrùm prælatus eccleſiæ licitè poſſit dare beneficium conſanguineo ſuo idoneo exiſtenti, ſi æqua facultate *occurrat ei alius magis idoneus. [* Al. facilitate.]

ARTICVLVS XII.

Vtrùm ſubditus teneatur reuelare prælato præcipienti crimen occultum fratris,

AD primũ ſic proceditur. Videtur ꝙ ſubditus non teneatur obedire prælato præcipienti reuelationem criminis occulti. Nullus enim tenetur obedire alicui in hoc quòd non ſubditur eius iudicio. Sed occulta non ſubduntur iudicio humano, ſed ſoli iudicio diuino: ergo circa eorum reuelationem nullus tenetur obedire prælato præcipienti. [... 4. dist. 21. q. 3. 1. q. 6. 1 ad 2. Ma. q. 15 ar. 1. ad 5.]

¶ Sed contra eſt, quòd prælatus in capitulo religioſorum poteſt præcipere id de quo iudex ſecularis, vel eccleſiaſticus poteſt exigere iuramentũ. Sed quandoque iudex ſecularis, vel eccleſiaſticus exigit iuramentum ab aliquo, vt reuelet id quod ſcit de aliquo occulto vt dicit quædam decretalis de purgationib ergo pari ratione ipſe prælatus in capitulo poteſt etiam religioſis præcipere in virtute ipſius obedientiæ, vt dicant ei ſi quid ſciunt de aliquo crimine occulto.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ peccatum dupliciter poteſt eſſe occultum. Vno modo ſimpliciter: ita ſ. quòd ad multorum notitiam nullo modo peruenit: & tale peccatum occultum nocet ſoli facienti. & ideo qui tale peccatum occultum fratris ſcit ſolum hoc debet intendere vt fratris peccantis ſalutem procuret, vnde inſtitutus eſt à domino ordo correctionis fraternæ; vt primò quidẽ corripiat aliquis fratrem occultè peccãtem inter ſe, & ipſum ſolum poſtmodum adhibeat duos vel tres teſtes, & tunc tandem ſi non corrigatur dicat Eccleſiæ, contra quem ordinem ſi prælatus præcipiat, vt peccatum fratris occultum ei dicatur, nõ eſt obediendum: & ipſe peccat præcipiendu, quia oportet Deo magis quàm hominibus obedire. [22. q. 70. ar. 2. o.] Si autẽ peccatum fratris non ſit adeò occultum, quin ꝑ aliquas ſuſpitiones in multitudinis notitiã veniat, vnde multorum ſcandalum oriatur iam peccatum non ſolum nocet illi, ſed multis: & quia bonum multitudinis præfertur bono vnius, ideo prælatus debet diſquirere veritatem de facto, vt ſcandalum multitudinis ceſſet, vel per pœnam peccãtis, vel per eius excuſationem. Et ideo in tali caſu poteſt præcipere ſcienti crimen fratris, ꝙ manifeſtet: & ille cui præcipitur tenetur prælato obedire. Sic enim cum non ſit omnino occultũ crimen pertinet ad iudicium prælati, & in hoc caſu loquitur decretalis, non autem in primo.

¶ Vnde patet reſponſio ad obiecta. [veri. q. 3. ar. 2. ad 13.]

ARTICVLVS XIII.

Vtrùm Papa poßit diſpenſare ſuper bigamia.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ Papa nõ poſſit diſpenſare in bigamiæ irregularitate, non enim poteſt ab homine diſpenſari in his quæ ſunt diuinitus inſtituta, vt Ber. dicit in lib. de diſpenſatione & præcepto. [4. d. 27. q. 3. ar. 3. o.] Sed doctrina Apoſtoli in qua continetur ꝙ bigamus non promoueatur, vt patet 1. ad Tim. 3. & ad Titum. 1. eſt diuinitùs promulgata, ſecundum illud Apoſtoli 2. ad Timo. vlti. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus: ergo Papa non poteſt cum bigamis diſpenſare.

¶ Sed contra eſt, quod in decretis diſt. 5. dicitur, ꝙ Papa cum quodam bigamo diſpenſauit.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd Papa habet plenitudinem poteſtatis in Eccleſia, ita ſcilicet ꝙ quæcunque ſunt inſtituta per Eccleſiam, vel Eccleſiæ prælatos ſunt diſpenſabilia à Papa. Hæc enim ſunt, quæ dicuntur eſſe iuris humani: vel iuris poſitiui. Circa ea verò quæ ſunt iuris diuini, vel iuris naturalis diſpenſare non poteſt, quia iſta habent efficaciam ex inſtitutione diuina. [ar 191 e. ſi. 22 q. 108. ar 4. ad 2 & q. 59. art 9. ad 2. 4. di. 17 q. 3. art. 1 q. 5 o & diſt. 33. q. 2. art. 2. q 1. o.] Ius autem diuinum eſt quod pertinet ad legem nouam: vel veterem. Sed hæc differentia eſt inter legem vtramque, quia lex vetus determinabat multa tam in præceptis cæremonialibus pertinentib. ad cultum Dei, quàm etiam in præceptis iudicialib. pertinentibus ad iuſtitiam inter homines conſeruandã: ſed lex noua quæ eſt lex libertatis, huiuſmodi determinationes non habet, ſed eſt contenta præceptis moralibus naturalis legis & articulis fidei & ſacramentis gratiæ. vnde & dicitur lex fidei & lex gratiæ, propter determinationem articulorũ fidei & efficaciam ſacramentorum. [ar. 30. e. 12. q 180. ar 2. o. & 3. ad 3.] Cætera verò quæ pertinent ad determinationem humanorũ iudiciorũ, vel ad determinationẽ diuini cultus liberè permiſit Chriſtus, qui eſt nouæ legis lator, prælatis Eccleſiæ & principib. Chriſtiani populi determinanda, vnde hmôi determinationes pertinẽt ad ius humanũ, in quo Papa põt diſpenſare. [12. q. 97. art. 3 ad 1 & ar. 4. ad 3 & q. 100 ar. 8. o.] In ſolis verò his q̃ ſũt de lege naturæ & in articulis fidei, &

ſacramentis noue legis diſpenſare non poteſt. Hoc.n. non eſſet poſſe pro veritate, ſed contra veritatem. Manifeſtum eſt autem q bigamum non promoueri, neq; eſt de lege naturæ, neque pertinet ad articulos fidei; neque eſt de neceſſitate ſacramēti: quod patet ex hoc q ſi bigamus ordinetur, recipit ordinis ſacramentū, ſed hoc pertinet ad quandam determinationem diuini cultus. Vnde circa hoc poteſt Papa diſpenſare, licet diſpenſare non debeat: niſi ex magna & euidenti cauſa. ſicut etiam poſſet diſpenſare circa hoc quòd aliquis ſacerdos non indutus veſtibus ſacris conſecraret corpus Chriſti.

4. diſ 27.q. 3 ar.3. o.

Et eadem ratio eſt de omnibus aliis huiuſmodi, quæ ex inſtitutione humana proceſſerunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, q Apoſtolus dupliciter in doctrina ſua aliqua propoſuit: quędam quidē ſicut promulgans ius diuinum: ſicut illud quod habetur ad Gal.5. Si circuncidimini Chriſtus vobis nihil proderit. & multa alia huiuſmodi, & in hoc Papa nō poteſt diſpenſare, quædam verò ſicut propria auctoritate aliqua ſtatuens. Nam ipſe dicit. 1. ad Cor.11. Cætera cùm venero diſponam. & infra. & mandauit, vt collectæ quæ fiunt in ſanctos per vnam ſabbati fiant, qd non pertinet ad ius diuinum. Et ſimiliter etiam quod dicitur de bigamo non promouendo, non eſt iuris diuini, ſed inſtitutio auctoritatis humanæ diuinitus homini conceſſæ.

ARTICVLVS XIIII.

Utrùm debeant vitari illi excommunicati, de quorum excommunicatione eſt apud peritos diuerſa ſententia.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd non debeant vitari illi excommunicati, circa quorum excommunicationē ſapiens cōtraria opinatur. Quia

ar 48 c & 4 diſt, 18 q 2. ar. 4. q 2. & 3.

ſecundum iura Epiſcopus non poteſt auferre beneficium. quod clerico conceſſit ſine culpa. Sed non minus debetur communio fidelium cuilibet fideli, quā beneficium clerico ſibi ab Epiſcopo collatum: ergo nec communio fidelium eſt alicui ſubtrahenda ſine culpa.

De participatione cū excommunicatis.

Sed quando dubitatur, an cauſa ſubſit, promptior debet eſſe animus boni uiri ad interpretandū in mitiorē partē, ergo ex quo dubitatur de excōicatione aliquorū, magis debet aliquis per hoc ſtare. q non ſint excommunicati. Et ita non debet eos vitare.

¶ Sed contra eſt, quòd ſi aliquis percuſſus in bello moriatur ſi ignoretur quis eū percuſſerit propter dubium quilibet qui in bello interſuit, irregularis habetur ſecundum iura ergo à ſimili videtur quòd ex quo dubium eſt de aliquibus an ſint excōmunicati, quòd propter maiorem cautelam ſint vitandi.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd dubitatio de excōmunicatione aliquorum, aut præcedit ſententiam iudicum, aut ſequitur. Si præcedit puta cum nondum eſt declaratum per iudicum conſenſum aliquos eſſe excommunicatos. non ſunt vitandi quouſque certo iudicio terminetur. In hoc enim caſu certum eſt quòd in mitiorem partem interpretari debemus. Vnde &

Deuteron.

Deutero.17. dicitur. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, venies ad ſacerdotes & ad iudicem quæreſque ab eis, & facies quodcunque dixerint. Sed ſi ambiguum oriatur poſt concordem iudicum determinationem magis ſtandum eſt ſententiæ iudicum duplici ratione. Primò quidem, quia iudices ſolicitiùs diſcutientes negotium, plenius poſſunt percipere veritatem, etiam ſi ſint minus periti quàm alii qui perfunctoriè conſtituuntur & extraordinarie. Secundò quia hoc eſſet magnum nocumentum vtilitatis communis ſtatus hominum, ſi ſententiæ non ſtaretur, ſed quilibet pro ſuo libitu vellet ſententiæ calumniam ingerere, quia ſic litigia eſſent interminabilia. & ideo in tali caſu magis eſt ſtandum ſententiæ iudicum, niſi fortè ſit per appellationem ſuſpenſa.

Ad ſecūd.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS XV.

Utrùm prælatus poſſit committere curam eccleſiæ ſuo conſanguineo idoneo.

22. q. 63. ar. 2 ad 2. 3. & ar. & ad 3. & q. 185. art. 3.

CIrca quartum ſic proceditur. Videtur, q prælatus Eccleſiæ non poſſit Eccleſiæ curam committere ſuo conſanguineo quamuis idoneo, poſt poſitō meliori. Pater enim ſuæ filiæ quærit ſponſum, quam magis poteſt idoneum, & ſponſus ſuæ ſponſæ quærit fideliſſimum cuſtodem pro poſſe. Sed maior prælatus ad Eccleſiam ſibi ſubiectam comparatur, vel ſicut pater ad filiam, vel ſicut ſponſus ad ſponſum: ergo debet ei de perſona idonea prouidere, quantum ad melius poteſt.

¶ Præt. Ioānnes Euāgeliſta maximè fuit idoneus, & tamen quia conſanguineus Chriſti erat ſecundum carnem, prætulit ei Petrum in regimine Eccleſiæ, ergo etiam prælatus ſi habeat conſanguineū æquè idoneum non debet ei prouidere in Eccleſia magis quā alii æquè idoneo. Multò ergo minùs ſi ſit minùs idoneus.

¶ Sed contra eſt, quòd ſecundum ordinem rectum charitatis homo plus debet diligere ſibi magis coniunctos. Sed his quos magis ex charitate diligimus. et

22. q. 26. ar 6. q 31. ar 3. & q. 32. ar. 9. o

magis debemus prouidere, vnde eorum meritum creſcat. Cum ergo ex bona diſpenſatione eccleſiæ creſcat meritum bene adminiſtrantis, videtur quòd prælatus magis debeat ſuis quàm extraneis prouidere. etiam ſi ſint minus idonei.

¶ Reſpondeo dicēdum, quòd aliter eſt dicendum de conſanguineo prælati æquè idoneo, & aliter de minus idoneo. Si enim ſit æquè idoneus, poteſt prælatus ſuum conſanguineum præferre, niſi fortè ex hoc ſcandalum oriatur, vel aliqui exinde malum exemplum accipiant, vt probabiliter præſumi poſſit. quòd alii prælati hoc exemplo inducantur ad dandum ſuis cōſanguineis etiam minus dignis, & hoc ideo, quia ex quo nihil deperit vtilitati eccleſiæ cum æquè idoneo prouidetur, licet circa huiuſmodi prouiſionem etiam amori naturali ſatisfacere, qui non eſt contrarius charitati, ſed magis charitate informatur. Et hoc ſignificatur Geneſ. 48. Vbi Pharao dixit ad Ioſeph de fratribus ſuis. Si noſti in eis uiros induſtrios, conſtitue eos magiſtros pecorum meorum. Si verò ſit minus idoneus conſanguineus prælati, non debet eum præficere ad curam eccleſiæ poſtpoſito meliori, dupliciratione.

art. 116. & 22. q. 63. art. 3. c. & veri. q. 2. arti. 9. ad 24.

Primò quidem quia hoc videtur eſſe contra fidelitatem, quam in bono diſpenſatore Dominus requirit. Non enim faceret fideliter negocium alienius domini qui poſſet rem eius meliorare. ſi hoc prætermitteret ut ſuis conſanguineis ſatisfaceret. Secundò quia hoc videtur ad perſonarum acceptionem pertinere, quæ conſiſtit in hoc quòd aliquis accipit pro cauſa conditionem perſonæ quæ non facit ad negocium, ſicut ſi aliquis daret ſententiam pro aliquo, quia diues eſt, & non quia iuſtitiam habet, quæ eſt conditio faciens ad negocium.

Acceptio perſonarū in quo conſiſtat. ar. 106. e.

Eſſe autem conſanguineum, non eſt aliqua conditio pertinens ad curam eccleſiæ, quæ non obtinetur iure ſanguinis, ſed diuino munere. Eſſet autem conditio faciens ad negocium circa diſpenſationem patrimonialium bonorum,

bonorum, vnde ſi epiſcopus de patrimonialib. bonis magis prouideat ſuo conſanguineo minus idoneo, non eſt acceptio perſonarum. Sed ſi ratione conſanguinitatis ei prouideat in patrimonio crucifixi, non caret vitio perſonarum acceptionis, quam Aug. dicit in eccleſiaſticis gradibus diſpenſandis, exponens illud quod habetur Iacob.2. Nolite in perſonarũ acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hiero. etiam dicit, & habetur 8.q.1. Extraneus ex alia tribu à Moyſe eligitur, vt ſignaret principatum in populo non ſanguini deferendum eſſe, ſed vitæ, ac nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, vt nõ quærant eos in eccleſia columnas eligere, quos plus cognoſcant eccleſię prodeſſe, ſed quos uel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti.

Iacobi 2.
Canon.

QVÆSTIO IX.

DEINDE quæſitum eſt de actibus, qui poſſunt ad omnes homines pertinere.

¶ Et primò de actibus pertinentibus ad vim intellectiuam.

¶ Secundò de actibus pertinentibus ad vim appetitiuam.

¶ Circa primum quæſita ſunt tria.

¶ Primò, vtrùm poſſit aliquis ſine peccato appetere ſcire ſcientias magicas.

¶ Secundò, vtrùm enunciabile quod ſemel eſt verum ſemper ſit verum.

¶ Tertiò, vtrùm magiſter determinando quæſtiones theologicas magis debeat vti rõne, vel auctoritate.

ARTICVLVS XVI.

Vtrùm homo ſine peccato poſſit appetere ſcire ſcientias magicas.

22.50.c. & 2 d.29.q.1 ad 5.art.2.

AD primũ ſic procedebatur. Videtur, quòd homo ſine peccato poſſit appetere ſcire ſcientias magicas. Non enim eſt peccatum appetere illud per quod ponitur intellectus hominis in optimo. Sed per quamlibet ſcientiam ponitur intellectus hominis in optimo, quia verum eſt bonum intellectus, vt dicitur in ſexto Ethico. Scientia autem verorum eſt. ergo hoc poteſt licitè appetere ſcire quamcunque ſcientiam, & ita ſine peccato poteſt homo appetere ſcire ſcientias magicas.

¶ Sed contra. Prohibitio non eſt niſi de illicito. Sed ſcientiæ magicę ſunt prohibitæ: ergo illicitum eſt appetere eas ſcire.

12.q.18 ar. 2.& 3.0.& 2 d. 36 ar. 5.o.
*al. bonus

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ actus humanus *poteſt dici dupliciter. Vno modo ex genere. Alio modo ex circunſtantia. Ex genere quidem dicitur eſſe actus bonus ex eo quòd actus cadit ſupra debitam materiam, debita autem materia appetitus eſt bonum, vnde appetere quodcunque bonum eſt bonum in genere, omnis autem ſcientia ſiue quæcunque cognitio bonum aliquid eſt. alioquin Deus cui nihil mali ineſt, non haberet omnem ſcientiam tam bonorum ꝙ malorum, vnde appetere quamcunque ſcientiam vel notitiam, quarumcunque rerum ſiue bonarum ſiue malarũ, eſt bonum in genere. Sed tamen ſecundum diuerſas circunſtantias additas poteſt eſſe bonum vel malum, & præcipuè hæc diuerſificantur ſecundum intẽtionem finis. Nam ſi aliquis appetat ſcire ſcientias magicas vt eis etiam vtatur, eſt malum. Si autem appetat eas ſcire vt eas confutet & reprobet, ſic eſt bonum & licitum. Similiter ẽt ex conditione perſonæ poteſt hoc diuerſificari, vel etiam ex modo appetendi. Si enim ſic aliquis appetat ſcire hmõi ſcientias ut earum notitiã præferat aliis vtiliorib. rebus, inordinatus eſt appetitus, & ſimiliter ſi ſit talis perſona ad quam non pertineat hoc ſcire, inordinatè hoc appetit.

1 p q 22. ar. 3 ad 5. & 22. q6. 167. ar. 1. o. 2r. 60. o. & ar. 105.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omnis ſcientia ponit intellectum in aliquo ſui bono, quia omne verum eſt quoddam bonum intellectus, ſed non omnis ſcientia ponit intellectum in ſui optimo, ſed illa ſola quæ eſt circa primam veritatem, nec etiam verũ eſt quòd magicæ artes ſint ſcientiæ, ſed potiùs ſunt quædam fallaciæ dæmonum.

22.q.1.ar.3. ad 1. 12.qó. 57.art.3.ad 1. & 22. q6. 95. art. 2. ad. 2.86.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ huiuſmodi artes ſunt prohibitæ quantum ad ſuum vſum. Si verò prohiberetur alicui etiam earum ſtudium propter periculum vtendi tunc eſſet malum quia prohibitum.

ARTICVLVS XVII.

Vtrùm enunciabile ſemel verum, ſit ſemper verum.

1. p q. 14. ar. 15. ad 3 & 1. di. 41. art. 5. c.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, ꝙ non oporteat enunciabile quod ſemel eſt verum ſemper futurum eſſe verum. Si enim hoc eſſet verum in aliis enunciabilibus, pari ratione hoc eſſet verum in enunciabilibus de futuro. Sed in iſtis hoc non eſt verum, quia vt dicit Philoſo. in 2. de generatione. (T.cõ.64.) Futurus quis incedere non incedet: ergo non oportet enunciabile quod ſemel eſt verum, ſemper eſſe futurum verum.

¶ Præt. ſi partes ſunt eædem, & totum eſt idẽ. Sed partes enunciabilis ſunt prædicatum & ſubiectum & compoſitio, ergo idem eſt enunciabile exiſtente eodẽ prædicato & ſubiecto & compoſitione, ſed taliter exiſtente eodem enunciabili contingit quòd ſit quandoque verum, & quandoque falſum, ſicut hoc enunciabile ſor. ſedere eſt verum eo ſedente, & falſum eo non ſedente, ſecundum illud Philoſophi in prædicamẽtis. Ex eo quòd res eſt, vel non eſt, oratio eſt vera vel falſa: ergo enunciabile quod ſemel eſt verum, non propter hoc ſemper eſt verum.

¶ Sed contra iſta enunciabilia. Sortem currere & ſortem cucurriſſe, & ſortem forte curſurum non differunt niſi ſecundum diuerſam conſignificationem temporis. Sed diuerſa ſignificatio non tollit identitatem nominis. Idem enim nomen dicitur eſſe per omnes caſus & in ſingulari & in plurali numero: ergo etiã prædicta tria enunciabilia ſunt idem enunciabile. Sed ſi unum horum ſemel ſit verum ſemper oportet, quòd aliquod eorum ſit verum, quia ſi ſemel eſt verum quòd ſortes currit, priùs erat verum quòd ſortes curret, & poſteà erit, verum quòd ſortes cucurrit: ergo ſi enunciabile aliquod ſemel eſt verum, ſemper erit verum.

3. di. 24. ar. 1 q. 2 ad 5. & verit. q. 14. ar. 12.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd huius dubitationis vis, in hoc conſiſtit vt ſciatur vtrùm ſit idem enunciabile quod eſt de præſenti prӕterito, & futuro. Si ẽnim hoc verum ſit, cõſequens erit quòd enunciabile quod ſemel eſt verum ſemper erit verum, licèt fortè hoc dubitationem aliquam habere poſſit circa enunciabilia de futuro contingenti, ſed hoc eſt altioris inquiſitionis. Si verò ſint diuerſa enunciabilia de præſenti præterito & futuro, eſt autem idem enũciabile quod eſt de præſenti qualitercunque res ſe habeat, manifeſtum eſt ꝙ idem enunciabile quandoque eſt verum, quandoque falſum, ſecundum ꝙ Philoſophus dicit in prædicamentis. Quod eadem oratio & opinio quandoque eſt vera quandoque falſa. Ad cuius euidentiã, ſciendum eſt ꝙ ſecundum Philoſophum in 1. Perihermenias, tria quædam per ordinem inueniuntur Nam voces ſunt ſigna intellectus, intellectus autẽ ſunt rerũ

Lect. 11.

ſimilitudines, manifeſtum eſt autem quòd vnitas vocis ſignificatiuæ, vel diuerſitas non dependet ex vnitate vel diuerſitate rei ſignificatæ, alioquin non eſſet aliquod nomen æquiuocum. Secundum hoc enim ſi ſint diuerſæ res eſſent diuerſa nomina & non idem nomé. Dependet ergo vnitas, vel diuerſitas vocis ſignificatiuæ ſiue complexè ſiue incomplexè ex vnitate vel diuerſitate vocis, vel intellectus, quorum vnum, ſ. vox eſt ſignum & non ſignatum tantum: intellectus autem ſignum & ſignatum, ſicut & res. Poteſt ergo nomen vel enunciabile eſſe aliud & aliud, vel propter diuerſitatem vocis tantum: ſicut eſt in ſynonimis, in quib. eſt diuerſa vox, ſed idem ſignificatum omninò vel etiam cũ diuerſitate vocis poteſt eſſe diuerſitas intellectuũ, ſiue propter diuerſitatem rei intellectæ, ſiue propter diuerſitatem modi intelligendi: & hoc contingit quãdocunque eſt diuerſitas conſignificationis, quæ conſequitur diuerſum modum intelligendi vnãm & eandẽ rẽ, & præcipuè hoc apparet in tempore, quod per ſe commiſcetur operationi intellectus humani componentis & diuidentis, vt dicitur in 3. de anima. Et ideo dicendum eſt, ꝙ non eſt idem enunciabile Sortem ſedere & ſortem ſediſſe: vel ſeſſurum eſſe: ſed Sortem ſedere eſt idem enunciabile, quia eſt eadem vox. & idẽ modus ſignificandi: & ideo patet ꝙ idem enunciabile poteſt quandoque eſſe verum quandoque falſum.

[Margin: 1. di. 41. art. 5. ad 3. — 1. p. q. 13. ar. 4. ad 1. po. p. 9. ar. 7. ad 13. — Veri. q. 1. ar. 6. c. ad 2. Ad rõnes.]

¶ Vnde duo prima concedimus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuerſitas conſignificationis tollit nominis identitatem, intantum ꝙ obliqui, ſecundum Philoſophum, non ſunt nomina: ſunt tamen vnum nomen non ſimpliciter, ſed inquantum conueniunt in vno ordine declinationis.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrùm determinationes theologicæ debeant fieri authoritate, vel ratione.

CIrca tertium ſic proceditur. Videtur quòd magiſter determinans quæſtiones theologicas magis debeat vti auctoritatibus, quam rõnib. quia in qualibet ſcientia quæſtiones optime determinantur per prima principia illius ſcientiæ. Sed prima principia ſcientiæ theologicæ ſunt articuli fidei, qui nobis per auctoritates innoteſcunt: ergo maximæ quæſtiones theologicæ ſunt determinandæ per auctoritates.

[Margin: Cõtra gentiles lib. 1 c. 3. 8. & 9.]

¶ Sed contra eſt quod dicitur ad Titum 1. vt ſit potens exhortari in doctrina ſana & contradicentes reuincere: Sed contradicentes meliùs reuincuntur rationibus quàm auctoritatibus: ergo magis oportet determinare quæſtiones per rationes, quàm per auctoritates.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd quilibet actus exequendus eſt ſecundum quòd conuenit ad ſuum finẽ, diſputatio autem ad duplicem finem poteſt ordinari. Quædam enim diſputatio ordinatur ad remouendum dubitationem an ita ſit, & in tali diſputatione theologica maximè vtendum eſt auctoritatibus quas recipiunt illi cum quibus diſputatur, putà ſi cum Iudæis diſputetur, oportet inducere auctoritates veteris Teſtamenti. Si cum Manichæis, qui vetus teſtamentum reſpuunt, oportet uti ſolùm auctoritatibus noui Teſtamenti. Si autem cum ſchiſmaticis qui recipiunt vetus & nouum teſtamentum, non autem doctrinam ſanctorum noſtrorum, ſicut ſunt Græci, oportet cum eis diſputare ex auctoritatibus noui vel veteris Teſtamenti, & illorum doctorum, quos ipſi recipiunt. Si autem nullam auctoritatem recipiunt, oportet ad eos conuincendos ad rationes naturales confugere. Quædam verò diſputatio eſt magiſtralis in ſcholis non ad remouendum errorem, ſed ad inſtruendum auditores, vt inducantur ad intellectũ veritatis quam intendit, & tunc oportet rationibus inniti inueſtigantib. veritatis radicem, & facientibus ſcire quomodo ſit verum quod dicitur, alioquin ſi nudis auctoritatib. magiſter quæſtionem determinet certificabitur quidem auditor quod ita eſt, ſed nihil ſcientiæ, vel intellectus acquiret, ſed vacuus abſcedet.

[Margin: 2. diſt. 1. q. 1. ar. 1. c. & poſt. q. 3. ar. 6. c.]

¶ Et per hæc patet reſponſio ad obiecta.

QVÆSTIO X.

DEINDE quæſitum eſt de rebus pertinentib. ad vim appetitiuam.

¶ Et primo de bonis.

¶ Secundò, de malis.

¶ Circa primum quæruntur duo de martyrio.

¶ Primò, vtrùm aliquis abſque perfecta charitate poſſit ſe ad martyrium offerre.

¶ Secundò, vtrum ſuſtinere martyrium pro Chriſto ſit in præcepto.

ARTICVLVS XIX.

Vtrùm aliquis abſque perfecta charitate ſe poſſit martyrio offerre.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd aliquis abſque perfecta charitate poſſit ſe martyrio offerre, quia ſuper illud Pſal. 118. ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topation. dicit. Gl. quòd minima charitas plus diligit Dei legem, quam milliaria auri & argenti: & eadem ratione quàm omnia temporalia. Sed id quod minus diligimus exponimus pro eo, quod magis diligimus: ergo & omnia temporalia, & etiam propriam uitam poteſt exponere pro Chriſto, qui habet minimam charitatem.

[Margin: 4. di. 49 q. 5. ar. 3. q. 2. ad 7. & 22. q. 124. a. de martyrio.]

¶ Sed contra. Si aliquis abſque perfecta charitate poteſt ſe offerre martyrio, ergo pari ratione poterit martyrium ſuſtinere abſque charitate perfecta. Sed hoc videtur eſſe falſum ſecundum illud Io. 15. Maiorẽ charitatem nemo habet quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: ergo aliquis abſque charitate perfecta non poteſt ſe ad martyrium offerre.

¶ Reſpon. dicendum in operib. virtutũ duo ſunt attendenda. ſ. id qđ fit. & modus faciendi. Cõtingit aũt idẽ factum, quod fit ſecundum aliquã perfectã virtutẽ, fieri ẽt non ſolum ab habente paruã virtutẽ: ſed ẽt à non habente virtutẽ, ſicut aliquis non habens iuſtitiã põt facere aliqđ opus iuſtum. Sed ſi attendamus ad modum faciendi, ille qui non habet virtutẽ nõ poteſt operari, ſicut ille qui habet: nec ille qui habet paruam, ſicut ille qui habet magnã, qui operatur faciliter & prõptè & delectabiliter, quod non ita facit ille qui caret virtute, vel qui paruam habet. Sic ergo dicẽdum eſt, ꝙ hoc opus qđ eſt offerre ſe martyrio, vel ẽt martyrium ſufferre põt facere nõ ſolùm charitas pfecta, ſed ẽt imperfecta, & qđ plus eſt ẽt ille qui caret charitate. ſecundum illud Apoſtoli 1. ad Cor. 13. Si tradidero corpus meũ ita ut ardeã, charitatẽ autẽ nõ habeã. &c. Sed charitas perfecta hoc facit prõptè. & delectabiliter, ſicut patet de Laurẽtio & Vincẽtio, qui in tormẽtis hilaritatẽ oſtenderunt. hoc autem non poteſt facere charitas imperfecta, vel ẽt ille qui charitate caret.

[Margin: 2. q. 2. 44. ar. 4. 5. & 8. c.]

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS XX.

Vtrùm pati martyrium propter Chriſtum ſit in præcepto.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ pati martyriũ propter Chriſtũ nõ ſit in præcepto.

Minus

12.q.124. ar.1.ad 3. & ar.3.ad 2.& 4.diſ. 49.q.5.ar. 3.q.2.

Minus enim videtur quòd homo det ſua, quàm quòd proprium corpus ponat, vt dicit Grego. in illa homi. Ego ſum paſtor bonus. Sed dimittere omnia ſua propter Chriſtum non cadit ſub præcepto, ſed ſub conſilio: ergo etiam exponere corpus ſuum martyrio non cadit ſub præcepto.

¶ Sed contra eſt, quod Aug. dicit 13. de ciui. Dei, cũ dictum eſt homini morieris ſi peccaueris, non dicitur martyri morere ne pecces. Sed illud quod oportet nos facere ne peccemus, cadit ſub præcepto: ergo mors martyrum cadit ſub præcepto.

ar.112.c.& 12.q.99 ar ti.1.5.c.& po.q. 10. ar.4 ad 8.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd aliquid cadit ſub præcepto dupliciter. Vno modo abſolutè. Alio modò ſecundum animi præparationem, quia enim præceptum importat rationem debiti, illud abſolute cadit ſub præcepto, quod eſt debitum propter aliquod præexiſtens, ſicut præceptum de honoratione parentum: vel de amando Deum. Sed quandoque contingit, quòd quod facit aliquid eſſe debitum, nondũ præceſſit, ſed poteſt occurrere. Vnde hoc cadit ſub præcepto nõ abſolutè, ſed ſecundum præparationem animi, ita ſ. vt homo habeat animum paratum ad faciendum illud, quod debitum redditur ex aliqua cauſa occurrente, & hoc modo exponit Aug. illa Domini præcepta quæ ponuntur Matth. 5. Si quis percuſſerit te in vnam maxillam, præbe ei & aliã: quia ſ. ſi opus eſſet, & hoc exigeret ſalus aliorum, homo debet eſſe paratus ad hoc faciendum, & per hunc modum ſuſtinere martyrium propter Chriſtum cadit ſub præcepto, quia ſ. homo debet habere animum paratum vt priùs permitteret ſe occidi, quam Chriſtum negaret vel mortaliter peccaret: & ſic etiã relinquere bona propria cadit ſub præcepto, quia debet eſſe paratus animus Chriſtiani magis ſuſtinere rapinam bonorum ſuorum quàm Chriſtum negare, vel mortaliter peccare.

Matth.

22. vbi ſupra.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO XI.

DEINDE quæſitum eſt de actibus malis, ſcilicet de primis motibus.

¶ Circa quos quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm primi motus ſemper ſint peccata.

¶ Secundò, vtrùm in infidelib. ſint peccata mortalia.

ARTICVLVS XXI.

Vtrùm primi motus ſemper ſint peccata.

AD PRIMVM ſic procedebatur. Videt. quòd primus motus ſemper ſit peccatum, dicit. n. Magiſter 21. diſt. ſecundi libri Sententiarum, quòd tentatio à carne non poteſt eſſe ſine peccato. Sed quandocunque eſt primus motus eſt tentatio à carne: ergo primus motus non poteſt eſſe ſine peccato.

¶ Sed contra eſt, quod ad Rom. 6. ſuper illud. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore. dicit glo. Non prohibet concupiſcentiam quæ vitari non poteſt: ſed illud quod non poteſt vitari non eſt peccatum, ergo concupiſcentia quæ eſt primus motus non eſt peccatum.

10 q. 19. ar.9.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd motus importat inclinationem quandam ad terminum, quæ quidem inclinatio pertinet ad appetitum in humanis actib. Eſt autem in homine triplex appetitus: vnus quidem naturalis, ſecũdum quòd vis appetitiua pertinet ad animam vegetabilem, ſicut & vis digeſtiua & expulſiua & retentiua. Secundus appetitus eſt ſenſualitatis, qui mouetur ſecundum apprehenſionem ſenſus. Tertius appetitus eſt voluntatis, qui mouetur ſecundum iudicium rationis. Peccatum quod habet rationẽ culpæ de quo nunc loquimur, non poteſt eſſe niſi in actu voluntario, qui ſ. eſt aliqualiter in poteſtate peccantis, actus autem appetitus naturalis non ſubiacet imperio rationis, ſicut nec actus aliarum potentiarum vegetabilis animæ, & ideo in actu talis appetitus no poteſt conſiſtere culpa, ſicut quòd homo eſuriat vel ſitiat abſque culpa eſt, & idem dicendum eſt in aliis huiuſmodi. Sed actus appetitus ſenſitiui ſubiacet imperio rationis, quia ratio præueniens ipſum poteſt eum imperare vel etiam impedire: & ideo talis motus poteſt iam habere rationem culpæ: & ſi ſequatur iudicium rationis, poterit ẽt eſſe peccatum mortale: ſicut & motus exteriorum membrorum imperati à ratione. Si autem præueniat iudicium rationis, eſt quidem peccatum: ſi tendat in aliquid illicitum quia in poteſtate hominis fuit ipſum cohibere, eſt tamen veniale peccatum & leuiſſimum, vt patet per Aug. 12. de Trin. & hoc dicitur primus motus peccati: motus autem ſuperioris appetitus, ideſt voluntatis conſequens iudicium rationis, iã poteſt eſſe peccatum mortale.

22.q.148. art 1 ad 3. 1.par.q.105 art 4 & qõ. 106.art 2. 12.q.71.ar. 5.6.c.& ad 2.

12.q.17.ar. 8.& 9.0. 2.di.21.q.1. ar. 2.ad 5. & diſt.

24.q.3.ar.2. 0. 12 q.17. ar. 7.0.

¶ Primum ergo concedimus.

2.di.24.q.2. ar.2.0.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd concupiſcentia non poteſt vitari ſic, quòd nullus concupiſcentiæ motus ſurgat: quia dum reſiſtitur vni, inſurgit alias, poſſunt tamen vitari ſinguli, & ex hoc quilibet habet aliquid de ratione peccati, licèt non habeat rationem perfecti peccati: quod eſt peccatum mortale.

Ad rõnes.

12 q 74.ar. 3.ad 2.

ARTICVLVS XXII.

Vtrùm primi motus in infidelibus ſint peccata mortalia.

12.q.80.ar. 3.ad 5. Ma.q.7.ar. 5.0.& 12.q. 89.ar.5.0.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd primi motus in infidelibus ſint peccata mortalia. Quia ſicut Anſel. dicit in lib. de gratia & lib. arb. Eos qui non ſunt in Chriſto Ieſu, ſequitur damnatio ſi ſentiunt concupiſcentiam: etiam ſi non conſentiant: ſed ſentire concupiſcentiam eſt habere primum concupiſcentiæ motum: ergo fideles qui non ſunt in Chriſto IESV peccant mortaliter, ſecundum primos motus, quia damnatio non debetur niſi peccato mortali.

¶ Præt. quilibet homo debet habere originalem iuſtitiam, ſecundum quam concupiſcentia reprimebatur: ſed contra hoc debitum eſt quilibet concupiſcentiæ motus: ergo quilibet concupiſcentiæ motus eſt peccatum mortale. Omne. n. quod eſt cõtra debitum, habet peccati mortalis rationem.

¶ Sed contra. Quantò eſt gradus altior, tantò eſt caſus grauior. Sed altior eſt gradus fidelis, quàm infidelis. Cum ergo primi motus fidelium non ſint peccata mortalia, multò minùs primi motus infidelium.

ar. 90.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd primus motus, ſicut dictum eſt, eſt motus ſenſualitatis præueniens deliberationem rationis: eadem autem natura ſenſualitatis eſt & rationis in fidelibus & in infidelibus. Ad naturam autem ſenſualitatis & rationis pertinet quòd motus ſenſualitatis, quæ eſt abſque deliberatione rationis non poſſit eſſe peccatum mortale, quia peccatum mortale eſt quod conſiſtit in auerſione à Deo, ad quem conuerti non poteſt homo niſi per rationem: & per conſequens auerſio à Deo qui conſtituit peccatum mortale, non poteſt eſſe niſi in ratione, vt patet per Auguſt. 12. de Trini. & ideo dicendum eſt quòd primi motus infidelium non ſunt peccata mortalia, ſed venialia.

12.q.15.ar. 1 & 4. 22.qõ.198. art.2.ad 3. & verita.q. 26.ar.6.ad 16.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd dictum Anſelmi

dependet ex verbo Apoſtoli, qui concludit ad Ro. 8. quòd nihil eſt damnationis his qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant. Videtur ergo quòd his qui non ſunt in Chriſto Ieſu ſit aliquid damnationis, etiam ſi non ſecundum carnem ambulent motibus carnis conſentiẽtes: alioquin nihil plus haberent hi qui ſunt in Chriſto Ieſu quam alii. eſt ergo aliquid damnationis his qui non ſunt in Chriſto Ieſu, ſi ſentiant motus carnis, quamuis non conſentiant: quod quidem qualiter ſit intelligendum, ex proceſſu apoſtoli apparet: præmiſerat enim reparationẽ gratiæ inchoatam eſſe in his qui ſunt in Chriſto Ieſu quantum ad mentem, licet non quantum ad carnem. Præmiſerat enim. Ego ipſe mente quidem ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati. ſ. propter legem fomitis: qui adhuc manet in corporis membris. Ne ergo hi qui ſunt in Chriſto Ieſu viderentur adhuc priſtinę damnationi ſubiacere propter fomitis motus, concludit apoſtolus quòd nihil eſt damnationis his qui ſunt in Chriſto Ieſu: ſi non ſecundum carnem ambulant: quia damnatio originalis peccati ſoluta eſt per gratiam Chriſti, quamuis actu remaneat fomes peccati: damnationem verò actualis peccati non incurrunt: quia non ambulant ſecundum carnem. In infidelibus verò manet peccatum originale non ſolum actu, ſed & reatu: ideo eſt in eis aliquid damnationis ex parte originalis peccati, non aũt ex parte actualis, ſi concupiſcentiis non conſentiant. Ex hoc ergo non ſequitur ꝙ in infidelibus primus motus inducat damnationẽ peccati mortalis. ſed ſequitur ꝙ habeat annexam dãnationem originalis peccati.

12.q.74.ar. 3 ad 2. & q. 81. ar. 3. ad 2. ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ debitum originalis iuſtitiæ pertinet ad ipſam perſonam infidelem ratione humanę naturæ, quam a primo parente traxit. cui collata eſt originalis iuſtitia: & ideo ad quod pertinet ad defectum originalis iuſtitiæ pertinet ad peccatum naturæ, ſ. ad peccatum originale, non autem ad peccatum actuale, quale eſt peccatum mortale.

QVÆSTIO XII.

ARTICVLVS XXIII.

Vtrùm pueri non exercitati in præceptis debeant recipi in religione.

22. q. 189. ar. 1. 0. & 2. 9. & q. 100. arti. 3. ad 4. & ad 17. huius. QVæſtio eſt, vtrùm pueri non exercitati in præceptis, ſint recipiendi vel obligandi voto vel iuramento, vel beneficiis alliciendi ad ingreſſum religionis: Et videtur ꝙ non. Perfectio enim conſiliorum, ad quam ordinãtur religiones, à Chriſto exordium ſumpſit. Sed Chriſtus primò conſilium perfectionis dedit adoleſcenti qui præcepta ſeruauerat: vt patet Mat. 19. ergo ſoli illi qui ſunt exercitati in præceptis, ſunt ad religionem obligandi vel recipiendi.

¶ 2 Præt. Greg. dicit ſuper Ezech. Nemo repentè fit ſummus. Sed in bona conuerſatione à minimis quis inchoat, vt ad magna perueniat. Sed magna ſunt cõſilia quæ pertinent ad perfectionem vitæ: minora autẽ ſunt præcepta quæ pertinent ad omnem iuſtitiam: ergo priùs debent pueri exercitati in præceptis, quàm ad conſilia inducantur.

¶ 3 Præt. Exo. 21. dicitur. Si quis aperuerit ciſternã, decideritque bos vel aſinus in eam, dominus ciſternæ reddet precium iumentorum. Sed ille qui aliquẽ puerum nondum in præceptis exercitatum ad religionem inducit quodammodo aperit ei ciſternã: quia plerique tales religionem ingredientes egrediuntur, & in deſperationem incidunt quaſi in quandam ſpiritualem ciſternam: ergo videtur quòd illi qui eum inducit hoc imputetur ad peccatum.

¶ 4 Præt. illud quod eſt expediens communi vtilitati, non eſt tollendum. Sed expedit communi utilitati, quòd homines propria libertate vtantur ad bonum faciendum: ergo non eſt aliquibus auferenda talis libertas per obligationem voti, vel iuramenti.

¶ 5 Præt. Beatus Benedictus monachorum inſtitutor almificus in ſua regula ſtatuit quòd venientib. ad religionem, non ſit facilis præbendus ingreſſus, ſed probandum ſit an ſpiritus à Deo ſit, ergo multò minùs ſunt aliqui muneribus vel beneficiis alliciendi.

¶ 6 Præt. Greg. dicit & habetur in decretis diſtinctione 48. Scimus quòd ædificati parietes non priùs tignorum pondus accipiunt, niſi natiuitatis ſuæ humore ſiccentur. ne ſi ante pondera quam ſolidentur accipiant cunctam ſimul ad terram fabricam deponant. Sed pueri qui nondum ſunt exercitati in præceptis, ſunt quaſi parietes nondum deſiccati: ergo non ſunt eis imponenda tigna, id eſt grauia religionis inſtituta.

¶ 7 Præt. ſtatus religionis, eſt ſtatus pœnitentię. Sed pueri excipiuntur ab omni pœnitentiæ coertione: vt habetur in decretis de pœnitentia. diſ. 4. ergo non ſunt ad religionem inducendi.

¶ 8 Præt. ſicut dicitur. 20. q. 3. Quod quis non optat nec eligit profectò non diligit: quod autem non diligit facilè contemnit. Sed pueri antequam ſint exercitati, non habent firmam electionem: ergo nec firmam dilectionem facilè ergo religionem contemnent ſi in tali ætate ad religionem inducantur.

¶ 9 Præt. Prouer. 14. dicitur, Subſtantia feſtinata minuetur: ſed videtur eſſe nimia feſtinantia ꝙ aliquis ad conſilia conuolet nondum in præceptis exercitatus: ergo videtur quòd bonorum ſpiritualium ſubſtantia de facili minuatur: ergo non ſunt ad religionem inducendi.

¶ 10 Præt. non minor cura eſt adhibenda in ingreſſu religionis, quàm in ſuſceptione ordinis. Sed in ordinibus prohibentur ad maiores accedere, qui minores non acceperunt: ergo etiam nec debet aliquis ad obſeruantiam conſiliorum religionem tranſire: niſi priùs præceptis obſeruatis.

¶ 11 Præt. Duo ſunt homini neceſſaria, ſ. intelligere verum & operari bonum: ſed intelligendo verum ſtultus reputaretur, qui priùs ad difficiliora ſe transferret, quam leuiora intelligeret: ergo ſtultum eſt in comparatione boni, quòd aliquis priùs tranſeat ad conſilia, quàm in pręceptis exerceatur.

¶ 12 Præt. Cuilibet in religione exiſtẽti cõuenit curã agere aliorũ vel ſaltẽ ſuiipſius: ſed in his qui eliguntur ad aliquam curam Eccleſiaſticã, oportet eligere meliores: ergo oportet eos qui ad religionem admittũtur eligere meliores, hi aũt ſunt qui ſunt exercitati in præceptis: ergo tales ſunt ad religionem inducendi.

¶ 13 Præt. Illud quod eſt in ſe bonum, ſi ex eo ſumatur peccati occaſio, eſt abiiciendũ: ſicut ſerpens ęneus quem Moyſes fecerat ex mandato Domini ad ſanandum filios Iſrael, vt habetur Numeri. 21. Ezechias cõbuſſit, quia ex eo ſumebatur idolatriæ occaſio: ſimiliter etiam quamuis benedictio ſit ſecundum ſe bona, tamen reprehenditur ſi minor præſente maiore benedicit, cum ergo aliqui inexercitati in præceptis ſumãt occaſionem peccati ex ingreſſu religionis ab ea recedentes, quamuis religio ſit ſecundum ſe bona: tamen videtur quòd inexercitatos ad religionem inducere ſit vitandum.

¶ 14 Præt. Greg. dicit, & habetur in decretis diſtinctione 48. Caſum appetit, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradib. per abrupta quærit aſcenſum: ſed procedere ad conſilia non obſeruatis præceptis eſt poſtponere gradum: ergo videtur quòd hoc ſit caſum

quærere,

quæ tere,& ita ad hoc non ſunt aliqui inducendi.

¶ 15 Præterea. Damaſ.dicit in 2. lib. quòd non eſt inutile inexpertum exiſtentem & improbatum incorruptione frui,vt non in ſuperbiam incidat & iudiciū diaboli : ergo pari ratione non eſt inutile improbatos & inexpertos in præceptis ad ſtatum contemplationis aſſumi,ad quem religio ordinatur.

¶ 16 Præterea. Greg.dicit in 6.Moral. poſt Lyæ amplexus , ad Rachelem Iacob peruenit : quia perfectus quiſque antè actiuæ vitæ ad fœcūditatem iūgitur:& poſt cotemplatiuæ ad requiem copulatur. Sed actiua vita conſiſtit in obſeruantia præceprorum: ſtatus autem religionis pertinet ad vitam contemplatiuam. ergo non ſunt aliqui ad religionem inducendi,antequā ſint in præceptis exercitati.

¶ 17 Præterea. Nulla promiſsio eſt facienda , cuius ſolutio non eſt licita. Sed ſoluere aliquid alicui pro ingreſſu religionis non eſt licitum,vnde dicitur.1.q.2.c. quāmpio. Nunquam legimus Domini diſcipulos, vel eorum miniſterio conuerſos quempiam ad Dei cultū aliquo muneris interuentu prouocaſſe: ergo non ſunt aliqui promiſsionibus ad religionem alliciendi.

¶ 18 Præterea. Nullus qui non eſt exercitatus in armis,ſecundum leges eſt admittēdus ad militiam corporalem . Sed religio eſt ſtatus militiæ ſpiritualis : ergo non ſunt aliqui recipiēdi ad religionem:niſi priùs exercitati in præceptis quaſi in quibuſdam ſpiritualibus armis.

¶ 19 Prętereà. Qui non poteſt ſe obligare ad minus, non poteſt ſe obligare ad maius niſi ſit neceſſarium. Sed puer ante decimumquartum annum non poteſt ſe obligare ad matrimoniū quod minus eſt:ergo multò minus ad religionem.

¶ 20 Prętereà,legitur Marci 5.quòd Dominus dęmoniacum curatum non permiſit ſecum intrare nauim: quæ ſignificat crucem & religionem , per dęmoniacū autem curatum ſignantur homines à peccatis conuerſi:ergo non ſunt ad religionem accipiendi peccatores ſtatim conuerſi antequàm in præceptis exercitentur.

¶ 21 Præterea,bonorum operum fructus habere debemus,quando de Aegypto eximus, vt dicit quædam Gl.Exo. 12. Sed exire de Aegypto , eſt exire de mundo religionem intrando , ergo illi qui volunt religionem intrare debent priùs fructum bonorum operum habere per obſeruantiam præceptorum.

¶ 22 Præterea,Aug.dicit in lib.de ſermone Domini in monte,quòd omnis præſumptio eſt coercenda, ſed magna præſumptio videtur eſſe quòd aliquis velit aſcendere ad arcem conſiliorum , nondum obſeruatis præceptis,ergo tales ſunt coercendi, & non alliciendi ad religionis ingreſſum.

23 Prętereà. Aug.dicit in eodem lib.quòd maiora maioribus:& minora minoribus ſunt exibenda. Sed conſilia ſunt maiora:ergo non ſunt pueris inexercitatis exhibenda, & ita pueri nondum exercitati in præceptis non ſunt ad religionem trahendi.

¶ Sed contra eſt quod dicitur 20. q. 2. Si in qualibet & infra. Parentibus ſanè filios ſuos ad religionem tradere non ampliùs quàm vltra decimumquartum annū ætatis ſuæ licētia eſſe poterit. Poſteà verò aut cum voluntate parentum eorum : aut ſi ſuæ deuotionis ſit ſolitarium votum:erit filiis licitum religionis aſſumere cultum. Sed poſt quartumdecimum annum non ſtatim ſunt homines in pręceptis exercitati:ergo poſſunt religionem ingredi pueri antequam ſint in præceptis exercitati.

¶ 2 Prętereà. maius eſt quòd aliquis aſſumatur ad regimen ſui & aliorum,quàm quod recipiatur in religione in qua ſub regimine alterius viuit. Sed Salomon adhuc puer exiſtens aſſumptus eſt ad regnum† ſui & aliorū. Vnde dicitur 1.Paralip. 29. Locutus eſt Dauid Rex ad omnem Eccleſiam . Salomonem filium meum elegit Deus adhuc puerum & tenellum : ergo multò magis poſſunt pueri non exercitati in præceptis ad religionem recipi.vel induci.

† Aliàs, regimen.

Salomone puer ad regnum eſt aſſumptus

¶ 3 Prætereà . Illud votum non eſt illicitum , ex quo non redduntur aliqui rei ſi ſoluant,ſed ſicut dicit Ambroſius illæ quæ in puerilibus annis continentiam vouerunt , non conſtituuntur reæ ſi votum exoluant:ergo quod aliqui voto aſtringantur ad religionē in puerilibus annis non eſt illicitum. Ambro.

¶ 4 Prætereà , nihil eſt illicitum per quod aliquis à bono non retrahitur. Sed qui prouocatur ad meliora non retrahitur à bono : ergo cùm ſtatus religionis ſit melior quo obſeruantur conſilia,quam ſtatus vitæ ſecularis in quo ſimpliciter obſeruantur præcepta:videtur quòd non ſit illicitum inducere pueros ad religionem voto,vel iuramento: aut etiam beneficio antequā in præceptis ſint exercitati.

¶ 5 Prætereà,20.q.1.dicitur. Firma tunc erit virginitis profeſsio , ex quo adulta iam ætas eſſe cœperit , & quæ ſolet apta nuptiis deputari: ſed non ſtatim in hac ætate viri vel mulieres ſunt in præceptis exercitati,ergo antequàm aliqui in præceptis exercitentur , licitè poſſunt religioni aſtringi voto,vel iuramento. Canon.

¶ 6 Prætereà.ſi talis obligatio eſſet illicita , ſcilicet qua pueri non exercitati in præceptis voto vel iuramēto ad religionem obligantur , aut hoc eſſet quia eſt ſecundum ſe mala:aut quia eſt prohibita: ſed non eſt ſecundum ſe mala: quia ſic executio ſine adimpletio promiſsionis eſſet peior & perſeuerantia peſsima . Cuius contrarium videmus:quia adimplentes ea quæ promiſerant in puerilibus annis, & in promiſsis perſeuerantes maximè commendantur. Similiter etiam non eſt illicita talis obligatio,quia prohibita. Non enim prohibetur lege veteri. Dicitur enim Numeri trigeſimo. Mulier ſi quippiam vouerit & ſe conſtrinxerit iuramēto, quæ in domo patris ſui & in ætate adhuc puellari : ſi cognouerit pater votum quod pollicita eſt,& iuramētum quo obligauit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit,& quicquid pollicita eſt,& iurauit, opere complebit:ſin autem vt audierit contradixerit pater , & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni.eo quod contradixerit pater. Similiter etiā non eſt prohibitum in iure canonico : quia in decreto Leonis Papæ,hæc eadem auctoritas inducitur. Similiter etiam non eſt prohibitum lege Euangelij quæ maximè inducit homines à recedendo à mundo,& ad ſequendum perfectionis opera: ergo licitum eſt obligare voto, vel iuramento pueros nondum exercitatos in præceptis ad religionem.

Nume. 30

Leo Papa

¶ Reſpondeo dicendum, quòd hoc quod pro quæſtione hic inducitur dubitationem non habet : niſi quòd quidam contentioni ſtudentes veritatem obnubilare conantur. Vnde hic locum habent verba quæ Auguſtinus dicit in ſecundo de ciuitate Dei. Quoniam ille eſt maior & deterior inſipientium morbus animarū,quo inſtabiles † motus ſuos etiam poſt rationē plenè redditam,ſiue nimia cęcitate: qua nec aperta cernuntur, ſiue obſtinatiſsima peruicacia : qua & ea quæ cernuntur non ferunt , tanquam ipſam rationem veritatemque defendunt ſit neceſsitas copioſiùs dicendi plerūque res claras velut eas non ſolum ſpectantibus intuēdas:ſed quodammodò tangendo palpantibus offeramus:& tamen quis diſceptandi finis erit ſi reſpondendum eſſe ipſis reſpondentibus nos æſtimemus Nam qui vel nō poſſunt intelligere quòd vel tam duri ſunt peruerſitate mentis, vt etiam ſi intellexerint non obediant & reſpondentes loquuntur iniquitatem atque infatigabiliter vani ſunt : quorum dicta contraria . ſi totiens velimus refellere quotiens obnixa fronte ſtatuerint , non cogitare quid dicant : dum quocunque

Augu.

† Aliàs irrationabiles.

modo

modo noſtris diſputationibus contradicant quàm ſit infinitum & grumnoſum & infructuoſum vides. Erit ergo hic modus ſeruandus, vt veritas manifeſtè & quaſi palpabiliter oſtendatur, & ſi qua in contrarium dicta fuerint quæ aliud pondus non habeant contemnantur: ne ſemper oporteat inutiliter eadem replicare. Sed ſi quis contrarium dicere voluerit, ſcribat quod dicit: vt alij intelligentes diiudicare poſſint aut doceat veritatem.

¶ Primò ergo circa propoſitam quæſtionem vt ſingula diſcutiamus, conſiderandum eſt pueros etiam infra annos pubertatis in religionem recipi non eſt ſecundum ſe malum: imò, eſt expediens & fructuoſum: quia Prouer 22 illud quod à pueritia aſſueſcimus, ſemper perfectiùs & firmius tenemus, ſecundum illud Prouer. 22. Adoleſcens iuxta viam ſuam graditur, & etiam cum ſenuerit non recedet ab ea: & ideò Apoſtoli inſtituerunt: vt pueri etiam infantes ad Chriſtianam religionem reciperent: vt in ea nutriti, firmius & perfectiùs ei inhærerent. B.Dioni. Et hoc eſt quod Dio. dicit in vltimo. capit. eccleſiaſt. Hierar. Secùdum legem ſanctam confirmati infantes ad habitum ſanctum habebunt conſuetudinem ab omni remoti errore & immundæ vitæ expertes, hoc diuinis noſtris ducibus, id eſt Apoſtolis ad mentem venit. & viſum eſt ſuſcipere infantes. Multò autem magis excedit Chriſtiana infidelium vitã quàm vita religioſorum vitam ſecularium. præſertim cùm in primitiua eccleſia omnium chriſtianorum erat perfectiſſimus religionis ſtatus, Actuú.4. ſecundum illud Actuum quarto. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna: nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia, ad cuius vitæ exemplar, omnes religiones ſunt inſtitutæ. Et ideò religionum inſtitutores ex eadẽ cauſa qua Apoſtoli moti ſunt ad recipiendum infantes in religione, vt patet de beato Benedicto, qui vt in 2. dialogorum legitur, recipit nutriendum in religione Maurum duodemnẽ, & Placidum ſeptennem. Eſt tamen quædam differentia circa hoc attendenda. Nam pueri ante annos pubertatis ex naturali iure ſunt ſub cura parentum propter hoc quod patiuntur diſcretionis defectum, ſecundum quem poſſint bene regere ſeipſos, ideò in hac ætate poſſunt quidem religioni tradi, ſi à parentibus offerantur, & erit rata traditio, præcipuè ſi cum ad annos pubertatis peruenerint ratam habuerint paternã oblationem, Canon. vnde Gregorius dicit & habetur 20. q. 1. addidiſti. Si pater vel mater filiũ filiàmve intra ſepta monaſterij in infantiæ annis ſub regulari tradiderint diſciplina, vtrùm liceat eis poſtquam pubertatis impleuerint annos, egredi, & matrimonio copulari, hoc omnino deuitamus, quia nefas eſt vt oblatis à parentibus Deo filiis voluntatis fręna relaxentur. ar. 4. c. 6. et 22. q 189 art 5. Si autem in hac ætate propria ſpontè ſe religioni tradiderint, poteſt hoc per aſſenſum vel diſſimulationem parentum Canon. ratum eſſe, vnde dicitur 20. q. 2. Si in qualibet minori ætate vel religionis tonſuram, vel religioni veſtem debitam, in vtroque ſexu filiis, aut vnus aut ambo parentes dederint, aut fortè vel nolentibus vel neſciẽtibus, ſcilicet parentibus à ſe ſuſceptam, non mox viſam in filiis abdicauerint, ſed vel coram ſe, vel Epiſcopo palàm que in conuẽtu eodem filios talia habere permiſerint: ad ſæcularem reuerti habitum filiis ipſis quandoque penitus no licebit. Si verò pueri annos pubertatis trãſcenderint, poſſunt etiam inuitis parentibus ad religionem tranſire, nec ſunt repellendi, imò magis aduocandi. Vt enim Gregorius dicit in quadam homilia. Ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adoleſcentia, alius in iuuentute, alius in ſenectute, alius in decrepita ætate perducitur. Et cùm in nulla ætate ſint repellendi, minus tamen ſunt repellendi In pueritia. Dicit enim Chryſoſtomus ſuper Matthæum. Quis meretur appropinquare Chriſto, ſi repelleretur ab eo ſimplex infantia? nam ſi ſancti futuri ſunt, quid vetatis filios ad patrem venire? Si autem peccatores futuri ſunt, vt quid ſententiam cõdemnationis profertis, antequàm culpam videatis. quam quidem damnationis ſententiam proferunt aliqui, cùm dicunt, non ſunt recipiendi pueri ad religionem, quia exibunt & peiores efficientur. Sed quod addunt quidam, quòd oportet pueros prius exercitari in præceptis & poſteà tranſire ad conſilia obſeruanda in religione, ex falſo intellectu pcedit. Arbitrantur enim quòd pręcepta præparent viã ad conſilia. Non eſt autem ſic, imò potiùs conſilia parant viam ad præcepta ſeruanda, quia per conſilia re- ar. 93. art. 112 & 22. q. 189. ar. 3. ad 5. & opus 17. c a. 67. 21. mouetur homo à rebus ſæculi, circa quas occupatus, difficile eſt quòd innocentiam ſeruet. Vnde Hylarius dicit ſuper Matthæum. Graue onus innocentia ſubit incrementis opum occupata. Rem enim ſolius famulatus Dei non ſine ſæculi vitiis aſſequetur. Et ideò Do- Matth 19 minus dicit Matthæi décimonono. Quòd difficile eſt qui pecunias habent intrare in regnum cęlorum, quia difficile eſt quòd homo præcepta ſeruet. quibus intratur in regnum, niſi ſequens conſilia diuitias relinquat: & ideò pueri ad hoc quòd innocentiam ſeruare poſſint in obſeruantia mandatorum ſunt præparandi, & quodammodò præmuniendi in exercitio conſiliorũ, nec ſunt repellendi, quamuis inerudiri videantur in præceptis. Origenes Dicit enim Origenes ſuper Matthęum. Quidam puerilem ſermonem habentes offerunt ſaluatori pueros & infantes. Qui autem videntur perfectiores, priuſquam diſcant ad rationem iuſtitiæ, reprehendũt eos qui pueros & infantea adhuc minùs eruditos offerũt Chriſto. Dominus autem hortatur diſcipulos ſuos condeſcendere vtilitatibus puerorum, Hoc ergo debemus attendere, ne æſtimatione ſapientiæ excellentioris contemnamus, quaſi magni puſillos eccleſiæ prohibẽtes pueros venire ad Ieſum. Sed quod vlterius quæritur an ante religionis ingreſſum, ſint voto vel iuramento ad religionem obligãdi, manifeſtè patet quòd ſic. Sicut enim in malo quantò voluntas eſt magis affir- artic. 49. mata ad malum, tantò peior eſt, ſicut in obſtinatis patet, & qui ex malitia peccant, ita etiam in bonis tantò voluntas maior eſt, quantò eſt magis firmata & aſtricta ad bonum. Cùm ergo bonum ſit quòd pueri ad religionem veniant, multo melius eſt quòd eorum volũtas ſit ad hoc firmata, quod fit voto vel iuramento, vnde & Dauid dicebat. Iuraui. & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. & Auguſtinus dicit in epiſtola ad Paulinam & Armentarium. Fœlix neceſſitas, quæ ad meliora compellit. ad 17. hoius & 22. q. 189. art. 9. ca. & q. 100. art. 3. ad 4. Vltimò autem conſideraodum reſtat, an ſint beneficiis alliciendi, & ſi quidem cõnuentione vel pacto precium alicui detur, vel quodcunque terrenũ beneficium vt religionem intret, hoc eſt illicitũ. Si autem aliquis ei aliqua beneficia temporalia conferat, vt auferat impedimenta, quib. impeditur à religionis ingreſſu. vel etiam vt eum nutriat vel doceri faciat, ad hoc quod ſit religioni aptus, hoc non eſt illicitum, ſed eſt laudabile. Similiter ſi beneficiis temporalibus aliquis aliquem alliciat, vt eum fauorabilem ſibi reddat, B. Paulus. non intendens gloriam propriam, ſed gloriam Dei, & proximi ſalutem, laudabile eſt, ſicut & Apoſtolus de ſe ipſo dicit primæ Corinthiorum decimo. Per omnia omnibus placeo. Deus etiam aliquos temporalibus beneficiis allicit ad bene agendum. In eccleſiis etiam quibuſdam temporalium diſtributionibus alliciuntur aliqui ad eccleſiæ deſeruiendum, non quòd præmium accipiant, ſed ſunt quædam ſecundariò allectiua ad ſeruiendum Deo, ſicut & Dominus dicit Matthæi. ſexto. Primò quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia, ſcilicet neceſſaria vitæ, adiicientur vobis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut Chriſtus

ad con-

art. 189. & 22. q. 100. art. 2. c. & ad 3. Matth. 9. 184. a.

ad conſilia inuitauit adoleſcentem in præceptis exercitatum, ita etiam vocauit Matthæum publicanum non exercitatum in præceptis, ſed peccatis implicatũ, ex quo accipere poſſumus, quòd ad conſilia obſeruanda in religione aduocandi ſunt non ſolum exercitati in præceptis, ſed etiam non exercitati.

ad 2. artic. 184. ad 1.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd diuerſitas graduum dupliciter attendi poteſt. Vno modo in diuerſis ſtatibus ſeu conditionibus, & ſic non oportet qui tendit ad maiorem ſtatum vel conditionem, quòd prius exerceatur in minori ſtatu vel conditione, ſicut videmus, quòd illi qui volunt fieri milites, non priùs exercitantur in lanificio, ſed à pueritia exercentur in militia. Similiter qui volunt fieri clerici, non prius exercẽtur in vita laicali, ſed à pueritia inſtituuntur in vita clericali. & hoc modo qui volunt religioſi fieri, non oportet quòd priùs exerceantur in vita ſeculari, ſed optimum eſt eis ſi à pueritia exerceantur in vita religionis, quia magis poterunt in ea proficere. Vnde dicitur Threnorum tertio. Bonũ eſt viro cùm portauerit iugum Domini ab adoleſcẽtia ſua. Alio modo poſſunt accipi diuerſi gradus in eodem ſtatu, vel conditione, & hoc modo dicit Gregorius, quòd in qualibet bona conuerſatione incipiendum eſt à minoribus, vt ad maiora perueniatur. Sicut enim milites à rudimentis militiæ, & clerici à rudimentis clericaturæ, ita etiam & religioſi incipiunt à rudimentis religionis: vt proficiant vſque ad ſummum.

22. q. 43. art. 1. ad 4. & art 2. c & 4. d. 38. q. 2. art. 1. ad 1 & q. 2. ad 4.

¶ Ad tertium dicendum, quòd duplex eſt occaſio, ſcilicet data & ſumpta. Tunc quidem dat aliquis occaſionem alicui ruendi, vel in ciſternam cadendi, quando facit aliquid, vel dicit minus rectum. ex quo datur proximo occaſio ruinæ, & tunc ruina proximi imputatur danti occaſionem. Aliquando autem non eſt occaſio data, ſed ſumpta, puta cum aliquis inducit aliquẽ ad bonum: & ipſe ex hoc fit deterior: non eſt relinquẽda monitio bona, propter hoc quòd ille ſumit inde occaſionem ruinæ. Vnde & Dominus non dimiſit prædicationem veritatis, propter ſcandalum Phariſæorum, vt habetur Matthæi decimoquinto. Et Auguſtinus dicit in Epiſtola ad Bonifacium: & habetur vigeſimatertia quæſtione quarta. Ipſa pietas. & infra. Quod ſi plurimi eſſent in domo ruitura, & inde ſaltem vnus liberari poſſet: atque id quia facere conaremur, alij ſemet ipſos præcipitio necarent, doleremus de cæteris, verũ de vnius ſaltem ſalute conſolaremur.

Canon.

1 p. q. 82. art. 1. c. ad 1. & 22. q. 4. 4. art. 1. ad 2. & 31. 49 huius.

¶ Ad quartum dicendum, quòd libertas neceſſitati coactionis opponitur, quę eſt neceſſitas abſoluta: & talis neceſſitas eſt cohibenda. Sed neceſſitas quæ eſt ex ſuppoſitione finis nõ opponitur libertati: & tali neceſſitate expedit vti ad communem vtilitatem, alioqn nec pacta promiſſionibus firmata, nec iuramenta in rebus humanis fieri deberent. Multò autem magis per huiuſmodi expedit homines obligari ad diuina, quæ ſunt meliora.

¶ Ad quintum dicendum, quòd difficultas ingreſſus obſeruatur in religionibus, per hoc quòd datur intrantibus annus probationis: in quo difficultates religionis experiuntur.

No. bene.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd parieti nondum deſiccato non eſt onus tignorum imponendum, tamen non prohibetur quin ſit paries deſiccandus. Deſiccatur autem paries à prauo humore ſeculari affectus per religionem, & ideò contingit quòd priùs exercitẽtur aliqui in religione, quàm eis onus prælationis aut ſacrorum ordinum imponatur, & de hoc onere loquitur Gregorius, vt patet per ea quæ præcedunt in illo capitulo & in ſecunda homilia in Ezech.

Gregorius

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd ſtatus religionis eſt ſtatus pœnitentiæ: & eſt exercitium ſiue ſchola perfectionis. vnde ad religionem recipiendi ſunt peccatores propter pœnitentiam: & recipiendi ſunt pueri innocentes quaſi in ſchola quadam perfectionis: vt perfectius innocentiam conſeruent.

¶ Ad octauum dicendum, quòd ſi omninò inuiti pueri in religionem inducerentur: timendum eſſet de caſu futuro. ſed ex quo propria voluntate ſe obligant ac religionem ingrediuntur, non habet locum ratio inducta.

¶ Ad nonum dicẽdum, quòd ſicut magnum & paruum multum & paucum, ſecundum Philoſophum, dicuntur relatiuè. ita & feſtinatum ſiue velox & tardum Nam feſtinatum ſiue velox eſt quod in paruo tempore multùm mouetur. Illa ergo ſubitatia minuitur quæ eſt feſtinata in reſpectu ad debitum modum, puta ſi aliquis aliquem ſtatum aggreſſus ſtatim à principio cõtemptis rudimentis illius ſtatus ea quæ ſunt perfectorum in ſtatu illo attentare vellet. Non eſt autem ſubitãtia feſtinata, ſi exercitium perfectionis, & quaſi quandam ſcholam, quæ eſt religio, à pueritia aliquis aggrediatur. ſtatum eſt enim culmen perfectionis, vt etiam ſi à pueritia quis huiuſmodi perfectionem aggrediatur, ſemper habet vbi proficiat, ſicut & Auguſtinus dicit ad Voluſianum de doctrina Chriſtiana. Tanta eſt inquit Chriſtianorũ profunditas literarum, vt in eis quotidiè proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia vſque ad decrepitam ſenectutem ſummo ſtudio meliore ingenio conarer addiſcere.

velox quid ſit.

Auguſti.

¶ Ad decimum dicendum, quòd diuerſi ordines ſunt quaſi diuerſi gradus vnius clericalis vitæ, & ideò oportet vt à minoribus incipiat qui ad maiores tendit. Non autem oportet quòd qui tendit ad ſacros ordines, quòd exerciteatur in his quæ pertinent ad inferiorem ſtatum laicalis ſcilicet vitæ. & ſimiliter in vita religionis oportet quòd à rudimentis eius incipiat. religionẽ qui ingreditur, vt ad ſummũ apicem religionis pertingere poſſit: non tamen oportet eum prius eſſe exercitatum in ſeculari vita.

¶ Ad vndecimum dicendum, quòd in intelligibilibus etiam oportet quòd aliquis à minoribus in eadẽ ſcientia incipiat, vt ad maiora perueniat: non tamen oportet quòd quicunque vult addiſcere aliquam ſciẽtiam maiorem, quòd exercitetur in qualibet minori, ſicut qui volũt addiſcere liberales artes, non oportet quòd priùs exercitentur in mechanicis: ſed ſolùm hoc oportet quando minor ſcientia parat viam ad maiorem. Vita autem ſecularis nõ parat viam ad religionem: ſed magis ab ea abducit, vnde Gregorius dicit in principio Moralium. Cùm adhuc me cogeret animus præſenti mundo quaſi ſpecie tenus deſeruire cœperũt multa ex eiuſdem mundi cura ſuccreſcere, vt in eorũ iam non ſpecie, ſed quod eſt grauius mente retinerer. è conuerſo autem obſeruantia conſiliorum parat viã ad tutiùs & perfectiùs præcepta diuina obſeruanda: quæ neceſſe eſt in ſeculari vita obſeruari.

Gregorii.

¶ Ad duodecimum dicendũ, quòd ratio illa in multis deficit, primò quidem quia ille qui religionem intrat, non ad hoc eligitur, vt ſui vel alterius curam gerat magis quàm antè: ſed magis vt ſit ſub cura & obedientia alterius. Secũdò, quia hoc non conceditur ab omnib. quòd neceſſe ſit eligere meliorem ad regimen prælationis: ſed ſecundùm quoſdã ſufficit eligere bonum. Tertiò, quia ſi oportet eligere meliorem ad prælationem non quidem oportet ſimiliter meliorem eligere: ſed meliorem. id eſt magis idoneum ad hoc, pueri autem etiam non ſint meliores ſimpliciter quã adulti: ſunt tamen magis idonei ad hoc, vt in religione nutriantur, vnde Anſelmus in libro de ſimilitudinibus comparat eos qui à pueritia nutriuntur in religione Angelis, alios autem hominibus: quia Angeli à principio, homines proceſſu temporis ad vitam æternã perueniunt. Quartò, quia ad Epiſcopatum non eligitur

art. 130. c. & ar. 26 q. & 22. q. 63 ar. 3. c.

niſi

præcepta qui non obſeruant conſilia, ergo conſilia nõ ordinantur ad præcepta ſicut ad finem.

Auguſtin. ¶ 3 Præterea, Auguſtinus dicit in libro de ſancta virginitate. Mirabiliter deſipiunt qui propter præſens ſęculum virginitatem eſſe ſolùm obſeruãdam ſentiunt. Sed obſeruatio præceptorum pertinet ad præſens ſęculum. Ergo conſilium virginitatis non eſt implendum propter præcepta, & eadem ratio eſt de aliis cõſiliis.

¶ 5 Præterea, præcepta pertinere videntur ad vitã actiuam, conſilia autem ad vitam contemplatiuã. Vnde Matthæi decimonono, vbi enumerantur præcepta legis, dicit Gloſa. Ecce vita actiua: vbi autem poſtea ſubditur. Si vis perfectus eſſe, &c. dixit, Ecce vita contemplatiua. Sed vita actiua ordinatur ad contemplatiuam, & non èconuerſo, ergo præcepta ordinantur ad conſilia, & non èconuerſo.

¶ 6 Præterea, Dominus bis miraculosè legitur turbas refeciſſe. Primò quidem quando ſatiauit quinque milia hominum, ex quinque panibus & duobus piſcibus. vt legitur Matthæi 14. Secundò quãdo de ſeptem panibus & paucis piſciculis, ſatiauit quatuor milia hominum, vt habetur Matthæi 16. & ſic dicit glo. Matth. 14. Quinque milia pro quinque ſenſibus corporis, ita ſunt qui in ſęculari habitu exterioribus rectè vti nouerint. Hi quinque panibus; id eſt legalibus præceptis, adhuc neceſſe eſt vt inſtruantur. Nam qui mundo iute grè renunciant, quatuor milia ſunt, & ſeptem panibus, id eſt, euangelicæ perfectioni ſunt ſimiles; & ſpirituali gratia reficiũtur, ſed primò pauit Dominus quia que milia hominum ex quinque panibus quàm quatuor milia ex ſeptem, ergo præcepta ſunt præuia conſiliis, & non èconuerſo.

Matth. 16. 14. 5000. & 4000. quos pa. quid deſignẽt.

¶ 7 Præterea, diſpoſitiones præcedunt perfectionem & ordinantur ad ipſam. Sed præcepta ſunt diſpoſitiones ad conſilia. dicit enim Glo. Hiero. in principio Marci. Quatuor ſunt qualitates, de quibus ſãcta euangelica contexuntur præcepta, mandata, teſtimonia, exempla. In præceptis iuſtitia. In mandatis charitas. In teſtimoniis fides. In exemplis perfectio, ad quã pertinent conſilia, & non èconuerſo.

¶ 8 Præterea, primo non eſt aliquid prius. Sed ſicut dicit quædam Glo. ſuper Pſal. Charitas primò monet pedem ad reditum vitæ. de actu autem charitatis dantur præcepta, ergo nihil eſt prius in vita ſpirituali, quã præcepta. Non ergo conſilia ordinantur ad præcepta, ſed potiùs èconuerſo.

22. q. 44. artic. 1. Pſal. 130. ¶ 9 Præterea, ſuper illud Pſal. ſicut ablactatus ſuper matrem ſuam &c. dicit Gloſ. ſicut quinque tempora notantur in procreatione carnali, ita & in ſpirituali. Primum ergo tempus eſt conceptionis, Secundum eſt in vtero alitionis, tertium emiſſionis, quartum portationis & lactationis, 5. ablactationis, ita & in vtero matris eccleſiæ, primò concipimur dum fidei rudimentis inſtruimur. Inde quaſi in vtero alimur in eiſdẽ primordiis proficientes. Deinde manibus eccleſiæ portamur & lacte nutrimur, donec iam grandiuſculi à lacte matris accedamus ad menſam patris, & poſtea ſubditur. Multi verò hunc ordinem peruertunt. vt hæretici & ſchiſmatici ſe ante tempus à lacte ſeparantes, extinguuntur. Sed ſeparari à lacte, eſt facilioribus dimiſſis ad difficiliora tranſire. Cum ergo conſilia ſint difficiliora quàm præcepta, videtur quòd periculo extinctionis ſe exponant, qui ad conſilia accedunt, niſi prius edocti in præceptis. Præcepta ergo ordinantur ad conſilia, & non èconuerſo.

Gregori. ¶ 10 Præterea, Gregorius dicit ſuper Ezech. quod eſt ex præcepto bonum facere inchoandum eſt. Sed id quod eſt incipientium ordinatur ad id quod perfectionis eſt & non èconuersò: ergo præcepta ordinantur ad conſilia, & non èconuerſo.

¶ 11 Præterea, virtus imitatur naturam. Sed natura operatur prius in corpore animalis ea quæ pertinent ad eſſe, ſicut membra principalia, quam ea quæ ſunt de bene eſſe. ergo in proceſſu virtutis priora ſunt præcepta quæ ſunt de eſſe virtutis, quàm conſilia quę ſunt de bene eſſe ipſius: & ſic idem quod prius.

¶ 12 Præterea, ſicut eſt ordo in addiſcendo, ita etiam operando. Sed in addiſcendo, oportet incipere à facilioribus vt ad difficiliora perueniatur: ergo in operãdo oportet prius implere pręcepta quę ſunt faciliora, & ſic tranſire ad conſilia.

¶ 13 Præterea, Matth. 5. dicitur in Gloſſ. quòd ſermo diuinus eſt nobis in via qua currimus, ſed ſermo diuinus præordinat præcepta conſiliis, vt patet Matth. 5. vbi primò ponitur id quod præceptum eſt antiquis, & poſteà ſuperadditur à Domino id quod perfectionis eſt: ergo videtur quòd obſeruantia præceptorum ſit præordinanda obſeruationi conſiliorum.

¶ 14 Præterea, illud quod eſt minimum in aliquo genere, ordinatur ad id quod eſt maximum in genere illo. Sed nihil eſt minus in vita Chriſtiana, quàm obſeruantia præceptorum, nihil autem maius quàm obſeruantia conſiliorum: ergo præcepta ordinantur ad conſilia.

¶ 15 Præterea, Hiero. dicit ſuper Matth. Qui præcepta legis implere negligit perfectiora implere non poteſt: ergo oportet: quòd prius aliqui impleant præcepta quam conſilia: & ſic præcepta ordinantur ad conſilia.

¶ 16 Præterea, Prius eſt à quo non conuertitur conſequentia eſſendi, ſed à præceptis non conuertitur cõſequentia eſſendi ad conſilia. Non enim ſequitur. Si aliquis ſeruat præcepta, quòd ſeruet conſilia: ergo obſeruatio præceptorum naturaliter præcedit & ordinatur ad obſeruantiam conſiliorum.

¶ Sed contra eſt quod Auguſt dicit in Ench. Quęcunque mandat Deus, ea quibus vnum eſt. Non mœchaberis & quæcunque non iubentur, ſed ſpirituali conſilio monentur: ex quibus vnum eſt. Bonum eſt homini mulierem non tangere: tunc rectè fiunt cùm referuntur ad diligendum Deum & proximum propter Deũ: ſed hæc duo cadunt ſub præcepto: vt patet Mat. 22. ergo conſilia ordinantur ad præcepta.

¶ 2 Præterea, illud quod eſt electionis, ordinatur ad id quod eſt neceſſitatis quia electio eſt eorum quę ſunt ad finem: ſed conſilia ſunt electionis, præcepta autem neceſſitatis: ergo conſilia ordinantur ad præcepta.

¶ 3 Præterea, illud per quod aliquid pleniùs perficitur, ordinatur ad illud, ſed per conſilia plenius, & tutius conſeruantur præcepta: ergo conſilia ordinantur ad præcepta.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd præcepta dantur de actibus virtutum. Duplex autem eſt virtutis actus, ſcilicet interior & exterior, & vterque actus ſub legis præcepto cadit: vnde Auguſti. dicit contra Fauſtum quòd quia Iudæi non intelligebant homicidium niſi per interemptionem corporis humani, aperuit Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari. Similiter etiam tantummodò corporalem cum fœmina illicitam cohabitationem vocari mœchiam, quæ erat in lege prohibita: ſed Dominus demonſtrauit etiam interiorem cõcupiſcentiã ad hoc pertinere. Vnde manifeſtũ eſt quòd èt interiores actus virtutũ ſub præcepto cadunt. Conſilia ergo ordinantur ad præcepta. Et ſecũdum quòd ſunt de interiorib. virtutum actib. & ſecundum quòd ſunt de exteriorib. actib. ſed diuerſimodè. Nã ad interiores actus virtutum ordinanſ ſicut in finẽ. Omnes enim interiores actus virtutum moralium pertinent ad mẽtis puritatẽ, vt. ſ. mens hominis à paſſionib. in- 12. q. 91. art. 4. c. & q. 98. art. 1. c. & 3. d ſ. 40. ar. 1. c. 22. q. 100. ar. 2. & c.

ordinatis

ordinatis, & ab exteriorum rerum cupiditate ſit libera. Et vlterius omnes virtutes tã morales quàm theologicæ ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, Et hæc duo omnia conſilia ordinantur, ſicut ad finem, ſcilicet ad charitatem Dei & proximi, & ad mentis puritatem: [artic. 22. c.M.] vnde dicitur in collationibus patrum. Quicquid nos ad virtutem cordis poteſt dirigere, tota virtute ſectandum eſt: quicquid autem ab hac retrahit vt perniciosum & vitium deuitandum eſt. Pro hac enim [22.q.3.art. 2.ad 3.& q. 23. articu. 8.ad 3. ve. 21.q.2.art. 3.c.] vniuerſa agimus atque toleramus, pro hac patria parentes dignitates diuitiæ delitiæ mundi huius, & voluptas vniuerſa contemnitur: vt ſcilicet puritas cordis perpetua retineatur. Et poſtea ſubdit. pro hac ieiuniorum inediam, vigilias, labores, corporis nuditatem, lectionem, cœteráſque virtutes debere nos ſuſcipere [Nota bene.] nouerimus: vt per illas ab vniuerſis paſſionibus noxiis illæſas præparet cor noſtrũ, & ſeruare poſſimus, & ad pfectionẽ charitatis iſtis gradib. imitãdo cõſcendere. Et hoc idem Auguſti. dicit de moribus eccleſiæ. Non reiiciendis inquit generibus ciborum quaſi pollutis, ſed concupiſcentiæ perdomandæ, & dilectioni fratrũ retinendæ inuigilat omnis intentio. Et ibidem dicitur, charitas præcipuè cuſtoditur, ſi charitati victus, charitati ſermo, charitati habitus, charitati vultus aptatur: vnde & apoſtolus: primæ ad Corin. ſeptimo, virginitatis conſilium ad hoc ordinandum docet, vt mulier innupta cogitet quæ sũt Dei, quomodò placeat Deo, Et Dominus Matth. 19. paupertatis conſilium ad [B. Paulus.] hoc ordinat vt homo Deum ſequatur, quod fit per rectitudinem & puritatem interioris affectus. Sic ergo conſilia ordinantur ſicut in finem ad præcepta ſecundum quod ſunt de interioribus actibus virtutum. Sed ſecundum quòd ſunt de actibus exterioribus, puta nõ occidens, non furtum facies, &c. ordinantur conſilia ad præcepta non ſicut ad finem. Non enim propter hoc homo virginitatem ſeruat, vt ab adulterio abſti- [Articulo iſto ad 2.] neat: neque hoc fine aliquis ſuis abrenunciat, vt non furetur aliena, cùm exteriora opera conſiliorum ſint maiora quàm exteriora opera præceptorum. Ordinãtur tamẽ ad ea inquantum faciunt ea tutiùs & firmiùs conſeruari. Qui enim ſua dimittit, multò magis abſtinet à rapiendis alienis. Vnde & Auguſtinus dicit in 19. libro contra Fauſtum. Omnia ex Hebræorum lege commemorata Dominus commendauit. vt quicquid ex perſona ſua inſuper loqueretur, vel ad expoſitionem commendandam valeret ſi quid illa obſcurum poſuiſſet, vel ad tutiùs conſeruandum quòd illa voluiſſet. Et in libro de ſermone Domini in monte dicit. Quod dum fiunt illa quæ adduntur ad perfectionem, multò magis fiunt illa quæ præmiſſa ſunt ad inchoationem. Sic ergo patet quòd conſilia ordinantur ſicut ad finem ad præcepta, prout ſunt de interioribus actibus virtutum. Sed ad præcepta ſecundum quod ſunt de exterioribus actibus ordinantur conſilia ad hoc, quòd tutiùs & firmiùs conſeruentur per modum remouentis prohibens, & primum horum eſt cauſa ſecũdi: firma enim exteriorum actuum obſeruatio cauſatur ex interiori effectione mentis bene diſpoſitæ.

¶ Ad primum ergo dicendum quòd ſecundũ quoſdam, diues ille mentitus eſt, dicens ſe præcepta obſeruaſſe: & præcipuè quantũ ad vnum præceptum quod ibidẽ commemoratur, pertinens ad interiorẽ actum: ſcilicet: Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. Vnde Origenes dicit ſuper Matthæum. Scriptum eſt in euangelio ſecundum Hebræos, quod cũ Dominus dixiſſet ei, vade & vende omnia quæ habes, cœpit diues ſcalpere caput ſuum, & non placuit ei: & dixit ad eum Dominus. Quomodo dicis, feci legem & pphetas: ſcriptum eſt.n. in lege, diliges proximũ tuũ ſicut teipſum: & ecce multi fratres tui filij Abrahæ amicti ſunt ſtercore morientes præ fame, & domus tua plena eſt multis bonis, & non egreditur ex ea omninò aliquid ad eos: impoſſibile enim eſt implere prædictum mandatũ & eſſe diuitem, & maximè habere tantas poſſeſſiones. Et hoc idẽ confirmatur per Hiero. qui dicit ſuper Matth. Mentitur adoleſcens. Si enim quod poſitum eſt in mandatis, diliges proximum tuum ſicut teipſum, opere compleſſet, quomodò poſtea audiẽs, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, triſtis abiiſſet? Sed quia Chryſoſtomus & alij expoſitores dicunt adoleſcentem illum non fuiſſe mentitum, vtrũnque ſaluari poteſt. Nã hoc præceptum, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, dupliciter poteſt obſeruari. Vno modo imperfecte: vt ſcilicet aliquis non faciat contra proximum quod nõ vult ſibi fieri, & vt ſine detrimẽto proximo ſubueniat. Alio modo, vt ſcilicet ad ſubueniendum neceſſitatib. proximorum corporalibus, ita ſe habeat ſicut ad ſubueniendum neceſſitatibus propriis: hoc enim modo non implet ad præceptum, qui cùm multas diuitias habeat ſibi eas reſeruat permittens proximũ egere. Conſilia autem ad hoc ordinantur, vt præcepta perfectiùs cuſtodiantur. Et ideò Dominus obſeruanti præcepta imperfectè ſuperaddit conſilia, per quæ præcepta perfectiùs obſeruentur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd perfectio vitæ in præceptis ſecundum quod ſunt de interioribus virtutum actibus, cõſiſtit eſſentialiter. Nam charitas eſt vinculum perfectionis, ſicut apoſtolus dicit ad Col. tertio. Et ideò cum Dominus præcepta charitatis poſuiſſet Matthæi quinto, ſubiungit, Eſtote ergo perfecti. Sed in [ar. 14. ad 2. & 55. cap. principiũ.] conſiliis quæ ſunt de quibuſdam exterioribus actib. conſiſtit perfectio inſtrumentaliter: quia ſcilicet huiuſmodi conſilia ſunt quaſi quædam inſtrumẽta per quæ faciliùs ad perfectionem peruenitur. Vnde in collationibus patrum dicitur. Ieiunia, vigiliæ, meditatio ſcripturarum, nuditas, ac priuatio omnium facultatũ non perfectio. ſed perfectionis inſtrumenta ſunt, quia non in ipſis conſiſtit diſciplinæ illius finis, ſed per illa peruenitur ad finem. Et Aug. dicit in lib. de perfectione iuſtitiæ. Sic audiamus præcepta perfectionis ne currere negligamus ad perfectionem charitatis. Et Hieronymus ſuper Matthæũ dicit exponens illud, Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te, Quia inquit, nõ ſufficit tantum relinquere, iungit quod perfectum eſt: & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? quaſi diceret fecimus quod iuſſiſti. quid ergo dabis præmij? Præcepta ergo imperfectè obſeruata pertinent ad communem iuſtitiam. Sed perfectio vitæ conſiſtit in ipſa plena obſeruantia præceptorum. [ar. 24. ad 2. & opus. 18 c. 12. & 22. q. 188. art. 7 c. ad 1. & ar. 8. c.] [Hieroni.]

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquid ad finẽ ordinatur dupliciter. Vno modo vt neceſſarium ad finem, ſine quo finis eſſe non poteſt: ſicut cibus ad vitam corporis obſeruandam. Alio modo ſicut neceſſariũ ad finem ſine quo ad finem non ita bene perueniri poteſt: ſicut equus ordinatur ad iter. Non quia ſine equo aliquis ire non poſſit, ſed quia in equo meliùs vadit. Similiter & conſilia ordinatur ad præcepta, non quia ſine conſiliis præcepta obſeruari non poſſint, & quantum ad interiores actus, & quãtum ad exteriores: nã Abraham qui & coniugio & diuitiis vtebatur, fuit coram Deo perfectus ſecũdum illud Geneſ. decimoſeptimo. Ambula coram me, & eſto perfectus, ſed quia per conſilia faciliùs & expeditiùs ad perfectam præceptorum obſeruantiam peruenitur. [ar. 112. c & 3. q. 1. ar. 2. ca. veri. q. 22. art. 1. c. & 2. d. 21. q. 1. ar. 3. c. arti. 92. c. m. art. 92. ad 22. & 22. q. 186. ar. 4. ad 2. & opu. 12 c. 8 9.]

¶ Ad quartum dicendum, quòd Auguſtinus in verbis illis intendit excludere quorundam dictum, qui [Gene. 17. ad 9. huius] credebant virginitatem eſſe neceſſariam ſolum ad carendum, tribulatione corporis, quæ in matrimonio ſuſtinetur, obſeruatio autem præceptorum etſi in hoc ſæculo fiat, non tamen pertinet ad hoc ſæculum, ſed futuro ſæculo coniungit. † [† Aliàs cõuenit.]

¶ Ad quintum dicendum, quòd præcepta pertinẽt

& ad

& ad actiuam, & contemplatiuam vitam. Conſilia verò ſunt inſtrumenta contemplatiuę vitæ;ſed ibi pręceſsit mentio de præceptis ordinantibus ad proximũ: quæ pertinent ad vitam actiuam.

Ad ſextum dicẽdum,ꝙ etiam in ipſo exercitio præceptorum cõtingit inueniri differentiam perfectionis. Vnde nõ poteſt dici quòd numerus quinque milium pertineat ad præcepta, & numerus quatuor milium ad conſilia. Sed primum pertinet ad imperfectam obſeruantiam pręceptorum: qualis etiam in ſęculari vita interdum habetur. Secundum verò pertinet ad perfectam obſeruantiam præceptorum, ad quam ordinant conſilia. Nec tamen quia primò Dominus pauit quinque milia, quàm quatuor millia, oportet quòd aliquis prius exerceatur in vita ſæculari quàm tranſeat ad religionem: quia etiam religionem intrantes,nõ ſtatim perfectionem adipiſcuntur, ſed ad perfectionem aſſequendam ſe exercitant,ſicut & intrantes ſcholas logicæ, non ſtatim efficiuntur logici, ſed ad hoc ſe exercitant. Vnde & religio quædam perfectionis ſchola eſt.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd exempla quæ traduntur in euangelio, ſunt exempla Chriſti, quæ pertinent non ſolum ad conſilia, ſed etiam ad perfectã obſeruantiam præceptorum: vnde & ibidem ſubdit exẽpla vt hic: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.

art.92.ad 9. ¶ Ad octauum dicendum, quòd charitas hẽt multos gradus. Nam primò eſt charitas incipiẽs, & poſtea perficiens, & vltimò perfecta: vnde charitas in ſpirituali vita, eſt principium & finis.

22.q.24.art.9.& q.183.art.4.c. ¶ Ad nonum dicendum, quòd obſeruantia cõſiliorum eſt difficilior quàm obſeruatio præceptorũ, quantùm ad exteriores actus: tamen obſeruatio præceptorum perfecta quantùm ad interiores actus eſt longè difficilior. Difficilius.n.eſt deponere animi cupiditates quàm poſſeſsiones: & tamen difficilius eſt obſeruare exteriores actus præceptorum ſine conſiliis, quàm cum conſiliis, ſicut ex præmiſsis patet.

¶ Ad decimum dicendum, quòd incipientes ſunt, ſine ordine inſtituendorum ad aliis: & ideò præcepto mouentur ad aliquid faciendum tam in vita ſæculari, quàm in religione; ſed quando iam perficiuntur, operantur ab interiori habitu, quaſi ex ſeipſis non ſolum conſilia, ſed etiam præcepta.

¶ Ad vndecimum eſt dicendum, quòd ſicut dictum eſt, charitas & eſt principium ſpiritualis vitæ & finis: & ideò & ipſa præcedit inchoata tanquam de eſſe exiſtens ſpiritualis vitæ: & ipſa ſequitur tanquã pertinens ad perfectum eſſe ſpiritualis vitæ: & tamen ea q̃ ſunt de bene eſſe, ordinantur ad conſeruationẽ eorũ, quæ ſunt de eſſe rei.

¶ Ad duodecimum eſt dicendum, quòd etiã in diſciplinis prius addiſcuntur ea per quæ alia perfectiùs intelliguntur, quàmuis illa facilius ſit intelligere, vel habere ſecundum communem modum, ſicut facilius eſt ſcire argumentari eo modo quo etiam idiotæ vtuntur dialectica quadam, quàm ſcire regulas logicæ: & tamen primò addiſcuntur regulæ logicæ, ad hoc quòd aliquis perfectiùs argumẽtari valeat, quàm communiter idiotæ argumentantur; & ſimiliter facilius eſt obſeruare præcepta ſecundum imperfectum modum, quàm obſeruare conſilia, & tamen qui tendunt ad perfectam præceptorum obſeruationẽ, oportet quòd incipiant à conſiliis, ſicut à quibuſdam inſtrumentis.

¶ Ad decimumtertium eſt dicendum, quòd illa quę ibi Dominus ſuperaddit non ſunt conſilia, ſed præcepta, vt patet ex ipſis verbis Domini quæ ibi ponũtur. Tum etiam ex expoſitione Auguſtini in lib. de ſermone domini in monte.

¶ Ad decimumquartum dicendum, quòd obſeruãtia præceptorum ſecundum imperfectum modum eſt minimum in vita ſpirituali, ſed eſt maximum ſi obſeruentur perfectè.

¶ Ad decimumquintum dicendum eſt, quòd perfectiora euangelij non ſolùm ſunt conſilia, ſed etiã præcepta, vt ex dictis patet.

¶ Ad decimumſextum eſt dicendum, quòd illud à quo conuertitur conſequentia eſſendi, etſi ſit prius natura quodammodò, non tamen oportet quòd ſemper ſit prius tempore. Non enim in angelis viuere præcedit intelligere, quãuis non omne viuens ſit intelligẽs, quia ſtatim à principio angeli vitam perfectam hẽnt, quæ eſt intellectualis. Et ſimiliter qui volunt plenius præcepta cuſtodire, ſtatim à principio conſilia aſſumere debent: licèt non omnes obſeruantes præcepta, obſeruent conſilia.

INCIPIT QVODLIBET
QVINTVM.

QVAESTIO I.

QVAESITVM eſt de Deo, & Angelis, & hominibus. De Deo quęſitum eſt, & quantùm ad naturam diuinam, & quantum ad naturam aſſumptùm: & quantùm ad naturam diuinam, quæſitum eſt de ſcientia, & de potentia.

¶ Circa ſcientiam Dei quæſita ſunt duo.

¶ Primò, Vtrùm Deus ſciat primum inſtans, in quo potuit creare mundum.

¶ Secundò, Vtrùm præſciti à Deo, poſsint demereri.

ARTICVLVS I.

Vtrùm Deus ſciat primum inſtans, in quo potuit mundum creare.

AD Primum ſic procedebatur. Videtur quòd Deus ſciat primum inſtans, in quo potuit mundũ creare, Deus enim potuit creare mundum antequam creauerit, nõ autem potuit creare ipſum in infinitum antè, quia ſic eſſet ei coæternus, ergo eſt dare aliquod inſtans, in quo primò potuit creare mundum, ſed Deus ſua ſcientia totum comprehendit: ergo Deus ſcit primum inſtans in quo potuit creare mundum.

¶ Sed contra. Deus nihil ſcit quod eius omnipotentiæ præiudicet, præiudicaret autem eius omnipotentiæ, ſi eſſet aliquod inſtás in quo primò potuit creare mundum, quia ſic eius potentia ad illud inſtans limitaretur: ergo Deus neſcit primum inſtans in quo potuit creare mundum.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd dupliciter dicitur aliquid fieri in aliqua menſura loci, vel temporis. Vno modo præſuppoſita ipſa menſura, & ſic particulares effectus producuntur à Deo, vel ab aliis agentibus in loco vel tempore. Alio modo vt ſimul cum eo quòd ſit producatur menſura loci, vel temporis. Et hoc modo mundus à Deo in eſſe producitur, non quidem quaſi in aliquo loco, vel tempore præexiſtente: ſed quia ſimul cum mundo, & locus & tempus producitur. Vnde aliter eſt intelligendum, cùm dicitur, quòd Deus potuit facere aliquem particularem effectum, puta equum vel hominem antequam fecerit, vel etiam alibi quàm fecerit: & aliter cum hoc de mundo dicitur. Nam cum de homine, vel equo hoc dicitur, ſi- 1.p.q.46.art.3.ad 5.& 2.di.1.q.1.art.6.ad tertium.

gnatur aliquod tempus, vel locus aliquis eſſe, in quo
homo à Deo fieri potuerit. Sed cum de hoc mundo di-
citur, non ſignatur quòd ſit aliquod tempus ante mũ-
dum, nec aliquis locus extra ipſum. ſed ſignificatur, ꝙ
Deus potuit menſuram loci aut temporis mundi fa-
1.p.q.9.ar.2.c. & q6. cere maiorem. Si ergo quæratur vtrùm potuerit mun-
46.ar.1.ad dum facere in infinitum antequam fecerit. Si hoc qui-
1.& 2.di.1 dem referatur ad potentiam facientis, manifeſtũ eſt
q.1.ar.5.ad quòd in infinitum antè facere potuit. Dei enim potẽ-
4.ar.96.& tia eſt æterna cui nihil accreſcere potuit, ut inciperet
196. ad 1. quandoque facere mundum, cum priùs non potuerit.
Si verò referatur ad ipſum mundum, ſic non potuit
ar.198. ad fieri, vt eſſet ſemper ſuppoſita catholicæ fidei veritate,
2.& 227.0 quæ habet mundum quandoque nõ fuiſſe. Sicut enim
Deus non poteſt facere vt quod fuit non fuerit, vt in-
* Al. deeſt fra dicetur: ita non poteſt facere, vt quod fuit quan-
hæc nega- doque nunquam non * fuerit. Secundum hunc ergo
tio. ſenſum dicitur quòd Deus non potuit mundum face-
re in infinitum antequam faceret. Sed adhuc intelli-
gendum eſt quod infinitum dicitur dupliciter. Vno
modo in actu, & ſic dicitur ſecundum modum prædi-
ctum, quòd Deus non potuit facere mundum in infi-
nitum ante quàm fecerit, i. ꝙ duratio mundi in infi-
nitum ante præceſſerit. Alio modo dicitur infinitum
ſecundum potentiam: & ſic potuit Deus in infinitum
mundum facere antequam fecerit, quia quantùmcun-
que antè detur eum feciſſe, adhuc potuit eum priùs fa-
cere. Et ſic non eſt dare primum inſtans, in quo Deus
D.744. potuit facere mundum. Eſt autem dare * primum in-
ſtans in quo fecerit, ſicut etiam eſt dare ſupremum
vbi vſque quo Deus mundum fecerit, non tamen eſt
dare ſupremum, vltra quod facere non potuerit. Et
ſic patet quòd quæſtio ceſſat.

ARTICVLVS II.

Vtrùm præſciti à Deo poſſint demereri.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd præ-
ſciti à Deo, non poſſint demereri. Sicut enim
aliqui ſunt electi à Deo ab æterno ad gratiã habẽdã.
ita & aliqui ſunt præſciti à Deo, ad hoc ꝙ ſuæ naturæ
relinquantur. Sed naturalibus non meremur neque
demeremur: ergo præſciti à Deo non demerentur.

¶ Sed contra, Nullus damnatur à Deo, niſi propter
demeritum, cum Deus ſit iudex iuſtus. Sed præſciti
damnantur à Deo: ergo demerentur.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ſcientia Dei compara-
tur ad res creatas, ſicut ars ad artificiata: Vnde ſicut
1.p.q.14.ar.2.0.& ars non ſolum eſt cognoſcitiua, ſed factiua eorũ quæ
9.ad 3.& ſecundum artem fiunt. Eorum vero quę ab artis regu-
16.ad 1. lis deuiantur, eſt cognoſcitiua: ita etiam ſcientia Dei
eſt factiua & cognoſcitiua omnium bonorum, malo-
1.p.q6 23. rum verò ſiue peccatorum quæ ſunt deuiationes quæ-
ar.3.ad 2. dam ab æterna lege ipſius ſcientia Dei eſt cognoſciti-
ar.13 hu- ua, non autem cauſatiua. Et ſic patet ꝙ boni qui
ius. 1.p q. per gratiam iuſtificantur, non ſolum ſunt à Deo ab æ-
14.ar.10.0 terno præcogniti, ſed etiam electi ad gratiam haben-
& ar.15.ad dam: peccatores autem qui non iuſtificantur per gra-
1.2.di.40. tiam, non ſunt electi vel præordinati à Deo ad culpã:
q 4 ar.1.ar ſed ſolum præſciti quòd non ſint per gratiam habitu-
11.7.huius ri ſed ſuæ naturæ ſint relinquendi. Quia verò omne
ar.147.ad agens poteſt in id quod eſt infra ſe, non autem in id
2. quod eſt ſupra ſe: natura ſibi relicta non poteſt in a-
ctum meritorium qui eſt ſupra facultatem naturæ. Po-
teſt autem in actũ peccati, qui eſt demeritorius, ſicut
12.q.55.ar. in aliquid infra naturam humanam exiſtens: homo n.
2. ad 3. peccando deſcendit à dignitate ſuæ naturæ: Et ſic pa-
tet quòd præſciti poſſunt demereri.

4.di.17.q. ¶ Ad primum ergo dicendum, quòd hoc quod di-
2. citur, quòd naturalibus non meretur neque demere-
mur, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſic quòd
naturalia ipſa non ſunt merita, vel demerita: & ſic
verum eſt, quòd merita ſunt ſupra naturam, & de-
merita ſunt contra naturam. Alio modo poteſt in-
telligi ſic. quòd naturalia non ſint principia meren-
di, vel demerendi: & ſic falſum eſt. Naturalia enim
adiuta per gratiam, ſunt principia merendi, ſibi au-
tem relicta poſſunt eſſe principia demerendi, vt di-
ctum eſt.

QVAESTIO II.

DEINDE circa potentiam quæſita ſunt duo.
¶ Primò, vtrùm Deus poſſit virginem corruptam
reparare.
¶ Secundò, vtrùm Deus poſſit peccare ſi vult. ar.2.q 1.0

ARTICVLVS III.

Vtrùm Deus poßit virginem corruptam reparare.

AD Primum ſic proceditur. Videtur quòd Deus poſ- ar 73. 139.
ſit virginem reparare. Ad omnipotentiã enim Dei c & 22 q.
pertinet, quòd non ſit impoſſibile apud eum omne 152.art. 3.
verbum: vt dicitur Lucæ 1. Sed hoc eſt quoddam ver- ad 2.3. & 3
bum, virginem reparare poſt lapſum: ergo Deus poteſt p.q.89 ar.
virginem reparare poſt lapſum. 3 ad 1.

¶ Sed contra eſt, quòd Hieron. dicit. Cùm Deus cæ-
tera poſſit, non poteſt reparare virginem poſt ruinam,
vt habetur in Decretõ. 32. q. 5.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd in virginitate duo
poſſumus conſiderare, quorum vnum eſt ipſa integri-
tas mentis & corporis. Et ſic Deus virginem poteſt re-
parare poſt ruinam. Poteſt enim mentem reintegrare
per gratiam, & corpus conſolidare per miraculum.
Alia autem eſt cauſa integritatis prædictæ, quia ſcili-
cet taliter virgo non fuiſſet cognita à viro. Et quãtùm
ad hoc Deus non poteſt virginem poſt ruinam repara-
re. Non n. põt facere vt iã ea quæ eſt cognita à viro, nõ
fuerit cognita, ſicut nec de aliquo qđ factũ eſt, põt fa-
cere ꝙ factũ non fuerit. Potentia n. Dei ſe extendit ad
totum ens. Vnde ſolùm id à Dei potentia excluditur,
quod repugnat rationi entis. Et hoc eſt ſimul eſſe &
non eſſe. Et eiuſdem rationis eſt, quod fuit non fuiſſe. ar 189 ad
Vnde Aug. dicit 26. contra Fauſtum. Quiſquis dicit ſi 1.41 39 &
omnipotens eſt Deus, faciat vt ea quæ facta ſunt, facta 216. o.
non fuerint, non videt ſe hoc dicere, faciat vt ea quæ
vera ſunt, eo ipſo, quo vera ſunt, falſa ſint.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cùm verbum
ſit conceptus mentis, nihil quod contradictionem im-
plicat, verbum dici poteſt: quia non cadit in conceptu
mentis, vt probatur in 4. Metaph.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm hæc ſit falſa, Deus poteſt peccare, ſi vult.

AD Secundum ſic proceditur. Videtur quòd hæc ſit
falſa: Deus poteſt peccare ſi vult. De quocunque
enim poſſum dicere quòd homo poteſt facere ſi vult: Pot. q.1.a.
poteſt etiam dici ſimpliciter quòd homo poteſt facere 6. o. & ve
illud. Si ergo hæc propoſitio eſt vera: Deus poteſt pec- ri.q.24.ar.
care ſi vult. ſequitur quòd hęc ſit vera. Deus poteſt pec- 7. c. a 1 a.
care: ſed hoc eſt erroneum: ergo & primum, & Ma'o

¶ Sed contra, Quicunque vult peccare, peccat. Sed q. 3.ar.1.o
ſequitur ſi Deus peccat, poteſt peccare: ergo ſequitur & 1. p. q.
ſi vult poteſt peccare. 93.ar.1.c.
& 22 q.6.
ar.2.ad 2.

¶ Reſpondeo

¶ Reſpondeo dicendum, quòd hæc coniunctio ſi, ordinem quendam importat, poteſt autem in propoſito duplicem ordinem importare. 1. p. q. 19. ar. 4. o. Vno quidem modo ordinem cauſæ ſiue principij, & hoc modo propoſitio falſa eſt: voluntas enim Dei eſt principiū & cauſa reſpectu creaturarum, non autem reſpectu eorum quæ pertinent ad diuinam naturam: vnde non dicimus, quòd pater genuerit filium voluntate, ſed naturaliter vt patet per Hylarium in libro de ſyno. Potentia autem Dei ad ipſam naturam diuinam pertinet. Vnde hoc ipſum quod eſt poſſe peccare, nō eſt ſubiectum diuinæ voluntati: alioquin voluntas Dei eſſet principium immutationis diuinæ naturæ, quod eſt impoſſibile. Alio modo poteſt importare ordinem conſequentiæ: & ſic hęc locutio eſt vera. Si Deus vult peccare, poteſt peccare. Sequitur enim ſine conditione, ſi argumentamur ex impoſſibili poſito, Deus vult peccare: ergo poteſt peccare. Omnia enim quæ vult poteſt, ſed non è conuerſo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur, Si homo vult currere, poteſt currere, antecedens eſt poſſibile: & ideò conſequens eſt ſimpliciter poſſibile. 1. p. q. 25. ar tic. 3. ad 2. & q. 44. ar. 1. ad 2. & pot. q. 1. ar tic. 6. ad 3. Sed cum dicitur ſic. Si Deus vult peccare, poteſt peccare, antecedens eſt impoſſibile: vnde nihil prohibet conditionalem eſſe veram, conſequente exiſtente impoſſibili.

QVAESTIO III.

Deinde quantùm ad naturam aſſumptam, quæſita ſunt duo.

¶ Prim[illegible], vtrùm totus ſanguis quem Chriſtus in ſua paſſione effudit, in reſurrectione ad corpus eius redierit.

¶ Secundò in quo Chriſtus nobis maius ſignum dilectionis exhibuerit: vtrùm in hoc quòd Chriſtus paſſus eſt pro nobis: vel in hoc quòd corpus ſuum dedit nobis ſub ſacramento in cibum.

ARTICVLVS V.

Vtrùm totus ſanguis Chriſti, qui in paſſione eius eſt effuſus, ad corpus eius in reſurrectione redierit.

3. p. q. 54. ar tic. 2. ad 1. & 4. d. 44. q. 1. ar. 2. q. 2. Circa primum ſic proceditur. Videtur quòd totus ſanguis Chriſti, qui eſt in paſſione eius effuſus ad corpus eius in reſurrectione redierit. Reſurrectio enim noſtra conformis erit reſurrectioni Chriſti, ſecundùm illud ad Philip. tertio. Reformabit corpus humilitatis noſtræ cōfiguratum corpori claritatis ſuæ. Sed ad corpus noſtrum in reſurrectione redibit totū quod fuit de veritate humanæ naturæ. Sanguis autē Chriſti in paſſione effuſus fuit de veritate humanę naturæ, & ſacer dicitur, ſecundum illud. Quem ſacer cruor perūxit fuſus agni corpore; ergo videtur quòd ille ſanguis Chriſti in paſſione effuſus in reſurrectione ad corpus eius redierit.

¶ Præt. Verbum Dei nunquam depoſuit, quod in noſtra natura aſſumpſit: partibus humanæ naturæ ab inuicem in paſſione ſeparatis: ſed verbum Dei aſſumpſit in natura noſtra non ſolùm corpus, ſed etiam ſanguinem: ergo ſanguis ille nunquam fuit à verbo depoſitus, redit ergo ad ipſum in reſurrectione. ar. 163. c. & 4. d. 44. q. 1. ar. 2. o.

¶ Sed contra eſt, quòd in aliquibus Eccleſiis ſanguis Chriſti vſque hodie dicitur ſeruari.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ in reſurrectione tam Chriſti, quàm noſtra, totum quod fuit de veritate humanæ naturæ reparabitur, non autem illa quæ de veritate humanæ naturæ non fuerunt, & quamuis circa ea 3. p. q. 110. ar. 1. & 4. di. 44. q. 1. ar. 2. q. 2. c. quæ ſunt de veritate humanæ naturæ ſit diuerſa diuerſorum opinio, ſecundùm quamlibet opinionem non totus ſanguis nutrimentalis, id eſt qui ex cibis generatur pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Cùm ergo Chriſtus ante paſſionem comederit & biberit, nihil prohibet in eo fuiſſe aliquem ſanguinem nutrimentalem, qui ad veritatem humanæ naturæ nō pertinet, & quem oporteret ad corpus eius in reſurrectione redire. Sed quia ſpecialiter ſit quæſtio de ſanguine in paſſione effuſo pro redemptione humani generis, de hoc magis dicendum videtur, quòd totus in reſurrectione ad corpus Chriſti redierit triplici ratione. Quarum prima accipi poteſt ex ætate Chriſti patientis. Paſſus eſt enim in perfectiſſima ætate: in qua maximè ea quæ in homine inueniuntur, ad veritatem humanæ naturæ pertinere videntur tanquam ad maximam perfectionem adducta. Secunda ſumitur ex merito paſſionis. Si enim ſanctorum martyrum illæ partes in quibus paſſionē pro Chriſto ſuſtinuerint, quendam priuilegiatum fulgorem in reſurrectione habēt, 3 p. q. 54. ar. 4. c. & 4. di. 44. q. 3. ar. 1. q. 2. ad quintum. vt Auguſtinus dicit vigeſimoprimo de Ciuitate Dei, ergo multò magis ſanguis Chriſti quem pro ſalute humani generis effudit, ad glorioſam reſurrectionem reparatus eſt. Tertia ratio poteſt ſumi ex ipſa virtute paſſionis. Sanguis enim ille in paſſione effuſus humanum genus ſanctificabit, ſecundum illud ad Hebræos vltimo, Ieſus vt ſanctificaret per ſanguinem ſuum populum extra portam paſſus eſt. 3. p. q. 48. art. 4. ad 3. & ar. 5 c. 3. p. q. 52. ar. 3. ad 1. Humanitas autem Chriſti ſaluiferam virtutem habuit ex virtute verbi ſibi vniti, vt Damaſcenus dicit in tertio libro. Vnde manifeſtum eſt quòd ſanguis in paſſione effuſus qui maximè fuit ſalubris, fuit diuinitati vnitus. Et ideò oportuit quòd in reſurrectione iungeretur aliis humanitatis partibus. 3 p. q. 52. ar tic. 3. ad 1. 3 p. q. 54. ar. 3. Sanguis autem Chriſti, qui in quibuſdam eccleſiis oſtenditur, dicitur ex quadam imagine Chriſti percuſſa miraculosè fluxiſſe, vel etiā aliàs ex corpore Chriſti.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm Chriſtus maius dilectionis ſignum oſtēdit tradendo corpus ſuum in cibum, quàm patiendo pro nobis.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus maius dilectionis ſignum nobis oſtendit tradendo corpus ſuum in cibum, quàm patiendo pro nobis. ar. ſpecialiter. Charitas enim patriæ perfectior eſt, quàm charitas viæ, Sed beneficium illud quod nobis Chriſtus contulit, corpus ſuum dans nobis in cibum, magis aſſimilatur charitati patriæ, in qua plenè fruemur Deo. Paſſio autem quam pro nobis ſubiit, magis aſſimilatur charitati viæ, in qua nobis pro Chriſto imminet patiendum. Ergo maius eſt dilectionis ſignum quòd Chriſtus corpus ſuum tradidit nobis in cibum, quàm quòd Chriſtus paſſus eſt pro nobis.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Io. 15. Maiorem charitatem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

¶ Reſpondeo dicendum quòd illud quod eſt potiſſimum in vnoquoque genere, eſt menſura omniū eorum quæ ſunt illius generis: ut patet per philoſophum in 10. Methaphy. potiſſimum autem in genere amoris hominum eſt amor quo quis amat ſeipſum. Et ideò ex hoc amore neceſſe eſt mēſuram accipere omnis amoris, quo quis alium amat. Vnde & in 9. Ethic. philoſophus dicit. Quòd amicabilia quæ ſunt ad alterū, veniūt ex amicabilib. quæ ſunt ad ſeipſum. Pertinet autē ad amorē quo quis amat ſeipſum, ut velit ſibi bonū: unde tantò aliquis aliū magis amare pro

batur, quantò magis bonum quod ſibi vult propter amicum prætermittit, ſecundum illud Prouer. 12. Qui negligit damnum propter amicum iuſtus eſt. Vult autem homo ſibi triplex bonum particulare, quæ ſunt anima, corpus, & res exteriores. Eſt ergo aliquod ſignum amoris, quòd aliquis in rebus exterioribus propter alium detrimentum patiatur, maius autem amoris ſignum, ſi etiam corporis proprij detrimentum patiatur, vel labores, vel verba pro amico ſumendo maximum autem dilectionis ſignum, ſi etiam animam ſuam deponere velit pro amico moriendo. Quod ergo Chriſtus pro nobis patiendo animam ſuam poſuit, maximum fuit dilectionis ſignum: ꝙ autem corpus ſuum dedit in cibum ſub ſacramento, ad nullum detrimentum ipſius pertinet: vnde patet, ꝙ primum eſt maius dilectionis ſignum: vnde hoc ſacramentum eſt memoriale quoddam & figura paſſionis Chriſti. Veritas autem præeminet figuræ, & res memoriali.

2.2. q. 84. art. 4. c. & 2.2. q. 73. art. 3. & q. 83. ad 2. ve 2.1. q. 3. ar. 4. c.

& in or. 100.

3. p. q. 63. ar. 7. & 9. ad 3. de eorum ſuperioritate.

Op. 390.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ exhibitio corporis Chriſti in ſacramento habet quidem figuram quandam charitatis qua diligit nos Deus in patria, ſed paſſio eius pertinet ad ipſam Dei dilectionem, nos à perditione ad patriam reuocantem dilectio autem Dei non eſt maior in patria, quàm ſit in præſenti.

QVAESTIO IIII.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Lucifer ſit ſubiectum æui.

DEinde circa angelos quæſitum eſt vnum, ſcilicet vtrùm lucifer ſit ſubiectum æui. Et videtur quòd ſic. Sicut ſubiectum temporis eſt primum temporale ſimpliciſſimum ita ſubiectum æui videtur eſſe ſimpliciſſimum æuiternum hoc autem eſt lucifer, qui inter angelos ſupremus fuit ſecundum ſuam naturam creatus. Aeuum autem non reſpondet gratiæ ſed naturæ: alioquin corpora cœleſtia quæ non ſunt ſuſceptiua gratiæ æuo menſurari non poſſent. Cum ergo dona naturalia integra remanſerint in dæmonibus poſt peccatum, ſicut Dio. dicit quarto capite de di. no. videtur, ꝙ æuum ſit in lucifero ſicut in ſubiecto.

Opus 36.

¶ Sed contra, æuum eſt quædam æternitatis participatio. Sed angeli beati magis ſunt in participatione æternitatis quàm Lucifer, qui eſt beatitudinis expers. Ergo lucifer non eſt ſubiectum æui: ſed magis ſupremus beatorum angelorum.

1. d. 19. q. et art. 1. ad 1. & 2. d. 2. q. 2. ar. 1. c. ſi. & ar. 2. ad 3.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ex ignorantia linguæ grecæ prouenit, quòd communiter apud multos æuũ ab æternitate diſtinguitur: ac ſi diſtingueretur anthropos ab homine: quod enim in greco dicitur æuum, in latino æternitas. Et ſic etiam Dio. 10. ca. de di. no. pro eodem vtitur æternitate & æuo: ſed quia nominibus vtendum eſt vt plures, ſi vtrunque diſtinguamus ab inuicem: æuum nihil aliud erit quàm æternitatis participatio: vt ſcilicet eſſentialis æternitas ipſi Deo attribuatur, æuum autem quaſi participata æternitas ſubſtantijs ſpiritualibus quæ ſunt ſupra tempus, quia verò id quod per eſſentiam dicitur, ſemper eſt menſura ipſius quod dicitur per participationem, poteſt dici ꝙ prima menſura omnium æuiternorum, eſt ipſa Dei æternitas: ſicut etiam ſubſtantia Dei eſt menſura omnis ſubſtãtiæ, vt dicit commentator in x. Metaphy. Si quis tamen velit accipere menſuram homogeneam: id eſt eiuſdem generis, dicunt quidam quòd non eſt vna menſura communis: ſed quodlibet æuiternum habet ſuum æuum. Sed hi propriam vocem ignorant. Sic enim eſſet verum quod dicũt, ſi omnia æuiterna eſſent æqualia. Sic enim vnum eorum non eſſet menſura alterius: hoc autem non eſt verum, quia in angelis eſt accipere primum, medium, & vltimum non ſolum ſecundum diuerſas hierarchias, & ordines, ſed etiam ſecundum diuerſos angelos in eodem ordine: vt patet per Dionyſium decimo capite cœleſtis Hierarchiæ. Et quia ſemper illud quod eſt ſimpliciſſimum, eſt menſura in quodlibet genere: ſicut dicitur in decimo Metaphyſicorum. (Topicorum capite ſecundo.) Ideò neceſſe eſt vt duratio ſimpliciſſimi æuiterni ſit æuum omnium æuiternorum, & ita ſimpliciſſimum æuiternum eſt ſubiectum æui. Sed attendendum quòd ſubſtantiæ ſpirituales menſurantur æuo, non ſolùm quantum ad earum ſubſtantiam, ſed etiam quantùm ad earum propriam operationem. Vnde in lib. de cauſis dicitur ꝙ ſunt in momento æternitatis ſecundum ſubſtantiam & operationem, & ſic oportet, ꝙ ille angelus qui eſt ſubiectum æui, ſit ſimpliciſſimus, non ſolùm quantùm ad eſſentiam, ſed etiam quantum ad operationem. Talis autem eſt ſupremus omnium angelorũ bonorum, cuius operatio maximè eſt in vno, quod eſt Deus, vnita. Vnde ſupremus omnium angelorum eſt ſubiectum æui. Non autem lucifer.

1. p. q. 10. ar. tic. 6. & 2. ad 2. q. 2. art. 2.

1. p. q. 10. ar. 11. 5. ad 1. & ar. 6 c. & 2. di. 2 q. 1. ar. t. 1. ad 4.

2. di. 2. q. 1. art. 2. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ aliqui poſuerũt luciferum non fuiſſe ſupremum angelorum. Sed ſicut Dama. dicit fuit primus eorum qui præerant ordini terreſtri. Si verò concedamus ſecundum Gregorium, ꝙ fuerit ſupremus omnium: tunc dicẽdum eſt, ꝙ ſua operatio auerſa eſt ab vno primo, & conuerſa ad multitudinem inferiorum rerum, quarum primam appetijt. Et ſecundum hoc dæmones decidunt à ſumma ſimplicitate æui vnde Dio. dicit 4. c. de diui. no. quòd dæmones dicuntur mali, propter hoc quòd infirmantur circa operationem naturalem.

1. p. q. 63. ar tic. 8. ad 3. ma. q. 16. ar. 1. ad 12.

QVAESTIO V.

DEinde quæſitum eſt de hominibus.

¶ Et primò quantùm ad ea quæ poſſunt omnibus eſſe communia.

¶ Secundò quantùm ad ea quæ pertinent ad quoſdã borum ſtatus.

¶ Circa cõia verò quæſitum eſt quadrupliciter.

¶ Primò quidem de his, quæ pertinent ad naturam hominis.

¶ Secundò, de his quæ pertinent ad ſacramenta.

¶ Tertiò, de his quæ pertinent ad virtutes.

¶ Quartò, de his quæ pertinent ad præcepta.

¶ Circa primum quæſita ſunt tria.

¶ Primò, quantum ad perſonas hominum: vtrùm ſcilicet ſi Adam non peccaſſet, ijdem homines numero ſaluarentur, qui nunc ſaluantur.

¶ Secundò, quantùm ad intellectum, vtrùm ſcilicet verbum cordis ſit ſpecies intelligibilis.

¶ Tertiò, quantùm ad voluntatem, vtrùm ſcilicet ea quæ per timorem fiunt, ſint voluntaria.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm ſi Adam non peccaſſet, ijdem homines numero ſaluarentur, qui nunc ſaluantur.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd ſi Adã non peccaſſet, non ijdem homines numero ſaluarentur qui nunc ſaluantur. Si enim Adam non peccaſſet, ſoli electi naſcerentur: ergo non fuiſſent nati illi peccatores qui finaliter ſunt reprobati: & per conſequens nec eorũ filij, quia ſi non ſunt ijdem patres, cõſequens eſt neq; filios eſſe eoſdem: multi autem nunc ſaluantur ex reprobis parentibus nati. Ergo ſi Adam

art. 63. ſed contra. & ad 2.

non

non peccaſſet, non ijdẽ ſaluarentur, qui nunc ſaluatur.

¶ Præterea, Secundùm philoſophum ſemen eſt ſuperfluum alimenti, ſed alijs cibis homo vſus fuiſſet in paradiſo, ſi non peccaſſet ab his quibus nunc vtitur: ergo aliud fuiſſet ſemen, & per conſequens alij filij.

¶ Sed contra eſt, quòd Greg. dicit 4. Moral. Si primum parentem nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex ſe filios gehennæ generaret: ſed hi qui nunc per redemptorem ſaluandi ſunt, ſoli ab eo electi naſcerentur.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd cùm in generatione hominis ſicut & aliorum animalium ſemen patris ſit agens materia verò à matre miniſtrata ſit ſicut patiens: ex quo corpus humanum formatur: impoſſibile eſt eundem filium naſci, ſiue ſit alius pater, ſiue ſit alia mater, ſicut etiam non eſt idem numero ſigillum; ſiue ſit alia cera, ſiue ſit aliud corpus ſigilli: ex cuius impreſſione cera ſigillatur. Et quamuis ſuperfluum alimenti ſit ſemen ſecundum philoſophum: diuerſitas tamen alimentorum non ſufficeret ad diuerſificandũ filios qui ex ſemine naſcuntur: quia ex illis cibis non ſumitur niſi ſemen, niſi quatenus aliqualiter in ſubſtãtiam parentum conuertuntur. Dicunt quidam ſequentes Anſel. quòd ſi homo non peccaſſet in illa prima tẽtatione, ſtatim confirmatus fuiſſet & ipſe & omnes qui ab eo naſcerentur: ita ꝙ omnes qui naſcerentur fuiſſent electi. Vnde cum nunc multi qui ſaluantur ex ex peccatoribus naſcantur, ſicut in obiiciendo tangebatur, conſequens eſt ꝙ eſſent alii parentes ſaluandorum, & per conſequens alij filij. Sed hæc poſitio non videtur eſſe vera, quia ſecundum Aug. 14. de ciu. Dei Status corporis in homine proportionaliter reſpondet ſtatui animæ: quamdiu ergo homo habuit corpus animale, potens mori & non mori indigens alimentis, tãdiu habuit animam potentem peccare, & non peccare habuit autem corpus animale quandiu fuit in ſtatu generandi: quod etiam fuiſſet, ſi poſt illam primam tẽtationem non peccaſſet. Et ideo poſsibile fuiſſet, ſi primus homo tunc non peccaſſet, quòd etiam ipſe, vel eius poſteri poſtmodum peccarent: vt Hugo. de ſanct. Vict. dicit. Vnde ex hoc non ſequitur parentum diuerſitas, quòd nunc ſunt aliqui peccatores, tunc autem non eſſent, ſed eſt aliud: unde neceſſe eſt ponere diuerſitatem parentum: quia in primo ſtatu vnus homo non habuiſſet plures vxores: nec etiam aliqui ex fornicatione vel adulterio naſcerentur, quod nunc cõtingit etiam in his qui ſaluantur: multi enim filij vnius parentis ex pluribus vxoribus nati ſaluantur, ſicut patet de filijs Iacob. Multi etiam ex fornicatione, vel adulterio nati, alioquin eis fruſtra ſacramenta ſalutis adhiberentur. Vnde relinquitur, quòd aliqui nunc ſaluantur, qui ſi primus homo non peccaſſet, non naſcerentur, & per conſequens non ſaluarentur, nec tamen Dei prædeſtinatio falleretur: quia Deus prædeſtinauit homines habens ſcientiam futuri euentus. Quod verò Grego. dicit, quòd ſi primus homo non peccaſſet, nequaquam ex ſe filios gehennæ generaret, indubitanter verum eſt. Non enim in filios transfunderet peccatum originale, ſecundùm quòd homines filij iræ naſcuntur, quod autem ſubdit quòd hi ſolĩ qui nunc ſaluandi ſunt naſcerentur, intelligendum eſt quòd pronomen facit ſimplicem demonſtrationẽ: quia ſcilicet ſoli electi naſcerentur, quantum eſt ex ratione originis, non autem demonſtrationem perſonalem: quia aliæ perſonæ eſſent hominum qui ſaluarent.

Opinio Anſel.

Probatio opi. Augu.

1. p. q. 100. art. 2 & 2. di. 20. q. 2. art. 3. ad 5. & 7 ma. q. 5. ar. 4 ad 8 ar. 6. ad 1. ſ. & 4 dis. 33. q. 1. ar. 3 ad 5.

Gregori. No. bene.

ar. 63. ad 2.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm verbum cordis ſit ſpecies intelligibilis.

1. p. q. 34. art. 1 & q.

AD ſecundum ſic procedebatur. Videtur quòd verbum cordis ſit ſpecies intelligibilis: verbũ enim cordis eſt quo intellectus videt: hoc autem eſt ſpecies intelligibilis: ergo verbum cordis eſt ſpecies intelligibilis.

84. ar. 4. c. & q. 1. q. 85. art. 2. opuſ 53. c.

¶ Præterea, Cognitio intellectiua à ſenſu oritur. Sed illud quod ſenſus ſentit, eſt ſpecies intelligibilis: ergo verbum cordis, quo intellectus intelligit, eſt ſpecies intelligibilis.

¶ Sed contra, Verbum cordis interius eſt quod exteriori verbo ſignificatur. Sed verbum exterius non ſignificat ſpeciem intelligibilem: ergo verbum internus non eſt ipſa ſpecies intelligibilis.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſecundum Aug. 15. de Trini. Verbum cordis importat quoddam procedens à mente ſiue ab intellectu, procedit autem aliquid ab intellectu, inquantùm eſt conſtitutum per operationem ipſius. Eſt autem duplex operatio intellectus, ſecundum philoſophum in tertio de anima. (T. c. 21.) Vna quidem quæ vocatur indiuiſibilium intelligentia: per quã intellectus format in ſeipſo diffinitionem, vel conceptum alicuius incomplexi. Alia autem operatio eſt intellectus componentis & diuidentis, ſecundum quam format enunciationem. Et vtrunq; iſtorum per operationem intellectus conſtitutorum vocatur verbum cordis, quorum primum ſignificatur per terminum incomplexum: ſecundum verò ſignificatur per orationem: manifeſtum eſt autem, ꝙ omnis operatio intellectus procedit ab eo, ſecundum ꝙ eſt factus in actu per ſpeciem intelligibilem: quia nihil operatur, niſi ſecundum ꝙ eſt actu. Vnde neceſſe eſt ꝙ ſpecies intelligibilis, quæ eſt principium operationis intellectualis differat à verbo cordis, quod eſt per operationem intellectus formatũ, quamuis ipſum verbum poſſit dici forma vel ſpecies intelligibilis, ſicut per intellectum conſtituta: prout forma artis quã intellectus adinuenit, dicitur quædam ſpecies intelligibilis.

1. p. q. 27 ar. 1. c. me. & q. 28. ar. 4. ad 1. ver. q. 14. ar. 1. & prin cipio & ſpiritu ar. 9. ad 6 &. ar. vl. ad 7. & 1. di. 19. q. 5. ar. 1 ad 7.

pot. q. 9. ar. 5. c.

1. d 27. q 2. ar. 2. 3. c. in de cõcordãtiã ad 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ intellectus intelligit aliquid dupliciter. Vno modo formaliter, & ſic intelligit ſpecie intelligibili qua fit in actu. Alio modo ſicut inſtrumento quo vtitur ad aliud intelligendũ & hoc modo intellectus verbo intelligit, quia format verbum ad hoc ꝙ intelligat rem.

art. 161. & 1. p. q. 85. ar. 2. ad 3.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ cognitio ſenſus exterioris perficitur per ſolam immutationem ſenſus à ſenſibili. Vnde per formam quæ ſibi à ſenſibili imprimitur, ſentit, non autem ipſe ſenſus exterior format ſibi aliquam formam ſenſibilem, hoc autem facit vis imaginatiua, cuius forma quodãmodò ſimile eſt verbum intellectus.

ARTICVLVS X.

Vtrùm ea, quæ fiunt ex timore ſint voluntaria.

CIrca tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ ea quæ fiunt ex timore non ſint voluntaria. Neceſſitas enim voluntati contrariatur, vt dicitur in 5. Metaphy. (T. c. 6.) Sed ea quæ fiunt ex timore dicuntur ex neceſſitate fieri: non ergo ſunt voluntaria.

12. q. 6. art. 6. c. & 7. ad 1. & 2. & 22. q. 110. art. 3. ad 3. & 4 d. 29. ar 3. 12. q. 8. ar. 1. c. & q. 60. ar. 1 ad primum. art. 85. c. & 2 d. 40. c. arti. 2. c. & ad 3. artic. 193.

¶ Sed cõtra, Omne quod quis operatur propter finem eſt voluntarium, ſed ea quæ quis operatur ex timore operatur propter finem, ſcilicet ad vitandũ malum quod timet, ſicut qui proijcit merces in mare vitat ſubmerſionem nauis: ergo huiuſmodi ſunt voluntaria.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ cũ bonũ ſit voluntatis obiectũ hoc mõ ſe habet aliquid ad hoc ꝙ ſit voluntarium, quo modo ſe habet ad hoc ꝙ ſit bonũ. Cõtingit aũt aliquid in vniuerſali conſideratũ eſſe bonũ, quod tamen ſecundum aliquas particulares circunſtantias

redditur malum, ſicut generare filios eſt bonum, ſed generare filios ex non ſua vxore eſt malum, & ſimiliter contingit aliquid in vniuerſali conſideratum eſſe malum, quod tamen ſecundùm aliquas particulares circunſtantias fit bonum ſicut occidere ſecundum ſe eſt malum, ſed occidere hominem pernicioſum multitudini, eſt bonum, & quia actiones circa ſingularia iudicantur bonæ, vel malæ, & per conſequens voluntariæ, vel inuoluntariæ, ſimpliciter quidem conſideratis ſingularibus circunſtantiis, ſecundum quid autem ſecundum in vniuerſali cõſiderantur: ea verò quæ ex timore fiunt in uniuerſali quidem conſiderata, ſunt mala & inuoluntaria: ſed ſi conſiderentur ſecundùm ſingularia quæ circunſtant, ſic ſunt bona: & uoluntaria, ſicut proijcere merces in mare ſecundùm ſe conſideratum eſt malum & non voluntarium ſed in tali caſu eſt bonum & voluntarium, vnde & Philoſophus dicit in 3. Ethicor. quod huiuſmodi mixta ſunt ex voluntario, & inuolontario: ſimpliciter autem ſunt voluntaria, ſecundum quid autem inuoluntaria & ex neceſſitate facti.

21. q. 125. ar. 4. & 2. q. 108. arti. 4. ad 4. & 4. diſt. 19. q. 1. a. 2.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO VI.

DEinde circa ſacramenta quæſitum eſt.
¶ Primò de ſacramento eucharistiæ.
¶ Secundò, de ſacramento pœnitentiæ.
¶ Tertiò, de ſacramento matrimonij.
¶ Circa eucharistiam quæſita ſunt duo.
¶ Primò, vtrùm forma panis annihiletur.
¶ Secundò, vtrùm ſacerdos dare debeat hoſtiam non conſecratam peccatori hoc petenti.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm forma panis in ſacramento Eucharistiæ annihiletur.

AD primum ſic proceditur. Videtur forma panis in ſacramēto eucharistiæ annihiletur. Illud enim annihilari videtur, quod deſinit eſſe & in nihil cōuertitur. Sed forma panis facta conſecratione deſinit eſſe, nec eſt dare in quod conuertatur. Non enim conuertitur in materiam corporis Christi: nec etiam in formam eius, quæ eſt anima, alioquin anima eſſet ibi ex vi ſacramenti: ergo forma panis annihilatur.

3. p. q. 75. ar. 4. & 6. c. & c. & ad 3

¶ Præterea. Aug. dicit ſuper illud Ioan. 17. Clarifica me pater, &c. Si humana natura conuertitur in verbum: ſi diligentiùs cogitamus, homo periret in Deo. Sed illud annihilari dicitur quod perit: ergo ſi panis conuertitur in corpus Christi, videtur quòd annihiletur.

¶ Sed contra eſt, quia ſicut Augu. dicit libr. 83. q. Deus non eſt actor tendendi in non eſſe. Eſt autem actor ſacramenti eucharistiæ: ergo in illo ſacramento nihil annihilatur.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd annihilatio quendam motum importat. Omnis autem motus denominatur à termino ad quem. Vnde terminus annihilationis eſt nihil. Conſecratio autem panis in ſacramento eucharistiæ, non terminatur ad nihil, ſed ad Corpus Christi: alioquin non eſſet dare quomodo corpus Christi incipiat eſſe ſub ſacramento. Non enim incipit ibi eſſe per motum localem: alioquin deſineret eſſe in cœlo. Relinquitur ergo, quòd in conſecratione panis non eſt aliqua annihilatio, ſed tranſubſtantiatio in corpus Christi.

4. di. 11. q. 1. ar. 2. c. 3. p. q. 75. arti. 2. & 4. & 4. diſt. 10. ar. 2. ad 4. 183. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut in generatione naturali, neque forma, neque materia generatur aut corrumpitur, ſed totum compoſitum: ita etiam in ſacramento altaris non eſt quærendum ſeorſum de de forma aut materia in quid conuertatur: ſed totus panis conuertitur in totum corpus Christi, in quantū eſt corpus: quia ſi in triduo mortis Christi fuiſſet conſecratio facta, non fuiſſet ibi anima, ſed corpus exanime, ſicut in ſepulchro iacebat.

3 p. q. 75. ar. 6. ad 2 & 4. di. 11. q. 1. ar. 1. q. 3. ad 2.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd perire diceretur natura humana, ſi conuerteretur in verbum, quantùm eſſe deſineret, quod pertinet ad terminum à quo: non autem ſi anihiletur quantùm ad terminum ad quem.

3. q. 82. art. 2. 4. 105.

ARTICVLVS XII.

Vtrum ſacerdos debeat dare hoſtiam non conſecratam peccatori occulto, hoc petenti.

CIrca ſecundum ſic procedebatur. Videtur quòd ſacerdos non debeat dare hoſtiam non conſecratam peccatori occulto hoc petenti. Non enim debet ſacerdos peccatum occultum publicare. Publicaret autem ſi ei daret hoſtiam non conſecratam, cùm alijs ſocijs daret conſecratam: ergo ſacerdos non debet dare hoſtiam non conſecratam peccatori occulto hoc petenti.

¶ Præt. Hoſtia conſecrata à ſacerdote alicui fideli porrecta à circunſtantibus adoratur. Si ergo exhibet hoſtiam non conſecratā, loco conſecratæ, quantū eſt in ſe faciet populū idololatrare, quod eſt graue peccatum: non ergo ſacerdos debet peccatori occulto petēti dare hoſtiam non conſecratam.

¶ Sed contra eſt, quia ſacerdos eſt medicus animarum. Sapiens autem medicus vitat quantum poteſt periculum infirmi quem accepit in cura. Peccatori autē cuius curam habet imminet magnum periculum, ſi in conſcientia mortalis peccati corpus Christi accipiat, quia qui manducat & bibit indignè, iudiciū ſibi manducat & bibit: vt dicitur primæ Corinthiorum 11. ergo ſacerdos benefacit, ſi eius periculum euitet porrigens ei hoſtiam non conſecratam.

¶ Reſpondeo dicendum, veritati non eſt aliqua fictio adiungenda: quia nulla eſt conuentio lucis ad tenebras: ut apoſtolus dicit 2. ad Corinth. 6. & propter hoc Aug. probat in lib. 83. q. quòd corpus Christi non fuit phantaſticum, quia ueritas, quæ eſt Christus non potuit fallere: & ideo in ſacramentis eccleſiæ nihil eſt per fictionem agendum, & præcipuè in ſacramento altaris, in quo totus Christus continetur. Eſſet autem quædam fictio, ſi hoſtia non conſecrata loco conſecratæ daretur. Et cum etiam ſacerdos quantum in ſe eſt, populo fieret idololatrandi occaſio, qui quamuis peccatum idolatriæ non incurreret, æſtimans probabiliter hoſtiam eſſe conſecratam, tamen ſacerdos in hoc ipſo, quòd hoſtiam non conſecratam populo exhiberet adorandam, idolatriæ crimen incurreret. Vnde hoc in nullo caſu eſt faciendum, vt hoſtia non conſecrata exhibeatur vni vel pluribus tanquam conſecrata. Debet ergo ſacerdos peccatorem occultum primò quidem monere, vt pœnitentiam agat, & ſic ad ſacramentum accedat, quòd ſi pœnitere noluerit, debet ei occultè inhibere, ne alijs communicantibus in publico ſe immiſceat, quòd ſi ſe immiſcuerit, debet ei dare hoſtiam conſecratam.

ar. 148. a. 3. diſ. 9. q. 1 arti. 2. q. 6. ad 2. 2 2. q. 2. ar. 3. ad 4.

¶ Vnde prima duo concedimus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſtultus eſſet medicus qui cum maiori ſuo periculo minus periculum infirmi vellet impedire, putà ſi vellet ipſe venenū bibere, ne infirmus biberet vinum. Multò autē magis peccat ſacerdos fictionem faciens in ſacramento Christi, quàm peccator indignè ſumens. Vnde ſtultus eſſet

3. q. 80. art. 6. & q. 82. arti. 2. c. & ad 1. & 4. di. 9. art. 5. q. 10.

ſacerdos

ſacerdos, ſi vt vitaret peccatum ſubditi, ipſe grauiùs peccaret, fictionem faciens in ſacramento veritatis.

QVAESTIO VII.

DEinde circa ſacramentum pœnitentiæ quæſita ſunt duo.

¶ Primò vtrùm prælatus debeat ſubditum ſuum ab adminiſtratione remouere, propter aliquid quod ab eo in confeſſione audiuit.

¶ Secundò, vtrùm in meliori ſtatu moriatur ille, qui moritur via eundi vltra mare, quàm ille qui moritur in redeundo.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum prælatus poſſit ſubditum ſuum ab adminiſtratione remouere ob audita in confeſſione

4.d.21.q.3 ar.1.q.1. ad 3. CIrca primum ſic proceditur. Videtur quod prælatus poſſit ſubditum ſuum ab adminiſtratione remouere, propter aliquid quod ab eo in confeſſione audiuit, quia quod inſtitutum eſt pro charitate, contra charitatem non militat. Sed ſigillum confeſſionis inſtitutum eſt pro charitate. Non ergo militat contra charitatem ex qua tenetur prælatus ſaluti ſubditorum prouidere. Eſt autem quandoque contra ſalutem ſubditi, ſi ei adminiſtratio dimittatur, vt putà ſi habeat occaſionem recidiuandi in peccatum: ergo non obſtante ſigillo confeſſionis, prælatus debet eum ab adminiſtratione remouere.

ar.15.& 4 ¶ Sed contra eſt quia nihil eſt faciendum in præiudicium confeſſionis. Eſſet autem præiudicium confeſſionis, ſi ſubditus ab adminiſtratione remoueretur, propter crimen quod ſuo prælato confeſſus eſt: quia per hoc alij retraherentur à confitendo. Non ergo debet prælatus ſubditum ab adminiſtratione remouere, propter peccatum quod ei confeſſus eſt.

¶ Reſpondeo dicendum, quod id quod per confeſſionem auditur, nullo modo eſt manifeſtandum, nec verbo, nec ſigno, nec nutu: nec etiam aliquid eſt faciendum, vnde in ſuſpitionem peccati aliquis poſſit deuenire. Si ergo amotio ſubditi ad adminiſtratione poſſit inducere ad manifeſtandum peccatum in confeſſione auditum, vel ad aliquam probabilem ſuſpitionem habendam de ipſo, nullo modo prælatus deberet ſubditum ab adminiſtratione remouere: putà ſi in aliquo monaſterio eſſet conſuetum, quod priores non amouerentur de ſuis prioratibus niſi propter culpam: manifeſtaretur autem peccatum confitentis per remotionem ab adminiſtratione. Vnde ſi abbas hoc faceret, grauiter peccaret tanquam confeſſionem reuelans. Poſſet tamé eum ſecretò charitatiuè admonere, vt cum inſtantia peteret ceſsionem, ſi hoc videret ſaluti eius expedire. Si verò per amotionem ab adminiſtratione peccatū nullatenus manifeſtaretur: putà ſi in aliquo monaſterio eſſet conſuetum quòd abbas pro ſuo libitu de facili aliquos ab adminiſtratione remoueret: tunc alia occaſione accepta poſſet ſubditum ſibi confeſſum ab adminiſtratione remouere, & deberet hoc facere, cū debita tamen cautela, ſi talis adminiſtratio eſſet ſubdito periculoſa in poſterum: quamuis etiam & in hoc caſu melius eſſet quòd eum induceret ad ceſſionem petendam. Si verò periculum in poſterum non timeretur, non oportet, quòd pro peccato præterito pœnitentiá deleto eum ad adminiſtratione remoueret, ſicut etiam Auguſt. dicit in li. de adulterinis coniugijs. Cur adhuc deputamus adulteros quos credimus pœnitentia eſſe ſanatos: quandoque enim pœnitentes innocentibus meliores ſunt.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum melius moriatur cruce ſignatus qui moritur in via eundi vltra mare, quàm qui moritur redeundo.

AD ſecundum ſic procedebatur. Videtur quod melius moriatur cruce ſignatus qui moritur in via eundi vltra mare, quàm ille qui moritur redeundo. Qui enim moritur in eundo quaſi proſequendo votum ſuum, vt ſe exponat morti pro Chriſto: & ita moritur tanquam martyr: qui autem moritur redeundo, non moritur in propoſito ſe exponendo in Chriſto, & ita moritur quaſi confeſſor. Sed maior eſt ſtatus martyrum quàm confeſſorum: ergo in meliori ſtatu moritur, qui moritur in eundo, quàm qui moritur in redeundo. ar.38 & 4. diſ.20.q.1. arti.3.q.3. ad 2.

¶ Sed contra, Qui moritur in redeundo, iam conſummauit votum ſuum: qui autem moritur in eundo nondum conſummauit, ſed eſt quaſi in principio. Perfectum autem melius eſt imperfecto, & finis principio: ergo meliùs moritur in redeundo, quàm qui moritur in eundo.

¶ Reſpondeo dicendum, quod quantò aliquis cū pluribus meritis moritur, tantò meliùs moritur: merita autem manent homini nō ſolùm illa quæ actu agit, ſed etiam illa quæ iam fecit, quaſi apud Deum depoſita: ſecundum illud 2. ad Tim. 2. Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare. Manifeſtum eſt autem, quod ille qui moritur in redeundo de vltra mare cæteris paribus cum pluribus meritis moritur, quàm ille qui moritur in eūdo. Habet enim meritum ex aſſumptione itineris: & vlteriùs ex proſecutione, in qua fortè multa grauia eſt paſſus: & ideo cæteris paribus meliùs moritur ille qui moritur redeundo: quàmuis ire ſit magis meritorium, quàm redire, genus operis conſiderando. 4.di.14.q. 2.ar.3.q.3 c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod illud propoſitum exponendi ſe morti propter Chriſtum, habuit etiam iſte in eundo; nec hoc meritum perdidit, ſi ſe à peccato immunem cuſtodiuit.

QVAESTIO VIII.

DEinde circa matrimonium quæſita ſunt duo.

¶ Primò ſi aliquis deſpondeat aliquam per verba de futuro, & poſtea carnaliter cognoſcat: nō quidem quaſi conſentiens in matrimonium, ſed ſolùmmodò volens fraudulenter ſurripere copulam carnalem, ſi poſtmodùm contrahat cum alia per verba de præſenti, vtrùm ſecunda ſit vxor eius.

¶ Secundò, ſi vir accuſet vxorem de adulterio occulto, vtrùm mulier teneatur in iudicio ſuum peccatum confiteri.

ARTICVLVS XV.

Vtrùm ille qui cum fraude cognouit carnaliter quam deſponderat, poſſit habere vxorem illam cum qua poſtea contrahit per verba de præſenti.

CIrca primū ſic procedebatur. Videtur quod ille qui cognouit carnaliter quam deſponderat per verba de futuro, non poſſit habere vxorem illam cum qua poſtea contrahit per verba de præſenti. Iudicio enim eccleſiæ compellitur ſtare cum prima, quam carnaliter cognouit: ſed eccleſia poteſt facere perſonas illegitimas ad contrahendum: ergo videtur 4.di.27.ar. 2.& q.1.3 c.4. di.28 arti.2.3 c. de cōtractu matrimonij.

quòd talis non poſsit cum alia muliere habere matrimonium: & ita illa cum qua ſecũdò contraxit per verba de præſenti non erit vxor ſua.

¶ Sed contra eſt, quòd error hominis non præiudicat veritati matrimonii. Sed ex errore hominis præſumentis eſſe conſenſum vbi fuit carnaliter copula, contingit quòd per iudicium eccleſiæ compellitur aliquis illam habere, quam cognouit carnaliter poſt contractum per verba de futuro: ergo non præiudicat veritati ſecundi matrimonii, quod eſt ritè contractum per verba de præſenti.

4.di.16.q.2.ar.4.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut Leo Papa dicit. Cauſa matrimonii eſt conſenſus per verba de præſenti expreſſus: ſine quo cætera etiam cum coitu ſubſecuta fruſtrantur. Remota autem cauſa, remouetur effectus: vnde cùm in primo matrimonio ponatur non fuiſſe conſenſus, manifeſtum eſt quòd non fuit matrimonium. Et quia poſita cauſa ponitur effectus; conſequens eſt vt ſecundum fuerit matrimonium in quo ponitur fuiſſe mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus inter perſonas à matrimonio ſolutas.

22.q.64.ar.6.ad 3. & q.67.ar.2.o.& 4. di.26.q.1.art.2.q.4.3.ad 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd eccleſia in his quæ ad matrimonium pertinent, tripliciter ſe habet. Vno quidem modo per modum iudicãtis: & quia homines uident ea, quæ apparent: ſecundum quòd dicitur 1. Regum 16. Oportet quòd iudex eccleſiaſticus iudicet ſecundũm ea quæ ſibi apparent per confeſſiones partium, & per idoneos teſtes, & per alia legitima documenta, quibus in omnibus adhibitis contingit quandoque veritatem latere: & præcipuè in his quæ pertinent ad interiora cordis, quæ humano teſtimonio probari non poſſunt: etſi per aliquã ſigna exteriora de his poſsit aliqua coniectura haberi: & ideò iudicium eccleſiæ circa ea quæ ad matrimonium pertinent, ſi veritas lateat, non impedit ſequens matrimonium contrahendum, nec dirimit iam contractum. Alio modo ſe habet per modum prohibentis vel punientis: & hoc quidem impedit matrimonium contrahendũ, ſed non dirimit iam contractum: putà vxoricidæ pœnam imponit eccleſia, vt vlteriùs à matrimonio abſtineat. Si tamen contraxerit matrimonium non dirimitur. Tertio modo ſe habet per modum ſtatuentis, quod ſit ſolùm authoritate ſummi pontificis: & ſecundum hoc perſonæ aliquæ redduntur illegitimæ ad contrahendum, ita quòd ſi etiam contrahant, matrimonium dirimit: vt patet in quibuſdam gradibus conſanguinitatis & affinitatis, vel etiam de adultera, cum quis dedit ei fidem de contrahendo, vel cùm machinatus eſt in mortẽ vxoris.

ARTICVLVS XVI.

Utrùm mulier accuſata de adulterio occulto teneatur ſuum peccatum in iudicio confiteri.

4.di.37.q.2.art.2.o & diſt.41.art.4.q.3.ad 2.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ mulier accuſata de adulterio, non teneatur ſuum peccatum in iudicio confiteri. Nullus enim tenetur ſuum peccatum occultum publicare. Sed adulterium mulieris eſt occultum. Si autem in iudicio confiteretur ipſum, veniret in publicum: ergo non tenetur mulier accuſata de adulterio ſuum peccatum in iudicio confiteri.

109.
4.di.19.q.2.art.3.ad 4.& 5.

¶ Sed contra eſt, quia debet præſtare iuramentum de veritate dicenda, ſed nullo modo debet deierare: ergo debet veritatem confiteri de ſuo peccato.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ circa hoc eſt diſtinguendum. Si enim adulterium ſit omnino occultum, nõ debet peccatum ſuum in iudicio confiteri: nec debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda, quia occulta ſoli diuino iudicio reſeruantur, ſecundum illud 1.ad Cor.4. Nolite ante tempus iudicare, quouſque veniat

B.Paulus.

dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum. Sed quãdo ex adulterio procedit infamia vel aliqua ſigna euidentia apparent quæ vehementem ſuſpitionem facere poſſunt, vel quando eſt ſemiplenè probatum: tũc debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda, & ipſa tenetur confiteri veritatem.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO IX.

DEinde circa virtutes quæſita ſunt duo.

¶ Primò circa iuſtitiam, ſcilicet ſi aliquis incidens in latrones, promittat eis pecuniam pro ſua liberatione, ſi mutuò eam accipiat ab aliquo ſuo amico, vtrùm reſtituere teneatur.

22.q.67.4 ... 1.o. q. diſt.17.q.3.ar.1.q.2.ad 1.2.

¶ Secundò circa abſtinentiam, vtrùm aliquis peccare poſſit nimis ieiunando, vel vigilando.

ARTICVLVS XVII.

Utrum ille qui pecuniam accepit mutuò, vt redimeret ſe à latronibus, teneatur eam reſtituere.

AD primum ſic procedebatur. Videtur quòd ille qui pecuniam accepit mutuò, vt redimeret ſe à latronibus, non teneatur eam reſtituere: quia vt Auguſtinus dicit. Tempore neceſſitatis omnia ſunt communia. Sed nullus debet quaſi proprium petere id quod eſt commune: vt ambro. dicit, & habetur in decretis. diſt.4. Cùm ergo ille qui in latrones incidit fuerit maxima neceſſitate conſtitutus, vtpotè in periculo mortis exiſtẽs, videtur ꝙ factum ſit ſibi commune aliquid quod erat alterius, & ita nõ teneatur ei reſtituere, qui mutuauit acſi eſſet proprium eius.

Ambro.

¶ Præterea, Nullus tenetur facere recompenſationem alicui pro eo quod ille facere tenebatur. Sed ille qui mutuauit pecuniam tenebatur proximum ſuum à mortis periculo liberare, ſecundum illud Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem. ergo videtur quòd ille qui eſt liberatus, non teneatur ei reſtituere pecuniam mutuatam.

¶ Sed cõtra eſt quod Dominus Matth. 7. dicit. Omnia quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Sed ille qui liberatus eſt à latronibus vellet ſibi reſtitui ſi quid mutuaſſet: ergo etiam ipſe debet reſtituere quod mutuò accepit.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ iuſtitiæ actus eſt vnicuique reddere quod ſibi debetur: Vnde cum ratione contractus bonæ fidei qui fuit inter mutuãtem, & mutuò accipientem reſtitutio debeatur ex iuſtitiæ præcepto, tenetur ille qui mutuò accepit pecuniam eam reddere creditori, & tanto magis quantò in maiori neceſſitate creditor ſibi ſubuenit.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ tunc in neceſſitate fiunt omnia communia, cùm homo non poteſt ſibi de ſuo ſubuenire, ridiculum enim eſſet ſi quis famem patiens nollet accipere panem quem haberet in arca, & diceret ſe accipere panem alienum quaſi communem: quæ autem per amicos poſſumus per nos aliqualiter poſſumus, vt dicit Philoſophus in tertio Ethicorum. Iſte autem qui in latrones incidit poteſt ſe per amicos liberare mutuum accipiendo. Et ideo non fiũt ei omnia communia.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd vnuſquiſque tenetur ad liberandum proximum à morte ſecundum ſuam conditionem & modum, & hoc quidem conuenienter impleuit ille, qui pecuniam mutuauit: non autem tenebatur eam donare in caſu, quo ille poterat per mutuum liberari.

ARTI-

ARTICVLVS XVIII.

Utrùm homo poſſit peccare nimis ieiunando, vel vigilando.

2.2. q. 88. ar. 2. ad 3. & q. 147. art. 1. ad 2.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur, ꝙ homo non poſſit peccare nimis ieiunando, vel vigilando. Deus enim nō poteſt nimis ab homine diligi. Sed probatio dilectionis eſt exhibitio operis, vt Gregorius dicit in homil. quadam: ergo videtur, ꝙ non poſſit aliquis peccare nimis ieiunando, vel vigilando propter Deum.

¶ Sed contra eſt, quòd Bernar. confitetur ſe peccaſſe de hoc quòd nimis corpus ſuum ieiunio & vigilijs debilitauit.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſecundum Philoſophum in primo Politi. Aliter eſt iudicandum de fine, aliter de his quæ ſunt ad finem. Illud enim quod quæritur tanquam finis, abſque menſura quærendū eſt. In his autem, quæ ſunt ad finem eſt adhibenda menſura ſecundùm proportionem ad finem: ſicut medicus ſanitatem quæ eſt finis eius, facit quantumcunque poteſt maiorem, ſed adhibet medicinam, ſecundū quòd conuenit ad ſanitatem faciendam. Eſt ergo conſiderandum quòd in ſpirituali vita, dilectio Dei eſt ſicut finis. Ieiunia autem & vigiliæ, & alia exercitia corporalia, non quæruntur tanquam finis. Quia ſicut dicitur ad Rom. 14. non eſt regnum Dei eſca & potus: ſed adhibentur tanquam neceſſaria ad finem, id eſt ad domandas concupiſcentias carnis, ſecundum illud apoſto. 1. ad Corinth. 9. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo &c. Et ideo huiuſmodi ſunt adhibenda cum quadam menſura rationis, vt ſcilicet concupiſcētia deuitetur, & natura non extinguatur, ſecundùm illud ad Ro. 12. Exhib. beatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, & poſtea ſubdit, Rationabile obſequium veſtrum. Si verò aliquis intantum virtutem naturæ debilitet per ieiunia & vigilias, & alia huiuſmodi, quòd nō ſufficiat debita opera exequi: putà prædicator prædicare, doctor docere, cantor cantare, & ſic de alijs, abſque dubio peccat, ſicut & peccaret vir quem nimia abſtinentia ſe impotentem redderet ad debitum vxori reddendum. Vnde Hiero. dicit. De rapina holocauſtū offert, qui vel ciborum nimia egeſtatē, vel ſomni penuria immoderatè corpus affligit. Et iterum rationalis hominis dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vigilias ſenſus integritati præfert.

art. 14. ad 2. & 93. ad ſecūdum.

Re. Paulus 4. di. 21. q. 3. ar. 1. q. 2. ad 3. & diſ. 17. q. 2. ar. 3. q. 2. c.

22. q. 1. 41. ar. 6. o. & q. 147. ar. 1. ad 2. & 3.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO X.

Einde circa præcepta quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrum præcepta ordine naturæ præcedant conſilia.

¶ Secundò, vtrùm peccata quæ fiunt contra præcepta ſecundæ tabulæ, ſint grauiora peccatis, quæ fiunt contra præcepta primæ tabulæ.

ARTICVLVS XIX.

Utrum præcepta ordine naturæ præcedant conſilia.

ar. 93.

CIrca primum ſic proceditur. Videtur quòd præcepta ordine naturæ præcedant conſilia. Illud enim eſt prius ordine naturæ, ad quod natura primò inſtigat. Sed præcepta ſunt de primo inſtinctu naturæ, quia ſunt de dictamine rationis naturalis non autem conſilia: ergo præcepta ſunt priora ordine naturæ, quàm conſilia.

¶ Sed contra eſt, quia prius natura dicitur aliquid eſſe tripliciter. Vno modo ſicut imperfectum eſt prius perfecto. Et hoc modo præcepta non ſunt priora conſilijs: quia in præceptis charitatis præcipuè cōſiſtit perfectio. Secundò, per modum cauſæ tempore præcedentis effectum, & ſic etiam non ſunt priora: quia non eſt neceſſarium ꝙ aliquis priùs impleat præcepta quam conſilia. Tertiò per modum originis, quando principium eſt ſimul tēpore, ſicut & lux ſolis & radius. Sed nec hoc modo præcepta ſunt priora: quia non eſt neceſſe quòd quicunque ſeruat præcepta, ſeruet conſilia: ergo nullo modo præcepta ordine naturæ præcedunt conſilia.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd circa hoc neceſſe eſt conſiderare: primò quid ſit eſſe prius ordine naturæ: ſecundò quid ſit præceptum & quid conſilium. Quibus manifeſtatis, euidenter apparebit quod quæritur. De primo ergo ſciendum eſt, ꝙ ſecundùm Philoſophum in 5. Me. (T. c. 16) Prius & poſterius dicuntur in quolibet ordine per comparationem ad principium illius ordinis, ſicut in loco per comparationem ad principium loci, in diſciplinis per comparationem ad principia diſciplinæ. Sic ergo & in ordine naturæ dicitur aliquid eſſe prius per comparationem ad naturę principia. Quæ quidem ſunt quatuor cauſæ. Vnde ſecundum vnumquodque genus cauſæ, prius in ordine naturæ eſt quod propinquius eſt cauſæ. Quāuis autem eæ ſint quatuor, tres tamen earum ſcilicet efficiens, formalis & finalis, concurrunt in idem, vnde relinquitur quòd ordo naturæ ſit duplex. Vnus quidem ſecundùm rationem cauſæ materialis, ſecundum quòd imperfectum eſt prius perfecto, & potentia actu. Alius autem ordine naturæ eſt ſecundum rationem aliarum trium cauſarum, ſecundùm quam perfectum eſt prius imperfecto, & actus potentia. Vnde & Philoſophus dicit in 5. Meta. (T. c. 16.) ꝙ alia ſunt poteſtate priora, alia perfectione & quia forma eſt magis natura quàm materia, vt probatur in 2. Phy. (T. c. 12.) Conuenientiùs dicitur eſſe prius natura actus, qui eſt prior ſubſtātia & ſpecie, vt dicitur in 11. Meta. (T. c. 13) quàm potentia, quæ in vno, & eodem eſt prior generatione & tempore. Vnde & Philoſophus dicit in 2. Perihermenias, quòd ī his quæ cōtingit eſſe actu & poteſtate, ea quę ſunt actu, ſunt natura priora & poſteriora.

veri. q. 4. ar. 1. 1 q. 21 ar. 1 c q. 42 ar. 3. c. & 5 d 20. ar 3.

1 p. q. 85. ar. 3. ad 1. & 12. q. 66. ar 2. ad 2. 3 q. 2. ar 5. ad 3. & ar. 6. c. veri. q. 4. ar. 3.

1 p. q. 3. ar. 18. c. q 77. ar. 3. ad 1.

¶ Circa ſecundum verò, ſ. circa rationem conſilij & præcepti, conſiderandum eſt, ꝙ præceptum importat rationem debiti, debitum autem aliquod eſt dupliciter. Vno modo ſecundùm ſe, & hoc modo finis eſt debitus in vnoquoque negocio. Medicus. n. propter ſe debet quærere ſanitatē. Alio modo eſt aliquod debitum propter aliud, ſ. id ſine quo non poteſt perueniri ad finē, ſicut medicus debet dicere dietam infirmo, ſine qua non poteſt ſanari. Illud verò quod ordinatur in finem, vt meliùs aut faciliùs ad finem conſequatur, ſi ſine hoc aliqualiter poſſit haberi finis, non habet rationem debiti. Finis autem ſpiritualis, qui lege diuina ordinatur, eſt duplex. Vnus quidem principalis, ſcilicet adhærere Deo per charitatem. Vnde dicitur 1. ad Thi. 1. Finis præcepti, charitas eſt. Alius autem eſt finis ſecundarius quaſi diſpoſitiuus, ſcilicet puritas, & rectitudo cordis, quæ conſiſtit in interioribus actibus aliarum virtutum. Vnde Apoſtolus dicit ad Ro. 6. habetis fructum veſtrum in ſanctificatione. Sicut etiam in generatione naturali finis eſt & ipſa forma ſubſtantialis & vltima diſpoſitio ad formam. Vnde manifeſtū eſt ꝙ principalia præcepta diuina ſunt quidem de dilectione Dei, & proximi, vt patet Matth. 22. Secunda verò de interiori ſanctificatione, ſecundùm illud 1. ad The. 4. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Omnia verò alia, quæ ſunt ſpiritualis vitæ, ordinantur

ar. 89. c. & 22. q. 56. ar. 1 ad 1. & 2. 22. q. 44. art. 1.

ar. 14. ad 5. & 22. q. 184. art. 1. o. 2. 3 c.

22. q. 100. art. 3. ad 1. & 2.

ad prædicta ſicut in finem, ſed dupliciter. Quædam enim ſunt talia, ſine quibus prædicti fines eſſe non poſſunt: & hæc cadunt ſub præcepto ſicut non habebis Deos alienos. Non furtum facies, &c. Quædam autẽ ſunt ſine quibus ad prædictos fines perueniri poteſt, vnde non cadunt ſub præcepto. Sed quia per huiuſmodi faciliùs, & meliùs peruenitur ad fines prædictos dantur de eis conſilia: ſicut patet de paupertate, virginitate, & alijs huiuſmodi, & eſt ſimile ſi aliquis deberet ex præcepto eſſe Romæ certo die, teneretur etiam ex debito præcepti Romam ire: non autem tenetur ex præcepto ire eques: quia ſine hoc poſſet Romam peruenire: tamen caderet hoc ſub conſilio, inquantum equitando faciliùs, & meliùs perueniret ad finem.

[22.q.108.1 art.4.0.& ar.92.huius ar.14.ad 5. & ar.55.c. & ar.93.ad 2.]

¶ His ergo viſis, patet de facili id quod quærebatur. Si enim comparemus conſilia ad præcepta finalia: quæ ſunt de dilectione Dei, & proximi, de interiori cordis puritate, manifeſtum eſt, quòd præcepta ſunt priora conſilijs naturaliter ordine perfectionis: ſicut naturaliter prior eſt potentia, & finis his quæ ſunt ad finem: ſed conſilia erant priora naturaliter ordine generationis & temporis inquantum ſcilicet per conſilia ad puritatem perfectam cordis, & perfectam dilectionem Dei & proximi peruenimus. Si autem comparemus conſilia ad alia præcepta, quæ ordinantur ex neceſsitate in prædictos fines, ſic erit duplex conſideratio. Nam in conſilijs neceſſe eſt vt includantur præcepta. Qui enim omnia dimittit non rapit aliena: & qui virginitatem ſeruat non mœchatur: ſicut etiam, qui equitat vadit: ſed non conuertitur. Erit ergo vna comparatio conſiliorum ad præcepta abſolutè conſiderata, & ſic hoc modo præcepta erunt ordine naturæ priora conſilijs: ſicut genus eſt naturaliter prius ſpecie, conſilia autem èconuerſo priora naturaliter præceptis: ſicut ſpecies ſunt priores ſecundùm naturam, quàm genera, vt patet per Philoſophũ in primo Phyſicor. (Topic. capite quinto.) comparatur enim genus ad ſpeciem, ſicut potentia ad actum. Præcepta autem abſolutè ſumpta ſe habent per modum generis ad obſeruantiam præceptorum cum conſilijs & ſine conſiliis: ſicut non mœchari ad non mœchari cum virginitate & ad non mœchari cum matrimonio, & ire cõmune eſt ad ire equitem & ad ire peditem. Alia verò comparatio eſt conſiliorum ad præcepta ſine conſiliis obſeruata: ſicut ſi comparemus euntem in equo, ad eum qui vadit pedibus. Similis enim eſt comparatio virginis ſeu continentis ad matrimonium: & pauperis propter Chriſtum ad eum qui in ſeculo ſuis contẽtus eſt. Et ſic ſimpliciter ordine naturæ conſilia ſunt priora præceptis tanquam perfecta imperfectis: nec oportet quòd præcepta ſic accepta præcedant naturaliter ordine generationis & temporis conſilia. Nõ enim oportet quòd ille qui vult continentiam, vel virginitatem ſeruare prius matrimonio iungatur: neque etiam oportet, quòd ille, qui vult eſſe pauper propter Chriſtum, priùs ſecularem vitam agat: in qua ſuis diuitijs ſit contentus: ſicut etiam non oportet, quòd ille qui vult ire eques Romam priùs vadat pedes: & poſteà eques: ſed melius eſt ſi à principio eques vadat.

[22.q.108. artic.4.]

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS XX.

Vtrùm peccata contra præcepta ſecundæ tabulæ ſint grauiora peccatis, quæ ſunt contra præcepta primæ tabulæ.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd peccata quæ ſunt contra præcepta ſecundæ tabulæ ſint grauiora peccatis, quæ ſunt contra præcepta primę tabulæ. Peccatum enim contra præcepta ſecundæ tabulæ eſt contempto bono incommutabili commutabili bono adhærere: ſicut patet in furto & adulterio, & alijs huiuſmodi. Sed contemptus incommutabilis boni eſt peccatum cõtra præcepta primæ tabulæ, quibus ordinamur ad adhibendã reuerẽtiam Deo: ergo peccata quæ ſunt contra præcepta ſecundæ tabulæ includunt peccata, quæ ſunt contra præcepta primæ tabulæ, & aliquid addunt: ergo ſunt grauiora.

[ar.18.argumẽtũ 1. & 12.q.110. art.6.c.]

¶ Præt. Simonia eſt maximum peccatum. Sed ſimonia cum ſit ſpecies auaritiæ: eſt contra præcepta ſecundæ tabulæ, ergo peccata quæ ſunt contra præcepta ſecundæ tabulæ ſunt grauiora.

¶ Sed contra eſt quòd peccata contra præcepta primæ tabulæ ſunt infidelitas: deſperatio: & alia huiuſmodi, quæ ſunt grauiſſima peccata: ergo peccata, quæ ſunt contra præcepta primæ tabulæ ſunt grauiora.

[12.q.73.ar.3.ad 1.& ar.11.5 c.& 22 q.20.art.3.c.]

¶ Reſpondeo dicendum, quòd formalis ratio peccati mortalis conſiſtit in auerſione à Deo. Si enim eſſet inordinata conuerſio ad bonum commutabile ſine auerſione à Deo, non eſſet peccatum mortale: præcepta autem primæ tabulæ ſecundùm ſe ordinant directè hominem in Deum. Vnde dicuntur ad dilectionem Dei pertinere. Et ideo peccata quæ ſunt contra præcepta primæ tabulæ, directè & ſecũdùm ſe important auerſionem à Deo, peccata autem quæ ſunt contra præcepta ſecundæ tabulæ per ſe quidem deordinant nos principaliter circa bona commutabilia, circa quæ ordinamur per præcepta ſecundæ tabulæ, ex conſequenti autem deordinant nos à Deo. In vnoquoque autem genere potiſſimum eſt id quod eſt per ſe. Vnde peccata quæ ſunt contra præcepta primæ tabulæ, ſecundùm ſuum genus ſunt grauiſſima in genere peccatorum.

[22.q.34.art.2.]

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd contemptus Dei per ſe intentus eſt in peccatis quæ ſunt contra pręcepta primæ tabulæ: ſic autem non ex neceſſitate includitur in peccatis quæ ſunt contra præcepta ſecundæ tabulæ, non enim ille, qui fornicatur intendit hoc agere in contemptum Dei. Sed intendit principaliter delectari: ad quod conſequitur quòd Deum contemnat præter principalẽ intentionem, mandata eius tranſgrediens.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſimonia non eſt maximum peccatum ſimpliciter: ſed maximum inter illa quæ committunt̃ circa contractus pecuniarios, & hoc etiam eſt ex hoc, quod irreuerenter ſe habet homo ad res ſacras, in quo attingit peccata quæ ſunt contra præcepta primæ tabulæ.

[22.q.100 de ſimo. & 4 di.24 & 93 art.]

QVAESTIO XI.

DEinde quæſitum eſt de his, quę pertinent ſpecialiter ad quoſdam hominum ſtatus.

¶ Et primò de his quæ pertinent ad prælatos.

¶ Secundò, de his quæ pertinent ad doctores.

¶ Tertiò, de his quæ pertinent ad religioſos.

¶ Quartò, de pertinentibus ad clericos.

¶ Circa primum quæſita ſunt tria.

¶ Primò, vtrùm Beatus Matthæus vocatus ſit ſtatim à theloneo ad ſtatum Apoſtolatus, & perfectionis.

[& in ordi. 11.4.]

¶ Secundò, vtrùm ille qui eligitur canonicè in Epiſcopum meliùs faciat conſentiendo electioni de ſe factæ, vel eam recuſando.

¶ Tertiò, vtrùm prælatus, qui dat beneficium Eccleſiaſticum alicui ſuo conſanguineo ſperans per hoc ſuum genus exaltari, & ditari, committit ſimoniam.

ARTICVLVS XXI.

Vtrum B. Matthæus vocatus ſit ſtatim de Theloneo ad ſtatum Apoſtolatus, & perfectionis.

q. 51. arguitur.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd beatus Matthæus non fuit vocatus ſtatim de Theloneo ad ſtatū Apoſtolatus & perfectionis. Dicit enim Gregorius ſuper Ezechielem. Nemo repentè fit ſummus. Sed ſtatus Apoſtolatus & perfectionis Euangelicæ eſt ſummus ſtatus humanæ vitæ: ergo Matthæus non fuit ſtatim vocatus ad ſtatum perfectionis & Apoſtolatus.

¶ Sed contra eſt, quod Hieronymus dicit ſuper Matthæum, quòd de Publicano repentè fit Apoſtolus. Et Beda dicit ſuper Lucam, quòd de Publicano in Apoſtolum, de Theloneo in Euangeliſtam mutatus eſt. Et quædam gl. dicit Lucæ 5. Quòd nullam prorſus cogitationē, vel reſpectum huius vitæ ſibi reſeruauit: quod eſt perfectionis Euangelicæ: ergo ſtatim vocatus eſt ad ſtatum Apoſtolatus, & perfectionis.

Teſtimonium Euangeliſtarū de beato Matth.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd quæſtio iſta ex verbis Euangelij determinari poteſt. Si enim loquamur de Apoſtolatu, manifeſtum eſt ſecūdum narrationem Matthæi, Marci & Lucæ, quòd dominus poſt vocationem Matthæi aliquanto ſpacio temporis interiecto ex ſuis diſcipulis duodecim Apoſtolos elegit, inter quos vnus fuit Matthæus. Et ſic patet quòd ſtatim à principio fuit vocatus ad diſcipulatum Chriſti: non autem ad Apoſtolatum niſi ſecundum præordinationē Chriſti, qui eum in Apoſtolum ſumendum diſponebat, & ſecundum hoc intelligenda ſunt verba Hieronymi & Bedæ. Si autem loquamur de perfectione Euangelica ſic manifeſtum eſt quòd ſtatim à principio vocatus eſt ad ſtatum perfectionis. Dicitur enim Lucæ quinto, quòd ſurgens relictis omnibus ſecutus eſt eum, quod etiam ad diſcipulatum Chriſti pertinebat, ſecundum illud quod dicitur Lucæ decimoquarto. Niſi quis renunciauerit omnibus his quæ poſsidet, non poteſt eſſe diſcipulus meus.

Intellectus Hieroni. & Bedæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſummum in vita humana poteſt accipi dupliciter: vno modo ſecundum comparationem ſtatus ad ſtatum, ſecundum quòd in humana vita vnus ſtatus eſt maior alio, & aliquis eſt ſummus, & ſic nihil prohibet aliquem fieri repentè ſummum: ideſt attingere ad ſtatum ſummum. Et hoc apparet tam in ſpirituali, quàm in ſeculari. Inueniuntur enim aliqui ſtatim à pueritia ad ſtatum religionis qui eſt perfectiſsimus conuolaſſe, vel proprio arbitrio, ſicut beatus Ioan. Baptiſta, & beatus Benedictus, vel etiam deuotione parentum, ſicut illi qui monaſterijs traduntur à parentibus. Sic non oportet vt aliquis ſeculari vita exerceatur antequam ad religionē tranſeat, ſicut non oportet quòd aliquis exerceatur, in laicali vita antequam clericus fiat. Similiter etiam aliqui repentè aſſumuntur ad regnum, vel ab ipſa pueritia, ſicut Salomon & Ioſias reges Iuda, vel etiam in vltimo ſtatu, ſicut Saul. & Eccle. 6. dicitur quòd de carcere cathenisque interdum quis ad regnum progreditur. Alio modo poteſt accipi ſummum per comparationem graduum qui ſunt perfectio vnius hominis, & ſic intelligit Grego. quòd nemo repentè fit ſummus. Dicit enim Auguſtinus ſuper canonicam Ioan. quòd charitas non mox vt naſcitur perfecta eſt. Nam vt perficiatur naſcitur, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur. Contingit tamen quandoque quòd vnus homo repentè incipit ab altiori gradu ſanctitatis quàm ſit ſummum ad quod pertingit perfectio alterius hominis, vt patet de beato Benedicto, de quo Grego. dicit in 2. Dyal. quòd præſentes & ſecuturi omnes agnoſcant, Benedictum puerum conuerſationis gratiam à perfectione cœpiſſe.

22. q. 1. ad 2.

22. q. 186. art. 1. o. opus 17. c. 33 et 49. c. & 50. c.

A pueritia Salomon & Ioſias ad regnū ſūt aſſumpti.

Auguſt.

ARTICVLVS XXII.

Vtrùm melius faciat, qui conſentit electioni canonicæ de ſe factæ, quàm qui eam recuſat.

22. q. 185. ar. 1. ad 5. & art. 2. o. 3. 4. d. 19. ar. 4. ad 4.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quod meliùs faciat qui cōſentit electioni canonicæ de ſe factæ, quàm qui eam recuſat. Dicit enim Greg. 12. moral. poteſtas cum percipitur non ex libidine amanda eſt, ſed quando aliquis per canonicam electionem epiſcopalem dignitatem adipiſcitur, non percipit eam ex libidine; ergo debet eam amare. Non ergo debet eam recuſare.

¶ Sed contra eſt, quod Grego. dicit 28. moralium quod prælatio per meliorem intentionem fugienda eſt. opus 18 c. 22.

¶ Reſpondeo dicendum, quod in eo qui electioni canonicæ de ſe factæ conſentit, conſiderari præcipuè debet quid intendit. Si enim intendit aliquid temporale: putà honorem, diuitias, excutere ſe à iugo religionis, aut aliquid huiuſmodi, manifeſtum eſt, quòd eſt praua intentio. Vnde meliùs faceret ſi non aſſentiret. Si autem intendit profectum eccleſiæ, ſic planum eſt quod bona eſt intentio. Vnde Augu. dicit 19. de ciui. Dei. In actione non amandus eſt honor in hac vita ſiue potentia, ſed opus ipſum ſi rectè atque viriliter fit, id eſt, vt valeat ad ſalutem ſubditorum. Et inducit illud Apoſtoli quod habetur 1. ad Tim. 3. Si quis epiſcopatū deſiderat bonum opus deſiderat. Sed tamen ſciendū eſt, quod ad hoc opus maxima requiritur idoneitas, quia vt Gregor. dicit in paſtora. Tantùm actionem populi debet actio tranſcendere præſulis, quantùm diſtare ſolet à grege paſtoris vita, ad quod humana fragilitas ſecūdum proprias vires ſufficiens non eſt, ſecundum illud Apoſtoli 3. ad Cor. Et ad hæc quis tam idoneus? ſed tamen ex auxilio gratiæ diuinæ homines idonei & ſufficientes redduntur, ſicut ipſe poſtmodum ſubdit. Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. Poteſt ergo aliquis laudabiliter conſiderans proprium defectum ex humilitate officium prælationis recuſare: Sicut Iere. dicit. Neſcio loqui quia puer ego ſum, poteſt etiam laudabiliter conſentire ex charitate fraterna vt ſalutē proximorum procuret, ſicut Iſaias qui dicit. Ecce ego, mitte me. Sed ſicut Grego. dicit in paſto. In vtroque eſt ſubtiliter intuendum, quia & is qui recuſauit plenè non reſtitit, & is qui mitti voluit antè ſe per altaris calculum purgatum vidit, ne aut non purgatus adire quiſque ſacra miniſteria audeat. Aut quem ſuperna gratia eligit ſub humilitatis ſpecie ſupernæ diſpoſitioni contradicat. Quia ergo valde difficile eſt purgatū ſe quemlibet poſſe agnoſcere, prælationis officium tutiùs declinatur, non tamen pertinaciter, cùm ad ſuſcipiendum hoc ſuperna voluntas agnoſcitur.

ar. 33. 147. 242.

B. Paulus

Ieremias. Iſaias Gregorius.

3. d. 39. ar. 3. q. 1. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod illud verbum Gre. non debet ſic intelligi: Poteſtas cùm ex libidine percipitur, amāda eſt? ſed ita: Poteſtas cum percipitur non eſt amanda ex libidine, ſubdit enim, ſed ex longanimitate toleranda.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd melior eſt intentio prælationem fugientium ſecundum proprium deſiderium, dummodo non adſit neceſsitas ex parte imponentis hoc onus. Vnde Augu. dicit 19. de ciui. Dei. Superior locus ſine quo populus regi non poteſt, etſi ita teneatur vt decet, tamen inde tenter appetitur. Ocium enim ſanctum quærit charitas veritatis, negociū iuſtum ſuſcipit neceſsitas charitatis.

Auguſt. & 12 oct. 116

Arti-

ARTICVLVS XXIII.

Utrum prælatus qui dat beneficium alicui conſanguineo, vt exaltentur Alij, ſimoniam committat.

4.d.25.q.3. ar.3. Quot modis ſimonia committatur.

CIRCA tertium ſic proceditur. Videtur quòd prælatus, qui dat beneficium eccleſiaſticum alicui ſuo conſanguineo vel amico, vt alij eius cōſanguinei exaltentur ſimoniam committat. Eſt enim ſimonia ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliquid ſpirituale, aut ſpirituali annexum. Sed in caſu prædicto videtur eſſe emptio, & venditio, in quibus eſt liberalitas. Hic autem hoc ſperatur, vt liberaliter recompenſet: ergo eſt ibi ſimonia.

22.q.100. art.5.0. 2.ad 2.

¶SED contra eſt, quod Iſa. 33. ſuper illud, Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Dicit gloſſ. quòd triplex eſt munus, à manu, à lingua, ab obſequio, quorum nullum eſt in propoſito caſu, ergo non eſt ibi ſimonia.

4.d.25.q.3. ar.2.

¶Reſpondeo dicendum, quod cum ſimonia circa emptionem & venditionem conſiſtat, hic diſtinguendū videtur, quia ſi prælatus intēdit obligare eum cui dat beneficium eccleſiaſticum ad aliquam recompenſationem faciendam ſibi vel ſuis conſanguineis, intentio ſimoniaca eſt. Intendit enim quandam tacitam venditionem. Si verò non intendat eum obligare, ſed intendat quòd ille ſibi, vel ſua propria ſponte temporaliter recompenſet, eſt quidem praua intentio & carnalis, ſed non ſimoniaca.

22.q.117. ar.3.4.0. 22.q.100

¶AD primum ergo dicendum, quod ſecundum philoſophum in 4. Ethic. liberalitas non eſt circa quēlibet vſum pecuniæ, ſed eſt circa dationes & ſumptus, ſimonia autem eſt circa emptionem & venditionem.

QVAESTIO XII.

DEINDE circa doctores quæſita ſunt duo.

¶Primò ſi doctor ſemper prædicauit aut docuit principaliter propter inanem gloriam, vtrùm habeat aureolam, ſi in morte pœniteat.

¶Secundò vtrùm, ſi ex doctrina alicuius doctoris aliqui reuocentur à meliori bono, ille doctor teneatur illam doctrinam reuocare.

ARTICVLVS XXIIII.

Utrùm ille qui ſemper propter inanem gloriam docuit, per pœnitentiam aureolam recuperet.

& in ordine 117. 4.d.33.q.3.ar.3.ad 3. d.49.q.5. de aureolis

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd ille qui ſemper propter inanem gloriam docuit per pœnitentiam aureolam recuperet. Aureola enim doctrinæ debeatur fructui, ſcilicet conuerſioni fidelium, ſecundum illud ad Philip. 4. Gaudium meum & corona mea. Sed potuit contingere, quod ex prædicatione eius qui propter inanem gloriam principaliter prædicauit ſecutus eſt fructus conuerſionis fidelium, ergo ſi pœniteat debetur ei aureola.

¶Præterea, ſicut virginitati debetur aureola, ita & doctrinæ. Sed ſi illa quæ cum virgo ſit carne, mente tamen eſt corrupta, pœnitentiam agit; recuperat aureolam. Ergo pari ratione & doctor qui propter inanem gloriam prædicauit.

¶SED contra eſt, quòd opera mortua per pœnitentiam nō reuiuiſcunt. Sed opera iſtius doctoris propter inanem gloriam prædicantis fuerant mortua, id eſt, cum peccato facta. Ergo non reuiuiſcūt per pœnitentiam ad præmium conſequendum.

¶Reſpondeo dicēdum, quòd cum aureola importet quandam ſingularem excellentiam præmij, neceſſe eſt quòd præſupponat auream, ſicut comparatiuus præſupponit poſitiuum, & hoc figuratur Exodi. 25. vbi dicitur. Facias ſuper coronam auream alteram i. aureolam. Et ideo qui non meretur auream, id eſt, præmiū eſſentiale, non meretur aureolam, qui autem propter inanem gloriam operantur, non merentur præmium eſſentiale, quia receperunt mercedem ſuam, vt dicitur Matth. 6. vnde nec merentur aureolam: pœnitentia autem reſtituit homini præmia priùs habita, non autem confert ei ea quæ non habuit niſi inquantum ipſe motus pœnitentiæ eſt meritorium, vnde talis non meretur aureolam.

4.d.49.q.5. ar.1.q.1.ad 3. Matth.

¶AD primum ergo dicendum, quòd conuerſioni fidelium debetur aureola iam præſuppoſito merito eſſentialis præmij in eo qui prædicauit, alioquin locum habet quod dicitur Matth. 16. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò detrimentum patiatur?

¶AD ſecundum dicendum, quòd aureola virginitatis debetur integritati carnis quæ manet poſt pœnitentiam, & ideò debetur virgini pœnitēti aureola. Sed aureola doctrinæ debetur actui doctoris qui tranſit, & ideo poſt pœnitentiam non debetur aureola doctori niſi actus reiteretur.

ARTICVLVS XXV.

Utrum ſi per doctrinam alicuius aliqui retrahuntur à meliori bono, ille teneatur ſuam doctrinam reuocare.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd ſi per doctrinam alicuius aliqui retrahā[n]tur à meliori bono quòd ille teneatur ſuam doctrinam reuocare. Talis enim doctor in ſua doctrina facit ſcandalum actiuum, quia doctor informat intellectum, intellectus autem informat affectum, & per cōſequens actū. Sed ſcandalum actiuum tenetur quilibet remouere: ergo talis doctor tenetur ſuam doctrinam reuocare.

¶Præterea. Spiritualia ſunt temporalibus potiora. Sed in temporalibus, vt Auguſt. dicit, non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, ergo multò magis doctori, qui facit damnum in ſpiritualibus, non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum: quod fit per reuocationem doctrinæ. Auguſt.

¶SED contra eſt, quod Gre. dicit, veritas non eſt dimittenda propter ſcandalum.

¶Reſpondeo dicendum, quod hic diſtinguendum videtur. Si enim doctor doceat falſam doctrinam tenetur eam modis omnibus reuocare. Et maximè ſi ex ea ſpirituale damnum ſequatur. Si verò doceat veram doctrinam, poteſt ex ea ſequi detrimentum ſpirituale in auditoribus dupliciter. Vno modo ex defectu ipſius, qui docet, vno modo quia doctrinam ſubtilem & altam proponeret rudibus, qui non eſſent illius doctrinæ capaces: qui ex hoc detrimentum ſalutis incurrerent contra exemplum Apoſtoli: qui dicit primæ ad Corinth. tertio. Tanquam paruulis in Chriſto lac potum dedi vobis non eſcam. Alio modo quia confusè & inordinatè præferens † maiora minoribus cōtra id quod Gregorius dicit in Paſtorali. Sic laudanda ſunt bona ſumma, ne deſpiciantur vltima, ſic nutriēda ſunt bona vltima ne dum ſufficere creduntur, nequaquam tendatur ad ſumma. Et in his caſibus tenetur doctor ex cuius doctrina damnum ſpirituale accidit, contra hoc damnum remedium ponere inquantum poteſt, exponendo ſaltem doctrinam ſuam. Alio modo poteſt contingere ex defectu aliorum, puta ſi aliqui dicendo aliqua erronea inducerent homines ad aliquam religionem. Vt potè ſi dicerent, quòd quicunque intrat

Distinctio notanda. B. Paulus. † Alias. qa confusè, & inordinatè, nō præferens.

talem

talem religionem ſtatim erit æqualis meriti ſicut beatus Petrus. Et in hoc caſu non tenetur ceſſare à ſua doctrina. Intrare enim religionem propter errorem non eſt bonum. Vnde ſic non retrahit homines à meliori bono talis doctor: & hoc eſt quod Gregorius dicit in Paſtorali. Sicut incauta locutio in errorem protrahit: ita indiſcretum ſilentium eos qui erudiri poterant in errorem derelinquit.

B. Petrus. Gregor.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO XIII.

DEINDE circa religioſos quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm religioſi teneantur patienter tolerare iniurias ſibi factas.

¶ Secondò, vtrùm ille qui iurat ſe non intraturum religionem poſsit licitè religionem intrare.

ARTICVLVS XXVI.

Vtrùm religioſi debeant tolerare ſuos impugnatores.

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur quod religioſi non debeant tolerare ſuos impugnatores. In impugnatione enim perfectorum virorum Deus impugnatur, vnde Dominus Saulo perſequenti diſcipulos Chriſti dixit Actuum nono. Saule Saule quid me perſequeris? Sed perfecti viri non debent impugnatores Dei tolerare: ergo neque impugnatores proprios.

22. q. 108. art. 1. ad 1. & 4. & q. 185. ar. 3. ad 1. & opuſ. 19. c. 17.

¶ Præterea. Quilibet perfectus debet obuiare his quæ ſtatui perfectionis præiudicant, vnde Apoſtolus dicit ſecundæ ad Corinth. ſexto. Vt non vituperetur miniſterium noſtrum. Sed per hoc quòd perfecti impugnantur, ſtatui perfectionis derogatur; ergo perfecti viri non debent tolerare ſuos impugnatores.

Beat. Paulus.

¶ SED contra eſt, quod Gre. dicit. Non ſumus perfecti ſi aliorum inordinationes ferre non poſſumus.

¶ Reſpondeo dicendum, quod perfecti viri dupliciter impugnari poſſunt. Vno quidem modo quantum ad perſonas proprias; vtpotè cùm inferuntur eis iniuriæ perſonales. Alio modo poſſunt impugnari quantum ad ſtatum eorum: vtputa cùm aliquis verbis, vel factis perfectionis ſtatui derogat. Et hæc duo tanguntur Iaco. ſecundo. Nonne diuites opprimunt vos per potentiam? quod pertinet ad perſonales iniurias. Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen quod inuocatum eſt ſuper vos? quod pertinet ad religionem, vel ſtatum. In iniurijs ergo perſonalibus decet perfectos viros eſſe maximè patientes: vt ſint etiam parati plura ſufferre ſecundum illud Matthæi quinto. Si quis percuſſerit in dextera maxilla, præbe ei alteram. Statum verò ſuum impugnari non debent pati quantum reſiſtere poſſunt, hoc enim vergeret in iniuriam Dei. vnde contra quoſdam dicitur, Ezech. decimoquarto. Non aſcendiſtis ex aduerſo nec oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael. Et ideo Dominus iniurias, quæ contra humanitatem eius inferebantur patienter tolerauit: ſicut cùm Iudæi dicebant. Ecce homo vorax, & potator vini: vt habetur Matthæi ſexto, & ſicut diabolus dixit ei, Mitte te deorſum, quod videbatur ad propriam iniuriam pertinere. Sed iniurias Dei non tolerabat: vnde Phariſæos durè redarguit Matthæi 22. Quia dicebant quòd in Belzebub eijceret dæmonia, quod pertinebat ad iniurias Spiritusſancti. Et ſimiliter cùm diabolus ei dixit. Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me, quod ad iniuriam Dei pertinebat. Statim enim eum repulit dicens, Vade ſathana, vt habetur Matthæi quarto, vbi dicit Chryſoſtomus. Illius diſcamus exemplo noſtras quidem iniurias magnanimiter ſuſtinere; Dei autem iniurias nec vſq; ad auditum ſufferre: quoniam in proprijs iniurijs eſſe quemlibet patientem laudabile eſt. Iniurias autem Dei diſsimulare nimis eſt impium.

ar. 107. & 22. q. 72. art. 3. o. & opuſ. 19. c. 39. & 22. Math. 6. Matth. 4. Chryſoſt. Nota bene.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS XXVII.

Vtrùm qui iurauit ſe non intraturum religionem poſsit licitè intrare.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd ille qui iurauit ſe non intraturum religionem non poſsit licitè intrare. Omnis enim obligatio licita eſt adimplenda. Sed licitum erat ei non intrare religionē: ergo cum ad hoc iuramento ſe obligauit, videtur quod teneatur non intrare.

¶ SED contra eſt, quia nullum impedimentum ſpiritualis profectus eſt ex Deo. Sed iuramentum eſt ex Deo: ergo per iuramentum non impeditur ſpiritualis profectus intrandi religionem.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd obligatio iuramenti tripliciter ſe poteſt habere. Quandoque enim eſt illicita obligatio & de re illicita: puta cùm aliquis iurat ſe fornicaturum, & tale iuramentum non tenetur homo adimplere: nec etiam eſt licitum implere. Quandoque verò eſt obligatio licita, & de re licita, puta cùm aliquis iurat ſe eleemoſynam daturum, & tale iuramentū præterire non licet. Quandoque verò eſt obligatio illicita: ſed de re licita, puta cùm aliquis iurat ſe non facturum aliquid maius bonum: quod tamen facere non tenetur, puta non ieiunare, vel non dare aliquam eleemoſynam: vel religionem non intrare. Tunc enim id ad quod ſe iuramento obligat licitum eſt, ſed tamen obligatio eſt illicita: quia per hoc homo quantum in ſe eſt obſtinat ſe contra gratiam Spiritus ſancti, quæ facit hominem in ſuo corde aſcenſiones diſponere, vnde tale iuramentum licitè poteſt homo implere: abſtinendo ab illo bono quod facere non tenetur, non tamen cogitur ex illo iuramento ad hoc, quòd impleat quod iurauit: quia iuramentum ad hoc quòd ſit obligatorium debet habere tres comites, iudicium, iuſtitiam, & veritatem, vt habetur Iere. 4. Huic autem iuramento deeſt iudicium diſcretionis, quia vergit in deteriorem exitum, retrahendo à meliori bono.

22. q. 89. ar. 7. ad 2. & ar. 9. ad 1. & q. 98. ar. 1. ad 1. & ar. 3. ad 1. & 22. q. 80. art 3. o. & 7. & q. 98. art. 1. ad 1.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS XXVIII.

Vtrum liceat clerico, qui tenetur ad horas canonicas, dicere matutinas ſequentis diei de ſero.

DEINDE circa clericos quæſitum eſt vnum, vtrū ſcilicet liceat clerico, qui tenetur ad horas canonicas, dicere matutinas ſequentis diei de ſero: Et videtur quòd non. Dicitur enim Eccleſ. 8. Laſciuus & imprudens non ſeruabit tempus. Sed iſte in dicendo matutinas non obſeruat tempus. Cùm enim dies incipiat à media nocte: videtur quòd matutinas ſequentis diei dicat in die præcedenti, ergo videtur quòd hoc ad laſciuiam & imprudentiam pertineat, & ita videtur eſſe peccatum.

ar. 67. 3. p. q. 20. ar. 8. ad 5.

¶ SED contra. Deus clementior eſt quolibet homine. Sed homo non imputat debitori in culpam, ſi debitum ſibi reddat ante tēpus, ergo multò minus Deus.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd hic conſideranda eſt intentio eius qui præuenit tempus in matutinis dicendis; vel in quibuſcumque horis canonicis. Si enim hoc facit propter laſciuiam, vt ſcilicet quietius ſomnolen-

nolentiæ & volnpeati vacet:noo eſt abſque peccato. Si verò hoc faciat propter neceſsitatem licitarum honeſtarum occupationum,putà ſicleticus aut magiſter debet videre lectiones ſuas de nocte:vel propter aliquid alind hoiuſmodi licitè poteſt de ſero dicere matutinas:& in alijs horis caoonicis tempus præuenire,ſicnt etiam hoc io ſolemnibus Eccleſijs fit: quia melius eſt Deo vtrumque teddere, ſcilicet & debitas laudes & alia honeſta officia, quàm quòd per vnum aliud impediatur.

a.d.11.q.2. art.2.q.3. ad 2.

¶ A n primum ergo dicendum, quòd quantum ad contractus,& alia huiuſmodi dies incipit à media nocte, ſed quantum ad eccleſiaſticum officium & ſolénitatum celebritates incipit dies à veſperis, vnde ſi aliqnis poſt dictas veſperas & completorium dicat matutinas iam hoc pettinet ad diem ſeqnentem,

INCIPIT QUODLIBET
SEXTVM.

QVAESTIO PRIMA.

ARTICVLVS I.

Utrum vnitas eſſentiæ ponat in numerum cum vnitate perſonæ.

QVAESITVM eſt de Deo, angelo, de homine,& de creaturis purè corporalibus.

¶ Circa Deum quæſitum eſt vnum, vtrū ſcilicet vnitas eſſentiæ ponat in numerū cū vnitate perſonæ. Et videtur quòd non. Sunt enim tres perſonæ diuioæ. Si ergo vnitas eſſentiæ poneret in numerum cum vnitate perſonæ ſequeretur quòd in Deo eſſet quaternitas, quod eſt hæreticum. Non ergo vnitas eſſentiæ ponit in numerum cum vnitate perſonæ.

¶ S e d contrà, Si vnitas eſſentiæ ſit penitus idē cum vnitate perſonæ non ponens cum ea in numerū, ſequeretur quòd de quocunqne prædicatur vou prædicatur & reliquum. Sed vnitas eſſentiæ prædicatur de tribus perſonis. Dicimos enim qoòd pater & filius & Spiritus ſanctus ſunt vnum: ergo vnitas perſonalis prædicabitur de eis, vt dicatur quod pater & filius, & Spiritus ſanctus ſunt vnus, quod patet eſſe falſum.

1. p. q. 30. art.3.& q. 31.

veri. q. 1. ar.2. & 21. ar.1.& 2. Meta. 4. le.

¶ Reſpondeo dicendum, qnòd vnumquodque inquantum eſt vnum, intantum eſt ens, vnde ens & voū conuertuntur. Eſt autem vnumqnodque ens per ſuam formam, vnde & vnumquodque per ſuam formam habet vnitatem, & inde eſt quòd quæ eſt comparatio formæ ad formam eadem eſt comparatio vnitatis ad vnitatem. Deus autem eſt formaliter Deus per ſuam eſſentiam, proprietas autem perſonalis eſt quaſi forma conſtituens perſonam, quæ quidem realiter diſtinguitur ab alia perſona propter oppoſitionem relatiuaoi, ſed proprietas perſonalis noo diſtinguitur realiter ab eſſentia, alioquin ſequeretur quòd in Deo eſſet compoſitio, & quòd aliqtiid adueniret ei per modum accidētis. Nam omne quod eſt extra eſſentiam rei accidentaliter aduenit; differt tamen proprietas perſonalis ab eſſentia ſecundum modum intelligendi & ſignificandi. Nam eſſentia dicitur abſolutè, proprietas verò perſonalis importat relationem, vnde patet quòd vnitas perſonæ oon ponit numerum cum vnitate eſſentiæ, qnaſi realiter ab ea differens, ſed ſolùm ſecundnm modum intelligendi.

art.58.1 q. 28. ar.3.c. q.40.ar.2 1.p. q. 28. ar.2.0.

3. q.28.art. 7.c. q. 40. ar.1.1.p.q. 28.ar.2.0.

ad rationes.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta: nam primum procedebat ſecundùm differentiā rei, quæ qnia non eſt in diuinis inter vnitatem eſſentiæ & perſonæ, ideo non poteſt poni quaternitas in Deo. Secundum verò procedebat ſecundum differentiam, quæ eſt ex modo intelligendi & ſignificandi, ex qua prouenit ꝙ dicimus quòd pater & filius & Spiritus ſanctus dicuntur unum, ſed non vnus.

1. p. q. 31. ar.2. ad 4.

QVAESTIO II.

DEINDE circa angelos quærebantur duo.

Ma. q. 16. art.1.ad 1. ad 14. 15.

¶ Primò de actione ipſorum, vtrùm ſcilicet quicquid agunt agant per imperium voluntatis.

¶ Secundò de loco ipſorum, vtrùm ſcilicet poſsint eſſe in conuexo cœli empyrei, qnod etiam quærebatur circa corpora glorioſa.

ARTICVLVS II.

Utrùm quicquid agit Angelus, agat per imperium voluntatis.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd non quicquid agit angelus agat per imperium voluntatis: voluntas enim æqualiter ſe habet ad propinqua & remota. Si ergo angelos ageret per ſolum imperium voluntatis, ſequeretur ꝙ non differret ab hoc ꝙ an eius aliquid ageret, ꝙ eſſet propinquum vel remotum illnd in quod agit & ſic nunquam oporteret quòd de cœlo ad terram deſcenderet ad aliquid hic agendum, qund eſt contra traditiooem ſacræ ſcripturæ.

¶ Præterea, quantum ad voluntatem noo differt vnitas & multitudo. Sicut enim aliquis poteſt velle mouere vnam rem, ita poteſt velle mouere plures res, vel etiam totum vniuerſum. Si ergo angelus ageret ſolum per imperium voluntatis, ſequeretur, quòd poſſet mouere totum vniuerſum, qnod eſt impoſsibile, cum ipſe ſit pars vniuerſi. Non ergo angelus agit ſolo imperio voluntatis.

¶ S e d contra. Omnis actio eſt ab aliqua virtute. Sed in angelo non eſt alia virtus quàm intellectus & voluntas, intellectus autem non agit niſi per voluntatem: ergo omnis actio angeli eſt per imperium voluntatis.

¶ Reſpondeo dicendnm, ꝙ omnis actio cuiuſcunque rei eſt per formam naturæ illius rei. Nam & ſi ſint aliquæ formæ accidentales principia actionum alicuius rei: oportet qoòd huiuſmodi actiones reducantur, ſicut in primum principium in formam ſpecificam illius rei agentis, ſicut actio caloris ignis reducitur ſicut in primum principium in formam ſubſtātialem ipſius, quæ eſt etiam principium omnium accidentium propriorum ignis: & ideo oportet ſe aliter habere in actionibus alicuius rei habentis naturam ſimplicem quàm in actionibns rei habentis oatnram compoſitam. Si enim fuerit aliqnid habens naturam ſimplicem: omnis actio eius erit ſecundum proprietatem & modum illius naturæ, qood non contingit ſi habeat naturā compoſitam. Omnis enim actio ignis eſt ſecundùm proprietatem naturæ ignis: in cultello autē ignito eſt quædam actio non pertinens ad proprietatem ignis, ſcilicet inciſio. Et hoc etiam conſiderandnm eſt in ſubſtantijs ſpiritualibus. Anima eoim humana non eſt totaliter intellectus, ſed participat intellectualitatem: vnde eſt in ea aliqua virtus & actio quæ non pertinet ad intellectualem naturam, ſicut præcipuè patet in his quæ pertinent ad animam vegetabilem: ſed angelus eſt totaliter intellectualis naturæ: & ideo oportet ꝙ omnis eius actio ſit ſecundom intellectum: vnde beat. Dyo. dicit 4.c.de di.no. ꝙ angeli habent ſubſtantias & virtutes & operationes intellectuales: intellectus autē oon agit niſi mediāte voluntate, qnia motus voluntatis eſt inclinatio ſequens formam intellectam. Vnde oportet

ar 6. ad 3. & 1.p.q.67 art.3. ad 3. ad 3.& ar. 14 1.& Malo q.4.art. 4.ad 3.

Ar.16.2.

22.q 83. art 10.ad 2. & ſpiritu. art. 2.

tet

tet ꝙ quicquid angelus agit agat per imperium voluntatis. Sed tamen conſiderandum eſt ꝙ cùm virtus ſit media inter eſſentiam & operationẽ: oportet ꝙ virtus & operatio cuiuſlibet rei proportionetur eſſentiæ eius: vnde ſuperioris angeli cuius eſt eſſentia nobilior eſt etiam virtus efficacior, ſicut ad intelligendum, ita etiam ad agendum in res exteriores: & ſecundum hoc actio angeli limitatur ad aliquem effectum: quia nec virtutem nec eſſentiam habet infinitam.

ad 12 q.4. art.2. & c. di. 43. q.1. ar.2.c. art. 188.ad 2.

¶ A d primum ergo dicendum, ꝙ actio voluntatis angelicæ radicatur in eſſentia eius à qua procedit eius virtus & operatio: oportet autem mouens eſſe ſimul cum mobili, quod ab eo mouetur: vt habetur in 7.phy.(T.c.12.) & ideo oportet ſubſtantiam angeli aliqualiter coniungi in rebus quas mouet.

¶ A d ſecundum dicendum, quòd quia actio voluntatis limitatur ſecundum modum eſſentiæ non oportet quòd angelus poſſit agere omnia quæ poteſt velle.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Angelus poſsit eſſe in conuexo cœli empyrei.

ar 4.c.& 1. p.q.61.art. 4. ad 1.q. 102.art.2. ad 2.q.102 art.4.ad 2.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ Angelus non poſsit eſſe in conuexo cœli empirei. Dicit enim Anſel. In nihilo nihil eſſe poteſt. Sed extra cœlũ empyreum nihil eſt: ergo Angelus non poteſt eſſe in conuexo cœli empyrei: ſic enim eſſet extra cœlum empyreum.

¶ Item videtur, ꝙ nec corpus glorioſum ibi poſsit eſſe. Omne enim corpus neceſſe eſt in loco eſſe. Sed extra cœlum empireum non eſt aliquis locus: ergo nõ poteſt eſſe corpus glorioſum extra cœlum empireum.

¶ S e d contra, Si non poteſt ibi eſſe, aut Angelus, aut corpus glorioſum, aut hoc eſt quia non poteſt ibi aſcendere, aut quia non poteſt penetrare profunditatem cœli empirei: aut quia indiget loco continente, aut quia indiget conſeruante. Sed omnia hæc ſunt remota à perfectione corporis glorioſi, multò magis à cõditione Angelorum: ergo corpus glorioſum & Angelus poſſunt eſſe in conuexo cœli empirei.

2.d.37. q.3. ar.1.

¶ Reſpondeo dicendum ad euidentiam huius quæſtionis ꝙ apud antiquos de loco fuerunt duæ opiniones maximè probabiles, quarum vna fuit ꝙ locus ſit quoddam ſpacium ſiue dimenſiones per ſe exeuntes, quæ quidem opinio ſi vera eſſet corpori deberetur locus ex hoc ipſo ꝙ corpus eſt dimenſiones habens, ad quas neceſſe eſt aliquas dimenſiones occupare. Sed hæc opinio de loco eſt à Philoſopho in 4.phy. reprobata. Vnde alia opinio eſt eius, ꝙ locus ſit ſuperficies corporis continentis, non quidem inquantum eſt huiuſmodi corporis, quod immediatè continet: alioquin ſequeretur ꝙ corpus quieſcens non ſemper eſſet in eodẽ loco putà ſi homo ſtaret in fluuio, per cuius decurſum ſemper renouarentur diuerſæ ſuperficies quæ circa ipſum, ſed ſuperficies corporis immediatè continentis habet ꝙ ſit locus ex ordine ad primum continens, vnde accipitur idem locus ſecundum eundem ſitum ad primum continens, & propter hoc locus eſt immobilis; ſecundum ergo hanc opinionem quæ vera eſt, neceſſitas exeundi in loco conuenit corpori ex hoc, ꝙ dependet à primo continente, & propter hoc primum continens non eſt in loco niſi per accidens & ſecundũ partes, vt dicitur in 4.Phyſi.T.(c.45.) Angelus autem non dependet à primo continente: nec etiam corpus glorioſum: quod perficitur per animam ex diuina fruitione beatificatam, & ideo nulla neceſsitas eſt ꝙ corpus glorificatum, aut Angelus ab aliquo locali corpore ambiatur: & propter hoc nihil prohibet corpus glorificatum, vel etiam Angeli in conuexo cœli empirei eſſe.

o.d.12.ar.5 ad 2.3.

2. d.2.q.2. art.1.ad 4. & ar.3 ad 3.

1.p.q.112 art.1.ad 2 & 3.q.57 ar.4.ad 1. 2.

¶ Ad primum ergo dicendũ, ꝙ verbum illud Anſel. intelligendum eſt in vi affirmationis, non.n. poſsibile eſt ꝙ aliquid ſit in nihilo tanquam in continente, ſed iſte intellectus non facit ad propoſitum.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ ratio iſta procedit de corpore dependente a primo continente.

QVAESTIO III.

DEinde quæſitum eſt de his quæ pertinent ad hominem.

¶ Et primò de ſpiritualibus.

¶ Secundò de corporalibus.

¶ Circa ſpiritualia quæſitum eſt.

¶ Primò de ſacramentis.

¶ Secundò, de virtutibus.

¶ Tertiò, de peccatis.

¶ Circa ſacramenta quæſita ſunt duo de baptiſmo

¶ Primò, de neceſsitate baptiſmi, vtrũ. ſ. puer qui naſcitur in deſerto, vbi non põt aqua haberi moriens ſine baptiſmo ſaluari poſsit in fide matris fidelis.

¶ Secundò de impedimento matrimonij, quod prouenit ex baptiſmo. Vtrum ſi Chriſtianus qui baptizat Iudæam cui primò dederat fidem de contrahẽdo ſi baptizaretur: cognoſcens eam poſteà carnaliter conſummet matrimonium.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum puer in deſerto natus poſsit abſque baptiſmo ſaluari in fide parentum.

3.p.q.68. art.2.c.& q.72.ar.6. ad 1.

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur ꝙ puer ille in deſerto natus poſsit abſque baptiſmo ſaluari in fide parentum. Non enim eſt minoris efficaciæ fides tempore gratiæ quam tempore legis naturæ. Sed tempore legis naturæ ſaluabantur pueri in fide parentum, vt Greg. dicit, ergo etiam nunc tempore gratiæ.

Ioan.10.

¶ Præterea. Per Chriſtũ non eſt arctata hominibus via ſalutis: cùm ipſe dicat Ioan.10. Ego veni vt vitam habeant & abundantiùs habeant. Sed ante Chriſti aduentum ſaluabantur aliqui pueri in fide parentum: ergo multò magis nunc poſt Chriſti aduentum.

¶ S e d contra eſt, quod Dominus dicit Ioan.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ poteſt intrare in regnum cœlorum.

3.p.q.49. ar.3. ad 2. & q.52.ar. 7.ad 2.

4.d.3.ar.4. q.1.ad 2.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ab illa damnatione quã humanum genus incurrit propter peccatum primi parentis, nullus põt liberari, niſi per Chriſtum, qui ſolus ab illa dãnatione immunis inuen tus: ita. ſ. vt ei incorporetur ſicut capiti mẽbrũ, hoc aũt tripliciter fieri põt. Primò quidem per ſuſceptionem baptiſmi, ſecundum illud ad Gal.3. Oẽs qui in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis. Secundò per ſanguinis effuſionem propter Chriſtum: quia per hoc ẽt aliquis paſsioni Chriſti conformatur: à qua efficaciam ſortitur baptiſmus. Vnde dicitur de martyribus Apocal.7. quod lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Tertiò mõ per fidem & dilectionem: ſecũdum illud Prou.15. Per miſericordiã & fidem purgantur peccata. & Act.15. dicitur fide purificans corda eorum. Et per fidem Chriſtus habitat in cordibus noſtris: vt habetur ad Ephe.3. Vnde & ipſe baptiſmus dicitur fidei ſacramentum, & ſecundũ hoc dicitur eſſe triplex baptiſmus. ſ. aquæ ſpiritus, & ſanguinis: quia alia duo ſupplent vicem baptiſmi aquæ, ſi tamen adſit propoſitum ſuſcipiendi talem baptiſmũ: ita. ſ. ꝙ articulus neceſsitatis, non aũt contemptus religionis ſacramentum excludat: manifeſtum eſt aũt ꝙ in

2.p.q.68 ar.11.c.4 diſt.

puetis

pueris nondum habentibus vſum rationis non poteſt eſſe motus fidei & dilectionis, aut propoſitum ſuſcipiendi baptiſmum: & ideò nó poſſunt ſaluari niſi per baptiſmum aquæ: vel per baptiſmũ ſanguinis: ſi propter Chriſtum occidantur: ex quo non ſolũ Chriſtiani, ſed etiam martyres fiunt: vt Aug. dicit de innocentibus. Et ſic patet ꝙ puer ille in deſerto moriens ſine baptiſmo ſalutem non conſequitur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſecundum quoſdam tempore legis naturæ non ſufficiebat ad ſalutem paruulorum ſolus motus fidei in parẽtibus: ſed requirebatur aliqua exterior proteſtatio fidei per aliquod ſenſibile ſignum. Et ſecundum hoc nihil differebat id quod tunc requirebatur ab eo quod nunc requiritur ad ſalutem: niſi ꝙ nunc illud ſignum ſenſibile eſt determinatum: tũc erat indeterminatum, & pro voto abhibebatur. Aliorũ opinio eſt ꝙ ſolus interior
ar.29. c.6. 3. p. q. 70. ar.4. ad 2.
motus fidei relatus ad ſalutem pueri ſufficiebat ad ſalutem pueri, nec tamen nunc diminuta eſt fidei virtus: ſed augmentatur gradus ſalutis: quia nunc qui ſaluantur per Chriſtum ſtatim introducuntur in regnum cœlorum: quod tunc non erat: vnde non eſt inconueniẽs ſi ad hoc amplius aliquid requiratur. ſ. baptiſmus, vt dicitur Ioan. 3.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ per Chriſtum in hoc ipſo eſt ampliata hominibus via ſalutis, ꝙ nunc per eũ aperta eſt eis ianua vitæ æternæ, quæ antè clauſa erat per peccatum primi parentis.

ARTICVLVS V.

Utrùm poſsit eſſe matrimonium inter Chriſtianum, & Iudæam baptizatam ab eo, quam &c.

4. d. 42. q. 1 ar. 1. o.
AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd non poſſit eſſe matrimonium inter Chriſtianum & Iudæam baptizatam ab eo, quã carnaliter cognouit poſt fidem de contrahendo datam. Dicitur. n. in decretis. 30. q. 1. ꝙ filius ſacerdotis non poteſt ducere in vxorẽ puellam, quam pater eius baptizauit, ergo multò minus, ſi ipſemet baptizaſſet eam, non poſſet eam habere in vxorem. Si ergo iſte Chriſtianus baptizauit Iudæã non poteſt eam in vxorem accipere.

¶ Sed contra eſt, quia ſecundum iura quãdo poſt fidem datã de cõtrahendo per verba de futuro ſequitur copula carnalis: eſt matrimonium præſumptum præſumptione iuris, contra quam non admittitur probatio. Sed ita eſt in propoſito: ergo eſt verum matrimonium.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſpiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum & dirimit iam contractum, manifeſtum eſt autẽ ꝙ ex hoc quòd Chriſtianus baptizauit Iudæam, contrahitur inter eos ſpiritualis cognatio: quia illa fit filia eius ſpiritualis, vnde nullum eſt matrimonium ſequens: etiam ſi expreſſe contrahat per verba de præſenti: & etiam ſubſequatur carnalis copula.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta. Nã quod dictum eſt de præſumptione iuris intelligendum eſt quando non interuenit aliquod impedimentum matrimonij.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quæſitum eſt de virtutibus.

¶ Et primò quantum ad fidem, vtrùm. ſ. certitudo adhæſionis, quæ eſt in hæretico, vel malo catholico ſit actus ipſius fidei virtutis.

¶ Secundò de quibuſdam pertinentibus ad religionẽ ſiue ad latriam.

¶ Tertiò, de quibuſdam pertinentibus ad charitatẽ.

ARTICVLVS VI.

Utrùm certitudo adhæſionis in hæretico, vel malo catholico ſit actus fidei virtutis.

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ certitudo adhæſionis in hæretico, vel malo catholico ſit actus fidei virtutis: quia ſecundum Philoſophum in 2. Ethi. Tria ſunt in anima, potentia, paſſio & habitus: ſed illa certitudo adhæſionis non poteſt attribui potẽtiæ, quia eſt meritoria, vel demeritoria, potentijs autẽ non meremur neque demeremur. Similiter non põt pertinere ad paſſiones; quia paſſiones pertinent ad appetitum ſenſitiuum, qui non poteſt extendi ad hoc ꝙ inhæreat veritati diuinæ: ergo relinquitur quòd pertineat ad aliquem habitum. Sed habitus: ad quem pertinet certitudo adhæſionis eſt virtus fidei: ergo certitudo adhæſionis in hæretico, vel malo catholico eſt actus ipſius fidei. veri. q. 14. art. 6. & 7. & 22. q. 4. ar. 7.

¶ Præterea. Omne quod agit ad ſimilitudinẽ alicuius videtur agere in virtute illius. Sed hæreticus per certitudinem adhærens his quæ credit, agit ſecundũ ſimilitudinem fidei, quia intãtum certitudinaliter inhæret inquantum æſtimat ſe rectã fidem habere: ergo operatur in virtute fidei: & ita videtur ꝙ illa certitudo adhæſionis ſit actus virtutis fidei.

¶ Præterea. Tota firmitas ſpiritualis ædificij eſt à fide ſecundum illud Matth. 7. Venerunt flumina: flauerunt venti: & non potuerunt mouere eam. Fundata enim erat ſupra firmam petram. ſ. ſupra fidem. Sed certitudo adhæſionis ad firmitatem ſpiritualem pertinet: ergo eſt actus virtutis fidei. Matthæus

¶ Sed contra. Quod non eſt non poteſt agere. Sed in hæretico, vel malo catholico non eſt virtus fidei: ergo certitudo adhæſionis non poteſt in eis eſſe actus virtutis fidei.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſi aliquis id quod eſt commune multis accipiat, vt proprium vni neceſſe eſt ꝙ decipiatur. Certitudo autem adhæſionis non eſt propria virtutis fidei. Primò quidem: quia cõuenit virtutibus intellectualibus, puta ſapientiæ, ſcientiæ, & intellectui. Secundò, quia conuenit non ſolũ fidei veræ, ſed etiam falſæ. Sicut. n. eſt opinio vera & falſa: ita & fides: nec minùs firmiter inhæret aliquis veritati: quàm falſitati, vt Philoſophus dicit in 7. Eth. Tertiò, quia certitudo inhæſionis non ſemper prouenit ex aliquo habitu, ſed ex proprio arbitrio aliquis põt aſſenſum ſuum firmare ad aliquid verum, vel falſum antequam habeat habitum. Quartò, quia certitudo inhæſionis non ſolum competit fidei formatæ, quæ eſt virtus, ſed etiam fidei informi, quæ non eſt virtus. veri. q. ar. 6. o.

¶ Dicendum eſt ergo ꝙ in hæretico certitudo inhæſionis eſt actus falſæ fidei. In malo autem catholico eſt actus fidei informis, & ſic in neutro eſt actus virtutis fidei.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ diuiſio illa datur de his quæ ſunt in anima per modum principij actus. Nam omnis operatio animæ aut eſt ex aliqua paſſione, aut ex aliquo habitu, aut ex pura potentia, huiuſmodi autem certitudo inhæſionis non põt eſſe ex paſſione. In malo autẽ catholico eſt ex habitu fidei informis. Sed in hæretico eſt vel ex habitu peruerſo fidei, vel ex pura potentia, ſicut in principio antequam habitum acquiſiuerit, non. n. põt dici ꝙ peruerſa fides ſit habitus infuſus. Quod autem dr ꝙ potentijs non meremur neque demeremur, ſi ſic intelligatur, ꝙ non meremur neque demeremur, hoc ipſo ꝙ habemus potentias verum eſt. Si autem ſic intelligatur ꝙ pura potentia nõ poſsit eſſe principium merendi, neque demerendi, verum eſt ar. 95. ad 2.

quantum

quantum ad meritum, quod non poteſt eſſe ſine gratia. Non eſt autem verum quantum ad demeritũ, alioquin ille qui à principio peccat, antequam acquirat habitum vitioſum non demereretur.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ aliquid pōt agere ſecundum ſimilitudinē alicuius dupliciter. Vno mō ſecundum ſimilitudinem verã, & ſic verè agit aliqualiter in virtute illius. Alio mō ſecundum ſimilitudinē apparentem, & ſic agit in apparentia virtutis illius, & ita eſt in propoſito, vnde in hæretico certitudo adhæſionis eſt actus fidei apparentis, non autem fidei verę.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut ex fide vera dependet firmitas ſpiritualis ædificij, ita etiam ea fide falſa procedit firmitas diabolici ædificij.

QVAESTIO V.

DEINDE quantum ad actus latriæ, ſiue religionis quæſita ſunt quatuor.

¶ Primò de celebratione feſtorum, vtrum. ſ. liceat celebrare feſtum conceptionis Dominæ noſtræ.

¶ Secundò de ſolutione officiorum, vtrùm. ſ. clericus habens beneficium cũ cura, vel ſine cura exiſtens in ſcholis teneatur dicere officium mortuorum.

¶ Tertiò de collatione beneficiorum, vtrùm. ſ. epiſcopus teneatur dare beneficium meliori.

¶ Quartò de ſolutione decimarum, vtrùm. ſ. aliquis pauper teneatur decimas dare diuiti ſacerdoti.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm liceat celebrare conceptionem Dominæ noſtræ.

AD primum ſic proceditur. Vr̃ ꝙ liceat celebrare cõceptionem Dominæ noſtrę. Si.n. non licet, hoc nõ eſt, niſi quia fuit concepta in originali peccato. Sed nõ fuit concepta in originali peccato, vt vr̃, quia beata Virgo facta eſt, vt ſpeciali mō eſſet habitaculum Dei, ergo debuit ad hoc ſpecialiter præparari, non autem præparata eſt ſpecialiter ſecundum corpus, quod conceptum eſt ex ſexuum commixtione, nec ẽt quantum ad animã, quia alij etiam leguntur ſanctificati in vtero, & ita relinquitur ꝙ fuerit ſpecialiter præparata per immunitatem ab originali peccato, & ſic licet eius cõceptionem celebrare.

¶ Sed contra eſt, quod hoc priuilegium ſolius Chriſti dicitur eſſe ꝙ ſine originali peccato eſt conceptus. Non ergo competit beatæ virgini, & ita eius conceptio non eſt celebranda.

¶ Reſpondeo dicendũ, ꝙ hic inducuntur duæ quæſtiones, vna principalis & altera acceſſoria. ſ. an beata Virgo fuerit concepta cum originali, quod oportet primò determinari. Eſt ergo conſiderandum ꝙ vnuſquiſq; peccatum originale contrahit ex hoc ꝙ fuit in Adam ſecundum ſeminalem rationem: vt Aug. dicit ſuper Gene. ad literam. Omnes autem illi in Adam fuerunt ſecundum ſeminalem rationem, qui non ſolũ ab eo carnem acceperunt, ſed etiam ſecundum naturalem modum originis ab eo ſunt propagati, & ſic autem proceſſit ab Adam beata Virgo, quia nata fuit p̃ commixtionem ſexuum ſicut & cæteri, & ideò concepta fuit in originali peccato, & includitur in vniuerſitate illorum, de qua Apoſtolus dicit ad Ro. 5. In quo omnes peccauerunt, à qua vniuerſitate ſolus Chriſtus excipitur, qui in Adam non fuit ſecundum ſeminalē rationem, alioquin ſi hoc alteri non conueniret quàm Chriſto non indigeret Chriſti redemptione, & ideò non tantum debemus dare matri ꝙ ſubtrahat aliquid honori filij, qui eſt ſaluator omnium hominum, vt dicit Apoſtolus 1. ad Tim. 4. Quamuis autem beata Virgo in originali concepta fuerit, creditur tamen in vtero fuiſſe ſanctificata antequam nata. Et ideò circa celebrationem conceptionis eius diuerſa conſuetudo eccleſiarum inoleuit. Nam Romana eccleſia & plurimę aliæ conſiderantes conceptionem virginis in originali peccato fuiſſe, feſtum conceptionis non celebrant. aliqui verò conſiderantes ſanctificationem eius in vtero, cuius tempus ignoratur, celebrãt conceptionē. creditur.n. ꝙ citò poſt conceptionem & animæ infuſionem fuerit ſanctificata. Vnde illa celebritas non eſt referenda ad conceptionem ratione conceptionis: ſed potiùs ratione ſanctificationis. Sic ergo non eſt ideò celebranda conceptio prædicta, quia fuerit ſine peccato originali concepta. Non.n. per hoc tollitur quin fuerit ſpecialiùs cæteris præparata: eò ꝙ in ipſa ſanctificatione copioſiùs cæteris munus gratiæ accepit: non ſolum vt purgaretur à peccato originali: ſed vt tota eius vita redderetur immunis ab omni peccato tã mortali quàm veniali, vt dicit Anſel.

[Margin: 3 d 44. ar. 3 ad 3 oppoſitum, iſtud hoc eſt problema in doctore. B. Paulus.]

[Margin: 3. p. q. 27. ar. 40. 129.]

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm clericus beneficiatus teneatur, in ſcholis exiſtens, dicere officium mortuorum.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Vr̃ ꝙ clericus beneficiatus teneatur in ſcholis exiſtens dicere officiũ mortuorum. Ille.n. qui recipit bona tẽporalia alicuius tenetur ei in ſpiritualibus recompenſare. Sed iſte clericus accipit bona quæ fuerunt defunctorum: ergo tenetur pro eis dicere officium mortuorum. [Margin: art. ſpecialis.]

¶ Sed contra. Ille qui minus recipit minus tenetur. Sed clericus qui in ſcholis moratur minus recipit quàm alii, qui in Eccleſia reſidentiam faciunt qui recipiunt quotidianas diſtributiones: ergo non tenetur dicere officium mortuorum ſicut illi.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ clericus ex hoc ipſo ꝙ eſt clericus, & præcipuè in ſacris ordinibus cõſtitutus tenetur dicere horas canonicas. Videntur.n. tales ſpecialiter eſſe aſſumpti ad laudem diuinam: ſecundum illud Eſa. 43. Omnem qui inuocat nomen meũ in laudem meam creaui illum. Sed inquantum eſt clericus beneficiatus in hac Eccleſia tenetur dicere officium ſecundum modum illius Eccleſiæ. Eſt ergo conſiderãdum ꝙ officium mortuorum quandoque in Eccleſia dicitur, ſicut ordinariè pertinens ad Eccleſiæ officiũ, ſicut in tota Eccleſia in die animarum dicitur officiũ pro mortuis & in qualibet Eccleſia eſt aliqua ſuper hoc ſpecialis conſuetudo, purà vt dicatur ordinariè officium mortuorum ſemel in ſeptimana: vel qualitercunque aliter ſecundum certum tempus. Et ad huiuſmodi officium mortuorum tenetur clericus beneficiatus in aliqua Eccleſia, etiam in ſcholis exiſtens, & per hoc ſatisfacit mortuis, quorum recipit bona. Aliquando verò dicitur officium mortuorum in Eccleſia extraordinariè, propter aliquã cauſam ſpecialiter emergentem, purà ad preces alicuius perſonæ: vel propter aliquid huiuſmodi. [Margin: 4. d. 15. q. 4. ar. 1. q. 3. c.] [Margin: diuerſum eſt officiũ mortuorũ.] [Margin: ad quod officiũ mor. tenetur clericus beneficiatus etiam in ſcholis exiſtens.]

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm epiſcopus peccet dans beneficium bono, ſi prætermittat meliorem.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd Epiſcopus peccet dans beneficium bono, ſi prætermittat meliorem: quia qui facit contra cõſcientiã ædificat ad [Margin: ar. 24. & 22 q. 183. ar. 3]

gehen-

gehennam. Sed iſte Epiſcopus prætermittens meliorē videtur facere contra conſcientiam: ergo peccat mortaliter ædificans ad gehennam.

¶ Sed contra eſt, quod etiam ſecundum iura ſufficit dare bono: ſi ſit idoneus ad ſeruiendum in Eccleſia.

¶ Reſpondeo dicendum, quod aliquis poteſt dici melior dupliciter. Vno modo ſimpliciter qui eſt ſanctior plus habens de charitate: Alio modo dicitur aliquis melior quò ad aliquid. Contingit autem quandoque aliquem eſſe meliorem ſimpliciter, tamen non eſt melior quantum ad hoc quod beneficium percipiat, quia alius fortè poteſt eccleſiam magis iuuare, vel per conſiliū ſapientiæ, vel per auxilium potentiæ, vel quia ſeruiuit in eccleſia. Non ergo epiſcopus tenetur ſemper da-
art. 164. & arti. ... ad 22. & 22. q. 63. art. 2. art. 116. & ar. 84.
re meliori ſimpliciter, ſed tenetur dare meliori quò ad hoc, non. n. pōt eſſe quod vnum præferat alteri: propter aliquam cauſam, quæ ſi quidem pertineat ad honorem Dei, & vtilitatem eccleſiæ, iam quantum ad hoc iſte eſt melior. Si autem illa cā ad hoc non pertineat erit acceptio perſonarum, quæ tantò eſt grauior, quantò in rebus diuinis committitur. Vnde ſuper illud Iac. 2. Tu ſede hic bene &c. Dicit gl. Aug. ſi hanc diſtātiam ſedendi & ſtandi ad honores eccleſiaſticos referamus non eſt putandum leue eſſe peccatum in acceptione perſonarum habere fidem Domini gloriæ. Quis. n. ferat eligi diuitem ad ſedem honoris eccleſiæ contēpto paupere ſanctiore & inſtructiore?

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS X.

Vtrum pauper teneatur decimas ſoluere diuiti ſacerdoti.

ar. 2. q. 87 ar. 1.
AD quartum ſic proceditur. Videtur quòd pauper nō teneatur decimas ſoluere diuiti ſacerdoti. Ideò inſtitutum eſt, vt decimæ ſoluantur ad ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiæ. Sed ſacerdos diues habet aliàs vnde ſuſtentetur, ergo non ſunt ei decimæ ſoluendæ: & præcipuè à paupere.

¶ Præterea, In multis terris decimæ non ſoluunt, quod tamen prælati corrigerent, ſi homines ex neceſſitate iuris diuini decimas ſoluere tenerentur. Non ergo vr̃ quod præcipuè pauperes teneantur ſoluere decimas diuitibus ſacerdotibus.

¶ Sed contra eſt, quod Dominus Matth. 23. dicit, Hæc oportuit facere, ſcilicet iudicium, & veritatem, & illa non omittere, ſcilicet ea quæ pertinet ad decimarum ſolutionem.

¶ Præterea. Luc. 18. Phariſæus dicit. Decimas do omnium quæ poſſideo.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut Philoſophus docet in 5. Ethic. Medium iuſtitiæ accipitur nō ſolum quò ad nos (ſicut in cæteris virtutibus) ſed etiam ſecundum rem, quia. ſ. in aliis virtutibus attenduntur di-
ar. q. 64. ar. 2. & 22. q. 58. ar. 10. & q. 61. art. 2. ad 1.
uerſæ conditiones perſonarum, ſecundum quas mediū diuerſificatur, ſicut circa cibos: quod eſt multum vni, eſt paucum alteri, vel moderatum: ſed in iuſtitia non variatur medium ſecundum diuerſas perſonæ conditiones, ſed attenditur ſolum ad quantitatem rei. Qui enim emit rem aliquam debet tantum ſoluere quantū valet: ſiue à paupere, ſiue à diuite emat: reddere autē debitum eſt actus iuſtitiæ: & ideò ad hoc quod alicui reddatur quod ei debetur, non refert vtrùm ſit diues, vel pauper. Decimæ autem ſacerdotib. debentur in communi
ar. 3. c. m.
quidem ſecundum ius naturale. Naturalis autē ratio dictat, vt illi qui pro populo in ſpiritualib. laborant à populo ſtipendia ſuæ ſuſtentationis accipiant. Et ſecundum hoc etiam in nouo teſtamēto eſt iure diuino ſancitum. Nam vt dicitur 1. ad Cor. 9. Dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant, vt de Euangelio viuant: ſed in lege veteri iudiciali præcepto taxata eſt B. Pauli.
quantitas eius, quod miniſtris Dei eſt populo ſoluendum. ſ. decima: & hoc etiam Eccleſia ſtatuit in populo Chriſtiano ſoluendum: vnde cum ſacerdotib. decimæ debeantur, tum de iure naturali, tum de iure diuino, tum etiam ex ſtatuto Eccleſiæ, quamuis ſacerdos ſit diues: nihilominus pauper tenetur ei decimas ſoluere.

¶ Ad primum ergo oportet reſpondere dupliciter. Vno modo, vt dicatur quod decimarum ſolutio inſtituta eſt non ſolum ad ſubſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ: ſed etiam ad ſuſtētationem pauperum, quib. Malachi.
debet de domo Dei prouideri, vnde dicitur Mal. 3. Inferte omnem decimationē, vt ſit cibus in domo mea: 22. q. 87. art 1. ad 4.
& ſic ſacerdoti, qui non ſolum ſibi, ſed pauperib. pro- & ar. 3. ad
uidere debet, quantùmcunque diuiti ſunt decimæ ne- 1. & art. 4.
ceſſariæ. Alio modo poteſt dici quòd neceſſitas ſuſten- ad 4.
tationis miniſtrorum fuit ratio Eccleſiaſticæ inſtitutionis de decimarum ſolutione. Sed ex quo officium eſt alicui debitum per ſtatutum Eccleſiæ, nihilominùs ei debetur, quamuis ſit diues.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut Paulus laudabiliter non exigebat ſumptus qui ſibi propter prædicationem Euangelij debebantur, ne quod impedimentum fieret Euāgelio, aut ſcandalum fidelib. Chriſti, nō art. 30. c. ſi.
tamen illi peccabant non miniſtrantes ſumptus quos Apoſtolus ſibi debitos remittebat: ita etiam prælati Eccleſiæ laudabiliter faciunt nō exigendo decimas in terris illis, in quib. propter diſſuetudinem timent ſcādalū generari: nec peccant illi qui non ſoluunt decimas in terris illis, in quib. non eſt conſuetum: peccarent aūt ſi obſtinatè exigentibus dare recuſarent, & ideò vt huic ar. 30. c. ſi.
peccato obuient ſacerdotes in terris illis non exigunt decimas.

QVAESTIO VI.

DEinde quæſitum eſt de actibus charitatis.

¶ Et primò, de Obedientia, vtrùm ſit magis meritorium obedire prælato: vel facere aliquid ad dictum fratris.

¶ Secundò, de eleemoſyna.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm magis ſit meritum obedire prælato, quā facere aliquid ad dictum fratris.

CIrca primum ſic proceditur. Videtur quod magis ſit meritorium obedire prælato, quā facere aliquid ad dictum fratris. Maiori. n. merito maius demeritū opponitur. Sed magis demeretur ille qui eſt inobediens prælato, quàm ille qui non aſſentit dicto fratris: 22. q. 104.
ergo & magis meretur aliquis obediēdo prælato, quā artic. 3. de
aſſentiens dicto fratris. obedientia extra.

¶ Sed contra. Vbi eſt maior humilitas ibi videtur eſſe maius meritum: quia humilibus dat Deus gratiā, vt dicitur Iaco. 4. Sed maioris humilitatis vr̃ eſſe quod aliquis æquali ſe ſubijciat faciēs aliquid ad dictum eius Iacobus.
quā quod aliquis ſubijciat ſe ſuperiori obediens prælato: ergo magis vr̃ eſſe meritorium, quod aliquis faciat ad dictū fratris, quàm quod obediat prælato.

¶ Reſpondeo dicendum, quod aliquis actus poteſt dici magis meritorius dupliciter. Vno modo ex genere operis, & ſic ille actus eſt magis meritorius qui eſt excellentioris virtutis. Manifeſtum eſt autem quòd latria, per quam aliquis ſeruit Deo eſt excellentior virtus, quàm beneficentia: qua quis ſatisfacit proximo, ſicut & diligere Deum eſt magis meritorium, quàm diligere proximum. Quòd autem aliquid fiat ad dictū fratris pertinet ad amicitiam, vel beneficentiam, qua quia diligit proximum, quod autem obediatur prælato,

22.q.17 art.8.o.& q.88.ar.2.c. & 3.di.30. art.4.o.

lato inquantũ eſt Dei miniſter, pertinet ad religionẽ qua quis colit & diligit Deũ,& iõ magis eſt meritoriũ quòd aliquis faciat aliquid obediens prælato, vel ſeruans votum: quàm ſi aliquid faciat ad dictum fratris. Alio modo poteſt dici aliquis actus magis meritorius ex eo quòd procedit ex maiori charitate, licet ſit minor ex ſuo genere: & ſic nihil prohibet magis mereri illum qui facit aliquid ad dictum fratris.

Ad rationes.

¶ Primum ergo concedimus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ille qui facit aliquid ad dictum fratris facit propria ſponte, vnde minoris humilitatis eſſe videtur, quàm ꝙ aliquis obediat prælato tanquam ſuperiori.

QVAESTIO VIII.

DEinde quæſitum eſt de eleemoſyna.

¶ Et primò de eleemoſyna clericorum.

¶ Secundò, de eleemoſynis quæ fiunt pro mortuis.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm clerici peccent mortaliter, ſi ea, quæ eis ſuperfluunt, in eleemoſynas non largiantur.

CIrca primum ſic proceditur. Videtur quòd clerici peccent mortaliter, ſi ea quæ eis ſuperfluunt in eleemoſynas non largiantur, quia ſuper illud Lucæ tertio. Qui habet duas tunicas det vnam non habenti, dicit Gloſ. De duabus tunicis diuidendis datur præceptum, quia ſi vna diuidatur, nemo veſtitur in dimidia tunica & nudus remanet: qui accipit & qui dedit: ſed per largitionem vnius tunicæ intelligitur largitio eorum quæ ſuperfluunt ad neceſsitatem vitæ, vt patet per ea quæ in eadem Gloſ. præmittuntur; ergo dare ſuperflua eſt in præcepto, ſed qui tranſgreditur præceptum peccat mortaliter, ergo ille qui non dat ſuperflua pauperibus peccat mortaliter.

¶ Præterea. Præceptum plus obligat, quàm conſilium. Sed dare omnia quæ quis poſsidet eſt conſiliũ, & tamen ad hoc homo obligatur in caſu extremæ neceſsitatis: ergo etiam extra caſum extremæ neceſsitatis tenetur aliquis ſuperflua dare pauperibus, cùm hoc ſit in præcepto, & ita qui non largitur peccat mortaliter.

¶ Præt. Quicunque conſumit quod eſt alterius tenetur ad reſtitutionem. Sed bona clericorũ ſunt pauperum, vt patet per Glo. Hieronymi ſuper illud Iſaiæ ſecundo. Rapina pauperum in domo veſtra: ergo ſi clerici inutiliter bona Eccleſiaſtica conſumunt tenẽtur reſtituere pauperibus aliunde ſi habuerint.

Hierony.

¶ Præte. Quicunque facit ſe impotentem ad id ꝙ tenetur facere peccat mortaliter, ſed clerici faciendo ſuperfluas expenſas faciunt ſe impotentes ad ſubueniendum pauperibus ad quod tenentur, ergo videtur quòd peccent mortaliter.

¶ Sed in contrarium videtur eſſe conſuetudo, quæ apud multos præualuit.

Reſpondeo dicendum, quòd aliter videtur ſe habere circa bona patrimonialia & circa bona Eccleſiaſtica. Nam bonorum patrimonialium, vel licitè acquiſitorum homo verè eſt dominus, vnde quantum pertinet ad conditionem ipſius rei poteſt re ſua vti, vt vult, & ex hac parte non accidit peccatum: poteſt tamen peccatum accidere ex inordinato modo vtendi: vel per ſuperabundantiam, dum ſcilicet inutiliter conſumit bona propria in ea in quæ non oportet, vel ſecundum defectum, inquantum ſcilicet non erogat ea in quæ oportet. Vtroque enim modo corrumpitur virtus vt dicitur in ſecundo Ethicor. Bonorum verò Eccleſiaſticorum clerici non ſunt verè domini, ſed diſpenſatores, ſecundum illud primæ ad Corint. 7. Diſpenſatio autem mihi credita eſt. Pertinet autem ad diſpenſatorem, vt fideliter diſtribuat ea quæ eius diſpenſationi committuntur, ſecundum illud primæ ad Corin. 4. Hic iam quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. In his ergo poteſt dupliciter peccatum contingere, vno modo ex conditione ipſius rei, dum ſcilicet vſurpat ſibi quaſi rem propriam, & in vſus ſuos conuertit id quod eſſet aliis erogandum. Alio modo ex inordinato vſu eorum, quæ in partem ſuam cedunt, ſicut etiã de aliis dictum eſt. Verùm quia horum diſpenſatio fidei diſpenſatoris committitur, vt dictum eſt, ſi quis bona fide diſpenſet Eccleſiaſtica bona inde accipiẽs quod ſibi conuenit, ſecundum conditionem ſtatus & perſonæ, & aliis largitur, ſecundum quòd ſibi videtur bona fide expedire, non peccat mortaliter: etiam ſi fortè aliquid plus in ſuos vſus conuertat, quàm oporteat. Talia enim quia in ſingularibus eſt eorum iudicium, non poſſunt per omnimodam certitudinẽ diffiniri. Vnde ſi non ſit multus exceſſus poteſt compati bonam fidem diſpenſatoris, ſi verò multus exceſſus fiat, non poteſt latere, & ita non poteſt cum bona fide diſpenſatoris hoc agi; ſi autem non conſeruet bonam fidem in diſpenſando, peccat mortaliter.

ad 4. huius & 4. di. 31. q. 2. art. 2. ad 3. 22. q. 63. ar. 2. c. & ar. 2. ad 2. & q. 119. ar. 3. ad 2. & q. 185. ar. 7. c & ad 1.

Ariſt. poſt. 1. auctoritatem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut Augu. dicit in lib. de ſermone Domini in monte. Illa præcepta quæ Dominus tradidit Matth. 5. Qui percuſſerit te in vnam maxillam præbe ei & aliam, & quæ ibi ſequuntur, ſunt intelligenda ſecundum præparationem animi, vt ſcilicet homo ſit paratus hoc facere quando neceſsitas hoc requirit. Vnde non ſemper eſt peccatum mortale, quando homo hoc non facit, ſed quando videt neceſsitatem imminere, ſi non faciat, tunc peccat mortaliter, & eadem ratio eſt de hoc præcepto, qui habet duas tunicas det non habenti, & de omnibus ſimilibus. Vnde non ſemper peccat mortaliter quotieſcunque non dat pauperi qui ſuperfluũ habet, ſed quando neceſsitas imminet. Quando autẽ ſit talis neceſsitas, quòd obliget ad peccatum mortale, non poteſt ratione determinari, ſed committitur prudentiæ & fidei diſpenſantis, vnde ſi bona fide det, quãdo ſibi videtur expedire, immunis eſt à peccato, alioqnin mortaliter peccat.

Auguſt.

4. d. 15. q. 2. ar. 1 q 4. & 3. q. 2. ad 1.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illa eadem quę ſunt conſilia cadunt ſub præcepto ſecundum animi præparationem: nullum enim conſilium eſt perfectius, quàm ꝙ homo tradat animam ſuam pro fratribus ſuis, & tamen hoc cadit ſub præcepto ſecundum animi præparationem, ſecundum illud 1. Io. 3. Et nos debemus pro fratribus animam ponere: & ſimiliter dare omnia ſua pauperibus, cadit ſub præcepto ſecũdum animi præparationem, vt ſcilicet homo ſit paratus hoc facere ſi neceſsitas immineat. Minor tamen neceſsitas requiritur ad ſuperflua eroganda quàm ad omnia exhibenda, tamen hoc totum ratione vniuerſali determinari non poteſt, ſed committitur prudentiæ vt dictum eſt.

Ioannes

¶ Ad tertium dicendum, quòd bona eccleſiaſtica non ſolum ſunt diſpenſanda pauperibus, ſed etiam eccleſiæ miniſtris: vnde ſecundũ canones debẽt diuidi hoc modo vt aliqua pars cedat in vſus pauperũ, & aliqua pars in vſus miniſtrorũ, & in cultum eccleſiæ.

¶ Aliter ergo dicendum eſt de illis eccleſiaſticis bonis, quæ principaliter ſunt attribuenda neceſsitatibus pauperum, & ex conſequenti neceſsitatibus miniſtrorũ, ſicut ſunt bona hoſpitaliũ & aliorũ huiuſmodi. Et aliter de illis bonis quæ ſunt principaliter attributa vſibus miniſtrorũ, ſicut ſunt præbendæ clericorum, & alia huiuſmodi. Nã in primis bonis peccatũ cõmittitur, nõ ſolùm ex abuſu, ſed etiam ex ipſa rerũ

22. q. 185

conditione dum aliquis in ſuos vſus aſſumit quod eſt alterius. Et ideò tenetur ad reſtitutionem tanquam defraudator rei alienæ. In ſecundis verò bonis non committitur peccatum niſi per abuſum, ſicut & de bonis patrimonialibus dictum eſt, vnde nõ tenetur quis ad reſtitutionem, ſed ſolũ ad pœnitentiam peragendam.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ neq; moderatus vſus diuitiarum, neque bona fides diſpenſatorum ſaluari videtur in eo qui ſcienter ſuperfluas expenſas facit in voluptuoſis conuiuiis, & aliis huiuſmodi ſuperfluitatibus, & ſic non eſt dubium ꝙ in talibus peccat mortaliter. Vnde dicitur Matth. 24. Si dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere conſeruos ſuos, quod pertinet ad ſuperbum & crudele dominium, manducet autem & bibat cum ebrioſis quod pertinet ad ſuperflua & voluptuoſa conuiuia, veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet ſcilicet à ſocietate ſanctorum, partemque eius ponet cũ hypocritis, ſcilicet in inferno. Vnde ibi ſubditur. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Si autem aliquis non multùm in talibus excedat poteſt bona fide fieri ab aliquo, qui vult ſecundum decentiam ſui ſtatus morem gerere his quibus conuiuit.

6 & 4. di. 33 q. 2. ar. 3. q. 1. ad 4

QVAESTIO VIII.

DEINDE quæſitum eſt de eleemoſynis quæ fiunt pro mortuis.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt duo.

¶ Primò vtrum mortuus patiatur aliquod detrimentum, ſi executor eius differat dare eleemoſynas, quas ipſe in teſtamento dari mandauit.

& in ordi. 134.

¶ Secundò vtrùm executor licitè poſſit differre diſtributionem eleemoſynarum ad hoc quòd res defuncti meliùs vendantur in poſterum.

ARTICVLVS. XIII.

Vtrùm mortuus aliquod detrimentum ſentiat ex hoc, quòd eleemoſynæ, quas mandauit dari, retardantur.

4. d. 45. q. 2. ar. 2 q. 2. ad 4.

CIrca primum ſic proceditur. Videtur quòd mortuus nullum detrimentum ſentiat ex hoc quòd eleemoſynæ, quas mandauit dari retardantur. Huiuſmodi enim retardatio prouenit ex negligentia executoris. Sed negligentia vnius non imputatur alteri, ergo nullum detrimentum mortuus patitur ex huiuſmodi tarditate.

¶ Sed contra eſt, ꝙ propter huiuſmodi tarditatem retardantur orationes & ſacrificia, quæ fierent pro anima defuncti, ex quibus plurimùm iuuaretur; ergo ex huiuſmodi tarditate patitur detrimentum.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ hic eſt opus duplici diſtinctione. Primò quidem ex parte ipſius detrimenti. Diſtinguendum eſt enim duplex detrimentum. Nam quoddam detrimentum eſt, quod pertinet ad tolerantiam pœnæ, ſecundum illud primæ Corinthiorũ tertio. Si cuius opus arſerit detrimẽtum patietur. Aliud autem quod pertinet ad ſubtractionẽ remedii. Secundò etiam diſtinguendũ eſt ex parte eleemoſynæ. Circa quã poteſt conſiderari etiam detrimẽtũ ipſius eleemoſynæ, & effectus ipſius. Quantũ ergo ad meritum eleemoſynæ nullum detrimentum patitur defunctus ex prædicta tarditate, maximè ſi quantum in ipſo fuit curam adhibuit, vt huiuſmodi eleemoſynæ citò darentur, quia meritũ principaliter ex voluntate & intentione dependet. Sed quantũ ad effectũ eleemoſynæ patitur detrimentũ, non quidẽ vt pro huiuſmodi tarditate puniatur, ſed quia remedium ei non adhibetur, dum ſuffragia differuntur, ex quibus plurimum iuuaretur.

Apo. Paulus.

& in arti. 133.

¶ Ad primum ergo dicendũ, ꝙ negligentia vnius non imputatur alteri ad pœnam, poteſt tamen redundare in alterum quantum ad defectum remedii ſecundum quòd vnus homo ab alio iuuari poteſt.

4. d. 45. q. 2 & ar. 2 q. 2. ad 4

ARTICVLVS XIIII.

Vtrùm executor debeat tardare diſtributionẽ eleemoſynarum ad hoc, quòd res defuncti meliùs vendantur.

CIrca ſecũdum ſic proceditur. Videtur quòd executor debet tardare diſtributionem eleemoſynarum ad hoc ꝙ res defuncti meliùs vendantur. Quia ex hoc ſequitur quòd plures eleemoſynas poterit facere pro defuncto, ex quibus defunctus magis iuuabitur: ergo ſi differat, videtur quòd laudabiliter, & fideliter hoc faciat.

¶ Sed contra eſt, quia ex tarditate eleemoſynarũ ſequitur retardatio remedii quo fortè defunctus indiget, ergo videtur quòd huiuſmodi retardatione grauetur defunctus potiùs quàm iuuetur.

¶ Reſpon. dicendum. In mora modici temporis non videtur eſſe magnum periculum. Vnde ſi executor per modicum tempus eleemoſynam dare differat, vt rebus defuncti meliùs venditis ampliores eleemoſynas dare poſſit, laudabiliter hoc facit. Si verò è conuerſo per multum tempus differat eleemoſynas diſtribuere, vt non multò ampliores eleemoſynas faciat, non videtur eſſe abſque culpa, quia fortè defunctus à purgatorio liberaretur in quo exiſtenti remedium ſuffragiorum maximè neceſſarium erat, hoc autem requirit prudentis executoris examen, vt ſcilicet conſideratis dilatione temporis & conditione perſonæ quæ creditur citiùs vel tardiùs liberanda, & etiã quantitate augmenti eleemoſynarum, faciat, quod videbitur expedire defuncto.

Tardare diſtributionem teſtamenti quando eſt licitum.

QVAESTIO IX.

DEINDE quæſitum eſt de peccatis.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt tria.

¶ Primò de peccato originali, vtrùm ſcilicet ille qui baptizatus eſt, tranſmittat peccatum originale in prolem.

¶ Secundò de peccato actuali in generali, quid ſcilicet ſit prius, vtrùm auerſio à Deo: vel conuerſio ad commutabile bonum.

¶ Tertiò ſpiritualiter de mendacio: quod mendacium ſit grauius, vtrùm illud quod fit verbo, vel illud quod fit facto.

ARTICVLVS XV.

Vtrùm ille qui eſt baptizatus tranſmittat peccatum originale in prolem.

& in or. 136. de ma. q 4. ar. 1. & 8. & 12. q. 81. arti. 3. & 4.

CIrca primum ſic proceditur. Videtur quòd ille qui eſt baptizatus non tranſmittat peccatum originale in prolẽ. In eo enim qui naſcitur tria poſſunt conſiderari, ſcilicet corpus, anima, & vnio vtriuſque, ſed non contrahit peccatum originale, ſecundum corpus quod contrahit à parentibus, quia parentes erant totaliter à peccato originali mundati, ſimiliter etiam nec ſecundum animam quã habet ex creatione Dei, in quem peccatum non cadit, & per conſequens neque etiam ſecundum unionem vtriuſq;: ergo ille qui naſcitur ex baptizatis nullo modo contrahit peccatum originale.

¶ Sed contra eſt, quia remedium non adhibetur niſi vulneri. Sed baptiſmus qui eſt medicinale remediũ contra vulnus originalis peccati adhibetur paruulis

baptiſ-

baptizatorũ filijs ſecundum communem eccleſiæ cõſuetudinem: ergo paruuli baptizatorum filij cum originali peccato naſcuntur.

Rom.

¶ Reſpon. dicendum, quia peccatum quod ex tráſgreſsione primorum parentum in omnes poſteros originaliter deriuatur, non abolетur niſi per gratiã Chriſti, qui de peccato damnauit peccatum in carne, vt dĩ ad Romanos 8. ſed hoc quodam ordine peragitur. Nã primò in ſtatu præſentis vitæ per ſacramenta gratiæ Chriſti remouetur peccatum originale quantùm ad inquinationem animæ, ut ſcilicet non imputetur homini ad culpam. Remanet tamen interim quantum ad corruptionẽ fomitis in carne: vnde Apoſtolus ad Romanos 7. Ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati, inquantum ſcilicet cõcupiſcit aduerſus peccatum: vnde homo baptizatus ſecundum mentem viuit in nouitate ſpiritus, ſed ſecundum carnem adhuc retinet vetuſtatem Adę. Et ideò ſicut per ſpiritualem generationem, quę ſcilicet per euangeliũ alios producit filios in Chriſto abſque peccato, ita etiam ſecundum generationem carnalem producit filios in vetuſtatem Adę cum peccato originali.

apoſtolus.

apoſtolus.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ar 113 c. & 22. q. 10. ar 11. 3. c. & 3. q. 86 ar. 4. ad 1.

ARTICVLVS XVI.

Utrùm in peccato actuali priùs ſit auerſio, quàm conuerſio.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd in peccato actuali priùs ſit auerſio quã conuerſio. Auerſio enim importat receſſum à termino: conuerſio autem acceſſum ad terminum. Sed in motu corporali priùs eſt receſſus à termino, quàm acceſſus ad terminum: ergo & in ſpirituali motu priùs eſt auerſio quàm conuerſio.

¶ Sed contra eſt, quod Dion. dicit 4. cap. de di. no. Nemo intendens ad malum operatur: ſed intendens ad bonum: ergo priùs animus peccantis conuertitur per appetitum ad bonum commutabile, quàm auerſatur à Deo.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ peccatum principaliter in voluntate conſiſtit: vt Aug. dicit. Quantùm autem ad voluntatem illud eſt priùs, quod principaliter intenditur: & ideò in peccatis in quibus principaliter intenditur fruitio boni commutabilis ſicut in luxuria, auaritia, & ſimilibus: priùs eſt naturaliter conuerſio quàm auerſio, quæ non eſt principaliter intenta, ſed præter intentionem conſequitur ex inordinata conuerſione. In peccatis autem in quibus directè intenditur auerſio à Deo, ſicut eſt infidelitas, deſperatio, & alia huiuſmodi: priùs eſt auerſio ab incommutabili bono, & poſteà eſt conuerſio ad commutabile bonum, ſicut patet in illis qui diſperantes ſeipſos tradunt impudicitię, vt dicitur ad Ephe. 4.

12 q. 73. ar tic. 5. c. 12. q. 77. ar. 6 ad 1. & art. 8. ad 2. & 22. q. 46. artã 2. ad 2. 22. q. 30. art. 1. ad 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ quàmuis in motibus operabilibus receſſus à termino prior ſit in executione: acceſſus tamen ad terminum prior eſt in intentione, in qua principaliter conſiſtit peccatum.

ARTICVLVS XVII.

Utrùm maius peccatum ſit, cum aliquis mentitur facto, quàm cum aliquis mentitur verbo.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd maius peccatum ſit cùm aliquis mentitur facto, quàm cum aliquis mentitur verbo. Maius enim peccatum eſſe videtur cum aliquis mentiendo abutitur eo cui magis creditur. Sed ſicut Anſel. dicit in lib. de veritate. Magis creditur factis quàm verbis: ergo grauiùs peccat qui mentitur factis quàm verbis.

¶ Sed contra eſt, quod Aug. dicit in lib. de doctrina Chriſtiana. Inter omnia ſigna præcipuum locum tenent verba: his autem abutitur ille qui verbo mentitur: ergo videtur quòd grauiùs peccat ille qui mentitur verbo quàm ille qui mentitur facto.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ ſicut Ambr. dicit in quodam ſermone. Non ſolùm in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus mendacium eſt. Peccatum autẽ mendacij principaliter quidem conſiſtit in intentione fallendi: vnde ille qui dicit falſum, quod putat eſſe verum non mentitur. Magis autem eſt reus mendacij ille qui dicit verum, quod putat eſſe falſum; vt patet per Aug. in li. de mendacio. Vnde cum eadem intentio fallendi ſit in eo qui mentitur verbo, & in eo qui mentitur facto: vterq; æqualiter peccat, verbum enim & factum aſſumuntur vt inſtrumenta fallendi: vnde non refert quantùm ad peccatum mendacij, vtrùm aliquis verbo vel ſcripto vel nutu, vel quocunq; facto mentiatur: ſicut non refert quantùm ad peccatum homicidij, vtrùm quis gladio vel ſecuri interficiat hominem.

art. 96. & 22. q. 152. art.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO III.

ARTICVLVS XVIII.

Utrùm aliquis poßit eſſe naturaliter, vel miraculosè ſimul virgo, & pater.

DEINDE quæſitũ eſt circa corpora hominis, vtrũ ſcilicet aliquis poſsit eſſe naturaliter, vel miraculosè ſimul virgo & pater: & videtur ꝙ hoc poſsit eſſe miraculosè, quia pater & mater ſimul ſunt generationis principia. Sed aliqua mulier miraculosè fuit ſimul virgo & mater: ergo pari ratione aliquis vir miraculosè poteſt ſimul eſſe virgo & pater.

¶ Item videtur ꝙ hoc poſsit eſſe abſq; miraculo: quia dæmon incubus poteſt furari ſemen viri virginis in ſomnis polluti & transfundere in matricem mulieris: ex quo quidem ſemine poteſt concipi proles, cuius pater non eſt dęmon incubus, ſed ille ex cuius ſemine generatur, quod agit in virtute eius à quo eſt reſolutum: ergo videtur, ꝙ etiam abſque miraculo poſſit aliquis ſimul eſſe virgo & pater.

¶ Sed contra, Mulier abſque miraculo non poteſt ſimul eſſe virgo & mater: ergo pari ratione nec vir abſq; miraculo poteſt ſimul eſſe virgo & pater.

¶ Item videtur ꝙ nec per miraculum, quia ſi filius Dei qui eſt natus miraculosè de virgine ex aliqua parte corporis virginalis carnem aſſumpſiſſet quàm ex illa, vnde mulier naturaliter concipit, puta de manu aut pede, non diceretur filius virginis, ſicut nec Eua dicta eſt filia Adæ quamuis ſit formata de coſta ipſius: ſed non poſſet contingere ſalua virginitate viri, ꝙ ex eadem parte corporis & in eodem loco prolem generaret, ſicut naturaliter generatur: ergo nec etiam miraculosè fieri poſſet ꝙ aliquis ſimul eſſet virgo & mater.

Eua non fuit filia adæ.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ ad huius euidentiam videre oportet quid ad virginitatem requiratur. Requiruntur autem tria ad eius perfectionem, quorum primum eſt principale & formale, ſcilicet electio ſiue intentio voluntatis, ſicut & in omnibus moribus: vnde iſtud ex neceſsitate ad virginitatem requiritur, ꝙ adſit alicui aſsidua voluntas nunquam experiẽdi delectationem veneream. Secundum autem eſt materiale, ſcilicet paſſio appetitus ſenſitiui, ſcilicet delectatio, q̃ quis experitur in actu venereo, cuius priuatio requiritur ad perfectam virginitatem materialiter. Nam paſsiones ſenſitiuæ ſunt materia virtutum moraliũ. Si tamen præter ele-

Ad perfectionẽ virginitatis. 3. requiruntur. 12. q. 59. ar tic. 4. & 5.

electionem propriæ voluntatis hoc contingat, putà cū quis in ſomno polluitur, vel cum mulier per violentiā ab hoſte opprimitur, non perit virtus virginitatis, ut patet per Aug. in primo de Ciui. Dei. Tantū aūt eſt quaſi per accidens & concomitanter ſe habens ad virginitatem, ſ. corporalis integritas. Vnde ſi claustra pudoris aliter corrumpantur quàm per venereum actum: putà ſi obſtetrix, vel medicus ferro incidat ad ſanandum nihil virginitati deperit, ſicut Aug. dicit in primo de Ciui. Dei. Sic ergo ſi virginitas accipiatur ſecundum perfectum ſuum eſſe prout ad virginitatem tria prædicta concurrunt, mulier quidem ſalua virginitate non pōt eſſe mater: ita quod concipiat & pariat niſi miraculoſè: quia proles egredi non poteſt cum hoc, q̄ permaneant claustra pudoris inuiolata, niſi per miraculum: ſicut accidit in matre Dei. Poſſet tamen fortè abſq; miraculo mulier ſalua omnimoda virginitate conciperet ſicut dr̄ accidiſſe de quadam puella pubeſcente, quam propter pudoris cuſtodiam in lecto ſuo pater habebat, qui dum ſomno pollueretur, ſemen ad matricem deſcendit, & puella concepit. Vir autem abſq; omni ſeminis reſolutione non poteſt eſſe pater, neque naturaliter, neq; miraculoſè: quia ſi de corpore eius proles aliter miraculoſè formaretur, non poſſet dici pater. Si verò virginitas largiùs accipiatur, prout ſolùm requirit interiorem electionem mentis: ſic patet de muliere quidem q̄ naturaliter poteſt eſſe mater virginitate tali manente, ſicut ſi aliqua per violentiam opprimeretur ab hoſte, & inde conciperet: & multò magis hoc poſſet miraculoſè fieri. Vir autem ſalua tali virginitate poſſet eſſe pater naturaliter propter pollutionem nocturnam, quæ quocunque caſu ad matricem mulieris perueniret. Non autem ita congrueret quòd miraculoſè vir fieret pater ſicut q̄ virgo fieret mater: tum quia virgo miraculoſè facta eſt mater, ſpiritu ſancto formante corpus prolis ex puriſſimis ſanguinibus eius: vt Damaſ. dicit. Reſolutio autem ſeminis ſine qua vir pater eſſe non poſſet non congruit operationi ſpiritus ſancti, tum quia vir in generatione eſt ſicut agens, mulier ſicut patiens. Deo autem competit agere & non pati: vnde magis congruit vt Deus miraculoſè ſuppleat id quod deeſt ex parte viri, quàm id quod deeſt ex parte mulieris.

3. p. q. 28 ar. 2. ad 2.
Virgo poteſt concipere etiā naturaliter.
Vir nō poteſt eē virgo & pater ēt miraculoſè.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO II.

ARTICVLVS XIX.

Vtrùm cœlum empyreum habeat influentiam ſuper alia corpora.

DEinde vltimò quæſitum eſt de creatura purè corporali, vtrùm ſcilicet cœlum empyreū habeat influentiam ſuper alia corpora. Et videtur quòd non, quia omne corpus quod naturaliter influit in alia corpora per prius influit in propinqua quàm in remota. Si ergo cœlum empyreum influeret in corpora inferiora, per prius influeret in cœlum aqueum, quod eſt ſibi propinquius quàm in cœlum ſydereum, ſed hoc videtur eſſe inconueniens: quia cœlum ſydereum ſimilius eſt cœlo empyreo, cum neutrum ſit de natura quatuor elementorum, quàm cœlum aqueum quod eſt de natura quatuor elementorum: quia illæ aquę dicuntur ibi poſitæ ad refrigerandū calorem prouenientem ex motu cœli; ratione cuius Saturnus qui eſt altior inter planetas dicitur habere frigiditatem. Non ergo cœlum empyreum influit in corpora inferiora.

1. p. q. 66 art. 3. ad 2. philoſo. phi. 4. lec. 7. o. & 2. d. 2. q. 2. art. 3. o.

¶ Sed contra eſt, quod in lib. de intelligentijs dicitur, q̄ omne quod influit in alia eſt lux vel lucem habens, & in commento dicitur, quòd omnia influentia eſt per virtutem lucis, ſed cœlum empyreum maximè habet lucem inter alia corpora: ergo in alia corpora influit.

¶ Reſpon. dicendum, q̄ quidam ponunt cœlum empyreum non habere influentiam in reliqua corpora, quia non eſt inſtitutum ad effectus naturales, ſed ad hoc q̄ ſit locus beatorum. Et hoc quidem mihi aliquando viſum eſt, ſed diligentiùs conſiderans magis vr̄ dicendum, q̄ influat in corpora inferiorum, quia totum vniuerſum eſt vnum vnitate ordinis: vt patet per Philoſophum 12. meta. (T. c. 52.) Hæc autem vnitas ordinis attenditur ſecundum q̄ quodam ordine reguntur corporalia per ſpiritualia, & inferiora corpora per ſuperiora: ut Aug. dicit in 3. de trini. Vnde ſi cœlum non empyreum influeret in corpora inferiora cœlum empyreum non contineret ſub vnitate vniuerſi, quod eſt inconueniens. Vr̄ autem proprius effectus eius eſſe perpetuitas & permanſio in inferioribus corporibus. Nam ſecundum philoſophum in xj. Meta. (T. c. 43.) In cœlo ſunt principaliter duo motus, quorum vnus eſt ab Oriente in Occidentem, qui vocatur diurnus: & eſt ſuper polos æquinoctialis, & quia iſte eſt vniformis cauſat perpetuitatē in inferioribus motibus. Alius autem motus eſt ab Occidente in Orientē, quo mouetur ſol & alij planetæ, qui eſt ſuper polos zodiaci, per quem planetæ accedunt & recedūt à nobis: vnde iſte motus propriè cauſat differētiam generationis & corruptionis & cæterorum motuum in iſtis inferioribus: & ſic continuatur generatio & corruptio horum inferiorum quouſque Deus vult, quæ quidem quantum ad continuitatem cauſatur à primo motu, quantum autem ad contrarietatem à ſecundo. Sicut autem vniformitas motus præcedit difformitatem, ita etiam vnitas quietis præcedit vniformitatem motus, quia moueri eſt ſe aliter habere nunc quam priùs: quieſcere autem eſt eo modo ſe habere nunc vt priùs, & ſic quies habet puram vnitatem: vniformitas autem motus habet vnitatem cum diuerſitate, & ideò primum cęlum, ſcilicet empyreum ſingulariter per ſuam quietem influit. Secundum autem cœlum eſt quod dicitur aqueū per ſuum motum vniformem. Tertium autem cœlum ſcilicet ſydereum per ſuum motum difformem, hoc autem eſt proprium huic corpori, q̄ influat abſq; motu inquantum eſt ſupremum attingens quodammodò ordinem ſubſtantiarum ſpiritualium, prout Diony. dicit 2. c. de di. no. q̄ diuina ſapientia coniungit principia ſecundorum finibus primorum.

2. d. 2. q. 2. & di. 13 ar. 4. ad 2.
1. p. q. 103 art 6 & q. 115. ar. 3. o. & veri. q. 5 art. 8. c. & 9. o.
1. p. q. 67 art. 4. ad 3.
1 p. q. 68 ar. 4. c De diuerſitate cœlorum.
Dionyſius

¶ Ad primum ergo dicendum, q̄ cœlum empyreū magis influit in cęlum aqueum quàm in inferiora corpora, inquantum ſcilicet cœlum aqueum plus recipit de influētia cœli empyrei, vt vniformitas motus oſtendit, vnde etiam magis conuenit cum cœlo empyreo ratione ſuę vniformitatis quàm cœlum ſydereum. Eſt autem de cœleſtibus corporalibus duplex opinio. Vna ſcilicet quòd ſint de natura elementorum ſecundum quam cœlum empyreum eſſet de natura ignis cœlum aqueum de natura aquæ vel aeris, cœlum autem ſydereum eſt compoſitum ex vtraq; natura, quia in parte eſt lucidum in parte dyaphanum. Et ad hanc opinionē pertinet q̄ dicitur aquam eſſe ibi ad infrigidandum. Alia autem eſt opinio q̄ corpora cœleſtia non ſunt de natura quatuor elementorum, ſed quinta eſſentia, ſecundum quā ēt cœlum aqueum non eſt de natura quatuor elementorum, ſed dr̄ aqueum propter dyaphaneitatem, ſicut dr̄ cœlum empyreum, id eſt igneum, propter lumen. Contrarium concedimus, quamuis liber de intelligentijs non ſit auctoritatis alicuius, nec etiā verum ſit quòd omnis influxus ſit ratione lucis, niſi lux metaphoricè accipiatur pro omni actu, prout omne agens agit inquantum eſt ens actu, vel hoc poteſt

ar. 72.
Ad contrarium.
1. p. q. 2. ar. 3. c. q. 4. ar. 1. c. 1. p. q. 67. ar. 1. o.

eſſe

eſſe verum in ſolis corporalibus, in quibus propriè dicitur lux, inquantum ſcilicet lux corporalis eſt forma primi corporis agentis, ſcilicet cœli cuius virtute omnia corpora inferiora agunt. Et hæc ad præſens dicta ſufficiant.

INCIPIT QVODLIBET SEPTIMVM.

QVAESTIO I.

1.p.q.12.ar 2.o.& ar.4 ad 3.2. veri.q.9.& 4 d.49 q.2. art.1 & 12 q.175.ar.3.

QVAESITVM eſt de tribus.

¶ Primò quædam pertinentia ad ſubſtantias ſpirituales.

¶ Secundò quædam pertinentia ad ſacramentum altaris.

¶ Tertiò quædam pertinantia ad corpora damnatorum.

¶ Circa ſubſtantias ſpirituales quærebatur.

¶ primò de cognitione earum.

¶ Secundò de fruitione animæ Chriſti tempore paſſionis.

¶ Tertiò de pluralitate in ſubſtantijs ſpiritualibus interna.

¶ Circa primum quærebantur quatuor.

¶ Primò, vtrùm aliquis intellectus creatus poſsit diuinam eſſentiam videre immediatè.

¶ Secundò, vtrùm intellectus creatus poſsit ſimul plura intelligere.

¶ Tertiò, vtrùm intellectus angelicus poſsit intelligere ſingularia.

¶ Quartò, vtrùm notitia quam Auguſt. dicit prolem mentis, ſit accidens, vel non.

ARTICVLVS I.

Vtrùm aliquis intellectus creatus poſsit diuinam eſſentiam immediatè videre.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd nullus intellectus creatus poſsit diuinam eſſentiam immediatè videre. Intellectus enim creatus cum indifferenter ſe habeat ad omnia intelligibilia, non poteſt cognoſcere determinatè aliquid niſi per obiectum ſuum determinetur, ſed diuina eſſentia non eſt obiectum quod poſsit intellectum determinare, quia eſt ſummum in entibus & maximè generalitatis & nullo modo determinatum: ergo intellectus creatum ipſam videre non poteſt.

¶ Præterea, Ad hoc quòd intellectus cognoſcat aliquid oportet quòd fiat in actu. Nihil enim operatur ſecundùm quòd eſt in potentia, ſed ſecundum quòd eſt actu. Intellectus autem non fit in actu niſi ſecundum quòd intelligibili informatur. Cum ergo eſſentia diuina non poſſit per ſeipſam informare intellectum vt formaliter faciat ipſum eſſe in actu, oportet ſi debet per intellectum cognoſci, quòd per aliquam ſui ſimilitudinem intellectum informet ad hoc, quòd cognoſcatur, & ita non poterit immediatè niſi per ſimilitudinem videri.

¶ Præterea, ad hoc quòd intellectus creatus eſſentiam diuinam videat, oportet quòd per lumen gloriæ perficiatur, ſed lumen gloriæ eſt medium diſtans, & ab ipſo intellectu & ab ipſa eſſentia diuina, quæ eſt beatitudo increata, cum lumen prædictum dicatur creatura; ergo intellectus creatus non poteſt videre diuinam eſſentiam immediatè.

¶ Præterea. Secundum philoſophum in 3. de anima. (T.c.3) Sicut ſenſus ſe habet ad ſenſibile, ita ſe habet intellectus ad intelligibile, ſed ad hoc quòd ſenſus viſus ſuum obiectum percipiat duplici medio indiget, ſcilicet lumine & ſpecie quæ eſt ſimilitudo rei viſæ, ergo hoc idem eſt neceſſarium intellectui in viſione diuinæ eſſentiæ, & ſic non immediatè eam videbit.

¶ SED CONTRA eſt quod dicitur 1. Io. 3. Videbimus eum, ſicuti eſt.

¶ Præterea, ad hoc quòd intellectus intelligat nihil aliud videtur requiri niſi quod intelligibile fiat in actu, & quòd intellectui coniungatur, ſed eſſentia diuina per ſeipſam eſt intelligibilis in actu, cum ſit immaterialis, intellectui etiam præſens eſt, quia vt dicit Aug. Deus vnicuique rei eſt vicinior, quàm ipſa res ſibi; ergo intellectus creatus eſſentiam diuinam poterit immediatè videre. August.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd abſque dubio tenendum eſt, quòd diuina eſſentia in patria immediatè ab intellectu glorificato videatur. Ad cuius euidentiã ſciendum eſt quòd in viſione intellectiua triplex medium contingit eſſe. Vnum ſub quo intellectus videt, quod diſponit eum ad videndum: & hoc eſt in nobis lumen intellectus agentis: quod ſe habet ad intellectum poſsibilem noſtrum, ſicut lumen ſolis ad oculum. Aliud medium eſt quo videt: & hoc eſt ſpecies intelligibilis quæ intellectum poſsibilem determinat, & habet ſe ad intellectum poſsibilem, ſicut ſpecies lapidis ad oculum. Tertium medium eſt in quo aliquid videtur: & hoc eſt res aliqua per quam in cognitionem alterius deuenimus, ſicut in effectu videmus cauſam, & in vno ſimilium vel contrariorum videtur aliud: & hoc medium ſe habet ad intellectum ſicut ſpeculum ad viſum corporalẽ, in quo oculus aliquam rem videt. Primum ergo medium & ſecundum non faciunt mediatam viſionem: immediatè enim dicitur aliquis videre lapidem, quamuis eum per ſpeciem eius in oculo receptam & per lumen videat, quia viſus nõ fertur in hæc media tanquam inuiſibilis: ſed per hæc media fertur in vnum viſibile, quod eſt extra oculum. Sed tertium medium facit viſionem mediatam: viſus enim fertur priùs in ſpeculũ ſicut in viſibile, quo mediante accipit ſpeciem rei viſæ in ſpecie vel ſpeculo: ſimiliter intellectus cognoſcens cauſam cauſato, fertur in ipſum cauſatum ſicut in quoddam intelligibile, ex quo tranſit in cognitionem cauſæ. Et quia eſſentia diuina in ſtatu, vel in effectibus ſuis cognoſcitur non videmus eam immediatè. Vnde in patria vbi immediatè videbitur, tale medium penitus ſubtrahetur. Similiter & non eſt ibi medium ſecundum, ſ. aliqua ſpecies eſſentiæ diuinæ intellectum informans: quia quando aliquid videt immediatè per ſpeciem ſuam, oportet quòd ſpecies illa repræſentet rem illam ſecundum completũ eſſe ſuæ ſpeciei: aliàs non diceretur res illa immediatè videri, ſed quædam vmbra eius, ſicut ſi ſimilitudo lucis in oculo fieret per modũ coloris, qui eſt lux obumbrata. Cùm autem omne quod recipitur in aliquo recipiatur in eo per modum recipientis: impoſsibile eſt in intellectu creato ſimilitudinem diuinæ eſſentiæ recipi, qui eam perfectè ſecundum totam ſuam rationẽ repræſentet. Vnde ſi per aliquam ſimilitudinem talem eſſentia diuina à nobis videretur immediatè non videremus eſſentiam diuinam, ſed quãdam vmbram eius. Reſtat ergo quòd ſolùm primum medium erit in illa viſione, ſcilicet lumen gloriæ quo intellectus perficietur ad videndum eſſentiam diuinam, de quo in pſalm. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Hoc autem lumẽ non eſt neceſſarium ad hoc quòd faciat intelligibile in potentia eſſe intelligibile in actu: ad quod eſt nobis neceſſarium lumen intellectus agentis, quia ipſa diuina eſſentia cum ſit à materia ſeparata eſt per ſe actu intelligibilis. Sed erit neceſſariũ tantùm ad perficiendum intellectum: ad quod etiam nunc lumen intellectus agentis valet: prædictum autem lumen gloriæ ſufficienter perficiet intellectum ad videndum diuinam eſſentiam eo quòd ipſa eſſentia diuina totaliter lux intel-

ar. 28 & 1. p.q. 12.ar. 2.c 1.q.12. ar.5 o.

ar.1.c.& 5 p.q.12 art. 4.o. 1 p.q.12 ar. 2.o.& 13 o. & 22.q.175 art.4.

Lumen gloriæ.

ad quid ſit neceſſarium.

ligibilis eſt. Vnde lumen gloriæ ab ea in intellectum deſcendens facit hoc reſpectu diuinæ eſſentiæ in intellectu, quod facit reſpectu aliorum intelligibiliũ, quæ non ſunt lux tantùm, ſed ſpecies rei intellectæ ſimul & lumen, ſicut ſi lux ſenſibilis per ſe exiſteret ad eius viſionem ſufficeret lumen oculum perficiens ſine aliqua ſimilitudine.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ aliquid dicitur determinatum dupliciter. Primò ratione limitationis, Alio modo ratione diſtinctionis. Eſſentia autem diuina non eſt quid determinatum primo modo, ſed ſecundo modo: quia forma non limitatur niſi ex hoc ꝙ in alio recipitur, cui materia commenſuratur. In eſſentia autem diuina nõ eſt aliquid in alio receptum, eo ꝙ eſſe eius eſt ipſa diuina natura ſubſiſtens, quod in nulla re alia contingit. Nam quælibet res alia habet eſſe receptum & ſic limitat: & inde eſt ꝙ eſſentia diuina ab omnibus diſtinguitur per hoc ꝙ eſt in alio non recipi, ſicut ſi eſſet aliqua albedo exiſtens nõ in ſubiecto ex hoc ipſo diſtingueretur à qualibet albedine in ſubiecto exiſtente, quamuis in ratione albedinis non eſſet recepta, & ſic nec limitata. Patet ergo quòd eſſentia diuina non eſt quid generale in eſſendo, cum ſit ab omnibus aliis diſtincta, ſed ſolum in cauſando: quia id quod eſt per ſe eſt cauſa eorum quæ per ſe nõ ſunt. Vnde eſſe per ſe ſubſiſtens eſt cauſa omnis eſſe in alio recepti: & ita eſſentia diuina eſt intelligibile, quod poteſt determinare intellectum.

Ar. 146. | 1. p. q. 3. ar. 2. ad 3. & art. 4. ad 1. & q. 7. art. 3. ad 3. & veri. q. art. 2. q. ad 9.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ intellectus creatus ſit actu ad videndum diuinam eſſentiam per lumen gloriæ: & hoc ſufficit vt dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud lumen gloriæ quamuis & ab eſſentia diuina & ab intellectu ſit differens per eſſentiam, non tamen facit mediatam viſionem, vt ex dictis patet.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ viſibilia nõ ſunt lux tantùm: & ideò oportet ad hoc ꝙ viſus determinetur ad ea, ꝙ nõ ſolum ſit ibi lumen, ſed etiam ſpecies rei viſæ. Eſſentia autem diuina eſt purè lux: & ideò non requirit aliquam aliam ſpeciem quàm ipſum lumen vt videatur ſicut ex dictis patet.

ARTICVLVS II.

Vtrùm intellectus creatus poſſit ſimul plura intelligere.

AD ſecũdum ſic proceditur. Videtur ꝙ intellectus creatus poſſit ſimul plura intelligere. Potentia. n. ſenſitiua cum ſit materialis eſt inferior & magis contracta quàm intellectiua; ſed ſenſus poteſt ſimul plura ſentire, ſicut ſenſus communis ſimul ſentit album & dulce, dum eorum differentiam cognoſcit; ergo intellectus multò fortiùs poteſt ſimul plura intelligere.

1. p. q. 12. art. 10. & q. 58. art. 2. & q. 85. ar. 4. o.

¶ Præt. Plura intelligibilia poſſunt ſimul cognoſci inquantum ſunt vnum. Sed omnia intelligibilia ſunt vnum inquantum ſunt intelligibilia: ergo omnia intelligibilia poſſunt ſimul cognoſci.

¶ Præt. Sicut ſe habet intellectus in habitu ad intelligibile in habitu: ita ſe habet intellectus in actu ad intelligibile in actu: Sed intellectus in habitu ſimul plura intelligibilia cognoſcit in habitu: ergo intellectus in actu ſimul plura intelligit in actu.

¶ Præte. Ad cognitionem intellectus ſufficit ſpecies rei intelligibilis in intellectu exiſtens. Sed ſpecies intelligibiles non ſe impediunt, quin ſimul ſint in intellectu, cum non ſint contrariæ, eo ꝙ ſunt à materia ſeparatæ: ergo intellectus non impeditur quin poſſit ſimul plura intelligere.

¶ Præterea, Capacitas intellectus eſt maior quàm cuiuſcunque corporis. Sed aliquod corpus eſt in quo ſimul poſſunt plures ſpecies etiam contrariorum fieri, ſicut patet quòd in vno puncto aeris in quo ſe interſecant duæ lineæ directæ à duobus viſibilibus ad duos videntes, eſt ſpecies vtriuſque viſibilis: ergo multò fortiùs plures ſpecies actu poſſunt ſimul eſſe in intellectu, & ita intellectus poteſt ſimul plura intelligere.

¶ Sed contra eſt quod dicit philoſophus in 2. Topico. Contingit plura ſcire, intelligere verò vnum ſolum.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd intellectus dupliciter aliquid intelligit, ſcilicet primò & ex conſequẽti. Ex conſequenti quidem contingit plura ſimul intelligere inquantum habent ordinem ad vnum intelligibile primum, & hoc contingit dupliciter. Vno modo ex vnitate eius quo intelligitur, ſicut quando plura intelligibilia per vnam ſpeciem intelliguntur, ſicut intellectus diuinus omnia ſimul videt per vnam eſſentiam ſuam: & eodem modo intellectus creatus videns eſſentiam diuinam poteſt ſimul omnia videre quæ per eſſentiam diuinam videt. Alio modo ex vnitate eius quod intelligitur, ſcilicet quando plura intelliguntur vt vnum: totum enim vnum eſt primò intellectum, & illa plura ſunt intellecta ex conſequenti in illo, ſicut cùm intellectus intelligit lineam, ſimul intelligit partes lineæ: vt dicitur in 3. de anima. (T. c. 23.) Et ſimiliter cùm intelligit propoſitionem, intelligit ſimul ſubiectum & prædicatum, & cùm intelligit ſimilitudinem vel differentiam aliquorum ſimul intelligit ea quorum eſt ſimilitudo vel differentia. Sed quòd intellectus ſimul intelligat plura intelligibilia primò & principaliter eſt impoſſibile. Cuius ratio eſt, quia intellectus ſecundum actum eſt omninò, id eſt perfectè res intellecta vt dicitur in 3. de anima. (T. c. 36.) Quod quidem intelligendum eſt nõ quòd eſſentia intellectus fiat res intellecta vel ſpecies eius; ſed quia completè informatur per ſpeciem rei intellectæ, dum eam actu intelligit. Vnde intellectum ſimul plura actu intelligere primò idem eſt ac ſi res vna ſimul eſſet plura. In rebus enim materialibus videmus ꝙ vna res numero non poteſt eſſe ſimul plura in actu, ſed plura in potentia: vel ſecundum diſpoſitionẽ poteſt eſſe vnum & idem, Idem enim aer eſt ſimul potentia aqua & ignis & poſſunt etiam ſimul diſpoſitiones ad vtrunque quantum ad aliquid ineſſe eidem, ſicut ſi aer ex vna parte calefieret, & ex alia inſpiſſaretũr, ſed quòd aer ſimul actu ſit ignis & aqua, eſt impoſſibile: & ſimiliter etiam quòd aliquid ſit ſimul actu lapis & ferrum, quæ non videntur contraria, ſed diſparata. Intellectus autem ex ipſa ratione ſuæ potentiæ eſt ſimul potentia omnia intelligibilia; ſicut & ſenſus omnia ſenſibilia. Potentia autem ſenſitiua per ſimilitudines ſenſibilium reducitur in actum dupliciter. Vno modo incompletè per modum diſpoſitionis, quando ſcilicet ſpecies ſenſibiles ſunt in ea vt diſpoſitiones, quod appellat Auicenna eſſe, vt in theſauro. Alio modo perfectè, quando. ſ. ſpecies ſenſibiles actu informant potentiam ſenſitiuam, & hoc vocat Auicẽna apprehenſionem ſenſus, diſtinguens potentias ſenſitiuas apprehendentes ab illis in quibus ſunt formæ ſenſibiles, vt in theſauro: & ſimiliter in intellectu in habitu ſunt ſimilitudines intelligibilium, vt diſpoſitiones; ſed quando ſunt actu intellectæ, ſunt in eo vt formæ perficientes: & tunc intellectus fit omninò res intellecta: & hoc contingit per intentionem quæ coniungit intellectum intelligibili, & ſenſum ſenſibili, vt dicit Auguſtinus. Vnde patet quòd ſicut vna res materialis non poteſt eſſe ſimul plura actu, ita vnus intellectus non poteſt ſimul plura intelligere primò. Et hoc eſt quòd Alga. dicit, quòd ſicut vnum corpus non põt ſimul figurari pluribus figuris: ita vnus intel-

ar. 160. & art. 213. ad 4. & 1. p. q. 14. art. 7. 1. p. q. 14. ar. 50. o. | 1. p. q. 58. art. 2. o. & 12. q. 113. art. 7. ad 2. | Idem aer eſt ſimul potẽtia aqua & ignis. | Potentia ſẽſitiua reducitur in actum dupliciter per ſimilitudinem ſenſibilium.

lectus

lectus non poteſt ſimul plura intelligere. Nec poteſt dici ꝙ intellectus informetur perfectè ſimul pluribus ſpeciebus intelligibilibus, ſicut vnum corpus ſimul in-formatur figura & colore: quia figura & color nõ ſunt formæ vnius generis, nec in eodem ordine accipiuntur, quia non ordinantur ad perficiendum in eſſe vnius rationis: ſed omnes formæ intelligibiles inquantum huiuſmodi ſunt vnius generis, & in eodem ordine ſe habent ad intellectum, inquantum perficiunt intellectum in hoc quod eſt eſſe intellectum. Vnde plures ſpecies intelligibiles ſe habent ſicut figuræ plures: vel plures colores, qui ſimul in actu in eodem eſſe non poſſunt ſecundum idem.

Vnus intellectus nõ plura primò intelligere.

1. p. q. 85 ar. 4. c. ve-ri. q. 8 ar. 14. c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſimiliter dicendum eſt de potentia ſenſitiua, id eſt ꝙ non poteſt plura ſimul ſentire, ſed ex conſequenti, inquantum plura accipiuntur vt vnum: ſicut plura ſenſibilia vniuntur in vna differentia: & plura ſenſibilia quæ ſunt partes vniuntur in vno toto. Vnde quando ſentitur totum ſentiuntur ſimul plures partes ex conſequenti: & tunc intentio ſenſus non fertur ad aliquam partium principaliter, ſed ad totum: quia ſi ad aliquam partium ferretur, vt ad ſenſibile principale, non ſimul ſentiretur alia: & iterum ſenſus communis, quamuis ſit vna potentia ſecundum eſſentiam, tamen aliquo modo multiplicatur ſecundum eſſe, inquantum coniungitur diuerſis ſenſibus proprijs: ſicut vnum centrum coniungitur pluribus lineis. vnde immutationes omnium ſenſibilium ſimul terminantur ad ſenſum communem, ſicut motus qui eſſet per omnes lineas poſſet ſimul terminari ad centrum, ſed intellectus nõ multiplicatur modo prædicto in plures potentias. Et ideò non eſt ſimile.

Potentia ſenſitiua ſublimes ex generali plura ſentire dicitur.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ cognoſcibilia quæ ſimul cognoſcuntur oportet ꝙ accipiantur, vt cognoſcibile vnum numero, omnia autem intelligibilia inquantum huiuſmodi ſunt vnum genere non numero, & ideò ratio non ſequitur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ iam patet ex prædictis ꝙ non eodem modo ſe habet intellectus in habitu ad intelligibilia in habitu quæ ſunt in ipſo vt diſpoſitiones, & intellectus in actu ad intelligibilia in actu, quæ ſunt in ipſo vt vltimæ perfectiones.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ non ſolùm prohibetur res aliqua, eſſe plura cõtraria actu ſimul, ſed etiam plura eſſe diſparata vt patet ex dictis, vnde quãuis formæ intelligibiles in intellectu non ſint contrariæ, nihilominus tamen intellectus prohibetur ſimul plura intelligere, vt ex dictis patet.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſpecies ſenſibiles quæ ſunt in medio deferente ſunt ibi per modum diſpoſitionis, & non per modum vltimæ perfectionis, quia ſunt ibi ſicut in quodam fluxu, & ideò non eſt ſimile.

ARTICVLVS III.

Vtrùm intellectus angelicus poßit cognoſcere ſingularia.

AD tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ intellectus angelicus non poſſit cognoſcere ſingularia. Si. n. cognoſcit aut cognoſcit per ſpeciem acquiſitam, aut per concreatam, non per acquiſitam quia vel illa eſſet particularis, & per conſequens materialis, & ita in intellectu angeli immateriali eſſe non poſſet; vel eſſet vniuerſalis, & ſic per eam ſingulare cognoſci non poſſet. Similiter nec per concreatam, quia ſpecies cõcreata angelo à principio ſuæ creationis fuit in ipſo, ad cognitionem autem alicuius ſufficit ꝙ ſpecies eius ſit in intellectu, & ita ſi per ſpeciem concreatam poſſet aliquod particulare cognoſci dum eſt præſens, à principio creationis ſuæ illud cognouiſſet, quando adhuc erat futurum, quod non poteſt eſſe, quia futura cognoſcere ſolius Dei eſt. Iſa. 41. Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quoniam dij eſtis vos: ergo angelus ſingularia cognoſcere non poteſt.

1. p. q. 57. ar. 2. c. & veri. q. 8. art. 11. c. & q. 20. ar. 5.

¶ Si dicatur quòd ſpecies illæ concreatæ faciunt cognitionem præſentium non autẽ futurorum. Contra. Non poteſt aliqua cognitio noua fieri niſi fiat aliqua innouatio in cognoſcente; ſed per hoc quòd particulare quod erat futurum fit præſens, nulla aliqua innouatio in intellectu angelico, cum nihil recipiat à re extra: ergo ſi prius dum erat futurum non cognoſcebat, nec dum fit præſens cognoſcere poterit.

1. p q. 55. ar tic. 2.

¶ Si dicatur quòd quàmuis nihil recipiat, tamen formam quàm apud ſe habebat priùs applicat ad particulare quod de nouo fit. Contra. Intellectus non poteſt aliquid ad aliud applicare niſi præcognoſcat; & quod applicat & cui applicatur; quia prius eſt cognoſcere duo ſecundum ſe, quàm comparationem vnius ad alterum; ergo applicatio prædicta ſequeretur cognitionem ſingularium, & ſic non poſſet eſſe cauſa eius.

¶ Præterea, ſi angelus cognoſcit ſingularia, aut cognoſcit vna ſpecie, aut pluribus, ſed non pluribus, quia ſic oporteret quòd infinitas ſpecies apud ſe haberet, cum infinita ſint particularia ad minus in potentia; ſimiliter nec vna, quia ſic intellectus angelicus æquaretur intellectui diuino, qui vna, ſcilicet eſſentia diuina plura intelligit: ergo intellectus angelicus ſingularia cognoſcere non poteſt.

¶ Si dicatur ꝙ non cognoſcit per vnam ſpeciem omnia, ſed per vnam ſpeciem omnia indiuidua vnius ſpeciei & non alia. Contra, Illa vna ſpecies non ſe habet magis ad vnum indiuiduum quàm ad aliud, ſed oportet ꝙ per ſpeciem intelligibilem intellectus determinetur ad determinatum cognoſcibile: ergo per ſpeciem illam non poterit cognoſcere hoc particulare determinatè.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur ad Hebræos primo. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus & cætera: quod non poſſet eſſe niſi cognoſcerent ſingulares homines.

1. p. q. 57. ar. 2 ad 3. & veri. q. 2. art. 5. & 6. c

¶ Reſpondeo dicendum, quòd angelus abſque dubio ſingularia cognoſcit. Vt autem videamus modum quo hoc poſſibile ſit, ſciendum eſt quòd ad hoc quòd ſingulare aliquod cognoſcatur oportet quòd in potentia cognoſcitiua ſit ſimilitudo eius inquantum particulare eſt. Omnis autem forma de ſe communis eſt. Vnde additio formæ ad formam non poteſt eſſe cauſa indiuiduationis, quia quotcunque formæ ſimul aggregentur, vt album, bicubitum, criſpum, & huiuſmodi non conſtituunt particulare: quia hæc omnia ſimul ſunt in vno, & ita in pluribus potentijs eſt poſſibile inueniri. Sed indiuiduatio formæ eſt, ex materia per quam forma contrahitur ad hoc determinatum, vnde ad hoc ꝙ particulare cognoſcatur, oportet ꝙ in cognoſcente non ſolùm ſit ſimilitudo formæ, ſed aliqualiter materiæ. Similitudo autem rei cognitæ dupliciter eſt in cognoſcente. Vno modo ſicut cauſata à re, ſicut in his quæ cognoſcũtur per ſpeciem abſtractam à rebus. Alio modo ſicut cauſa rei, vt patet in artifice qui cognoſcit artificiatum per illam formam, per quam ipſum facit. Species autem quæ eſt in ſenſu cauſata à re ſenſibili inquantum nõ eſt omnino à cõditionib. materialibus depurata eſt ſimilitudo formæ ſecundum ꝙ eſt in materia, & ideò per eam cognoſcitur particulare. Sed quia ſecundum ꝙ in intellectu noſtro recipitur ſpecies rei ſenſibilis, eſt omninò iam à materialibus conditionibus depurata; non poteſt intellectus noſter per eam directè particulare cogno-

ar. 160.

ar 2 36 o. 2 1. q. 56 art. 1. ad 2. & q. 86. ar. 1. o.

ſcere, ſed per quandam reflexionem intellectus, ad potẽtias ſenſitiuas, à quibus ſpecies intelligibiles abſtrahuntur. Per formam autem quæ eſt cauſa rei hoc modo cognoſcitur res, ſecundum quòd forma illa eſt cauſa eius: & quia artifex homo per formam artis non producit materiam, ſed materia præſuppoſita inducit formam artis, forma artis quæ eſt in mente artificis nõ eſt ſimilitudo artificiati niſi quò ad formam tantum. vnde per eam non cognoſcit artificiatum in particulari niſi formam artificiati per ſenſum accipiat. Artifex autem increatus, ſcilicet Deus, non ſolum producit formam, ſed etiam materiam. Vnde rationes ideales in mente ipſius exeuntes non ſolum ſunt efficaces ad cognitionem vniuerſalium, ſed etiam ad ſingularia cognoſcenda à Deo. Sicut autem illę rationes ideales effluũt in res producendas in eſſe ſuo naturali, in quo particulariter vnumquodq; ſubſiſtit in forma & materia: ita procedunt in mentes angelicas vt ſint in eis principium cognoſcendi res ſecundum ſuum totum eſſe in quo ſubſiſtunt, & ſic per ſpecies influxas, ſibi ab arte diuina angeli non ſolùm vniuerſalia, ſed etiam particularia cognoſcunt, ſicut & Deus. eſt tamẽ differentia in duobus. Primò, quia ideæ quæ ſunt in mẽte diuina, ſunt formæ factiuę rerum. & non ſolum principia cognoſcendi, ſed ſpecies quæ recipiuntur in mente angelica, ſunt ſolum principia cognoſcendi & non ſunt factiuæ, ſed exemplatæ à factiuis. Secundò, quia intellectus quantò eſt altior & perſpicacior tantò ex vno poteſt plura cognoſcere. Et quia intellectus diuinus eſt altiſsimus per vnam ſimplicem eſſentiam ſuã omnia cognoſcit: nec eſt ibi aliqua pluralitas formarum idealium, niſi ſecundum diuerſos reſpectus diuinæ eſſentiæ ad res cognitas, ſed in intellectu creato multiplicatur ſecundum rem quod eſt vnum ſecundũ rem in mente diuina, ut non poſsit omnia per vnum cognoſcere: ita tamen ꝙ quantò intellectus creatus eſt altior, tantò pauciores habet formas ad plura cognoſcenda efficaces. Et hoc eſt qđ Dio. dicit 12. c. cæ. hier. ꝙ ſuperiores ordines habent ſcientiam magis vniuerſalem in inferioribus. Et in li. de cauſis dicitur, ꝙ intelligentiæ ſuperiores habent formas magis vniuerſales: hoc tamẽ obſeruato, ꝙ in infimis angelis ſunt formæ adhuc vniuerſales intantum, ꝙ per vnam formam poſſunt cognoſcere omnia indiuidua vnius ſpeciei: ita ꝙ illa ſpecies ſit propria vniuſcuiuſq; particularium ſecundum diuerſos reſpectus eius ad particularia, ſicut eſſentia diuina efficitur propria ſimilitudo ſingulorũ ſecundum diuerſos reſpectus; ſed intellectus humanus qui eſt vltimus in ordine ſubſtantiarum intellectualium habet formas in tantum particulatas ꝙ non poteſt per vnam ſpeciem niſi vnum quid cognoſcere. Et ideo ſimilitudo ſpeciei exiſtens in intellectu humano non ſufficit ad cognoſcenda plura ſingularia: & propter hoc intellectui adiuncti ſunt ſenſus quibus ſingularia accipiat.

ar. 160 & 1 o. 38. art. 3. 1. & verit. q. 3. ar. 8. c.

1. p. q. 55. ar 3. o. & q. 87. ar. 1 ad 3 2 di. 3. q. 2. ar. 2. o.

ar. 60.

1. p. q. 106. ar. 1. 3. 4. c. 2. diſ. 35 q. 2. ar. 2. & 3 ad 3.

2. di. 3. q. 2 ar. 2.

¶ Ad primum ergo dicendũ, ꝙ angelus nullo modo cognoſcit ſingularia per ſpeciem acquiſitam: quia nec per ſpeciem acceptam a re. Sic enim res agerent in intellectum eius, quod eſt impoſsibile: neq: per aliquam ſpeciem de nouo influxam à Deo reuelante ipſi angelo aliquid de nouo. quia ſpecies quas angelus habet apud ſe concreatas ſufficiunt ad omnia cognoſcibilia cognoſcenda, ſed ſecundum ꝙ per altius lumen intellectus angeli eleuatur in altiores conceptiones ex illis ſpeciebus prodire poteſt, ſicut etiam ex eiſdem phantaſmatũ ſpeciebus intellectus prophetæ lumine prophetiæ adiutus aliquam cognitionem accipit, ad quam non ſufficiebat naturale lumen intellectus agentis. Reſtat ergo vt angelus cognoſcat ſingularia per ſpecies concreatas. Sicut autem per vnã ſpeciem cõcreatam poteſt cognoſcere diuerſa indiuidua: ita etiam multò amplius poteſt per vnam cognoſcere quicquid eſt in vno indiuiduo: vt non oporteat eum aliam ſpeciem habere non qua cognoſcit colorem & odorem vnius pomi: ſed ſimul cognoſcendo hoc pomum cognoſcit quicquid eſt in pomo illo, & eſſentialiter & accidentaliter. Effectus autem non eſt in cauſa ſua ut in ea poſsit cognoſci, niſi ſit cauſa determinata ad effectum illum, ſicut patet in cauſis neceſſariis, quibus cognitis cognoſcuntur effectus earum. Sed cauſa contingens non determinatur ad effectum ſuum, niſi quando actu producit ipſum: vnde in cauſa contingente non eſt effectus eius ut in ea poſsit cognoſci, niſi quando iam actus productos eſt. Et ideo angelus per ſpecies concreatas cognoſcens cauſas vniuerſales omnium ſingularium contingentium non cognoſcit naturali cognitione effectus earum antequam ſint in actu ſed ſtatim cum actu ſunt.

1. p. q. 55. ar. 2. & 2. d. 3. q. 2. o.

1. p. q. 58. art. 2. o.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ quando aliquid incipit eſſe præſens angelus de nouo cognoſcit illud nõ facta aliqua innouatione in ipſo angelo, ſed in re cognoſcibili, in qua eſt aliquid quod priùs non fuit, quod ſine ea cognita non cognoſcitur.

malo. q 10 ar. 7. o. 1. p. q. 14. ar. 13 c. & q. 86 ar. 3. c.

¶ Ad tertium dicendum ꝙ applicatio illa eſt intelligenda per modum illum quo Deus ideas ad res cognoſcendas applicat, non ſicut medium cognoſcibile ad aliud, ſed ſicut modus cognoſcendi ad rem cognitam: aliàs nihil valeret ad propoſitum, ſicut oſtenſum eſt in obiiciendo.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ intellectus angeli neque vna ſpecie cognoſcit omnia, neque tot ſpecies habet quot ſunt indiuidua vt ex dictis patet.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illa vna ſpecies efficitur ratio cognoſcendi quodlibet indiuiduum ſecundum reſpectum ad ipſum, ut ex dictis patet.

c. 6. & m. q. 56. art. 2 ad 144.

ARTICVLVS IIII.

Utrùm notitia, quæ ab Auguſt. dicitur proles mentis, ſit in mente, ſicut accidens in ſubiecto.

CIrca quartum ſic proceditur. Videtur ꝙ notitia, quæ ab Auguſt. dicitur proles mentis, non ſit in mente ſicut accidens in ſubiecto. Nullum enim accidens excedit ſuum ſubiectũ. Sed notitia excedit mentem, quia mens non ſolùm ſeipſam, ſed & alia per notitiam nouit: ergo notitia non eſt accidens mentis.

¶ Prætereà. Nullum accidens eſt ęquale ſuo ſubiecto. Sed notitia eſt ęqualis menti, aliàs in notitia, mente, & amore non conſiſteret imago trinitatis: quod Aug. ponit: ergo notitia non eſt accidens mentis.

¶ Prætereà, Hoc idem videtur ex verbis Aug. qui in 9. lib. de Trini. dicit, quòd notitia & amor in anima exiſtunt ſubſtantialiter, vel ut ita dicam eſſentialiter, non tanquam accidens in ſubiecto ut color aut figura in corpore.

¶ Sed contra, Notitia mentis nihil aliud eſſe videtur quàm ſcientia. Sed ſcientia eſt accidens, cum ſit in prima ſpecie qualitatis: ergo & notitia.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ notitia quatuor modis accipi poteſt. Primò pro ipſa natura cognoſcitiua: ſecundò, pro potentia cognitiua: tertiò, pro habitu cognoſcitiuo: quartò, pro ipſo cognitionis actu. Sicut etiam hoc nomen ſenſus quandoq; nominat naturam ſenſitiuam: prout ſcilicet eſt principium huius naturæ, ꝙ eſt ſenſibile. Quandoq; verò nominat ipſam potentiam, quandoq; verò actum. Loquẽdo ergo de notitia primo mõ accepta conſtat ꝙ non eſt in ſubſtãtia mentis, ſicut accidens in ſubiecto, ſed ſubſtãtialiter & eſſentialiter, ſicut dicitur ꝙ rationale eſt in viuo, & viuum in ente. Si autẽ loquamur de notitia tribus aliis modis accepta, ſic dupliciter põt conſiderari, vel ſecundùm

Notitia 4 modis accipitur. Senſus 3. notans.

quòd

ꝙ comparatur ad cognoſcentem: & ſic ineſt cognoſcẽti ſicut accidens in ſubiecto, & ſic non excedit ſubiectum, quia nunquam inuenitur ineſſe alicui niſi menti. Vel ſecundum ꝙ comparatur ad cognoſcibile: & ex hac parte non habet ꝙ inſit, ſed ꝙ ad aliud ſit. Illud autem quod ad aliquid dicitur non habet rationem accidentis ex hoc ꝙ eſt ad aliquid, ſed ſolùm ex hoc quòd ineſt: & inde eſt ꝙ ſola relatio ſecundum rationem ſui generis cum ſubſtantia remanet in diuinis, nec tamen ibi eſt accidens. Et propter hoc notitia ſecundum conſiderationem iſtam non eſt in anima, ſicut in ſubiecto: & ſecundum comparationem excedit mentem inquantum alia à mente per notitiam cognoſcuntur; ſecundum hanc etiam conſiderationem ponitur trinitatis imago: quia etiam perſonæ diuinæ diſtinguuntur ſecundum quòd ad alterum ſunt: & ſecundum hoc etiam eſt quædam æqualitas notitiæ ad mentem inquantum ſe extendit ad omnia ad quæ poteſt ſe extendere mens.

¶ Et ſic patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO II.

ARTICVLVS V.

Vtrùm fuerit fruitio animæ Chriſti in paſsione.

DEINDE quæritur de fruitione animæ Chriſti in paſsione. Et videtur ꝙ illa fruitio peruenerit vſque ad eſſentiam animæ. Anima enim Chriſti perfectè fruebatur, ſed non eſſet perfecta fruitio ſi ad eſſentiam animæ non perueniret, ſed conſiſteret tantum in vna potentia, ſcilicet in ſuperiori ratione. Ergo perueniebat vſque ad eſſentiam animæ.

¶ Præte. anima Chriſti perfectiùs fruebatur quàm animæ ſanctorum in patria. Sed fruitio ſanctorum in patria pertingit vſque ad eſſentiam animæ: ergo multò fortiùs in Chriſto.

¶ Sed cõtra, nihil fruitur niſi quod cognoſcit, quia ſecundum Augu. fruimur cognitis in quibus propter ſe voluntas delectata conquieſcit. Sed cognoſcere nõ eſt eſſentiæ animæ, ſed potentiæ: ergo fruitio ad eſſentiam animæ non perueniebat.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ fruitio in actu quodã conſiſtit, quo Deus videtur & amatur: actus autem nõ eſt niſi rei ſubſiſtentis: vnde propriè loquendo neque potentia animæ fruitur, neque eſſentia: ſed homo vel anima per ſe ſubſiſtens: ſed tamen potẽtiæ animæ ſunt principia operationũ vitæ, ſicut eſſentia animæ eſt principium eſſe viuentis: & ſecundum hoc oportet dicere quòd ſuperior ratio cuius obiectũ eſt res æterna, qua fruendum eſt, eſt principium fruitionis, quo ſcilicet anima fruitur; ad alias autem vires, vel ad animæ eſſentiam fruitio pertinere non poteſt, niſi per quandam redundantiam, prout ſcilicet ex illa fruitione ſuperioris rationis aliquis effectus in eſſentia animæ, vel in potẽtiis inferioribus relinquitur: & ſic aliquo modo perueniebat fruitio ad eſſentiam animæ Chriſti in paſsione & aliquo modo non. Si enim conſideretur eſſentia animæ in paſsione Chriſti, prout eſt actus corporis, ſic fruitio ad eam non perueniebat, aliàs corpus eius glorioſum factum fuiſſet. Similiter nec ad eſſentiam ſecundum quòd eſt radix inferiorum virium: quia ſic fruitionis gaudium dolorem paſsionis, qui erat in viribus inferioribus, totaliter euacuaſſet, perueniebat autem ad eſſentiam animæ, ſecundum quòd erat radix ſuperioris rationis, & quia eſſentia animæ eſt ſimplex & eſt tota in qualibet ſua potentia, ideò dicitur quod tota anima fruebatur in Chriſto, inquantum ſcilicet eſt radix ſuperioris rationis: & tota patiebatur, inquantum ſcilicet eſt actus corporis, & radix inferiorum virium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non impeditur perfectio rei niſi per hoc quòd tollitur aliquid de eſſentialibus rei, gloria autem corporis & inferiorum virium pertinet ad gaudium accidẽtale beatitudinis. Et ideò quamuis in Chriſto fruitio non peruenerit ad eſſentiam animę ſecundum quòd eſt actus corporis, & ſecundum quòd eſt radix inferiorum virium: non ſequitur quòd fruitio fuerit imperfecta in Chriſto, ſiue beatitudo.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd anima Chriſti perfectiùs fruebatur, quàm animæ ſanctorum in patria, loquendo intenſiuè, non autem loquendo extenſiuè: quia in patria gaudium fruitionis ad inferiores vires & etiam ad corpus glorificatum perueniet, quod ſi in Chriſto fuiſſet viator non fuiſſet.

QVAESTIO III.

DEINDE quæritur de pluralitate in ſubſtantiis ſpiritualibus inuenta.

Et quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm immenſitas diuina excludat pluralitatem perſonarum.

¶ Secundò, vtrùm angelica ſimplicitas patiatur compoſitionem ex ſubiecto accidente.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum immenſitas diuina excludat pluralitatem.

AD Primum ſic proceditur. Videtur quòd immenſitas diuina excludat pluralitatem perſonarũ. Omne.n. immenſum cum ſit indeterminatũ, ſtat in vno. Sed quicquid eſt in diuinis eſt immenſum. Cum ergo perſona ſit in diuinis ſtabit in vno, ita quòd non erunt ibi plures perſonæ.

¶ Si dicatur ꝙ perſonæ hoc modo in vno ſtant, ꝙ omnes ſunt vna eſſentia. Contra. Sicut eſſentia eſt immenſa, ita & perſona. Sed immenſitas eſſentiæ facit ꝙ ſit vna eſſentia tantùm, ergo immẽſitas perſonæ facit quòd ſit vna perſona tantùm.

¶ Si dicatur quòd perſona non eſt immenſa niſi immenſitate eſſentiæ. Contra. Perſona ſecundum intellectum addit aliquid ſupra eſſentiam. Sed quicquid intelligitur in diuinis intelligitur vt immenſum. ergo præter immenſitatem eſſentiæ eſt in Deo immenſitas perſonæ, quæ faciet in diuinis vnam tantum perſonã.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur 1. Io. 4. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd immenſitas non excludit pluralitatem niſi ſecundum quòd tollit determinationem, quæ eſt pluralitatis principium primum. Sicut autem dictum eſt priùs, duplex eſt determinatio, ſ. limitationis & diſtinctionis. In diuinis autem nullo modo cadit determinatio limitationis, cadit autem ibi determinatio diſtinctionis dupliciter. Vno modo ſecundum quòd diſtinguitur per eſſentiam ab omnibus creatis, vt non limitatum à limitato. Alio modo ſecundũ ꝙ perſona diſtinguitur à perſona per relationem originis: quæ quidem diſtinctio non eſt propter aliquam limitationem, ſed ratione oppoſitionis, quæ eſt in relatione; vnde hanc diſtinctionem immenſitas diuina non excludit; & per conſequens nec pluralitatem perſonarum.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad primum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis perſo-

na ſit

na ſit immenſa, tamen immenſitas eſt eſſentiale non perſonale, ſicut perſona eſt bona bonitate eſſentiali: vnde non oportet ꝙ immenſitas faciat diſtinctionem in perſonis, ſed ſolum in eſſe naturæ.

Ad rōnes. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ perſona non dicitur aliquid ſecundum intellectum addere ſupra eſſentiam, quaſi intellectus debeat intelligere aliquid additum eſſentiæ, eſſet.n.intellectus falſus; ſed quia intelligendo perſonam intelligo eſſentiam de neceſſitate, ſed non ècouerſo: vnde obiectio non procedit. 1.diſt.9.q. 1.o.ad 3.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm in Angelis ſit compoſitio accidentis, & ſubiecti.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ in Angelis non ſit compoſitio accidentis & ſubiecti: quia eſſe accidentale cauſatur ab eſſe ſubſtantiali: ergo & compoſitio accidentalis à compoſitione ſubſtantiali. Sed in Angelis non eſt compoſitio ſubſtantialis, quia ſunt ſubſtantiæ ſimplices: vt Diony.dicit: ergo nec compoſitio accidentalis. ar.26.ſi.& 1.p.q.50.ar ti.6 o.2.di. 8.q.5.ar.3.

¶ Præterea, Boe.dicit in lib.de Trin.ꝙ forma ſimplex ſubiectum eſſe non poteſt. Sed Angeli ſunt formæ ſimplices, ſecundum Dion.ergo non poſſunt eſſe ſubiectum accidentis.

¶ Sed contra eſt, ꝙ Aug.ſubſtantias ſpirituales ponit deficere à ſimplicitate diuina per hoc ꝙ eſt in eis compoſitio accidentis & ſubiecti.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ex hoc aliquid eſt ſuſceptiuum formæ ſubſtantialis vel accidentalis, ꝙ aliquid habet poſſibilitatis: quia de ratione potentiæ eſt vt actui ſubſternatur, qui forma dicitur. De Angelis autem diuerſi diuerſa ſentiunt. Quidam enim dicunt ꝙ ſunt ex materia & forma compoſiti. Alij dicunt ꝙ ſunt compoſiti ex eſſe & ꝙ eſt, vt Boetius dicit. Et vtroque modo oportet ponere potentialitatem in Angelo. De primo.n.modo patet, ſimiliter patere poteſt de ſecundo: quia omne quod non eſt ſuum eſſe, oportet ꝙ habeat eſſe receptum ab alio, quod eſt ſibi cauſa eſſendi. Et ita in ſe conſideratum eſt in potentia reſpectu illius eſſe quod recipit ab alio, & hoc modo ad minus potentialitatem ponere oportet in angelo, quia angelus non eſt ſuum eſſe, hoc.n.ſolius Dei eſt. Et ita relinquitur quòd angelus poſſit eſſe ſubiectum accidentalis formæ. 1.p.q.50.ar ti.2.o.

arti.184.c. arti.58.& 184.ac 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ſubſtantialis ſimplicitas in angelis excludit compoſitionem materię & formæ, nō autem compoſitionem ex eſſe & quod eſt, quam compoſitionem ad minus accidentalis compoſitio in angelis præſupponit: & iterum non oportet ꝙ ſi eſſe accidētale cauſatur à ſubſtantiali ꝙ compoſitio accidētalis à compoſitione ſubſtantiali cauſetur: quia ſubſtātia aliquo modo ſimplex poteſt eſſe ſubiectum accidentis, vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ Boetius loquitur de illa forma ſimplici, quæ eſt actus, cui nihil potentialitatis admiſcetur, & talis eſt ſolus Deus. art. huius.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quæritur de ſacramento altaris.

¶ Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm corpus Chriſti ſecundum totam ſuā quantitatem contineatur ſub ſpeciebus panis.

¶ Secundò, vtrùm in eodem inſtanti ſit panis & corpus Chriſti.

¶ Tertiò, Vtrùm Deus poſſit facere ꝙ albedo, & aliæ qualitates ſint ſine quantitate, ſicut facit ꝙ quantitas in ſacramento altaris ſit ſine ſubiecto. & in ordi. 418.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum poſſit totum corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis contineri.

CIrca primum ſic proceditur. Videtur quòd non poſſit totum corpus Chriſti ſub illis ſpecieb. panis contineri. Non.n.poteſt etiam per miraculum fieri vt duo contradictoria ſint ſimul vera, vt Auguſt. dicit contra Fauſtum. Hoc autem ſequeretur, ſi totum corpus Chriſti ſubeſſet illis ſpeciebus, ſi.n.eſt ſub illis ſpeciebus totum, non eſt maius illis ſpeciebus, cum non excedat eas, & tamen ſecundum rei veritatem eſt maius, cum ſit bicubitum, vel amplius, & ſic erit eodem maius, & non maius. Ergo non poteſt etiam per miraculum fieri, quòd ſub illis ſpecieb. contineatur totum. 3.p.q.76.ar ti.1.o.& q. 77.artic.1. ad 3.

¶ Sed contra. Vbicunque eſt pars alicuius corporis, etiam totum corpus, niſi corpus ſit diuiſum; ſed corpus Chriſti non eſt diuiſum cum ſit impaſſibile, ergo cum aliquid corporis Chriſti ſit ſub illis ſpecieb. vt dicitur Matth.26. Hoc eſt corpus meum: oportet ꝙ ſub illis ſpeciebus totum corpus Chriſti contineatur.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ſub illis ſpecieb. abſq; dubio continetur totum corpus Chriſti, & tota quantitas eius. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt ꝙ in ſacramento altaris dupliciter aliquid continetur. Vno modo ex vi ſacramenti, alio modo ex naturali concomitantia; verbi gratia. Sub ſpeciebus panis continetur & corpus & ſanguis Chriſti: ſed corpus ex vi ſacramenti, ſanguis ex concomitantia naturali, quia corpus Chriſti non eſt ſine ſanguine, ſub ſpecieb. autem vini eſt ècouerſo. Illud autem continetur ſub ſacramento ex vi ſacramenti quod eſt tranſubſtantiationis terminus, & propter hoc anima & diuinitas non continentur in ſacramento ex vi ſacramenti, cum panis & vinum in ea non conuertantur, ſed ex naturali concomitantia, qua anima inſeparabiliter vnitur illi corpori, & diuinitas humanitati. Cùm autem ex parte panis ſubſtantia tranſeat, & quantitas maneat cum reliquis accidentibus, patet ꝙ directè tranſubſtantiationis terminus eſt ſubſtantia corporis Chriſti, & ſic ipſa ſubſtātia corporis Chriſti eſt ibi ex vi ſacramenti: ſed quantitas ex naturali concomitantia. Vnde patet ꝙ ſubſtantia corporis Chriſti immediatè habet ordinem ad dimenſiones panis remanentes: quantitas autem corporis Chriſti quaſi ex conſequenti. Econuerſò autem eſt in ordine locati ad locum: quia ſubſtantia locati ordinatur ad locum mediantib. dimenſionib. propriis: & inde eſt ꝙ oportet dimenſiones locati commenſurari dimenſionibus loci continentis, non autem dimenſionem corporis Chriſti commenſurari dimenſionib. ſpecierum; & ideò ſub cuiuſcunque paruis dimenſionib. panis poteſt eſſe totum corpus Chriſti, ſicut tota natura ſubſtātiæ alicuius corporis ſaluatur in qualibet parte illius corporis. 4.di.10.ar ti.2. 3.p.q.76. art.1.o. & a.3.4.c. & q.78.art.6. ad 1.& q. 81.ar.4.ad 2.& 3. 3.p.q.7. ar.1.ad 3. 4.di.10.ar 3.q.4.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ non ſequitur ex hoc corpus Chriſti non eſſe maius illis ſpecieb. quia non continetur ſub eis quaſi cōmenſuretur, & ſic non ſequitur contradictoria eſſe ſimul.

ARTICVLVS IX.

Vtrum in eodem inſtanti ſub ſpeciebus illis ſit ſubſtantia panis & corpus Chriſti.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ in eodem inſtanti ſub ſpeciebus illis ſit ſubſtantia panis & corpus Chriſti; accipiatur.n.vltimum inſtās in quo eſt panis & primum inſtans in quo eſt corpus Chriſti. Aut ergo ſunt duo inſtantia, aut vnum, ſed nō duo: quia cum inter quælibet duo inſtantia ſit tempus medium, eſſet aliquod tempus dare in quo non eſſet 1.p.q.53. ar.3.c.a.3. p.q.75.art. 7.o.& ad 2.& 4.diſt. 11.q.3.ar.3. q.2.ad 2.

ibi

ibi, nec corpus Chriſti, nec ſubſtãtia panis: ergo oportet ꝙ ſit vnum inſtans, & ſic in eodem inſtanti ibi eſt panis & corpus Chriſti. Si dicatur quòd non eſt dare vltimum inſtans in quo eſt panis. Contra. Eſſe panis menſuratur quodam tempore. Sed menſura propria æquatur menſurato: ergo in quolibet inſtanti illius temporis eſt ibi panis, & ſic in vltimo inſtanti.

¶Præterea, Sicut ſe habet tempus ad motum continuum, ita ſe habet inſtans ad mutationem inſtantaneam. Sed tempus includit vtrunque terminorum motus continui: ergo & vnum tranſubſtantiationis, quæ eſt mutatio inſtãtanea. Eius autem termini ſunt panis & corpus Chriſti: ergo in eodem inſtanti eſt panis & corpus Chriſti.

¶Præterea, In qualibet mutatione inſtantanea ſimul eſt verum dicere, quod fit, & factum eſt, quia in inſtanti non eſt accipere prius & poſterius: ergo cùm tranſubſtantiatio ſit mutatio inſtantanea, ſimul verum eſt dicere ꝙ fit ibi corpus Chriſti & factum eſt. Ergo corpus Chriſti ſimul eſt ibi & non eſt. Sed quando nõ eſt ibi corpus Chriſti, eſt ibi ſubſtantia panis. Ergo ſimul in eodem inſtanti eſt ibi corpus Chriſti & ſubſtantia panis.

¶Sed contra, Duæ formæ ſubſtantiales diſparatæ non poſſunt in eodem inſtanti eidem ineſſe. Sed forma panis & corpus Chriſti ſunt huiuſmodi: ergo non poſſunt ſimul eidem ineſſe, & in eodem inſtanti.

art.104.& 183.ad 3 & 4.di.11.q. 1.ar.1.q.1. 0.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ nullo modo in eodem inſtanti eſt ibi corpus Chriſti & ſubſtantia panis: nec eſt aſsignare vltimum inſtans, in quo eſt ibi panis: ſed vltimum tempus, quod cõtinuatur ad inſtans illud in quo primò eſt ibi corpus Chriſti. Ad cuius euidentiã ſciendum eſt ꝙ in rebus naturalibus mutationes inſtantaneæ ſunt termini motus ſemper, cuius ratio eſt: quia huiuſmodi mutationes habent pro terminis formam & priuationem, ſicut generatio ignis ignẽ & nõ ignẽ. Inter formam autem & priuationem non poteſt eſſe aliquod medium niſi per accidens: inquantum ſcilicet illud quod priuatur forma magis & minus appropinquat ad formam ratione alicuius diſpoſitionis ad formam, quæ intenditur vel remittitur per motũ continuum. Et ideò oportet præexiſtere motum alterationis, qui terminetur ad generationem: & ſic alteratio habet duos terminos: vnum ſui generis, ſ. vltimam diſpoſitionem quæ eſt neceſsitas ad formam, quia alteratio eſt motus in qualitate: & alium alterius generis, ſ. formam ſubſtantialem. Et eodem modo illuminatio eſt terminus motus localis ſolis, qui eſt mutatio inſtãtanea exiſtens inter formam luminis, & priuationem eius, ſ. tenebras. Cuiuſlibet autem motus qui menſuratur aliquo tempore, oportet ꝙ vltimus terminus ſit in vltimo inſtanti temporis. Vnde cum forma ſubſtãtialis ſit quidam terminus alterationis: oportet ꝙ in vltimo inſtanti illius tẽporis introducatur forma ſubſtantialis: corruptio autem & generatio ſimul currũt, quia generatio vnius eſt corruptio alterius: oportet ergo ꝙ in vltimo inſtanti illius temporis ſit terminus corruptionis vnius, vt aëris, & terminus generationis alterius, vt ignis. Terminus autem corruptionis eſt nõ eſſe. Oportet ergo ꝙ in vltimo inſtanti illius temporis ſit primò non aër, & primò non ignis, ſed ante vltimum inſtans alicuius temporis non poteſt accipi penultimum, quia inter quælibet duo inſtantia eſt tempus medium ſecundum Philoſophum: & ſic non eſt accipere vltimum inſtans in quo ſit aër, ſed in toto tempore menſurante motum alterationis erat aër, & in vltimo inſtanti eius eſt primò non aër, & primò ignis; & ſimiliter tranſubſtantiatio eſt terminus cuiuſdam motus, qui conſiſtit in prolatione verborum: vnde in vltimo inſtanti temporis menſurantis illam prolationẽ eſt primò nõ panis, & primò corpus Chriſti: & ſic nõ eſt vltimum inſtans in quo eſt panis, ſed vltimum tẽpus. Inter tempus autem & inſtans non oportet ꝙ aliquid cadat medium ſicut nec inter lineam & punctũ: & ſic non oportet ꝙ aliquando neque ſit panis, neq; corpus Chriſti.

3.di.17.q.2. ar.1.ad 4.& 3.di.2.q.q. 3.ar.6.ad 6 arti.187.& 223.c.ſi.

ar.215

arti.187.c. principio, & 3.p.q.53 a.3 c.& q. 63.ar.6.ad 4.& 3 p.q. 79.ar.7.ad 1 3.p.q.75. ar.7.ad 1 3 & 4.d.8.q. 2.ar.3.ad 6. & 7 ad 1a. tiones.

¶Et ita patet ſolutio ad primum.

¶Ad secvndvm dicendum, quòd punctũ additum, vel ſubtractum lineæ non facit maius, vel minus: & ſimiliter eſt de inſtanti appoſito tempori vel ſubtracto ab eo. Vnde quamuis in vltimo inſtanti temporis menſurantis eſſe panis, non ſit panis: tamen non ſequitur, ꝙ tempus illud ſit maius quàm duratio eſſe panis: & ſic ꝙ menſura non æquetur menſurato.

¶Ad tertium dicendum, quòd inſtans dicitur menſurare mutationem aliquam inſtantaneam inquantũ mẽſurat terminum eius ad quem: quia terminus enim à quo iungitur cum toto motu præcedenti: & ita menſuratur tempore menſurante motum præcedentẽ: ſed tempus menſurat motum ratione vtriuſque termini: et ideò non eſt ſimile.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ fieri dicitur dupliciter: vno modo moueri ad eſſe illud quod generatur in toto tempore alterationis præcedentis dicitur fieri: & hoc modo loquitur philoſophus de fieri in 6. phy. vbi oſtendit ꝙ omne factum eſſe præcedit fieri, & omne fieri præcedit factum eſſe: & ſic non eſt verum ꝙ aliquid fiat & factum ſit: ſed ſic eſt verum ꝙ illud quod fit non eſt. Alio modo dicitur fieri res quando introducitur forma, & ſic fieri non eſt moueri, ſed terminari motum: vnde ſicut ſimul motus terminatur & terminatus eſt, ita ſimul aliquid fit & factũ eſt: ſed hoc modo illud quod fit eſt, quia terminus factionis eſt eſſe: in quo ponitur eſſe illud eſſe, ꝙ dicit hoc modo moueri.

ARTICVLVS X.

Vtrùm Deus poßit facere quòd albedo, aut aliqua qualitas corporalis ſit ſine quantitate.

AD Tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ Deus nõ poſſit facere ꝙ albedo, aut aliqua qualitas corporalis ſit ſine quantitate: quia quãtitas eſt prima diſpoſitio corporis ex eo ꝙ immediatè adhæret ſubſtantiæ, vt dicit Boetius. Sed primum in quolibet genere eſt cã eorum quæ ſunt poſt: vt dicitur in 2. Meta. (T.c.4.) ergo à quantitate habent omnia alia accidentia ꝙ ſint diſpoſitiones corporales: ergo remota quantitate nulla qualitas corporalis remaneret.

periherme nias lec 10 principio.

¶Præterea, Qualitas ſpiritualis vt ſcientia, vel virtus eſt nobilior quàm qualitas corporalis. Sed qualitas ſpiritualis etiam miraculosè non poſſet eſſe ſine ſubiecto, vt videtur: ergo multò minus qualitas corporis poſſet eſſe ſine ſubiecto ad minus quod eſt quãtitas.

¶Præterea, Magis eſt remotum à natura, ꝙ qualitas corporalis ſit omninò ſine obiecto quam ꝙ ſit in ſubiecto ſpirituali: quia eſſe in ſubiecto ſpirituali eſt qualitas ſpiritualis, quæ eſt in prædicamento eodem cum qualitate corporali, ſed eſſe omninò ſine ſubiecto eſt ſubſtantiæ, quæ eſt aliud prædicamentum. Sed nõ poſſet miraculosè fieri ꝙ qualitas corporalis eſſet in ſubiecto ſpirituali, vt albedo in angelo: ergo multò minus poteſt fieri, ꝙ qualitas corporalis non habeat ſubiectum, ad minus quantitatem.

¶Præterea, Magis dependet qualitas à ſubſtantia, quam econuerſò. Sed Deus non poſſet facere aliquã ſubſtantiam creatam abſque omni accidẽte: quia ad minus oportet, ꝙ creaturæ inſit relatio ad ſuum creatorem: ergo multò minùs poteſt fieri ꝙ qualitas ſit abſq; omni ſubiecto.

¶Sed contra. Propter hoc poteſt fieri, ꝙ in ſacramento altaris quantitas ſit ſine ſubſtãtia, quia quãtitas per

tas per

tas per eſſentiã à ſubſtantia differt. Sed ſimiliter qualitas differt per eſſentiam à quantitate: ergo eadem ratione fieri poſſet vt qualitas eſſet ſine quantitate.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ diuinæ potentiæ rõne ſuæ immenſitatis attribuendum eſt quicquid in defectum non ſonat: tamen aliqua ſunt quæ natura creata nõ patitur vt fiãt propter aliquam repugnantiam, quã important ratione contradictionis implicitè: & de talibus conſueuit à quibuſdam dici, ꝙ Deus poteſt ea facere quamuis fieri non poſsint. Vt ergo videamus vtrùm fieri poſsit à Deo, ꝙ albedo ſit ſine quantitate, ſciẽdum eſt, ꝙ in ordine & qualibet alia qualitate corporali eſt duo cõſiderare, ſ. ipſam naturam albedinis, per quam ſpeciem ſortitur, & indiuiduationem eius ſecundum ꝙ eſt hæc albedo ſenſibilis ab alia albedine ſenſibili diſtincta. Poſſet ergo fieri miraculo vt natura albedinis ſubſiſteret abſque omni quantitate: tamen illa albedo non eſſet, ſicut hæc albedo ſenſibilis: ſed eſſet quædam forma intelligibilis ad modum formarum ſeparatarum, quas Plato poſuit; ſed ꝙ hæc albedo ſenſibilis indiuiduata eſſet ſine quantitate fieri non poſſet, quãuis fieri poſsit ꝙ quantitas indiuiduata ſit ſine ſubſtantia: quia quantitas non indiuiduatur ſolum ex ſubiecto, ſicut alia accidentia: ſed etiam ex ſitu qui eſt de rõne ipſius quantitatis dimenſiuæ: quæ eſt quantitas poſitionem habens. Et ideò poſsibile eſt imaginari duas lineas ſeparatas eiuſdẽ ſpeciei numero diuerſas ſecundum diuerſum ſitum, aliàs linea nõ eſſet diuiſibilis ex ipſa ratione ſui generis. Non.n. diuiditur linea niſi in lineas. Plures autem albedines eiuſdem ſpeciei ſine ſubiecto imaginari eſt impoſsibile, & ſic patet quòd albedo non indiuiduatur niſi ex ſubiecto, & propter hoc non poſſet eſſe indiuidua niſi eſſet in aliquo ſubiecto ad minus in quantitate, ſed quantitas habet vnde indiuiduetur etiam abſq; ſubiecto. Et ideò poteſt per miraculum eſſe hæc quantitas ſenſibilis etiam abſque ſubiecto, ſicut patet in corpore Chriſti.

arti. 39. & 96. 183.

3. di. 47. ar. 4. c. ma. & cõtra 4. c. 65.

3. p. q. 29. ar. 3. c. & q. 39. ar. 3. 22. q. 24. ar. 5. ad 1. & 3 & 4. di. 12. q. 2. ar. 2. q. 3. ad tertiũ.

¶ Ad primum ergo dicendũ, ꝙ albedo ſi ſine quantitate eſſet iam non eſſet corporalis qualitas, ſed ſpiritualis, vt ex dictis patet.

ad rõnem

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ de qualitate ſpirituali omninò idem dicendum videtur, quod de qualitate corporali dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ cum ſubſtantia ſpiritualis quantitate careat, non poteſt fieri ꝙ qualitas corporalis ſit in ſubſtantia ſpirituali, niſi per modum illum quo poteſt eſſe ſine quantitate, vt dictum eſt.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ex hoc ipſo ꝙ ſubſtantia creatã comparatur ad Deũ, conſequitur ipſam aliquod accidens, ſicut ipſa relatio creationis, aut ſeruitutis, aut alia ſimilis ratio; vnde ſicut Deus non poteſt facere quòd creatura non dependeat ab ipſo, ita non poſſet facere quòd eſſet abſq; huiuſmodi accidentibus, poſſet autem facere ꝙ eſſet abſque aliis accidentib. Accidens autem non habet ſubiectum ex hoc ꝙ cõparatur ad Deum, & ideò nihil prohibet quin Deus facere poſsit aliquod accidens eſſe ſine ſubiecto.

pot. q. 5. ar. 1. 2. 0. art. 179 principio. & 1. p. q. 14. art. 1. ad 2. & 2. ad 2. 4. d. 10. ar. 2. q. 3. & ar. 183. ad 3.

¶ Ad quintum quod obiicitur contra, patet ꝙ non eſt eadem ratio de quantitate & qualitate, vt ex dictis patet.

QVAESTIO V.

DEinde quæritur de corporibus damnatorum.

¶ Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm corpora damnatorum ſint incorruptibilia.

¶ Secundò, vtrùm reſurgent cum ſuis deformitatib.

¶ Tertiò, vtrùm punientur in inferno verme, & fletu corporali.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm corpora damnatorum erunt incorruptibilia.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd corpora damnatorum non erunt incorruptibilia. Corpus enim non poteſt eſſe incorruptibile niſi per naturam, vt cœleſte: vel per gratiam innocentiæ, vt corpus hominis in primo ſtatu; vel per gloriam, ſicut corpus Chriſti in reſurrectione. Sed nullum iſtorum competit corporibus damnatorum: ergo corpora damnatorum non erunt incorruptibilia.

4. di. 44. q. 3. ar. 1. q. 2. 0. & cõtra 4. c. 89. 0. & opus. 10. c. 25. & opus 11. c. 19. & 20.

¶ Si dicatur ꝙ erunt incorruptibilia ex decreto diuinæ iuſtitiæ vt perpetuò puniantur. Contra, culpæ non debetur pœna perpetua niſi ſecũdum ꝙ habet aliquid perpetuitatis: ſed perpetuitas culpæ non eſt ex parte corporis, ſed ex parte voluntatis quæ eligit perpetuò in peccato manere: ergo diuina iuſtitia non requirit ꝙ corpus æternaliter puniatur.

¶ Præterea, Corpus nõ punitur pro peccato animæ niſi inquantum eſt organum animæ operãtis peccatũ. Sed in aliquibus actibus poteſt eſſe peccatum mortale, in quibus corpus non communicat, ſicut patet in peccatis ſpiritualibus: ergo ſi aliquis pro eis ſolũ damnetur, corpori eius non debetur pęna perpetua.

¶ Præterea, Sicut aliquis damnatur propter peccatũ tranſgreſsionis, ita damnatur propter peccatũ omiſsionis. Sed in omiſsione nihil cooperatur corpus: ergo non debetur ſibi pęna perpetua, ſi propter peccatum omiſsionis aliquis damnetur: & ſic diuina iuſtitia non requirit corpora damnatorum eſſe incorruptibilia.

¶ Sed contra, Remota cauſa remouetur & effectus. Sed poſt reſurrectionem ceſſabit motus cœli, qui eſt cauſa corruptionis in corporibus: ergo ceſſabit corruptio, & ſic corpora damnatorũ erũt incorruptibilia.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ corpora damnatorum erunt incorruptibilia, quamuis ſint paſsibilia. Incorruptibilitatis autem prima cauſa & principalis eſt iuſtitia diuina, quæ conſeruabit corpora damnatorum in perpetuis pœnis. Sed cauſa ſecũdaria, & quaſi coadiuuãs erit quies motus cœli, quo quieſcente nulla actio, vel paſsio poterit eſſe in corporibus pertinens ad tranſmutationem naturæ. Vnde & corpora damnatorum non patiuntur ab igne paſsione naturæ, qua natura corporis humani tranſmutetur à natura ſua, ſed patientur paſsione animæ, ſicut organum ſenſus à ſenſibili ſuſcipiendo ſimilitudinem qualitatis ſenſibilis.

3. p. q. 97. articu. 3 c. & pot. q. 5. ar. 10. c. art. 176. ad 1. pot. q. 5. art. 7. & 8. 0. & 2. d. ſ. 12 artic. 6. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ ratio illa procedit ex inſufficienti diuiſione. Eſt enim hic alia cauſa incorruptionis à rebus quæ tanguntur in obiectione, ſ. decretũ diuinæ iuſtitiæ; quãuis poſsit dici aliquo modo, ꝙ etiam per naturam erunt incorruptibilia, inquãtùm ſ. remouetur naturale corruptionis principium, ſ. motus cœli.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ peccatum & rõnem culpæ, & perpetuitatis habet ex anima, non ex corpore. Vnde ſicut corpus punitur ex peccato, inquantum eſt inſtrumentum peccati rationem culpæ habẽtis ab anima: ita perpetuò puniri debet inquantum eſt inſtrumentum peccati quod habet perpetuitatem ex voluntate.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ hæc non eſt ratio principaliter quare corpus punit pro peccatõ animæ, quia eſt inſtrumentum animæ operantis peccatum, ſed magis quia eſt pars eſſentialis hominis qui operatur; propriè enim loquendo homo eſt qui peccat per animam, & ideò ſi puniretur anima tantùm, non puniret qui peccauit, ſ. homo. Nec tamen eſt verum ꝙ aliquis actus ſit hominis in vita præſenti in quo corpus non communicet, quia quamuis in actibus intellectiuæ

partis

partis non communicet corpus ſicut inſtrumentum actus, communicat tamen ſicut repræſentans obiectū, quia obiectum intellectus eſt phantaſma, & ſicut color viſus, vt dicitur in 3. de anima. (T. c. 30.) phātaſma autem non eſt ſine organo corporali, & ſic patet ꝙ ēt intelligendo, & in alijs actibus animæ vtimur aliquo modo corpore.

12. q. 50 ar. 4. ſi 1. & veri. q. 10. ar. 8. id 7. ar. 100. ad 2

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ pro peccato omiſſionis non damnaē aliquis, quia aliquid agatur, ſed quia omittitur illud quod eſt debitum fieri ab anima & à corpore, inquantum corpus communicat actibus animæ, & ita eodem modo peccatum tranſgreſſionis, & omiſſionis pertinet ad corpus & animam.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm corpora damnatorum reſurgent ſine deformitatibus.

4. d. 44. q. 3 ar. 1. q. 1 o. & cōtra 4. c. 88

AD Secundum ſic proceditur. Videtur ꝙ corpora damnatorum reſurgent ſine deformitatibus. Reſurrectio enim fiet diuina virtute, quæ eſt perfectiſſima. Sed virtutis perfectæ perfecta eſt operatio & effectus: ergo corpora reſurgentium erunt perfecta, & ita corpora damnatorum reſurgent ſine deformitatibus.

¶ Sed contra eſt ſapiētiæ 11. Per quæ peccat quis per hæc & torquetur. Sed damnati peccauerunt per corpora deformitatem habentia ergo reſurgent cum deformitatibus.

4. d. 44. q. 1 ar. 2. q. 1. o & q. 2. ad 3

¶ Respondeo dicendum, ꝙ deformitas in corpore poteſt eſſe duobus modis, vno modo ex defectu alicuius membri, & talis deformitas, vt communiter dicitur in corporibus damnatorū non erit, quia omnes reſurgent incorrupti, id eſt ſine defectu alicuius membri, vt ſic totum corpus puniatur in reprobis, & præmietur in electis. Alio modo poteſt eſſe deformitas vel defectus corporis ex indebita proportione partium, ſicut febris accidit ex indebita proportione humorum, & ſicut gibbus accidit ex ſuperabundantia carnis in aliqua parte, de tali deformitate vel defectu eſt duplex opinio. Quidam enim attendentes dānationem reproborum vt nihil eis mali deeſſet, dixerunt ꝙ talibus deformitatibus non carebunt. Alii verò attendentes virtutem reſuſcitantis, qui ſicut naturā condidit in opere creationis ita naturam in reſurrectione reparabit, dicunt ꝙ omnes defectus qui ex vitio naturæ acciderunt, author naturæ amouebit, vt febrem & huiuſmodi. Sed defectus qui ex praua voluntate proceſſerunt in reprobis remanebunt, ſicut ſunt maculæ, & reatus peccatorum. Quid autem horum verius ſit Aug. in Ench. ſub dubio relinquit dicens, ꝙ nulla debet eſſe quæſtio de pulchritudine illorum, quorum eſt certa damnatio.

2 opinio de qualitate reproborum ſurgentiū cōtra 4. c. 88. c.

August.

¶ His viſis facilè patet ſolutio ad obiecta.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum corpora damnatorum punientur vermibus & fletu corporalibus.

arti. 176. & 4. di. 50. q. 2. ar. 3. q. 3. o. & opuſ. 20. c. 40. & 41. & 42.

AD Tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ corpora dānatorum punientur vermibus & fletu corporalib. Dicitur enim Iudith vltimo. Dabit ignem & vermes in carnes eorum. Sed vermis ſpiritualis non datur in carnem: ſed magis in animam: ergo vermis quo reprobi punientur, non eſt tantùm ſpiritualis, ſed etiam corporalis.

¶ Item Lucæ 13. dicit quædam Gloſ. Quod per fletum quē Dominus reprobis comminatur poteſt probari vera corporum reſurrectio, quod non eſſet ſi fletus ille eſſet tantùm ſpiritualis, ergo, &c.

¶ Sed contra eſt quòd vermis quo punientur reprobi eſt immortalis. Iſaiæ vltimo. Vermis eorum nō morietur. Sed nullum animal habet ordinem ad immortalitatem, niſi homo: ergo vermis ille non erit materialis.

¶ Præt. in fletu corporali fit quædam reſolutio lachrymarum. Sed omne corpus finitum à quo aliquid continuè reſoluitur, niſi fiat aliqua reſtauratio, tandē conſumitur. Cùm ergo in corporibus damnatorum nulla reſtauratio fiat deperditi, videē ꝙ fletus qui erit in eis perpetuus non erit materialis.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ circa hoc Auguſtinus libr. 20. de ciuitate Dei, ponit diuerſas opiniones, ſic dicens: In pœnis malorum & inextinguibilis ignis & viuaciſſimus vermis ab alijs atque alijs aliter atque aliter eſt expoſitus. Alij quippè vtrumque ad animam retulerunt, alij vtrumque ad corpus, alij ad corpus ignem, ad animam tropicè vermem, quod eſſe credibilius videtur. Vnde ſequentes Auguſtinum dicimus ꝙ vermis ille erit ſpiritualis, vt ipſe remorſus conſcientiæ interiùs animam corrodens vermis dicatur: & ſimiliter fletus erit ſpiritualis, vt ipſe dolor fletus dicatur. Aliquo tamen modo poſſet dici corporalis fletus etiam ſine lachrymarum emiſſione, vt fletus dicatur nō ſolum dolor animæ, ſed diſpoſitio qua corpus diſponitur anima dolente.

August.

4. di. 44. q. 2. arti. 3. q. 2. o. & pot. q. 5 arti. 9. ad 13.

4. di. 44. q. ar. 3. q. 3. o. & cōtra 4 c. 89. c. ſi. ad ſecūdum.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ locutio illa tropica eſt, & ſic poſſumus per carnes exponere animas impiorum qui carnales fuerunt.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ fletus corporalis modo prædicto ſine lachrymarum emiſſione ſufficit ad veritatem reſurrectionis inſinuandam, ſi tamen ſuſtineretur ꝙ vermis & fletus eſſent corporales poſſet dici ꝙ diuina virtute & vermis ille ſuſtentaretur & lachrymarum deperditio reſtauraretur.

QVAESTIO VI.

DEinde quæritur de ſenſibus ſacræ ſcripturæ.

¶ Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrùm præter ſenſus literales in verbis ſacræ ſcripturæ alij ſenſus lateant.

¶ Secundò de numero ſenſuum ſacræ ſcripturæ.

¶ Tertiò, vtrū iſti ſenſus inuenianē in alijs ſcripturis.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrùm in eiſdem verbis ſacræ ſcripturæ lateant plures ſenſus.

1. p. q. 1. ar. 9. ad 2. & ar. 10. ad 1. & q. 102. artic. 1. c.

AD Primum ſic proceditur. Videtur ꝙ in eiſdem verbis ſacræ ſcripturæ non lateant plures ſenſus: quia dictionibus ſemel ſumptis non eſt vtendū æquiuocè, vel multipliciter. Sed pluralitas ſenſuū facit multiplicem locutionem: ergo in eadem locutione ſacræ ſcripturæ non poſſunt plures ſenſus latere.

¶ Præt. Sacra ſcriptura ordinata eſt ad intellectum, ſecundum illud Pſalmi. 118. Declaratio ſermonum tuorum dat intellectum. Sed multiplicitas ſenſuum obnubilat intellectum: ergo non debent in ſacra ſcriptura multi ſenſus eſſe.

¶ Præt. Id quod poteſt eſſe occaſio erroris debet in ſacra ſcriptura vitari, Sed ponere alios ſenſus præter literalem in ſcriptura poteſt eſſe occaſio erroris: quia quilibet poſſet exponere ſacram ſcripturam ſecūdum quod ipſe vellet ad confirmationem opinionis ſuæ, ergo nō debēt eſſe plures ſēſus in ſacra ſcriptura.

¶ Prætereà, Auguſtinus dicit ſecundo ſuper Gen. ad literam. Quòd maior eſt ſacræ ſcripturæ auctoritas quā omnis humani ingenii perſpicacitas; ergo ille ſenſus qui non habet auctoritatem ad aliquid confirmādum non eſt conueniens ſenſus ſacræ ſcripturæ. Sed

nullus

nullus ſenſus pręter literalem habet robur ad aliquid confirmandum, vt patet per Dionyſium in Epiſt. ad Titum. Dicit n. ꝙ ſymbolica Theologia, idest quæ ex ſimilib. procedit, non eſt argumentatiua; ergo ſacra ſcriptura alios ſenſus præter literalem non habet.

¶ Prætereà. Quicunq; ſenſus ex verbis alicuius ſcripturæ trahitur, quem auctor non intendit, non eſt ſenſus proprius, quia auctor per vnam ſcripturam nõ poteſt intelligere niſi vnum, quia non contingit plura ſimul intelligere, ſecundum Philoſophum: ergo non poſſunt eſſe plures ſenſus proprij ſacræ ſcripturæ.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Dan. 12. pertranſibũt plurimi & multiplex erit ſcientia.

¶ Prætereà. Hieronymus dicit in prologo Bibliæ loquens de Apocalypſi. In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ſacra ſcriptura ad hoc diuinitùs eſt ordinata, vt per eam nobis veritas manifeſtatur neceſſaria ad ſalutem, manifeſtatio autem vel expreſſio alicuius veritatis poteſt fieri de aliquo rebus & verbis, inquantum ſ. verba ſignificant res, & vna res poteſt eſſe figura alterius. Auctor autem rerũ non ſolũ poteſt verba accommodare ad aliquid ſignificandum: ſed etiam res poteſt diſponere in figura alterius, & ſecũdum hoc in ſacra ſcriptura manifeſtatur veritas dupliciter. Vno modo ſecundum ꝙ res ſignificantur per verba: & in hoc conſiſtit ſenſus literalis. Alio modo ſecundum ꝙ res ſunt figuræ aliarum rerũ, & in hoc conſiſtit ſenſus ſpiritualis, & ſic ſacrę ſcripturæ plures ſenſus competunt.

1. p. q. 1. art. 10. ad 1. & 3. ¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ varietas ſenſuũ, quorum vnus ab alio non procedit, facit multiplicitatem locutionis: ſed ſenſus ſpiritualis ſemper fundatur ſuper literalẽ, & procedit ex eo. Vnde ex hoc ꝙ ſacra ſcriptura exponitur literaliter & ſpiritualiter, nõ eſt in ipſa aliqua multiplicitas.

Auguſti. ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſecundum ꝙ Augu. dicit in lib. de doctrina Chriſtiana. Vtiliter eſt à Deo diſpoſitum, vt veritas in ſacra ſcriptura cum aliqua difficultate manifeſtetur. Eſt n. hoc vtile ad tollendum faſtidium, quia ad ea quæ ſunt difficilia maior ſurgit attentio: quæ tedium tollit. Similiter ex hoc tollitur ſuperbiendi occaſio: dum homo difficulter veritatem ſacræ ſcripturę capere poteſt. Similiter per hoc veritas fidei ab irriſione infidelium defenditur. Vnde Dominus Matthæi 7. Nolite, inquit, ſanctum dare canibus. Matthæ. Dionyſius Et Dionyſius Timotheum monebat, vt ſancta ab immundis incontaminata ſeruaret. Et ita patet ꝙ expedit veritatem fidei ſub diuerſis ſenſibus in ſacra ſcriptura tradi.

Auguſti. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut dicit Aug. in lib. de doctrina Chriſtiana. Nihil eſt quod occultè in aliquo loco ſacræ ſcripturæ tradatur, quod non alibi manifeſtè exponatur. Vnde ſpiritualis expoſitio ſemper 1. p. q. 1. ar. 9. ad 2. ad 1. huius verit. q. 12. art. 11. ad 8. & 12. q. 13 ar. 4. ad 16. debet habere fulcimentum ab aliqua literali expoſitione ſacræ ſcripturæ: & ita vitatur omnis erroris occaſio.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ non eſt propter defectum auctoritatis, ꝙ ex ſenſu ſpirituali nõ poteſt trahi efficax argumentum, ſed ex ipſa natura ſimilitudinis, in qua fundatur ſpiritualis ſenſus. Vna enim res pluribus ſimul eſſe poteſt, vnde non poteſt ab illa, quãdo in ſcriptura ſacra proponitur, procedi ad aliquam illarum determinatè, ſed eſt fallacia conſequentis. Verbi gratia, leo propter aliquam ſimilitudinem ſignificat Chriſtum & diabolum. Vnde per hoc ꝙ aliquid de leone dicitur in ſacra ſcriptura: ad neutrum poteſt fieri proceſſus in ſacra ſcriptura argumentando.

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ auctor principalis ſacræ ſcripturæ eſt Spiritusſanctus: qui in vno verbo ſacræ ſcripturę intellexit multò plura quàm per expoſitores ſacræ ſcripturæ exponantur, vel diſcernantur: nec eſt etiam inconueniẽs, ꝙ homo qui fuit auctor inſtrumẽtalis ſacræ ſcripturæ in vno verbo plura intelligeret, quia Prophetæ, vt Hieronymus dicit ſuper Oſea, Ita Hieron. loquebantur de factis præſentibus, quòd etiam intendebant futura ſignificare. Vnde non eſt impoſſibile ſimul plura intelligere, inquantum vna eſt figura alterius. ar. 142. 155.

ARTICVLVS XV.

Vtrùm debeant diſtingui quatuor ſenſus ſacræ ſcripturæ.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd non 1. p. q. 1. ar. 10. & po. debeant diſtingui quatuor ſenſus ſacræ ſcripturæ, ſ. hiſtorialis, vel literalis: allegoricus, moralis, & q. 4. ar. 1. c. anagogicus. Sicut enim in ſacra ſcriptura aliqua figuratè dicuntur de Chriſto: ita etiam figuratè dicuntur de multis alijs hominibus, ſicut Daniel. 8. per hircum caprarum ſignificatur Rex Græcorum. Sed huiuſmodi figuratiuæ locutiones non faciunt aliquem ſenſum præter literalem in ſacra ſcriptura: ergo nec ſenſus allegoricus, per quem exponuntur de Chriſto ea quæ in figura ipſius præceſſerunt, debet alius ſenſus ab hiſtorico poni.

Præterea, vna eſt Eccleſia capitis & membrorum. Sed ſenſus allegoricus videtur pertinere ad caput eccleſiæ, ſ. Chriſtum: ſenſus moralis videtur pertinere ad membra eius, ſ. fideles: ergo ſenſus moralis nõ debet ab allegorico diſtingui.

¶ Præterea, Moralis ſenſus eſt qui ad morum inſtructionem pertinet. Sed ſacra ſcriptura in pluribus locis ſecundum literalem ſenſum mores inſtruit: ergo moralis ſenſus non debet diſtingui à literali.

¶ Præterea, ſicut Chriſtus eſt caput eccleſiæ militantis, ita eſt caput triũphantis, nec eſt alius & alius Chriſtus: ergo nec ſenſus anagogicus, per quem aliqua exponuntur de Eccleſia triumphante debet eſſe alius ab allegorico, quo aliqua exponuntur de Chriſto, & Eccleſia militante.

¶ Præterea, Si iſti quatuor ſenſus eſſent de neceſſitate ſacræ ſcripturæ, quælibet pars ſacra ſcripturæ deberet hos quatuor ſenſus habere, ſed hoc falſum eſt. Vt enim Augu. dicit ſuper Geneſ. ad literam. In quibuſdam ſenſus literalis quærendus eſt ſolus: ergo hi quatuor ſenſus non ſunt de neceſſitate expoſitionis ſacræ ſcripturæ.

¶ Sed contra eſt, quod Aug. dicit in 1. ſuper Gen. ad literam. In omnibus libris ſanctis oportet intueri quę ibi æterna intuentur, quæ ibi facta narrantur, quæ futura prænunciantur, quæ agenda præcipiuntur. Primũ autem pertinet ad ſenſum anagogicum. Secundum ad hiſtoricum. Tertium ad allegoricũ. Quartum ad moralem: ergo quatuor ſunt ſenſus ſacræ ſcripturæ.

¶ Pretereà, Beda ſuper Gen. in prin. dicit. Quatuor ſunt ſenſus ſacrę ſcripturæ, hiſtoria, quæ res geſtas loquitur, allegoria, in qua aliud ex alio intelligitur, tropologia, id eſt moralis locutio, in qua de moribus ordinandis tractatur, anagogia, per quam de ſummis & cœleſtib. tractaturi ad ſuperiora reducimur.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ diſtinctio iſtorum quatuor ſenſuum hoc modo accipi debet. art. 154. c. Sicut enim dictum eſt, ſacra ſcriptura veritatem quam tradit dupliciter manifeſtat per verba, & per rerum figuras. Manifeſtatio autem quæ eſt per verba, facit ſenſum hiſtoricum ſiue literalem, ar. 154. c. & vnde totum id ad ſenſum literalẽ pertinet, quod ex ipſa verborum ſignificatione rectè accipitur. Sed ſenſus ſpiritualis, vt dictum eſt, accipitur, vel conſiſtit in hoc quòd quædam res per figuram aliarum rerum exprimuntur, quia viſibilia ſolent eſſe

figurę

figuræ inuiſibilium: vt Dionyſ. dicit. Inde eſt ꝙ ſenſus iſte qui ex figuris accipitur ſpiritualis vocatur; veritas autem quam ſacra ſcriptura per figuras rerum tradit, ad duo ordinatur, ſ. ad rectè credendum, & ad rectè operandum: ſi ad rectè operandum, ſic eſt ſenſus moralis qui alio nomine tropologicus dicitur. Si autem ad rectè credendum, oportet diſtinguere ſecūdū ordinem credibilium, vt enim Dionyſius dicit 4. cap. cęl. Hier. Status eccleſię medius eſt inter ſtatum ſynagogæ, & ſtatum Eccleſiæ triumphantis. Vetus ergo teſtamentum figura fuit noui, vetus ſimul & nouum figura ſunt cęleſtium. Senſus ergo ſpiritualis ordinatus ad rectè credendum poteſt fundari in illo modo figurationis, quo vetus teſtamentum figurat nouum, & ſic eſt allegoricus ſenſus, vel typicus, ſecundum ꝙ ea quæ in veteri teſtamento contingerunt exponūtur de Chriſto & Eccleſia: vel poteſt fundari in illo modo figurationis, quo nouum ſimul & vetus ſignificant Eccleſiam triumphantē, & ſic eſt ſenſus anagogicus.

12. q. 101. ar. 2 c. 2. & q. 106. ar. 4 ad 1 & 3 p. q. 61. arti. 4 ad primum.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ hircus, vel alia huiuſmodi per quæ aliæ perſonæ à Chriſto in ſcriptura deſignantur, non fuerunt res aliquæ, ſed ſimilitudines imaginariæ ad hoc ſolum oſtenſæ vt illæ perſonæ ſignificarentur. Vnde illa ſignificatio, qua per illas ſimilitudines perſonæ illæ aut regna deſignantur, non pertinet niſi ad hiſtoricum ſenſum. Sed ad Chriſtum deſignandum etiā illa quę in rei veritate contigerunt ordinantur ſicut vmbra ad veritatem, & ideò talis ſignificatio, qua per huiuſmodi res Chriſtus, aut eius membra ſignificantur, facit alium ſenſum præter hiſtoricum, ſ. allegoricum. Si alicubi verò inueniatur, ꝙ Chriſtus ſignificatur per huiuſmodi imaginarias ſimilitudines, talis ſignificatio non excedit ſenſum literalem, ſicut Chriſtus ſignificatur per lapidem qui exciſus eſt de monte ſine manib. Dan. 2.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſenſus allegoricus non ſolum pertinet ad Chriſtū ratione capitis, ſed et ā ratione membrorum, ſicut ꝙ per duodecim lapides electos de Iordane, Ioſuæ ſeptimo, ſignificantur duodecim Apoſtoli. Sed moralis ſenſus pertinet ad membra Chriſti quantum ad proprios eorum actus, & nō ſecundum ꝙ conſiderantur vt membra.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ moralis ſenſus non dicitur omnis ſenſus, per quem mores inſtruuntur, ſed per quem inſtructio morum ſumitur ex ſimilitudine aliquarum rerum geſtarum. Sic enim moralis ſenſus eſt pars ſpiritualis: itaꝙ nunquam eſt idem ſenſus moralis & literalis.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſicut ſenſus allegoricus pertinet ad Chrm ſecundum ꝙ eſt caput Eccleſię militantis iuſtificans eam & gratiam infundens, ita & ſenſus anagogicus pertinet ad eum ſecundum ꝙ eſt caput Eccleſiæ triumphantis glorificans eam.

Nō quęlibet pars ſcripturæ ſacræ 4. ſenſus habet.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quatuor iſti ſenſus nō attribuuntur ſacræ ſcripturæ vt in qualibet eius parte ſit iſtis quatuor ſenſibus exponenda, ſed quandoque iſtis quatuor, quandoque tribus, quandoque duobus, quandoque vno tantum. In ſacra enim ſcriptura præcipuè ex prioribus poſteriora ſignificantur, & ideò quandoq; in ſacra ſcriptura ſecundum ſenſum literalem dicitur aliquid de priori quod poteſt ſpiritualiter de poſteriorib. exponi, ſed non conuertitur. Inter omnia autem quæ in ſacra ſcriptura narrantur, prima ſūt illa quæ ad vetus teſtamentum pertinent, & ideò quę ſecundum literalem ſenſum ad facta veteris teſtamenti ſpectant, poſſunt quatuor ſenſibus exponi. Secunda verò ſunt illa, quæ pertinent ad ſtatum præſentis Eccleſiæ, in quibus illa ſunt priora quæ ad caput pertinent reſpectu eorum quæ pertinent ad membra, quia ipſum corpus verum Chriſti, & ea quæ in ipſo ſunt geſta, ſunt figura corporis Chriſti myſtici, & eorum quæ in ipſo geruntur, vt in ipſo ſ. Chriſto exemplum viuendi ſumere debeamus. In Chriſto etiam futura gloria nobis præmōſtrata eſt, vnde ea quæ ad literam de ipſo Chriſto capite dicuntur, poſſunt exponi & allegoricè referendo ad corpus eius myſticum, & moraliter referendo ad actus noſtros qui ſecundum ipſum debent reformari; & anagogicè, inquātum in Chriſto eſt nobis iter gloriæ demonſtratum. Sed quādo ſecundum literalem ſenſum dicitur aliquid de eccleſia, non poteſt exponi allegoricè, niſi fortè ea quę dicuntur de primitiua Eccleſia exponantur quantum ad futurū ſtatum Eccleſiæ præſentis, poſſunt tamen exponi moraliter & anagogicè. Ea verò quæ moraliter dicuntur ſecundum ſenſum literalem non conſueuerunt exponi niſi allegoricè. Illa verò quæ ſecundum ſenſum literalem pertinent ad ſtatum gloriæ nullo alio ſenſu conſueuerunt exponi, eo ꝙ ipſa non ſunt figura aliorum, ſed ab omnibus aliis figurata.

Pluralitas ſenſuū ſacræ ſcripturæ diſtīctè declarat.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum in aliis ſcripturis prædicti ſenſus diſtingui debeant.

AD tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ in aliis ſcripturis prædicti ſenſus diſtingui debeant. Senſus enim ſpirituales in ſacra ſcriptura accipiuntur ex quibuſdam ſimilitudinibus, ſed in aliis ſcientiis procedit etiam ex quibuſdā ſimilitudinibus: ergo in ſcripturis aliarum ſcientiarum poſſunt ſenſus plures inueniri.

Ar. ſpecialiter p̄ q. 4 ar. 13 a. 6.

¶ Præterea, Poëticæ artis eſt veritatem rerū aliquib. ſimilitudinib. fictis deſignare: ergo videtur ꝙ & in dictis poëtarum ſenſus ſpirituales inueniantur, & non ſolum in ſacra ſcriptura.

¶ Præterea, Philoſ. dicit, ꝙ qui dicit vnum quodāmodò multa dicit: ergo videtur ꝙ in aliis ſcientiis in vno ſenſu poſsunt deſignari plures: & ſic non ſolum ſacra ſcriptura hos ſenſus ſpirituales habet.

¶ Sed contra eſt, quod dicit Grego. 22. Moralium. Sacra ſcriptura omnes ſcientias, atque doctrinas ipſo etiam locutionis ſuæ more tranſcendit: quia vno eodemque ſermone dum narrat geſtum, prodit myſterium.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ſpiritualis ſenſus ſacræ ſcripturę accipitur ex hoc ꝙ res curſum ſuum peragentes ſignificant aliquid aliud quod per ſpiritualem ſenſum accipitur. Sic autem ordinantur res in curſu ſuo, vt ex eis talis ſenſus poſſit accipi, quod eius ſolius eſt qui ſua prouidentia res gubernat, qui ſolus Deus eſt. Sicut enim homo poteſt adhibere ad aliquid ſignificādum aliquas voces, vel aliquas ſimilitudines fictas, ita Deus adhibet ad ſignificationem aliquorum ipſū curſum rerum ſuæ prouidentiæ ſubiectarum. Significare autem aliquid per verba, vel per ſimilitudines fictas ad ſignificandum tantum ordinatas, non facit niſi ſenſum literalem, vt ex dictis patet. Vnde in nulla ſciētia humana induſtria inuenta propriè loquēdo poteſt inueniri niſi literalis ſēſus: ſed ſolùm in iſta ſcriptura, cuius Spiritusſanctus eſt auctor, homo verò inſtrumētum, ſecundum illud Pſalmi. Lingua mea calamus ſcribæ, &c.

ar. 55. po. q. 4 arti. 1. Pſal. 4 ✦

¶ Ad primum ergo dicendum quòd in aliis ſcientiis proceditur ex ſimilibus argumentando, non quòd ex verbis, quibus vna res ſignificatur, ſignificetur & alias res.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ fictiones poëticæ nō ſunt ad aliud ordinatæ niſi ad ſignificandum, vnde talis ſignificatio non ſupergreditur modum literalis ſenſus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ qui dicit vnum quodāmodò dicit multa, ſcilicet in potentia, ſecundum

quòd

quod concluſiones ſunt potentia in principijs. Ex vno enim principio multæ concluſiones ſequuntur, non ꝙ in alijs ſcientijs per modum ſignificationis quod dicitur de vna re ſimul de alijs intelligatur vt ſignificatū, licèt indefrahi poſsit per argumentationem, &c.

QVAESTIO VII.

QVÆSTIO eſt de opere manuali, circa quod quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrùm operari manibus ſit in præcepto.

¶ Secundò, vtrùm ab hoc præcepto excuſenť illi, qui ſpiritualibus operibus vacant.

ARTICVLVS XVII.

Vtrùm operari manibus ſit in præcepto.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ operari manibus ſit in præcepto. ſecundæ ad Theſſalonicenſes tertio. Si quis non vult operari non manducet. Audiuimus enim, & cætera. Glo. Quod ideò præcipitur quia audiuimus: ergo, &c.

¶ Præt. Auguſtinus in libro de opere monachorū. Audiant ergo quibus hoc præcepit Apoſtolus, qui nō habent hanc poteſtatem.

¶ Præt. Nullus debet excōmunicari, vt iura dicunt, niſi pro mortali. Sed nullus peccat mortaliter niſi contra præceptum faciēs. Cùm ergo ille qui ceſſat ab opere manuali iure poſsit excommunicari, vt patet per illud quod dicitur ſecundæ ad Theſſalonicenſes tertio. (B. Paulus) Si quis non obedierit verbo noſtro per Epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo vt confundatur: videtur ergo quòd operari manibus ſit in præcepto.

¶ Præt. Ille qui peccauit tenetur pœnam debitam pro peccato ſubire ex neceſsitate præcepti. Sed omnes in Adam peccauerunt. ad Romanos quinto. Pœna autem peccati Adæ eſt labor manualis. Geneſ. tertio. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: ergo omnibus eſt (B. Paulus.) præceptum manibus laborare.

¶ Præt. ad Epheſios quarto. Qui furabatur iam nō furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis. Glo. Laboret operando non ſolum per ſeruos, ſed etiā manibus. Illud autem quod ad omnes pertinet eſt præceptum non conſilium: ergo, &c.

¶ Præterea. Labor manualis neceſſarius eſt ad ſuſtētationem vitæ corporalis: ſicut actus virtutum ſunt neceſſarij ad ſuſtentationem vitæ ſpiritualis. Sed actus virtutum ſunt in præcepto: ergo & laborare manibus.

¶ Præt. Illud ad quod ſequitur peccatum mortale non poteſt ſine peccato mortali fieri. Sed ad non laborare ſequitur non mādncare: quod quandoque eſt peccatum mortale. ſecundæ ad Theſſalonicenſes tertio. Qui non operatur non manducet: ergo non operari (Apoſtolus) manibus eſt peccatum mortale: ergo eius oppoſitum eſt in præcepto.

¶ Sed contra. Non eſt contrarium præcepto, vel cōſilio præceptum Domini, vel conſilium. Sed Dominus, (Matthæus) vel præcipiendo, vel conſulendo dicit Matthæi ſexto. Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ, &c. Huic autē contrariatur labor manuum, quia qui laborant manibus ſoliciti ſunt de neceſſariis corporis: ergo labor manuum non eſt in præcepto.

¶ Præt. Lex vetus quantum ad præcepta moralia ſufficienter continebat quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem. Vnde Dominus Matthæi decimooctauo. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata, & loquiť de mandatis decalogi. Vnde ſubdit. Nō homicidiū facies: nō furaberis. ſed in præceptis veteris legis nihil continetť de labore manuum: ergo labor manuum non eſt in præcepto.

¶ Præterea. Ad præcepta ſeruanda omnes tenentur. Sed ad labores manuum non oēs tenentur, aliàs qui ſunt diuites & manibus non laborant mortaliter peccarent: ergo labor manuum non eſt in præcepto.

¶ Præterea. Ad præcepta non magis tenentur religioſi quàm ſæculares. Sed ad laborandum manibus videntur magis teneri religioſi quàm ſeculares. Vnde Auguſtinus in lib. de operibus monachorum, monachos repræhendit: quia non laborant: non autem alios: ergo, &c. (ar. 137. ad 5)

¶ Præterea. Vſus liberalium artiū nobilior eſt quā mechanicarum, qui in opere manuali conſiſtit. Sed vſus liberalium artium non eſt in præcepto: ergo multò minùs labor manuum.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ iudicium de vnaquaque re ſumendum eſt ſecundum finem, ad quem ordinatur. Labor autem manuum ad tria eſſe vtilis inuenitur. Primò ad ocium tollendum. Vnde Hieronymus (Hieroni.) ad Ruſticum monachum. Semper aliquid operis facito, vt te Diabolus inueniat occupatum; & quòd intelligat de opere manuali patet per illud quod ſubiungit. Vel fiſcellam texe iunco, & poſtea ſubdit, in deſideriis eſt omnis ocioſus. Secundò ad corpus domandum, (Apoſtolus Paulus.) vnde ſecundæ ad Corinthios ſexto. Aliis carnis macerationibus coniungit, vbi dicitur, in laboribus, ſcilicet operum quia manibus ſuis operabatur. Et ſubiungit. In vigiliis & ieiuniis & cætera. Tertiò, ordinatur ad quærendum victum. (Lucas.) Actuum ſecundo. Ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum erant miniſtrauerunt manus iſtæ. Si ergo conſideretur labor manuum ſecundum ꝙ ordinatur ad tollendum ocium, vel corpus domandum, ſic idem iudicium eſt de labore manuum: & de aliis exercitiis ad eadem ordinatis. (Labor manualis qualiter cadit ſub præcepto.) Non enim eſt in præcepto ꝙ tollatur ocium tali, aut tali occupatione, ſed ſufficit ad ocium tollendum quacunque licita occupatione ab otio quis deſiſtat, & ſic occupatio laboris manuum non eſt in præcepto, conſiderato hoc fine. Et ſimilis eſt ratio de labore manuum ſecundum ꝙ ordinatur ad corpus domandū: quia multis exercitiis corpus domari poteſt, ſicut vigiliis, ieiunijs, & multis huiuſmodi. Vnde nullum eorum inquātum ordinatur ad talem finem eſt in præcepto in ſpeciali, quamuis in generali ſit in præcepto corpus domare qualicunque exercitio, quo mortiferę concupiſcētiæ reprimantur. Secundum autem quòd ordinatur ad victum quærendum ſic videtur eſſe in præcepto. Vnde dicitur primæ ad Theſſalonicenſes quarto. (B. Paulus.) Operemini manibus veſtris ſicut præcepimus vobis; nec ſolum in præcepto iuris poſitiui, ſed etiam iuris naturalis. Illa enim ſunt de lege naturali, ad quæ homo ex ſuis naturalibus inclinatur. Sicut autem ex ipſa diſpoſitione corporis patet, homo naturalem ordinationem habet ad opus manuale. propter quod dicitur Iob quinto. Homo ad laborem naſcitur, & auis ad volandum. Cùm autem aliis animalibus natura ſufficienter prouiderit in his quæ ad ſuſtentationem ſuę vitæ pertinent in cibis & armis & tegumentis, homini in his nō prouidit: quia ipſe eſt prędirus ratione, per quam ſibi poteſt prouidere in omnibus ſupradictis, vnde & erit ſibi loco omnium prędictorum manus conueniens ad diuerſa opera, quibus conceptiones rationis diuerſis artificiis exequatur, vt dicitur decimoquarto de animalibus. Sciendum tamen eſt quòd duplex eſt pręceptum legis naturę, quoddam quod ordinatur ad tollēdum defectum vnius ſingularis perſonę: vel ſpirituale ſicut de actibus virtutum, vel corporale ſicut pręceptū quod Dominus dedit homini. Geneſ. ſecundo. De omni ligno quod eſt in paradiſo comede, & cætera. Aliud verò eſt quod ordinatur ad tollendum defectū totius (1 p. q. 91. ar 3 ad 2. 1 p q. 76. ar 5. ad 4. & 12 q 5 ad 1 & ve. q. 22, ar. 7. c. 22 q. 152 ar 2. ad 1. & 4. d. 26. q. 1. art. 2. c. & cōtra. 3. c. 136 ad primum.)

ſpeciei,

Geneſis.

ſpeciei, ſicut hoc quod dicitur Geneſ. primo. Creſcite & multiplicamini & replete terram. In hoc enim præcipitur actus generationis, quo natura ſaluatur, et multiplicatur. Hoc autem intereſt inter hæc duo genera præceptorum, quia primum præceptum legis naturæ quilibet tenetur ſingulariter obſeruare: ſed ad ſecundum præceptum non tenetur quilibet ſingulariter. In his enim quæ pertinent ad ſpeciem omnes homines computandi ſunt, quaſi vnus homo, participatione enim ſpeciei plures homines ſunt vnus homo, vt dicit Porphirius. Sicut autem homo vnus habet diuerſa membra quibus occupatur in diuerſis officiis ordinatis ad tollendum proprium defectum, quæ non poſſunt omnia per vnum membrum exerceri, ſicut oculus videt totum corpus, & pes totum corpus portat: ita oportet eſſe in his quæ ad totam ſpeciem pertinent. Non.n. ſufficeret vnus homo ad exercenda omnia, quibus humana ſocietas indiget. Et ideò diuerſis officijs oportet occupari diuerſos, vt dicitur ad Romanos duodecimo. Sicut in vno corpore multa membra habemus, &c. Hæc autem diuerſificatio hominum in diuerſis officijs contingit. Primò ex diuina prouidentia quæ ita hominum ſtatus diſtribuit, vt nihil vnquam deeſſe inueniatur de neceſſarijs ad vitam. Secundò etiam ex cauſis naturalibus, ex quibus contingit ꝙ in diuerſis hominibus ſunt diuerſæ inclinationes ad diuerſa officia, vel ad diuerſos modus viuendi. Quia ergo labore manuum aliquis poteſt ſubuenire & proprio defectui & alieno, cum non poſſit vnus homo in omnibus ſibi ſufficere, ſed indiget alieno auxilio: patet ꝙ præceptum de labore manuum quodammodò ſub vtroque genere prædictorum præceptorum continetur. Inquantum enim labore manuum vnius ſubuenitur neceſſitatibus aliorum ſic pertinet ad ſecundum genus naturalium præceptorum. Inquantum autem aliquis per hoc ſuis neceſſitatibus ſubuenit, pertinet ad primum genus, ſicut præceptum de comedendo. Præceptum autem quod ordinatur ad tollendum defectum corporalem non obligat niſi defectu exiſtẽte, vnde ſi eſſet aliquis qui poſſet viuere ſine cibo, nõ obligaretur præcepto de comedendo. Sic ergo præceptum de labore manuum non obligat aliquem ſingulariter ſecundum ꝙ ordinatur ad tollendum defectũ communem aliquo modo, neque ſecundum ꝙ ordinatur ad tollendum proprium niſi defectu exiſtente, & ideò ille qui habet vnde licitè viuere poſſit: non tenetur manibus operari, qui autẽ non habet, vnde aliàs viuat, vel niſi aliquo illicito negocio victum acquirat tenetur manibus laborare. Et hoc patet per Apoſtolum in tribus locis, vbi de manuum operatione præceptum dat. Primò ad Epheſi. quarto, vbi prohibẽdo furtum iniungit manuum operationem. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret manibus ſuis. Secundò, primæ ad Theſſaloni. quarto, vbi præcipit laborem manuum prohibens concupiſcentiam rerum alienarum. Operemini, inquit, manibus veſtris, ſicut præcipimus vobis, vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſidereris. Tertiò, 2. ad Theſſalonicenſes tertio, vbi præcipit operationem manuum prohibens turpia negocia, quibus aliqui victũ quærebant. Audiuimus inquit inter vos quoſdam ambulare in quiete nihil operantes, ſed curioſè agentes. Gloſſa, Qui fœda cura ſibi neceſſaria prouidẽt, & ſubiungit. His autem qui huiuſmodi ſunt denunciamus & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes panem ſuum manducent. Sciendum ẽt eſt ꝙ ſicut viſus eſt principalior inter alios ſenſus, ratione cuius omnes alij ſenſus nomen viſus ſortiuntur vt Auguſtinus dicit, ita manus quia ad plurima opera neceſſaria eſt, dicitur organum organorum in tertio de anima. (Topicorum capite trigeſimooctauo.) Et

diuerſis officiis oportet diuerſos occupari. Apoſtolus.

præceptũ de labore manuũ v3 detur pertinere ad prædicta duo præcepta legis naturæ de quibus ſupra Artic.

1.p.q. 67. ar.1.c. & 12 q.77.ar.5. ad 3. & 22 q.167.ar.2 ar.1.

ideò per operationem manualem intelligitur non ſolum quod manibus fit ſed quocunque corporali inſtrumento, & breuiter quodcunque officium homo agit, de quo licitè poſſit victum acquirere ſub labore manuum comprehenditur. Non enim videtur rationabile ꝙ magiſtri artis mechanicę poſſint viuere de arte ſua, & magiſtri artiũ liberalium nõ poſſint viuere de arte ſua. Similiter & aduocati poſſunt viuere de patrocinio qđ præſtant in cauſis, & ſimiliter eſt de omnibus alijs hoſtis occupationibus. Quia ergo præceptũ eſt, ſed non omnes obligat, ideò ad vtraſque rationes reſpondendum eſt.

ad 1. & 2.

¶ Ad primum ergo & ad ſecundum patet ſolutio ex dictis, quia concedimus laborem manuum eſſe in præcepto, non tamẽ oẽs ad hoc ſingulariter obligari.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut ex dictis patet, Apoſtolus loquitur in caſu illo, quando prætermiſſo labore manuum de fœdis negotiis ſibi victum acquirebant, in quo caſu obligabantur ad præceptum ſeruandum, & ideò digni erant excommunicati.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ verba illa Dei magis ſunt prænunciantis pœnam, quàm præcipientis ſatisfactionem. Vnde præmiſit. Maledicta terra in opere tuo ſpinas & tribulos germinabit tibi, & ſimiliter mulieri dixit. In dolore paries filios. Et ideò non ſequitur ꝙ ad laborandum quilibet homo teneatur ex neceſſitate præcepti, aliàs ſequeretur quòd quilibet teneretur ad agriculturam, de qua Dominus ibi facit mentionem.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ vita ſpiritualis à nullo poteſt conſeruari niſi per actus virtutum, & iõ quilibet obligatur ad ſeruanda præcepta, quæ ſunt de actibus virtutum; ſed vita ſpiritualis à multis poteſt conſeruari ſine hoc ꝙ manibus operentur, & iõ quãuis ſit generaliter in præcepto, non tamen quilibet ad obſeruationem eius tenetur.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ non manducare non eſt peccatum mortale, niſi quando ſine manducatione vita ſeruari non poteſt, tunc enim aliquis non manducãdo ſeipſum occideret; & ſimiliter non oportet quòd aliquis peccet non laborando manibus, niſi quando aliàs vitam ſeruare non poſſet niſi illicitis curis; & iõ cum illicitę curæ ſint modis omnibus fugiendæ, ſub eadem diſtinctione poſuit Apoſtolus non manducare & non operari dicens. Qui non vult operari non mãducet.

ad contra 1. ad 1. in or. 7 22.q.55.a. 6 o. & cõtra 3 c 135

¶ Ad primum autem eorum quæ in contrarium obijciuntur dicendum, ꝙ non prohibet dominus Apoſtolis omnem ſolicitudinem, ſcilicet de his quæ pertinent ad victum corporis, aliàs ipſe loculos nõ habuiſſet, ſed prohibet ſolicitudinem ſuffocantem, qua mens ſuffocatur dupliciter. Vno modo vt in rebus temporalibus finem ponat rectæ operationis, & hoc Deus prohibet. Vnde Auguſtinus dicit in libro de operibus monachorum exponens illud. Nolite ſoliciti eſſe, &c. Non vt iſta non procurent quantum neceſſitatis eſt, quod honeſtè poterunt, ſed vt iſta non intueantur, & propter iſta faciant quicquid in prædicatione Euangelij facere iubentur, & habetur in gloſſa, primæ ad Theſſalonicenſes quarto. Secundò ſuffocatur mens prædicta ſolicitudine quando fiduciam de Deo amittit, & hoc Dominus prohibere intendit. Vnde dicit Gloſſa ſuper illud Matthæi ſexto. Hoc exemplo non prohibet prouidentiam, & laborem, ſcilicet de auibus & lilijs. Sed ſolicitudinem vt tota fiducia noſtra ſit in Deo, per quam & aues ſine cura viuunt.

ad 2. in or. 8 12.q.100 ar.3.o. & 3. d 37.ar.1.2. q.1 & q.3 o.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ nõ omnia quæ ſunt in præcepto continentur explicitè in præceptis decalogi, ſed ad ea poſſunt reduci cum implicitè in eis cõtineantur. Et ſic præceptum de labore manuum, per

qnem vita corporalis conſeruatur,& reducitur ad hoc præceptum. Non occides, ſicut etiam præceptum de manducando,vel ad hoc preceptum. Non furtum facies, quo omne illicitum lucrum, quod per laborem manuum euitatur,prohibetur.

ad 3 i.or 9 ¶ Ad tertium dicendum, quòd in qnolibet præcepto duo ſunt conſideranda, ſcilicet finis præcepti, & poſſibilitas obſeruandi,quia omnia præcepta cuiuſlibet legis ſunt ordinata ad aliquod bonum inducendū vel malum tollendum,nec aliquid impoſſibile præcipi poteſt. Vnde dicit Hieronymus. Qui dicit Deum aliquid præcepiſſe impoſſibile anathema ſit. Si ergo ſit ra q.13.ar. & ad 3. tale præceptum quod nullo modo reddi poſſit impoſſibile obſeruandu, & ſine eo finis intentus haberi non poſſit,obligatio illius præcepti ſemper manet:ſicut eſt in præceptis de actibus virtutum: quia ad minus actus interiores ſemper ſunt in hominis poteſtate,& ſine eis vita ſpiritualis conſeruari non poteſt, vt dictum eſt. Duobus ergo modis præceptum de operatione manuu obligationem amittit.Vno modo quando aliquis redditur impotens ad laborandum propter corporis ad 4.in ar. ro. imbecillitatem. Alio modo quando finem huius præcepti,ſcilicet conſeruationem corporalis vitæ conſequi poteſt ſine labore manuum,vt ex dictis patet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ad laborem manuum per ſe loquendo æqualiter religioſi & ſeculares tenentur,quod patet ex duobus.Primò ex verbo Apoſt. ſecundæ ad Theſſalonicenſes tertio.vbi ponit de opere manuum præceptum,dicens: Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & cætera. Fratres enim omnes Chriſtianos vocat. Non enim tunc temporis aliqui religioſi determinati erāt. Secundo patet ex hoc ꝙ religioſi non tenentur ad alia quàm ſeculares, niſi ad ea quibus ſe ex voto obligauerunt,ſed per accidens contingit ꝙ hoc præceptum magis tangit religioſos quā alios & hoc dupliciter. Primo quia ar.14 ad 2 & ar 204. ſed cōtra,& 31 q 10 a. 4.ad 5.&q. 187.a 3.0. religioſi in paupertate viuunt, vnde faciliùs poteſt eis accidere ꝙ non habeant,vnde viuant,quàm aliis ſecularibus.Secundo ex ſtatuto regulæ in aliquibus ordinibus. Vnde dicit Hieronymus in Epiſtola ad Ruſticū monachum. Aegiptiorum monaſteria hunc tenent morem, vt nullum abſque opere & labore ſuſcipiant, non tam propter victus neceſſaria, quàm propter animæ ſalutem,ne vagetur pernicioſis cogitationibus, ſicut etiam ad vigilias, & alia quibus domatur corpus tenentur quandoque religioſi ex ſtatutis ſuis ad quæ ſeculares non tenentur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quamuis vſus liberalium artium ſit nobilior,non tamen ita eſt neceſſarius ad vitam corporis ſuſtentandam.

& in ar.458 ¶ Et præterea ſub operatione manuum comprehenditur,ſicut ex dictis patet,&c.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrùm illi, qui ſpiritualibus operibus vacant,excuſentur à labore manuum.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ illi qui ſpiritualibus operibus vacant non excuſantur à labore manuum,primæ enim ad Theſſalonicenſes tertio ſuper illud. Si quis non vult operari non mā ducet,dicit Gloſſ. Auguſtini. Dicunt quidam de operibus ſpiritualibus hoc Apoſtolum præcepiſſe,& poſteà ſubdit. Sed ſuperfluè conantur & ſibi & cæteris caliginem obducere,vt quod charitas vtiliter monet non ſolum facere nolint,ſed nec intelligere; & ita videtur ꝙ per ſpiritualia opera à labore manuum non excuſentur.

Præt. Inter omnia ſpiritualia maxima ſunt oratio,lectio,& prædicatio. Sed per iſta opera non excuſantur aliqui à labore manuali:ergo,& cætera. Probatio mediæ. Auguſtinus dicit in libro de operibus monachorū Au.orat. vacare. Quid agant,qui operari corporaliter nolunt,ſcire deſidero,& cætera,vacant orationibus,inquiunt,& lectionibus,& verbo Dei; & poſtea ſubdit,ſed ſi ab his amouendi non ſumus,nec manducandum eſt,nec aſt præparandum. Si autem ab iſta vacare ſeruos Dei certis interuallis temporum infirmitatis neceſſitas cogit,cur etiam non præceptis Apoſtolicis obſeruandis aliquas partes temporum deputamus?

¶ Et quantum ad orātes dicit. Citiùs exauditur vna Orantes. obedientis oratio quàm decem milia contemnentis. Quantum vero ad pſallentes,ſubdit Cantica diuina cātare etiam manibus operantes facilè poſſunt,& ipſum laborem diuino tanquam celeumate conſolari. Quan Legentes. tum vero ad legentes ſubdit. Qui autem dicunt ſe lectioni vacare, nonne illic inueniunt quod præcepit Apoſtolus? Quæ eſt ergo iſta peruerſitas,lectioni nolle Prædicantes. obtemperare,dum vult ei vacare? Quis enim neſciat tanto citiùs quemcunque proficere cum bona legit, quantò citiùs facit quod legit? Quantum vero ad prædicantes ſubiungit. Si autem alicui ſermo eſt erogandus,& ita ſe occupat vt manibus operari non vacet,nū quid omnes poſſunt in monaſterio venientibus ad ſe vel diuinas lectiones exponere,vel de aliquibus diſputationibus ſalubriter diſputare? Quando ergo nō omnes poſſunt, cur ſub hoc obtentu omnes vacare volunt? Quanquam etſi omnes poſſent viciſſitudinem facere deberent,& nō ſolùm vt cæteri à neceſſariis actibus occuparentur,ſed quia ſufficit vt pluribus audientibus vnus loquatur.

¶ Præterea, Clerici maximè operibus ſpiritualibus occupantur,ſed ipſi tenentur ad laborem manuum,ergo & cætera. Probatio mediæ. Diſtinctione octuageſima prima dicitur. Clericus victum aut veſtitum ſibi artificio,vel agricultura abſque officii ſui duntaxat detrimento præparet. Item in alio capitul. Clericus qui verbo Dei eruditus eſt,artificio victum quærat. Idem,omnes clerici qui ad operandum validi ſunt & artificialia & literas diſcant.

¶ Præt. Religioſi qui omnia reliquerunt maximè operibus ſpiritualibus vacant. Sed tales tenentur ad manuum laborem, ergo & cætera. Probatio mediæ. Lucæ duodecimo. Vendite quæ poſſidetis. Glo. Non tantum cibos veſtros communicare pauperibus,ſed ēt vendire poſſeſſiones veſtras, vt omnibus veſtris ſimul pro domino ſpretis,poſteà labore manuum operemini: vnde viuatis & eleemoſynam faciatis.

¶ Præt. Decretum dicit diſtinctione vigeſimaſecunda,ꝙ ille eſt hæreticus qui facit contra ſtatutum Eccleſiæ Romanæ. Sed illi,qui mendicant non laborantes Canon. propriis manibus faciunt contra ſtatutum Calixti Papæ duodecima quæſtione prima. Videntes ſummi ſacerdotes,& cætera: vbi dicitur ꝙ Eccleſia ſtatuit ꝙ inter eos qui communi vita degere volunt nullus egens inueniatur:ergo religioſi propter opera ſpiritualia nō excuſantur à labore manuum:imo ſi mendicant ſunt hæretici. Canon.

¶ Præterea, Ille qui exponit ſe periculo mortis peccat quaſi tentans Deum,ſicut ſi aliquis videret vrſum venientem in furia & deponeret arma quibus poſſet ſe defendere tentaret Deum. Sed ille qui relinquit omnia & non laborat manibus abiicit à ſe neceſſaria victus quibus reſiſtitur conſumptioni quæ fit in corpore per calorem naturalem:ergo talis peccat quaſi tentans Deum.

¶ Præt.

¶ Prętereà ad Philippenſes tertio dicit Apoſtolus. Imitatores mei eſtote fratres. Sed ipſe quamuis prædicaret & operibus ſpiritualib. vacaret, nihilominùs opere manuum victum quærebat. ſecundæ ad Theſſalonicenſes tertio. Ipſi ſcitis quemadmodum & vos oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus apud vos. neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione nocte ac die operantes. ne quem veſtrum grauaremus, ergo, &c.

¶ Prætereà. Geneſis vigeſimotertio ſuper illud. Cõfirmatus eſt ager & cætera. dicit Gloſſa quòd perfectus prædicator animam ſuam abſcondit ſub bonę operationis & contemplationis regimine, ita & illi qui operibus ſpiritualibus inſiſtunt per contemplationẽ debent etiam operibus exterioribus vacare per actionem, & ſic opera ſpiritualia non excuſant à labore manuum.

¶ Sed contra. Lucæ nono. Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, dicit Gloſſa. Dominus docet minora bona pro maioribus eſſe dimittenda, ſed opera ſpiritualia ſunt maiora bona quàm opera manualia: ergo debet hęc prætermittere propter illa.

¶ Præterea. Opera pietatis ſunt potiora quàm exercitia corporalia, primæ ad Timotheum quarto. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autẽ ad omnia valet. Sed opa miſericordiæ & pietatis ſunt dimittenda, vt vacetur prædicationi. Actuum ſexto. Non eſt æquum nos relinquere verbum Dei, & cætera. Lucæ nono. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: tu autem vade & annuncia regnum Dei: ergo multò fortiùs propter prædicationem & alia opera ſpiritualia eſt dimittendum opus manuale, & alia quæ ad exercitationem pertinent corporalem.

¶ Prætereà. Secundæ ad Timotheum ſecundo Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularib. Glo. Illa ſunt ſecularia negotia, quibus animus occupatur colligendæ pecuniæ cura Sed qui operantur manibus habent curam de colligenda pecunia: ergo implicantur negotiis ſecularibus. Et ita illi qui militant Deo in ſpiritualibus operibus, non debent operibus manuum occupari.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd veritas huius quæſtionis apparet ex his quæ in ſuperiori quæſtione ſunt dicta. dictum eſt enim ſuprà, quòd illi tantum obligantur ad conſeruationem huius præcepti, ſcilicet de opere manuum, qui non habent alias vndè licitè viuere poſſint, & ideò qui ſpiritualia opera exercent, & poſſunt aliàs licitè viuere quàm de labore manuum, non tenentur manibus laborare. Vnde diſtinguendũ videtur de operibus ſpiritualibus. Sunt enim quædã bona ſpiritualia quæ in bonum commune cedũt. quędam verò quæ ad ſingularem profectum facientis pertinent. Eis autem qui ſpiritualibus operibus occupantur ad vtilitatem communem pertinentib. debet prouideri ab his, quorum vtilitati deſeruiunt, quod patet per auctoritatem primæ ad Corinthios nono. Si nos vobis ſpiritualia ſeminatus, non eſt magnum ſi carnalia veſtra metamus. Hoc etiam patet per rationẽ: quia vtilitas ſpiritualis præfertur corporali.

22.q.187.c. & ad 9. & 10.

¶ Eis autem qui vtilitari communi deſeruiunt in temporalibus debetur ſuſtentatio ex proprio labore, quo vtilitati communi deſeruiunt: ſicut patet de militibus qui pro pace Reipublicæ militant. Vnde primæ Corinthi. nono. Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Vnde multò, magis qui in ſpiritualibus bonum promouent, in tali miniſterio ſuſtentari poſſunt, & ſic non tenentur manibus laborare. Sunt autem quatuor opera ſpiritualia, quibus communis vtilitas promouetur. & ex hoc eis ſtipendia debentur. Primum eſt occupatio in iudiciis eccleſiaſticis exequendis. Dicitur enim ad Romanos decimotertio. De poteſtate ſęculari quæ iudicium ſæculare exercet. Ideò & tributa præſtatis, ſcilicet iudicibus, miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes vobis. Et propter hoc Aug. dicit in libro de operibus monachorum, quòd debent manuum operibus inſiſtere illi duntaxat qui ab eccleſiaſticis occupationibus vacant. vnde & ſe excuſat a labore manuum propter iudicia eccleſiaſtica quibus occupabatur, dicens: Quanquam dicere poſſumus quis militat ſuis ſtipendiis vnquam. & cætera. tamen Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum teſtem inuoco ſuper animam meam, quoniam quantum ad meum attinet commodum, multo mallè per ſingulos dies certis horis quantum in bene moderatis monaſteriis conſtitutum eſt, aliquid operari manibus & certas horas habere ad orandum & legendum, aut aliquid de diuinis literis agendum libros, quàm tumultuoſiſſimas perplexitates aliarum cauſarum pati de negotiis ſæcularib. vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præcipiẽdis.

a.30.art.13.

Secundum opus ſpirituale quod in bonum commune redundat eſt opus prædicationis, quo fructus animarum in populo procreatur. Et ideo vt dicitur primæ ad Corinthios nono. Dominus ordinauit his qui euangelium annunciant de euangelio viuere: nec debet hoc referri tantùm ad illos qui habent authoritatem prædicãdi, ſicut ſunt prælati. ſed etiam ad eos qui qualitercunque licitè prædicant ex commiſſione prælatorum: quia ſtipendia non debentur poteſtati, ſed operi & labori, vt dicitur ſecundę ad Timotheum ſecundo. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Gloſſa, ſcilicet prædicatorem qui in agro eccleſiæ lectione verbi excolit corda auditorum, nec tantùm illi qui prædicant poſſunt de euangelio viuere, ſed etiam illi qui eis miniſtrant ad hoc officium cooperantes quod patet ad Romanos decimoquinto. Si ſpiritualium participes facti ſunt gentiles, debent etiam in carnalibus miniſtrare eis. Gloſſa, eorum ſcilicet iudęorum, qui miſerunt prędicatores ab Hieroſolymis. Vnde etiam illi qui prædicatores mittunt poſſunt de fructu euangelij viuere. Tertium opus ſpirituale quod cedit in bonum commune ſunt orationes, quæ fiunt in horis canonicis ad ſalutem eccleſiæ, vt auertatur ira Dei à populo. Ezechielis decimotertio. Non oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prelio in die Domini, Gloſſa. precibus dimicantes, & diuinæ ſententiæ reſiſtentes. & ideò dicitur primæ ad Corint. 9. quod qui altari deſeruiunt cum altari participantur. Et de his duobus operibus dicit Auguſtinus in libro de operibus monachorum. Si euangeliſtæ ſunt fateor habent poteſtatem, ſcilicet viuendi de ſumptibus fidelium, quia de hoc loquitur: Si miniſtri altaris diſpenſatores ſacramentorum ſunt. Vnde ſibi iſtam non arrogant, ſed vendicant poteſtatem. Quartum opus ſpirituale quod redundat in bonum commune eſt elucidatio ſacræ ſcripturæ. Qui enim elucidationi ſacrę ſcripturæ vacant ad alios inſtruendum, poſſunt de hoc opere ſpirituali viuere. primæ ad Timotheum quinto. Qui bene præſunt presbyteri duplici honore digni habeãtur, maximè autem qui laborant in verbo & doctrina. gloſſa. Vt eis ſpiritualiter obediant & exteriora miniſtrent. Qui laborant in verbo. Gloſſa. in exhortatione ſcientium & doctrina neſcientium. Et hoc etiam planiùs dicit Hieronymus ad Vigilantium. Hæc in iudęa vſque hodie perſeuerat conſuetudo, non ſolum apud nos ſed etiam apud Hebreos, vt qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra niſi ſolum Deum ſinagogarũ totius orbis foueantur miniſteriis. Patet ergo quòd illi qui prædictis operibus ſpiritualibus vacant, non tenentur manibus laborare. De his aũt qui vacant ſpiritualib. quæ non directè in bonum commune redundant, ſed in bonũ

22 q.187. ar.4 ad 2. & 4.5. ad 5. & opus 19.c.9.

4. diſ. 18. q.1. art.1. q.2. ad 2.

22. q. 53. artic.7.

facientis, ſicut ſunt orationes priuatæ, ieiunia, & huiuſmodi, diſtinguendum eſt, quia aut illi qui in religione iſtis operibus occupantur habent in ſæculo vnde viuerent ſine labore manuum, aut no. Si ſic, tales cùm ad religionem veniunt, non tenentur manibus laborare: Vnde Auguſtinus in libro de operibus monachorum, Si habebant aliquid in hoc ſæculo, quo facile ſine opificio ſuſtentarent vitam ſuam, quòd conuerſi ad Deum indigentibus diſpartiti ſunt, & credenda eorum infirmitas & ferẽda. Solent enim tales languidiùs educati laborem corporalem ſuſtinere non poſſe. Si autem in ſæculo opifices fuerunt de labore manuum viuentes, tunc ex duplici cauſa venientes ad religionẽ poſſunt laborem manuum intermittere, vno modo ex pigritia operandi volentes in ocio viuere, & tales peccant. Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus in prædicto libro. Plerùmque veniunt ad profeſſionem ſeruitutis Dei & ex ꝓfeſſione ſeruili & vita ruſticana, & ex opificum exercitatione & plebeio labore, & poſtea ſubdit. Tales ergo ſecundum quòd minùs operantur de infirmitate corporis excuſari non poſſunt. Præteritæ quippe vitę conſuetudine, conuincuntur, & interponit. Nõ enim apparet vtrùm ex propoſito ſeruitutis Dei venerint, an vitam inopem & laborioſam fugientes. Alio modo intermittit aliquis opus manuale ex intentione diuini amoris, quo ad opus contemplationis quaſi continuè eleuatur. tales cum ſpiritu Dei aguntur non peccant, quia vbi ſpiritus Domini ibi libertas. Vnde Gregorius dicit ſuper Ezechielem. Contemplatiua vita eſt charitatem Dei & proximi toto corde retinere, ab exteriori actione quieſcere. ſoli deſiderio conditoris inhęrere, vt nihil iam agere libeat. Et hoc idem habetur in quadam Gloſſa. Geneſis vigeſimotertio. (Geneſ.) Confirmatus eſt ager, & cætera. Contemplatiua vita à cunctis actionibus funditùs diuidit. Et hoc eſt quod habetur Matthæi ſexto. (Math 6.) in gloſſa ſuper illud Conſiderate volatilia cœli, & cætera. Sancti viri auibus comparantur, quia cœlum petunt, & quidem ita remoti ſunt à mundo vt iam in terris nihil agant, nihil laborẽt, ſed ſula contemplatione iam in cœlo degunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd gloſſa illa ſumitur ab Auguſtino in libro de operibus monachorũ, qui librum illum ſcripſit contra quoſdam monachos qui dicebant quòd non licebat ſeruis Dei manibus laborare. (Auguſti) Et hoc quod dicit Apoſtolus qui non vult operari non manducet, exponebant de opere ſpirituali, quam expoſitionem Auguſtinus in libro illo multipliciter improbat. Vnde dicendum eſt quòd illud Apoſtoli. Qui non vult operari non manducet, & cætera, de opere manuali intelligitur, non tamen ſequitur quòd ad huiuſmodi impletionem præcepti omnes tenẽatur, ipſe enim non tenebatur: vnde præmiſit. non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſcilicet ſumptus accipiendi & viuendi ſine labore manuum. Vnde patet quòd Gloſſa illa non eſt ad propoſitum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in omnibus operibus quæ tangit obiectio diſtinguendum eſt, quia vel poſſunt eſſe quaſi publica opera, vel priuata. Loquitur autem Auguſtinus de illis operibus ſpiritualibus ſecũdum quòd ſunt opera priuata. Intelligit enim de orationibus & canticis priuatis, non de his quæ in eccleſia ſolenniter celebrantur, quod patet ex hoc quòd dicit poſſunt ſimul qui manibus operantur diuina cantica cantare, quod non eſſet conueniens ſi de horis canonicis intelligeretur. Similiter quod dicit de lectionibus loquitur de illis, qui vacant lectioni ad conſolationem propriam tantùm, ſicut in monaſteriis monachi faciunt. non autem de illis quorum vita ſtudio ſcripturarũ deputatur ad ſuam & aliorum inſtructionẽ. Non eſt enim dubium quod per laborem manuũ ſtudium impediretur. Similiter quod dicit de pręedicatione intelligendum eſt de illis qui non publicè prædicant, ſed aliqua verba ędificatoria hominibus ad ſe venientibus loquuntur, ſicut ſancti patres in heremo facere conſueuerunt. Et hoc patet ex ipſis verbis ſupra inductis, vnde etiam dicit. ſi ſermo erogandus eſt, & cætera: quia vt dicit Gloſſa primæ Corinthiorum ſecundo ſuper illud. Sermo meus & prædicatio mea. ſermo eſt qui priuatim fiebat, ſed prædicatio quæ fiebat in communi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd decretum loquitur de illis clericis quibus non ſufficiunt oblationes & eleẽmoſynę, quæ eis à fidelibus fiunt, vel Eccleſiæ facultates. Eadem enim ratio eſt de illis qui viuunt de facultatibus Eccleſiæ, & de illis qui viuunt particulariter de eleẽmoſynis, quia facultates Eccleſiæ eleẽmoſinæ ſunt, & ad ſuſtentationem pauperum dantur. Vnde dicit Gloſſ. ſuper illud Iſaiæ tertio. (Glo ſuper Iſaiam.) Et rapina pauperis in domo veſtra. In domibus principum rapina pauperum eſt, dum Eccleſiæ opes ſibi theſaurizant & in deliciis abutuntur, quæ ad ſuſtentationem pauperum dantur. Et de hoc habetur duodecima quæſtione prima, (Canon.) propter quod ẽt dicitur, tertia quęſtione ſecunda. Sacerdos. Quod ſacerdos cui diſpenſationis cura commiſſa eſt, cum laude pietatis accipit à populo & diſpenſanda, & finaliter diſpenſat accepta. quia omnia ſua aut reliquit parentibus, aut diſtribuit pauperibus: aut Eccleſiæ reb. adiunxit: & ſe in numero pauperum paupertatis amore conſtituit: vt vnde pauperibus ſubminiſtrat inde & ipſe tanquam pauper voluntarius viuat. Et ſic patet quòd clerici qui de Eccleſiæ rebus viuunt eundem rationem vtendi eis habent. ſicut illi qui facultatibus carentes de eleẽmoſynis ſibi datis viunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Gloſſa illa non imponit neceſſitatem his qui ſua relinquunt, vt manib. operentur: ſed oſtendit quoddam bonum quod facere poſſunt qui ſua relinquũt. vt ſcilicet ex manuum labore acquirant, vnde ſibi prouideant & eleemoſynas aliis faciant, nec tamẽ per hoc excluditur quin etiam bene faciant ſi manibus non laborantes ſpiritualibus eleemoſynis vacent quæ ſunt corporalibus potiores.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illius rationis prima falſa eſt. Non enim qui facit contra ſtatutum Papę eſt hæreticus: niſi fortè credat Papæ non eſſe obediendum, vnde in capitul. inducto dicitur. Qui Romanæ Eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum capite traditum auferre conantur, proculdubiò in hęreſim labuntur, priuilegium autem prædictũ conſiſtit in hoc quòd ei debet ab omnib. Chriſtiania obediri. ſimiliter etiam minor eſt falſa. Non enim eſt contra ſtatutum Eccleſiæ quòd aliquis mendicet: vel ſe in ſtatu egeſtatis ponat: ſed hoc eſt contra ſtatutum Eccleſię, ſi ab eis qui facultates Eccleſiæ poſſident eorum neceſſitatibus nõ prouidetur. Vnde hæc ſunt verba capituli inducti, ex quib. ſ. rebus Eccleſiæ Epi & diſpẽſatores earũ omnib. communi vita degere volentibus miniſtrare cuncta neceſſaria debẽt, prout melius poterunt: vt nemo in eis egens inueniatur. (12.q 1 & 7. ar. 5. o. & 3 p. 4. 40. ar. 3. ad 1. c. 6. tra 3. c. 1 23 135. & o. pus. 17. c. 14. 15. & 16.)

¶ Ad ſextum dicendum, quòd illi qui relinquunt omnia nihil ſibi reſeruantes, nec manib. operantes nõ ꝓp hoc diſcrimini ſe exponunt, quia deuotio fidelium tanta ꝓbabiliter æſtimatur & experimento dicitur. quod eis in neceſſariis prouidet, Nec ẽt tentat Deum, quia ipſe promiſit mouẽdo corda aliorum eis in neceſſitatibus prouidere, vt patet Matthęi ſexto. Et quędam Gloſ. dicit Lucę octauo. Tanta prędicatori debet eſſe fiducia in Deo, vt pręſentis vitę ſumptus & ſi non prouideat, ſibi tamen non defutura certiſſime ſciat: nedum occupatur mens ad temporalia, minus prædicet ęterna. Similiter ſi aliquis eſſet inter armatos qui defenderent & aliqua cauſa arma deponeret, non tentaret.

Deum

Deum. Si autem eſſet ſolus videretur tentare Deum, niſi fortè interiori inſpiratione ſecutus eſſet de dinino auxilio, ſicut beatus Martinus dixit. Ego ſigno crucis non clypeo protectus, aut galea hoſtium cuneos peoetrabo ſecurus. Similiter videretur eſſe Dei tentatio, ſi aliquis inter fideles vel homiues inhoſpitales de neceſſariis victus ſibi non prouideret. Vnde dicit glo. Lucæ vigeſimoſecundo ſuper illud. Qui habet ſacculum tollat, & cætera. In hoc nobis datur exemplum, vt nooounquam cauſa inſtaute quædam de noſtri propoſiti rigore ſine culpa intermittere poſſimus: verbi gratia ſi per inhoſpitales regiones iter agimus plura viatica licet portare quàm domi habeamus, & tamen in deſerto aliqui ſine labore manuum ſuſtentati ſunt pane dininitùs miſſo, vt in vitis patrum legitur. Sed priuilegia paucorum non faciunt legem communem.

¶ Ad ſeptimum dicendum, qnòd hoc quòd Apoſtolus laborauit cùm poſſet de Euangelio viuere, fuit ſupererogationis, vt patet primæ ad Corinthios nono. Et ideò alij prædicatores non tenētur eum in hoc imitari. Sciendum tamen quòd prædicator aliquaudo bene faceret non accipiendo ſumptus ab his quib. prædicat, ſed de labore manuum viuendo: in caſibus ſcilicet illis in quibus Apoſtolus laborabat, ſcilicet ne ſcādalizaret eos quibus prædicabat, qui propter auaritiam dare ſumptus grauabantur: & hanc cauſam ponit ſecundæ ad Theſſalonicenſes tertio, Nocte ac die laborantes ne quem veſtrum grauaremus. Item vt ſuo exemplo alij ab ocio retraherentur, vnde ibidem ſubdit non quaſi nos non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. Item ad reprimendum rapacitatem pſeudo Apoſtolorū. Vnde dicit. primæ ad Corinthios vndecimo. Quod autem facio, vt faciam, vt amputem occaſionē eorum qui volunt occaſionem vt in quo gloriantur tales inueniantur ſicut & nos. Aliquando autem malefacerent prædicatores ſi laboribus manuum ſe implicarent, ſi ſcilicet per laborem à prædicatione retraherētur. Vnde dicit Gloſſa Lucæ decimooctauo. Cauendū eſt prædicatori, ne dum occupantur mens ad temporalia minus prędicet æterna. Ideò dicit Auguſtinus in ſuprà dicto libro. Quòd Apoſtolus dum eēt Athenis, vbi oportebat eum quotidie prædicare, non operabatur manibus, quod poſteà fecit veniens Corinthum, vbi Iudæis prædicabat ſolo die ſabbati. Prædicatoribus enim non ſolùm neceſſarium eſt vt habeant tempus liberum ab occupationibus in quo prædicent, ſed etiam in quo ſtudeant. cùm non habeant ſcientiam ex infuſione ſicut Apoſtoli, ſed continuo ſtudio. Vnde dicit Gregorius in Paſtorali exponens illud Exodi vigeſimoquinto. Vectes ſemper erunt in circulis, & cætera. Vectes inquit ſemper erunt in circulis, qnia nimirùm neceſſe eſt vt qui ad officium prædicationis excubant; à ſacræ lectionis ſtudio non recedant.

No. bene

¶ Ad octauum dicendum, quòd per actionem intelligitur ibi non ſolùm opus naturale, ſed omnia quæ ad actiuam vitam pertinent. Solicitudo autem quæ exhibetur à prædicatorib. circa eos qui prędicant ad actiuam vitam pertinet.

¶ Rationes in contrarium concedo, tamen vltima inducitur præter intentionem. Gloſſa enim dicit ſecularis negotia eſſe quæ fiunt cauſa pecunię colligendæ ſine opere manuali, vt per mercationem & huiuſmodi, à quibus ſe debent ſerui Dei penitus abſtinere.

¶ Finit quodlibet ſeptimum.

INCIPIT QVODLIBET

OCTAVVM SANCTI

THOMAE.

QVAESTIO I.

QVAESTIO noſtra circa tria verſatur.

¶ Primò circa ea quæ pertinent ad naturā.

¶ Secundò, circa ea quæ pertinent ad culpā & gratiam.

¶ Tertiò, circa ea quæ pertinent ad pœnam vel gloriā.

¶ Circa primam quærebatur.

¶ Primò de pertinentibus ad naturam creatam.

¶ Secundò de pertinentibus ad naturam increatam.

¶ Circa naturam increatam duo quærebantur.

¶ Primò, an ſenarius numerus, ſecundum quem omnes creaturæ dicuntur eſſe perfectæ, ſit creator vel creatura.

¶ Secundò de rationibus idealibus, quæ ſunt in mente diuina: vtrum per prius reſpiciunt exemplata, ſcilicet creaturas ratione ſuæ ſingularitatis: vel ratione naturæ ſpecificæ.

ARTICVL. I.

Vtrum ſenarius prædictus ſit creator.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd ſenarius prædictus ſit creator. Remota enim omni creatura perfectio non remanet niſi in creatore: ſed remota omni creatura facta in operibus ſex dierum remanet perfectio in numero ſenario. Vnde dicit Auguſtinus quarto ſuper Geneſim ad literam. Itaque ſi iſta non eſſent, ſcilicet opera ſex dierum, perfectus ille eſſet, ſcilicet ſenarius. Niſi autem ille perfectus eſſet, iſta ſecūdum eum perfecta non fierent: ergo ſenariul numerus eſt creator.

1. p. q. 44. ar 3. videat 70. & 1. p q. 15. ac. 1. ad 3.

¶ Sed dicebat quòd Auguſtinus loquitur de ſenario quantum ad ideam ſenarij, quæ eſt in mente diuina Contra. Sicut remotis omnibus creaturis remanet perſectio in idea ſenarij numeri, ita remanet idea lapidis in mente diuina: ergo io hoc non haberet ſenarius numerus aliquam præeminentiam ad lapidem, quod tamen videtur eſſe contra intentionem Auguſtini.

¶ Prætereà. Illud quod eſt permanētius omni creatura non eſt creatum, ſed creator. Senarius autem numerus eſt permanentior cælo & terra, quę tamen videntur eſſe permaneutisſimæ creaturæ. vnde Auguſtinus dicit, quarto ſuper geneſ. ad literam. Facilius eſt cœlum & terram tranſire quæ ſecundum ſenarium numerum fabricata ſunt, quam effici poſſe vt ſenarius numerus non ſuis partibus compleatur: ergo ſenarius nō eſt creatura, ſed creator.

¶ Sed contra. Creatoris perfectio non conſiſtit ex partibus: nec eſt in eo aliquid habens partes. Sed ſicut dicit Augu. in eodem libro. Inuenimus ſenarium numerum eſſe perfectum ea ratione, quòd ſuis partibus compleatur: ergo ſenarius numerus non eſt creator, ſed creatura.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſecundum Auicennam in ſua Methaphyſica triplex eſt alicuius naturæ conſideratio. Vna prout conſideratur ſecundum eſſe quod habet in ſingularib. ſicut natura lapidis in hoc lapide, & illo lapide. Alia verò eſt cōſideratio alicuius naturæ ſecundum eſſe ſuum intelligibile: ſicut natura lapidis conſideratur prout eſt in intellectu. Tertia

Potē. q. 5. ar. 9. ad 16 & opus 55

verò eſt conſideratio naturæ abſoluta prout abſtrahit ab vtroque eſſe: ſecundum quam conſideratioņē conſideratur natura lapidis vel cuiuſcunq; alterius, quantum ad ea tantùm quæ per ſe competunt tali naturæ. Harum quidem trium conſiderationū duæ ſemper vniformiter eū idem ordinem ſeruāt. Prior enim eſt conſideratio alicuius naturæ abſoluta, quàm conſideratio eius ſecundum eſſe quod habet in ſingularib. Sed tertia conſideratio naturæ quæ eſt ſecundum eſſe, quod habet in intellectu, non ſemper habet eundem ordinem ad alias conſiderationes. Cōſideratio enim naturæ ſecundum eſſe quod habet in intellectu, qui accipit à rebus ſequitur vtranque aliarum conſiderationum. Hoc enim ordine ſcibile præcedit ſcientiam, & ſenſibile ſenſum, ſicut & mouens motum, & cauſa cauſatum. Sed conſideratio naturæ ſecundum eſſe quod habet in intellectu cauſante rem præcedit alias duas conſiderationes. Cùm enim intellectus artificis adinuenit aliquam formam artificiati ipſa natura ſeu forma artificiati in ſe conſiderata eſt poſterior intellectu artificis, & per conſequens ét arca ſenſibilis quæ talē formám vel per ſpeciem haber. Sicut autem ſe habet intellectus artificis ad artificiata, ita habet intellectus diuinus ad omnes creaturas. Vnde vniuſcuiuſq; naturæ cauſatæ prima conſideratio eſt ſecundum ꝙ eſt in intellectu diuino. Secunda verò conſideratio eſt ipſius naturæ abſolute. Tertia ſecundum ꝙ habet eſſe in rebus ipſis, vel in mente angelica. Quarta ſecundum eſſe quod habet in intellectu noſtro. Et ideò Dionyſius dicit duodecimo capite de diui nomi. hunc ordinem aſſignans, ꝙ primo inter omnia eſt ipſe ſubſtantificator rerum Deus, poſteà verò ipſa dona Dei quę creaturis exhibentur, & vniuerſaliter & particulariter conſiderata, vt per ſe pulchritudinem, per ſe vitam, quam dicit eue donum ex Deo proueniens, id eſt ipſam naturam vitæ, deinde ipſa participantia vniuerſaliter & particulariter conſiderata, quæ ſunt res in quibus natura eſſe habet. In his ergo illud quod eſt prius ſemꝑ eſt rō poſterioris, & remoto poſteriori remanet prius, non autem èconuerſo. Et inde eſt ꝙ hoc quod competit naturæ ſecundum abſolutam conſiderationem eſt ratio quare competat naturæ alicui ſecūdū eſſe quod habet in ſingulari, & non èconuerſo. Ideò enim ſortes eſt rationalis quia homo eſt rationalis, & non èconuerſo. Vnde dato quòd ſortes & Plato non eſſent, adhuc humanæ naturæ rationalitas competeret. Similiter ét intellectus diuinus eſt ratio naturæ abſolute conſideratę & in ſingularibus, & ipſa natura abſolute conſiderata & in ſingularib. eſt rō intellectus humani & quodammodo menſura ipſius. Poſſunt ergo verba Auguſtini intelligi de ſenario dupliciter. Vno modo vt per ſenariū numerū intelligaꝺ ipſa nā ſenarij abſolutè, cui primo & per ſe competit perfectio. quæ quidem eſt ratio perfectionis eorum quæ ſenarium participant. Vnde remotis omnibus quæ ſenario perficiuntur, adhuc perfectio naturæ ſenarij competit, & hoc modo ſenarius nominat naturam creatam. Alio modo poteſt intelligi ſenarius ſecundum eſſe quod habet in intellectu diuino, & ſic eius perfectio eſt ratio perfectionis in creaturis inuentæ, quæ ſecundum ſenarium ſunt cōditæ quibus etiam remotis in prædicto ſenario perfectio remaneret, Sic autem ſenarius non erit creatura, ſed ratio creaturæ in creature, quæ eſt Idea ſenarij, & eſt idem ſecundum rem quod diuina eſſentia ratione tantum differens.

Natura multipliciter conſideratur & ad ſecūdū eſſe vniuer. prius quā ſecundū eē particulare, &c.

Sorte vel Platone nō exiſtē te, homo adhuc eſt rōnalis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd remotis omnibus creaturis quæ ſunt factę in ſenario dierum non dicitur quod perfectio remaneat in ſenario numero quaſi ſenarius numerus aliquod eſſe habeat in rerum natura, nulla creatura exiſtente. Sed quia remoto omni eſſe creato remanet abſoluta conſideratio naturæ ſenarij, prout abſtrahit à quolibet eſſe, & ſic attribuitur ſibi perfectio, ſicut remotis omnibus ſingularibus hominibus adhuc remaneret rationalitas attribuibilis humanæ naturæ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut in reb. creatis quædam ſunt magis communes, & quædam magis contractæ. ita etiam rationes rerum in Deo magis cōmunium ad plura ſe extendunt. minus verò communium ad pauciora. Et qa vnitas & multitudo ſunt omnibus rebus creatis communia, ideò etiam ratio idealis numeri ad omnes creaturas ſe extendit. Vnde dicit Boetius in principio Aritħmeticæ. Omnia quęcunque à primæua rerum natura conſtituta ſunt numerorum ſpecie videntur eſſe formata. Hoc enim fuit principale in animo conditoris. Exemplar autem lapidis, aut idea non ſe extendit ad omnes creaturas, & ideò ſi ſenarius accipiatur pro idea ſenarij quātum adhoc adhuc ſenarius erit eminentior lapide, ideſt, quā idea lapidis, prout ſcilicet ad plura ſe extendit, & iterum perfectio competit ſenario ſecundum naturam ſenarij non autem lapidis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non eſt intentio Auguſtini dicere, quòd ſi cœlum & terra tranſeant, & cęteræ creaturæ quod ſenarius remaneret ſecundū aliquod eſſe creatum, ſed quia ſi omnes creaturæ ab eſſe deficerent, remaneret adhuc natura ſenarij prout abſtrahit á quolibet eſſe huiuſmodi, quod eius perfectioni competit, ſicut etiam natura humana manebit talis quod ei competeret rationalitas.

¶ Ad illud verò quod in contrarium obiicitur dicendum quòd quamuis in Deo non poſſit eſſe aliquid habens partes, tamen poteſt eſſe in eo ratio rei habentis partes, & ſic eſt in eo ratio ſenarij ex partibus conſtituti, & ratio ſuarum partium.

ARTICVLVS II.

Utrùm ideæ, quæ ſunt in mente diuina per prius reſpiciant res quantum ad naturam ſingularem, quàm quantum ad naturam ſpeciei.

CIrca ſecundum ſic ꝓcedītur. Videtur quòd ideæ quæ ſunt in mente diuina per prius reſpiciant res quantum ad naturam ſingularem, quàm quantum ad naturam ſpeciei: quia vt Aug. dicit in lib. 83. q. Ideæ ſunt quædam formæ vel rationes rerum ſtabiles, quæ in diuina intelligentia continentur, & cum ipſæ neque oriantur neque intereant, ſecundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri vel interire poteſt, & omne quod oritur vel interit ſolùm ſingulare eſt, id eſt, quod generatur & corrumpitur: ergo ideę per prius reſpiciunt ſingulare. veri. q. 3. ar. 8. c.

¶ Sed contra. Cum ideæ ſint formæ exemplares requiritur ad rationem ideæ aſſimilatio ideati ad ipſam. Sed ideatum, id eſt, res creata magis aſſimilatur diuino exemplari ſecundum formam á qua eſt ratio ſpeciei, quàm ſecundum materiam, quæ eſt indiuiduationis principium: ergo idea per prius reſpicit naturam ſpeciei, quam ſingularitatem indiuidui.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd cum in mente diuina ſint omnium creaturarum formæ exemplares, quæ ideæ dicuntur, ſicut in mente artificis formæ artificiatorum, hoc tñ intereſt inter formas exēplares. ꝗ ſunt in mente diuina & in mente artificis creati, ꝙ creatus artifex agit ex præſuppoſita materia. Vnde formę exēplares quæ ſunt in mente eius, non ſunt factiuæ materiæ quę eſt indiuiduationis principium, ſed ſolius formæ, à qua ſpecie eſt artificiati, & ió huius formę exēplares

veri. q. 3. art. 1. 0.
ar. 70. & 2. d. 18. ar. 9.
ar. 14. 3. 6.

plares non reſpiciunt directè artificiatum quantum ad indiuiduum, ſed quantum ad ſpeciẽ ſolum: formæ [artic. 145.] autem exemplares intellectus diuini ſunt ſactiuæ totius rei, & quantum ad forma.n & quantum ad materiam, & ideò reſpiciunt creaturam, non ſolum quantum ad naturam ſpeciei. ſed etiam quantum ad ſingularitatem indiuidui, per prius tamen quantum ad naturam ſpeciei, quod ex hoc patet. Exemplar enim eſt ad cuius imitationem fit aliquid. Vnde ad rationem exemplaris requiritur quòd ipſa aſſimilatio operis ad exemplar ſit intenta ab agente aliàs talis aſſimilatio caſu accideret: & non ſecundum viam exemplaritatis. Sic ergo in ratione exemplaris includitur intentio agẽtis. Ad hoc ergo per prius exemplar reſpicit ꝙ agens primò intendit in opere. Agens autem quilibet principaliter intẽdit in opere id quod perfectius eſt. natura aũt ſpeciei eſt perfectiſſimum in vnoquòq; indiuiduo: per ipſam. n. duplex imperfectio perficitur, imperfectio. ſ. mãæ quæ eſt ſingularitatis principium, quæ cùm ſit in potentia ad formam ſpeciei perficitur, quando naturam ſpeciei conſequitur: & iterum imperfectio formæ generalis, quæ ſe habet ad differentias ſpecificas in potentia, vt materia ad formam: vnde ſpecies ſpecialiſſima eſt primò in intentione naturæ: vt patet per Auic. in principio ſuæ metaph. Non. n. [1.p.q.85. ar.3.ad 1. & 4. & q. 98. art. 1. c. & veri. q 3. art 8. c. & po.q. 10. art. 2. ad 12. & anima. ar 18, 16.] natura intendit principaliter generare. Sorte, aliàs deſtructo ſorte ordo & intentio naturæ periret. Intẽdit autem in ſorte generare hoĩnem. Similiter nõ intẽdit principaliter gnare aĩal: alioquin qeſceret eius actio, quando ad naturam aĩalis perduxiſſet: cum tamen in indiuiduo generato priùs compleatur natura animalis quàm hominis, vt patet in 16. de animalib. Non autem priùs eſt homo quàm hic homo. Vnde exemplar quod eſt in mente diuina primò naturam ſpeciei reſpicit in qualibet creatura.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd id quod eſt primum in intentione eſt vltimum in executione. Vnde quamuis natura primò intendat generare hominem: per prius tamen generatur hic homo. Non. n. homo generatur niſi per hoc ꝙ hic homo generatur: & propter hoc etiam in diffinitione ideæ dicitur, quòd ſecũdum eas oritur omne quod oritur quantũm ad viam executionis, in qua ſingularia ſunt primum.

¶ Secũdum quòd in contrarium obiicitur conceditur.

QVAESTIO II.

DEinde quæritur de his quæ pertinẽt ad naturam creatam.

¶ Et primò de his quæ pertinent ad animã humanã.

¶ Secundò de his quæ pertinent ad corpus.

¶ Circa primum quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm anima accipiat ſpecies quibus cognoſcit à rebus quæ ſunt extra eam.

¶ Secundò quomodo charitas, vel quilibet alius habitus a non habente cognoſcatur.

ARTICVLVS III.

Vtrùm anima accipiat ſpecies à rebus, quæ ſunt extra eam.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd anima [1 p.q. 84. ar. 3. & 4. c. ve. q. 10. ar. 6. & dist. 3. q. 2. art. 1. c. & ad 2.] non accipiat ſpecies à rebus, quæ ſunt extra eam. Dicit enim Aug. 12. ſuper Gene. Imaginem corporis non corpus in ſpiritu, ſed ipſe ſpiritus in ſeipſo fecit celeritate mirabili: non autem eam in ſeipſo faceret ſi à rebus exterioribus eam acciperet: ergo anima non accipit à rebus ſpecies, quibus cognoſcit.

¶ Præterea. Eius ſolius eſt dimenſionem à re dimẽſionata abſtrahere, cuius eſt dimenſionem corporib. dare, quòd eſt ſolius creatoris. Sed ad hoc quòd ſpecies à rebus accipiatur in anima, oportet quod ab ipſa ſpecie dimenſiones ſeparentur: quia in reb. extra animam habent eſſe dimenſionale, nõ autem in anima, maximè quantũm ad intellectum. Ergo anima nõ poteſt accipere ſpecies à rebus ſenſibilibus.

¶ In contrarium videtur eſſe tota philoſophorum doctrina quæ ſenſum à ſenſibilibus, imaginationem à ſenſu, intellectum à phantaſmatibus accipere ſatetur.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd anima humana ſimilitudines rerum quibus cognoſcit accipit à rebus illo modo accipiendi, quo patiens accipit ab agente, quod non eſt intelligendum quaſi agens influat in patiens eandem numero ſpeciem quam habet in ſeipſo: [ar. 6. c. & ar 162. ad 3.] ſed generat ſui ſimilem educendo de potẽtia in actũ: & per hunc modum dicitur ſpecies coloris deferri à corpore colorato ad viſum. Sed in agentib. & patientibus diſtinguendum eſt. Eſt enim quoddam agẽs quod de ſe ſufficiens eſt ad inducendum formam ſuã in patiens, [art. 123 c.] ſicut ignis de ſe ſufficit ad calefaciẽdum. Quoddam verò agens eſt quod non ſufficit de ſe ad inducendam formam ſuam in patiens, niſi ſuperueniat aliud agens, ſicut calor ignis non ſufficit ad complendum actionem nutritionis, niſi per virtutem animæ nutritiuæ: vnde virtus animæ nutritiuæ eſt principaliter agens, calor verò igneus inſtrumentaliter. Similiter etiam eſt diuerſitas ex parte patientium. Quoddã [1. p. 115. ar. 1. ad 4. & q. 118. ar. 1. ad 3. & pot. q. 3 ar 8 ad 13 & ar. 9 ad 5 & 2 ad oonum.] enim eſt patiens, quod in nullo cooperatur agenti, ſicut lapis cum ſurſum proiicitur, vel lignum c m ex eo fit ſcamnum. Quoddam verò patiens eſt quod cooperatur agenti, ſicut lapis cùm deorſum proiicitur: & corpus hominis cum ſanatur per artem: & ſecundum hoc res quæ ſunt extra animam tripliciter ſe habent ad diuerſas animæ potentias: ad ſenſus enim exteriores ſe habent, ſicut agentia ſufficientia, quib. patiẽtia non cooperantur, ſed recipiunt tantùm: ꝙ autem color per ſe non poſſit mouere viſum niſi lux ſuperueniat, non eſt contra hoc quod dictum eſt, quia tam color quam lux inter ea quæ ſunt extra animam computantur. Senſus autem exteriores ſuſcipiunt tant m à rebus per modum patiendi, ſine hoc quòd aliquid cooperentur ad ſui formationem: quamuis iam formati habeant propriam operationem, quæ eſt iudicium de propriis obiectis, ſed ad imaginationem res quæ ſunt extra animam comparantur vt agentia ſufficientia. Actio enim rei ſenſibilis non ſiſtit in ſenſu, ſed vlterius pertingit vſque ad phantaſiam ſiue imaginationem: [1.p. q. 78 ar. 4. ad 2. fin.] tamen imaginatio eſt patiens quod cooperatur agenti. Ipſa enim imaginatio format ſibi aliquarum rerum ſimilitudines, quas nunquam ſenſu percipit: his tamen quæ ſenſu recipiuntur componendo ea & diuidendo, ſicut imaginamur montes aureos, quos nũquam vidimus ex hoc quòd vidimus aurum & montes. [ad 1. huius & art 102. ad 2 1 p. q. 78 ar. 4. c & q 84. ar 6 ad 2 & vt ri. q. 8. ar 5. & 9. c. Intellectus agẽs ad quid eſt neceſſarius.] Sed ad intellectũ poſſibilem comparantur res ſicut agentia inſufficientia. Actio enim ipſarum rerum ſenſibilium nec etiam in imaginatione ſiſtit, ſed phantaſmata vlterius mouent intellectum poſſibilem, non autem ad hoc quòd ex ſeipſis ſufficiant, cum ſint in potentia intelligibilia: intellectus autẽ non mouetur niſi ab intelligibili in actu. Vnde oportet quòd ſuperueniat actio intellectus agẽtis, cuius illuſtratione phãtaſmata fiunt intelligibilia in actu ſicut illuſtratione lucis corporalis fiunt colores viſibiles actu: & ſic patet ꝙ intellectus agens eſt principale agens quod agit rerũ ſimilitudines in intellectu poſſibili phantaſmata aũt quæ à reb. exterioribus accipiuntur ſunt quaſi agentia inſtrumentalia: intellectus. n. poſſibilis cõparatur ad res, quarũ notitiã recipit, ſicut patiens quod cooperatur agẽti. Multò. n. magis poteſt intellectus formare quidditaté rei quę nõ cecidit ſub ſenſu, ꝗ imaginatio.

¶ Ad primum ergo dicendum quòd ſi verbum Au-

guſtini referatur ad intellectum, ſic planum eſt quòd tes non faciunt ſui ſimilitudinem in intellectu poſſibili principaliter, ſed intellectus agens. Si autem referatur ad imaginationem faciunt quidem, ſed non ſolum quia ipſa imaginatio cooperatur, vt dictum eſt. In ſenſu autem facit corpus ſui ſimilitudinem ſufficiẽter & ſolum: ſed de hoc nõ loquitur Auguſtinus, quia ſenſum cõtra ſpiritum diuidit, ſiue corporalem viſionem contra ſpiritualem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ratio iſta procedit ac ſi illa eadem ſpecies numero quę eſt in rebus, vel in imaginatione poſtmodum fieret in intellectu: ſic enim oporteret quòd auferrentur ab ea dimenſiones. Et hoc patet eſſe falſum.

ARTICVL. IIII.

Vtrùm habens charitatem eam cognoſcat per ſpeciem.

& in ord 36s 1. diſ. 17. q. 1. art. 4. c. & 3. di. 23. q. 1. ar. 2. c. & ad 1.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd nõ habens charitatem eam cognoſcat per ſpeciem. Omne enim quod cognoſcitur, cognoſcitur vel per eſſentiam, vel per ſui ſimilitudinem. Sed charitas à non habente non cognoſcitur per ſui eſſentiam, quia non eſt eſſentialiter in eo: ergo ſi cognoſcitur à non habente, cognoſcitur per ſui ſimilitudinem.

¶ Præterea, Aliquis habens charitatem aliquo modo cognoſcit eam ſe habere ad minus per coiecturas: vel per reuelationem: & ſimiliter poſtquàm eam amiſerit poteſt recordari ſe eam habuiſſe, quod eſſe non poteſt niſi per eius ſpeciem in memoria reſeruatam: ergo charitas à non habẽte qui prius eam habuit per ſui ſimilitudinem cognoſcitur: & eadẽ ratione à quolibet alio non habente.

¶ Præterea, Dicit Auguſtinus decimo confeſſionum. Hoc modo ſe habet memoria ad intelligentiam ſicut venter animalis ruminantis ad os, quia ſicut id quod eſt in ventre animalis reducitur ad os, ita quod eſt in memoria reducitur ad intelligentiam. Si ergo in memoria conſeruatur charitas per ſui ſimilitudinẽ & ab intelligentia capietur per ſimilitudinem.

Apoſtolus.

¶ Sed contra eſt, quod Auguſtinus dicit ſecundo ſuper Geneſim. & habetur in Gloſſa ſecundæ ad Corinthios duodecimo. Quod intellectualis viſio eſt earum rerum quæ non habent ſpecies ſibi ſimiles quæ non ſunt quod ipſæ. & inter huiuſmodi ponit charitatem: ergo charitas non poteſt cognoſci per ſui ſimilitudinem, ſed ſolum per eſſentiam.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd duplex eſt cognitio charitatis. Vna qua cognoſcitur quid eſt charitas, Alia qua charitas percipitur: vt cum aliquis cognoſcit ſe habere charitatem, quod pertinet ad cognitionem an eſt. Prima quidem cognitio charitatis eodem modo competit habenti & non habenti. Nam intellectus humanus natus eſt rerum quidditatem comprehendere, in quibus cognoſcendis naturaliter præcedit, ſicut in cognoſcendis concluſionibus complexis. Inſunt enim nobis naturaliter quædam principia prima complexa ab omnibus nota, ex quibus ratio procedit ad cognoſcendum in actu concluſiones, quæ in prædictis principiis potentialiter continentur ſiue per inuentionem propriam, ſiue per doctrinam alienã, ſiue per reuelationem diuinam, in quibus omnibus modis cognoſcendi homo iuuatur ex principiis naturaliter cognitis. Vel ita quòd ipſa principia cognita ad cognitionem acquirendam ſufficiant adminiculantibus ſenſu & imaginatione: ſicut cum aliquam cognitionẽ acquirimus per inuentionẽ, vel doctrinã. Vel ita quòd principia prædicta ad cognitionem acquirendam non

ar. 64. c & 22. q. 5. ar. 4. ad 3. & q. 8 artic. 2. ad 1. 3 di 24 q. & ar. 4. ad 3. veri. q. 16

ſufficiant: nihilominus tamen in huiuſmodi cognoſcẽdis principia dirigunt inquantũ inueniuntur non repugnare principiis naturaliter cognitis, quod ſi eſſet, intellectus nullo modo eis aſſentiret: ſicut non poteſt diſſentire principiis. Et ſimiliter in intellectu inſunt nobis etiam naturaliter quædam cõceptiones ab omnibus notæ: vt entis, vnius, boni, & huiuſmodi à quib. eodem modo procedit intellectus ad cognoſcendum quidditatem vnuſcuiuſq; rei, per quẽ procedit à principiis per ſe notis ad cognoſcendas concluſiones. Et hoc vel per ea quæ quis ſenſu percipit: ſicut cũ per ſenſibiles proprietates alicuius rei concipio illius rei quidditatem, vel per ea quæ ab aliis quis audit vt cum laicus qui neſcit quæ ſit muſica, cum audit aliquam artem eſſe per quam diſcit canere, vel pſallere, concipit quidditatem muſicæ: cum ipſe præſciat quid ſit ars, & quid ſit canere: aut etiam per ea quæ ex reuelatione habentur: vt eſt in his quę fidei ſunt. Cũ enim credimus aliquid eſſe in nobis diuinitùs datũ, quo affectus noſter Deo vnitur, cõcipimus charitatis quidditatem, intelligẽtes charitatem eſſe donũ Dei quo affectus Deo vnitur: præcognoſcentes tamen quid ſit donũ, & quid affectus, & quid vnio. De quibus et quid ſint ſcire non poſſumus, niſi reſoluendo in aliqua prius nota, & ſic quouſque perueniamus vſque ad primas conceptiones humani intellectus, quæ ſunt omnib. naturaliter notæ. Et quia naturaliter cognitio eſt quædam ſimilitudo diuinæ veritatis menti noſtræ impreſſa: ſecundũ illud Pſal. Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Dñe. Ideò dicit Aug decimo de trinitate, quòd huiuſmodi habitus cognoſcuntur in prima veritate. Ipſa aũt conceptio charitatis, quam intellectus format modo prædicto, nõ eſt ſolum ſimilitudo charitatis ſicut ſpecies rerum in ſenſu, vel imaginatione: quia ſenſus & imaginatio nunquam pertingunt ad cognoſcendum naturam rei, ſed ſolummodo accidentia quæ circunſtant eã. & ideò ſpecies quæ ſunt in ſenſu, vel imaginatione non reprę́ſentant naturã rei, ſed accidentia eius tantùm: ſicut ſtatus repręſentat hominem quantum ad accidentia. Sed intellectus cognoſcit ipſam naturam & ſubſtantiam rei. Vnde ſpecies intelligibilis eſt ſimilitudo ipſius eſſentiæ rei, & eſt quodammodo ipſa quidditas & natura rei ſecundum eſſe intelligibile non ſecundũ eſſe naturale, prout eſt in rebus, & ideo omnia quæ non cadunt ſub ſenſu & imaginatione, ſed ſub ſolo intellectu cognoſcuntur per hoc quòd eſſentiæ, vel quidditates eorum ſunt aliquo modo in intellectu. Et hic eſt modus, quo charitas cognoſcitur cognitione quidem tam ab habente charitatem quam à non habente. Sed ſecundum alium modum cognoſcendi charitatem neque charitas, neque aliquis habitus ſiue potentia percipitur à noſtro intellectu niſi per hoc quod actus percipiuntur. vt per Philoſophum decimo Ethicorum. Actus autem charitatis, vel alterius habitus eliciuntur ab ipſa charitate, vel ab alio habitu per propriam eſſentiam charitatis, vel alterius habitus. & per hunc modum dicitur aliquis ſe cognoſcere habere charitatem, vel alium habitum per ipſam eſſentiam habitus ſecundum eſſe naturale, quod habet in rerũ natura, & non ſolum in intellectu. Sicut autem nullus poteſt cognoſcere charitatem niſi charitatẽ habens, quia actus charitatis & aliarũ virtutũ præcipuè cõſiſtunt in motib. interiorib. qui nõ poſſunt eſſe cogniti niſi operãti, niſi quatenus manifeſtãtur ex actib. exteriorib. & ſic per quandã coniecturã aliquis nõ habens charitatem põt percipere alium charitatẽ habere. Hoc aũt dico ſupponendo quòd aliquis poſſit ſcire ſe habere charitatẽ, quod tamen nõ puto eẽ verum: quia in actibus ipſius charitatis nõ poſſumus ſufficienter percipere, quòd ſint à charitate eliciti propter ſimilitudinem dilectionis naturalis cum dilectione gratuita.

ar. 1. c. & q. 22 ... 1. p. q. 117. a. 1. c & 3 p. q. 9 art. 4. ad 1. Ma. q. 4 ar 3 c & q 16 ar 7 ad 15. 1. p. q. 5 ar 2 c. & q. 11 ar. 2. ad 4.

Pſal 4. a. 101. c

1. p. q. 87. ar. 1 ad 2. & 3 p. q 76 art. 7 & 4. diſ 49 q 2 art. 7. ad 6. 22. q. 7. ar. 1. c. veri q. 1 art. 11. & q 10. ar. 4. ad 1. & 2. q. 12 arti. 12. ad 12.

qualiter quis cognoſcat ſe charitatẽ habere.

¶ Ad pri-

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in non habẽte charitatem non ſecundum eſſe naturę, ſed ſecundũ eſſe intelligibile eſt eſſentia charitatis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod poſtquã aliquis deſinit habere charitatem ſecundũ eſſe naturale charitatis, adhuc charitas in ipſo manet ſecundum eſſe intelligibile, & ſic poteſt ſciri quid ſit charitas. Manent etiam in memoria eius actus charitatis, quos etiam facit in memoria ſenſibili propter actus ſenſibiles charitatis, qui vtique manent ſecundum ſui ſimilitudinẽ, ſicut & cætera ſenſibilia: & ex his aliquis memoratur ſe habuiſſe charitatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud quod eſt in memoria redit ad intelligentiam: non ita quòd eadem ſpecies numero quæ eſt in memoria, poſtmodum fiat in intellectu: ſed per illum modum loquendi, quo phãtaſmata dicuntur fieri in intellectu, vt dictum eſt.

QVÆSTIO III.

ARTICVLVS V.

Vtrùm alimentum conuertatur in ueritatem humanæ naturæ.

DEinde quæritur de his quæ pertinent ad corpus humanum: vtrùm alimentum conuertatur in veritatem humanæ naturæ. Et videtur quod non: quia in corpore humano id quod eſt de veritate humanæ naturæ eſt caro, vel os ſecundum ſpeciem. Sed alimentum non conuertitur in id quod eſt ſecundum ſpeciem, ſed in id quod eſt ſecundum materiam: vt videtur dicere philoſophus in primo de generatione. (Topic. c. 35.) ergo alimentum non conuertitur in veritatem humanæ naturæ.

4. di. 44. q. 1. ar. 2. q. 4 o. & 2. di. 30 q. 1. ar. 1. o.

¶ Præterea, Id quod eſt de veritate humanæ naturæ oportet quòd ſemper in homine maneat, alias non remaneret homo idem numero. Sed illud quod generatur ex alimento non ſemper manet, imò fluit & refluit, vt patet ex primo de generatione: ergo quod generatur ex alimento non eſt de veritate humanæ naturæ.

¶ Præt. Augu. dicit, quòd nos fuimus in Adam dupliciter, ſ. ſecundum ſeminalem rationem & ſecundũ corpulentam ſubſtantiam, Chriſtus autem fuit in eo ſecundum corpulentam ſubſtantiam, & non ſecundũ ſeminalem rationem, id autem quod ex alimento generatur in nobis non fuit in Adam, ergo illud quod eſt de veritate corpulentæ ſubſtantiæ noſtræ non eſt ex alimento generatum.

¶ Sed dicebat quòd corpulenta noſtra ſubſtantia fuit in Adam originaliter, & non eſſentialiter. Sed contra. Semen originem rei importat. Si ergo dicimur in Adam fuiſſe ſecundum corpulentam ſubſtantiam originaliter tantùm, tunc idem erit eſſe ſecundum corpulentam ſubſtantiam & ſecundum ſeminalem rationem, quod eſt falſum: ergo idem quod prius.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur in 2. de anima (Top. c. 45.) Alimẽtum eſt potentia tale quale eſt illud quod nutritur. Sed quod eſt potentia aliquale in illud conuerti poteſt, ergo alimentum conuerti poteſt in illud quod nutritur, ſed illud quod nutritur eſt id quod eſt de veritate humanæ naturæ: ergo alimentũ conuertitur in id quod eſt de veritate humanæ naturæ.

¶ Præt. Semen ex quo fit generatio maximè videtur ad veritatẽ humanæ naturæ pertinere. ſed ſemen ſecundũ philoſophum in decimoquinto de animalib. eſt de ſuperfluo alimenti. Ergo alimentum conuertitur in veritatem humanæ naturæ.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ad huius quæſtionis euidentiam oportet primò videre quid ſit veritas humanæ naturæ. Veritas autem vniuſcuiuſque rei, vt dicit Auicenna in ſua Metaph. nihil eſt aliud quam proprietas ſui eſſe, quod ſtabilitũ eſt ei: ſicut illud quod proprie habet eſſe auri attingens ad terminos ſtabilitos naturæ auri dicitur eſſe verè aurum. Vnumquodque autẽ propriè habet eſſe in aliqua natura, per hoc quod ſubſtat completæ formæ propriæ illius naturæ à qua eſt eſſe, & ratio ſpeciei in natura illa: vnde illud pertinet ad veritatem vniuſcuiuſque rei quod eſt cõpletiuum illius rei per formam, & pertinet directè & per ſe ad completionem illius rei: tam enim in naturalibus quàm in artificialibus inueniuntur quædam, in quibus conſiſtit principaliter ratio rei: alia autem quæ ſunt ordinata ad horum conſeruationem & meliorationem, ſicut ſtipes, & fructus per ſe pertinent ad complementum arboris, vnde ſunt de veritate naturæ ipſius. Folia autem ſunt quodammodo ordinata ad fructuum conſeruationem, & quantùm ad hoc non videntur eſſe de veritate naturæ arboris principaliter. Similiter ratio gladii conſiſtit in ferro & acumine eius: vagina autem eſt ad gladii conſeruationẽ: vnde ſi gladius eſſet res naturalis, ferrum eſſet de veritate naturæ eius, non autẽ vagina. Sic autẽ de veritate humanæ naturæ eſſe dicimus illud, quòd per ſe pertinet ad perfectionẽ humanæ naturæ cõpletæ participans formã ſpeciei. Illud autẽ non eſt de veritate humanæ naturæ in homine, quod eſt ordinatum quodãmodo ad hominis conſeruationẽ, vel meliorationem quamcunque. Sciendum eſt ergo, quòd natura humana poteſt dupliciter conſiderari, vel ſecundũ totã ſpeciem humanã, vel ſecundum eſſe quod habet in hoc indiuiduo: ſecundum hoc inueniuntur in præſenti quæſtione tres opiniones. Quidam. n. dicunt, quòd alimẽtum non conuertitur in veritatẽ humanæ naturæ, neque ſecundum ſpeciẽ, neque ſecundum indiuiduum. Dicunt n. quòd tota materia, quæ nata eſt eſſe ſub ſpẽcie humanæ naturæ fuit in corpore Adæ: nec aliqua alia materia poteſt fieri verè ſubſtans humanæ ſpei, & ex illa materia ex qua corpus primi hominis conſtabat fuerit aliqua pars deciſa, quæ quidẽ per multiplicationẽ quandã ſine additione exterioris materiæ augmentata eſt in tantũ quòd peruenit vſque ad perfectã & cõpletã quantitatẽ in corpore Seth. Ex quo iterum aliquid deciſum eſt in formationẽ corporis filii ſui, & prædicto modo multiplicatum: & ſic totum humanũ genus multiplicatũ eſt ex illa materia quæ fuit in corpore primi hominis ſine alicuius extrinſeci additione: illud autẽ quod ex alimento generatur eſt neceſſarium in nobis ad conſeruationem illius humiditatis, quæ eſt de veritate humanæ naturæ: ut ſcilicet calor naturalis habens aliquid aliud quod conſumat, ſ. humiditatẽ ex alimento generatã quaſi accidentalẽ non conſumat humiditatẽ quæ eſt de veritate humanæ naturæ, ſicut aurifices apponunt plumbũ argento, vt videlicet in conflatorio conſumatur plumbũ & argentũ non conſumatur ab igne vnde in reſurrectione quando veritas humanæ naturæ erit inconſumptibilis, alimento nõ indigebimus, nec reſurget in nobis aliquid quod ex alimento ſit generatum, ſed ſolũ id quod fuit in Adã. Sed inconueniens videtur huiuſmodi poſitio propter duo, quantũ ad præſens pertinet: quia eiuſdẽ rationis eſt formam aliquã nihil amittere de materia ſubiecta, & nihil de nouo acquirere cuius ſubſtantiæ & naturæ nihil acceſcit nec deperit. Conſtat autẽ quòd aliqua materia quæ erat ſubſtans humanæ naturę deſinit eſſe humanæ naturæ ſubſtans: ſicut patet in morte vniuſcuiuſque hominis. Vnde niſi aliqua materia de nouo adderetur humanæ naturæ, ſequeretur quòd minus eſſet modo id quod eſt de veritate naturæ humanæ in actu, quam tempore Adæ: & ſic natura ſpeciei nõ perfectè

Auicenna: vnde 2. di. 30. q. 1. artic. 2. o.

4. diſ. 44. q. 1. artic. 2. q. 4. o. pr. ma opp.

Reprobatio opinionis.

fectè ſaluaretur per generationem. Secundò, quia iſta mutatio, quam multiplicationem dicunt, nullo modo eſt ſecundum eſſentiam ipſius materiæ, ſed ſolummodo ſecundum quantitatem, vel dimenſiones ei accidentes. Non enim dicunt ꝙ aliquid materiæ de nouo per eſſentiam creetur vel aliunde addatur: ſed quòd illa eadem materia quæ prius erat minor, poſtea fiat maior, nihil autem eſt aliud rarefieri & condenſari q̃ mutari eandem materiam de magnis dimenſionibus in paruas, & econuersò. Vnde ſequeretur ſecundum prædictam poſitionem, quòd illud quod eſt de veritate humanæ naturæ ſemper rarefieret per continuam generationem & augmentationem: & tantùm quantùm ſuſtinere non poſſet. Eſſet enim iam illud quod eſt de veritate humanæ naturæ, innumerabiliter magis rarum quàm ignis, quod patet eſſe falſum. Et ideo alia opinio dicit, quòd alimentum conuertitur in veritatem humanæ naturæ, primò & principaliter ſecũdum ſpeciem: non autem ſecundum indiuiduum, niſi ſecundariò. Dicunt enim, quòd in vnoquoque indiuiduo humanæ ſpeciei illud primò & principaliter eſt de veritate humanæ naturæ quod à parentib. traxit: & hoc vocatur à philoſopho caro & os ſecundum ſpeciem quæ ſemper manent: ſed quia illud cum ſit modicum non ſufficeret ad perfectam quantitatem debitam humanæ naturæ ſine additione, ideo adiungitur illud quod ex alimento generatur nõ ſolùm ad ad hoc quòd conſeruetur illud quod fuit à primis parentibus acceptum: vt dicebat prima opinio, ſed ad hoc quòd compleatur ex huiuſmodi addito perfecta quantitas: & ſic illud quod ex alimento generatur nõ eſt de veritate humanæ naturæ in hoc indiuiduo principaliter, ſed tantùm ſecundariò, inquantum eſt neceſſarium ad quantitatem debitam: & hoc nominat philoſophus carnem & os ſecundum materiam quæ fluit & refluit: ſed tamen ex hoc aliqua pars ſeminaliter tranſit in prolem per generationem. & efficitur principaliter de veritate humanæ naturæ in ipſo cum admixtione alicuius quod fuit principaliter de veritate humanę naturæ in patre, vt quidam volunt, vel ſine admixtione eius vt alii dicunt, quod eſt magis conſonũ dictis philoſophi in decimoquinto de animalib. qui vult ſperma totaliter eſse de ſuperfluo alimenti: & ſic illud quod generatur ex alimento non poteſt eſse qđ ſit principaliter de veritate humanæ naturæ principaliter in alio eiuſdem ſpeciei, ſ. in filio ipſius. Et ſecundum hanc opinionem dicunt, quòd illud quod eſt principaliter de veritate humanæ naturæ in vnoquoque totum in ipſo reſurget: non autem totum quod ex alimento generatur, ſed ſolùm quãtum ſufficit ad completionem quantitatis, cum propter completionem quantitatis tantummodo ad veritatem humanæ naturæ aliqualiter pertineat, & hæc opinio conſonat ſententiæ Alexan. commen. qui exponit carnem ſecundum ſpeciem quam philoſophus dicit ſemper manere, eſſe illud quod à parentibus trahitur: carnem verò ſecundum materiam illud quod ex alimento generatur, quæ fluit & refluit Sed hanc opinionem commentator Auerroys reprobat in tractatu, quem fecit ſuper librum de generatione. Cum enim illud quod ex alimento generatur nutriat, inquantum eſt potentia caro, & augeat, inquantum eſt potentia quanta caro, vt dicitur in 2. de anima. illud quod generatur ex alimento poſtquam receperit ſpeciem carnis, efficitur vnum cum illo quod prius inerat, quia in fine conuerſum iam eſt ſimile: vnde non videtur eſſe aliqua ratio quare calor naturalis aliquid poſſit conſumere de illa humiditate carnis, quæ ex alimento generatur, & non de humiditate quæ à parentibus trahitur, nec poſſet aliquo neceſſario modo illud probari. Et ideo tam illud quod eſt à parentibus acceptum, quã illud quod eſt ex alimento generatum æqualiter ſe habet ad hoc ꝙ maneat vel conſumatur per calorem naturalem, & ad hoc ꝙ reſtauretur per nutrimẽtum quod eſt fluere & refluere: & ſic æqualiter pertinet ad veritatem humanæ naturæ quod generatur ex alimento, & quod à parentibus trahitur. Et ſecundum hoc eſt tertia opinio, quòd alimentum conuertitur in id qđ eſt principaliter de veritate humanæ naturæ, & quantùm ad ſpeciem, & quantùm ad indiuiduum. Ponit enim hæc opinio, ꝙ vtroque, ſ. & quod ex alimento generatur, & quod à parentibus trahitur indifferenter & æqualiter forma humana perficitur, & vtrunq; indifferenter manet vel conſumitur: manet quidem ſecundum ſpeciem, conſumitur autem & reſtauratur ſecundum materiam: ſicut in aliqua republica diuerſi homines numero ad communitatem pertinent quibuſdam morientibus, & aliis in locum eorum ſuccedentibus, & ſic non manet vna reſpublica ſecundum materiam, quia ſunt alii & alii homines: manet tamẽ vna numero quantum ad ſpeciem ſiue formam propter ordinis unitatem in officiis diſtinctis: ita etiam in corpore humano manet caro & os, & vnaquæque partium eadem numero quantùm ad ſpeciem & formam quæ conſideratur in determinato ſitu & virtute & figura: nõ autem manet quantùm ad materiam: quia illa materia carnis in qua talis forma erat, priùs conſumpta eſt. & alia in locum ei ſucceſſit, ſicut patet de igne qui continuatur ſecundùm eandem formam & modum, per hoc ꝙ conſumptis quibuſdam lignis alia ſupponuntur quæ ignem ſuſtinent. Et ſecundum hanc opinionem de vtroque prædictorum indifferenter, ſ. generato ex alimento, & à parentibus tracto tantùm reſurget, quantùm eſt neceſſarium ad ſpeciem & quantitatem debitam humani corporis.

[Margin: Hæc opinio eſt conformis Alexandri dictis. Hãc auerrois reprobat.]

[Margin: 1.p.q.119. ar.1. o. & 2.di.30.q. 2. ar. 1.o.]

[Margin: 4.diſt.44. q.1.art.2. q.5.o.]

¶Et hæc opinio mihi videtur cæteris probabilior. Secundum ergo hanc opinionem ad primum dicendum, quòd diſtinctio Philoſophi, qua diſtinguit carnem ſecundum ſpeciem, & ſecundum materiam non eſt ſic accipienda, quòd alia ſit caro quę dicitur ſecundùm ſpeciem, ſ. à parentibus tracta: & alia quæ ſit ſecundùm materiam ex alimento generata, ſed vna & eadem caro ſignata poteſt conſiderari & ſecundum ſpeciem, quam habet, & ſecundum materiam. Et ꝙ ſic ſit intellectus Philoſophi, patet ex hoc quòd ipſe dicit ibidem, ꝙ hoc modo diſtinguitur caro, ſecundum ſpeciẽ & ſecundum materiam, ſicut vnumquodque habentium ſpeciem in materia. In aliis autem habentibus ſpeciem in materia, ſicut eſt lapis & ferrum, & huiuſmodi non habet locum prima diſtinctio, ſed ſecunda, vt per ſe patet. Et ideo dicendum eſt quòd alimentum conuertitur in carnem quę eſt ſecundum ſpeciem, ideſt quæ habet ſpeciem, non tamen ita quòd alimentum fiat ſpecies carnis, ſed ſit carnis materia. ratione cuius poteſt dici quòd conuertitur in carnem quantum ad materiam, & non quantum ad ſpeciem.

[Margin: art.80. & 4.d.44 q. 1. art.2.q. 4. 5.]

[Margin: 3.opinio. tenet, ſecũdũ quã reſpõdet ad primũ]

¶Ad ſecundum dicendum, quòd veritas humanæ naturę & cuiuſlibet alterius rei eſt à ſpecie, & ideo cum id quod eſt in homine maneat ſecundum ſpeciẽ, quamuis non maneat ſecundum materiam: nihilominùs veritas humanę naturæ manere dicitur. nec deſinit eſſe idem homo numero propter mutationẽ quę eſt ſecundum materiam, quia non tota materia ſimiliter à forma abſtrahitur, vt alia tota ſimul formam accipiat. Hęc. n. generatio eſſet & corruptio: ſicut ſi totus ignis vnus extingueretur, & alius totus accenderetur: ſed aliqua pars materię conſumitur, & alia in locum eius ſubſtituitur, quæ efficitur vna materia cum pręexiſtenti, per hoc quòd ei adiungitur ad ſuſtinendam eandem formam humani corporis, ſicut ſi vnum lignum ignis conſumat, & aliud loco eius apponatur.

[Margin: 1.p.q.119. ar.1. ad 5.]

ponatur, erit idem ignis oumero.

¶ Ad tercium dicendum, quòd ad conceptionem homani corporis duo concurrunt, ſcilicet materia ex qua formatur conceptũ, & iterum vis formatiua quæ conceptum format, qnorum primum Auguſtin. vocat corpulentam ſubſtantiá, ſecundum verò ſeminalem rationem. Dicimur ergo ſecundum vtrumque iſtorũ fuiſſe in Adá originaliter, inquantum ſcilicet materia concepti præparata eſt per virtutem generatiuam matris. Vis autem formatiua eſt in ſemine patris. Et vtrumque iſtorum reducirur in Adam ſicot in primá originem, à qua humanam naturam traxerunt virtutes conſequeotes. Corpus autem Chriſti formatum fuit per virtutem ſpiritus ſancti actiuam. Sed materiam miniſtrauit mater, qoia ex putisſimis ſanguinibus virginis conceptus eſt, vt Damaſ. dicit. Er ideo non fuit in Adam ſecundum ſeminalem rationé: ſed ſecundum corpuleotam ſubſtantiam: non tamen ita quòd eadem oumero quæ eſt in nobis, & fuit in Chriſto, fuerit in Adam.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad conſequens.

QVÆSTIO IIII.

DEinde quærebatur de his quæ pertinent ad culpam, vel gratiam.

¶ Et primò quærebatur de his quæ pertinent ad gratiam.

¶ Secuodò, de his quæ pertineot ad cnlpam.

¶ Quantùm ad pertinentia ad gratiam quærebatur.

¶ Primò, de his quæ pertinent ad prælatos tantùm.

¶ Secondò, de his quæ pertinent ad omnes communiter.

¶ Quanrùm autem ad prælatos quærebãtur duo.

¶ Primò de electione prælatorum: vtrùm ſcilicet ſit neceſſe ſemper eligere meliorem, vel ſufficiat eligere bonum.

¶ Secnndò de honore exhibendo prælatis, vtrùm ſcilicet mali prælati ſunt honorandi.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm neceſſe ſit ſemper eligere meliorem.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd oeceſſe ſit ſemper eligere meliorem. Dicitur enim 4. Regum. Eligite meliorem, & eum ponite ſuper ſoliũ patris ſui: ergo multò fortiùs in ſpiritualib. officiis meliores præcligendi ſunt.

¶ Præter. Primæ ad Tim. tertio ſuper illud. Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, dicit gloſſ. Talis eligatur pontifex, cuius comparatione cæteri grex dicantur, ergo oportet io epiſcopatu ſemper eligere meliorem.

art. 92. ad 12. & 130. a. & art. 4. Apoſto.

¶ Præt. Leo Papa dicit. Ille qui melior eſt in presbiteris & diaconibus in epiſcopum eligatur.

¶ Præt. Ille qoi eſt propinquior ad hæreditaté poſſideodam debet præferri. Sed Chriſto, cuius patrimonium poſſident clerici & prælati, eſt propinquior qni eſt melior: ergo ad prælationes & officia eccleſiaſtica ſemper ſunt meliores eligendi.

¶ Præt. Si alicui commiſſum eſſet à domino ſuo vt ei fidelem, & idoneum miniſtrum quæreret, non ageret fideliter erga dominum ſuum, ſi præter miſſo magis idoneo minus idoneũ acciperet: ergo multò magis peccat ille cui commiſſom eſt eligere aliquem in miniſterium Dei, ſi non eligat meliorem.

¶ Sed contra eſt, quod decretalis dicit, quòd ſufficit eligere bonum, nec requiritur quòd melior eligatur.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd aliquis homo poteſt dici bonus, vel melior altero dupliciter. Vno modo ſimpliciter, & ſic melior eſt qui in charitate eſt perfectior. Alio modo ſecũdum quid: & ſic dicitur aliquis melior altero vel ad militiam, vel ad magiſterium, vel ad prælationem, vel aliquid huiuſmodi, qni non eſt melior ſimpliciter. eo quòd in ſingulis officiis tam ſpiritualibus quàm corporalib. requiruntur aliqua præter moralem bonitatem ad hoc, quòd aliquis ſit idoneus ad illud officium exequendum. Dicendum eſt ergo quòd oportet eligere ad prælationem, vel eccleſiaſticum officium aliquem qui ſit bonus ſimpliciter, quia per quodlibet peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet ſpirituale exequendũ. Vnde dicit Dion. in epiſtola ad Demophilũ monachum, loquens de ſacerdote, qui non eſt gratia illuminatus. Non eſt iſte ſacerdos, ſed inimicus doloſus, deluſor ſuiipſius, & lupus ſupra dominicum populum, pelle armatus ouina, non tamen oportet quòd ſemper eligatur ille qui eſt melior ſimpliciter. Poſſibile eſt n. quod illi qui eſt in charitate perfectior deficiant multa, quę requiruntur ad hoc quòd aliquis ſit prelatus idoneus. quæ in alio qui eſt minoris charitatis inueniuntur, vt ſunt ſcientia, induſtria, potentia, & alia huiuſmodi. Vnde non oportet ſemper eligere meliorem ſimpliciter, ſed eum qui ſit melior ad hoc officium. Si auté eligat quis eum, quem reputat minus idoneum ad tale officium, peccat. Noo. n. poteſt eſſe quòd de doobus vnus alteri præeligatur, niſi propter aliquod io ipſo conſideratum. Illud auté quod conſideratur in eo qui eſt minus idoneus, ad hoc quòd magis idooeo preferatur eſt aliqua conditio indebitè mouens, vel familiaritas, vel conſanguioitas, vel aliquid huiuſmodi. Non. o. poteſt eſſe aliqua conditio pertinens ad prelati idoneitatem, ex quo alter ſimpliciter magis idoneus reputatur, & ſic indebitè mouet, & ſic in tali electione erit ibi acceptio perſonarum, quę ſine peccato oon ſit.

Bonus vel melior altero dicitur. a.

4. diſ. 24. q. 1. arti 3 q. 1. c. diſ. 16. in expoſi. textus ad 6. & d. 17. q. 2. ar. 5. q. 1. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur Eligite meliorem, intelligitur de meliori ad talem dignitatem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in cõparatione prelati dicuntur eſſe cęteri quaſi grex noo conſiderata ſola ſanctitate morum, ſed diſcretione, & ſtrenuitate, & aliis huiuſmodi, quę io paſtore exiguntur ad regendum.

¶ Ad tertium dicendum ſicut ad primum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ille qui eligitur in prelatum nõ eligitur quaſi ad hereditaté poſſidendã, quia hereditas Chriſtianorum non eſt in terra, ſed eſt in cœlo, ſcilicet ipſe Deus ſecundum illud Pſal. 15. Dominus pars hereditatis meę. Eligitur autem velut diſpenſator in familia domini alicuius. ſecundum illud 1. Corinthior. quarto. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores, &c. Diſpenſator auté non ſemper eligitur qui eſt propinquior, ſed qui eſt magis idoneus.

¶ Ad quintum dicendum. quòd ſimiliter etiã contingeret io procuratione ſerui alicuius domini tẽporalis, quòd non oportet quęrere hominé melioré ſimpliciter, ſed meliorem ad ſeruiendum.

¶ Ad illud verò quod io contrarium obiicitur dicendum quod decretalis iotelligenda eſt quantum ad hoc quòd non ſemper oportet eligere melioré ſimpliciter, ſed ſufficit eligere bonum.

¶ Vel dicendum, quod noo loquitur quantum ad forum conſcientię, ſed quantum ad forum contentioſum, in quo non reprobatur electio ex hoc quòd poteſt

teſt aliquis alius magis idoneus inueniri, dummodo ille qui eligitur idoneus ſit, aliàs omnis electio calumniam pateretur.

ARTICVLVS VII.

Utrùm malis prælatis ſit exhibendus honor.

12.q.4.ar. 3.o. & qd. 103.ar. 1 ad 3.& 3.di. 9. q.2.ar.3.o. AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd malis prælatis non ſit exhibendus honor. Sicut.n. dicit Boetius in lib. de conſolatione. Non poſſumus ob honores reuerendos iudicare, quos ipſis honoribus reputamus indignos. Sed mali prælati non ſunt honoribus digni: ergo non poſſunt iudicari eſſe reuerendi à ſuis ſubditis.

¶ Præt. Honor non debetur prælatis malis niſi ratione prælationis. Cùm ergo ſint prælatione indigni, ſunt etiam per conſequens indigni ad honores, & ad alia omnia quæ ſunt prælationi propria.

¶ Sed contra eſt, quòd dicitur Exod. 20. Honora patrem tuum. Gl. i. prælatos. Cum ergo indefinitè loquatur, videtur quòd omnes prælati tam boni quàm mali ſint honorandi.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd in prælato duo poſſumus conſiderare, ſcilicet perſonam propriam, & dignitatem ſecundum quam eſt quædam perſona publica: ſi ergo prælatus ſit malus ratione perſonæ ſuæ non eſt honorandus: quia cum honor ſit reuerentia alicui exhibita in teſtimonium virtutis, falſum teſtimonium de eo proferret, ſi quis eum obtêtu propriæ perſonæ honoraret, contra illud qđ dicitur Exod. 20. Non loquaris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Sed inquantum eſt perſona publica, ſic gerit typum & locum non ſuiipſius, ſed alterius, ſ. Chriſti in eccleſia, vel reipublicæ: vt dominus in ſæcularibus dignitatibus: & ſic valor eius non computatur ſecundum perſonam, ſed ſecundū eum cuius loco præſidet, ſicut eſt de lapillo qui in computationibus ponitur loco centum marcarum, cum in ſe nihil valeat: vt dicitur Prouerb. 26. Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurii: ita qui tribuit inſipienti honorem. Mercurius enim dicebatur Deus ratiocinii & mercationis: & ita eſt ei honor exhibendus, non propter ſe, ſed propter eum cuius locum obtinet, ſicut adoratio imaginis refertur prototypum: vt dicit Damaſ. Vnde & malus prælatus idolo comparatur. Zach. 11. O paſtor & idolum derelinquens gregem.

2.2.q.63.ar. 3.o.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd intentio Boetij eſt dicere, quod mali homines non iudicantur vt reuerendi in propriis perſonis, quamuis eis exhibeamus honores propter officia in quibus ſunt conſtituti.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd malus prælatus & indignus eſt prælatione & honoribus qui prælato debentur: ſed ille cuius vicem gerit dignus eſt, vt eius vicario talis honor exhibeatur: ſicut beata virgo digna eſt, vt eius imaginem depictam in pariete reuereamur, quamuis tali reuerentia ipſa imago digna non ſit.

QVAESTIO V.

DEINDE quæritur de pertinentibus ad gratiam quantùm ad omnes, & quæ côuenit omni ſtatui.

¶ Et circa hoc quærebantur tria.

¶ Primò de orationibus, vtrùm oratio tantùm valeat facta pro alio ſicut facta pro ſe.

¶ Secundò de ſuffragiis, vtrùm magis proſint pauperi magis digno, quàm diuiti pro quo ſpāliter fiunt.

¶ Tertiò de votis, vtrùm votum ſimplex dirimat matrimonium contractum.

ARTICVLVS VIII.

Utrùm oratio plùs valeat pro ſe facta, quàm pro alio.

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ oratio plùs valeat pro ſe facta, quàm pro alio. Ita enim dicitur in quadam gloſa, ꝙ ſpeciales orationes plùs valēt. Sed illa eſt maxime ſpecialis qua quis pro ſe orat: ergo plus valet oratio pro ſe facta quàm pro alio. 4.di.45.q. 3.ar.2.q. 4.

¶ Præt. vt dicitur in lib. de ſpiritu & anima. Oratio nihil aliud eſt quàm deuotio mentis in Deū. Sed magis deuotè aliquis orat pro ſe quā pro alio: ergo plus valet oratio pro ſe facta quàm pro alio.

¶ Sed contra, Oratio tantò amplius valet quantò magis eſt deuota Sed quandoque quis deuotiùs orat pro alio quàm pro ſeipſo: ergo plus valet oratio pro alio quàm pro ſeipſo.

¶ Reſpôdeo dicendum, quòd duplex eſt valor orationis. Vnus qui eſt orationis proprius, ſecundū quē dicitur valere oratio ad impetrandum illud quod petitur: ſicut oratio Petri valuit ad ſuſcitationem Thabitæ. Alius valor eſt communis orationi & aliis operibus virtutum: ſecundum quòd oratio valere dicitur ad merendum aliquid ipſi oranti, prout charitate informatur: ſicut oratio Petri qua ſuſcitationem Thabitæ impetrauit fuit meritoria Petro vitæ æternę, inquātum erat actus charitatis informatus. Loquēdo ergo de primo valore cæteris paribus plus valet oratio facta pro ſe quàm pro alio, quia efficacia orationis in impetrando poteſt amittere ſuum effectum, quando pro alio ſit ex aliquo impedimento quod inuenitur in eo pro quo oratur. Vnde vna de conditionib. orationis quæ faciunt eam efficacem ad impetrādū, eſt vt aliquis pro ſe oret. Quantūm autem ad ſecundum valorem oratio magis valet quæ ex maiori charitate procedit, ſiue pro ſe, ſiue pro alio fiat. Si autem de interiori charitate per exteriora opera debeat indicari: tunc iſta comparatio poteſt dupliciter intelligi, vno modo vt aliquis ita oret pro alio, ꝙ etiam pro ſeipſo: & tunc maioris meriti eſt pro alio orare & pro ſeipſo, quàm pro ſe tantùm. Maioris enim meriti eſt amicum beneuolum & beneficium eſſe ſibi & alii, quàm ſibi tantùm. Alio modo poteſt intelligi vt aliquis oret pro alio & non pro ſe, & ſic oſtenderetur eſſe alteri beneuolus magis quàm ſibi, & ita peccaret in ordine charitatis magis alium quàm ſe diligens: & hoc modo intelligendo comparationem melius eſt orare pro ſe quàm pro alio.

Duplex valor orationis.

Maior charitas eſt ratio meriti orationis, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa non eſt ad propoſitum, quia ſpecialis oratio dicitur in gloſa illa pro quocunque ſpecialiter fiat, ſiue pro ſe, ſiue pro alio.

¶ Ad ſecundum dicēdum, ꝙ licèt ut pluries homo pro ſeipſo deuotiùs oret: tamen quandoque deuotiùs pro alio: & ita ſecundum hoc non poteſt ſumi vniuerſale iudicium, quæ oratio plus valeat.

¶ Similiter dicendum ad tertium in contrarium.

ARTICVLVS IX.

Utrùm ſuffragia proſint pauperi magis digno, quàm diuiti, pro quo ſpecialiter fiunt.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ ſuffragia eccleſiæ ſpecialiter facta pro aliquo diuite, æquali- 4.di.45.q. 2.ar. 1.

æqualiter valeant pauperi pro quo non fiunt, ſi ſit æqualis meriti. Vt dicit enim Auguſt. huiuſmodi ſuffragia tantùm valent vnicuique poſt mortem, quantum meruit viuens vt ſibi prodeſſent. Sed prædicti duo æqualiter meruerunt: ergo æqualiter eis prædicta ſuffragia proſunt.

¶ Prætereà, Paſſio Chriſti ſemper plùs prodeſt ei qui maioris eſt meriti. Sed miſſa quæ eſt præcipuum ſuffragiorum, eſt memoria paſſionis dominicæ: ergo æqualiter proſunt eis qui ſunt æqualis meriti.

¶ Contra. Deus accipit huiuſmodi ſuffragia ſecundum intentionem facientis. Sed faciens intendit quòd plùs proſint diuiti, pro quo facit: ergo eis plùs proſunt.

¶ Præterea, Non eſt dicendum quòd fruſtretur pia intentio eorum qui pro ſuis charis ſpecialia ſuffragia faciunt. Fruſtraretur autem ſi eis ſpecialiùs non prodeſſent: ergo magis proſunt eis quibus fiunt.

De valore ſuffragiorum. ¶ Reſpondeo dicendum, quòd circa hoc eſt duplex opinio: Quidam enim dicunt quod ſuffragia eccleſiæ ſpecialiter pro aliquo facta valent omnibus qui ſunt in purgatorio. æqualiter quidem his qui ſunt æqualis

Ar. 36. meriti: plùs verò his qui ſunt maioris meriti, minùs his qui ſunt minoris, ſicut candela accẽſa pro aliquo diuite in aliqua domo, vbi ſunt multi alij æqualiter prodeſt aliis qui ſunt æqualis viſus: plùs verò his qui ſunt maioris, minùs his qui ſunt minoris, quamuis ſit diuiti magis ad quendam honorem præ aliis. Et ſicut etiam lectio quæ legitur ſpecialiter pro aliquo clerico multis ſimul audientibus æqualiter valet his qui ſunt æqualis capacitatis, plùs his qui ſunt maioris, minùs verò his qui minoris. Alii verò dicunt, quòd ſuffragia plùs valent his pro quibus ſpecialiter fiunt.

Vtraque opinio quò ad aliquid eſt vera. Vtraque autem opinio ſecundum aliquid vera eſt. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd opera vnius non valent alteri quantùm ad præmium eſſentiale: quia ſic vnuſquiſque ex propriis actibus iudicatur, ſed ſolùm quantùm ad aliquod accidentale gaudium, vel quantùm ad remiſſionem alicuius pœnæ temporalis. Et ſic ſuffragia viuorum poſſunt prodeſſe defunctis. Huiuſmodi autem communicatio operum contingit dupliciter. Vno modo ex vnione charitatis qua omnes Chriſti fideles efficiuntur vnum corpus: & ſic actus vnius quodammodo redundat in iuuamentum alterius: ſicut etiam in membris noſtris corporalibus videmus: & ſic iuuatur aliquis ex actu alterius, inquantum quilibet exiſtens in charitate gaudet de quolibet bono opere: & quantò eſt maioris charitatis, tantò ampliùs gaudet ſiue ſit in purgatorio, ſiue in paradiſo, ſiue etiam in mundo: & quantùm ad hoc eſt vera prima opinio. Alio modo actus vnius fit communis alteri per intentionem facientis: quia facit pro illo, vel vice illius, quod valet præcipuè in debitis ſoluendis & ſic ſuffragia eccleſiæ valent defunctis, inquantum viuus ſoluit Deo ſatisfactionem, quam mortuus ſoluere tenebatur. Et ſic valor ſuffragii ſequitur intentionem facientis. Et quantùm ad hoc ſecunda opinio vera eſt.

4. d. 45. q. 2. ar. 1. q. 1. 2 o. & ar. 2. q. 2. & 4 o.

Cõmunicatio operũ fit dupliciter.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd meritum illud de quo loquitur Auguſtin. eſt meritum conditionatũ: meretur enim aliquis viuẽs, vt ſibi ſuffragia poſt mortem valeant, ſi pro eo fiant, quæ quidem conditio extat in vno & non extat in alio, & ideo non æqualiter proſunt vtrique.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd paſſio Chriſti fuit exhibita pro omnibus, ſacrificium autem miſſæ ſpecialiter pro aliquibus offertur. Et ideo non eſt ſimile.

¶ Alia duo concedimus.

ARTICVLVS X.

Vtrùm votum ſimplex continentiæ dirimat matrimonium contractum.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd votum ſimplex continentiæ dirimat matrimonium contractum. Si enim aliquis det alicui quod priùs alteri dederat, ſecũda datio nulla eſt. Sed ille qui emittit ſimplex votum continentiæ, dat corpus ſuum Deo: ergo cum poſtea contrahendo matrimonium det corpus ſuum vxori: contractus iſte matrimonii nihil valere videtur, &c.

ar. 105. c. & 4. di. 30. q. 2 ar. 1. q. 2. ad 1.

¶ Sed contra eſt, quod decretalis dicit quòd votũ ſimplex matrimonium impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd votum ſimplex non dirimit matrimonium contractum: ſed ſolum ſolemne, cuius ratio patet ſi differentia vtriuſque voti inſpiciatur. In voto enim ſimplici eſt ſola promiſſio, qua quis promittit Deo ſe continentiam ſeruaturum. Ex ſola autem promiſſione non transfertur dominium, vnde ſi aliquis promittat rem aliquam alicui, & poſtea det eandem alteri, huiuſmodi donatio non poteſt reſcindi per priorem promiſſionem, quamuis maleſaciat dando. Et ſic ille qui emiſit votum ſimplex continentiæ poteſt poſtmodum corpus ſuum tradere vxori. & quamuis peccet hoc faciendo, tamen matrimonium non dirimetur propter votum præcedens. In voto autem ſolenni eſt ſimul promiſſio & collatio. Tunc enim eſt votum ſolenne quando ſimul aliquis cum voto conſecratur Deo, & ponitur in aliquo ſtatu ſanctitatis, vel per ſuſceptionem ordinis, vel per profeſſionem certæ regulæ, & ſic non poteſt vlteriùs corpus ſuum tradere vxori, & ſi tradit contractus nullus eſt, & ſic matrimonium dirimitur per votum ſolenne, non autem per ſimplex.

ar. 105. votũ ſimplex qualiter diſtinguatur à ſolenni.

arti. 105. c. m. 22 q 88. ar. 7. o. ad contrarium.

¶ Ratio autem in contrariũ adducta falſum ſupponit, ſ. quòd per votum ſimplex aliquis det corpus ſuum Deo: non enim dat, ſed promittit.

QVÆSTIO VI.

DEinde quærebatur de his quæ pertinent ad culpam.

¶ Et circa hoc quærebantur quinque.

¶ Primò, vtrum peccet qui ad Eccleſiam vadit propter diſtributiones, qui aliàs non iret, quamuis à principio præbendam acceperit vt Deo ſeruiret.

¶ Secũdò, vtrùm aliquis habens de ſuperfluo peccet ſi non det pauperi petenti.

¶ Tertiò, quando ſunt diuerſæ opiniones de aliquo facto, vtrùm ille qui ſequitur minùs tutam peccet, ſicut de pluralitate præbendarum.

¶ Quartò, vtrùm mendacium ſemper ſit peccatum.

¶ Quintò, vtrùm quantùm aliquis intendit peccare tantùm peccet.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm ille qui vadit ad eccleſiam propter diſtributiones, aliàs non iturus, peccet.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd ille qui vadit ad eccleſiam propter diſtributiones, alias nõ iturus peccet. Ipſe enim videtur ponere obſequium diuinum, quod eſt impretiabile ſub pretio rei temporalis: ergo committit ſimoniam, & ita videtur quòd mortaliter peccet.

4 di. 25. q. 3. ar. 2. q. 1. ad 4. & ar. 92. c. ſi.

¶ Sed contra. Ille qui fecit votum bona intentione, ſi

ne, ſi poſtmodum in proſecutione voti mutetur voluntas eius vt inuitus faciat, quod volens promiſit, non euacuatur meritum voti: vt videtur Anſelmus dicere in libro de ſimilitudinibus: ergo eadem ratione qui accipit præbendam vt Deo ſeruiat non peccabit, quãuis poſteà mutetur eius intentio.

22. q. 100. ar. 3. o. & 4. d. 25. q. 3. ar. 2. q. 2. o.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ad euidentiam huius quõnis notandũ eſt, ꝙ aliquis actus dr̃ eſſe ſpiritualis dupliciter. Vno modo ex parte principii. quando ſ. actus competit alicui perſonæ propter aliquid ſpirituale quod in ipſo eſt, ſicut epiſcopo conſecrare baſilicas, & dyacono legere Euangelicum, & in talibus actib. committitur ſimonia, ſi aliquis intendat ſuum actum vendere. Alio modo eſt aliquis actus ſpũalis, non ex parte principii, ſed ex parte finis tantũ, ſicut docere liberales artes, quarum veritas ſpualis eſt, ſed hmõi doctrina non competit alicui propter aliquod ſpirituale officium, cum ẽt gentilibus liceat hmõi artes docere, & in his actib. committitur ſimonia ſi vẽdatur finis qui ſpiritualis eſt, ſ. ipſa veritas, non autẽ ſi aliquis ſua opera locet. Celebrare ergo diuinum officium in eccleſia eſt actus ſpiritualis primo modo, cõpetit enim alicui ex hoc ꝙ eſt clericus, & ideo ſimoniam committit qui hmõi actum vendere intendit. In qualibet. n. venditione pretium accipitur quaſi finis, & ideo in prædicto caſu diſtinguendum eſt. Si. n. hmõi diſtributiones recipit quaſi finem ſui operis principaliter intentum, ſimoniam committit, & ita mortaliter peccat. Si autem habet principalem finem Deum in tali actu, ad hmõi autem diſtributiones reſpicit ſecundariò non quaſi in finem, ſed ſicut in id qđ eſt neceſſarium ad ſuam ſuſtentationem, cõſtat ꝙ non vendit actum ſpiritualem, & ita ſimoniã non committit nec peccat. Sic. n. acceptio diſtributionum non erit cã quare ad eccleſiã vadat: ſed propriè huiuſmodi determinatio quare nunc vadat & non alia vice.

4. d. 25. q. 3. ar. 2. q. 3. c.

22. q. 100. ar. 3. c. & ad 3. & 4. 25. q. 3. ar. 2. q. 2. c. & ad 8.

¶ Et ſic patet reſponſio ad primum: quia nõ ponit impretiabile ſub pretio.

¶ Ad illud verò quod contra obiicitur dicendũ ꝙ tunc in vouente non euacuatur meritum voti, quãdo intentio vouentis fertur ſuper licitum, vt cũ aliquis vellet non facere illud quod vouit, ſi non vouiſſet. Si autem feratur directè ſuper illicitum, tunc euacuatur meritum voti: vt cum aliquis vult abſolutè illud non facere quod vouit. Ille autem qui vult ire ad eccleſiã pro pecunia ſicut pro fine principali, habet voluntatem delatam ſuper illicitum, & ideo peccat.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm ille qui non dat pauperi petenti, ſi habeat de ſuperfluo, peccet.

artic. 133. & 22. q. 32. ar. 5. o. & 6.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ ille qui non dat pauperi petenti, ſi habeat de ſuperfluo, peccet. Facere. n. eleemoſynã de ſuperfluo eſt in præcepto. Luc. 12. Verumtamen ſi quid ſupereſt date eleemoſynam: ergo peccat ſi petenti non tribuat.

¶ Præte. Aliquis tenetur inquirere de his quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, vt aliquis ſubueniat exiſtẽti in extrema neceſſitate: ergo tenetur quilibet inquirere vtrùm pauper ſit in extrema neceſſitate, vel ſtatim ei dare.

¶ In contrarium eſt, quia ſic videretur quòd omnes eſſent damnati.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ circa hoc diſtinguendũ eſt. Suppoſito. n. ꝙ aliquis habeat de ſuperfluo, & reſpectu indiuidui, & reſpectu perſonæ, quod tenetur pauperibus erogare, aut videt in paupere petẽte euidentia ſigna extremæ neceſſitatis, aut non. Si videt, certum eſt ꝙ tenetur dare, & peccat nõ dãdo. In hoc n. caſu loquitur Ambr. Paſce fame morientẽ, ſi non paueris occidiſti. Si vero nõ appareant, tunc nõ tenetur dare pauperi petẽti: quia quãuis teneatur dare ſuperfluum pauperib. non tamen tenetur omnib. dare, nec huic dare, ſed tenetur diſtribuere ſecundũ quod ſibi viſum fuerit opportunum, nec tenetur inquirere, quia hoc eſſet nimis graue, ꝙ de omnib. pauperibus inquireret: & præcipuè cum ad eum qui neceſſitatem patitur, pertineat, vt neceſſitatem ſuam exponat.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

ARTICVLVS XIII.

Vtrùm ille, qui habet plures præbendas, peccet.

ar. ſpũlis.

CIrca tertiũ ſic proceditur. Videtur, quòd ille qui habet plures præbẽdas peccet ex hoc ipſo, quòd opiniones magiſtrorum ſunt in contrarium. Quicunque enim committit ſe diſcrimini in his quæ ſunt ad ſalutem, peccat. Sed iſte committit ſe diſcrimini, vt videtur, cum faciat contra multorum peritorum ſententiam: ergo videtur quòd peccet.

¶ Sed contra, Poteſt eſſe quòd in tali caſu aliquis adhibet diligentiam inquirens an habere plures præbendas ſit licitum, nec inuenit aliquid quod eum moueat ad hoc quòd ſit illicitum: ergo videtur quòd ſine peccato poſſit plures præbendas habere.

ar. 65. & 4. d. 9. ar. 3. q. 2. ad 3. & m. 4. q. 2. ar. ad 8.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ duobus modis aliquis ad peccatum obligatur. Vno modo faciendo contra legem, vt cum aliquis fornicatur. Alio modo faciendo contra conſcientiam, etſi non ſit contra legẽ, ut ſi conſcientia dictat alicui ꝙ leuare feſtucã de terra ſit peccatum mortale. Ex conſcientia aũt obligatur aliquis ad peccatũ, ſiue habeat certã fidem de contrario eius quod agit: ſiue ẽt habeat opinionẽ cum aliqua dubitatione. Illud aũt quod agitur contra legem ſemper eſt malum, nec excuſatur per hoc ꝙ eſt ſecundum conſcientiam, & ſimiliter quod eſt contra conſcientiã eſt malum, quamuis non ſit contra legem, quod aũt nec contra conſcientiam, nec contra legem eſt non poteſt eſſe peccatum. Dicendum eſt ergo ꝙ quãdo ſunt duæ opiniones contrariæ de eodem, oportet eſſe alteram veram & alteram falſam. Aut ergo ille qui facit contra opinionem magiſtrorum vtpotè habendo plures præbendas facit contra veram opinionem, & ſic cum faciat contra legem Dei no excuſatur à peccato, quãuis non facit contra conſcientiam, ſic. n. contra legem Dei facit. Aut illa opinio non eſt vera, ſed magis contraria quam iſte ſequitur, ita quod verè licet hr̃e plures præbendas: & tunc diſtinguendum eſt, quia aut talis habet conſcientiam de contrario, & ſic iterũ peccat contra conſcientiam faciens, quamuis non contra legem. Aut non habet conſcientiam de cõtrario, ſed certitudinem: ſed tamen in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum: & ſic ſi manente tali dubitatione plures præbendas habet periculo ſe committit & ſic proculdubio peccat vtpote magis amans beneficium temporale quàm propriam ſalutem. Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non committit ſe diſcrimini, nec peccat.

& in ordin. 172.

¶ Vnde patet ſolutio ad obiecta.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrùm omne mendacium ſit peccatum.

ar. 192. & 22. q. 69. ar. 1. & 2. & q. 110. ar. 3. o.

AD quartum ſic proceditur. Videtur quòd nõ omne mendacium ſit peccatum. Maius. n. peccatum

eſt ho-

eſt homicidium quàm mendacium. Sed homicidium poteſt licitè fieri, vt cùm iudex occidit latronem; ergo & mendacium.

¶ Præterea, In ſacra ſcriptura quidam laudantur, qui tamen mentiri eſſe intelliguntur vt obſtetrices Iacob & Iudith: ergo mendacium non ſemper eſt peccatum.

¶ Sed contra eſt, quod Auguſt. determinat in li. de mendacio.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ quãdocunq; aliquis actus habet aliquam inordinationem inſeparabiliter annexam, nunquam poteſt bene fieri: quia ipſa ordinatio eſt aliquid ſuperfluum vel diminutum: & ita non poteſt in tali actu medium accipi, in quo virtus conſiſtit: vt patet per philoſophum in 6. Ethi. Huiuſmodi autẽ actus eſt mendacium. Ad hoc enim inuenta ſunt verba vel voces, vt ſint ſigna intellectuum, vt dicitur in primo perihe. & ideò quando aliquis voce enunciat, quod non habet in mente, quod importatur in nomine mendacij, eſt ibi inordinatio per abuſum vocis: & ideò concedimus quòd mendacium ſemper eſt peccatum.

22. q. 110. ar. 1. & 3. d. 38. q. 1. art. 2. 3. di. 38. ar. 30. art. 183 c. 111.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ homicidium ſemper eſt peccatum, quia inordinationem habet inſeparabiliter annexam: homicidium enim plus importat q̃ occiſio hominis. Cõpoſita enim nomina frequenter plus important quàm componentia. Importat enim homicidium occiſionem hominis indebitam: & ideò homicidium nunquam eſt licitum, quamuis occidere hominem aliquando liceat.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſicut Augu. dicit in lib. de mendacio: & habetur in glo. ſuper illud pſalm. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Dupliciter aliquis laudatur in ſcriptura. Quidam propter perfectum ſtatum virtutis, & horum facta proponuntur omnibus in exemplum: & de talibus non legitur ꝙ mentiti ſint, vel ſi aliqua dixerunt, quæ mendacia videntur ſecundum intentionẽ quam ex inſtinctu ſpiritus ſancti conceperunt, mendacia nõ ſunt. Quidam verò laudantur propter virtutis indolẽ: & ſic in aliquibus mendacium fuiſſe legitur maximè officioſum, ſicut patet de obſtetricibus. Nõ enim commendantur quia mentitæ ſunt, ſed propter miſericordiã, ex qua in mendacium inciderunt, & ſic apparet in eis quædam indoles, id eſt profectus virtutis, non autem perfectio.

Pſal. 5.

22. q. 110. art. 3. ad 3. & q. 4 art. 1. ad 1. & 2 & 3. & 32. art. 3 ad 1. & 4 0

ARTICVLVS XV.

Vtrùm oportet, quòd ſi aliquis intendat peccare mortaliter, quòd peccet propter hoc mortaliter.

12. quæſt. 114 ar 10. ad 2 & 22. 4. q 11. 0. art. 4 ad 2 & 4 ad 3.

& in ordi. 173. ar. 65. 4. d. 9. q. 2. art. 3. ad 2. d. 21. q. 2.

CIRCA quintum ſic proceditur. Videtur ꝙ nõ oportet ꝙ ſi aliquis intendat peccare mortaliter, quòd peccet propter hoc mortaliter. Deus enim pronior eſt ad miſerendum quã ad puniendum, vt habetur ex gloſſ. in primo Iere. Sed ſi aliquis intendat peccare venialiter, non ſequitur ꝙ propter hoc peccet venialiter: ergo nec oportet ꝙ qui intendit peccare mortaliter, quòd propter hoc peccet mortaliter.

¶ Sed contra, Quicunque intendit peccare mortaliter facit contra conſcientiam. Sed omnis talis peccat mortaliter: ergo, &c.

¶ Reſpon. dicẽdum, ꝙ impropriè dicitur, ꝙ aliquis intendat peccare mortaliter, aut venialiter. Malum enim eſt præter intentionem, & voluntatem, vt dicit Dio. 4. c. de di. no. Sed ꝙ aliquis intendit facere aliquid quod credit eſſe mortale peccatum, ex hoc dicitur ꝙ intẽdit peccare mortaliter. Prædicta ergo quæſtio nihil aliud quærit niſi quare aliquis credens eſſe peccatum mortale quod facit, peccat mortaliter. Non autem eſt neceſſe ꝙ ſit veniale, ſi credat veniale eſſe: vt ſi fornicationem credat eſſe veniale peccatum: cuius quæſtionis de facili patet ſolutio: quia cum conſcientia etiã erronea habet vim ligandi, ex hoc ipſo, ꝙ contra conſcientiam facit, mortaliter peccat. Error autem conſcientiæ quandoque habet vim abſoluendi ſiue excuſandi: quando ſcilicet procedit ex ignorantia eius quod quis ſcire non poteſt, vel ſcire non tenetur. Et in tali caſu quamuis factum de ſe ſit mortale: tamen intendens peccare venialiter, peccaret venialiter: ſicut ſi aliquis intenderet accedere ad vxorem ſuam cauſa delectationis, & ita intenderet peccare venialiter, ſi alia ei ſupponeretur eo neſciente, nihilominus venialiter peccaret. Quandoque verò error conſcientiæ non habet vim abſoluendi vel excuſandi, quando ſcilicet ipſe error peccatum eſt, ut cum procedit ex ignorantia eius quod quis ſcire tenetur, & poteſt: ſicut ſi crederet fornicationem ſimplicem eſſe peccatum veniale, & tunc quamuis crederet peccare venialiter, non tamen peccaret venialiter, ſed mortaliter.

ver. q. 17. artic. 4 o. 12. q. 76 ar. 4 & ar. 19 huius. 12. o 74 ar 8. ad 2.

12. q. 76. ar.

¶ Et ſic patet reſponſio ad obiecta.

QVAESTIO VII.

DEINDE quærebatur de his quæ pertinent ad pœnam & gloriam.

¶ Et primò de his quæ pertinent ad pœnam.

¶ Secundò de his quæ pertinent ad gloriam.

¶ Circa pœnam autem quærebatur.

¶ Primò de pœna ſpirituali.

¶ Secundò de pœna corporali damnatorum.

¶ Circa primum duo quærebantur.

¶ Primò vtrùm damnati videant gloriam ſanctorum, & poſt diem iudicij.

¶ Secundò vtrùm damnati vellent ſuos propinquos eſſe damnatos.

ARTICVLVS XVI.

Vtrùm damnati poſt diem iudicij videant ſanctorum gloriam.

& in ordine 147. 4 ad 50. q. 2. ar. 2. q. 3. 0.

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ damnati poſt diem iudicij videant gloriam ſanctorum. Sicut. n. ſe habet gloria ad miſeriam: ita miſeria ad gloriam. Sed de perfectione gloriæ ſanctorum eſt vt videant miſeriam damnatorum, vt habetur Iſaiæ vlt. Egredientur & videbunt cadauera impiorum: ergo & de perfectione miſeriæ damnatorum eſt, vt videant gloriam ſanctorum: & ſic poſt diem iudicij quando in miſeria perfecta erunt, videbunt gloriam ſanctorum.

Iſaias.

¶ Præterea. Poſt diem iudicij nulla afflictio à damnatis ſubtrahetur. Sed nunc affliguntur damnati de hoc ꝙ vident gloriam ſanctorum ſecundum illud Iſa. 46. Videant & confundantur zelantes populi: ergo & poſt diem iudicij gloriam ſanctorum videbunt.

¶ Sed contra. Omnis delectationis materia damnatis poſt diem iudicij ſubtrahetur. Sed videre ſanctorum gloriã eſt quædã materia delectationis, ergo &c.

¶ Reſpon. dicendum, quòd videre gloriam beatorum dupliciter contingit. Vno modo vt capiatur quid ſit ipſa gloria, & qualis, & quanta: & ſic nullus poteſt videre gloriam, niſi qui eſt in gloria. Superat enim & deſiderium & intellectum eorũ qui non ſunt in ea. Hoc enim eſt manna abſconditum, & nomen nouum ſcriptum in calculo, quod nemo nouit, niſi qui accipit, vt habetur Apoc. 2. Alio modo contingit videre gloriam beatorum, vt videantur ipſi beati eſſe in quadam gloria inenarrabili & excedente intellectum. Et ſic damnati ante diem iudicij vident gloriã ſanctorum,

videre glo riam beatorum 2. cõtingit.

Apocalip.

4. d. 50. q. 2 ar. 2. q. 3. 0.

ſanctorum, non autem poſt diem iudicij, quia tunc erunt penitus à ſanctorum cōſortio alienati, vt qui ad ſummum iam miſeriæ peruenerunt; & ideò nec etiam ſanctorum conſortio digni habebuntur, nam videns aliquod conſortium habet cum eo quod videt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd videre miſeriam damnatorum omnino erit ſanctis ad gloriam: gaudebunt enim de iuſtitia Dei & de ſua euaſione, ſecundum illud Pſalm. 57. Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam. Sed videre ſanctorum gloriam aliquid perfectionis importat, qua poſt diem iudicij damnati priuabuntur.

4.d.50.q.2 art.4.o. & in expo tex. ad 4. Pſalm.58.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd damnati in inferno exiſtentes poſt diem iudicij memores erunt gloriæ ſanctorum, quam ante iudicium & in iudicio viderunt, & ſic cognoſcent nos eſſe in maxima gloria, quamuis non videant ipſos beatos, nec eorum gloriam, & ita inuidia torquebuntur, & ſic afflictio quæ eſt in eis nunc ex illa viſione manebit viſione ſublata, de quo etiam magis dolebunt videntes ſe etiam viſione ſanctorum indignos reputatos.

¶ Ad illud quod contra obijcitur dicendum quòd videre ſanctorum gloriam non eſt materia delectationis: niſi ſecundum primum modum viſionis videatur, qualiter à damnatis nunquam videtur; ſecundo autem modo videre, & non habere, eſt magis afflictionis cauſa propter inuidiam.

ARTICVLVS XVII.

Vtrùm damnati velint propinquos damnatos.

4.diſ.50.q. 2.artic.1.q. 4.o.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd damnati non vellent ſuos propinquos eſſe damnatos; dicitur enim Lucæ 16. quòd diues in inferno damnatus petebat Lazarum mitti ad fratres ſuos, vt teſtaretur illis ne venirent in locum tormentorum: petitio autem eſt voluntatis deſignatio; ergo damnati non volunt ſuos propinquos damnari.

¶ Sed contra eſt quod dicitur Iſaiæ 14. ſuper illud: Surrexerunt de ſolijs ſuis, dicit gloſſ. Solatium eſt damnatis ſocios habere ſuæ pœnæ: ergo ipſi vellent omnes eſſe damnatos.

¶ Reſpondeo dicendum quòd vitia ſpiritualia in damnatis conſummantur: quod ſignificatur Ezech. 32. vbi dicitur de impijs, quòd cum armis ſuis ad infernum deſcenderunt: & ideò in eis perfecta inuidia eſt, ad quā pertinet dolere de bono alterius quod ipſe non habet, & ſic etiam vellet omnes pati malum quod ipſe patitur. Liberari enim à malo quoddam bonum eſt. Quæ quidem inuidia in aliquibus etiam in hac vita tantùm inualeſcit, ut ſuis propinquiſsimis etiam inuideant de bonis quæ non habet ipſi. Vnde multò ampliùs damnati inuidia ſtimulante vellent ſuos propinquos cum omnibus alijs eſſe damnatos, & dolebunt ſi ſciant aliquos eſſe ſaluatos. Sed tamen ſi non omnes debent damnari, ſed aliqui ſaluari, magis vellent ſuos propinquos quàm alios à damnatione liberari: quia in hoc etiam inuidia torquebuntur, ſi videant ſaluari alios & ſuos damnari: & per hunc modum diues damnatus volebat ſuorum damnationem.

4.d.50.q. 2.ar.1.q.4. ad 1.176.

¶ Et ſic patet ſolutio ad obiecta.

QVAESTIO VIII.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrùm in inferno ſit tantùm pœna ignis, vel etiam pœna aquæ.

DEinde quærebatur de pœna corporali damnatorum, vtrùm ſcilicet ſit ibi tantùm pœna ignis, vel etiam pœna aquæ: & videtur quod ſic per illud Iob 24. de impijs. Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium.

¶ Sed contra, Omnis delectatio & refrigerium damnatis aufertur. Sed non pōt eſſe ſine quodam refrigerio, quòd aliquis aſſhētis calore ad frigus aquæ tranſeat, vel èconuerſo: ergo talis pœnarum alternatio non erit in damnatis.

4.di.50.q. 2.ar.3.q.1. o.contra.3 c.145.& 1. p.q.10.ar. 3.ad 2.& 12.q.67.ar tic.4.ad 2.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut dicit Baſilius exponens illud pſalm. 28. Vox domini intercidentis &c. In fine mundi ignis diuidetur & alia elementa: & quicquid eſt in eis pulchrum & clarum remanebit ſuperiùs ad gloriam beatorum: quod verò eſt in eis fęculentum & pœnoſum deſcendet in infernum ad pœnam damnatorum: & ita fex totius creaturæ in infernum colligetur & erit damnatis in pœnam, & non ſolùm patientur pœnam ignis. Iuſtum eſt enim vt qui creatorem offenderunt ab omni creatura puniantur. Vnde dicitur ſapientiæ 5. Quòd orbis terrarum pugnabit pro illo contra inſenſatos.

4.d.74.q. 2.ar.2 q.3 ad 3.& ar. 3.q.3.o.4. di.22.q.1. art.2.q.2. ad 2.

¶ Ad illud autem quod in contrarium obiicitur dicendum, quòd ex huiuſmodi varietate pœnarum nullum erit in damnatis refrigerium. Ignis enim & aqua & omnia agent in corpora damnatorum actione naturæ, ita quòd relinquant ſuas qualitates in corporibus damnatorum ſecundū eſſe naturæ, ſicut ignis relinquit calorem in lignis quæ facit eſſe calida: alioquin cum contraria non poſsint eſſe ſimul in eodem, oporteret corpora damnatorum ſuas qualitates perdere: & ſic tranſmutata natura organorum fieret pœna minùs ſenſibilis, ſed agūt in corpora damnatorū actione ſpirituali, imprimēdo ſcilicet ſuas qualitates in corporibus damnatorum ſecūdum eſſe ſpirituale per modum quo ſpecies colorum eſt in aere, vel etiam in pupilla, non ita quòd fiant colorata. Vnde corpora damnatorum ſentient afflictionem ignis, ſine hoc quòd conuertantur in naturam ignis, & ideò varietas pœnarū non faciet eis aliquod refrigerium. Refrigerium enim nunc ex alternatione pœnarum proueniens cauſatur ex tranſmutatione naturę, inquantum per frigus aquę ſuperfluitas calefactionis remittitur: Et ſic ad medium venitur, quod eſt delectabile.

Varietas pœnarum nō refrigerabit damnatos.

QVAESTIO IX.

DEinde quærebatur de gloria beatorum.

¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò vtrùm beatitudo ſanctorum per prius conſiſtat in intellectu, quàm in affectu, vel èconuerſo.

¶ Secundò vtrùm per prius beati ferantur ad videndum humanitatem Chriſti, quàm eius diuinitatem.

ARTICVLVS XIX.

Vtrùm beatitudo ſanctorum præcipuè conſiſtat in intellectu.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd beatitudo ſanctorum præcipuè conſiſtat in intellectu. Sicut enim dicit Auguſtinus 10. confeſsi. Beatitudo eſt gaudium de veritate. Sed veritas pertinet principaliter ad intellectum: ergo & beatitudo.

4.d.49.q.1 ar.1.q.2.o. & 12 q.3. ar 4.o. contra 3.c.26. o.

¶ Præterea, Ioan. 17. dicitur. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Cognitio autem ad intellectum pertinet: ergo & vita æterna ſiue beatitudo.

¶ Præterea, Aug. dicit 1. de trini. Quòd viſio eſt tota merces. Merces autem eſt beatitudo: ergo pertinet principaliter ad viſionem intellectus.

¶ Sed contra. Præmium reſpondet merito. Sed meritum

ritum principaliter conſiſtit in voluntate:ergo & beatitudo quæ eſt præmium.

1 p. q. 26. ar. 2. ad 2. & 12 q. 3. ar. 4. ad 5. & q. 11 ar. 1. ad 2.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd fœlicitas ſiue beatitudo in operatione conſiſtit & non in habitu, vt philoſophus ꝓbat in 1 Ethi. Vnde beatitudo hominis poteſt comparari ad aliquam potentiam animæ dupliciter, Vno modo ſicut obiectum potentiæ, & ſic beatitudo præcipuè comparatur ad voluntatem. Nominat enim beatitudo vltimum finem hominis & ſummum bonũ ipſius Finis autem. & bonum ſunt obiectum voluntatis. Alio modo ſicut actus ad potentiam, & ſic beatitudo originaliter & ſubſtantialiter conſiſtit in actu intellectus. Formaliter autem & completiuè in actu voluntatis, quia impoſſibile eſt ipſum actum voluntatis eẽ vltimũ finẽ volũtatis. Vltimus.n.finis hoīs eſt id qđ eſt primò deſideratũ. Nõ aũt põt eſſe ꝙ primò volitũ ſit actus voluntatis. Prius enim eſt potentia ferri aliquod obiectum, quàm quòd feratur ſuper actum ſuũ. Prius enim intelligitur actus alicuius potentiæ quàm reflexio eius ſuper actum illum. Actus enim terminatur ad obiectum:& Ita quælibet potentia prius fertur in obiectum quàm in actum ſuum, ſicut viſus prius videt colorem quàm videat ſe videre colorem: & Ita etiam voluntas prius vult aliquod bonum quàm velit ſe velle: & ſic actus volũtatis non poteſt eſſe primò volitum, & per conſequẽs nec vltimus finis, ſed quotieſcunque aliquod bonum exterius eſt deſideratum quaſi finis, ille actus noſter eſt nobis quaſi finis interior, quo primò perfectè attingimus ad ipſum. Sicut dicimus quod comeſtio finis eſt beatitudo eius qui ponit cibum finem ſuum, & poſſeſſio eius qui finem ſuum ponit pecuniã Finis autem noſtri deſiderij Deus eſt. Vnde actus quo ei primò cõiungimur eſt originaliter & ſubſtantialiter noſtra beatitudo. Primò aũt Deo coniungimur ꝑ actum intellectus, & ideò ipſa Dei viſio q̃ eſt actus intellectus eſt ſubſtãtialiter & originaliter noſtra beatitudo. Sed quia hæc operatio ꝑfectiſſima eſt & conuenientiſſimũ obiectũ, ideò cõſequit̃ maxima delectatio, q̃ quidẽ decorat operationẽ ipſam & perficit eã, ſicut pulchritudo iuuentutẽ, vt dicitur decimo Ethicorũ, vnde ipſa delectatio q̃ voluntatis eſt, eſt formaliter cõplẽs beatitudinẽ, & ita beatitudinis vltimæ origo eſt in viſione complementum autẽ in fruitione.

ar. 184. & 1 p. q. 26. ar. 1. & 12. q. 3. art. 4. & 8. a.

1. p. q. 26. ar. 2. 3. 4.

¶ Tres ergo primæ rationes concedendæ ſunt, quia oſtendunt quòd beatitudo ſubſtantialiter conſiſtat in actu intellectus.

ad rõnes.

¶ Ad illud autem quod contra obiicitur dicendũ, quòd meritum conſiſtit in agendo: præmium autem in recipiendo. Actio autem primò pertinet ad voluntatem, quia ipſa mouet omnes alias vires, ſed receptio primò pertinet ad intellectum quàm ad voluntatem, vnde præmium per prius attribuitur intellectui, meritum autem voluntati.

ARTICVLVS XX.

Vtrùm beati in gloria prius ferantur ad contemplandum Chriſti diuinitatem, quam eius humanitatem.

ar. ſpeciales.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd beati in gloria prius ferantur ad contemplandam Chriſti diuinitatem quam eius humanitatem. Altiſſimo enim ſtatui altiſſimus actus primò & principaliter competit. Sed beati ſunt in ſtatu altiſſimo. Cum ergo actus intelligentiæ, quæ eſt potentia altiſſima cuius eſt ferri in Deum ſit actus altiſſimus, & nobiliſſimus videtur quòd hic actus primò beatis competat, vt eum contemplentur.

¶ Præterea, hoc ad imperfectionem viæ pertinet ꝙ oportet nos ab inferioribus ad ſuperiora contemplãda conſcendere. Sed in beatis erit perfectio contraria imperfectioni viæ: ergo ipſi econuerſo per prius ſuperiora contemplabuntur: & ſic primò Chriſti diuinitatem quam eius humanitatem.

¶ Sed cõtra Ad extremum non peruenitur niſi per medium. Sed medium inter Deũ & homines eſt Chriſti humanitas primæ ad Thim. ſecundo. Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. ergo ſancti nõ perueniunt ad contemplationem diuinitatis Chriſti: niſi prius contemplando eius humanitatem.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd vnuſquiſque prius conſiderat illud quod eſt ratio alicuius, quam id cuius ratio eſt, ſicut artifex prius conſiderat regulam operis quam ſecũdum regulam operetur. Beati autem adeò ſunt Deo cõiuncti, vt ipſe ſit eis ratio cuiuslibet cognitionis & operis. Aliter enim actus beatitudinis per aliàs cognitiones & operationes ſanctorum impediretur. Et ideò illud ad quod ſancti primò attendunt eſt ipſe Deus, & eum habent medium cuiuslibet cognitionis, & regulam cuiuslibet operationis: & ſic per prius contemplantur diuinitatem Chriſti, quàm eius humanitatem. In utraque tamen contemplanda delectationem inueniunt, vnde dicitur Ioan. 10. Ingredientur, ſcilicet beati ad contemplandam diuinitatem Chriſti: & egredientur ad contemplandam eius humanitatem, & vtrobique paſcua inuenient, id eſt delectationem, vt exponitur in lib. de ſpiritu & anima. ar. 185 e. fi.

¶ Duas ergo primas rationes concedimus.

¶ Ad illud quòd contra obiicitur dicendum, quòd ratio illa procedit quantum ad ſtatum viæ, in qua nõdum ſumus Deo perfectè coniuncti, ſed oportet nos ad Deum per Chriſtum accedere, ſed cum iam Deo in beatitudine coniuncti erimus per prius intendemus Chriſti diuinitati quam eius humanitati. ad rõnes.

INCIPIT QVODLIBET NONVM.

QVEASTIO I.

QVAESITVM eſt primò de capite Chriſti. Deinde de membris. De Chriſto quæſitum eſt tripliciter.

¶ Primò, quantum ad naturam diuinam.

¶ Secundò quantum ad vnionem humanæ naturæ ad diuinam.

¶ Tertiò, quantum ad ſpecies, ſub quibus in ſacramẽto altaris continetur.

ARTICVLVS I.

Vtrùm Deus poſſit facere infinita eſſe actu.

1 p. q. 25. ar. 2. & 3.

CIrca primum quærebatur vtrùm Deus poſſit facere infinita eſſe actu: & videtur quòd non. Deus enim poteſt facere aliquid maius omni eo quod facit, quia eius potentiam non adæquat opus: vt dicit Hug. de ſancto Victo. Sed infinito in actu non poteſt eſſe aliquid maius: ergo non poteſt eſſe quòd Deus faciat infinitum in actu.

¶ Sed cõtra. Deus poteſt plus facere quã homo poſſit dicere, vel cogitare: ſecundũ illud Lucæ 1. Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Sed homo poteſt dicere eſſe infinitum in actu & etiam cogitare, cũ quidam Philoſophi hoc poſuerint, vt patet in 3. Phyſi. ergo Deus poteſt facere infinitum in actu.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd cùm dicitur Deum nõ poſſe aliquid facere: hoc nõ eſt propter defectũ di

art.129 & 1.p.q 26. arti.3 art.150.ad 4.

uinæ potentiæ, ſed propter incompaſſibilitatem quæ importatur in facto. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo, quia repugnat facto inquantum eſt factum, ſicut dicimus Deum non poſſe facere aliquam creaturam quæ ſe in eſſe conſeruet: quia ex hoc ipſo ꝙ res aliqua ponitur habere ſuperiorem ponitur etiam indigere conſeruatore: cùm idem ſit cauſa eſſendi rē & conſeruans rem in eſſe. Alio modo quia repugnat huic facto inquantum eſt hoc factum, ſicut ſi dicamus Deum non poſſe facere equum rationalem eſſe. Eſſe.n. rationale quamuis non repugnet facto inquantum eſt factum: tamen hoc factum, ſcilicet eſſe rationale repugnat omni equo inquantum eſt equus, in cuius diffinitione cadit irrationale. Quidā aūt dicunt ꝙ Deus non pōt facere eſſe infinitum in actu, quia eſſe infinitum repugnat facto inquantum eſt factum. Eſt enim contra rationem creaturæ, vt creatorem adæquet, quod oportet ponere ſi eſſet aliqua creatura infinita. Infinitum enim infinito maius non eſt. Sed illud non videtur rationabiliter dici. Nihil enim prohibet illud quod eſt infinitum per vnum modum ſuperari ab eo quod eſt infinitum pluribus modis, ſicut ſi eſſet aliquod corpus infinitum ſecundum longitudinem, finitum verò latitudine, eſſet minus corpore longitudine & latitudine infinito. Dato autem ꝙ Deus faceret aliquod corpus infinitū actu, corpus quidem hoc eſſet infinitum quātitate dimenſiua. ſed de neceſſitate haberet nām ſpeciei terminatā, & eſſet limitatū ex hoc ipſo ꝙ eſſet res naturalis, vnde nō eſſet æquale Deo: cuius eſſe & eſſentia eſt modis omnibus infinita. Alij verò dixerunt ꝙ eſſe infinitum in actu ſecundum aliquem modum non repugnat facto, inquantum factum, neq; huic facto inquantum eſt hoc factum quod eſt ens in actu. Aliquo verò modo repugnat enti in actu eſſe infinitū. Et hæc eſt opinio Algazelis. Diſtinguit enim duplex infinitū. ſcilicet infinitum per ſe, & infinitum per accidens, cuius diſtinctionis intellectus hinc accipi poteſt, ꝙ cum infinitum principaliter in quantitate inueniatur, vt dicitur in 1. Phyſi. (T.c.15.) ſi quantitas in qua infinitum conſiſtit habeat talē multitudinē cuius vnaquæq; pars ab altera dependeat & certū ordinē habeat: ita ꝙ vnaquæq; pars illius multitudinis requiratur ꝑ ſe: tunc infinitū in tali quantitate cōſiſtens dicetur infinitum per ſe: ſicut patet in hoc ꝙ baculus mouetur a manu: manus à lacertis & neruis: qui mouentur ab aīa ꝙ ſi in infinitum procedunt. vt ſ. anima ab alio moueatur, & ſic deinceps in infinitū: vel baculus aliquid aliud moueat: & ſic deinceps in infinitū, erit multitudo illorum mouentium & motorum per ſe infinita. Si verò quantitas in qua conſiſtit infinitum reſultet ex aliquibus pluribus, qui eundem ordinem ſeruent, & quorū numerus non requiritur niſi per accidens, tunc erit infinitū per accidēs, ſicut ſi aliquis faber cultellū faciat, ad cuius cōſtitutionē multis martellis indigeat: ex hoc ꝙ vnus poſt aliū frangitur: & vnus ſuccedit in locū alterius einſdē ordinē tenens: ſi talis multitudo in infinitū excreſcat, dicetur infinitū per accidens & nō per ſe. Accidit.n. fabrili operi martellorū infinita multitudo, cū per vnum martellū ſi duraret, æqualiter poſſet expleri ſicut per infinitos. Dicunt ergo ꝙ infinitum per ſe repugnat ei quod eſt eē in actu, eo ꝙ oportet in his quæ per ſe ordinem habent compleri poſteriorum, niſi per comparationē quodammodò omnium priorum, & ſic ad vnum conſtituendum requireretur infinitorum ordinata influentia, ſi eſſet aliquid infinitum per ſe, & ita nunquam poſſet compleri, cùm infinita non ſit tranſire. ſed infinitum per accidens ſecundum eos non repugnat ei quod eſt eſſe in actu, cùm vna pars multitudinis ab altera non dependeat, vnde ſecundum hoc nihil prohibet eſſe infinitum in actu, ſicut Alga dicit in ſna Meta. animas rationales hominum defunctorū eſſe infinitas in actu. eo ꝙ ponit generationem hominū ab æterno fuiſſe, & animas poſt mortem corporum remanere, ſecundum hanc opinionē Deus poſſet facere infinita vel infinitum in actu, etiam ſi non inueniatur in natura infinitū in actu. Sed ecōtra Cōmen. 5. meta. (Com.6.) Dicit ꝙ in actu eſſe non poteſt, neque infinitum per ſe, neque infinitum per accidens. In potentia verò inuenitur infinitum per accidens, ſed non infinitum per ſe, & ſic ſecundum eum eſſe infinitum omnino repugnat ei quod eſt eſſe in actu, & hoc verius eſſe videtur. Non enim poteſt eſſe actu, in rerum natura aliquid non ſpecificatum ad diuerſas ſpecies indifferēter ſe habens. Quamuis enim intellectus concipiat animal non ſpecificatum rationali vel irrationali differentia, non tamen poteſt eſſe actu animal, quod non ſit rationale vel irrationale, vnde ſecundum philoſophū non eſt in genere quod non eſt in aliqua eius ſpecie, vnaquæq; verò quantitas ſpecificatur per certam terminationem quantitatis, ſicut multitudinis ſpecies ſunt duo & tria, & ſic de aliis, & magnitudinis ſpecies ſunt bicubitum & tricubitum, & huiuſmodi, vel ſecundum aliquam determinatam menſuram: vnde impoſſibile eſt ſic inueniri aliquam quantitatem in actu quę non ſit propriis terminis limitata, cum autem infinitū congruat quantitati, & dicatur infinitum per termini remotionem, impoſſibile erit infinitum eſſe in actu, propter quod dicit philoſophus in tertio Phyſico. (T.c.57.) quod infinitum eſt ſicut materia nondum ſpecificata. ſed ſub priuatione exiſtens, & ꝙ ſe habet magis in ratione partis & contenti quàm totius & continentis, & ideò ſicut Deus non poteſt facere equum rationalem ita non poteſt facere ens actu eſſe infinitum.

art.226.

ar.94 c.& 198. ad 2. & ar.227.

ar.41 &3. p q.10.ar. 3 ad 2.& 3 p.q.1.art. 2.ad 9.

arti 41. c.

Algazel.

diff. infiniti per ſe.

diff. infiniti per accidens.

Alga ponit infinitas animas actu.

ar.51.&7. 3.p. q. 10. ar 3. ad 2. 2.

¶ Vnde primum concedimus, quia verum concludit quamuis non rectè concludat. eo quòd ſi ponatur Deum facere aliquid infinitum ſecundum vnum modum, adhuc poteſt aliquid infinitum facere in alio ordine, ſicut ſi poſſet facere infinitos leones, infinito enim non eſt aliquid maius in illo ordine quo eſt infinitum, ſed ſecundum alium ordinem nihil prohibet aliquid eſſe aliud maius infinito, ſicut numeri pares ſunt infiniti: & tamen numeri pares & impares ſimul accepti ſunt plures numeris paribus.

¶ Ad illud verò quod in contrarium obiicitur dicendum, quòd verbum intellectus non ſolùm dicitur quod verbo profertur, ſed quod mente concipitur, qđ autem ſibiipſi eſt repugnans mente concipi non poteſt, quia nullus poteſt intelligere contradictoria eſſe ſimul vera: vt probatur in quarto Metaphy, vnde cùm eſſe infinitum repugnet ei quod eſt eſſe actu, hoc non eſt verbum, vnde non eſt infinitum in actu, & ideò nō ſequitur quòd ſit Deo poſſibile. Philoſophi autem qui poſuerunt infinitum eſſe in actu propriam vocem ignorauerunt.

QVAESTIO II.

DEinde quærebatur de Criſto quantum ad vnionē humanæ naturæ cum diuina.

¶ Et circa hoc quærebantur tria.

¶ Primò vtrùm in Chriſto ſit vna hypoſtaſis tantum.

¶ Secundò vtrùm ſit in eo vnum tantum eſſe.

¶ Tertiò vtrum ſit in eo vna tantum filiatio.

ARTICVL. II.

Vtrùm in Chriſto ſint plures hypoſtaſes.

ar 2.c.fi.& ad 1.& 3.p. q 2.art 3. & ar. 6. & 11.c. & vnio. 2. o. & opus 3. c 28.o.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto ſint plures hypoſtaſes. Vnio enim animæ ad corpus præſupponitur ad aſſumptionē, quia Xp̄s humanitatem, ſiue humanam naturam aſſumpſit, quæ cū ſit forma totius dicit aliquid cōpoſitum ex anima & corpore,

corpore, ſed anima & corpus vnita faciunt hypoſtaſim hominis: ergo hypoſtaſis in humana natura præintelligitur aſſumptioni, ſed omne quod præintelligitur aſſumptioni poteſt dici eſſe aſſumptum: ergo hypoſtaſis verbi aſſumpſit hypoſtaſim hominis, & ſic ſunt duæ hypoſtaſes in Chriſto.

¶ Præterea, Corpus quod præintelligitur aſſumptioni eſt aſſumptibile, ſed corpus non eſt aſſumptibile niſi vt vnitum animæ rationali. nõ enim dicitur corpus inanimatum eſſe aſſumptibile: ergo vnio animæ & corporis præintelligitur ad aſſumptionem humanæ naturæ, & ſic idem quod prius.

¶ Præterea. Medium vnionis præſupponitur ante vnionem, ſed gratia eſt medium vnionis humanæ naturæ ad diuinam perſonã, vnde dr̃ gratia vnionis: ergo præſupponitur ad vnionem. gratia autem non poteſt intelligi niſi in anima: anima autem non intelligitur aſsa antequã corpori vniatur: quia creando infunditur & infundendo creatur, ergo oportet præintelligi vnionem animæ cum corpore ad vnionem humanæ naturæ cum diuina, & ſic idem quod prius.

¶ Præterea. humanitas eſt quædã forma ſubſtantialis, oĩs aũt forma ſubſtantialis requirit aliquid quod per ipſam informetur: non autem poteſt dici, ꝙ hypoſtaſis, vel ſuppoſitum æternum informetur per aliquã formam creatam; ergo oportet in Chriſto ponere aliquod ſuppoſitum, vel hypoſtaſim creatam quæ humanitate informetur, & ſic in Chriſto erunt duæ hypoſtaſes, hypoſtaſis ſcilicet verbi, & hypoſtaſis hominis.

¶ Sed contra eſt, ea quæ ſunt ad inuicem diſparata non prædicantur de ſeinuicem niſi per hoc. ꝙ conueniunt in vno ſuppoſito: ſicut dicimus, ꝙ album eſt dulce propter vnitatem ſubiecti; ſed diuina natura & humana ſunt naturæ penitus diſparatæ, prædicantur autem de ſeinuicem in cõcreto. Dicimus.n. Deus eſt homo & homo eſt Deus, ergo eſt ibi vnum ſuppoſitũ tantum & vna hypoſtaſis. Si dicatur, ꝙ prædicantur de ſeinuicem propter hoc, ꝙ conueniunt in vna perſona non per hoc ꝙ conueniunt in vno ſuppoſito, vel hypoſtaſi vna, ſicut dicimus album eſt dulce.

¶ Contra. perſona non addit ſupra hypoſtaſim, vel ſuppoſitum niſi aliquod accidens, ſcilicet proprietatem ad dignitatem pertinentem; ſi ergo in Chriſto eſſet vna perſona & non vnum ſuppoſitum, vel hypoſtaſis, diuina natura & humana eſſent in ipſo vnitæ ſolùm in accidente, quod falſum eſt.

q.1.ar.1.o. & art.2.c. ¶ Reſpon. dicendum, ꝙ ſecundum opinionem ſe-
§ 3 d.5.q. cundam, quam magiſter in 6. diſt. tertij libri ſententia-
5.art.3.o. rum ponit, quæ eſt communis opinio modernorum, & alijs multò verior & ſecurior, in Chriſto eſt vnum ſuppoſitum tantum & vna tantùm hypoſtaſis, ſicut & perſona vna. Oportet nãq; nos ſecundum doctrinam fidei ponere vnam rem ſubſiſtentem in duabus naturis, diuina ſcilicet, & humana, aliàs non poſſet di-
1 p q. 29. ar. 1. ad 2. ci, ꝙ vnus eſſet Dominus Ieſus Chriſtus ſecundum
& 3.p.q.2. ſnĩam Apoſtoli. 1. ad Cor. 8. Vnde & Neſtorius fuit
ar. 2. ad 3. damnatus propter hoc, ꝙ Chriſtum præſumpſit diuidere, duas introducens perſonas. Illud aũt, quod eſt ſubſiſtens in natura eſt aliquod indiuiduum & ſingulare. Vnde vnitas Chriſti, in qua duæ naturæ vniunt̃
Poten. q. attribuenda eſt alicui nomini per quod ſingularitas
9.ar.2.ad deſignetur. Nominum aũt quæ ſingularitatem deſi-
7.& 13.3.p. gnant, quædam ſignificant ſingulare in quolibet ge-
q.16.ar.1. nere entis, ſicut hoc nomen ſingulare & particulare &
ad 2. & 5. indiuiduum: quia hæc albedo eſt quoddam ſingulare & particulare & indiuiduum: nam vniuerſale & particulare circumeunt omne genus. Quædam verò ſignificant ſingulare ſolùm in genere ſubſtantiæ, ſicut hoc nomen hypoſtaſis, quod ſignificat indiuiduã ſubſtantiam: & hoc nomen perſona, quod ſignificat ſubſtantiam indiuiduã rationalis naturæ, & ſimiliter hoc nomen ſuppoſitum, uel res naturæ, quorum nullum de hac albedine poteſt prædicari, quamuis hęc albedo ſit ſingularis eo ꝙ vnumquodq; eorũ ſignificat aliquid ut ſubſiſtens. Accidentia verò nõ ſubſiſtunt, partes verò ſubſtantiarum quamuis ſint de natura ſubſiſtentiũ, non tamen per ſe ſubſiſtunt, ſed in alio ſunt, vnde & prædicta nomina de partibus ſubſtantiarum non dicuntur. Non enim dicimus, ꝙ hæc manus ſit hypoſtaſis, vel perſona, uel ſuppoſitum, uel res naturæ, quamuis poſſit dici, ꝙ ſit quoddam indiuiduum uel particulare, uel ſingulare, quæ nomina de accidentibus dicebantur, non autem poteſt dici, ꝙ humana natura in Chriſto uel aliqua pars eius ſit per ſe ſubſiſtens. Hoc enim vnioni repugnaret: niſi poneremus vnionem ſecundum quid & non ſimpliciter: ſicut vniuntur lapides in aceruo: uel duo homines per effectum amoris: val per aliquam imitationis ſimilitudinem, quæ omnia dicimus eſſe vnum ſecundum quid & non ſimpliciter; quod enim eſt ſimpliciter vnum & per ſe ſubſiſtens, nihil continet actu per ſe ſubſiſtens, ſed fortè in potentia vnde ſeruata veritate vnionis naturarum in Chriſto oportet ponere: ſicut vnam perſonam, ita vnã hypoſtaſim, & vnum ſuppoſitum, & vnam rem duarum naturarum; ſed ipſam humanam naturam in Chriſto nihil prohibet dicere eſſe quoddam indiuiduum, aut ſingulare, aut particulare, & ſimiliter quaſlibet partes humanæ naturæ, ut manus & pedes & oſſa, quorum quodlibet eſt quoddam indiuiduum; non tamen quod de toto prædicetur, quia nullum eorum eſt indiuiduum per ſe ſubſiſtens, ſed indiuiduum per ſe ſubſiſtens, uel ſingulare, uel particulare, quod prædicatur de Chriſto eſt vnum tantùm. Vnde poſſumus dicere in Chriſto eſſe plura indiuidua, uel ſingularia, val particularia: nõ autem poſſumus dicere Chriſtum eſſe plura indiuidua, uel ſingularia, vel particularia: ſed plures hypoſtaſes, uel ſuppoſita non poſſumus dicere in Chriſto eſſe.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ex vnione animæ & corporis conſtituitur & homo & humanitas, quæ quidam duo hoc modo differunt, quòd humanitas ſignificatur per modum partis, eo quòd humanitas dicitur, qua homo eſt homo, & ſic præciſe ſignificat eſſentialia principalia ſpeciei: per quæ hoc indiuiduum in tali ſpecie collocatur, vnde ſe habet per modum partis, cum præter huiuſmodi principia multa alia in rebus naturæ inueniantur. Sed homo ſignificatur per modum totius. Homo enim dicitur habens humanitatem: uel ſubſiſtens in humanitate ſine præciſione quorumcunq; aliorum ſuperuenientiũ eſſentialibus principijs ſpeciei: quia per hoc ꝙ dico, habens humanitatẽ, non præciditur quin habeat colorẽ & quantitatem & alia hmõi. Secundũ ergo ſecundã opinionẽ prædictã vnioni humanæ naturæ ad diuinã præſupponitur vnio animæ & corporis ſecundũ ꝙ cõſtituit humanitatẽ, non ſecundum ꝙ cõſtituit hoĩem. Illud.n. quod in Chriſto eſt cõſtitutũ ex anima & corpore tantum, quod vnione præſupponit, non eſt totũ quod per ſe ſubſiſtit, ſed aliquid eius, & ideo non põt ſignari, ut homo: ſed ut humanitas, unde oportet dice- 3.diſt.2.q. 2.art.3.o.
re, ꝙ in ipſa vnione humanæ naturæ ad diuina quaſi in termino aſſumptionis intelligat̃ primò in Chriſto rõ hominis, quia tunc in primo intelligit̃, ut res per ſe ſubſiſtens cõpleta, & in hoc differt ab alijs duab. opinioribus. Nã prima opinio ponit, ꝙ vnio aĩæ ad carnem præſupponit̃, ſecundũ intellectũ aſſumptioni humanæ naturæ, non ſecundum ſolũ hoc quod cõſtituit humanitatem, ſed & ſecundum ꝙ conſtituit hominẽ, dicit.n. hominem eſſe aſſumptum. Tertia verò opinio ponit, ꝙ nec & in termino aſſumptionis intelligitur anima corpori vnita, nec ad conſtituendum hominem, nec ad conſtituendam humanã naturã, dicit

enim humanam naturã ſumi multipliciter. 1. pro partibus eius, ſcilicet animã & corpore, cum dicamus humanam naturam aſſumptam à verbo, vt patet, quòd nec verè dicit Chriſtum eſſe hominem: nec verè ponit humanã naturam in Chriſto: & ideò eſt tanquam hæretica condemnata.

3. d. 2. q. 5. ar. 3. q. 3. ¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ corpus vnitum animæ præintelligitur aſſumptioni humanæ naturæ. Vnitum autem dico vnione conſtituente humanitatem, non autem vnione conſtituente hominem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ gratia habitualis nõ intelligitur, ut medium vnionis, quod ſecundum intellectum præcedit vnionem: nec eſt medium quod cauſet vnionem, vel vnibilitatem, ſed medium quod facit ad congruitatem vnionis: ſicut decora veſtis facit ad congruitatem coniunctionis matrimonialis. Et ſimiliter ſcientia & omnes aliæ perfectiones Chriſti poſſent dici medium vnionis, & pro tanto gratia habitualis Chriſti poteſt dici gratia vnionis: verius tamen puto, ꝙ gratia vnionis dicatur, vel ipſa gratuita Dei voluntas: quæ gratia nullis meritis præcedentibus vnionem fecit vel potius ipſum donum gratis datum humanæ naturæ, quod eſt eſſe in diuina perſona. Si tamen anima vnita corpori præintelligat ad aſſumptionem, ſoluendum eſt, ut prius.

3. d. 13. q. 3. art. 1. & 2.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ humanitas nõ eſt forma partis quæ dicatur forma quia informet aliquam materiam, vel ſubiectum: ſed dicitur forma totius, in qua ſuppoſitum naturæ ſubſiſtit: vnde non oportet ponere quòd hypoſtaſis increata informetur humanitate, ſed quòd ſubſiſtit in ea.

ARTICVLVS III.

Utrùm in Chriſto ſit vnum tantùm eſſe.

3. p. q. 17. art. 2. & 3. d. 6. q. 2. ar. 2. & vnio. art. 4.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ in Chriſto non ſit vnum tantũ eſſe. Viuere enim, ſecundum Philoſophum in 2. de anima. (T. c. 37.) viuentibus eſt eſſe. Sed in Chriſto non eſt tantum vnum viuere, cũ duplex ſit in eo vita creata, ſcilicet vita qua viuit corpus per animam: quæ morte priuatur, & vita increata, qua viuit per ſeipſum: ergo nec in Chriſto eſt tantum vnum eſſe.

¶ Præterea, ſicut eſſe eſt ſuppoſiti, ita & operatio. Sed vnitas ſuppoſiti nõ facit quin in Chriſto ſint plures operationes: ergo nec faciet ꝙ in Chriſto ſit tantum vnum eſſe.

¶ Præterea, generatio eſt mutatio ad eſſe. Sed in Chriſto eſt quedã generatio tẽporalis, de qua Matth. 1. Chriſti autem generatio ſic erat, quæ non poteſt terminari ad eſſe æternum: ergo terminatur ad aliquid eſſe temporale & creatum: ergo in Chriſto eſt duplex eſſe: cum in ipſo maximè ſit eſſe increatum.

¶ Præterea, vnicuiq; eſt attribuendum eſſe de quo conuenienter quæri poteſt an eſt. Sed de humana natura poteſt quæri an eſt, ergo humana natura habet eſſe proprium in Chriſto, & ſic eſt in eo duplex eſſe, cum etiam humana natura ſuum eſſe habeat.

¶ Sed contra. Quæcunq; ſunt diſtincta ſecundum eſſe, ſunt in ſuppoſito diſtincta. Sed in Chriſto eſt vnum tantum ſuppoſitum, ergo & vnum tantum eſſe.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ eſſe dupliciter dicitur, vt patet per Philoſophum in 5. Meta. (T. c. 14.) & quandam glo. Orig. ſuper principium. Ioan. Vno modo ſecundũ ꝙ eſt copula verbalis ſignificans cõpoſitionem cuiuſlibet enunciationis, quam anima facit, vnde hoc eſſe non eſt aliquid in rerum natura: ſed tantum in actu animæ componentis & diuidentis, et ſic eſſe attribuitur omni ei de quo poteſt propoſitio formari, ſiue ſit ens, ſiue priuatio entis. Dicimus. n. cæcitatẽ eſſe. Alio modo eſſe dr̃ actus entis inquantum eſt ens, ideſt quo denominatur aliquid ens actu in rerum natura et ſic eſſe non attribuitur, niſi rebus ipſis que in decem generibus continentur, vnde ens à tali eſſe dictũ per decem genera diuidit. Sed hoc hoc eſſe attribuit̃ alicui dupliciter. Vno modo, vt ſicut ei quod propriè et verè habet eſſe, vel eſt, et ſic attribuitur ſoli ſubſtantiæ per ſe ſubſiſtenti, vnde quod verè eſt dr̃ ſubſtãtia in primo Phyſic. (T. c. 27.) Omnia uerò quæ non per ſe ſubſiſtunt, ſed in alio et cum alio, ſiue ſint accidentia, ſiue formæ ſubſtantiales, aut quælibet partes non habent eſſe, ita vt ipſa uerè ſint, ſed attribuitur eis eſſe. Alio modo, ideſt ut quo aliquid eſt, ſicut albedo dr̃ eſſe, non quia ipſa in ſe ſubſiſtat, ſed quia ea aliquid habet eſſe album. Eſſe ergo propriè et uerè non attribuitur, niſi rei per ſe ſubſiſtenti, huic aũt attribuit̃ eſſe duplex; unum, ſ. eſſe reſultans, ex his, ex quibus eius unitas integratur, quod propriũ eſt eſſe ſuppoſiti ſubſtantiale. Aliud eſſe eſt ſuppoſito attributum præter ea quæ integrãt ipſum, quod eſt eſſe ſuperadditum, ſ. accidentale, eſſe album attribuitur Sorti, cum dr̃, Sortes eſt albus. Quia ergo in Chriſto ponimus unam rẽ ſubſiſtentem tantum, ad cuius integritatem concurrit & humanitas, quia unum ſuppoſitum eſt utriuſq; naturæ, ideò oportet dicere ꝙ eſſe ſubſtãtiale quod propriè attribuitur ſuppoſito in Chriſto, eſt unum tantũ, habet aũt vnitatem ex ipſo ſuppoſito et non ex naturis. Si tamen ponatur humanitas à diuinitate ſeparari, tunc humanitas ſuum eſſe habebit aliud ab ẽſſe diuino: non. n. impediebat quin proprium eſſe haberet, niſi hoc ꝙ non erat per ſe ſubſiſtens, ſicut ſi area eſſet quoddam indiuiduum naturale ipſa tota non hr̃et niſi unum eſſe, quælibet tamen partium eius ab area ſeparata proprium eſſe habebit; et ſic patet quòd ſecundum opinionem ſecundam oportet dicere, quòd in Chriſto eſt unum eſſe ſubſtantiale, ſecundum ꝙ eſſe eſt ſuppoſiti propriè quamuis ſit in eo multiplex eſſe accidentale.

3. d. 6. q. 2. art. 2. c.

3. p. q. 5. art. 1. c. q. ad 2. & q. 90 art. 1. c. & 3. p. q. 2. art. 5. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ uiuere dicit eſſe quoddam ſpecificatum per ſpeciale eſſendi principium, et ideò diuerſitas uitæ conſequitur diuerſitatẽ principiorum uiuendi: ſed eſſe magis reſpicit ad ſuppoſitum ſubſiſtens.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ operatio ſuppoſiti non eſt de integritate unitatis eius, ſed conſequitur eius unitatem: unde unius ſuppoſiti inuenimus multas operationes, ſecundum diuerſa operationum principia, quæ ſuppoſito inſunt, ſicut homo aliud operatur lingua et manu. Sed eſſe eſt id in quo fundatur unitas ſuppoſiti, unde eſſe multiplex præiudicat unitati eſſendi.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ generatio temporalis terminatur non ad eſſe ſuppoſiti æterni, ut ſimpliciter per eam eſſe incipiat, ſed ꝙ incipiat eſſe ſuppoſitum habens illud eſſe ſuppoſiti humanæ naturæ.

¶ Ad quartum dicendum, quod obiectio illa procedit de eſſe quod in actu animæ conſiſtit: quia an eſt etiam de cæcitate quæri poteſt.

ARTICVLVS IIII.

Utrùm in Chriſto ſit tantùm vna filiatio.

& in ordine 181.

ar. 1 o. & 3 p. q. 35. ar. 5. o.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non ſit tantum una filiatio. Multiplicata enim cauſa multiplicatur effectus. Sed natiuitas eſt cauſa filiationis: ergo cum in Chriſto ſint duę natiuitates erunt etiam duę filiationes.

¶ Pręterea, Impoſſibile eſt idem ſimiliter manere

&cor-

& corrũpi. Sed ſuppoſito quòd beata Virgo ante Chriſti mortem mortua fuiſſet corrupta eſſet filiatio, qua filius matris dicebatur: Maneret autem filiatio æterna, qua diceretur filius patris: ergo alia filiatione dicitur Chriſtus filius patris, & alia filius matris.

¶ Sed diceres, quòd eſt alius reſpectus, ſed non alia filiatio. Contrà. Filius eſt relatiuum ſecundum eſſe, & non tantùm ſecundum dici. Sed huiuſmodi relatiua ſecundum philoſophum in prædicamẽtis ſunt quorum eſſe eſt ad aliud ſe habere: ergo eſſe filiationis eſt eſſe reſpectus quo refertur ad aliud, & ita ſi ſint plures reſpectus ſunt plures filiationes.

¶ Præterea, In relatione nihil inuenitur niſi reſpectus & cauſa ſiue fundamentum reſpectus: ſicut vnitas quantitatis eſt fundamentum relationis, quæ eſt æqualitas. Sed reſpectus ſunt diuerſi, quibus Chriſtus refertur ad patrem & matrem. Fundamenta etiam horum reſpectuum ſiue cauſæ ſunt diuerſæ, ſcilicet ipſæ natiuitates. Nam filiatio eſt relatio originis: ergo ſunt plures filiationes io Chriſto.

¶ Sed contra. Filiatio eſt relatio perſonalis. Sed in Chriſto eſt vna tantum perſona: ergo vna tantum filiatio.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd in Chriſto eſt vna tantum filiatio ſecuodum rem: quamuis ſint plures reſpectus relatiui ſecundum rationem.

¶ Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd in hoc differt ad aliquid ab aliis generibus, quòd alia genera ex propria ſui ratione habent quòd aliquid ſint, ſicut quantitas ex hoc ipſo quòd eſt quantitas aliquid ponit. Et ſimiliter eſt de aliis, ſed ad aliquid ex ꝓpria ſui generis ratione non habet quòd ponat aliquid, ſed ad aliquid: vnde inueniuntur quædam ad aliquid, quæ nihil ſunt in rerum natura, ſed in ratione tantũ, quòd in aliis generibus non contingit, & quamuis ad aliquid ex ratione ſui generis non habeat quòd ponat aliquid, non tamen etiam habet ex ipſa generis ratione quòd nihil ponat, quia ſic nulla relatio eſſet aliquid in rerum natura, vnde ad aliquid non eſſet vnum de decem generib. habet autem relatio quòd ſit aliquid reale ex eo quòd relationem cauſat. Cum enim in aliquo inuenitur aliquid reale, per quod alterum dependeat & comparetur, tunc dicimus realiter comparari vel dependere vel referri, ſicut æqualitas relatio realis ponitur ex virtute quantitatis, quæ æqualitatem cauſat. Quia verò ex eodem res habet eſſe & vnitatem: ideò realis vnitas relationis penſanda eſt ex ipſo relationis fundamento, vel cauſa, vt quia vna eſt quantitas, per quam pluribus ſum æqualis, in me non eſt, niſi vna relatio realis æqualitatis habens reſpectum ad plures. Similiter quia vna natiuitate ex patre & matre genitus ſui, vna filiatione reali dicor filius vtriuſque, quamuis multiplicentur reſpectus: ſed in Chriſto non poſſumus dicere vnam cauſam eſſe filiationis, ſecundum quod refertur ad patrem & matrem, cum ſint duæ natiuitates penitus diſparatæ, vnde ſi eſſet aliquid quòd filiationem temporalem poſſet recipere quaſi ſubiectum oporteret ponere in Chriſto plures filiationes. Nunc autem filiatio eſt talis relatio quæ non poteſt habere pro ſubiecto niſi ipſum ſuppoſitũ, in Chriſto autem non eſt niſi ſuppoſitum æternum, quod quidem non poteſt eſſe ſubiectum alicuius temporalis relationis. Quæcunque enim relationes tẽporales de aliquo æterno dicuntur, ſunt relationes rationis & non rei, vnde filiatio qua Chriſtus refertur ad matrem non eſt realis relatio, ſed rationis tantum, ſicut & cæteræ quæ dicuntur de Deo ad creaturas. Non enim poteſt dici quòd ſubiectum filiationis ſit ſuppoſitum æternum ratione humanæ naturæ, vel alicuius partis eius, ſicut dicitur ſuppoſitum mortis vel paſſionis, quia ſic ipſa humana natura, vel pars eius eſſet primum ſubiectum filiationis, & denominaretur per ipſas, ſicut contingit & de aliis accidentibus, quæ attribuuntur Chriſto ratione humanæ naturæ, filiatio verò nunquam denominat niſi ſuppoſitum, nec poteſt aliud pro ſubiecto habere. Nihil tamen prohibet aliquas reales relationes ineſſe Chriſto ad Virginem, ſicut cum dicimus: corpus Chriſti eſt originatũ ex Virgine. Sed iſta relatio non habet rationem filiationis niſi ſi poneremus ſecundum primam opinionem, ſuppoſitum æternum eſſe aliud in Chriſto a creato.

ar 2.c.ve ri.q.2.ar.5 ad 15. & po.q.2 ar. 5.c. 1.p.q.28. artic.c.

ad 3. huius.

ar.23.ad 1 ar.2.c.3. & 3.p.q.6.& ar.1.ad 3.

3.p. q.23. ar.4.0.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod ex natiuitate temporali non innaſcitur filiatio realis, ſed rationis tantum, quamuis Chriſtus realiter ſit filius Virginis, ſicut Deus realiter eſt dominus creaturæ, quamuis in eo dominium non ſit relatio realis. Dicitur enim realiter dominus propter realem poteſtatem, & ſic dicitur Chriſtus realiter filius Virginis propter realem natiuitatem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd reſpectus relationis dependet ex termino ad quem aliquid refertur, & ideò deſtructo termino reſpectus aufertur, ſed tamen filiatio realis ad patrem remanet in Chriſto, etiã ſuppoſita morte matris.

¶ Ad tertium dicẽdũ, quòd in illa philoſophi deſcriptione eſſe ponitur pro ratione eſſendi, ſecundum quod diffinitio dicitur ratio † ſecundum genus, quod eſt eſſe: vnde non oportet quòd habeat eſſe relatiuũ ex reſpectu, ſed ex cauſa reſpectus, ex reſpectu verò habet propriam rationem generis, vel ſpeciei.

† Aliàs realis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis ſit reſpectus filiationis diuerſus, & cauſa filiationis diuerſa, ſed tamen filiationes non poſſunt eſſe duæ ratione iam dicta.

ar 3.c.& 3 d.8 ar 5 ad 2 art.

QVEASTIO III.

ARTICVLVS V.

Vtrùm in Chriſto ſint accidentia ſine ſubiecto.

DEinde quæritur de Chriſto quantum ad ſpecies, ſub quibus in ſacramento altaris continetur, vtrùm ſcilicet ſint ibi accidentia ſine ſubiecto, & videtur quòd non. Deus enim non poteſt facere contradictoria eſſe ſimul vera: Hoc autem eſſet ſi ab aliquo remoueretur id quod eſt de ſua diffinitione. Cum ergo in diffinitione accidentis cadat eſſe in ſubiecto, quia accidentis eſſe eſt ineſſe, videtur quòd Deus non poſſit facere accidens ſine ſubiecto.

¶ Præterea, De eodem prædicatur diffinitio & diffinitum. Sed ens per ſe eſt diffinitio, vel deſcriptio ſubſtantiæ, ſi ergo in ſacramento altaris accidentia ſunt per ſe non in ſubiecto, ſequitur quòd ſint ſubſtantiæ, quod eſt abſurdum.

¶ Præterea, Ex accidentibus non poteſt generari ſubſtantia, ſed videmus ex illis ſpeciebus generari vermes & cineres, quæ conſtat non generari ex corpore Chriſti, ergo accidentia non ſunt ibi ſine ſubiecto.

¶ Sed diceres quòd generantur miraculosè.

¶ Sed contrà. Miracula ordinantur ad ædificationẽ fidei, ſed magis eſt ad ſcandalum, quòd vermes exinde generentur, ergo non ſit miraculosè.

¶ Præterea, In ſacramento altaris nihil debet eſſe inordinatum, ſed contra ordinem, quem Deus rebus impoſuit eſt accidens eſſe ſine ſubiecto.

¶ Sed contra. Senſus non decipitur in proprio ſenſibili, ſecundum philoſophum in ſecundo de anima (T. co. ſexageſimotertio.) Sed ſenſus iudicat ſibi eſſe co-

lorem & ſaporem,& alis huiuſmodi:ergo hęc accidentia ſunt verè ibi. Non autem ſunt in corpore Chriſti ſicut in ſubiecto,nec iterum in aere, cum neutrum ſit narum affici talibus accidentib. ergo accidentia ſunt ibi ſine ſubiecto.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd accidentia ſunt ibi ſine ſubiecto. quod qualiter eſſe poſsit hinc conſiderádum eſt,quia in omnibus cauſis ordinatis, ſecundum philoſophum in libro de cauſis,prima cauſa vehementiùs imprimit in cauſatum cauſæ ſecundæ, quàm etiá cauſa ſecunda: vnde fit vt cauſa prima non retrahat operationem ſuam ab effectu etiam poſtquam cauſa ſecunda retraxit:vt dicitur ibidem in commento.Vniuerſalis autem cauſa & prima omnium entium Deus eſt,non ſolùm ſubſtantiarum, ſed etiam accidentium (Ipſe enim eſt creator ſubſtantiæ & accidentis) ſed etiam procedunt ex eo quodam ordine. Nam mediantibus ſubſtantiæ principiis accidentia producuntur: vnde ſecundum naturæ ordinem accidentia à principiis ſubſtantiæ dependent,vt ſine ſubiecto eſſe nô poſſit,tamen per hoc non excluditur quin Deus quaſi cauſa prima poſſit accidentia in eſſe ſeruare ſubſtantia remota,& per hunc modum accidentia miraculosè ſunt in ſacramento altaris ſine ſubiecto, virtute ſcilicet diuina ea tenente in eſſe.

1.p.q.22. ar.2. & q.44.ar.1.& 2. art 22. &74.

¶ Ad primum ergo dicendò, quòd cum dicitur,accidentis eſſe ineſſe: vel qualitercunque ponatur ſubiectum in diffinitione accidentis, intelligitur eſſe diffinitio per additionem,vt habetur in 7.Metaphy. (T.c.17.) Et dicitur diffinitio per additionem quando in diffinitione ponitur aliquid quod eſt extra eſſentiam diffiniti ſicut naſus ponitur in diffinitione ſimi,hoc autem eſt propter naturalem dependentiam accidentis à ſubiecto, ſed hoc non impediente Deus poteſt accidentia ſine ſubiecto conſeruare: nec tamen ſequitur contradictoria ſimul eſſe vera quia ſubiectum non eſt de ſubſtantia accidentia.

artic. 26.

¶ Ad ſecundum dicendum,quòd ſecundum Auicē. in ſua Metaphy.eſſe non poteſt poni in diffinitione alicuius generis & ſpeciei: quia omnia particularia vniuntur in diffinitione generis: vel ſpeciei, cùm tamē genus: vel ſpecies non ſint ſecundum vnum eſſe in omnibus, & ideò hæc non eſt verà diffinitio ſubſtantiæ eſt quod per ſe eſt:vel accidens eſt quod eſt in alio:ſed eſt circumlocutio veræ deſcriptionis:quæ talis intelligitur:ſubſtantia eſt res cuius naturæ debetur eſſe non in alio: accidens verò eſt res cuius naturæ debetur eſſe in alio:vnde patet quòd quamuis accidens miraculose fit non in ſubiecto, non tamen pertinet ad diffinitionem ſubſtantiæ:non enim per hoc eius naturæ debetur eſſe non in alio,nec egreditur diffinitionem accidentis, quia adhuc natura eius remanet talis, vt ei debeatur eſſe in alio.

articu.25.

1.p.q.2. ar.5 ad 1. 3.p.q.77. ar.1.ad 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de his quæ generantur ex ſpeciebus,vt vermibus, vel cineribus:aut aliquibus huiuſmodi duæ ſunt opiniones magis ꝓbabiles, Quarum vna eſt quæ dicit ꝙ ſubſtantia panis redit ex qua poſſunt talia generari Sed hæc opinio videtur improprietatem continere propter duo, niſi debito modo intelligatur. Primò quia non poteſt eſſe quòd iterum fit ibi ſubſtantia panis. Aut enim ponerctur ibi eſſe ſubſtantia panis iterato ſpeciebus manentibus, & ſic cum corpus Chriſti tandiu ſit ſub ſacramento, quandiu ſpecies manet:ſequitur ꝙ aliquando erit ibi ſimul corpus Chriſti & ſubſtantia panis, quod non ſuſtinet ratio. Aut hoc erit deſtructis ſpeciebus: & hoc iterum eſt inconueniens:vt ſubſtantia ſit ſine propriis accidentibus panis. Secundò apparet improprietas propter nomen reditus. Si enim aliquid eſt in alterum conuerſum non poteſt dici redire,niſi illud reconuertatur in ipſum. Subſtantia autem panis non eſt annihilata,ſed tranſubſtantiata in corpus Chriſti. Vnde nō poteſt intelligi,quòd ſubſtantia panis redeat,niſi corpus Chriſti conuertatur in panem, quod eſt abſurdum, vnde ſi debet iſta opinio ſuſtineri intelligenda eſt per ſubſtantiam panis materia panis, non quòd redeat quæ prius erat: ſed quòd deſtructis ſpeciebus aliqua materia à Deo ibi prouideatur, vel per creationem, vel quocunque alio modo, ex qua poſsint huiuſmodi corpora generari Alia verò opinio eſt planior,vt dicatur quòd illis accidentibus ſicut datum eſt per ſe ſubſiſtere diuina virtute, ſimiliter datum eſt vt agant & ex eis fiat quicquid fieret ex ſubſtantia panis: vel quicquid ageret ſi maneret. & hac virtute nutriunt, & vermes,vel cineres exinde generantur.

3 p.q.75. ar.6 o & 4.d.11.q.1.q.1.0

ar.104 o & 4.d 11. q.1.art.3. q 2.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ hoc miraculum ordinatur ad fidem:ne fides ſcilicet deperear.

¶ Ad quintum dicendum. quòd nihil prohibet aliquid eſſe ordinatum conſiderato ordine communi, cuius contrarium eſt ordinatum pro aliqua cauſa ſpeciali: & hoc modo quamuis ſcđm ordinē cōem rectè diuinitus ordinatum ſit vt accidens in ſubiecto, nihil tamen prohibet etiam rectè ordinatum eſſe, vt in ſacramento altaris accidens ſit ſine ſubiecto, vt ſcilicet fides habeat meritum per latentiam ſacramenti.

cōtra.4 c 66.c.fi.3. p q 77.ar 11.3.4.

QVAESTIO IIII.

DEinde quæritur de membris Chriſti.

¶ Et primò de Angelis.

¶ Secundò de hominibus.

¶ De Angelis quæruntur quinque.

¶ Primò quantum ad naturam ipſorum, vtrùm ſint compoſiti ex materia & forma.

¶ Secundò quantum ad cognitionem, vtrùm ſimul in actu poſſint eſſe in cognitione matutina & veſpertina, id eſt vtrùm ſimul cognoſcant res in propria natura.& in verbo.

¶ Tertiò quantum ad meritum voluntatis,vtrùm ſelliter potuerunt eodem actu charitatis mereri fruitionem,& frui.

¶ Quartò quantum ad motum,vtrùm moueantur in inſtanti.

¶ Quintò quantum ad effectum,vtrùm poſſint imprimere,vel aliquid facere in iſtis corporibus.

ARTICVL. VI.

Vtrùm Angelus ſit compoſitus ex materia & forma.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd Angelus ſit compoſitus ex materia & forma. Auguſtinus enim dicit in libro de mirabilib.ſacræ ſcripturæ. Omnipotens Deus ex materia informi, quam prius condidit corporalium & incorporalium, ſenſibilium & inſenſibilium intellectualium, & intellectu carentium multiformea ſpecies diuiſit. Angeli autem ſunt intellectuales & incorporei, ergo habent materiam de ſui compoſitione.

1.p.q 50. art.2.o.& ſpiritu.ar 1.9.

¶ Præterea, Boetius dicit in lib. de vnitate & vno. Quoddam eſt vnum coniunctione ſimplicium, vt Angelus & anima:quorum vnumquodque eſt vnum coniunctione materiæ & formæ:& ſic idem quod prius.

¶ Præterea. Omne quod eſt in genere habet genus & differētiā,genus autem ſecundū Auicen.in ſua Metaphy.ſumitur ex natura materiæ: differentia verò ex natura formæ:ergo omne quod eſt in genere eſt compoſitum ex materia & forma.Angelus aūt eſt in genere ſubſtantiæ cum ſit ſubſtantia habens ſpeciem limitatam: ergo Angelus eſt cōpoſitus ex materia & forma.

Sed di-

¶ Sed diceres, ꝙ differentia Angeli non ſumitur ex forma, ſed ex formali, quod eſt ipſum eſſe Angeli. Cõtra. Differentia cuiuſlibet rei eſt de eſſentia, & intrat diffinitionẽ ipſius. Sed in omni creatura eſſe eſt aliud ab eſſentia eius, nec intrat diffinitionem eius, vt Auicenna dicit: ergo differentia Angeli non poteſt ſumi ea eſſe ipſius.

¶ Præterea, Idem oſtenditur, quia impoſsibile eſt eſſe plura ſumma bona: quia oportet ea in aliquo conuenire: cùm vtrunque ſit ſummum bonum, & in aliquo differre, aliàs non eſſent plura: & ſic eſſent compoſita: ſed conſtat eſſe plures eſſentias Angelicas: ergo oportet eas in aliquo conuenire, & in aliquo differre: & ſic oportet eas eſſe compoſitas: ſed partes eſſe ſunt materia & forma. ergo Angeli componuntur ex materia & forma.

¶ Sed contra eſt, quod dicit Boet. in lib. de duab. naturis & vna perſona Chriſti. Omnis natura in corpore ſubſtantiæ nullo materiæ innititur fundamento. Sed Angeli ſunt incorporei: ergo non eſt in eis materia.

Spiritu. art. 1. c.

Rõ quare Angeli nõ habẽt materiam.

¶ Reſpondeo dicendũ ꝙ quidam ponunt Angelos componi ex materia & forma. Sed hoc videtur repugnans naturæ eorum propter duo, quæ in eis inueniũtur. Primò quidem, quia intellectuales ſunt, Si enim Angeli haberent materiam de ſui compoſitione, oporteret omne quod in eis eſt, eis ineſſe per modum materiæ conuenientem, cum omne quod eſt in alio ſit in eo per modum recipientis, vt habetur in libro de cauſis. Forma autem aliqua hoc modo eſt in materia, ꝙ in ea habet eſſe particulare & naturale. Vnde ſi Angeli eſſent ex materia cõpoſiti, oporteret ꝙ formæ quibus intelligunt quæcunque ſtur eſſent in eis ſecundũ eſſe naturale & particulare, & ſic ſequeretur hoc impoſsibile, ꝙ Angelus nunquam cognoſceret, niſi particulare, quia forma particulariter in aliquo recepta non poteſt eſſe vniuerſalis cognitionis principium, ſicut patet in ſenſu; nec põt obuiari per hoc ꝙ ponatur Angelus componi ex materia alterius naturæ quàm hæc materia corporalis: quia quæcunque eſſet illa materia, conſtat ꝙ reciperet formam ſubſtãtialem Angeli particulariter, aliàs Angelus non eſſet res particularis, & ſic illa materia conueniret cum hac materia in hoc ꝙ formæ in ea reciperentur per modum particularẽ, vnde impoſsibile eſt Angelum, vel aliquam ſubſtãtiam intellectualem ex materia componi, cum alterius modi ſit receptio qua recipit intellectus formas, & qua recipit materia prima, vt dictum eſt. Vnde dicit Philoſophus in 3. de anima. (Topicor. cap. 4.) & Philoſophorum ſententia eſt, ꝙ intellectualitas immunitatem habet à materia. Secundò repugnat eis per hoc ꝙ incorporales ſunt: quæcunque enim ex materia componuntur, oportet in materia conuenire, eò ꝙ quælibet materia ſecundum ſe accepta cũm forma careat, non habet in ſe aliquam diſpoſitionis rationem, ſuppoſita autem vnitate materiæ, impoſsibile eſt ꝙ vna materia contrarias & diſparatas formas recipiat, niſi ſecundum diuerſas partes; non enim poteſt eadem materia & ſecũdũ idem accipere formam Angeli & formam lapidis; diuerſitas autem partium non poteſt intelligi in materia non intellecta diuiſione, nec diuiſio non intellecta dimenſione: quia ſubtracta quantitate ſubſtantia remanet indiuiſibilis, vt dicitur in 1. Phyſicorum. (Topicorum cap. 18.) Vnde oportet omnia quæ ſunt compoſita ex materia dimenſionata eſſe. & ideò nullum incorporeum poteſt eſſe ex materia compoſitum. Sed quia ſubſtantia Angeli non eſt ſuum eſſe, hoc enim ſoli Deo competit, cui eſſe debetur ex ſeipſo, & non ab alio, inuenimus in Angelo & ſubſtantiam, ſiue quidditatem eius quæ ſubſiſtit: & eſſe eius, quo ſubſiſtit, quo ſcilicet actu eſſendi dicitur eſſe, ſicut actu currendi dicimur currere, & ſic dicimus Angelum eſſe compoſitum ex quo eſt, & quod eſt: vel ſecundum verbum Boetij, ex eſſe & quod eſt: & quia ipſa ſubſtantia Angeli in ſe conſiderata eſt in potentia ad eſſe cum habeat eſſe ab alio, & ipſum eſſe ſit actus, ideò eſt in eo compoſitio actus & potentiæ, & ſic poſset in eo concedi materia & forma, ſi omnis actus debeat dici forma & omnis potentia materia. ſed hoc non competit in propoſito, quia eſſe non eſt actus, qui ſit pars eſſentiæ, ſicut forma ipſa quidditas Angeli, vel ſubſtantia eſt per ſe ſubſiſtens: quod materiæ non competit.

1. p. q. 52. arti. 1. & q. 54. ar. 5. ad 1. & q. 110. arti. 2. ad 1. & ar. 3. ad 3. & Spiritu. ar. 2.

arti. 25. & 26 ar 58.

ar. 147. o.

Boetius.

1. p. q. 47 ar. 1. c. & q. 50. arti. 2. ad 3.

1 p. q. 50. ar 2. 5. & q 56 arti. 2. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Auguſtinus ſuper Geneſim ad literam materiam informem, quàm Deus primo condidit dicit ſignificari per cœlũ & terram, cum dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram: vt per terram ſignificetur materia informis viſibilium rerum, per cœlum autem ipſa natura angelica nondum formata per conuerſionem ad Deum: vt ipſa naturalia angelorum attribuantur eis quaſi materia, & dona gratiæ vel gloriæ attribuantur eis quaſi formæ: vnde nõ eſt ad propoſitum auctoritas inducta.

Spũ art. 1. ad 21. Cat. hei.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ liber ille nõ eſt Boetij, vnde nõ oportet quòd in auctoritatem recipiatur; ſuſtinendo tamen ipſum poteſt dici quòd formam & materiam largè accipit pro actu & potentia, vt dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ipſa ſubſtantia Angeli quodammodò ſe habet ad eſſe eius, vt materia ad formam, vt dictum eſt, materia autem ſi eius eſſentia diffiniretur, haberet pro differẽtia ipſum ſuum ordinem ad formam, & pro genere ipſam ſuam ſubſtantiam, & ſimiliter in Angelis ex ipſa natura ſubſtantiæ ipſorum accipitur genus, ex proportione verò huiuſmodi ſubſtantiæ ad eſſe accipitur ſpecifica differentia, vnde ſecundum hoc Angeli differunt ſpecie ſecundum ꝙ in ſubſtantia vnius eſt plus vel minus de potentia quàm in ſubſtantia alterius. Dictum autem Auicennæ intelligitur de compoſitis ſubſtantiis.

1. p. q. 50. arti. 2. ad 1. & art 4 o. & q 56 ar 11. 2. ad 1. ar. 58. 185

¶ Ad quartum, concedimus: non enim ab ipſo eſſe ſumitur differẽtia, ſed magis ex habitudine ipſius ſubſtantiæ ad eſſe.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ in ſummo vno nulla diuerſitas eſſe poteſt, cum in eo ſit idẽ eſſe & quod eſt. Vnde hoc ſufficit ad eius pluralitatem remouẽdã, ſed compoſitio quæ in Angelo inuenitur ſufficit ad eius pluralitatem, vt ex dictis patet.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm Angelus poßit cognoſcere ſimiliter res in verbo, & in propria natura.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ Angelus non poſsit cognoſcere ſimiliter res in verbo & in propria natura. Eadem enim potentia non poteſt ſimul geminum actum habere, vt ꝙ intellectus ſimul plura intelligat. Sed alius actus eſt quo intellectus Angeli videt res in verbo: & alius quo videt res in propria natura: ergo impoſsibile eſt vt ſimul videat res in verbo & in propria natura.

1. p. q 57. art 3. o. & q. 92. ar. 1. ad 3.

¶ Sed diceres quòd hoc modo videntur ab intellectu Angeli ſimul res in verbo, & in propria natura, ſicut intellectus noſter ſimul videt eclypſim, & cauſam eius. Contrà. Cum intellectus noſter ſimul videt eclypſim & cauſam eius, accipit cauſam vt rationem intelligendi eclypſim: ergo accipit eclypſim & cauſã eius, vt vnum intelligibile, & ſic erit vnus tantum actus.

¶Præterea, Vnius non poteſt eſſe niſi vnus terminus vltimus, ſicut vna linea non terminatur ex vna parte niſi ad vnum punctum. Sed vltimus terminus potentiæ eſt operatio: ergo non poteſt vna potentia ſimul habere plures actus. Et ſic idem quòd prius.

¶Præt. Sicut ſe habet potentia ad actum, ita actus ad obiectum. Sed vnus actus non poteſt terminari ad duo obiecta: ergo nec vna potentia poteſt ſimul habere plures actus. Et ſic idem quod prius.

¶Sed contra. Viſio qua angeli vident res in verbo eſt viſio beata, quæ quidem non eſt intercisa, ſed continua. Si ergo non poſſunt ſimul videre res in propria natura, & in verbo, nunquam viderent res in propria natura, & præcipuè hoc videtur in anima Chriſti, quæ ab initio ſuæ creationis videt verbum & in verbo.

¶Reſpondeo dicendum, quòd angelus, vel anima ſimul poteſt videre res in verbo & in propria natura, & hoc expreſſè poteſt haberi ab Auguſtino libro quarto ſuper Geneſim ad literam, vbi vult quòd dies illi & veſpere & mane in eis non ſunt ordinati ſecundum ſucceſsionem, ſed ſolùm ordine naturæ: vnde ſimul eſt primus dies cum ſecundo, & mane cum veſpere, & ita ſimul viſio rerum in verbo & in propria natura. Quod qualiter ſic poſsibile ſit videndum eſt. Operari ſiquidem non propriè attribuitur potentiæ, ſed rei ſubſiſtenti, quæ per potentiam operatur, vt ipſa potentia intellectus non ſit operans in intelligendo, ſed magis operationis principium. Sicut autem potentia intellectiua eſt principium intelligendi ipſi ſubſtantiæ: ita ſpecies intelligibilis eſt principium intelligendi ipſi potentiæ. Vnde ſicut vna ſubſtantia poteſt ſimul diuerſos actus habere ſecundum diuerſas potentias, vt anima ſimul vult & intelligit. Ita ea vna potentia intellectiua poſſunt ſimul prodire diuerſi actus, ſi ſimul diuerſis ſpeciebus intelligibilibus vniatur. hanc enim cauſam Algazel aſsignat quare non eſt poſs.bile ſimul multa intelligere, quia ſcilicet non eſt poſsibile intellectum ſimul informari multis ſpeciebus in actu perfectè, ſicut nec idem corpus figurari ſimul diuerſis figuris. Viſio autem qua angelus videt res in propria natura ſit per ſpeciem intelligibilem concreatam, vel infuſam inhærentem. Viſio autem rerum in verbo ſit per ipſam ſpeciem verbi, ſiue eſſentiam, quæ non eſt inhærens, ſed ei intellectus vnitur ſicut intelligibili. Species autem concreata inhærens non repugnat vnioni intellectus angelici ad verbum, cùm non ſit vnius rationis, & ipſa ſpecies, & quicquid eſt perfectionis in intellectu angelico ſit quaſi materialis diſpoſitio ad iſtam beatam viſionem, vnde ſimul ex intellectu angeli procedit operatio duplex, vna ratione vnionis ad verbum, qua ſcilicet videt res in verbo. Alia ratione ſpeciei intelligibilis, qua informatur qua uidet res in propria natura, nec etiam ita vna harum operationum debilitatur per attentionem ad alteram. ſed magis confortatur, cum una ſit ratio alterius, ſicut imago rei uiſæ confortatur dum uidetur in actu oculo exteriori, actio enim beatitudinis in beatis eſt ratio cuiuſlibet alterius actionis in eis inuentæ.

1.p.q.58. art.6 & 7. veri.q.8. art.4.5.& 6.

art.177 & veri. q. 8. ar.1.c.

art.178 c.

Ad rationes.

Ad 1.

¶Et per hoc patet reſponſio ad primum. Secundum concedimus, quia exemplum illud non eſt conueniens.

¶Ad tertium dicendum, quòd potentia intellectiua angeli non terminatur ad duos actus ſecũdum idem ſed ſecundum diuerſas ſpecies, quibus ad actũ ordinatur.

¶AD QVARTVM dicendum, quòd inter actum & obiectum nihil cadit medium, ſicut ſpecies cadit media inter intellectum & eius actum. Vnde non eſt ſimile.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm angelus meruerit ſuam beatitudinem.

1.p.q.62. art 4.c. & 2.d.5.q.1. ar.3.

CIrca tertium ſic proceditur. Videtur quòd angelus non meruerit ſuam beatitudinem. Quod.n. eſt beatum perfectum eſt, quod autem meretur eſt adhuc imperfectum. Sed non poteſt idem eſſe ſimul perfectum & imperfectum: ergo non poteſt angelus mereri beatitudinem dum habet eam.

¶Præt. Angelus beatus eſt comprehenſor, nullus autem meretur niſi uiator.

¶Si dicatur quòd in primo inſtanti quo beatus fuit angelus beatitudinem meruit. Contrà: ergo ſimul fuit uiator & comprehẽſor: quod falſum eſt, cùm hoc ſit ſolius Chriſti.

¶Præ. Beatitudo ſecundum philoſophum in actu conſiſtit, ſed in actu perfecto, & ſimiliter meritum in actu, ſed imperfecto, non autem potuit eſſe ꝙ actus angeli ſimul eſſet pfectus: & imperfectus ergo nõ potuit eſſe ꝙ ſimul eſſet beatus, & beatitudinẽ meruerit.

¶Sed contra, beatitudo à nulla pura creatura habetur ſine merito, cum habeat præmii rationem. Sed angelus non potuit eam mereri niſi in primo inſtanti, quo beatus fuit: quia ante non habuit gratiam, ut quidam ponunt, & ſic mereri non potuit: ergo in primo inſtanti ſuæ beatitudinis eam meruit.

1.d 4. art. 2.c.

¶Reſpondeo dicendum, quod de conditione angeli triplex eſt poſitio, quidam enim poſuerunt quòd angelus in primo inſtanti ſuæ creationis fuit beatus, ſed hoc uidetur inconueniens, quia pari ratione alii in primo inſtanti fuiſsent miſeri, quod etiam quidam dicunt, ſed abſurdum eſt & condemnatum. Alii uerò dicunt quòd fuerunt conditi in gratia omnes: & in ea quidam perſeuerantes beatitudinem meruerũt: alii uerò contra eam agentes facti ſunt miſeri, & hæc opinio nihil difficultatis habet, unde præcæteris mihi magis placet. Tertij uerò dicunt ꝙ fuerunt creati Angeli in puris naturalibus, & quibuſdam conuerſis ad uerbum ſimul collata eſt gratia & beatitudo, & hi diuiduntur in tres uias. Quidam enim dicunt, ꝙ nunquam beatitudinem meruerunt, ſed hoc non uidetur competere niſi ſoli Chriſto, qui eſt filius naturalis, ut hæreditatem diuinæ fruitionis ſine merito habeat. Alij uerò dicunt quòd merentur eam ex operibus, quæ circa nos agunt, & hoc etiam non uidetur conueniens, ut meritum ſequatur præmium cum magis meritum ſit diſpoſitio ad præmium. Tertii uerò dicunt quòd in primo inſtanti beatitudinem meruerunt ex hoc ipſo quòd ad uerbum conuerſi ſunt, & hæc opinio inter has tres probabilior eſt. Vnde ad eius euidentiam ſciendum eſt quòd meritum ſe habet ad præmium, ſicut motus ad terminum, & ſicut fieri ad factum eſse. In his autem quæ ſucceſsiuè fiũt prius eſt fieri quàm factum eſse. In his uerò quæ fiũt ſubito ſimul eſt fieri & factum eſse, ſicut ſimul aer illuminatur & illuminatus eſt, & ſimul res creatur & creata eſt. Cuius ratio eſt: quia inſtans illud, in quo primò aliquid factum eſt, eſt terminus temporis præcedentis, in quo non erat, & ſic aliquid de aliqua proprietate illius temporis retinet inquantum poteſt dici quòd ante hoc inſtans res iſta non fuit. Et quamuis in his quæ per modum ſucceſsiuum fiunt, fieri attribuatur tempori præcedenti, in momentaneis tamen factionibus fieri non poteſt attribui, niſi ipſi inſtanti primo quod diuidit inter eſse & non eſse rei. Vnde quamuis in omnibus aliis inſtantibus ſequentibus poſsit dici quod hoc factum non eſt, non tamẽ poteſt dici ꝙ fiat & factum eſt, niſi in primo. Similiter,

1a. q. 62. ar.4 ca. & ad 3. 1. p. q.62. art. 5.c.

3. p. q. 19. art.3.c & q.48.art.1.

opinio vera 1. p. q. 62.ar.5. ad 3.& 4.art. 6.c. & 3.p. q. 34. ar. 3. ad 1. veri. q.29.ar.8. ad 2.

ter dico, quòd in primo inſtanti, quo mens angelica conuerſa eſt ad verbi fruitionem, & beata quidem erat ratione perfectæ fruitionis, quaſi in facto eſſe exiſtens, & beatitudinem merebatur in hoc, quòd conuertebatur ad verbum non præexiſtente beatitudinis perfectione, ſed quaſi exiſtens in ipſo fieri beatitudinis, ſed poſtmodum mens Angeli eſt tantum beata, & non beatitudinem meretur. Similiter eſt de contritione, quia in eodem inſtanti eſt terminus præparationis ad gratiam, & gratiæ infuſio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd nón oportet ponere idem ſimul eſſe perfectum & imperfectum: ſed idem ſimul eſſe perfectum & terminum imperfectionis: vel nunc primò eſſe perfectum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Angelus meretur, vt viator: non quaſi diſtans à termino, ſed vt in termino viæ exiſtens.

¶ Ad tertium dicendum, ſicut ad primum.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm angelus moueatur in inſtanti.

ar. 115. a. 1. p. q. 53. ar. 3. & 2. d. 1. & 37. q. 4. ar. 4. c.

AD quartum ſic proceditur. Videtur quòd Angelus moueatur in inſtanti. Sicut enim dicitur in lib. de intelligentijs: in motu Angeli magnitudo ſpacij diſtantiam non operatur. Sed propter diſtantiam, quam facit magnitudo ſpacij, contingit quòd aliquid non æquè citò perueniat ad propinquum, & diſtans, ergo Angelus æquè citò ad diſtãs, & propinquum peruenit: ſed omne tale mouetur in inſtanti, ergo Angelus in inſtanti mouetur.

¶ Præt. ſicut ſe habet mobile diuiſibile ad motum diuiſibilem ſucceſſiuum: ita ſe habet mobile indiuiſibile ad motum indiuiſibilem & inſtantaneum. Sed corpus quod eſt mobile diuiſibile mouetur ſucceſſiuè in tempore diuiſibili: ergo Angelus qui non eſt mobile diuiſibile ex hoc quòd caret quantitate, mouetur ſubitò, vel in inſtanti.

¶ Prætereà, Ariſtotel. quarto Phyſicorum,) Topicorum capit. ſeptuageſimoprimo) probat quòd ſi aliquid moueretur in vacuo moueretur in inſtanti propter hoc, quòd medium mobili non reſiſtit, ſed ſicut vacuum non reſiſtit corpori in motu: ita nec aliquid plenum ipſi Angelo: ergo Angelus mouetur in inſtanti.

¶ Sed contra eſt, quod dicit Auguſtinus octauo ſuper Geneſ. ad literam, quòd Deus mouet creaturam ſpiritualem per tempus, Angelus autem eſt creatura ſpiritualis: ergo mouetur per tempus, & non in inſtanti.

3. p. q. 57. ar. 3. ad 3. & 4. d. 37. q. 4. arti 3. c. & ad 3.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd in omni motu oportet intelligere ſucceſſionem & tempus per aliquẽ modum, eo quòd termini cuiuſlibet motus ſunt ſibi oppoſiti inuicem, & incontingentes: vt patet in primo Phyſic. (Topicor. cap. ſexageſimoquarto.) Vnde oportet, quòd mobile intelligatur eſſe primum in vno termino motus, & poſterius in altero, & ſic ſequitur ſucceſſio. Sed tranſire de vno termino ad alterum in motibus corporalibus contingit dupliciter. Vno modo ſicut de inſtanti in inſtans, hoc autem eſſe non poteſt, niſi quando ſunt tales termini motus inter quos eſt accipere aliquo modo medium: ſicut inter duo inſtantia eſt tempus medium: vt patet in loci mutatione, & alteratione, augmento, aut diminutione: & hi motus dicuntur continui propter continuitatem eius ſuper quod tranſit motus, cuius eſt plus & minus accipere. Alio modo tranſitur de uno termino motus in alium, ſicut de tempore in inſtans, & hoc accidit in motibus, quorum termini ſunt priuatio & forma: inter quæ cõſtat medium non eſſe, vnde non poteſt ſic tranſiri de vno extremo in alterũ, vt quãdoq; in neutro extremorum ſit, ſicut tranſitur de inſtanti in inſtans: ita quòd in neutro eſt inſtantium, ſed in medio tempore, & huiuſmodi motus ſunt generatio & corruptio & illuminatio & huiuſmodi: in quibus oportet dicere, quòd vnus terminus erat in toto tempore præcedente, & alius in inſtanti ad quod tempus terminatur, huiuſmodi autẽ mutationes ſunt termini motus cuiuſdam: ſicut illuminatio diei eſt terminus motus localis ſoli: vnde in toto tempore præcedente, quo ſol mouetur ad punctũ directè oppoſitionis erant tenebræ: in ipſo verò inſtanti quo peruenit ad punctum prædictum eſt lumen, & ſimiliter eſt de generatione & corruptione, quæ ſunt termini alterationis. Et quia inter tempus, & inſtans non cadit aliquod medium, nec eſt aliquod inſtans accipere immediatè præcedens vltimum temporis, vnde eſt quòd in huiuſmodi mutationibus abſque omni medio tranſitur de uno extremo in aliud, nec eſt accipere vltimum tempus, in quo fuerit in termino à quo, ſed vltimum tempus, quod terminatur ad inſtans in quo eſt in termino ad quem, & ideo huiuſmodi mutationes inſtantaneæ dicuntur: hoc autem dici non poteſt in motu Angeli, eo quòd nullum ordinem habet ad aliquem motum continuum, vt poſſit dici terminus eius, vnde oportet ponere, quòd intelligatur tranſire de termino motus in terminum motus: ſicut tranſitur de inſtanti in inſtans, & non ſicut tranſitur de tempore in inſtans, eo quòd tempus non poteſt intelligi ſine motu, vnde cum eſſe Angeli in termino à quo à nullo motu dependeat, non poteſt dici quòd ſit ibi in tempore, ſed in quodam nunc, & ſimiliter in termino ad quem cum alio nunc. Sed huiuſmodi nunc non ſunt termini huiuſmodi temporis, quod eſt numerus motus cœli, eo quòd motus Angeli nullo modo dependet à motu cœli, vt eius numero menſuretur: nec oportet ea continuari per medium tempus, continuitas enim temporis ſequitur continuitatem motus, & continuitas motus ſequitur continuitatem magnitudinis, ſuper quam tranſit motus, vt habetur in 4. Phyſi. (T.c.99.) Sed in ipſis operationibus Angeli, tamen quarum dicitur moueri per diuerſa loca, non eſt inuenire aliquã continuitatem, ſed conſequenter ſe habent, vnde & nunc quæ menſurant motum Angeli, ſunt conſequenter ſe habentia, & non eſt inter ea aliquid continuans, & ipſa pluralitas ſic ſe conſequẽtium eſt quoddam tẽpus, in quo dicimus Angelum moueri, & hoc conſonat dictis Philoſophi, vbi dicit quòd eiuſdem rationis eſt indiuiſibile moueri, & tempus componi ex nunc.

ar. 115. — ar. 149. — ar. 2. 14. c. ve ri q. 2. 11. ad 14. et veri q. 28. ar. 2. ad 10 — 1 p. q. 63. ar. 5. ad 4. — 1. p. q. 53. ar. 3. c. & q. 91. ar. 1. ad 3. — 1. d. 8. q. 3. ar. 3. ad 4. & q. 16. art. 4. c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non requiritur tẽpus in motu Angeli propter diſtantiam: ſed propter incontingentiam terminorum, quia ſcilicet non contingit Angelum eſſe in duobus locis ſimul.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſucceſſio motus nõ ſolùm ſequitur diuiſionem mobilis: ſed etiam eius ſuper quod tranſit motus: quia ſecundum prius, & poſterius in magnitudine eſt prius & poſterius in motu vt dicitur in 4. Phy. (T.c.104.) Licèt ergo Angelus ſit indiuiſibilis, tamen loca, ſecundum quæ moueri dicitur, ſunt diuiſa ab inuicem, & ideo oportet in motu eius intelligi aliquam diuiſionem.

4. p. q. 53. ar. 2. c.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd quamuis non impediat aliquod plenũ Angelũ in ſuo motu: tamẽ propter rónẽ iã dictã oportet in motu eius intelligi diuerſa nunc, rõ autem philoſophi eſt magis ducens ad impoſſibile quàm oſtenſiua, vt commentator ibidem dicit.

ARTICVLVS X.

Vtrum angeli poſſint agere in hæc corpora inferiora.

CIrca quintum ſic proceditur. Videtur quòd Angeli nõ poſſunt agere in hæc corpora inferiora. Actio enim

enim non poteſt, niſi inter ea, quæ habent aliquam conuenientiam adinuicem. Sed Angelus non habet conuenientiam cum iſtis corporibus, cum corruptibilium, & incorruptibilium etiam genus non ſit vnum, vt dicitur in 10. Metap. (T. c. 26.) Ergo Angeli in hæc corpora non poſſunt agere.

Ep. q. 110. ar. 3 o 2. d. 8. ar. 9. c.

¶ Præterea, ſi agunt Angeli in hæc corpora, aut agunt per imperium, aut per influxum. Si per imperiũ æqualiter agere poſſunt in propinqua, & in diſtantia, quod eſt contra Damaſ. qui dicit, quòd vbi operatur ibi ſunt. Si verò per influxũ oportet quòd illud quod influunt per medium tranſeat. medium autem corporale non eſt receptiuum ſpiritualis impreſſionis: ergo nullo modo poſſunt angeli agere in hæc inferiora corpora, neque in animas noſtras.

¶ Præterea, Non poſſunt dici, agere, vel influere ſicut fons influit riuo, vt idem numero quod prius eſt in angelo, poſt modũ in his inferioribus fiat, quia ſic in agendo aliquid amitteret, nec iterũ illud quod in his inferioribus recipi dicitur per eorum influxum creando, quia angeli creatores non ſunt, nec iterum educendo de potentia in actum, quia ad hoc natura ſufficit: ergo angeli nullo modo in inferiora agunt.

¶ Sed contra eſt quod Aug. dicit in 3. de tri. quòd ea quæ diuinitus in corporalibus fiunt miniſterio angelorum fiunt. Greg. etiam dicit in 4. dial. quòd omnia corporalia per ſpirituales ſubſtantias adminiſtrantur.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd de actione angelorum in hæc inferiora corpora duplex eſt opinio apud philoſophos. Commentator enim vult in 10. metap. quod ſubſtantiæ ſpirituales non poſſunt imprimere in hæc inferiora corpora, niſi mediantibus corporibus cœleſtibus, quæ à ſubſtantijs incorporeis mouentur, ſecũdum philoſophos. Auicen. verò vult in ſua metaph. & in 6. de naturalibus, quòd dupliciter imprimunt in hæc inferiora, vno modo per motum orbium, & alio modo per imperium immediatè, quia formæ intellectus eorum ſunt factiuæ ſecundum eum, & materia ſenſibilis obedit eorum conceptionibus pluſquam quibuſlibet qualitatibus actiuis & paſſiuis. Et exinde eſt ſecundum eum, quòd in iſtis inferioribus fiunt aliquæ tranſmutationes quandoque ex conceptionibus ſuperiorum ſubſtantiarum præter totum ordinẽ cauſarum naturalium. Sed hæc opinio ſecunda repugnat dictis Augu. in 3. de tri. vbi dicitur quòd angelis non ſeruit ad nutum materia corporalis. Repugnat etiam rationi, quia quamuis quod eſt potentia in materia ſit actu in ſubſtantijs, multo nobilius tamen materia corporalis non eſt proportionata potentia reſpectu talis actus, quo ſubſtantiæ ſpirituales in actu ſunt. oportet autem agens quod educit de potentia in actũ eſſe materiæ proportionatum, vnde non poteſt eſſe quòd virtus ſubſtantiæ ſpiritualis creatæ ſe extendat ad materiæ tranſmutationem immediatè, ſed mediante aliquo agente naturali. Quamuis enim ei non obediat corporalis materia ad formalem tranſmutationẽ, immediatè tamen obedit ei localiter ad motum localem, & per hanc virtutem poſſunt congregare & circumponere aliqua agentia naturalia ad aliquem effectum perficiendum. Ea verò ad quæ nulla virtus naturalis ſe extendit fiunt ſola diuina virtute, quæ ſola poteſt naturalem ordinem immutare. Sed quia mentes noſtræ ſunt proportionatæ, & propinquæ ad recipiendum actionem angelorum, ideo in mentes noſtras agere poſſunt dupliciter. Vno modo confortando intellectum noſtrum ſicut in corporalibus minus calidum confortatur per magis calidum. Alio modo per agẽs naturale ipſius intellectus, ſicut etiam agit in corpora, & hoc eſt inquantum lumine angelico illuſtrantur phantaſmata ad aliquas nobiliores conceptiones imprimendas, quàm lumine intellectus agentis exprimi poſſent.

1 p. q. 105. art. 6 o q. 106 ar. 3. c. 1. p. q. 3. inter a. dis. 3. q. 1. ar. 3. ad 4. veri. q. 2. ar. 3 o.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod angeli habent conuenientiam cum iſtis inferioribus corporibus, quæ eſt conuenientia mouentis ad motum, poſſunt enim mouere motu locali corpora, non ſolum illa cœleſtia immediatè, ſed etiam hæc inferiora, vt ſic ſententia noſtra de actione angelorum in corpora ſit media inter duas opiniones philoſophorum prædictas.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd angelus agit in hæc corpora mouendo ea localiter per imperium, ſed imperium non dicitur hic ſine virtute actiua, quam oportet aliquo modo contingere corpus motum, cum mouens & motum oporteat eſſe ſimul. ut probatur in 7. Phyſi. (T. c. 12.) Actio verò qua influere dicitur in animam noſtram, confortando eam ad intelligendum, non oportet quòd tranſeat per medium corporale, quia hoc facit in ſpiritualibus ordo, quod in corporalibus ſitus ſecundum Augu. Animæ verò noſtræ ordine naturæ quaſi contiguantur ipſis angelis, ſicut & angelus inferior ſuperiori, vnde non oportet quòd interueniat medium corporale.

Ar. 123. ad 2. Ar. 45. c. Ar. 45. c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd angeli neque in anima neque in natura corporali aliquid creant, ſed ſolum educunt de potentia in actum. Et quamuis naturale agens de potentia in actum educere poſſit, non tamen ita perfectè ſicut angelus.

QVAESTIO V.

Deinde quæritur de his quæ pertinent ad homines.

¶ Et primò quantum ad naturam.

¶ Secundò quantum ad gratiam.

¶ Tertiò quantum ad culpam.

¶ Quartò quantum ad gloriam.

¶ Quantum ad naturam quæruntur duo.

¶ Primò vtrùm vegetabilis, & ſenſibilis anima ſit à creatione.

¶ Secundò vtrùm imperare ſit actus uoluntatis, vel rationis.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm anima uegetabilis, & ſenſibilis educantur in eſſe per creationem.

Ar. 44 ſed ad 1. & 4. & 1. p. q. 118 ar. 1. o. & poté. q. 3 ar. 2 o.

Ad primum ſic proceditur. Videtur quòd anima vegetabilis, & ſenſibilis educantur in eſſe per creationem. Vt enim dicit Augu. in lib. de vera religione. Subſtantia viuens naturæ ordine præfertur ſubſtantiæ non viuenti, ſed anima ſenſibilis & uegetabilis ſunt ſubſtantiæ viuentes: ergo ſunt nobiliores omnibus ſubſtantijs non viuentibus. Aliquæ autem ſubſtantiæ non viuentes ſunt immediatè à Deo creatæ, vt elementa huius mundi: ergo & anima ſenſibilis & vegetabilis immediatè à Deo creantur, cum nobilitas facientis demonſtret nobilitatem facti.

¶ Præterea, Omne cui propriè competit fieri, vel fit ex nihilo, vel fit ex aliquo. Sed animæ uegetabili, vel ſenſibili competit propriè fieri: ergo cùm non fiat ex aliquo, quia non habent materiam partem ſui relinquitur quod fiant ex nihilo, & ſic exeunt in eſſe per creationem. Probatio mediæ. Omne quod propriè habet eſſe ſi non ſemper fuit, propriè dicitur fieri. Sed anima ſenſibilis propriè & uerè habet eſſe cum ſit ſubſtãtia operans, mouet enim corpus, nihil autem habet propriam operationem niſi quod habet proprium eſſe: ergo cum anima ſenſibilis huius animalis non ſemper fuerit propriè competit ei fieri, & ſic reſtat quòd creetur.

¶ Sed

¶ Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in 2. de anima, ꝙ ſenſitiui prima mutatio fit à generante. Prima autem mutatio ſenſitiui eſt ſecũdum quam acquirit actum primum, qui eſt anima ſenſitiua: ergo fit per generationem, & non per creationem.

¶ Præterea, Omne illud quod præcedit in ſemine hominis ante introductionem animæ rationalis eſt per generationem, & non per creationem. Sed anima vegetabilis & ſenſibilis præcedunt in ſemine hominis quia primum eſt viuum quàm animal, & animal, quã homo, ſecundum philoſophum 16. de animalibus: ergo etiam in homine eſt anima ſenſibilis & vegetabilis per generationem.

¶ Præterea, Cum Deus in inſtanti operetur, natura verò ſucceſſiuè: omne illud quod per actionem ſucceſſiuam exit in eſſe eſt ab aliquo agente naturali. Sed anima ſenſibilis & vegetabilis producuntur actione ſucceſſiua, quia determinato ſpacio temporis viuificatur conceptus, & ſenſificatur: ergo anima ſenſibilis, & vegetabilis ſunt à naturali agente: & non per creationem.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ circa hanc quæſtionem eſt duplex opinio. Quidam enim dicunt animam ſenſibilem & vegetabilem eſſe ex creatione. Alij verò ex
Plato & Auicenna traduce: & hæc diuerſitas apud philoſophos inueniẽ non ſolum de iſtis animabus, ſed etiam de omnib. formis ſubſtantialibus. Quidam enim, vt Plato & Auicẽna, poſuerũt omnes formas ab extrinſeco eſſe, qui præcipuè ex duobus mouebantur. Primò quidem, quia cũ formæ non habeant materiam partem ſui, nõ poſſunt fieri ex nihilo, vnde oportet ꝙ à creante fiant. Secũdò quia in rebus inferiorib. non videbant principia actionũ niſi qualitates actiuas & paſsiuas quas iudicabant inſufficientes ad productionem formarum ſubſtantialium, cum nihil agat vltra ſuam ſpeciem. Sed in hoc videntur fuiſſe decepti: quia attribuebãt fieri propriè iſtis formis: cum tamen fieri nõ ſit niſi cõpoſiti, cuius etiam propriè eſt eſſe. Formæ enim eſſe dicuntur non vt ſubſiſtentes, ſed vt quo cõpoſita ſunt: vnde & fieri dicuntur nõ propria factione, ſed per factionẽ ſuppoſitorum, quæ tranſmutatur trãſmutatione materiæ de potentia in actum, vnde ſicut cõpoſita fiunt per agentia naturalia, ita etiam formæ quæ non ſunt ſubſiſten-
Ar. 113. c. & 161. Ar. 202. tes. Qualitates autem actiuè & paſsiuè agunt ad formas ſubſtantiales in virtute ſubſtantialium formarũ quarum ſunt inſtrumenta. Sicut calor ignis agit vt inſtrumẽtum animæ nutritiuæ, vt dicitur in ſecundo de anima. (Topicorũ capite quadrageſimoprimo.) Anima autem vegetabilis & ſenſibilis nõ ſunt formæ ſubſiſtentes, aliàs remanerent poſt corpora, vnde oportet ꝙ fiant a generante per actionem cõpoſitorum, ſicut & cæteræ formæ materiales, ſola autẽ anima intellectiua, quæ habet eſſe ſubſiſtens cum maneat poſt corpus, eſt ab extrinſeco per creationem: ſi autem ſenſibile, &
1. p. q. 75. ar. 11. 6. ad 3. q. 90. artic. 3. vegetabile, & intellectiuũ in homine in diuerſis ſubſtantijs animæ radicantur: tunc & vegetabilis & ſenſibilis hominis in generante erit: ſed quia hæc opinio repugnat dictis Philoſophorum, qui in vno animato vnam animam tantum poſuerunt, ad quam oẽs operationes animę pertinent, & etiam contradicta ſanctorum improbantium pluralitatem animarum, vt patet
Ar. 116. ad 1 & 4. Po. q. 3. artic. 9. in libro de eccleſiaſticis dogmatibus. Ideo approbato ꝙ in homine ſit tantum vna ſubſtantia animæ, cuius potentiæ ſunt vegetatiuum ſenſitiuum, & intellectiuum, dicimus ꝙ anima hominis, quæ omnes has potentias animæ ſuſtinet, a Deo creatur: quamuis per operationem naturalis agentis fiat, vt corpus organizatum actu perficiatur per potentias, quæ ſunt corporalium partium actus.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ anima vegetabilis & ſenſibilis non ſunt ſubſtantiæ viuentes, ſicut nec ſubſiſtentes, ſed ſunt principia viuẽdi & eſſendi: & iterum nõ oportet ſi quid minùs nobile ſit à Deo imme-
Art. 44. c. ſ. 1. q. 75. ar. 3. & po. q. 3 ar. 11. ad 18. diatè, ꝙ etiam quod eſt magis nobile, quia Deus cum non habeat limitatam virtutem nec agat neceſsitate naturæ, põt agere & nobiliora & minùs nobilia ſecundum ſuam voluntatem, ſicut immediatè produxit prima indiuidua brutorũ animalium, quibus tamẽ homines, qui nunc generantur ex ſemine, nobiliores ſunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ animæ ſenſitiuæ nõ cõuenit per ſe eſſe, nec fieri, nec operari: nulla enim eſt actio animæ in qua corpus nõ cõmunicet. Eſt enim duplex potentia motiua animæ ſenſitiuæ, vna quæ imperat, ſ. appetitiua, cuius actus cõſtat, quæ affixa muſculis & neruis eſt principiũ mobilitatis in eis, ſed ipſa diſtinctio partium corporalium facit ꝙ vna pars animalis eſt mouẽs & alia mota, & ita poſſunt moueri ex ſe. Ad contra ria.

¶ Alia, quæ ſunt in contrarium concedimus, niſi quantùm pertinet ad hominem, in cuius ſemine quãuis præcedat vegetatiua & ſenſitiua anima imperfectè, tum illis ceſſantibus introducatur per creationem anima rationalis, quæ perfectè continet quod in eis erat imperfectionis: nam ſecundum Auicen. in generatione animalis ex ſemine interueniunt multæ generationes, & corruptiones.

ARTICVLVS XII.

Utrùm imperare ſit actus rationis.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ imperare ſit actus rationis: quia Philoſophus dicit in 1. Eth.
12. q. 17. art. 1. o. & 1. p. q. 1. ar. 5. ad 2.
Ratio rectè & ad optima deprecat & obedit ei quod eſt continentis: ergo imperare & deprecari & huiuſmodi videntur ad rationem pertinere.

¶ Sed contra. Imperare ad dominium pertinet Sed nos ſumus domini noſtrorum actuum per voluntatem: ergo imperare eſt actus voluntatis.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ in imperio duo concurrunt, quorum vnum eſt rationis, aliud voluntatis. Qui enim imperat aliquid inclinat ad faciendum quod voluntatis eſt: ipſius enim eſt mouere per modum agentis: & iterum ordinat eum cui imperat ad exequendũ illud quod imperatur, & hoc ad rationem pertinet, cuius eſt ordinare. Et ſi duorum horum ordo conſideretur, videtur primum eſſe inclinatio voluntatis in aliquid per electionem, & poſtea in principio executionis ordinatur per quos fieri debeat, quod electũ eſt: & ſic imperium erit immediatè actus rationis, ſed võluntatis quaſi primo mouentis.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

QVAESTIO VI.

ARTICVLVS XIII.

Utrùm charitas per ſuam eſſentiam augeatur.

DEINDE quæritur quãtum ad gratiam pertinet, vtrùm charitas ſecundum ſuã eſſentiam augeaẽ. Et videtur ꝙ non. Cum enim augmentum ſit quędã mutatio, vel variatio, quod ſecundum eſſentiam augetur ſecundum eſſentiam variatur vel mutatur, ſed quod mutatur vel variatur ſecundum eſſentiam, aut generatur aut corrumpitur: ergo ſi charitas ſecundum eſſentiam augetur corrumpitur, non enim generatur, cum priùs fuerit.
22. q. 24 art. 4. & 5. & 1. d. 17. q. 2. ar. 2 o

¶ Præterea, Charitas non habet quantitatem niſi virtualem. Sed virtus charitatis eſt ipſa eſſentia eius: ergo quantitas charitatis eſt eſſentia eius: nõ ergo poteſt eſſe quòd varietur quantitas charitatis ſine variatione eſſentiæ eius, & ſic ſi augetur, ſecundum ſuam

eſſentiam

eſſentiam oportet, quod eſſe eius, vel generetur vel corrumpatur.

¶ Sed contra. Præmium eſſentiale reſpondet ipſi eſſentiæ charitatis. Sed quidam proficiunt ad maius præmium eſſentiale: ergo in eis charitas ſecundum eſſentiam augetur.

Charitas augetur ſecúdum eſſentiam

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ charitas ſecundum ſuã eſſentiam augetur. Sed notandum eſt, ꝙ hæc præpoſitio, ſecundum, varias habitudines importat, quandoque denotat ſubiectum, vt cum dicitur, iſte eſt albus ſecundum pedem, quia pes eſt ſubiectum albedinis, quandoq; verò formam, vt cum dicitur, iſte eſt coloratus ſecundum albedinem. Cum ergo dicitur aliquid ſecúdum hoc moueri, pôt intelligi vel ſubiectum, vel forma. Cum.n.dicitur, iſte mouetur ſecundum manũ, notatur ſubiectum motus. Cum verò dicitur, iſte mouetur ſecundũ locum, notatur id quod formaliter ſpecificat motum. Sic ergo cum dicimus charitatem ſecundum eſsentiam augeri, denotatur ſubiectum augmenti, vt ſit ſenſus. Ipſa eſſentia charitatis augetur, ſicut cum dicimus, album augetur ſecundum eſsentiã ſuam, non aũt deſignatur forma ſpecificans motũ, vt ſit ſenſus, augetur ſecundum eſsentiã, id eſt augmentum eius eſt motus in eſse, vel in eſsentia: & ſic dicitũ augmentum eſse ſecundum quantitatem, & quamuis quantitas charitatis, quæ eſt virtus, ſit idẽ quod eſsentia charitatis, nõ tamen oportet, ꝙ eſsentia charitatis tollatur, quia ẽt, in augmento corporali ipſa eſsentia quantitatis, nõ tollitur, cũ ſemper remanẽat dimenſio interminata ſed ſecundũ diuerſas terminationes quas recipit, fit mutatio de paruo in magnũ, quæ eſt augmẽtum ita etiam ipſa virtus charitatis non tollitur per eſſentiam ſuam, ſed variatur terminatio eius. Omnis autem forma recepta in aliquo ſubiecto terminationem recipit ſecundum capacitatem recipientis. Vnde quando ſubiectum charitatis magis diſponitur ad charitatem, ſcilicet ad congregationem ſui ad Deum, tantò maiorem participat charitatem: & ſic charitas ſecundum ſuam eſsentiam augeri dicitur.

12 q 52. ar. 1. o. & q. 66. ar. 1 o. & 22. q 24 art. 4 o. & 1. di. 17. q. 2. art. 1. c. & ad 3 oppoſitũ vt de 22. q. 24 ar. 4. ad 3. ſol.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

QVAESTIO VII.

DEinde quæritur de his quæ pertinent ad culpam. ¶ Et quæruntur duo.

¶ Primò vtrùm Petrus negando Chriſtum peccauerit mortaliter.

¶ Secundò, vtrùm habere plures præbendas ſine cura aĩarum abſq; diſpenſatione ſit peccatũ mortale.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrùm Petrus negando Chriſtum peccauerit mortaliter.

22. q. 24. ar. 2. ad 2. & veri q. 2 arti. 6. ad 2.

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur quòd Petrus negando Chriſtum non peccauit mortaliter. Dicit enim quædam Gloſ. ꝙ peccauit per ſurreptionem. Sed peccatum per ſurreptionem eſt veniale & non mortale: vnde primi motus qui per ſurreptionem ſunt, ſunt peccata venialia: ergo peccauit tãtùm venialiter.

¶ Præterea, Bernard. dicit in lib. de dile. Domini, ꝙ in Petro charitas fuit ſopita non extincta. Sed per peccatum mortale charitas extinguitur: ergo Petrus non peccauit mortaliter.

¶ Sed contra eſt quod Grego. dicit in moral. ꝙ Petrus ab ipſis faucibus Diaboli arripitur. Sed in faucibus Diaboli non eſt aliquis niſi per peccatum mortale: ergo Petrus peccauit mortaliter.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ abſque dubio Petrus peccauit mortaliter negando Chriſtum, ꝙ quidem patet ex tribus. Primò. quia negauit fidem in loco vbi perſcrutabatur, & eius confeſſio requirebatur. Ore enim confeſsio fit ad ſalutem, vt dicitur ad Ro. 10. in quo videtur ꝙ ſit de neceſsitate ſalutis confeſsio fidei in caſu prædicto: & præcipuè mendacium in his quæ fidei ſunt eſt pernicioſiſsimum, ſecundum Auguſtinum in libro de mendacio. Secundò, quia defectui confeſsionis & mendacio addidit periurium & blaſphemiam: quia vt dicitur Matt. 26. cœpit deteſtari & iurare, quia non nouiſset hominem: quæ conſtat eſse grauia peccata. Vnde Gloſ. dicit ibidem. Tertiò cœpit deteſtari & iurare, quia non nouiſset hominem, quia perſeuerare in peccato dat incrementum ſcelerum, & qui minima ſpernit, cadit in maiora.

22. q. 3 articu. 2. o. & 4. di. 49. q 5. ar. 3. q 2. ad 1. 22 q. 69. art 1. 2 o & q. 110. ar. 4 o. & 4 diſ 16. q. 4. ar 1. q. 1 .c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod ſurreptio dupliciter accipitur: vno modo ſecundum quòd opponitur deliberationi: & ſic primi motus dicuntur eſse ſurreptitij; ſic Petrus ex ſurreptione non peccauit. Alio modo ſecundum quòd opponitur electioni: & ſic Petrus ex ſurreptione peccauit, quia non peccauit ex electione quaſi ex certa malitia, ſed ex paſsione timoris: talis autem ſurreptio non excuſat à mortali, ſicut patet in incontinente qui fornicatur motus concupiſcentia, cùm tamen haberet propoſitum continendi.

ma. q. 7. ar. 3. ad 6.

¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ Ber. impropriè loquitur, & eius verbum vt verificetur eſt intelligendũ de quadam dilectione familiaritatis, quam Petrus ad Chriſtum conceperat, quæ in eo manſit etiam poſt negationem, vel ſi intelligatur de charitate gratuita, intelligendum eſt quòd non fuit extincta ſecundum prædeſtinationem diuinam, quæ eius pœnitentiam præparabat, quamuis eſset in ſe extincta ſecundum actum.

ARTICVLVS XV.

Vtrùm habere plures præbendas ſine cura animarum abſque diſpenſatione ſit peccatum mortale.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd habere plures præbendas ſine cura animarum abſque diſpenſatione ſit peccatum mortale. Quicunque enim facit contra ſtatutum concilij peccat mortaliter. Sed qui habet plures præbendas facit contra ſtatutum cõcilij generalis: ergo peccat mortaliter. Probatio medij. diſtinctione ſeptima dicitur in quodam decreto. Vrbani Papæ, quod incipit, Sanctorum canonum. Omninò aliquem in duabus Eccleſijs titulari non liceat. Sed vnuſquiſque in qua titulatus eſt in ea tantùm canonicus habeatur, licet enim Epiſcopi diſpenſatione vnus diuerſis præeſse poſsit Eccleſijs, canonicus tamen præbẽdarius, niſi vnius Eccleſiæ, in qua conſcriptus eſt, eſse non debet.

191. ar ſpecialis.

¶ Præterea, decimaquinta quæſtione prima, dicit quoddam decretum ſeptimæ ſynodi, Clericus ab inſtãti tempore in duabus non connumeretur Eccleſijs: negotiationis enim eſt hoc & turpis lucri commodum, & ab Eccleſiaſtica conſuetudine penitus alienum, & ſic idem quod priùs.

¶ Præterea, Chryſoſtomus dicit. Quòd tenebra erubuit lumen erubeſcat: quòd figuræ nõ fuit conceſsum rei reor eſse illicitum: figuræ autem non fuit conceſſum ꝙ inter leuitas qui capiebat in Bethelem caperet in Hieruſalem: ergo cum perfectiores eſse debeamus, qui capit in Tyro, non capit in Damaſco.

¶ Præterea, Bernardus dicit, Qui non vnus, ſed

plures

plures eſt in beneficijs: nō vnus ſed plures erit in ſupplicijs. Sed qui habet plures præbendas, plures eſt in beneficijs: ergo plures erit in ſupplicijs, & ſic grauiſsimè peccat.

¶ Prætereà. Quicunque committit ſe diſcrimini, & periculo peccati mortalis peccat mortaliter. Iſte eſt huiuſmodi, quia recipiendo plures præbendas iurat ſtatuta vtriuſque Eccleſiæ, in quibus præbendatur, quæ aliquando non poſſunt ſimul ſeruari, vtpotè ſi eodem tempore vocetur ad electionem in vtraq; Eccleſia vel ad aliqua Eccleſiæ negocia peragenda, & præcipuè ſi ſit cauſa inter duas Eccleſias cum vtriq; teneatur: ergo videtur ꝙ peccet mortaliter.

¶ Sed contra eſt, quia illud quod vergit in commune periculum, non eſt ab Eccleſia ſuſtinendum. Sed Eccleſia ſuſtinet, vt aliqui communiter habeant duas præbendas: ergo in hoc non eſt periculum peccati mortalis.

¶ Præterea, licitum eſt alicui patrimonium habẽti prębendam accipere. Sed maior eſt conuenientia inter Eccleſiaſtica beneficia, quàm inter patrimonium, & præbendam: ergo etiam licet habenti vnam prębendā accipere aliam.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ omnis quæſtio in qua de peccato mortali quæritur, niſi expreſſe veritas habeatur periculosè determinatur: quia error quo non creditur eſſe peccatum mortale, quod eſt peccatum mortale, conſcientiam non excuſat à toto, licèt fortè à tanto. Error verò quo creditur eſſe mortale, quod non eſt mortale, ex conſcientia ligat ad peccatum mortale. Præcipuè autem periculoſum eſt vbi veritas ambigua eſt, quod in hac quæſtione accidit. Cum enim hæc quæſtio ad theologos pertineat, inquantum dependet ex iure diuino, vel ex iure naturali: & ad iuriſtas inquantum dependet ex iure poſitiuo, inueniuntur in ea theologi theologis, & iuriſtæ iuriſtis contraria ſentire. In iure namque diuino non inuenitur determinata expreſsè, cum in ſacra ſcriptura expreſſa mētio de ea non fiat, quamuis ad eam argumenta ex aliquibus authoritatibus ſcripturæ fortè adduci poſsint: quæ tamen non lucidè veritatem oſtendunt. Determinando verò eam ſecundum ius naturale, ſic videtur ad præſens de ea dicendum, ꝙ actionum humanarum multiplex eſt differentia. Quædam enim ſunt quæ habent deformitatem inſeparabiliter annexam: vt fornicatio, adulterium & alia huiuſmodi, quæ nullo modo bene fieri poſſunt: de numero talium non eſt habere plures præbendas, alias in nullo caſu diſpenſationem recipere poſſet, quod nullus dicit. Quædam verò ſunt actiones, quæ de ſe indifferenter ſunt ad bonum vel malum, vt leuare feſtucam de terra, vel aliquod huiuſmodi: inter quarum numerum quidam computant habere plures præbendas, dicentes. Ita licitum eſt habere plures præbendas, ſicut habere plura poma. Sed hoc non videtur eſſe verum, cum hoc quod eſt habere plures præbendas plurimas in ſe ordinationes contineat, vtpotè quia non eſt poſsibile aliquem in pluribus eccleſijs deſeruire in quibus eſt præbendatus, cum præbendæ videantur eſſe ordinatæ quaſi quædam ſtipendia Deo ibidem miniſtrantium. Sequitur etiam diminutio cultus diuini, dum vnus loco plurium inſtituitur. Sequitur etiam in aliquibus defraudatio voluntatum teſtatorum, qui ad hoc aliqua bona eccleſiis contulerunt, vt certus numerus Deo deſeruientium ibi eſſet. Sequitur etiam inæqualitas, dum vnus pluribus beneficijs abundat, & alius nec vnum habere poteſt, & multa alia huiuſmodi quæ de facili patent: vnde nō poteſt contineri inter indifferentes actiones, & multò minus inter eas quæ ſunt ſecundum ſe bonæ, vt dare eleemoſynam & huiuſmodi. Sunt verò quędam actiones quę abſolutè conſideratæ deformitatem, vel inordinationem quandam important, quæ tamen aliquibus circunſtantijs aduenientibus bonæ efficiuntur, ſicut occidere hominem, vel percutere in ſe deformitatem quandam importat, ſed ſi addatur occidere malefactorem propter iuſtitiam, vel percutere delinquentem cauſa diſciplinæ: non erit peccatum, ſed virtuoſum. In numero harum actionum videtur eſſe habere plures præbendas. Quamuis enim aliquas inordinationes contineat, tamen aliæ circunſtantiæ poſſunt ſuperuenire ita honeſtantes actum, ꝙ prædictæ inordinationes totaliter euacuantur: vtputà ſi ſit neceſsitas in pluribus eccleſijs eius obſequio, & poſsit plus ſeruire eccleſiæ, vel tantundem abſens quàm alius præſens, & ſi qua alia ſunt huiuſmodi, & tunc iſtis conditionibus ſuperuenientibus cum recta intentione non erit peccatum ēt nulla diſpenſatione interueniente, ſi conſideretur tantum ſecundum ius naturale, quia diſpēſatio ad ius naturale non pertinet, ſed ſolum ad poſitiuum. Si verò aliquis hac intentione plura beneficia habeat, vt ſit ditior, vt lautiùs viuat, & vt faciliùs ad epiſcopatum perueniat in aliqua eccleſiarum, vbi eſt præbendatus, non tolluntur prædictæ deformitates, ſed augentur, quia cum tali intētione & vnum beneficium habere, quod nullam inordinationem importat, eſſet illicitum. Et ſic quidem eſſet dicendum ſecundum ius naturale ét nullo iure poſitiuo ſuperueniente. Nunc autem certū eſt per antiqua iura hoc eſſe prohibitum, patet etiam huic prohibitioni conſuetudinem eſſe contrariam, per quam quidam dicunt illa iura eſſe abrogata. Nam per contrariam conſuetudinem iura humana abrogantur. Quidam verò dicunt per hanc cōſuetudinem antiqua iura non abrogari, eo quòd quædam Decretalis, &c. multa per patientiam tolerantur, quæ ſi in iudiciū fuerint deducta, iuſtitia cogente caſſarentur, & hæc controuerſia iuriſtis eſt relinquenda, quamuis hoc videatur eſſe probabile, ꝙ quantum ad hoc quòd iura illa antiqua continēt ius naturale abrogari non poſsint per contrariam conſuetudinem, vtporè irrationalē. Quantum autem ad hoc ꝙ ſolum de iure poſitiuo continent poſſunt eſſe abrogata, præcipuè ſi ſimulantes hanc cōtrariam conſuetudinem, in quorum poteſtate eſt ius poſitiuum mutare, intēdunt per talem diſsimulationem antiqua iura mutare. Si ergo antiqua iura, quæ hoc prohibent in ſuo robore maneant contraria cōſuetudine non obſtante certum eſt nō poſſe aliquem plures præbendas habere abſque diſpenſatione, etiam illis circunſtantiis ſuperuenientibus, quæ ſecundum cōſiderationem iuris naturalis actum poterant honeſtare. Si autem antiqua iura ſunt per conſuetudinem abrogata, tunc prædictis circunſtantiis ſuperuenientibus etiam ſine diſpenſatione licitum eſt plures præbendas habere, ſine quibus circunſtantijs licitum non eſt, quantumcunque diſpenſatio interueniat, eo ꝙ diſpenſatio humana non aufert ligamen iuris naturalis, ſed ſolum ligamen iuris poſitiui, quod per hominem ſtatuitur, & per hominem diſpenſari poteſt.

¶ Et ex his de facili poteſt patere reſponſio ad obiecta.

Margin notes: 1. 2. q. 97. ar. 3. ad 4. — 2. 2. q. 172. ad 1. 2. 2. q. 110 ar. 3. 3 ſen. d. 2. ar. 4 ad 2. — Reprobatio. — Ma. q. 2. art. 4. & 5.

ARTICVLVS XVI.

Vtrùm omnes ſancti, qui ſunt per eccleſiam canonizati, ſint in gloria, vel aliqui eorum in inferno.

Ar. ſpecialis de canonizatione ſanctorum.

DEINDE quæritur quantum ad gloriam pertinet, vtrum omnes ſancti qui ſunt per eccleſiam canonizati ſint in gloria, vel aliqui eorum ſint in inferno. Et videtur ꝙ aliqui poſsint eſſe in inferno de his qui ſunt in eccleſia canonizati. Nullus enim poteſt eſſe

ita

ita certus de ſtatu alicuius, ſicut ipſemet de ſe, quia quæ ſunt hominis nemo nouit, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt, vt dicitur primæ Corinthiorum 2. Sed homo non poteſt eſſe certus de ſeipſo, vtrum ſit in ſta- Eccleſ. tu ſalutis. Dicitur enim Eccleſ. 9. Nemo ſcit vtrùm ſit dignus odio, vel amore: ergo multò minùs Papa ſcit. ergo poteſt in canonizando errare.

¶ Præterea. Quicunque in iudicando innititur medio fallibili poteſt errare, ſed eccleſia in canonizando ſanctos innititur teſtimonio humano, cum inquirat per teſtes de vita & miraculis: ergo cum teſtimonium hominum ſit fallibile: videtur quòd eccleſia in canonizando ſanctos poſsit errare.

¶ Sed contra. In eccleſia non poteſt eſſe error damnabilis, ſed hic eſſet error damnabilis, ſi veneraretur tanquam ſanctus qui fuit peccator, quia aliqui ſcientes peccata eius crederent hoc eſſe falſum, & ſi ita contigerit poſſent ad errorem produci: ergo eccleſia in talibus errare non poteſt.

¶ Præterea, Auguſtinus dicit in epiſtola ad Hier. Quòd ſi in ſcriptura canonica aliquod mendacium admittatur mutabitur fides noſtra, quę ex ſcriptura canonica dependet. Sed ſicut tenentur credere illud quod eſt in ſacra ſcriptura ita illud quod eſt cōiter per eccleſiam determinatum, vnde hæreticus iudicatur qui ſentit contra determinationem conciliorum: ergo cōe iudicium eccleſiæ erroneum eſſe non poteſt, & ſic idē quod prius.

3.p.q. 64. ar.2. ¶ Reſpondeo dicendum, quòd aliquid pōt iudicari poſſibile ſecundum ſe conſideratum, quod relatum ad aliquid extrinſecum impoſsibile inuenitur. Dico ergo quòd iudicium eorum qui præſunt eccleſię pōt errare in quibuslibet, ſi perſonæ eorum tantum reſpiciant. Si verò conſideretur diuina prouidentia, quæ eccleſiam ſuam ſpiritu ſancto dirigit, vt nō erret, ſicut ipſe promiſit Io. 14. quòd ſpiritus adueniens doceret omnem veritatem de neceſſariis ſ. ad ſalutem: certum eſt quòd iudiciū eccleſiæ vniuerſalis errare in his quæ ad fidem pertinent impoſsibile eſt. Vnde magis eſt ſtandum ſniæ Papæ, ad quem pertinet determinare de fide quā in iudicio profert, quàm quorumlibet ſapientum hoīum in ſcripturis opinioni, cum Caiphas quamuis nequam, tamen quia pontifex, legatur et inſcius propheta ſſe. Ioan. 11. In aliis vero ſententiis, quæ ad particularia facta pertinent, vt cum agitur de poſſeſsionibus, vel de criminibus, vel de hmōi, poſsibile eſt iudicium eccleſiæ errare propter falſos teſtes. Canonizatio verò ſanctorum medium eſt inter hæc duo: quia tamen honor quē ſanctis exhibemus, quædam profeſsio fidei eſt, qua ſanctorum gloriam credimus, piè credendum eſt, quòd nec etiam in his iudicium eccleſiæ errare poſsit.

1.p.q. 11. ar.1.q. 30 ar.3 o. ¶ Ad primum ergo dicendum, quòd pontifex, cuius eſt canonizare ſanctos, poteſt certificari de ſtatu alicuius per inquiſitionem vitæ, & atteſtationem miraculorum, & præcipuè per inſtinctum ſpiritusſancti, qui omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.

p.q 6.art. 7 o.1 d.24 ar. 3.o. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd diuina prouidētia præſeruat eccleſiam, ne in talibus per fallibile teſtimoniū hominum fallatur.

INCIPIT QVODLIBET DECIMVM.

QVAESTIO PRIMA.

QVAESITVM eſt de Deo, Angelo, & anima.
¶ De Deo quæſita ſunt tria.
¶ Primò, de eius vnitate.
¶ Secundò, de eius iudicio.
¶ Tertiò, de ejus ſacramento.

ARTICVLVS 1.

Vtrùm vnitas aliquid poſitiuè dicat in diuinis, & non remotionem tantùm.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd vnitas aliquid poſitiuè dicat in diuinis, & non remotionē tantum, ſecundum opinionem magiſtri. Ex priuationibus enim non conſtituitur res aliqua. Sed ex vnitatibus conſtituitur numerus qui eſt res, cum ſit ſpecies quantitatis: ergo vnitas non dicitur ſecundum priuationem tantùm.

¶ Præterea. Numerus ſequitur diſtinctionem. Si ergo vnitas & numerus in diuinis non dicerent rem aliquam, non eſſet in diuinis realis diſtinctio, quod eſt hereſis ſabelliana.

¶ Præterea. Si vnitas & numerus in diuinis dicuntur ſolummodò remotiuè: per vnitatem autem nihil aliud vi remoueri quàm numerus, nec per numerum aliud quàm vnitas, ſequitur quòd vtrunq; iſtorum in diuinis dicatur ſecundum negationem negationis, ſed negatio negationis non eſt niſi ſecundum rationē tantum: ergo vnitas & numerus non eſſent realiter in diuinis, quod eſt inconueniens: & ſic vnum & numerus aliquid poſitiuè dicunt in diuinis.

¶ Sed contra. Omne quod prædicatur de aliquo prædicatur de eo ſecundum propriam rationem. Sed ratio vnius in negatione conſiſtit. Eſt enim vnū quod non diuiditur ſecundū philoſophum, ergo de Deo prędicatur ſecundum remotionem tantùm.

¶ Præterea. Secundum philoſophum in 10. metha. (T.c.9.) vnum & multa opponuntur, ſicut priuatio & habitus. Priuatio autem dr̄ per remotionem tantùm, ergo vnum, quod inter prædicta duo tenet locum priuationis, dicitur per remotionem tantùm.

¶ Præterea. Vnum ſupra ens non addit aliquid ſecundum rem, quia ſic res non eſſet vna per ſuam eſſentiam, addit ergo aliquid ſecundum rationem tantùm. Sed quod eſt ſecundum rationem tantum, vel eſt negatio vel relatio. Cum ergo vnum ſupra ens non addat aliquam relationem, quia ad aliquid non dr̄, videtur quòd addat negationem.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd vnū quod eſt principium numeri de neceſsitate aliquid poſitiuè dicit in 1.p q.11. ar.1. eo cui attribuitur: quia cum ex vnitatibus numerus cōſtituatur, niſi vnitas res aliqua eſſet, numerus res eſſe non poſset, & ſic non poſset poni in aliquo genere tanquam ſpecies. Si ergo vnum quod conuertitur cū ente ſit idem quod vnum quod eſt principiū numeri, oportet quòd etiam vnum quod conuertitur cum ente, aliquid poſitiuè ſuperaddat enti, & hoc concedit Auicenna. vnde vult quod vnum quod conuertitur cum ente addat ſupra ens aliquid quod ad genus menſuræ pertineat. Sed hoc non poteſt eſſe, quia cū vnum quod conuertitur cum ente de qualibet re dicatur, oportet quod etiam illa res quam addit ſupra ens ſit vna, & ſic vel erit vna per aliquam vnitatem additam, & ita erit proceſsus in infinitum: vel erit vna per eſſentiam ſuam, quod ſi eſt, ſtandum eſt in primo, vt ſcilicet ens ipſum dicatur vnum per eſſentiam, non per aliquam rem additam. Sic ergo intelligendum eſt ſecundum opinionem Ariſtotelis & commentatoris eius, quòd vnū quod conuertitur cum ente non ſuperaddit enti rem aliquā, ſed ſolùm negationem diuiſionis, & ſic huiuſmodi vnum & ponit aliquid inquantum in ſuo intellectu includit ens, & dicitur remotiuè quantum ad id quod ſuperaddit enti. Vnum verò quod eſt principium numeri, quod ſuperaddit enti aliquid de genere menſuræ, 1. p. q. 11. ar. 1. et 2. et q. 3. o a. 3. o. & ſimiliter numerus cuius eſt principium, inueniūtur in rebus habentibus dimenſionem: quia talis nume-

rus

rus cauſatur ex diuiſione continui & hic numerus, ſcilicet ex diuiſione continui cauſatus, eſt ſubiectum Arithmeticæ, etiam ſecundum Auicennam. Nulla autem conditio propria rei corporalis poteſt dici de Deo, aut de aliqua ſubſtantia ſpirituali. Vnde ſecundum hoc vnum & numerus quæ continentur in genere quantitatis, non dicuntur de Deo & de alijs ſubſtantijs incorporeis: ſed ſolùm vnum quod conuertitur cum ente, & multitudo ei oppoſita. & ideò vnitas in diuinis non dicitur niſi remotiuè quantum ad id quod ſuperaddit enti, quamuis ponat aliquid ſecũdum quod includit ens. Eſt enim vnum ens indiuiſum.

1.d.24.ar.1.ad 2.

1.d.24.ar.2.& 1.p.q.30.ar.3.ad 1.& 8.ad 15.po.q.9.a.5.ad 8.& 7.c.& 2.di.3.q.1.ar.3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de vno quod eſt principium numeri.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd obiectio illa procedit ſi nullo modo vnum & numerus aliquid ponerẽt realiter in diuinis: ponunt autem ens & rem diſtinctã, vel indiſtinctam quantum ad hoc, quòd ens includitur in ratione vnius, vt dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in ratione multitudinis includitur negatio rei, ſed in ratione vnius negatio negationis & rei ſimul, quod ſic patet: vnum enim eſt quod nõ diuiditur: diuiſio autem eſt quæ negatur per vnum quod cõuertitur cum ente: oportet autem quòd ſit talis quòd in omni diuiſione ſaluetur: hæc autem eſt diuiſio per affirmationem & negationem: & ideò huius diuiſionis negatio conſtituit rationem vnius: eſt enim vnum quod non diuiditur tali diuiſione ꝙ ſit accipere hoc & non hoc: & ſic vnum inquantum negat affirmationem & negationem ſimul, eſt negatior ei & negationis ſimul. prædicta vero diuiſio includitur in ratione multitudinis: & ſic includitur ibi negatio rei, quia multa ſunt quæ ſic diuiduntur, quod eorum vnum non eſt alterum.

Quid ſit vnũ aut diuiſio.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Chriſtus ſit deſcenſurus ad iudicium in terram.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non ſit deſcẽſurus ad iudicium in terram: quia ſuper illud pſal. Dominus in templo ſancto ſuo, &c. dicit gloſſ. Quòd Deus in cœlo ſedens de bonis & malis iudicat: ergo iudicium non eſt futurum in terra, ſed in cœlo.

d.47 q.1.art.1.q.1.o.

¶ 2 Præterea, Ad dignitatem iudicis pertinet quòd iudicandi ad eum accedant, & non econuerſò. Sed Chriſtus eſt digniſſimus iudex, cuius locus eſt cœlum: ergo homines aſcendent illuc, vt ibi iudicentur, non autem ipſe in terram deſcendet homines iudicaturus.

¶ 3 Præt. Si iudicium ſit in terra futurum, præcipuè videtur, quòd ſit futurum in valle Ioſaphat, vt habetur Ioel. tertio. Sed locus ille non poſſet tantam multitudinem hominum capere, & ſic non eſt ibi futurum iudicium: ergo in nullo loco terræ.

¶ Sed contra eſt, quòd dicitur 1. ad Theſſalo. 4. ꝙ Chriſtus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo; & ita videtur quòd iudicium in terra non in cœlo ſit futurum.

¶ Præterea. In iudicio comparebunt non ſolùm electi, ſed etiam reprobi, qui habebunt corpora groſſa & grauia, & ſic non competit eis locus cœleſtis, ſed terreſtris: ergo iudicium non eſt futurum in cœlo, ſed in terra.

¶ Reſpon. dicendum, quòd iudicium ordinatur ad retributionem præmiorum, vnde ſecũdum duplex præmium, ſcilicet animæ & corporis eſt duplex iudicium Dei; vnum quo beatificat, vel damnat homines quo ad animam, & hoc iudicium per totum hoc tempus agitur. Aliud eſt iudicium, quo præmiabuntur, vel punientur homines, etiam quantum ad corpora, & hoc iudicium fiet poſt reſurrectionem in fine tẽporis. Primum autem iudicium conuenit Chriſto ratione diuinitatis, ſed ſecundũ rationem humanitatis: quia ſicut dicit Aug. ſuper Io. Verbum Dei viuificat animas, ſed verbum caro factum viuificat corpora: vnde etiam Ioan. 5. dicitur. Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Sic ergo vltimum iudicium eſt futurum in loco qui Chriſto competit ratione ſuæ humanitatis, ſcilicet circa terram illam, vbi natus eſt & paſſus, & reliqua humanitatis compleuit officia, propter quod dicitur quòd in valle Ioſaphat iudicium eſt futurum, quia vallis illa ſubiacet monti Oliueti, vnde Chriſtus aſcendit in cœlum, vt ſic oſtendatur idem eſſe qui aſcendit regnaturus, & qui deſcendit iudicaturus ſecundũ illud Actuũ primo. Quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum, ita veniet.

22.q.60.ar.2.

cõtra.4.ca.95.& 96 & 4.d.48.q.1 ar.1.ad 5.3.p.q.95 ar.1.ad 3.& ar.4.o.& opus.3 c.58.4.d.48.q.1 ar.11.4 q.4.cap.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Glo. illa loquitur de primo iudicio, quod competit Chriſto ratione diuinitatis, ratione cuius etiam cœlum ei pro loco aſſignatur: non quia diuinitas loco claudatur, ſed quia in cœlo præcipuè inter ceteras incorporeas creaturas apparent iudicia maieſtatis diuinæ, vnde cœlum locus Dei dicitur & ſanctorum qui Deo fruuntur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd acceſſus ad locum iudicis, ideſt aſcẽſus in cœlum eſt præmium quod ex iudicio reportatur, vnde debet iudicium ſequi non præcedere, non autem ita ſe habet ad iudicium humanum acceſſus ad locum iudicis, & ideò non eſt ſimile.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in iudicio neque Chriſtus neque electi erũt in terra: ſed ſolum reprobi Chriſtus enim & electi erunt in aere: ſecundum illud 1. ad Theſ. 4. Rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aera; reprobi autem erunt non ſolum in valle illa, ſed in regione circumquaque. Vnde Chriſtum & electos videre poterunt, tum ratione altitudinis, tum ratione claritatis.

ARTICVLVS III.

Vtrùm ſpecies vini, quæ remanet in ſacramento altaris poſt conſecrationem, alij liquori commiſceri poßit.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd ſpecies vini, quæ remanet in ſacramento altaris poſt conſecrationem, alij liquori commiſceri non poſſit: quia ſecundum philoſophum in 1. de generatione. (T.c.84.) miſcibilia ſunt in mixto potentia nõn actu. Si ergo illa ſpecies vini alteri liquori miſceatur, poſt mixtionem non remanebit illa ſpecies in actu, ſed deficiente ſpecie deficit eſſe corpus, vel ſanguis Chriſti. Sed hoc eſt inconueniens, quia ſecundum philoſophum quæ ſunt miſcibilia, ſunt etiam ſeparabilia & ſic illa ſpecies alicui liquori ad mixta poterit iterum ſeparari, qua ſeparatione facta erit ibi verum corpus Chriſti cum ea: vel ſanguis, cùm tandiu corpus, vel ſanguis Chriſti ſit ſub ſpecie, quandiu ſpecies eſt. & ſic ſanguis Chriſti de nouo incipiet eſſe ſub ſpecie vini alio modo quam per conſecrationem, quod etiam eſt inconueniens. ergo & illud ex quo ſequitur: ſcilicet ꝙ ſpecies vini poſt conſecrationem alteri liquori miſceatur.

3 p.q.77.ar 8 o.& 4 d 12 q 1 a.2.q.6.o

¶ Sed contra, Forma mixti eſt forma accidentalis. Sed accidens ſuperueniens non corrumpit ſubiectum. ergo poſt mixtionem ſpeciei cum aliquo liquore, adhuc remanet ipſa ſpecies, & ſic non ſequitur inconueniens prædictum.

Reſpon. dicendum, quòd quidam dicunt illis ſpeciebus poſſe admiſceri nullo modo aliquem liquorem quin ſtatim ſub totis illis ſpeciebus deſinat eſſe ſanguis Chriſti. & hoc ideò, quia mutatis ſpeciebus non remanet ibi veritas ſanguinis Chriſti. per additionem enim cuiuſcunque liquoris fit alia quantitas, quæ ſubſiſtit in illo ſacramento alijs accidentibus, fit enim maior

ar. 183.& 3.p.q 75.ar.6.ad 3.& q.77.art.3.o & 4.3 p.q.77 ar 8.o & 4 d.12 q.1.art.2.q.4.o.

quantitas

quantitas,& ſic non remanet ibi ſanguis Chriſti. Sed hoc non videtur verum, quia ſpecies quæ in ſacramẽto poſt conſecrationem remanent, eodem modo corrumpuntur, & non aliter quàm accidiſſet de ſubſtantijs præexiſtentibus,quorum ſpecies manent, ſicut ad ſenſum patet,ꝙ interimantur & alijs modis tranſmutentur omnino ſicut accidiſſet de ſubſtantia panis aut vini ante conſecrationem.conſtat autem per admixtionem vnius guttæ aquæ non fuiſſe totum vinum destructum: vnde nec propter hoc tota ſpecies vini corrumpitur poſt conſecrationem: nec oportet ſi augetur quantitas ꝙ propter hoc ſit ibi alia ſpecies. Nam ipſa additio nõ tollit eſſentiam dimenſionis,ſed variat terminationem eius, quæ quidem variatur non ſolũ per additionem,ſed etiam per diuiſionẽ: vnde ſi talis variatio ſufficeret ad hoc,ꝙ deſineret eſſe ſub ſpeciebus corpus,vel ſanguis Chriſti,ſequeretur,ꝙ per diuiſionem ſpecierum ſimiliter eſſe deſineret:quod patet eſſe falſum. Et ideo dicendum, ꝙ aliqua admixtio alterius liquoris facit vt totaliter deſinat eſſe sãguis Chriſti ſub ſpeciebus: & aliqua non, ſed ſolum ſub parte ſpecierum. Si enim eſſet ſubſtantia vini ibi, ſi alius liquor in magna quantitate admiſceretur totaliter illud vinum corrumperetur & deſineret eſſe vinum,ſi liquor admixtus eſſet alterius ſpeciei,vel deſineret eſſe hoc vinum ſi eſſet eiuſdem ſpeciei. Si autem alius liquor in parua quantitate admiſceretur, non poſſet illius liquoris permixtio ad totum vinũ peruenire, ſed ad aliquam partem eius quam variaret, vel ſecundũ ſpeciem ſi eſſet alterius ſpeciei, quam per mixtionem non totaliter amitteret,vel ſecundum numerum,ſi eſſet eiuſdem ſpeciei,vel ſpeciem ſuam per mixtionem totaliter amitteret, ſicut gutta aquæ proiecta in amphoram vini. Sic ergo, ſi ſpeciei poſt conſecrationem fieret tanta permixtio extranei liquoris,quæ ſufficeret ad totam ſubſtantiam vini corrumpendam,ſic ibi deſineret eſſe ſanguis Chriſti ſub totis ſpeciebus; ſi autem non ſi tanta permixtio deſinit eſſe ſub parte. Nã dato ꝙ ille liquor permixtus in ſpeciẽ vini mutetur, non tamen conuertetur in ſanguinem Chriſti.

[Margin: ar. 192.] [Margin: Quãdo liquor additur ipſis ſpeciebus eis corrũpit.]

¶ Ad primum ergo dicendum,ꝙ facta permixtione ſpeciei cum alio liquore, non remanet ſpecies eadem,vel ſecundum ſpeciem, vel ſecundum numerũ, vel ſecundum totum,vel ſecundum partem,& ſic ſub toto,vel ſub parte nõ remanebit ſanguis Chriſti, ſed ſubſtantia vini; nec etiam facta ſeparatione denuò erit ibi ſanguis Chriſti, quia miſcibilia quæ ſeparantur à mixto non redeunt eadem numero, ſed eadem ſpecie.

¶ Ad ſecundum,ꝙ in contrarium obijcitur, dicendũ ꝙ forma mixtionis dupliciter poteſt intelligi. Vno modo forma per quam corpus mixtum in ſpecie collocatur, & ſic eſt forma ſubſtantialis, per hunc enim modum forma lapidis dicitur forma mixti. Alio modo dicitur forma mixti qualitas quædam media reſultans ex ſimplicibus qualitatibus commixtis. Cùm ergo dicitur ꝙ forma accidentalis ſubſtantiam non deſtruit,poſſet dici ꝙ verum eſt, tamen deſtruit accidentia, & ſic ſpecies ſacramentales quæ ſunt accidentia poſt commixtionem non manent; ſed hæc ſolutio nõ eſt ſecundum veritatem. Nam forma mixtionis cum ſit quædam qualitas media,non permutat niſi ſimplices qualitates,ex quibus componitur, ſpecies autem ſacramentales non deſtruuntur quibuſcunque qualitatibus variatis. Quia ſi odor vini, vel color mutaretur, non propter hoc deſineret ibi eſſe ſanguis Chriſti niſi dimenſiones quæ cæteris accidentib. ſubſunt, vicem ſubſtantię gerẽtes ſecũdum eſſentiam deſtruerentur,quod aliter accidere non poteſt quam accideret de ſubſtantia vini,ſi ibi eſſet. Et ideo aliter dicendum eſt, ꝙ accidens nõ corrumpit ſubiectum effectiuè,ſed diſpoſitiuè. Poſita enim qualitate, quæ eſt neceſſaria diſpoſitio ad formam ignis, ſcilicet calore, in ſummo, remouetur forma aeris: ſimiliter poſita media qualitate,quæ eſt neceſſitas ad formam mixti, aufertur forma corporis ſimplicis.

[Margin: 4 contra gentiles c. 81. ad 3. 3. p. q. 76. ar. 4. ad 4.] [Margin: art. 18; ad 3 ???. q. 85. ar. 1. ad 4 & q. 110. ar. 2. ad 1. q. 131 ar. 3 ad 5. 198.]

QVAESTIO II.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum duratio Angeli habeat prius, & poſterius.

DEINDE quæritur de angelo, vtrum duratio Angeli habeat prius & poſterius videtur, ꝙ ſic. In eo enim cuius duratio nõ habet prius & poſterius idem eſt eſſe & fuiſſe. Si ergo in duratione Angeli non eſt prius & poſterius,idem erit Angelum eſſe & fuiſſe. Sed hoc eſt impoſſibile, quia Deus poteſt facere ꝙ Angelus non eſſet,cùm non poſſit facere, quòd non fuerit: ergo inconueniens eſt dicere ꝙ in duratione Angeli non ſit prius & poſterius. [Margin: 2. d. 2. q. 1. c. & d. 37. q. 4. ar. 1.]

¶ Præterea, Nullum creatum eſt infinitum in actu. Sed duratio Angeli eſt infinita ex parte poſt: ergo nõ eſt tota ſimul in actu,& ita eſt ibi prius & poſterius.

¶ Præterea, menſura debet eſſe proportionata mẽſurato. Sed eſſe Angeli eſt finitum in actu: ergo eſſe, quod eſt eius menſura eſt finitum: & ſic idem quod prius.

¶ Præterea,ratio æternitatis in hoc perficitur quod eſt tota ſimul: quia ſecundum Boet. in 5. de conſolatione, æternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul, ac perfecta poſſeſſio. Si ergo æuum quod eſt Angeli duratio,non habeat prius & poſterius,non videtur ab æternitate differre. [Margin: Boetius.]

¶ SED contra. Secundum Philoſophum in quarto Phi. (T.c.104.) propter prius & poſterius in motu, eſt prius & poſterius in tempore,quod menſurat motum. Sed in eſſe Angeli non eſt aliquis motus,nec illud eſſe aliquo modo motui ſubiacet: ergo in æuo quod eſt eius menſura non eſt prius & poſterius.

¶ Præterea, tempus nihil aliud eſt quam numerus prioris & poſterioris. Si ergo ĩ æuo ſit numerare prius & poſterius: æuum nihil differt a tempore.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ de re aliqua poſſumus loqui dupliciter. Vno modo ſecundum quod eſt in rerum natura. Alio modo ſecundum quod eſt in conſideratione noſtra. Primo modo accipitur ſubſtantia rei cum omnibus ſuis diſpoſitionibus & operationibus: quia ſine his ſubſtantia non inuenitur in rerum natura. Sed ſecundo nõ poteſt accipi ſubſtantia abſq; ſuis diſpoſitionibus: quia conſideratio ſubſtantiæ non dependet a conſideratione ſuarum diſpoſitionum. Accipiendo ergo menſuram durationis ſecundum primum modum,ſic ſoli Deo competit duratio, quæ ſit tota ſimul,& non alicui creaturæ: eo ꝙ ſolus Deus eſt immobilis quantum ad eſſentiam,& quãtum ad omnia quæ circa eſſentiam conſiderari poſſunt. Quælibet autem creatura eſt variabilis vel ſecundum ſubſtantiam, vel ſecundum aliquam diſpoſitionem aut operationem. Et ſecundum hoc Auguſt. 21. q. ad Oroſium, ponit omnes creaturas eſſe in tempore, etiam Angelos. Sed accipiendo menſuram durationis Angeli ſecundo modo, prout conſideratur eius ſubſtantia abſolutè eius menſura eſt æuum, & non tempus, de quo quidem æuo eſt duplex opinio. Quidam enim dicunt,ꝙ in æuo eſt prius & poſterius,ſed non ſicut in tempore. In tempore namque eſt prius & poſterius cũ innouatione,in æuo autem ſine innouatione. Sed hoc nõ eſt intelligibile, impoſſibile eſt enim eſſe alicuius

[Margin: 1 p. q. 9. ar tic. 2. o. & 22. q. 10. art. 2. 3. q. 14. ad 15. † Alias immutabilis. 2. d. 2. q. 1. ar. 1. o.] [Margin: Reprobatio 1 p. q. 10 ar. 5. o.]

durationis

durationis duas partes ſimol, quartam vna alteram nõ includat, ſicut menſis includit diem: vnde ſimul eſt aliquid in die, & in menſe. Sed duo dies & duo menſes ſimul eſſe non poſſunt. Vnde quandocunq; in aliqua duratione ponuntur duæ partes, quarum vna eſt prior, & altera poſterior, oportet ꝙ vna tranſeunte alia de nouo adueniat, & ſic oportet in omni duratione, in qua eſt prius & poſterius, ꝙ ſit innouatio. Menſura autem durationis innouationem habere non põ, niſi illud quod per durationem menſurat innouationẽ recipere poſſit, eſſe autem angeli eſt abſq; innouatione, quia ex quo cœpit eſſe immutabiliter perſeuerat: nec in eo ſit motus, nec ſit alicui motui ſubiectum, ſicut eſſe rerũ corruptibilium eſt ſubiectum motui cœleſti. Sic ergo ſi attribuatur menſura angelo quantum ad ſubſtantiã tantùm illa non habet prius & poſterius, ſic.n. menſuratur eorum eſſe æuo; & ſimiliter ſi attribuatur eis menſura durationis quantum ad eſſentialem operationem beatitudinis: ſic enim ſunt in participatione æternitatis. Si verò attribuatur eis menſura durationis ratione aliarum operationum, vel affectionum: ſic eorum menſura habet prius & poſterius, & ita etiam menſurantur tempore, ſecundum quod dicit Auguſt. 8. ſuper Gene. ad literam, ꝙ Deus mouet creaturam ſpiritualem per tempus.

art. 115. & 187.

2. d. 2. ar. 1. c. ad 4.

1. p. q. 10. ar. 5. ad 1. q. 12. artic. 10 ad 2. ad 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ rei æternæ, vel æui æternæ aliquid põ attribui dupliciter. Vno mõ ratione ſuipſius, & ſic non attribuitur ei, neq; fuiſſe, neque futurum eſſe, ſed ſolum eſſe: quia in præterito & futuro implicatur prius & poſterius, non aũt in præſenti. Alio mõ ratione menſuræ adiacentis, vel ſubiacentis: id eſt ratione temporis, & ſic attribuitur ei fuiſſe per cõcomitantiam ad tempus præteritum, & futurum eſſe per concomitantiam ad tempus futurum. Ipſum enim momentum æternitatis adeſt toti tempori: vnde dicit Auguſt. de Deo ꝙ fuit, quia nũquam defuit. Erit, quia nunquam deerit. Sic ergo Deus non poteſt facere angelum non fuiſſe, quia non poteſt facere quin tempus præteritum ſimul cum eſſe angeli fuerit: poteſt autem facere angelum non eſſe quia põt facere, vt eſſe angeli non ſit ſimul cum tempore, quod præſens eſt nunc, vel erit in futuro, & ſic iſta diuerſitas magis dependet ex modo locutionis, quàm ex natura rei.

1. p. q. 10. art. 2. ad 4. & ar. 5. ad 3

ar. 96 & 1. p. q. 25. ar. 4 & 22. q. 152 art. 3. ad 3. ad 2.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ infinitum dr̃ dupliciter. Vno mõ priuatiuè, & ſic non attribuitur niſi illis, quæ habent extenſionem, vel quantitatem: hoc.n. ſolũ natum eſt habere finem, & ita æuum nullo modo hẽt infinitatem, neq; aliquam extenſionem, niſi quatenus extenſio in eo conſideratur ex operatione menſuræ ſubiacentis. ſ. temporis, & ita nullum creatum eſt infinitũ in actu. Alio modo dicitur infinitum negatiuè. i. quia non habet finem, & ſic indiuiſibilia dicuntur infinita; vt punctus & vnitas: quia non ſunt finita, & hoc modo æuum eſt infinitum: quia ſcilicet non finitur. Sic autem aliquod creatum eſſe ſecundum aliquid infinitum actu nihil prohibet.

1. p. q. 7 ar. 1. ad 2. ver. q. 2. ar. 2 ad 5 & ... d 2. q. 1. artic. 1, ad 6. ar. 179 c. & 1. p. q 7. ar. 2. & 4. & q. 25. art. 2. ad 4.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ per eundem modum eſt infinitum eſſe angeli & æuum.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ inter æternitatẽ & æuũ poteſt aſſignari triplex differentia. Quarum vna poteſt ſumi ex prædictis: nã æternitas menſurat ipſam ſubſtãtiam æterni ſecundum quod eſt in rerum natura, id eſt cum omnibus quæ ei attribuuntur, non autem æuum vt dictum eſt. Alia ſumitur ex hoc, quòd æternitas mẽſurat eſſe per ſe ſtans: vnde æternitas eſt idem cũ ſubſtantia æterni. Aeuum autem menſurat eſſe creatum, quod non eſt per ſe ſtans, quia eſt aliud a ſubſtantia entis creati. Tertia põt ſumi ex hoc, ꝙ æuum, quamuis ſit indeterminabile ex parte finis, nõ tamen ex parte principii: æternitas verò ex parte vtriuſque.

1. p. q. 10. ar. 1. 5 ad 4. & q. 50 art. 2. ad 4. C. ar. huius & ar. 100.

QVAESTIO III.

DEINDE quæritur de anima.

¶ Et primò quantum ad naturam.

¶ Secundò quantum ad gratiam.

¶ Tertiò quantum ad culpam.

¶ Quartò quantum ad gloriam.

¶ Circa naturalia animæ quæſitum eſt de eius ſubſtantia, & de eius operatione.

¶ Circa ſubſtantiam quæſita ſunt duo.

¶ Primò vtrum animam ſit ſuæ potentiæ.

¶ Secundo vtrum ſecundum ſuam ſubſtantiam ſit incorruptibilis.

ARTICVLVS V.

Vtrùm Anima ſit ſuæ potentiæ.

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ anima ſit ſuę potentiæ, quia in lib. de ſpiritu & anima dicitur, ꝙ anima eſt quædam ſua. ſ. potentiæ: quædam verò ſua non eſt, ſcilicet virtutes.

1 p. q. 77. ar. 1. o. Spiritu. ar. 10 o. & anima. ar. 12. o. 2. Sed contra diuiſione. 2.

¶ Præterea, Aug. dicit in lib. de Trini. ꝙ memoria, intelligentia, & voluntas ſunt vna mens, vna vita, vna eſſentia. Sed hę tria, ſecundum magiſtrum 3. di. primi libri ſententiarum, ſunt tres animæ vires: ergo vires animæ ſunt ipſa eius eſſentia.

¶ Sed contra eſt, quòd Dio. 11. c. cœ. hie. diſtinguit ſuperiores ſubſtantias. ſ. angelos in tria. ſ. ſubſtantiam, virtutem, & operationem. Sed angelus non eſt minoris ſimplicitatis, quàm anima: ergo & in anima ſua ſubſtãtia non eſt ſua virtus, ſiue potentia.

¶ Præterea, eorum quæ ſunt idem ſi vnum multiplicetur, & reliquum. Si ergo anima ſit idem quod ſuæ potentiæ: vr̃ cum potentiæ ſint multæ, ꝙ eſſentia animæ vna eſſe non poſſit.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ de anima dupliciter loqui poſſumus. Vno modo ſecundum quod eſt quædam ſubſtantia, & ſic impoſſibile eſt quòd anima ſit ſuæ potentiæ duplici ratione. Quarum vna ſumitur ex eo, quod eſt animæ proprium: quia ſcilicet impoſſibile eſt, vt idem ſecundum idem ſit naturaliter principiũ plurium, & diuerſorum numero, imò quaſi oppoſitorum. Anima autem ſecundum diuerſas potentias inuenitur eſſe principium actuum diuerſorum ſecũdum ſpecies, & quaſi oppoſitorum. Vnde impoſſibile eſt, quòd ipſa eſſentia animæ quæ eſt vna, ſit immediatum horum principium, & ideò oportet ponere in anima præter eius ſubſtantiam potentias naturales, quæ ſunt horum actuum immediata principia. Secunda ratio ſumitur ex eo quod eſt commune animæ & omni ſubſtantiæ creatæ. In nulla enim ſubſtantia creata eſt idẽ eſſe & operatio: hoc enim ſolius Dei eſt. Eſſentia autẽ eſt eſſendi principium, potentia verò operationis: ergo cum ab vno naturaliter non ſit, niſi vnum nulla ſubſtãtia, niſi diuina eſt ſua potentia. Nec eſt inſtantia de potentia materiæ, etiam dato ꝙ ſit ſua eſſentia: quia talis potentia non eſt ad operationem, ſed ad eſſe. Alio modo poſſumus loqui de anima ſecundũ quod eſt quoddam totum potentiale, & ſic diuerſæ potentiæ ſunt diuerſæ partes eius, & ita anima prædicatur de potentiis, vel econuerſo abuſiua prædicatione, ſicut totum integrale de ſuis partibus, vel econuerſo: quamuis minor ſit abuſio in toto potentiali, quàm integrali, quia totũ potentiale ſecundum ſuam ſubſtantiam adeſt cuilibet parti, non autem integrale.

Nota bene.

1. p. q. 77. arti. 1. ad 5. & ar. 5.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

Utrùm anima rationalis ſit corruptibilis.

ar. 6.0 & anima ar. 14.0. & 12.q. 85. ar 6.c. & 1.p.q 76. ar.3.ad 1.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ anima rationalis ſit corruptibilis: quia ſecundum Dama. Nulla ſubſtantia poteſt eſſe ſine propria operatione: propria autem operatio animæ rationalis eſt intelligere, quæ indiget corpore, cum nõ ſit intelligere ſine phãtaſmate, vt patet per Philoſophũ.3.de anima. (T.c.30.) Ergo deſtructo corpore ſubſtantia animæ rationalis non manet.

¶ Præterea, illud quod habet virtutem, vt ſit ſemper non inuenitur quandoque eſſe, & quandoq; non eſſe: omnis enim res eſt quandiu virtus rei exponit: ergo quod inuenitur quandoque eſſe, & quandoque non eſſe non habet virtutem, vt ſit ſemper. Sed omne quod incœpit eſſe inuenitur quandoq; eſſe, & quandoq; nõ eſſe: ergo nihil quod incœpit eſſe habet virtutem, vt ſit ſemper, & ita nihil quod incœpit eſſe poteſt eſſe incorruptibile: Sed anima rationalis incœpit eſſe: ergo non poteſt eſſe incorruptibilis.

¶ Præterea, hominis compoſiti a corpore & anima eſt quoddam eſſe, aut ergo præter hoc eſſe anima hẽt, aliud eſſe, aut non. Si habet aliud eſſe: ergo cõpoſitio aduenit animæ poſt eſſe completum: ergo hmõi compoſitio eſt animæ accidentalis, & ſic homo nõ erit ens per ſe, ſed ens per accidens, quod eſt inconueniens. Si autẽ non habet aliud eſſe anima præter eſſe compoſiti: ergo poſt illam deficit eſſe compoſiti, anima eſſe non poteſt. Sed in morte corporali deficit eſſe compoſiti: ergo anima poſt mortem corporis non remanet.

¶ Præterea, anima eſt forma corporis, aut ergo per eſſentiam, aut per aliquod accidens. Si per accidens, ſequitur ꝙ compoſitum animæ & corporis ſit accidentalis, ſicut hominis ad indumentum. Si per eſſentiam: ergo cum forma inquantum eſt forma non poſſit eſſe ſine materia, videtur ꝙ anima poſt mortem corporis remanere non poſſit.

¶ Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in 2.de anima. (T.cap.21.) quod rationale ſeparatur ab aliis, ſicut perpetuum a corruptibili.

¶ Præterea. Philoſ.in 10.Ethic. oſtendit fœlicitatem contemplatiuam præeminere ciuili, eo ꝙ eſt diuturnior. Sed ciuilis durat vſque ad mortem, ergo contemplatiua eſt etiam poſt mortem, & ſic etiã anima poſt mortem corporis manet.

de anima art.14.0.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd neceſſe eſt ponere ſubſtantiam animæ rationalis eſſe incorruptibilem. Si enim corrumpitur: aut corrumpitur per ſe, aut per accidens. Per ſe quidem corrumpi non poſſet, niſi eſſet compoſita ex materia, & forma contrarietatem habente: quod eſſe non poteſt, niſi eſſet elementum, aut ex elementis; vt antiqui Philoſophi poſuerũt, quorum poſitione in 1.de anima reprobantur. Per accidens etiam corrumpi non poteſt, niſi poneretur quòd non haberet eſſe per ſe: ſed ſolùm eſſe cum alio; ſicut eſt de aliis formis materialibus, quæ propriè non habent eſſe ſubſiſtens, ſed ſunt per ſe compoſitorum ſubſiſtentium quorum ſunt partes; & ſic per accidens corrumpuntur compoſitis corruptis, hoc autem de anima rationali dici non poteſt. Nam quod non habet per ſe eſſe, impoſſibile eſt quòd per ſe operetur, vnde etiam aliæ formæ non operantur, ſed compoſita per formas. Anima autem rationalis habet per ſe operationem, quã exercet nullo organo corporeo mediante, ſ. intelligere, vt probat Philoſophus 3.de anima.

Anima per ſe nõ corrũpit, neq; per accidens.

(T.c.6.) Nõ enim poſſet omnium ſenſibilium formas cognoſcere niſi ab omnibus formis ſenſibilibus eſſet actus omnium, cum nihil recipiat quod iam habet. Oportet ergo ſi anima per aliquod organum intelligeret, ꝙ ſuum organum careret omni forma ſenſibili, cũ omnes formas ſenſibiles ſit nata intelligere: ſicut pupilla caret omni colore ad hoc ꝙ viſus poſſit omnes colores cognoſcere. Impoſſibile eſt autem eſſe aliqđ organum corporale carens omni forma ſenſibili: relinquitur ergo ſubſtantiam animæ intellectiuæ eſſe incorruptibilem. Vnde & philoſophus dicit in 1. de anima, quòd intellectus videtur eſſe ſubſtantia quædam, & non corrumpi. Hunc autem incorruptibilem Intellectum quidam ponunt extra homines eſſe ponentes animam quæ eſt pars hominis corruptibilem fore, cui ponunt cui intellectum ſeparatum continuari dupliciter. Vno modo, per illuſtrationem ſecũdum eos qui ponunt intellectum agentem ſeparatum & Incorruptibilem. Intellectum verò poſſibilem coniunctum corruptibilem. Alio modo per continuationẽ intellectus ad phantaſmata ſecundum eos qui ponunt ẽt intellectum poſſibilem eſſe ſeparatũ & incorruptibilem. Sed primum horum eſſe non poteſt, quia ſi in nobis nõ eſt aliqua virtus niſi materialis, lumen intellectus agentis non poterit in nobis recipi niſi materialiter, cum receptum ſit in recipiente per modum recipientis, & ita non recipietur modo intelligibili, & ſic nos nõ poterimus eſſe intelligentes ſimiliter ſecundum eſſe non poteſt, nam phantaſmata ſunt in nobis per noſtram operationem, quæ ſequitur eſſe ſubſtantiale, quia ſic homo non haberet eſſe ſpecificum ex hoc quod eſt rõnalis, cum non ſit rationalis niſi ex hoc quod intellectui coniungitur. Reſtat ergo ꝙ ipſa anima humana, quæ eſt forma corporis ſit incorruptibilis.

1. par. q. 75.ar.2 o & q.76 a. 1.ad 1. ar. 8. c. & q. 77.ar.5.

1. par. q. 76.ar.1.c. & q.88 a. 1.c. & ve ri qõ. 18. ar.5.ad 8. Spirit.ar. 9. & 10. & 1. par. q 79.ar.4 & 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd anima indiget aliquo corporali ad ſuam operationẽ dupliciter. Vno modo ſicut organo, per quod operatur, ſicut indiget oculo ad videndum, & ſic ad intelligendum non indiget aliquo organo, vt probatum eſt. Si autem ſic indigeret organo ad intelligendum eſſet corruptibilis, vtpote non potens per ſe operari. Alio modo anima ad operandum indiget aliquo corporali ſicut obiecto, ſicut ad videndum indiget corpore colorato, & ſic anima rationalis indiget ad intelligendum phantaſmate: quia phãtaſmata ſunt ut ſenſibilia intellectiuæ animę, vt dicitur 3.de anima. (T.c. 30.) Oratio autẽ quæ ſic indiget aliquo corporali a principio non poteſt eſſe ſine corporali illo, poteſt autem poſtea, ſicut anima ſenſitiua nullam operationem habere poteſt, niſi prius moueatur à ſenſibilibus quæ ſunt extra animam. Sed præter ea remanet actus imaginationis etiam ſenſibilibus abeuntibus: ſimiliter deſtructis phantaſmatibus operatio intellectiua in anima remanere poteſt.

pot. q. 3. arti. 9. ad 22. & 1 p. q.75.ar.3 ad 3.

1.p. q.84. ar.7.0.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ illa ratio eſt probatio Phyſi. in pri. cœ. & mundi, qui oſtendit quod omne generatum eſt corruptibile, & habet locum in illis quæ fiunt & corrumpuntur, naturaliter, in quibus ex defectu uirtutis eſt, ꝙ non poſſunt nec ſemper fuiſſe nec ſemper fore, non autem habet locum in his quæ per creationem fiunt, quæ accipiunt à Deo virtutem, vt ſint ſemper; per quam eſſe non poſſunt antequam eam accipiant.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima eſſe ſuum cõmunicat corpori, quod quidem ita acquiritur animæ in corpore, vt ſecundum ipſum ſubſiſtere poſſit, quòd non eſt de aliis formis, & ſic ipſum eſſe animæ ſit eſſe compoſiti, & tamen manet compoſito deſtructo.

1.p. q.75. art.1.& 2. 3.

¶ Ad quartum dicendum, quòd anima ſecundum ſuam eſſentiam eſt forma corporis, nec deſtructio corpore deſtruitur anima quantũ id ad ſecundum quod eſt forma, ſed ſolum deſinit eſſe forma in actu.

ar. 4a.c.

QVÆ-

QVAESTIO IIII.

DEINDE quæritur de operatione animæ.

¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm anima intellectiua omnia quæ cognoſcit, cognoſcat in prima veritate.

¶ Secundò, vtrùm anima ſeparata à corpore habeat actus ſenſitiuarum potentiarum.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm anima quicquid intelligit, intelligat in prima veritate.

1. p. q. 12. ar. 11. ad 3. q. 84. ar. 4. & q. 16. ar. 6. ad 1. & 2. AD primum ſic proceditur. Videtur quòd anima quicquid intelligit intelligat in prima veritate. Auguſt. enim dicit in libro confeſsio. Si ambo videmus id verum eſſe quod dico, vbi quæſo videmus. non ego in te, nec tu in me, ſed ambo in ea quæ ſupra nos eſt incommutabili veritate: & ſic omne verum quod anima cognoſcit, in prima veritate videt.

¶ Præterea. Verum addit ſupra ens manifeſtationem: ergo prima veritas eſt per quam omnia manifeſtantur. Sed id, quo aliud manifeſtatur oportet eſſe maximè manifeſtum, ſicut patet in principijs demonſtrationis, & de luce corporali, per quam viſus corpora videt: ergo prima veritas eſt maximè omnibus mentibus manifeſtata, & ſic non ſolùm per eam, ſed in ea omnia cognoſcuntur.

¶ Sed contra. Multi de concluſionibus demonſtratiuis veram cognitionem habent, qui de prima veritate nihil conſiderant: ergo non omne verum in prima veritate cognoſcitur.

¶ Præterea, Auguſt. dicit in lib. de Libe. Ar. ꝙ nullus de prima veritate iudicat, & nullus ſine ea rectè iudicat, & ita ſi de ea non iudicatur, non cognoſcitur, nec alia in ea.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ ſicut dicit quædam glo. ſupra illud Pſal. 11. Diminutæ ſunt veritates &c. Ab vna prima veritate multæ veritates in mentib. hominum reſultant, ſicut ab vna facie hominis reſultant multæ facies in ſpeculo fracto; hæc autem reſultatio veritatis eſt quantùm ad duo, ſcilicet quantùm ad lumen intellectuale de quo in Pſalm. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. & quantùm ad prima principia naturaliter nota ſiue ſint complexa, ſiue incomplexa. Nihil autem poſſumus veritatis cognoſcere, niſi ex primis principijs, & ex lumine intellectuali, quæ veritatem manifeſtare non poſſunt, niſi ſecundum quòd ſunt ſimilitudo illius primæ veritatis: quia ex hoc etiam habent quandam immutabilitatem, & infallibilitatem. Sic ergo in prima veritate ſecundum ſuam eſſentiam non omnia uidentur à nobis in ſtatu vitæ, cum nec ipſa per ſuam eſſentiam à viatoribus videatur. Sed in ipſa ratione ſuæ imaginis, ſcilicet veritatis ad ea exemplatæ omnis veritas à nobis cognoſcitur. Et exinde eſt, quòd duo idem verum vident inquantùm ab eadem prima veritate reſultat exemplata veritas in mente vtriuſque: & ita intelligendum eſt dictum Auguſt. (art. 102. c. a. 1. q. 47. art. 6 c. & art. 19. c. & q. 49. ar. 2. ad 1. ar. 1. c.)

¶ Et ſic patet ſolutio ad primum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd operari aliquid, ſiue mouere dicitur dupliciter. Vno modo ſicut principio formali operationis, vel motus: & ſic oportet, ꝙ motio mouentis, vel operatio operantis terminetur ad id, quod operatur. Non enim ignis calefacit calorem quo calefacit. Alio modo, ſicut inſtrumento: & ſic motio mouentis terminatur ad id quod mouet, ſicut manus baculo mouet lapidem, & baculum mouet. Id ergo quo cognoſcimus ſicut inſtrumento, oportet eſſe nobis primò notum, & ſic cognoſcimus concluſiones per principia naturaliter nota, ad quæ comparatur intellectus agens ſicut ad inſtrumenta, ut dicit commentator in 3. de anima: ſed id quo cognoſcimus ſicut forma cognoſcentis nõ oportet eſſe notum: quia nec oculus videt lucem, quæ eſt in oculi compoſitione, neque ſpeciem per quam videt: & ita etiam non eſt neceſſarium vt quicunque intelligit aliquid, intelligat intellectum ſuum quo intelligit lumen, vel intellectuale. Sic ergo veritas a prima veritate in mentibus noſtris exemplata à nobis partim cognoſcitur vt de neceſsitate ad hoc quòd alia in ea cognoſcantur, ſcilicet quantùm ad ipſa principia; & partim non de neceſsitate cognoſci, ſcilicet quantùm ad ipſum intellectuale lumen. Ipſa verò exiſtens veritas à nobis per ſuam eſſentiam non videtur. (Ad rationes. Mouere aliquod dicit.) (Commentator.)

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm anima ſeparata poßit habere actum ſenſitiuarum potentiarum.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd anima ſeparata actum ſenſitiuum potentiarum habere poſsit. Caſsio. enim dicit in lib. de anima. Quòd anima ſine corpore videt & audit, & reliquis ſenſibus viget. q. de anima ar. 19. c.

¶ Præterea, Lucæ 16. quædam dicuntur de diuite in infernum ſepulto, quæ ſine actu ſenſuum eſſe non poſſunt. Sed conſtat quòd ibi erat tantùm anima diuitis ſine corpore: ergo anima ſine corpore operationem ſenſuum habere poteſt.

¶ Præterea, Fruſtra eſt potentia quæ non reducitur ad actum. Sed in anima poſt mortem remanent potentiæ ſenſitiuæ: ergo & actus ſenſuum.

¶ Sed contra, Sentire eſt operatio coniuncti: ergo deſtructo coniuncto in anima ſeparata remanere non poſſunt.

¶ Reſpon. dicendum, quòd impoſsibile eſt in anima ſeparata alicuius potentiæ ſenſitiuæ actum eſſe, quod ſic patet. Operatio namque potentiæ ſenſitiuæ, eodem modo perficitur in homine & in bruto: eodem enim modo videt homo per oculũ, quo equus. Actus autem ſenſitiuæ potentiæ in bruto non eſt ipſius animæ ſenſitiuæ per ſe, ſed mediante organo. Si enim per ſe haberet operationem, anima ſenſitiua in bruto per ſe haberet ſubſtantiam: & ſic eſſet incorruptibilis, vt de anima rationali probatum eſt. Art. 100. Vnde cùm ſit hoc inconueniens, impoſsibile eſt quòd in bruto, vel in homine potentia ſenſitiua habeat aliquem actum proprium: ſed omnis actus eius eſt coniuncti: vnde in anima ſeparata remanere non poteſt. Ar. 189. c. Quidam tamen dicunt animam ſenſitiuam habere duos actus, vnum quem exercet organo mediante, qui poſt mortem non manet, alium quem per ſeipſam agit, & hic manet poſt mortem: hoc autem videtur atteſtari opinioni Platonis de anima, qui ponebat animam ſenſitiuam mouere ſeipſam, & ſic mouet corpus, & ſic illa operatio, qua mouebat ſeipſam erat ſibi propria: alia verò qua mouebat corpus erat coniuncti: & propter hoc Plato ponebat animas etiam brutorum eſſe incorruptibiles. Art. 189. c. Hoc enim de neceſsitate ſequitur, quod tamen iſti non concedunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ſicut operationes voluntatis propter quandam ſimilitudinem nominantur nominibus paſsionum, quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo: ita etiam intellectus operationes nominãtur ab operationibus ſenſuum propter ſimilitudinem. Et ſic loquitur Caſsio.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ illa verba quæ dicuntur de diuite oportet metaphoricè intelligi, vel ſecundum rerum ſimilitudines, et non ſecundum res ipſas, vt Aug. dicit. 1. p. q. 54 ar. 5. ad 1

¶ Ad tertiom dicendum, quòd ſecundnm quoſdam in anima ſeparata nō manent potentiæ ſenſitiuæ actu, ſed in radice tantùm. Si autem actu maneant noo ideò fruſtrà erunt, quamuis actibus careant: manent anim ad naturæ integritatem, ſicut membra generationis in reſurgentibus corporibus.

QVAESTIO V.

4. d. 44. q. 1. ar. 3. q. 3. o.

DEinde quæritur de his quæ pertinent ad gratiam.

¶ Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò de præcepto hoorationis parentum.

¶ Secundò, de conſilio quantum ad votum obedientiæ.

¶ Tertiò, de voto continentiæ.

ARTICVLVS IX.

Utrùm aliquis teneatur contrahere, vt dote ſuſtentet patrem, ſi aliter non poßit.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd ille, cuius pater noo poteſt ſuſtentari à filio oiſi contrahendo accipiat dotem, vnde patrem nutrire poſsit, non teneatur contrahere vt patrem ſuſtentet. Cum enim charitas ſit ordinata plus, aliquis tenetur ſibi quàm patri. Sed laudabile eſſet ſi aliquis propter virginitatem ſeruandā ſe morti exponeret: ergo non tenetur aliquis pro ſeruanda patris vita matrimonium contrahere.

4 d. 38. q. 2. ar. 4. q. 2 ad 2 & ar. 54. hume.

¶ Præterea, Præceptum non contrariatur conſilio. Sed de virginitate ſeruanda, eſt conſilium: ut patet 1. ad Cor. 7. ergo per præceptum de honoratione parentum non obligatur aliquis ad hoc vnde virginitatem perdat.

Apoſtolus

¶ Sed contra, Præceptum affirmatiuum obligat pro loco & tempore. Sed tempus de honoratione parentum eſt quando parentes indigent: ergo tunc obligatur aliquis ex tali præcepto: & ita videtur quòd teneatur matrimonium contrahere, ſi aliàs patri ſubuenire non poſsit.

Opinio variè de cōtrahendo multa pro ſublenare.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ caſus propoſitus noo videtur eſſe de facili poſsibilis. Vix enim cootingere poteſt, quòd aliquis parentes ſuſtentare non poſſit abſque matrimonij contractu ſaltem manibus operando, vel mendicando. Si tamen hoc contingeret, eſſet idem iudicium de virginitate ſaluanda in iſto articulo, & de alijs perfectionis operibus, ſicut eſt introitus in religionem, de quo quidam variè opinantur. Dicunt enim aliqui, ꝙ ſi aliquis habet patrem indigentem, debet ei dimittere ſi quod habet ad eius ſuſtentationem: & ſic poteſt licitè religionem intrare parentum curam patri cœleſti committens, qui etiam aues paſcit. Sed quia hæc opinio nimis videtur aſpera ideò meliùs videtur dicendum, ꝙ aut iſta qui habet propoſitum intrandi religionē videt in ſeculo non poſſe viuere ſine peccato mortali, vel noo de facili. Si timet ſibi periculum peccati mortalis, cum magis teneatur ſaluti animæ ſuæ prouidere quàm corporali neceſsitati parentum non tenetur in ſæculo remanere. Si aūt videt ſe poſſe in ſæculo conuerſari abſq; peccato diſtinguendum videtur: quia ſi ſine eius obſequio parentes nullo modo viuere poſſunt, ſic tenetur eis ſeruire & alia opera perfectionis prætermittere, & peccaret eos dimittēs. Si verò ſine eius obſequio poſſunt aliqualiter ſuſtentari, non hoorificè, non propter hoc tenetur opera perfectionis dimittere. ſecus autem eſt de illo qui iam religionem intrauit, quia cū iam ſit mortuus mūdo per profeſsionē ſolutus eſt à lege qua in mundanis obſequiis parentibus tenebatur, ſecundum doctrinam apoſtoli ad Ro. 7. In aliis autem ſpiritualibus, putà orationibus, & huiuſmodi eis tenetur ſeruire. Et hoc quod dictum eſt de introitu religionis poteſt etiam de obſeruantia virginitatis & de alijs operibus perfectionis dici.

22. q. 189. art. 6. o. & q. 101. art. 4. ad 3. & 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ſi aliquis non eſſet virginitatem profeſſus oon deberet mori fame ante quàm matrimonium contraheret. Ad rationes.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod præceptum contrariari conſilio nihil prohibet in caſu.

ARTICVLVS X.

Utrùm religioſus, qui emiſit votum obedientiæ, teneatur in omnibus prælato obedire, etiam in indifferentibus.

CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur, ꝙ religioſus qui emiſit votum obedientiæ, teoetur in omnibus prælato obedire, etiam in indifferentibus: quia per votum caſtitatis religioſus omni cōcupitui renunciat: ergo per votum obediētiæ abrenunciat propriæ voluntati quantùm ad omnia. 22. q. 110. art. 4. ad 4. & q. 187. art. 3. o. 2. d. 44. q. 2. ar. 3. o.

¶ Præterea, Beatus Benedictus dicit in regula, ꝙ etiam ſi prælatus impoſsibila iubeat temperādum eſt: ergo multò magis in indifferentibus obedire tenetur.

¶ Præterea, Votum obedientiæ ad ſtatum perfectionis pertinet: hoc autem non eſſet ſi oon teneretur obedire niſi de his quę in regula continentur: quia quilibet ſubditus etiam ſęcularis, tenetur ſuo prelato obedire in aliquibus quæ pertinent ad ius ſuæ prælationis; ergo videtur quòd religioſus teneatur ſimpliciter in omnibus obedire.

¶ Sed contra. Religioſus noo tenetur ad plura quàm ſæcularis, niſi quatenus ſe per votum obligauit. Sed per votum profeſsionis non ſe obligauit ad obediendum niſi ſecundum regulam: ergo in pluribus obedire non tenetur, quàm quæ ſunt ſecundum regulam. ar. 14. ad 2 & 157. ad 10.

¶ Præt. Bernar. dicit in lib. de diſpen. & pręcepto. Nihil præcipiat mihi prælatus eorum quæ non promiſi: nihil prohibeo eorum quæ promiſi.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ circa hoc partim conueniunt omnes, & partim ad inuicem diſſentiunt. Quòd enim religioſus non teneatur prælato obedire in his quæ ſunt contra Deum, uel contra regulam, vel quantùm ad ea in quibus prælatis diſpenſatio non committitur, omnes communiter dicunt, quòd etiam in his quæ ſunt arctiora quàm regula, obedire noo teneatur: ſed ſic obedire ſit obedientiæ perfectæ, ut ab omnibus dicitur. Sed circa indifferentia, vel ea quæ ſunt infra arctitudinem regulæ, aut æqualia regulæ, ſunt duæ opiniones: quibuſdam dicentibus quòd obedire in hoiuſmodi eſt de neceſsitate obedientiæ, alijs autem quòd noo eſt de neceſsitate obdientiæ, ſed de perfectione. Quæ quidem duæ opiniones & ſi multùm differre videantur quantùm ad vocem: tameo quantùm ad rem parum, vel nihil differre inueoiuntur, nā ad regulam pertinere intelligenda ſunt non ſolùm ea quæ ſunt expreſsè in regula, ſed etiam illa quæ quocūnque modo ad regulam reducuntur, vtpotè quæ pertinent ad obſequium fraternæ ſocietatis, & ad punitionem culparum, ad quæ duo ferè omnia huiuſmodi indifferentia poſſunt reduci. Si tamen aliqua ſunt quæ nullatenus ad regulam reducuntur, videtur eſſe verior opinio, quòd obedire in huiuſmodi non ſit de neceſsitate obedientiæ, ſed de perfectione, ut Ber. manifeſtè dicit in libro de præceptis & diſpenſationibus: & hoc ideò quia obedientia non ſe extendit vltra poteſtatem, vel ius prælationis: quæ quidem ſecundum regulam limitatur. ar. 15. c. & 2. d. 44. q. 2. art. 3. o. In quibus teneatur obedire ſuo plato ſubditus.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ votum continentiæ reſpicit ſpeciale genus actus, ſed votum obedien-

tiæ

tiæ reſpicit generaliter omnes actus, vnde niſi determinaretur eius generalitas, eſſet religionum confuſio, quia omnes ad idem tenerentur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd loquitur quantum ad perfectionem obedientiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per votum obedientiæ ſupponitur religioſus prælato ſuo quantum ad generalem diſpoſitionem vitæ ſuæ, licèt non quantum ad omnes actus particulares: ſecularis aũt ſuo prælato obedire tenetͬ quantũ ad aliquos actus ſpeciales, non quantum ad generalem diſpoſitionem vitæ ſuæ. [22.q.88.ar. 12. ad 2.]

ARTICVLVS XI.

Vtrùm poſt votum ſimplex caſtitatis aliquis matrimonium contrahens nec reddere debitum, nec exigere poßit.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd poſt votum ſimplex caſtitatis aliquis matrimonium contrahens nec reddere debitum, nec exigere poſsit: quia apud Deum non minus obligat votum ſimplex quàm ſolemne, vt canon dicit. Sed poſt votum ſolemne emiſſum aliquis nec petere debitum, nec reddere poteſt: ergo nec poſt emiſſionem ſimplicis voti. [ar.56.ad 1. q.di.30.q. 2.ar.1.q.2 ad 1. & di. 32. q. 1. ar. 2. & di.38. q.1. ar.3.q. 2.ad 3.]

¶ Præterea, Per peccatum nullus excuſatur à peccato. Sed iſte qui contrahit poſt votum ſimplex peccat quando primò debitum reddit: quia adhuc poteſt votum implere religionem intrando: ergo poſtquam ſemel reddidit adhuc peccat vel reddendo, vel exigendo.

¶ Sed contra, Eccleſia non cogit aliquos ad peccandum. Cogit autem reddere debitum etiam poſt votum ſimplex caſtitatis: ergo reddendo debitum non peccat.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd quantùm ad redditionem debiti omnes conueniunt, quòd poſt ſimplex votum continentiæ tenetur reddere debitum: quia votum ſimplex matrimonium contractum non dirimit, & ex quo matrimonium eſt contractum, vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier: vnde teneť mulieri debitum reddere. Sed circa petitionem debiti quidam dicunt, quòd cum quantùm ad hoc ſit in ſua libertate, tenetur adhuc votum implere, & ita peccat debitum petendo. Alij verò dicunt quòd ſi per ſigna appareat, quòd mulier velit ſibi debitum reddi, quamuis ipſa petere erubeſcat quòd vir petere debet etiam poſt votum ſimplex, & præcipuè ſi timeat de vxoris lapſu, ſed hoc in idem redit cum primo. Nam hæc eſt ex parte vxoris quædam interpretatiua petitio, & ſic vir petendo reddit: vnde non efficitur ex parte vxoris grauius matrimonium, quod eſſet ſi ſemper eam expreſsè petere oporteret. [art. 168. c. Reddẽs debitum poſt votũ ſimplex an peccet?]

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd vtriuſque voti tranſgreſsio inducit reatum peccati mortalis ex hoc ꝙ vtrunque æqualiter obligat apud Deum, ſed quantùm ad impedimentum matrimonij non habet vtrunque æqualem efficaciam. Nam per votum ſolemne transfert ſe vouens quaſi in corporale obſequium ipſius Dei per ſuſceptionem ordinis, vel introitum religionis: quod autem aliquis ſemel vni dedit non poteſt poſtmodùm alteri dare: & ideò poſt votum ſolemne non poteſt aliquis ſe tradere in poteſtatẽ vxoris, matrimonium contrahendo: ſed in voto ſimplici eſt ſola promiſsio. Qui autem aliquid alicui promittit poteſt idem alteri dare, licèt fidem promiſsionis non ſeruet: & ideò ille qui ſimplex votum emittit, poteſt poſtmodum matrimonium contrahere, licèt peccet, quia priorem fidem irritam fecit. [22.q.88.ar 11.3.c.] [ar.168. c.] [22.q.169. art.2.ad 2. 4. di. 38.q. 2.ar.2.q.2 c & art.3. q 1.ad 5.q. 2.ar.3.c. 22.q. 189. ar. 8. ad 3.]

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd primus concubitus non excuſat ſequentes, quibus debitum reddit à peccato, inquantùm eſt peccatum, ſed inquantùm eſt actus quidam matrimonij conſummatiuus.

QVAESTIO VI.

DEINDE quæritur de his quæ pertinent ad culpam.

¶ Et primò quantum ad culpam, quæ contrariatur bonis moribus.

¶ Secundò quantùm ad culpam quæ contrariatur rectæ fidei.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò de acceptione perſonarum.

¶ Secundò de peccato infamiæ.

¶ Tertiò de pretioſitate veſtium.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm qui honorat diuitem propter diuitias, peccet.

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ qui honorat diuitem propter diuitias peccet. Ita enim dicit gl Iacobi 2. Quod ſi introierit in conuentu veſtro, &c. Mundus pauperem abijcit, diuitem colit: fides Chriſti econtrà docet facere, ſed facere contra fidem Chriſti peccatum eſt: ergo honorare diuitem propter diuitias eſt peccatum. [22 q.63.ar 3.c.ſ.]

¶ Præterea, Honor ſecundum philoſophum in 1. Ethi. debetur rebus diuinis. Sed in diuite non eſt aliquod diuinum propter diuitias: ergo non debetur ei honor propter diuitias.

¶ Præterea ex verbis philoſophi in 1. Ethi. colligitur ꝙ honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis. Sed aliquando diues non eſt virtuoſus. Cùm ergo falſum teſtimonium dicatur eſſe peccatum, quod non debet fieri propter ſcandalum vitandum, videtur quòd nec etiam cauſa vitandi ſcandali, diues debeat propter diuitias honorari.

¶ Sed contra eſt glo. Aug. Iaco. 2. ſuper illud ſi introierit &c. In quotidianis confeſsionibus qui præfert diuitem pauperi non in hoc peccat, niſi intus ita iudicet, vt quantò ditior tantò melior videatur, ſed non ſemper aliquis huiuſmodi exterioribus honoribus diuitem honorans, eum propter hoc iudicat meliorem: ergo non ſemper peccat.

¶ Reſpon. ergo dicendum, ꝙ accipere perſonam differt cõtra accipere cauſam. Accipere enim cauſam eſt iudicium formare ex aliquo quod facit ad cauſam, quod laudabile eſt. Accipere verò perſonam eſt formare iudicium ex aliqua conditione perſonæ, quæ nõ facit ad cauſam, quod vitium eſt. Vnde contingit ꝙ ex eadem conditione perſonæ conſiderata quandoque fit iudicium iuſtum, quandoque eſt acceptio perſonarum, ſicut ſi in aliqua controuerſia detur ſententia pro aliquo, quia eſt literatior, erit acceptio perſonarum. Si autem ex hac conſideratione in licentiando ad magiſteriũ alijs præferatur, non erit acceptio perſonarum. Si ergo aliquis honor diuiti exhibeať propter cauſas, ad quas diuitiæ aliquid faciunt, non erit acceptio perſonarũ, erit aũt ſi ad hoc nihil diuitiæ operenť. Eſt aũt duplex honor, vnus qui debetur alicui ratione ſuiipſius propter ipſam virtutẽ, ſicut eſt cõmendatio, imitatio & hmõi, & ad hunc honorem diuitiæ nihil faciunt. Vnde ſi talis honor alicui propter diuitias exhibeatur, erit acceptio perſonarũ, vnde dicit Valerius Maximus, ꝙ honores qui virtuti debẽtur, ſicut triumphi, & alia huiuſmodi apud Romanos antiquos nulla pecunia emi poterant. Alius honor alicui debetur ſecundum ſtatum, quem habet in Republica, ſic enim in perſona Republica honorať, & propter hoc reges, & principes & huiuſmodi perſonæ honorantur, ſe- [art.84.c.& ar.130.164 ſi.& 22.q. 63 art.1.c. & 2.4.c.]

cundum illud 1. Petri 4. Regem honorificare. Et quia in terrena republica diuites ſtatum obtinēt altiorem: ideò ciues cœleſtis Hieruſalem quaſi in Babylonia peregrinantes, debent eis inter quos conuerſantur, morem gerere, ut Aug. dicit in lib. de ciui. Dei, in his quę non ſunt contra Deum: & ſic etiam diuites honorare, illis duntaxat honoribus qui ad exteriorem conuictum pertinent, licitum eſt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod in his quæ ad fidem Chriſti pertinent peccatum eſſet diuites pauperibus præferre, ſicut ſunt miniſtrationes ſacramentorū, & alia huiuſmodi: ſed in his quæ mundi conuictus requirit oportet mundo gerere morem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod etiam diuitiæ inquantum ſunt quoddam bonum, ſunt aliquid diuinum: præcipuè inquantum præbent facultatem ad multa bene agenda.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de honore, qui exhibetur alicui ratione ſuiipſius.

ARTICVLVS XIII.

Utrùm aliquis peccet infamiam non repellendo.

2a.2æ.q.119.o.& opus.19.c.26.& 31. CIrca ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd aliquis peccet infamiam non repellendo. Crudelis enim eſſe dicitur qui famam ſuam negligit. Sed crudelitas peccatum eſt: ergo peccatum eſt infamiæ non reſiſtere.

¶ Præterea, Eccle. 17. dicitur. Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo, vt ſcilicet ei proſit exemplo & verbo, ſed hoc impeditur per infamiam: ergo quilibet tenetur repellere infamiam.

¶ SED CONTRA eſt, quod contemnere infamiam videtur eſſe actus humilitatis. Vnde in vitis patrum legitur de multis ſanctis patribus, qui proprias infamias ſuſtinebant eas non repellentes: ergo non eſt peccatum.

2a.2æ.q.129.ar.1.ad 3.& q.131.art.1.o. ¶ RESPONDEO dicendum, quòd vtrumque, ſcilicet & contemptus famæ & appetitus poteſt eſſe laudabile & vitioſum, fama enim non eſt neceſſaria homini propter ſeipſum, ſed propter proximum ædificandum. Appetere ergo famam propter proximum charitatis eſt, appetere verò propter ſeipſum ad inanem gloriam pertinet. E conuerſo contemptus famæ ratione ſuiipſius humanitatis eſt, ratione verò proximi ignauia & crudelitas. Illi ergo quibus incumbit ex officio, vel ex ſtatu perfectionis aliorum ſaluti prouidere, peccant, niſi infamiam propriam iuxta poſſe repellant. Alij verò quibus magis cuſtodia ſuæ propriæ ſalutis imminet, poſſunt ſuæ humilitati prouidentes famam, vel infamiam contemnere. Sed cum infamia dupliciter repellatur, ſcilicet occaſionem ſubtrahendo, & linguas detrahentium compeſcendo: primo modo omnes tenentur infamiam vitare: aliàs ſine ſcandalo actiuo tranſiri non poſſet, quod ſemper peccatum eſt: ſed ſecundo modo non tenentur, niſi quatenus debet aliquis ſaluti proximorum prouidere: & hoc eſt quod Gre. dicit 9. Homel. ſuper Ezech. Linguas detrahentium, ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, vt ipſi pereant: ita per ſuā malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum creſcat: aliquando etiam compeſcere, ne dum de nobis mala diſſeminant, eorum qui nos ad bona audire poterant corda innocentium corrumpant: & infrà. Hi etenim, quorum vita in exemplum imitationis eſt poſita, debent ſi poſſunt detrahentium ſibi verba compeſcere: ne eorum prædicationem non audiant qui audire poterant: & in prauis moribus remanentes bene viuere contemnant.

¶ Ex his patet ſolutio ad obiecta.

ARTICVLVS XIIII.

Utrùm vti pretioſis veſtibus ſemper ſit peccatum.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd vti pretioſis veſtibus ſemper ſit peccatum. Omne enim quod fit propter vanam gloriam peccatum eſt. Sed pretioſa veſtimenta non portantur, niſi ad inanem gloriam. Vnde Gre. in Homel. de diuite epulone. Nemo quippè veſtimenta pretioſa niſi ad inanem gloriam quærit, videlicet vt honorabilior cæteris eſſe videatur. Nam quia pro ſola inani gloria pretioſum veſtimentum quæritur, ipſa res teſtatur, quòd nemo vult ibi pretioſis veſtibus indui, vbi ab alijs non poſſit videri: ergo vſus pretioſarum veſtium ſemper eſt peccatum. 2a.2æ.q.169.ar.1.o.

¶ Præterea, 1. Thi. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti ſimus. Glo. Quod amplius eſt à malo eſt: ſed pretioſitas veſtitum eſt amplius: ergo eſt peccatum.

¶ Sed contra eſt, quod Seneca dicit ad quandam reginam. Indue te delicate non propter te: ſed ne dignitas regia uileſcat.

¶ Præterea, 1. ad Thi. 2. Non in tortis crinibus: aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa. Glo. vltra modum ſuum. Et ita ſi aliquis pretioſis veſtibus ſecundum modum ſuum vtatur: non peccat.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd aliter eſt hic loquendum de perſona publica, & de perſona priuata: nam in perſona publica conſideratur & ſtatus dignitatis, & propriç perſonæ conditio: circa quæ duo ita ſe debet habere, ne dignitatis auctoritas veniat in contemptum, & ne ipſe in ſuperbiam efferatur. Vtrumque ergo poteſt eſſe laudabile, & quòd pretioſis vtatur ad reuerentiam auctoritatis inducendam, & quòd vilibus vtatur ratione propriç humilitatis: ita duntaxat ne quæ ad auctoritatē conſeruandum ſunt, in ſuperbiam degenerent: & ne dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, ſicut Auguſt. dicit. Et hac ratione laudabiliter ſacerdos in diuino officio pretioſis vtitur indumentis ad reuerentiam diuini cultus, & laudabiliter ab huiuſmodi propter humilitatem in quibuſdam religionibus abſtinetur. In eo autem qui eſt priuata perſona virtuoſum eſt ſi propter propriam humilitatem obiectioribus indumentis vtatur, etiam quam ſtatus proprius requirat. Vnde Grego. dicit in Homel. prædicta. Si obiectio pretioſi indumenti virtus non eſſet, Euangeliſta de Ioanne vigilanter non diceret, Erat indutus pilis camelorum. Licitum eſt autem ut ſecundum modum propriç perſonæ pretioſis vtatur: ſed peccatum eſt ſi proprium modum excedat: & quia pretioſum dicitur relatiuè ſicut & magnum, cum id quod eſt pretioſum vni, non ſit alteri pretioſum: pretioſitas veſtium ſemper ſonat in exceſſum proprij modi: & ſecundum hoc ſemper eſt peccatum pretioſis veſtibus vti: & ſic loquitur Gregorius. perſona cōis pōt & ptioſis & vilibus indumentis vti. 2a.2æ.q.169.ar.1.ad 2. Io. baptiſta.

¶ Vnde patet ſolutio ad primum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in alimento & tegumento intelliguntur omnia quæ nobis ſunt neceſſaria, & conuenientia noſtri ſtatus. ad rōnes

QVAESTIO VII.

DEINDE quæritur de culpa, quæ contrariatur rectæ fidei.

¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm hæreticis ſit communicandum.

¶ Secundò, vtrùm redeuntes ad Eccleſiam ſint recipiendi.

ARTICVLVS XV.

Vtrùm hæreticis ſit communicandum.

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ hæreticis ſit communicandum. Dicitur enim Matth.13. in Parabola de zizania, ꝙ paterfamilias dixit meſſoribus. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, meſſis autem eſt conſummatio ſeculi, vt ibidē dicitur. Cùm ergo per zizaniam intelligantur hæretici, videtur ꝙ hæretici non ſint à communione fidelium ſeparandi ante diem iudicij.

¶ Præterea, videntur contra hoc domini præceptum facere principes hæreticos interficientes.

¶ Sed contra eſt quod dicitur 2. ad Cor. 6. Exite de medio eorum & ſeparamini: & loquitur de infidelibus, quod patet ex hoc quod præmiſerat. Nolite ducere iugum cum infidelibus: ergo hæreticis non eſt communicandum.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ hæreticis communicandū non eſt duplici ratione. Vna eſt, ratione excommunicationis. Nam cùm ſint excommunicati, non eſt eis communicandum: ſicut nec cum alijs excommunicatis. Alia eſt ratio hæreſis. Primò propter periculum, ne eorum conuerſatio alios corrumpat, ſecundum illud 1. ad Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Secundò etiam ne videamur eorum peruerſæ doctrinæ aliquem aſſenſum præſtare. Vnde in 2. canonica Io. dicitur. Si quis veniat ad vos, & hanc doctrinam nō habet, nolite eum in domum ducere, nec aue ei dixeritis, qui. n. dicit ei aue, communicat operibus eius malignis. Vbi dicit Glo. Secundum ꝙ vox eſt instituta communionem eſſe oſtēdit cum illo: alioquin ſimulatio eſt, quæ in Chriſtianis eſſe non debet. Tertiò ne ex noſtra familiaritate alijs detur occaſio erroris. Vnde ibidem dicit alia Glo. Et ſi vos fortè decepti non eſtis, alij forſitan per talem veſtram familiaritatem poſſent decipi: qui crederent illos placere vobis, & ſic crederent illis. Vnde alia Glo. ibidem dicit. Tanta Apoſtoli atq; eorum diſcipuli in religione cautela vtebantur, ut nec verbi quidem communionem cum aliquo eorum, qui à veritate declinarent, habere paterentur. Hoc tamen intelligendum eſt, niſi cum aliquo loqueremur de eius ſalute.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ in illo præcepto patrisfamilias duplex conditio intelligitur. Vna eſt, vt exponatur præceptum de vniuerſali ſeparatione malorum à bonis: & hoc accipitur ex ipſa quæſtione meſſorum, qui dicunt, Vis imus & colligimus ea, hoc. n. non erit vſque ad diem iudicij. Secunda cōditio eſt, vt intelligatur præceptum, quando mali ſine periculo bonorum extirpari non poſſunt. Et hoc patet ex reſponſione patrisfamilias, qui dixit, ne forte colligentes zizaniam eradicetis ſimul cum ea & triticum. Quod quidem tribus modis contingere poſſit, vno modo ſi aliquis præſcinderetur antequàm de eius malitia conſtaret. Vnde dicit glo. quòd monet Dominus, ne ambiguè iudicemus. Secundò ſi non eſſet in malitia obſtinatus: Vnde nullus excommunicatur niſi propter contumaciam. Vnde dicit glo. ibidem. Monemur non citò amputare, quia qui hodie errat, forte cras defendet veritatem. Et Thi. vlt. dicitur. Hæreticum hominem poſt primam & ſecūdam correptionem deuita. Tertiò ſi ſimul boni cum malis inuoluantur, propter quod dicit ibi glo. Aug. Quòd multitudo nō eſt excommunicanda: nec principes populi. Iſtis autem remotis debent mali præſcindi, ſecundum illud 1. Cor. 5. Auferte malum ex vobis.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

ARTICVLVS XVI.

Vtrùm hæretici redeuntes ad eccleſiam ſint recipiendi.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ hæretici redeuntes ad eccleſiam non ſint recipiendi, quia peccauerunt contra fidem, quæ eſt Eccleſiæ fundamentum. Et ideò in ædificatione eccleſiæ non debent ſuper ædificari, ergo non debent ab eccleſia recipi.

¶ Sed contra eſt, ꝙ eccleſia nulli debet claudere gremium, ſicut Chriſtus qui de ſe dicit. Eum qui venit ad me non eijciam foras. Ioan. 6.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ quamdiu huius vitæ ſtatus durat homo non poteſt eſſe totaliter in peccato obſtinatus. Hoc enim erit in damnatis poſt mortem. Et ideò, quandiu in hac vita viuitur, cuilibet relinquitur locus pœnitentiæ, & quilibet quantùmcunq; deliquerit, vel in ſide, vel in moribus, eſt ab eccleſia recipiendus ad pœnitentiam, & contrarium dicere eſt hæreſis Nouatianorū; ſed tamen non eſt neceſſarium, ꝙ ſemper ad dignitatem recipiantur, niſi cum aliquibus miſericorditer diſpenſaretur, præcipuè propter bonum pacis, vel propter fructum alium qui inde ſperetur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamdiu fundamentum fidei non habet, ab eccleſia recipi non debet, ſed poſtquam conuerſus incipit habere, recipiendus eſt.

QVAESTIO VIII.

ARTICVLVS XVII.

Vtrùm aliquis intellectus creatus poßit videre Deum per eſſentiam.

DEinde quæritur de hoc quod pertinet ad gloriam. ſ. de viſione Dei in patria, ſ. vtrum aliquis intellectus creatus poſsit videre Deum per eſſentiam. Et vr̄ ꝙ nō. Intellectus ad intelligibile eſt aliqua proportio. Sed intellectus creati ad diuinā eſſentiam nulla eſt proportio, cum diſtent in infinitum: ergo intellectus creatus diuinam eſſentiam videre non poteſt.

¶ Præt. Plus diſtat ſpiritus increatus ab intellectu creato quàm ſpiritus creatus à ſenſu. Sed ſenſus non poteſt cognoſcere ſpiritum creatum: ergo nec intellectus creatus ſpiritum increatum.

¶ Sed contra eſt Exo. 33. Super illud. Non videbit me homo & viuet, dicit glo. Gregorij. Fuere nonnulli qui Deum dicerent etiam in illa regione diſsimilitudinis in claritate ſua conſpici, ſed in natura minimè videri, quos nimirum minor inquiſitionis ſubtilitas fefellit. Neque enim illi ſimplici & incommutabili eſſentiæ aliud eſt claritas, aliud eſt natura, ſed ipſa ei natura claritas ipſa claritas natura eſt, & ita eſſentia Dei videbitur à beatis.

¶ Reſpon. dicendum ꝙ neceſſe eſt ponere diuinā eſſentiam videri à beatis. Beatitudo enim eſt vltima perfectio rationalis naturæ, nihil aūt eſt finaliter perfectum, niſi attingat ad ſuum principium ſecundū modum ſuum, quod ideò dico, quia ad principium, ꝙ eſt Deus, attingit aliquid dupliciter. Vno modo per ſimilitudinem, quod eſt cōe omni creaturæ, quæ tantum habet de perfectione, quantū conſequitur de diuina ſimilitudine. Alio modo per operationē, ut prætermittatur ille modus qui eſt Chriſto ſingularis, ſcilicet in vnitate perſonæ. Dico autem per operationē, inquantum rationalis creatura cognoſcit & amat Deum: & quia anima immediatè facta eſt à Deo, ideò beata eſſe nō poterit, niſi immediatè videat Deū abſque medio, quod ſit ſimilitudo rei cognitæ, ſicut ſpecies viſibilis ī pupilla vel in ſpeculo, non aūt abſq; medio, quod eſt

lumen confortans intellectum, quod eſt lumen gloriæ, de quo in Pſal. dicitur. In lumine tuo videbimus lumen. Hoc autem eſt per eſſentiam, Deum videre. Vnde in hoc ponimus beatitudinem rationalis creaturæ, quòd Deum per eſſentiam videbit, ſicut philoſophi, qui poſuerunt animas noſtras fluere ab intelligentia agente, poſuerunt vltimam fœlicitatem hominis in continuationem intellectus noſtri ad ipſum.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ proportio dupliciter dicitur. Vno modo propriè ſecundum ꝙ importat quendam determinatum exceſſum, & ſic proportio requirit inter intellectum & intelligibile ad hoc, ꝙ ſit cognitio cum comprehenſione, qualiter diuina eſſentia nunquam uidebitur ab intellectu creato. Alio modo dicitur communiter pro qualibet habitudine, & ſic infinitum poteſt habere proportionem ad finitum, ſi ſit perfectio eius, vel aliquam huius habitudinem habeat ad ipſum, & talis proportio ſufficit ad hoc ꝙ intellectus noſter videat diuinam eſsentia attingendo, non comprehendendo.

& q.18.ar. 5.ad8.veri q 5.ar.10. c.1 p.q.12 ar.1.ad 4.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd obiectio illa procedit de diſtantia ſecundum proprietatem naturæ, non ſolum ſecundum rationem cognitionis. Nam ſpiritus creatus nõ eſt ſenſibilis, ſed ſpiritus increatus eſt intelligibilis.

INCIPIT QVODLIBET

VNDECIMVM.

QVAESTIO I.

ARTICVLVS I.

Vtrùm ſolius Dei ſit proprium eſſe vbique.

1.p.q.8.ar. 2.& 4. & 1. d.37. q.2.a.

QVAESITVM fuit de Deo, de angelis, & hominibus. De Deo verò quæſitũ fuit de immenſitate ipſius de cognitione eius & de prædeſtinatione. Circa immenſitatem verò Dei quæſitum fuit, vtrùm ſolius Dei proprium eſse vbique. Oſtendebatur quòd non. Numerus enim eſt in rebus numeratis. Sed conſtat ꝙ omnes partes vniuerſi ſunt numeratæ: ergo numerus eſt in omnibus partibus vniuerſi: & ſic videtur quòd ſit vbique. Non eſt ergo ſolius Dei proprium eſse vbique.

¶ Præterea. Vniuerſale eſt quod eſt ubique & ſemper. Sed vniuerſale non eſt hoc quod Deus: ergo non eſt proprium ſolius Dei eſſe vbique, & ſemper.

¶ Prætereà, ſubſtantia ſpiritualis excedit corporalem. Sed hoc quod dicitur eſſe vbiq; pertinet ad ſubſtantiam corporalem, quia in ſolis corporalibus eſt propriè aſsignare locum: ergo multo magis eſſe vbique pertinet ad ſubſtantias ſpirituales: & ſic videtur quòd non ſit ſolius Dei proprium.

¶ Præterea, Ad commendationem terreni regis pertinet ꝙ poſsit gubernare, etiam in abſentia ſua regnũ. Sed Deus eſt commendabilior omni rege: ergo videtur quòd etiam competat ſibi ad ſuam commendationem quòd gubernet totum mundum, uel aliquas partes in abſentia ſua per prouidentiam, & ſic non videtur quòd ſit Dei proprium eſſe vbique.

¶ Præterea, Conſtat ꝙ quædam dicuntur Deo eſse propinqua, & quædam remota, & quanto magis ſunt remota, tanto magis ſunt corruptibilia. Non autem poſsent dici aliqua propinqua, & aliqua remota ſi Deus eſset vbique: ergo videtur quòd Deus non ſit vbique.

¶ Præterea, Dato ꝙ tota machina mundialis eſset vnum corpus continuum, conſtat ꝙ illud corpus eſset vbiq;, Non ergo eſt ſolius Dei proprium eſse vbique.

¶ Contrà. Amb. probat ſpiritum ſanctum eſse Deũ, quia eſt vbiq;. Sed ſi eſse vbiq; non eſset ſolius Dei proprium ratio ſua non valeret. Cùm ergo ratio huiuſmodi valeat, videtur quòd ſit ſolius Dei proprium eſse vbique.

¶ Reſpon. dicendum, ꝙ ſpiritualia dicuntur eſse in loco, non quidem per cõtactum magnitudinis, ſed uirtutis, & ideò ſecũdum rationem virtutis cuiuſlibet rei ſpiritualis oportet nos loqui de loco in quo, eſt virtus aũt Dei eſt infinita, quæ quidã infinitas apparet quantum ad duo. Primò, quia non ſolum excedit creaturas, quæ ſunt fuerunt & erunt, ſed etiam omnes quæ poſſunt imaginari. Ergo Deus non ſolũ eſt in illis quæ ſunt fuerunt & erunt, ſed etiam in illis quæ poſsunt imaginari eſse. Secundo, quia virtus Dei ſimul & ſemel in omnibus operatur, & in ſingulis ſecundum propriũ modum rerum, & ideò eſse vbiq; propriè acceptum ſoli Deo competit. Alijs aũt rebus competit eſse vbique propriè. Vnde diſtinguitur modus quo Deus eſt vbiq;, & quo aliæ res quibus aliquo modo competit eſse vbiq:. Nam huiuſmodi dicuntur eſse vbiq;, quia ſunt tantum in his quæ ſunt & præſentia ſunt, Deus autem non ſolum in his quæ ſunt, ſed etiam in imaginatis & in præteritis & futuris.

ar.4.c.& 9 c. & ad 3. ar.71.c. & & opus 3. c.19.

¶ Item, aliæ res non ſunt vbiq; ſicut in loco vno, ſed ſicut in diuerſis locis, ſed Deus ita eſt vbiq; ꝙ eſt in quolibet & in toto, quia eius virtus habet efficaciã non ſolum in id quod eſt commune vniuerſo, ſed etiã in id quod eſt propriè vnicuiq; rei particulari. Et ideò eſt in omnibus, ſicut in vno loco, & ſicut in pluribus, quod eſt propriè eſse vbiq:. Vnde cum hoc modo ſolus Deus ſit vbique, ſolius Dei eſt propriũ eſse vbiq;.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd numerus non eſt in rebus numeratis ſicut in loco: ſed ſicut accidens in ſubiecto. 1.p.q.16. ar.7.ad 2.

¶ Præterea, Vnus numerus, licèt ſit in omnibus numeratis ſicut vnica eſsentia: non tamen eſt in qualibet parte, quia non quælibet pars numeratur eodem numero. Item numerus nõ eſt omnino vnus, ſed multitudo quædam. Deus autem eſt in rebus per virtutem ſuam, & in ſingulis operatur, ut dictum eſt.

1.p.q.8.ar 4.ad 1. & 2.veri.q.8 ar.5.ad 13. & 14.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ vniuerſale dr̃ eſse vbiq; & ſemper magis per remotionẽ, quam per poſitionem. Nõ.n. dr̃ vbiq; eſse & ſemper eo ꝙ ſit in omni loco, & in omni tempore: ſed quia abſtrahit ab his quæ determinant locum, & tempus determinatum: & præterea vniuerſalia non ſunt ſubſiſtentia.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſubſtantia ſpiritualis excedit corporalem exceſsum dignitatis naturæ, ſed non in virtute agendi: imò videmus ꝙ multæ ſubſtantiæ ſpirituales habent determinata corpora, in quibus agant, ſicut anima rationalis corpus humanum.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſic Rex non eſt vbique per totum regnum eſt ex defectu Regis terreni propter circumſcriptionem ſuæ ſubſtantiæ. Deus autẽ cum ſit in circumſcriptus eſt ubique, & tamen ſi non eſset vbique, nihilominus gubernaret omnia prouidentia ſua. Vnde in Rege terreno nõ eſse præſens eſt ad defectum: ſed ꝙ gubernet in abſentia eſt ad commendationem. Deus autem & vbique eſt & omnia gubernat.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ huiuſmodi diſtãtia & propinquitas creaturarum ad Deum non eſt ſecundũ locum, ſed ſecundum ſimilitudinem, & diſsimilitudinem. Nam illa quæ magis aſsimilantur Deo dicimus eſse ſibi propinquiora, quæ verò magis recedunt à ſimilitudinem ipſius dicimus eſse ſibi remotiora. c.p.q.8.ar. 1. ad 3. &

¶ Ad ſextum dicendum, quò dato quòd tota machina mundialis eſset vnum corpus continuum, non tamẽ propter hoc poſset imaginari quòd eſset vbiq;, 4.d.17.q.1 art.2.q.2. &.

ſed in

ſed in vno loco tantùm: quia totum illud in quo eſſet acciperetur pro vno loco: & ſic non attingeret quodlibet particulare, quod eſſe vbique complectitur in ſua ratione.

QVAEST. II.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Deus cognoſcat malum per bonum.

CIrca cognitionem verò Dei quærebatur, vtrum Deus cognoſcat malum per bonum: & videtur quòd non: quia cognoſcere vnum per aliud pertinet ad defectũ cognitionis, ſed in diuina cognitione nullus poteſt eſſe defectus: ergo videtur ꝙ Deus non cognoſcat malum per bonum.

veri. q. 3. ar. 4. & 1 p. q. 13. ar. 3. ad 1. & q 18. ar. 4. ad 4.

¶ Præt. cognoſcere vnum per aliud eſt in cognoſcendo diſcurrere. Sed in diuina cognitione non eſt diſcurſus: ergo cum cognoſcere malum per bonũ ſit cognoſcere vnum per aliud videtur, ꝙ Deus non cognoſcat malum per bonum.

¶ Præt. quicquid Deus cognoſcit, cognoſcit per eſſentiam ſuam. Sed malum nec eſt effectus diuinæ eſſentiæ, neque eſt ei oppoſitum, vt dicit Auguſt. ergo videtur, quòd Deus non cognoſcat malum per bonum.

1. p. q. 14. ar. 10. ad 5

¶ Præt. Philoſophus dicit in 3. de anima. (T. c. 20.) Quod intellectus qui ſemper eſt in actu non cognoſcit priuationem. Sed intellectus diuinus eſt ſemper in actu, ergo &c.

¶ Præt. Omne quod cognoſcitur, cognoſcitur per aliquam ſimilitudinem in ipſo cognoſcente exiſtentem. Sed malum non habet aliquam ſimilitudinem in Deo: ergo Deus nõ cognoſcit malum per aliquod bonum, quod in eo exiſtat.

¶ Sed contra eſt, quod Auguſt. dicit quòd malum cognoſcitur, ſecundum, quòd ab ipſo bono diſcordat.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd propria cognitio vniuſcuiuſque rei eſt ſecundum, quòd cognoſcitur per propriam rationem. In cognoſcibilibus autẽ quædam ſunt quæ habent rationem propriam abſolutã, vt homo, & lapis, quorum propria ratio non depẽdet ex alio. Quædam verò ſunt quæ non habent propriã rationem abſolutam: ſed ex alio dependentem, ſicut eſt in relatiuis & priuatiuis, & in negatiuis: quorum ratio dependet ex ordine quem habent ad alia, nam ratio cæcitatis non eſt abſoluta, ſed dependens inquantum habet ordinem ad viſum, cuius eſt priuatiua. Cũ ergo Deus animam cognoſcat, ſecundum proprias rationes, dico ꝙ illa quorum ratio eſt abſoluta, cognoſcit abſolutè: & non per aliquod aliud. Illa verò quorum ratio eſt dependens, & in ordine ad alia cognoſcit, ſecundum ordinem ad illa ex quibus dependẽt. Cum ergo ratio mali non ſit abſoluta, ſed dependens: inquantum, ſ. diſcordat à bono creato, cognoſcit malum ſecundum ordinem ad bonum, ſecundum ꝙ ſ. diſcordat ab ipſo bono.

1. p. q. 14. ar. 10. & 11, q. 100. ar. 6. ad 2. veri. q. 10. ar. 8. ad 9. & art. 9. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ in illis quæ habent rationem abſolutam eſt ad defectum cognitionis cognoſcere vnum per aliud: ſed non in illis, quorum ratio eſt ad aliud, vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cognitio diſcurſiua eſt cognoſcere vnum cognitum per aliud cognitum abſolutè. Sed cognoſcere vnum incognitum per aliud cognitum, ad quod ordinatur, non eſt diſcurrere cognoſcendo, & hoc modo cognoſcitur malum.

Ad tertium dicendum, quòd licèt malum non ſit oppoſitum diuinæ eſſentiæ, tamen eſt oppoſitum effectui diuinæ eſſentiæ, nam bonum increatum non habet malum oppoſitum, ſed bonis effectibus, qui cauſantur à bono increato opponitur malum: & inquantum diſcordat ab eis effectibus cognoſcitur.

ar. 95 et 1. p. q. 14 ar. 7.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud habet locum in illo intellecto qui cognoſcit res per adæquationem, & ſpecies ſuas: & iſte modus cognoſcendi non eſt in Deo, qui cognoſcit omnia per eſſentiam ſuam.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ licèt malum non habeat aliquam ſimilitudinem in Deo: tamen oppoſitum mali, id eſt bonum creatum habet ſimilitudinẽ in Deo: ſicut in cauſa ſua, & ita bonum cognoſcitur per ſeipſum: malum verò per bonum.

QVAEST. III.

ARTICVLVS III.

Vtrùm prædeſtinatio imponat neceſſitatem.

CIrca prædeſtinationem quærebatur, vtrùm prædeſtinatio imponat neceſſitatem. Et oſtendebatur ꝙ ſic. Cõſtat enim ꝙ prædeſtinatus omninò ſaluatur. Sed hoc non eſt, niſi neceſſarium eſſet prædeſtinatum ſaluari; videtur ergo quòd prædeſtinatio neceſſitatem imponat.

ar. 228. ad 5. & 1. p. q. 23. ar. 6. c. q 16. ar. 8. c. 2.

¶ Præterea, Ad Ro 9. dicit Apoſtolus. Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei: ergo videtur quòd quicquid eſt de ſalute, ſit ex ſola prædeſtinatione diuina & ex nullo alio. Et ſic videtur neceſſitatem imponere.

¶ Sed contra, Aug. dicit. Qui creauit te ſine te, nõ iuſtificabit te ſine te.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd prædeſtinatio certitudinem habet, & tamen neceſſitatem non imponit. In prædeſtinatione enim tria ſunt conſideranda: quorum duo præſupponit ipſa prædeſtinatio, ſ. præſentiã Dei & dilectionem, id eſt voluntatem, qua vult prædeſtinatum ſaluare, & tertium eſt ipſa prædeſtinatio, quæ nihil aliud eſt quam directio in finem, quem vult Deus rei dilectæ. Quodlibet autem horum triũ certitudinem habet: & tamen neceſſitatem non imponit. Et ꝙ præſentia diuina certitudinem habeat, patet: Deus enim cognoſcit res probabiliori modo, quã nos cognoſcamus. Nam cognitio noſtra eſt in tempore, & ideo intuitus noſter reſpicit res ſecundum rationem temporis, ſcilicet præſentis, præteriti, & futuri: vt ſcilicet cognoſcat præterita, vt præterita, præſentia, vt præſentia, futura vt futura & certitudinaliter. Cognitio verò diuina eſt ſupra tempus, & menſuratur æternitatem ſolum, & ideò non cognoſcit prout ſunt in tẽpore, ſed prout ſunt in æternitate, ſ. prout ſunt præſentia, & hoc tam neceſſaria, quàm contingentia, vnde omnia cognoſcit tanquam præſentia in ſua præſentialitate. Cum ergo etiam intellectus noſter certitudinaliter cognoſcat præſentia, multò magis Deus omnia ſibi præſentia certitudinaliter cognoſcit, ex quo nulla neceſſitas rebus cognitis inducitur, ſicut videmus, ꝙ aliquis exiſtens in loco eminenti videt certitudinaliter ordinem venientium aliquorum, & euntium per vias, & alius in plano exiſtens non videt niſi quæ ſunt ſibi præſentia, & tamen hominibus iſtis ex hoc nulla neceſſitas imponitur. Nam hoc non eſt niſi ex hoc, ꝙ in alto exiſtens intuetur omnia, vt præſentia, quæ enti in plano ſunt præterita, ſcilicet illa quæ retro ſunt, præſentia illa ſcilicet, quæ ſunt iuxta ſe, & futura illa

veri. q. 6. ar. 1. c. 1. p. q. 23 ar. 1. 2. & 3. p. q 24. art. 1. c.

1. p. q. 86. art. 1. d. 4. d. 30. q. 5. ar. 1. 3. o. et veri q. 2. ar. 5. & 6 o.

ſcilicet

ſcilicet quæ anteriora ſunt. Quod antem voluntas diuina certitudinem habeat, & tamen neceſſitatem non imponat, ſic patet. Voluntas enim Dei eſt efficax, & perfecta cauſa omnium rerum: quia omnia quæcunque voluit Dominus fecit. Cuius perfectio & efficacia apparet ex hoc, quòd non ſolum mouet, & cauſat res, ſed etiam dat eis talem modum cauſandi, inquantum cuilibet rei determinatum modum contulit, quo ſuos effectus produceret.

ar. 97. 1. p. q. 19 ar. 6. o ar. 128. ma. q 6. ad quantum.

Vnde quia ipſe voluit quædam eſſe in vniuerſo neceſſaria, & quædam contingentia, conſtituit quaſdam cauſas, quibus contulit, vt contingenter cauſarent, & quaſdam quibus contulit, vt neceſſario cauſarent, effectus. Vnde voluit iſtum, vel illum effectum non ſolum eſſet, ſed etiam tali modo eſſe: ſcilicet vel contingenter vel neceſſariò, ſicut quòd voluit Petrum non ſolum currere, ſed etiam contingenter currere, & ſimiliter voluit iſtum, vel illum hominem ſaluare, ſed eo modo vt arbitrij libertatem non perderet; & ſic quòd Petrus, vel Martinus ſaluetur, habet duas cauſas, vnam ſcilicet voluntatem diuinam, & hæc habet certitudinem. Aliam liberum arbitrium, & hæc habet contingentiam. Et ſic eſt in alijs rebus, quia ſi ſint contingentia prouenit eis ex cauſa proxima. Quod verò ſint certa, & neceſſaria prouenit eis ex cauſa prima. Vnde prima cauſa rerum, ſcilicet diuina voluntas etiam de contingentibus certitudinem habet, ex qua quidem certitudine non imponitur ipſis rebus aliqua neceſſitas, quia non ſolum vult ea eſſe, ſed tali modo eſſe, ſcilicet neceſſariò, vel contingenter, vt dictum eſt. Quod verò prædeſtinatio certitudinem habeat, & neceſſitatem non imponat, ſimiliter patet. Motus enim vel directio, vel propoſitũ dirigendi in finem, quod eſt ipſa prædeſtinatio, eſt ſecundum conſtitutionem, & ordinem cauſarum à Deo conſtitutarum. Conſtat antem, ꝙ quando ſunt duæ cauſæ ordinatæ, quarum vna eſt neceſſaria, & alia contingẽs effectus ſpẽ cõtingens. In pdeſtinationeã: ſunt duæ cãæ. Quarum una eſt neceſſaria, ſ. ipſe Deus, & alia eſt cõtingens, ſ. ipſum libarum arbitriũ, & ideo oportet effectum prædeſtinationis contingentem eſſe. Vnde quia Deus ſcit & vult iſtum vel illum cõſequi talem finem prædeſtinatio certitudinem habet, quia verò Deus vult vt ſecundum libertatem arbitrij in talem finem dirigatur, ideo huiuſmodi certitudo nullã prædeſtinato neceſſitatem imponit.

ar. iſto. & ad 1. & 2. patet. 3. d. 7. q. 3. ar. 2. q. 1. c. & 2. ꝑ q. 6. ar. 1. c.

1. p. q. 23. ar. 8. ad 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd hic prædeſtinatus omninò ſaluatur ex certitudine diuinæ prædeſtinationis, non tamen eſt ibi neceſſitas abſoluta, ſed conditionalis; quia ſi talis eſt prædeſtinatus neceſſariò ſaluatur, non autem eſt neceſſarium ſimpliciter.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd verbum Apoſtoli non eſt ſic intelligendum quin ſit neceſſarium velle, & currere ex parte noſtra, ſed quia principium primum bene operandi non eſt à nobis, ſed ex miſericordia diuina infundente gratiam: nihilominus tamen oportet, quòd ex parte noſtra ſit aliquod principium.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm motus angeli ſit in inſtanti.

ar. 187. o. et 1. p. q. 58. ar. 3. c. & q 63 art. 6. ad 4. & 3. p. q. 33. ar. 2. ad 3.

Circa angelos quæſitum fuit de motu angeli, ſcilicet vtrùm motus eius ſit in inſtanti. Videtur ꝙ ſic. Conſtat enim quòd mutatio angeli ſimplicior eſt omni mutationa corporali. Sed inuenitur aliqua mutatio corporalis in inſtanti, ſicut illuminatio, & huiuſmodi: ergo multò magis motus angeli eſt in inſtanti.

¶ Preterea, Nobiliſſimæ creaturæ competit nobiliſſimus motus, nobiliſſimus autem motus eſt ille qui ſit in inſtanti. ergo competit nobiliſſimæ creaturæ, ſcilicet angelo.

¶ Contra, Omnis motus habet prius, & poſterius, Prius autem & poſterius in motu eſt numerus temporis: ergo in omni motu eſt tempus: ergo nullus motus etiam angeli eſt in inſtanti.

¶ Reſpondeo dicendum, quod omnis mutatio habet duos terminos, quos non contingit ſimul eſſe. Vnde impoſſibile eſt quòd aliquis motus, vel mutatio ſit in inſtanti hoc modo, ꝙ idem inſtans ambos terminos complectatur. Vnde ſciendum, ꝙ in rebus corporalibus duo termini motus, vel mutationis dupliciter poſſunt ſe habere. Vno modo ꝙ ſit aſſignare inſtãs in quo terminus ad quem primo eſt. Et aliud inſtans, in quo terminus à quo vltimo eſt, & ſic cũ inter quælibet duo inſtantia ſit tempus medium, ſequitur ꝙ de vno termino motus in alium fiat tranſitus per tẽpus, & ſic talis mutatio eſt in tempore, & non in inſtanti. Hoc autem contingit quãdo inter duos terminos motus eſt aliquod medium accipere, ſicut inter album, & nigrũ, & inter eſſe hic & ibi. Sed aliqui termini mutationis ſunt, inter quos non eſt accipere medium, ſicut inter album, & non album, inter ignem, & non ignem, inter tenebroſum & luminoſum, quia affirmatio, & negatio ſunt ſecundum ſe immediata, & ſimiliter priuatio & forma in ſubiecto determinato, & in talibus licèt ſit accipere inſtans in quo primo eſt terminus ad quem, non tamen eſt accipere inſtans, in quo vltimo eſt terminus à quo. Cùm enim inter quælibet duo inſtantia ſit tempus medium, ſequeretur, ꝙ in illo tempore medio in neutro extremorum eſſet, quod eſt impoſſibile, cum ſint extrema omninò immediata. Oportet ergo dicere, ꝙ cum illud inſtans, in quo primo eſt terminus ad quem, ſit terminus alicuius temporis, ꝙ in toto tempore præcedenti duret terminus à quo, & ſic cum inter tempus & inſtans, quod eſt terminus temporis, non ſit tempus medium, non ſit tranſitus de vna extremitate in aliam in tempore, ſed in inſtãti, primo enim deſinit eſſe terminus à quo, & incipit terminus ad quem, & huiuſmodi mutationes dicuntur eſſe inſtantaneæ, ſicut illuminatio, generatio & corruptio: Sed oportet ꝙ iſtæ mutationes ſint termini motuum continuorum, & in tempore exiſtẽtium, quia tempus in quo eſt vltimo terminus à quo menſurat aliquem motum ſecundum ꝙ ſubiectum accedit ad terminum, ad quem, ſicut per alterationẽ materia diſponit ad formam, et per motum localem corpus luminoſum accedit ad ſitum, in quo illuminat, et ſecundum hoc dicitur ꝙ generatio, et corruptio ſunt termini alterationis, et illuminatio motus localis. Sic ergo duæ ſunt mutationes corporalium, ſed neutra harum poteſt eſſe in motu angeli. Cum enim motus angeli attendatur ſecundum diuerſos contractus virtuales angeli ad diuerſa loca, qui quidem contractus non ſunt continui, ſequitur ꝙ motus angeli non ſit continuus, et ita tempus quod propriè menſurat motum angeli non eſt continuum, cum continuitas temporis ſit ex continuitate motus, vt dicitur in 4. Phy. (T.c.104.) Non enim poteſt dici, ꝙ motus angeli menſuretur tempore continuo, quod eſt numerus motus cœli, quia motus angeli non dependet ex motu cœli, et ſic ſequitur ꝙ motus angeli menſuretur quodam tempore in quo ſunt inſtantia ſibi ſuccedentia ſine cõtinuatione, quia tempus ex hoc, quod eſt numerus nõ eſt continuum, ſed ex hoc ꝙ eſt numerus motus continui. Sic ergo in motu angeli duo extrema motus nõ ſunt in duobus inſtantibus, inter quæ ſit tempus medium, neque iterum vnum extremorum eſt in tempore, et aliud in inſtanti, quod terminat tempus, ſed duo extrema ſunt in duobus inſtantibus, inter quæ nõ eſt tempus medium, et ſic oportet dicere quòd motus angeli ſit

ar. 149. c. ar. 149. c. 6. & 4. d. 11. q. 1. ar. 3. q. 2. ad 2. & d. 17. q. 1. ar. 5. q. 1. ad 3.

1. p. q. 53. ar 3 c. 1 & 7 q 113. ar. 7. ad 5. 1. p. q. 75. arti. 7. ad 1.

art. 149. & 187.

12. q 113. ar Ar. 187. c, 7. ad 5. 1. p. q. 63. ar. 6. ad 4.

arti. 27. & ar 187. Ar. 270.

geli ſit

geli ſit in tempore, licèt alio modo, quàm motus corporales ſunt in tempore.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd mutatio angeli ſecundum prædicta oſtenditur eſſe ſimplicior, quàm aliqua mutatio corporalis. Eſt.n. ſimplicior quã illa mutatio, cuius duo extrema ſunt in duobus inſtãtibus inter quæ cadit tempus medium, tamen inter duo in-

1. p. q. 53. ar. 3. ad 3.

ſtantia motus angeli non cadit tempus medium. Similiter etiam ſimplicior eſt quàm illa, cui vnum extremum eſt in toto tempore continuo, cum vnum extremum ſit in inſtanti indiuiſibile, et tamen non intercidit tẽpus medium, ſicut nec ibi; et quia eſt ſimplicior, ideo etiam ſequitur quòd ſit nobilior.

¶ Vnde patet ſolutio ad ſecundum.

QVAEST. V.

DEinde quæſitum eſt de homine.

¶ Et circa hoc quæſitum eſt de partibus naturæ humanæ. De ſacramentis gratiæ. Et de conuerſatione humane vitæ.

¶ Circa primum quærebantur duo.

¶ Primò de anima.

¶ Secundò de corpore.

ARTICVLVS V.

Vtrùm ſint eiuſdem, ſubſtantiæ anima ſenſitiua, & intellectiua.

de anima ar. 10. o.

DE anima autem quæſitum eſt, vtrùm ſint eiuſdẽ ſubſtantiæ anima ſenſitiua & intellectiua; & oſtendebatur, quòd non. Nam prima ſenſitiua educitur de potentia materiæ, intellectiua verò eſt per creationem. Non eſt ergo eadem ſubſtantia vtriuſque.

¶ Pręt. In nulla ſubſtantia quę ſit vna, & eadem eſt eodem tempore motus ad oppoſita. Sed ſenſus & ratio eodem tempore mouentur ad oppoſita, ſicut dicit Apoſtolus ad Roma. 7. Video aliam legem in mẽbris meis repugnantem &c. ergo ſenſitiua & rationalis non ſunt vnius ſubſtantiæ.

¶ Præt. Corruptibile, & incorruptibile non ſunt eiuſdem generis, ergo nec idem numero. Sed anima ſenſitiua eſt corruptibilis, intellectiua verò incorruptibilis: ergo ſenſitiua, & intellectiua non ſunt eædem numero, & ſic nec eiuſdem ſubſtantiæ.

¶ Præterea, Anima ſenſitiua eſt communis nobis & brutis. Sed in brutis educitur de potentia materiæ: ergo & in nobis: non eſt ergo eadem cum intellectiua, quæ eſt per creationem.

¶ Contra. Vnius perfectibilis vna eſt perfectio. Sed corpus humanum eſt perfectibile: ergo anima quæ eſt eius perfectio eſt vna.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd circa ordinem formarum eſt duplex opinio. Vna eſt Auicebron, & quorũdam ſequacium eius, qui dicunt quòd ſecundum ordinẽ generum, & ſpecierum ſunt diuerſæ formæ ſubſtantiales ſibi inuicem aduenientes, ſicut eſt ſubſtantia, eſt corpus, eſt animatum, & eſt animal. Dicunt ergo, quòd quædam forma ſubſtantialis eſt per quam eſt ſubſtantia tantum: & poſtea eſt quædam alia per quã eſt corpus, deinde eſt & alia per quam eſt animatum: & alia per quam eſt animal, et alia per quam eſt homo, et ſic dicunt de aliis formis ſubſtantialibus rerũ.

Reprobatio Opinio 1. ar. 6. & 1. p. q. 76. 3 o. & ar. 6 ad 1. & 3 p q. 76. ar. 4. c. & q. 77. ar. 6. c.

Sed hæc poſitio ſtare non poteſt, quia cum forma ſubſtantialis ſit quæ facit hoc aliquid, et dat eſſe ſubſtanſantiale rei, tunc ſola prima forma eſſet ſubſtantialis, cum ipſa ſola daret eſſe ſubſtantiale rei, & facere hoc aliquid, omnes autem poſt primam eſſent accidentaliter aduenientes, nec darent eſſe rei ſimpliciter: ſed eſſe tale, & ſic in amiſſione, vel acquiſitione ipſarum non eſſet generatio & corruptio, ſed tantum alteratio vnde patet hoc non eſſe verum. Simile etiam eſſet in potentiis animæ, nam ſola prima; ſ. vegetabilis eſſet forma ſubſtantialis, & faceret hoc aliquid, aliæ vero eſſent accidentales, quod omnino eſt falſum. Et ideò dicendum eſt, quòd huiuſmodi formæ differunt ſecũdum perfectum & imperfectum. Eſt enim aliqua forma quæ non dat niſi eſſe corpus tantum. Aliqua eſt magis perfecta, quæ etiam dat eſſe & viuere quocunque modo viuẽdi. Aliqua quæ cum his dat etiam ſenſum: vnde patet quod ſemper vltima eſt perfectior primis, & habet ſe ad priores, ſicut perfectiſſima ad imperfectiſſimam, & ideo quicquid continetur in ipſis totum eſt virtute in vltima. Vnde dicendum eſt, quòd vna & eadem eſſentia eſt animæ ſenſitiuæ & intellectiuæ, ſed intellectiua habet ſe ad ſenſitiuam; ſicut perfectum ad imperfectum. Quod autem ſpecialiter anima ſenſitiua, & intellectiua ſint vnius eſſentiæ ſignum eſt, quia niſi vires animæ radicarentur in vna eſſentia, nunquam vna impediretur ab alia, nec etiã virtus vnius redundaret in aliam. Item cùm intellectus non habeat determinatum organum in corpore quo mediante exerceat operationes ſuas, ad quid vniretur corpori, niſi eſſet eiuſdem eſſentiæ cum anima ſenſitiua? Sic ergo patet quod vna eſſentia eſt animæ ſenſitiuæ, et intellectiuæ, ſed differunt ſecũdum perfectum, et imperfectum, vt dictum eſt.

ar. 6. 42. c. 12. q. 57. ar. 1 o. ver1 q. 13. ar. 3. c. & q. 16 ar. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod anima ſenſitiua educitur de potentia materiæ in brutis: in nobis vero non, ſed eſt per creationem: cùm eius eſſentia ſit eſſentia animæ rationalis, quæ eſt per creationem.

pos q. 3. ar. 11. 9. ad 9. & 10.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod non eſt inconueniens aliquid idem exiſtens ſecundum diuerſas vires, vel partes moueri ad oppoſita, et ideo licèt ſubſtantia animæ humanæ ſit eadem ſenſitiuæ, et intellectiuæ, tamen poteſt ſecundum diuerſas partes, et vires moueri ad oppoſitum, vt ſcilicet ſenſus moueatur ad ea quæ ſunt ſibi propria, et ratio ad ea ad quæ ordinatur.

ar. 44. c. fi.

¶ Ad tertium dicendum, quod licèt incorruptibile non ſit idem cum corruptibili: tamen inuenitur aliquid incorruptibile, quod habeat aliquã proprietatem communem corruptibili: et ſic eſt in anima rationali. Nam ipſa ſubſtantia animæ eſt incorruptibilis, nihilominus, tamen habet aliquid in ſe, ſ. ſenſitiuũ quod eſt commune etiam corruptibili.

¶ Ad quartum dicendum, quod licèt anima ſenſitiua ſit communis in nobis, et brutis quantum ad rationem generis: tamen quantum ad rationem ſpeciei alia eſt in homine et alia in brutis, et ſimiliter alia in aſino et alia in æquo, et in boue, et ſecundum quod differunt aliqua ſpecie, ita etiam differt in eis anima ſenſitiua, et ideo non ſequitur, quod ſi in brutis educatur de potentia materiæ, quod etiã in homine, quia in homine eſt altioris ſpeciei, et eſt per creationem.

QVAEST. VI.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm corpus reſurgat idem numero.

DE corpore autem quæſitum eſt, vtrum reſurget idem numero: et oſtendebatur quod non: quia ſecundum Philoſophum in Top. illud dicitur idem numero, quod eſt idem proprio, accidente, et diffinitione. Sed corpus in reſurrectione non habebit eadẽ propria: quia modo riſibile, tunc non, non eadem accidentia, quia nunc albus, criſpus, niger, et huiuſmodi, quæ tunc non erunt, non eadem etiam diffinitio,

4. d. 44. q. 1. ar. 1. q. 1. & o.

quia

quia modo diffinitur per mortale, tunc vero non mortale erit: ergo videtur, quòd non reſurget idem numero.

¶ Præterea, Identitas materiæ facit idem numero. Sed materia corporis reſurgentis non erit eadem cum corpore, quod nunc eſt, cùm multæ formæ reiterentur in ea: ergo corpus non reſurget idem numero.

¶ Præterea, Philoſophus dicit in lib. de anima, quòd non eſt eadem ſtatua numero quæ deſtruitur, & de eodem ære reficitur. Pari ergo ratione corpus, quod modo corrumpitur non erit idem numero cum eo, quod reſurget.

¶ Præterea, Conſtat quòd homo humanitate eſt homo, & vna humanitate vnus homo. Sed in corpore, quod nunc eſt, & reſurget, erunt duæ humanitates: quia per mortem deſtruitur forma totius: ergo erunt duo homines, & ſic videtur quòd corpora non reſurgent eadem numero.

Contra. Iob 19. quem viſurus ſum ego ipſe, &c.

po. q. 58. ar. 4. c. po. q. 10. ar. 4. cap. principio

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ad hoc, quòd aliquid ſit idem numero requiritur identitas principiorum eſſentialium. Vnde quodcunque principiorum eſſentialium etiam in ipſo indiuiduo varietur neceſſe eſt etiam identitatem variari. Illud autem eſt eſſentiale cuiuſlibet indiuidui, quod eſt de ratione ipſius, ſicut cuilibet rei materiali ſunt eſſentialia materia, & forma: vnde ſi accidentia varientur, & mutentur, remanentibus principijs eſſentialibus indiuidui, ipſum indiuiduum remanet idem. Cum ergo principia eſſentialia hominis ſint anima, & corpus, & hæc remaneant: quia reſurget eadem anima, & idem corpus: dicendum, quòd corpus hominis reſurget idem numero.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit ex falſo intellectu literæ. Non enim dicitur idem numero illud, quod habet idem accidens nunc & poſtea, & idem proprium: ſed illud eſt idem numero quod eſt idem cum accidente, & idem cum proprio, ſicut cum ſubiectum eſt idem cum accidente, proprio, & diffinitione: & non illa quæ habent idē accidens idem proprium, & vnam diffinitionem, vnde patet, quòd obijciens falsè intellexit textum. Dato autē, quòd ſecundum illum intellectum procedat obiectio dicendum, quòd intelligitur de accidentibus indiuiduantibus, ſ. de dimenſionibus, & erunt hæc in corporibus glorificantis. Item erit ibi idem proprium. ſ. riſus. Iob 8. Implebitur os tuum riſu, & labia tua iubilo. De diffinitione verò dicendum, quòd licèt reſurgat immortale, tamen vera mortalitas non tolletur ab eo: quia natura humana erit ibi, quæ ex ſe hēt quòd ſit mortalis.

3. p. q. 54. ar. 1. ad 2. 4. di. 44. q. 2. ar. 1. q. 2. ad 3. & 2.

¶ Ad ſecundum dicendū, quòd licèt eadē materia faciat idē numero, non tamen materia nuda, nec quæ facit principium in numero: ſed vna materia ſecūdū, quòd eſt ſub dimenſionibus terminantibus ipſam facit idem numero, vnde licèt multæ formæ reiterentur in anima corporis reſurgentis, tamen reſurget corpus ſub eiſdem dimenſionibus, & cum eiſdem principijs eſſentialibus.

4. d. 44. q. 1. ar. 1. q. 2 ad quartū

¶ Ad tertium dicendum, quòd Aug. dicit contrariū. Ipſe enim vult ſi ſtatua reficiatur ex eodem ære, quòd ſit eadem numero. Nihilominùs tamen dicendum, quòd omnia artificialia ponuntur dupliciter in genere, vel in ſpecie, quia vel per materiam ſuam, vel per formam ſuam. Naturalia autem ponuntur in genere, vel ſpecie tantùm per formam ſuam; formæ autem artificiales, quia ſunt accidentia, ideo oportet, quòd collocentur in genere, vel ſpecie, vel materia: naturales vero non, quia ſunt ſubſtantiales. Dico ergo quòd ſi cōſideretur ſtatua prout ponitur in genere, vel ſpecie per materiam ſuam: ſic reficitur eadem ſtatua. Si verò cōſideretur prout ponitur in genere, vel ſpecie per formam: ſic dico quòd non reficitur eadem, ſed alia: quia alia eſt forma huius & alia illius; in corpore aūt non eſt ſic, quia in corpore erit eadem forma.

Statuta refecta ſi ſit eadem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non ſunt duæ humanitates in corpore, quod corrumpitur & quod reſurgit, ſed vna, quia principia eſſentialia non mutantur, ſed ſunt eadem.

QVAESTIO VII.

De ſacramentis verò gratiæ quæſita ſunt tria.

¶ Primò de ſacramento confirmationis.

¶ Secundò de ſacramento Euchariſtiæ.

¶ Tertiò de ſacramento matrimonij.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm ſolus epiſcopus debeat conferre ſacramentum confirmationis, vel etiam alius.

4. d. 13. q. 1. art. 2. q. 2. c.

Circa primum quæritur, vtrum ſolus Epiſcopus debeat conferre ſacramentum cōfirmationis, vel etiam alius, & videtur quod non ſolum Epiſcopus, ſed etiam quòd quilibet ſacerdos poſſit conferre. Cōſtat enim quod in confirmatione confertur gratia ſpiritualis. Sed huius gratiæ collatio ſic eſt ordinata, vt nō poſſit impediri; conſtat autem, quod per abſentiam Epiſcoporum multotiens impeditur, quia non ſunt vbique præſentes: ergo debet conferri per miniſteriū ſacerdotum, qui ſunt vbique præſentes.

¶ Præt. Sacramenta inſtituta ſunt propter vtilitatem: ergo debent eo modo conferri, quo competit vtilitati omnium, non autem competeret vtilitati ſi ſolus Epiſcopus conferret hoc ſacramentum, in quo datur robur ſpiritus ſancti, quia nō omnes habent opportunitatem Epiſcopi; ergo debet fieri per ſacerdotes, per quos poſſunt omnes conſequi hanc vtilitatem.

¶ Præterea, Conſtat quod ſacramentum baptiſmi eſt maius quam ſacramentum cōfirmationis. Sed baptiſmus poteſt conferri per quoſlibet ſacerdotes: ergo multo magis confirmatio.

¶ In contrarium eſt Eccleſiæ conſuetudo.

3. p. q. 65. ar. 3. c. ad 4. 3. p. q. 72. ar. 9. o. et ar. 2. ad 13. ar. 35. c. ſi. 4. d. 3. q. 3. ar. 2. q. 3. c. 3. p. q. 65. ar. 2. ad 3. 4. d. 7. q. 3. ar. 1. q. 2. 3. o.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd proprius miniſter ſacramenti confirmationis eſt Epiſcopus, & hoc probatur ratione, & auctoritate. Ratione quidē, quia confirmatio ad hoc fit, vt homo in quadam perfectione conſtituatur, cum detur ad robur ſpiritus ſancti, vt ſ. homo ex hoc fiat fortis, & robuſtus ad confitendum, & proponendum fidem coram regibus, & principibus, vnde & propter hoc fit in fronte, vt non pertimeſcat, nec confundatur proponere fidem coram omnibus, & defendere. Sicut autē Diony. dicit, tres ſunt actiones hierarchiæ, ſ. purgare, illuminare, et perficere: purgare eſt proprium dyaconorum, illuminare preſbyterorum: et hoc conſiſtit maximè in euchariſtia; perficere verò eſt epiſcoporum; et ideò omnia ſacramenta, quæ ad perfectionem cōferuntur, pertinet ad collationem epiſcopi, quæ ſunt collatio ordinum, conſecratio virginum, et vaſorum, et confirmationis ſacramentum, vnde alius non poteſt conferre confirmationis ſacramentum niſi epiſcopus. Hoc etiam patet auctoritate ſcripturæ. Confirmatio enim ſucceſſit in locum impoſitionis manuum. Hoc autem non poterat fieri niſi per ſolos apoſtolos, vnde et per Philippū, qui prædicauerat verbum Domini in Samaria, non imponebantur manus, ſed Apoſtoli qui erant Hieroſolymis audito, quòd Samaria recepit verbum Dei, miſerūt ad eos Petrum, et Ioannē, et poſtea ſequitur. Tunc imponebant manus ſuper illos etc. vnde cum epiſcopi ſuccedant in locum Apoſtolorum, ſolis epiſcopis debetur collatio ſacramēti confirmationis. Inuenimus tamē quòd aliqua quæ in quadam perfectione con-

22. q. 184. ar. 6. ad 1. & 3. p. q. 67. art. 2. ad 1.

ne conſt·t mat, ex diſpenſatione committuntur ſimplici us ſacerdotibus, ſicut collatio minorum ordinum, & huiuſmodi, quod etiam de confirmatione fieri poſſet cum diſpenſatione, ſine qua nullus debet cōferre hoc ſacramentum, niſi ſolus epiſcopus.

3.p.q.72. ar.11.ad 1. & 4.di.7. q.3.ar.1.q. 3.o.& diſ. 25.q.1.ar. 2.ad 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non omnia ſacramenta, in quibus confertur gratia ſpiritualis poteſt conferre ſacerdos, vnde licèt in ſacramento confirmationis conferatur gratia ſpiritualis, non tamen competit ſacerdoti, quia perfectiori modo in ſacramẽto ordinis confertur gratia ſpiritualis, quòd reſeruatur ſolis epiſcopis propter perfectionem in qua conſtituit. Nec obſtat de impedimento, quia poſſunt recurrere ad ciuitates, in quibus ſunt epiſcopi pſentes.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

22.q.39.ar. 4. ad 1. & q.100. ar. 2.ad 1. & 3. p.q.67.ar. 3 45. 8.ad 8.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſacramentum baptiſmi eſt maius neceſſitate non perfectione. & ideo propter eius neceſſitatem non ſolum ſacerdotes, ſed etiã quilibet chriſtianus poteſt baptizare in articulo neceſſitatis, vbi non hr̃ copia ſacerdotalis, ſeruata nihilominus forma ſacramenti. Confirmatio verò quia nō eſt adeo neceſſaria & conſtituit in quadam perfectione, vt dictum eſt, maiorib. reſeruatur, ſ. ſolis epiſcopis.

QVAEST. VIII.

Circa ſacramentũ euchariſtiæ quæſita ſunt duo.

¶ Primò de illis qui excluduntur à conſecratione per fornicationem.

¶ Secundò de illis qui excluduntur à participatione ſacramenti per excommunicationem.

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm aliquis poſſit audire miſſam ſacerdotis fornicarij, quin peccet mortaliter.

3.p.q.82. ar.9.o.& 4 d.5.q 2.ar. 2.q.4.o.

AD Primum quæſitum eſt, vtrùm aliquis poſſit audire miſſam ſacerdotis fornicarij quin peccet mortaliter, videtur, quòd non poſſit audire ſine peccato mortali. Eccleſia enim præcepit ſub anathemate, ꝙ nullus audiat miſſam à fornicario ſacerdote. Sed facere contra huiuſmodi mandatum eſt peccatum mortale, ergo &c.

¶ Contra eſt, quòd in multis locis per mundum ſuſtinetur.

4.d.24.q. 1.ar.3.q. 5.o.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd circa hoc eſt conſiderandum, ꝙ aliquid quãtum ad ius naturale eſt per ſe malum, & aliquid malum eſt quantum ad ius poſitiuum. Quicunque enim ſacerdos in peccato mortali exiſtens celebrat, peccat mortaliter, vnde ſi conſtaret mihi eum eſſe in peccato mortali, & inducerem eum ad celebrandum peccarẽ mortaliter, & hoc eſt ſecundum ipſum ius naturale, quia hoc eſt prouocare eum ad peccatum mortale. Ius autem poſitiuum addit plus, quòd non ſolum non debeam inducere eum ad celebrandum, ſed etiam ſi audiam eius miſſam pecco mortaliter, quod quidem inſtitutum eſt in pœnam ſacerdotis fornicarij. Attendendum tamen eſt, quòd hoc non intelligitur de quolibet ſacerdote fornicario, ſed de publicis fornicarijs, qui propriè dicuntur publici, quando iudicio & ſententia eccleſiæ vocantur publici. Vnde quicunque à tali fornicario publico audit miſſam peccat mortaliter.

4.d.13.q.1 ar.3.q.3.o Ad contrarium. 4 d.18.q.1 ar.4.q.3.o.

¶ Ad illud quod obijcitur dicendum, ꝙ ſi ſuſtinetur à prælatis propter hoc non excuſatur, quia hoc eſt vel propter negligentiam, vel propter miſeriam, & defectum ipſorum prælatorum, qui non ſunt auſi corrigere alios, cum in ſe multa corrigenda cognoſcant, vel etiam propter timorem aliquando, vnde non excuſantur propter hoc.

ARTICVLVS IX.

Vtrùm aliquis loquendo, comedendo, ſeu ſtando cum excommunicatis peccet mortaliter.

Circa ſecundum quæſitum fuit, vtrùm aliquis loquendo, comedendo, ſeu ſtando cum excommunicatis peccet mortaliter, & videtur ꝙ ſic, quia multi magiſtri decretorum, & magni hoc dicunt.

¶ Præterea, Facere contra præcepta eccleſiæ eſt peccatum mortale, ſed eccleſia mandat ꝙ nullus loquatur, nec comedat cum excommunicatis: hoc ergo qui facit peccat mortaliter.

¶ Præterea, Quædam decretalis dicit, vbi conſulebatur ſummus pontifex, vtrùm poſſet participari excommunicatis: quòd hoc etiam pro vitando diſpendio mortis non debet facere, & huius aſsignat cauſã dicẽs, quia eſt peccatum mortale, videtur ergo, quòd quicunque in aliquo participat cum eis peccet mortaliter.

¶ Contra eſt, ꝙ nos videmus multos perfectos viros hoc facientes, qui nullo modo hoc facerent, ſi eſſet peccatum mortale.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ aliquis per excommunicationem ſeparatur à communione fidelium, non autem hominum niſi per accidens, quia in tantũ ſeparatur à communione hominum, inquantum conuenit ſeparari à communione fidelium; dico ergo ꝙ aliquis poteſt communicare ſeu participare cum excommunicato directè, & indirectè, directè quidem in his qui ſunt fidelium, & ſic ille qui hoc modo communicat ſibi peccat mortaliter. Et hoc contingit tripliciter, quia ſi communico ſecum in diuinis, ſicut ſi orem pro eo, vel audiam miſſam cũ eo, & in alijs ſpiritualibus. Item ſi ex contemptu, & hoc in quocunque communicat quis cum eo, quaſi contemnens mandatum eccleſiæ peccat mortaliter. Item quicunque participat ſecum in crimine, & in cauſa. Indirectè verò communicat quis cum eo in his, quæ ſunt hominis, ſicut in verbo, in cibo, & in his quæ ſunt ſimpliciter humanæ conuerſationis, & ſecundum hoc non peccat mortaliter, ſed venialiter: niſi faciat ex contemptu, vt dictum eſt.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ opinio Decretiſtarum non eſt vera, quia ipſi plus aſſentiunt in his, & ſequuntur ius humanum quam diuinum, cum plus ſit aſſentiendum diuino q̃ humano, & ideo melior eſt opinio aliorum qui dicunt contrarium.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ communicare cũ excommunicato directè eſt contra præceptum eccleſiæ, & eſt peccatum mortale, ſed indirectè nō eſt contra, ſed præter præceptum eccleſiæ, & hoc non eſt peccatum mortale, ſed veniale. Vnde ſciendum eſt, quòd quædam ſunt per ſe malum, & hæc non poſſunt fieri ſine peccato, ſicut communicare excommunicato in his quæ ſunt excommunicati, & ideo non poſſunt fieri ſine peccato. Quædam verò ſunt occaſiones malorum tantùm, & iſta poſſunt fieri ſine peccato mortali, & ſic eſt loqui, vel comedere cum excommunicatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non ſolum quis debet ſubire mortem antequam peccet mortaliter, ſed etiam antequàm peccet venialiter, quia peccatum inquantum peccatum nunquam eſſet eligibile. Si enim eſſet eligibile nunquam eſſet peccatum, & ſic nō peccarem ſi facerem, & ideo per hoc non concluditur, ꝙ ideo non ſit participandũ eis, quia eſt peccatum mortale, & qui hoc facit peccat mortaliter, quia etiam ſi eſſet veniale non eſſet participandum eis, & tamen non peccaret mortaliter participando.

ar.9.& 22. q.110. ar.3 ad 4.4.diſ. 18.q.3.ar. 4.q.3.ad 1.

¶ Vel dicendum eſt, ꝙ decretalis illa intelligitur de illis qui directè communicant excommunicatis.

QVAEST. IX.

Circa ſacramentũ matrimonij quæſita ſunt duo.
¶ Primò de maleficiatis.
¶ Secundò de frigidis.

ARTICVLVS X.

Vtrùm maleficia impediant matrimonium.

3 di.34 q. 4. ar.3.c. Ad primum quæſitum eſt, vtrùm maleficia impediant matrimonium: videtur quòd non: quia opus Dei eſt fortius quam diaboli. Sed matrimoniũ eſt opus Dei: maleficium verò opus diaboli: ergo matrimonium eſt fortius maleficio: non ergo impeditur per ipſum.

¶ Contra, Maior eſt poteſtas dæmonis, quam hominis: Sed homo poteſt matrimonium impedire: ergo & dæmones.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd matrimonium, eſt quaſi quoddam pactum. Nam per matrimonium vnus tradit poteſtatem ſui corporis alteri ad carnalẽ copulam. Conſtat autem, quòd pactũ de impoſſibili nullum eſt, cum nullus poſſit ſe obligare ad impoſſibile: & ideo quando aliquis obligat ſe per matrimonium ad carnalem copulam, ſi hoc ſit etiam impoſſibile, matrimonium nullum eſt. Sed notandum eſt ꝙ impoſſibilitas carnalis copulæ ex aliquo impedimento proueniens poteſt dupliciter conſiderari: quia vel illud impedimentum eſt ſuperueniens matrimonio iam conſummato: vel præcedens. Si eſt ſuperueniens, tunc matrimonium iam conſummatum nunquam ſoluitur. Si verò impedimentum præcedat, tũc matrimonium nondum conſummatum ſoluitur. Itẽ circa hoc ſciendum, quòd impedimenta huiuſmodi, vel ſunt perpetua, vel ad tempus. Si ſunt perpetua, tũc matrimonium illud ſimpliciter impeditur. Si verò ſunt temporalia, tunc matrimonium non impeditur ſimpliciter, ſed ad tempus: ita tamen ꝙ impedimentũ in vtriſque præceda. De maleficijs autem ſciendum eſt ꝙ quidam dixerunt ꝙ maleficium nihil eſt, & qđ hoc proueniebat ex infidelitate: quia volebant quòd dæmones nihil ſunt, niſi imaginationes hominum, in quantum ſ. homines imaginabantur eos: & ex iſta imaginatione territi lædebantur. Fides verò catholica vult quòd dæmones ſint aliquid, & poſſint nocere ſuis operationibus, & impedire carnalem copulam: & ideo huiuſmodi impedimenta ſi præcedant, & ſint perpetua, vt dictum eſt, ſimpliciter impediunt matrimonium.

4.d.34.ar. 5.c.& 36. arti 3. di. 40 ar.4. ad 6.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd etiam diabolus eſt opus Dei, & non ſolùm matrimonium: & inter opera Dei vnum eſt fortius alio: & vnum impeditur per aliud magis forte. Vnde cum diabolus ſit fortior quàm matrimonium: nihil prohibet per ipſum matrimonium impediri.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm frigiditas impediat matrimonium.

4.d.34 a. 4.ad 3. & diſt 36.ar. 2.& di.39. 4 ad tertium.

Circa ſecundum quæſitum eſt, vtrùm frigiditas impediat matrimonium. Videtur quòd non, quia ſenes ſunt frigidi, & tamen contrahunt matrimonium.

¶ In contrarium eſt, quia nullus obligat ſe ad impoſſibile. Sed impoſſibile eſt frigidis carnaliter alicui copulari: ergo ſi adhoc obligant ſe, pactum huiuſmodi nullum erit.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd frigiditas eadem ratione impedit matrimonium, ſicut maleficium, cum ſit eadem impoſſibilitas in vtroque: nihilominus tamen differt frigidus, & maleficiatus. Frigidus enim eſt impotens ſimpliciter quantum ad omnes, maleficiatus verò eſt quidem impotens: non tamen quò ad omnes, ſed quò ad vnam tantùm. Nam maleficium conſiſtit in imaginatione viri reſpectu vnius mulieris: in quantum. ſ. operatione dæmonis ſit illi abhominatio alicuius mulieris, quam propter horrorem refugit & reſpuit: & ideò aliter impedit frigiditas & aliter maleficium. Nam frigiditas impedit aliquẽ ita quòd oporter quòd remaneat abſque omni ſpe contrahendi ſi ab vna impediatur. Vnde ſi aliquando aliquis efficitur potens oportet reintegrare primũ matrimonium: vnde frigiditas ſoluit contractum & impedit contrahendum: maleficiatus verò impeditur quantùm ad iſtam tantùm, vnde datur ei licentia nubendi alteri, & mulieri ſimiliter, vnde maleficium ſoluit contractum ſed non dirimit contrahendum, vt iam patet. 4. di. 34. a. ad 5. & 3.c. 4. di. 34. a.ad 5 3.c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ſenes ſunt frigidi, non quidem ad actum generationis: ſed ad generationem prolis: & ideò cum poſſint carnaliter copulari non ſoluitur matrimonium: frigiditas verò quæ omninò carnalẽ copulã impedit, ſoluit matrimonium.

QVESTIO X.

Circa conuerſationem verò humanæ vitæ quæſita ſunt quædam per comparationem ad proximum. Quædam verò per comparationem ad res, quæ in vſum hominum veniunt. Per comparationem verò ad proximum quæſitum eſt de correctione fraterna: circa quam duo quæſita ſunt.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm aliquis debeat in bublico, vel in priuato corrigere proximum.

Primò, vtrùm debeat aliquis in publico, vel in priuato corrigere proximum, vel fratrẽ ſuum. Videtur quòd occultè. Matthæi decimo octauo. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Videtur ergo ꝙ occultè ſit corrigendus frater delinquens. 3 p. q.55. arti.4.ad 2. ma. q. 3. ar.2. ad 2.

¶ Contra, ad Timot. 5. Peccantem coram omnibus argue.

¶ Præterea, Aliquæ conſtitutiones hoc habent, vt ſcilicet publicè corrigantur.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd huiuſmodi correctio ex charitate debet procedere: & inde eſt quòd dicitur fraterna correctio, & ideò oportet ordinem fraternæ correctionis ſumere ſecundum ordinem charitatis. Ordo autem charitatis eſt, vt quis bono proximi præferat commune bonum. Item vt velit bonum proximi & conſcientiæ & famæ: & in his magis velit bonum conſcientiæ, quando vtrumq; haberi non poteſt. Et ideò his conſideratis credo ꝙ ſi eſſet aliquod peccatum carnale, ſeu ſpirituale, quod vergeret in detrimentum multitudinis, ſtatim eſt reuelandum: cum præponderet bonum commune in ordine charitatis, vt dictũ eſt, bono proximi ſiue ſit famæ, ſiue conſcientiæ. Quando verò non timetur multitudinis detrimentum, tunc debet quis vtrumq; cuſtodire, ſcilicet bonum famæ & conſcientiæ corrigendo occultè inter ſe & ipſum. Si autem ex hoc correctio non ſequatur tunc ſecundum ordinem Euangelij debet ſecum adhibere alium, vel etiam referre Eccleſiæ: nihilominus tamen & in hoc ſeruandus eſt ordo, vt ſi peccatum ſit publicũ, publicè corrigatur, ſi verò occultum arti. 2.c. 22.q.33 ar. 2. c. ad 3.

occultè,& iō dicitur. Si peccauerit in te frater tuus, id eſt te ſciente ſolum,&c. quantum ad occultum: quantum verò ad publicum dicitur. Peccantem. ſ. publicè coram omnibus argue.

¶ Et ſic patet ſolutio ad primum vtrinſque partis.

ad rationes 224. & in 20. 224.

¶ Ad aliud verò dicendum, quòd illud conſtitutionibus ordinatum eſt, & ſeruari debet in his quæ vergunt in periculum & detrimentum ſocietatis, & collegij.

ARTICVLVS XIII.

Utrùm, ſi aliquis ſciat peccatum proximi peccet mortaliter referendo illud ſtatim prælato ſuo.

SEcundo quæritur, vtrùm ſi aliquis ſciat peccatum proximi peccet mortaliter referendo illud ſtatim prælato ſuo, videtur ꝙ ſic quia facere cōtra ordinem Euangelij eſt peccatum mortale. Sed ſtatim referre prælato eſt contra ordinem Euangelii: ergo peccat mortaliter.

artic 13.16.

¶ Contra eſt, quia hoc faciunt multi viri perfecti, qui nullo modo hoc facerent, ſi eſſet peccatum mortale.

¶ Præte. Prælati poſſunt non ſolum de præteritis, ſed & de futuro præbere cautelam, & ideo ſi eis referatur, non videtur eſſe peccatum mortale.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ verbum Domini, quod dicit Matth. 18. de correctione fraterna, eſt intelligendum ſicut alia verba quæ dicit pertinentia ad humanos actus, & ſeruari debet, ſecundum ꝙ dependet à charitate. & ideo dico ꝙ ſemper cum debitis circunſtantiis intelligenda ſunt. Sciēdum eſt autem ꝙ in criminibus tripliciter proceditur ſecundum iura: quia per inquiſitionē, & hoc eſt in peccatis publicis, & non debet fieri, niſi præcedat clamor congregationis. Item per denunciationem, & per accuſationem, & hoc eſt in priuatis. Si autem procedatur per accuſationē, tūc debet fieri inſcriptio, quia obligatur accuſans ad talionem, & in hoc intenditur, ut finis, bonum reipublicæ, vnde hoc poteſt fieri ſecundum voluntatem ſiue publicè ſiue priuatim. Si autem procedatur per denunciationem, tunc debet præcedere fraterna admonitio, quia finis huius eſt emendatio proximi. & ideo debet ſeruari ordo fraternæ correctionis, vtrum autem ſtatim cum quis ſcit fratrem ſuum peccaſſe debeat denūciare prælato, dico ꝙ in his diſtinguendum eſt de conditionibus ſubditi, & prælati. Nam ſi ego ſcio ꝙ frater per me corrigetur, tunc non debeo hoc denūciare prælato. Si autem vr̄ ꝙ hoc meliùs fiat per prælatum, & prælatus nihilominus ſit pius, diſcretus & ſpiritualis non habens rancorem, ſeu odium aduerſus illū ſubditum, tunc licitè poteſt hoc denunciare ſibi, & tunc nō dicit Eccleſiæ, quia non dicit ei ſicut prælato, ſed ſicut perſonæ proficienti ad correctionem proximi & emēdam. Sed quia propter conditiones diuerſas prælatorum & ſubditorum, non poteſt in hoc dari generale iudicium: quia aliquando prælatus, vel mouetur ad odium aduerſus ſubditum, vel ſubditus non bene fertet verba prælati, ideo tenendum eſt hoc pro regula, ꝙ in omnibus iſtis ſemper ſeruanda eſt charitas, & quod melius & magis expedire vr̄, & hoc intendat. ſ. emendam proximi, ſeruet quantum poteſt bonū charitatis, tunc denunciando non peccat. Si verò denunciet cuicunque perſonę hoc ex malitia, & vt proximus confundatur, vel deprimatur, tunc denuncians, ſiue accuſans peccat mortaliter.

art. 16. & 2. & q. 67. art 3. ad 2. & q 68. art. 2. 0 & 2. q6. 33 ar. 2. & 4 d 9. q. 2. 3. ad 8. & 2. q 2. 0.

Quādo eſt denunciandū prælato peccatū fratris.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ſi ſtatim aliquis referat prælato adhibens debitas circunſtantias & cōſiderans magis expedire, non facit contra præceptum euangelii, quia non dicit hoc eccleſiæ, ſed perſonę proficienti, vt dictum eſt, & ideo non peccet mortaliter.

¶ Ad ſecūdū dicendū, ꝙ ēt perfecti viri peccarent mortaliter ſi denūciando prælato, vel alicui perſonę intenderent aliquid qđ eſt contra intentione præcepti.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ ſi aliquis referat prælato culpā proximi intendēs vel cautelā in futurū, vel aliquid hmōi quod ad emendam proximi videret expedire, nō peccat. Si autem hoc ſiue prælato, ſiue alicui amico ſuo ex malitia referat, tūc peccat mortaliter. Qđ ſi ex incautela alicui dixerit hoc, ita tamen ꝙ nō proueniat inde aliud vel infamia, vel vituperium proximo delinquenti, tunc nō peccat mortaliter, licèt incautè agat.

INCIPIT QVODLIBET DVODECIMVM.

QVAESTIO I.

QVæſitum eſt de rebus, quæ ſunt ſupra hominem, & de rebus humanis.

¶ Circa primum quæſitum eſt de Deo, de angelis, & de cœlo.

¶ Circa primum quæſitum eſt de Deo quantum ad ſuum eſſe, quantum ad ſuam potentiam, quantum ad eius prædeſtinationem.

ARTICVLVS I.

Utrum in Deo ſit tantum vnum eſſe.

CIrca primum quæſitum eſt, vtrùm in Deo ſit tantum vnum eſſe, ſ. eſſentiale, vt præter illud ſit ēt in Deo eſſe perſonale, & videtur ꝙ ſic, quia aliud eſt patrem eſſe, aliud filium eſſe, & aliud ſpiritum ſanctū eſſe, ſed eſſe eſſentiale non eſt aliud, & aliud, ergo &c.

1 p. q 3 ar. 3 & 1. d. 8. ar. 2.

¶ Præt. proprium formæ eſt quòd det eſſe. Sed in diuinis ſunt tres proprietates perſonales, quæ obtinent vicem formæ. ergo &c.

¶ Contra. Aug. dicit. In diuinis tantum vnum eſſe.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ veritas fidei habet ꝙ in diuinis ſolum eſt diſtinctio quæ eſt ſecundū relationes oppoſitas, relatio autē ſicut & quælibet forma hēt eſſe ex comparatione ad illud cui ineſt, vnde eſſe filiationis eſt per cōparationē ad ſubſtantiā cui ineſt. relatio aūt in diuinis non diſtinguitur ab eo cui ineſt, vel in quo eſt, quia eſt ipſa res, quæ refertur, ſed diſtinguitur ſolū ex parte eius cui opponitur, & ex hac parte non deſideratur eſſe relationis, ſed diſtinctio & oppoſitio eius. & ideo eſt in Deo vnum tantum eſſe, ſ. eſſentiale.

ar. 182. ad 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ eſſe dupliciter dr̄, quandoq; .n. eſſe idem eſt qđ actus entis quandoq; aūt ſignificat compoſitionem enunciationis, & ſic ſignificat actum intellectus, qūo intelligitur quando dicitur ꝙ aliud eſt eſſe patris, & aliud filii, non primo modo.

ar. 181. & 5. d. 6 q. 2. ar. 2. c. & ad 4.

¶ Ad ſecundū dicendum, ꝙ ſicut & quælibet forma, paternitas facit eſſe. ſ. patrem, qui eſt diuinum eſſe. & facit tantū vnum eſſe inquantū paternitas facit eſſe.

QVÆSTIO II.

ARTICVLVS II.

DEinde quæſitum eſt de potentia Dei.

¶ Et primò vtrùm Deus poſſit facere contradictoria ſimul eſſe.

¶ Secundò vtrum poſſit facere infinita in actu.

¶ Ad

¶ Ad primum dicendum ꝙ non. Et hoc non importat in Deo imperfectionem potentiæ, ſed quia hoc non habet rationem poſsibilis. Nam omnis virtus actiua producit effectum ſibi ſimilem. Omne aũt ꝙ agit, agit inquantum eſt ens actu, ergo effectus agentis eſt actu, quicquid ergo repugnat ei, quod eſt eſſe actu, repugnat potentiæ actiuæ, quod eſſet ſi contradictoria ſimul eſſent.

1 p. q. 25. ar. 3. & po. q. 1. ar 70 & ar. 179

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ eſſe aliquid infinitum actu eſſet ſuſpicari ex primo aſpectu, quod eſſet impoſſibile, quia ſequeretur illud eſſe æquale Deo; ſed hoc non ſequitur, quia ei quod eſt infinitum omnibus modis non adæquatur illi quod eſt infinitum vno modo. Dato enim quod eſt ignis infinitus ſecundum magnitudinem non adæquabitur Deo: quia & ſi ſit infinitus ignis in quãtitate, tamen eſt quid finitum ſpecie. Deus autem omnibus modis eſt infinitus. Cùm ergo quæritur vtrum ſit poſsibile Deo facere aliquid infinitum in actu, dicendum ꝙ non: potentiæ enim agentis per intellectum aliquid repugnat dupliciter: vno modo quia repugnat potentiæ eius, alio modo quia repugnat modo quo agit; primò modo non repugnat potentię Dei abſolutè, quia non implicat contradictionem, ſed ſi conſidceretur modus, quo Deus agit non eſt poſsibile. Deus enim agit per ſuum intellectum, & per verbum quod eſt formatiuum omnium, vnde oportet ꝙ omnia quæ agit ſint formata; infinitum autem accipitur ſicut materia ſine forma, nam infinitum ſe tenet ex parte materiæ. Si ergo Deus hoc ageret, ſequeretur ꝙ opus Dei eſſet aliquod informe, & hoc repugnat ei per quod agit, & modo agendi, quia per verbum ſuum omnia agit, quo omnia formantur.

Ar. 3. 227. art 94. & 198. ad 2. & 1. p. q 7 art. 2. 3. 4. & q 45 ar. 5. ad 3 & q 50 ar. 2 ad 4. veri. q. 2. ar. 2. ad 5. & art. 10. o. & q. 29. art. 3. c. & po. q. 5. ar u. 3. ad 1.

QVAESTIO III.

ARTICVLVS III.

DEinde quæſitum eſt de prædeſtinatione, vtrum ſit certa, & videtur ꝙ non, quia poſsibile eſt prædeſtinatum damnati, ſicut Petrum ſi fuiſſet ſtatim mortuus, quando peccauit, Chriſtum negando. Si verò dicas ꝙ prædicta locutio eſt de dicto vera: de re verò non. Contrà. quia hoc habet locum in formis ſeparabilibus. Sed hæc forma, quæ eſt prædeſtinatio, eſt inſeparabilis.

1 p. q. 25. art. 3. ad 1. & ar. 6. o. & ar. 8. ad 3. & veri. q. 6 art. 3. o. & art. 2 14.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ prædeſtinatio eſt quædã pars diuinæ prouidentiæ: prouidentia autem dicit directionem aliquorum in finem: & hæc præſupponit ſciẽtiam & voluntatem. Sic ergo prædeſtinatio habet certitudinem ex parte ſcientiæ Dei, quæ non poteſt falli: & ex parte voluntatis diuinæ, cui non poteſt aliquid reſiſtere, & ex parte prouidentiæ, quæ certiſsimo modo ducit ad finem, cùm Deus ſit ſapientiſsimus.

1. p. q. 23. ar. 1 ar 46 8. c. veri. q. 6. ar. 1. c. 1. di. 47. ar. 10.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ prædeſtinatio habet certitudinem, & tamen non eſt neceſſarium prædeſtinatum ſaluari, ſed remanet contingens. Dictum eſt enim, ꝙ habet certitudinem ex ſcientia, voluntate, & prouidentia: & nullum iſtorum contingentiam impedit. ſcientia non, quia ſcientia Dei eſt futurorũ, prout ſunt in præſenti, & ſecundum hoc ſunt determinata. Voluntas non, quia voluntas Dei eſt principium totius entis: ergo non cadit ſub ratione contingentiæ, vel neceſsitatis: ſed hæc effluunt & ordinantur ex Dei voluntate, & ſic ipſa Dei voluntas facit quædam eſſe contingentia, præparando cauſas contingentes illis rebus, quas vult eſſe contingentes: & ſimiliter neceſsitat cauſas rebus, & effectibus neceſſariis: & ſic voluntas Dei ſemper impletur, non tamen omnia neceſſariò eueniunt, ſed eo modo, quo Deus vult ea eſſe, & vult ꝙ ſint contingenter. Prouidentia non, quia non tollit contingentiam.

ar 214. & 1. p. q. 22. ar. 4 & q. 23 ar. 3. ad 3. & ar. 6.

1. p. q 19. ar. 8 c & veri. q. 23 ar. 5. c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd bona eſt diſtinctio: ſed ad obiectum de formis dicendum, quòd aliter eſt de formis realibus: & aliter de prædicatis, quæ important aliquid pertinens ad actum rationis: quia in primis. ſ. realibus, ſi in eis debeat habere locum talis diſtinctio, oportet ineſſe ſeparationem in re, & in conſideratione: in ſecundis non requiritur: ſed oportet quòd res illa cadat ſuper alia conſideratione: & ſic dico quòd iſte prædeſtinatus poteſt conſiderari vel vt in ſe vel ut diuinæ cognitioni relatus: & ſic uno modo attribuitur ei quòd poſsit damnari, alio modo non.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm omnia ſubſint Fato.

DEinde quæſitum eſt de Fato, vtrũ omnia ſubſint fato.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd primò oportet ſcire quid ſit fatũ: & ſic poſtea faciliter patebit ad propoſitum. Videmus autem multa contingenter euenire. & ideo olim fuit dubium vtrum iſta quæ variabiliter, & inordinatè contingunt reducantur in aliquam cauſam ordinantem, & qui dicunt ꝙ non, dicunt fatũ nihil eſſe, vt Tullius dicit. Quidam dicunt ꝙ in aliquã cauſam ſuperiorem ordinantur, & iſti nominauerunt fatum à for faris, quaſi hic omnia ſint præfata à quadam ſuperiore cauſa, ſed horum ẽ triplex opinio, quidam enim reduxerunt hoc in quandam ſeriem cauſarum, quam dicunt fatum, ſicut ſtoici qui dicunt quòd nihil eſt quod non habeat cauſam, & poſita cauſa neceſſe eſt ponere effectum. Si ergo euenit, vel eſt talis, vel talis effectus habuit cauſam, & hæc cauſa aliã cauſam, & ſic deinceps, ſicut aliquis eſt occiſus de nocte quia exiuit domum, quare exiuit domum, quia ſitiuit, quare hoc, quia ſalſa comedit, & ſic quia comedit ſalſa ex neceſsitate moritur. Ari. reſpondet negans duo prima. Primò, quòd non quicquid ſit habet cauſam, ſed tantum quòd ſit per ſe. Quod autem ego occidar me exeunte eſt per accidens. Secundò dicit quòd non poſita cã ponitur effectus: quia poteſt impediri, & iõ non ſequitur, vel non ſtat ſeries cauſarum. Alii reducunt hæc in aliam cauſam. ſ. in corpora cœleſtia, ex quorum neceſsitate dicunt omnia accidere: vnde dicunt quòd fatum nihil aliud eſt quam vis poſitionis ſyderum. Hæc autem opinio dupliciter eſt falſa, primò quantum ad res humanas, quæ proueniunt ab intellectu: qui cum ſit virtus incorporea non ſubiacet actioni alicuius corporis: & ponere animam ſubiacere virtuti corporum, cœleſtium nihil aliud eſt quam ponere intellectum non differre à ſenſu, vt dicit Phil. in primo de anima in fine (To. c. 170.) tamen per accidens, & occaſionaliter ſubditur anima cœlo, inquantum intellectus afficitur per paſsionem corporis, non tamen ex neceſsitate mouetur ab eo, ſecundo, quia multa in rebus naturalib. contingunt quæ non accidunt ex neceſsitate cœli, ſed per accidens, & non habent cauſam. Alii reducunt omnia hæc in cauſam ſupracœleſtem, ſ. in prouidentiã Dei, à qua omnia ſunt prædeterminata & ordinata, & ſecundum iſtos fatum erit quidam effectus prouidentię. quia prouidentia nihil aliud eſt quam ratio ordinis rerum, prout eſt in mente diuina. fatum verò eſt explicatio illius ordinis prout eſt rebus. Vnde Boe. Fatum eſt immobilis diſpoſitio rebus mobilibus inhærens. Sic ergo accipiendo fatum poteſt dici quòd omnia ſubiiciuntur fato, vnde dicitur Oſeæ 2. ſuper illud. Non vocaberis ultra Baalim, ſed vir meus, quod idẽ eſt vtrunque, ſed Deus voluit hoc, quia Baalim nomen erat cuiuſdam gentilium,

tilium,& ideo ſunt vitanda nomina gentilium, cum quibus nec nomina conuenit habere communia, & ideò Auguſtinus dicit. Si quis hoc modo intelligat fatum, ſententiam teneat, linguã corrigat vt non dicat fatum, ſed prouidentiam Dei.

QVAESTIO V.

ARTICVLVS V.

Utrùm eſſe Angeli ſit accidens eius.

DEinde quæſitum eſt de Angelis.

¶ Et circa hoc quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm eſſe Angeli ſit accidens eius: & videtur, quòd non, quia accidens intelligitur ineſſe alicui præexiſtenti: Angelus autem non præexiſtit ipſi eſſe.

¶ Contra, Hyl. dicit, &c.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ opinio Auicen. fuit, quòd vnum & ens ſemper prædicant accidens: hoc autem non eſt verum, quia vnum prout conuertitur cum ente, ſignat ſubſtantiam rei, & ſimiliter ipſum ens. Sed vnum prout eſt principium numeri ſignat accidens. Sciendum ergo quòd vnumquodq; quod eſt in potentia & in actu, fit actu per hoc quòd participat actum ſuperiorem: per hoc autem aliquid maximè fit actu quòd participat per ſimilitudinem primum & purum actum. Primus autem actus eſt eſſe ſubſiſtens per ſecundo completionem vnumquodque recipit per hoc quòd participat eſſe: vnde eſſe eſt complementum omnis formæ, quia per hoc completur quòd habet eſſe, & habet eſſe cum eſt actu: & ſic nulla forma eſt, niſi per eſſe: & ſic dico quòd eſſe ſubſtantiale rei non eſt accidens, ſed actualitas cuiuslibet formæ exiſtentis, ſiue ſine materia, ſiue cum materia, & quia eſſe eſt complementum omnium, eſt quòd proprius inde effectus Dei eſt eſſe, & nulla cauſa dat eſſe niſi inquantum participat operationem diuinam, & ſic proprie loquendo non eſt accidens, & quod Hyl. dicit, dico quòd accidens dicitur largè omne quod non eſt pars eſſentiæ, & ſic eſt eſſe in rebus creatis, quia in ſolo Deo eſſe eſt eius eſſentia.

1.d.1.q.4. ar.1.ad 2. po.q.7.ar. 11.ad 5. 1.p.q.45. ar.4.c. veri.q. ar.9.ad 7.

2.p.q.57. ar.4.c. & .94.& ma. q.10.art. 8.9.

ARTICVLVS VI.

Utrùm diabolus cognoſcat cogitationes hominum.

SECVNDO quæſitum eſt, vtrùm Diabolus cognoſcat cogitationes hominum.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd cognoſcere cogitationes cordis poteſt contingere dupliciter, in ſe, & per ſe, & in aliquo effectu, primò ſolius Dei eſt. Iere. 17. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, vnde nec angeli ſic eas cognoſcunt: cuius ratio eſt triplex, vna, propter debilitatem eſſe quod habent eo quòd ſupra gradum quo aliquid eſt ens in potentia, eſt gradus quo res ſunt in anima. Alia ratio eſt, quia quod eſt in voluntate cauſæ alicuius nõ poteſt cognoſci niſi à cã quæ nata eſt mouere illam, voluntatem autem mouet ſolus Deus. Cùm ergo omnes cogitationes dependeant à voluntate ſicut à ſua cauſa, ſolus Deus eas cognoſcit. Alia ratio eſt, quia angeli illa quæ cognoſcunt naturaliter, cognoſcunt per ſpecies naturaliter inditas, & hæ ſunt ſpecies rerum naturalium, non autem cogitationum: quia hæc non reducuntur ad cauſam naturalem, vel non pertinent ad cognitionem naturalium: tamen per effectus cogitationum cognoſcunt cogitationes, ſicut & homo facit, cum ipſi ſubtiliùs cognoſcunt effectus, qui cauſantur ex cogitationibus. Nam ſecundum cogitationes homo afficitur aliqua paſſione: & per has mouetur cor: & hos motus ſubtiliùs ipſi cognoſcunt quàm nos: & ſic aliquid cognoſcunt de cogitationibus cordis: & hoc Aug. dicit in lib. de diuinationibus dæmonum, licèt alibi dicat, quòd determinare in eis talem cognitionem ſit præſumptuoſum.

22.q.2.a.6 ar.3.ad 2.

QVAESTIO VI.

ARTICVLVS VII.

Utrùm cœlum, vel mundus ſit æternus.

DEinde quæſitum eſt de cœlo.

¶ Et circa hoc quæſitum fuit.

¶ Primò vtrùm cœlum, vel mundus ſit æternus.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ non. Sed mundum incœpiſſe eſt de numero eorum, quæ cadunt ſub fide, non ſub demonſtratione. Nam quæ dependent ex ſimplici voluntate Dei poſſunt eſſe & non eſſe, & ad hoc ꝙ non ſit n inducit aliqua neceſſitas ex parte Dei, diuina autem bonitas, quæ eſt finis rerum, poteſt ita eſſe ſi non ſit mundus, ſicut ſi ſit mundus.

arti.69.& ar.94.contra.2.c.31 vſque 39. & opuſ.3. c.97 3.& opus 72.q 14.233.

ARTICVLVS VIII.

Utrùm cœlum ſit animatum.

SECVNDO quæſitum eſt, vtrùm cœlum ſit animatum.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ de hoc diuerſimodè ſentiunt doctores eccleſiæ. Hier. enim dicit ſuper eccleſiaſtem ꝙ ſol eſt animatus. Damaſ. hoc negat, & hæc differentia etiam eſt apud Philoſophos. Plato.n. & Ariſ. ponunt corpora ſupercœleſtia animata eſſe. Anaxago. verò nõ. & ideo legitur fuiſſe occiſus. Ego autem dico ſecundum Aug. 2. ſuper Gen. ad literam, ꝙ non refert ad fidem vtrùm ſic, vel aliter ſit, vnde hoc non determinat in Ench. addens ꝙ ſi ponamus corpora cœleſtia eſſe animata, non ideo erunt in iudicio tres ordines iudicandorum, ſcilicet angelorum & hominum, & animarum, quia illæ animæ computabuntur cum angelis, & hoc ſenſiſſe videtur ille qui fecit præfationem, cum dicit, cœli cœlorumque virtutes. ¶ Et ratio patet.

po.q.3.ar. 11.ad 1. Hie. Dam. Ariſt. Pla 10. Anaxagoras.

QVAEST. VII.

ARTIC. IX.

Utrùm anima perficiat corpus immediatè, vel mediante corporeitate.

DEinde quæſitum eſt de homine quantum ad naturam, & quantum ad gratiam, et quantum ad culpam.

¶ Circa primum quæſita ſunt tria.

¶ Primò quantum ad animam.

¶ Secundò de cognitione animæ.

¶ Tertiò de effectu cognitionis.

¶ Circa animam quæſita ſunt duo.

¶ Primò, vtrùm anima perficiat corpus immediatè, vel mediante corporeitate.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ in nullo corpore eſt niſi una forma ſubſtantialis, cuius eſt ratio triplex: Spiritual. 3.

ar.6.189. c.156.& 1.p q.76. ar.3.c.& 4.o. contra 4.c.50

prima eſt, quia ſi plures, ſequens non erit forma ſubſtantialis quæ facit eſſe ſimpliciter, ſed ſolum accidentalis, quæ facit eſſe hoc. Item ſi ſit acquiſita forma ſubſtantialis, non erit generatio ſimpliciter. Item quia non eſſet compoſitum ex anima & corpore vnum ſimpliciter, ſed duo ſimplex, & vnum per accidens.

¶ Si dicatur corporeitas forma corporis, corporeitas dicitur dupliciter, quandoque tres dimenſiones, & hoc non eſt forma ſubſtantialis, ſed accidens: aliquando dicitur quædam forma, ex qua prouenit trina dimenſio, & hæc non eſt alia forma ſpecifica.

ARTICVLVS X.

Vtrùm anima traducatur.

1.p.q.118. ar.2 o.& ad 3.

SEcundo, Vtrùm anima traducatur.

¶ Reſpondeo dicendum, quod Aug. hanc quæſtionem non determinat, ſed indeterminatam relinquit in lib. de eccleſiaſticis dog. ſed ille liber nõ eſt Aug. ſed Gignadij. Gre. etiam non vult determinare. Credendum eſt tamen quod non, & eſt vna ratio philoſophi in libro de animalibus, quod impoſsibile eſt quod virtus corporea producat id, quod excedit corpus, virtus autem ſeminis eſt virtus corporea. Alia ratio eſt. 7. Meta. (T.c.27.) quia enim quidam poſuerunt quod formæ naturales ſunt ex creatione; cum materia aeris recipit formam ignis aut ineçat, & ſic eſt latitatio: aut non: ergo ſit de nouo non ex aliquo, ſed ex nihilo: ergo creatur. Soluit Philoſophus: quia forma non fit, ſicut nec ens, vel eſſe habens per ſe ſed compoſitum fit, quod habet eſſe ſubſiſtens. Si ergo eſt aliqua forma quæ per ſe ſubſiſtat illa habet per ſe fieri, anima autem habet eſſe per ſe ſubſiſtens, & remanet corrupto corpore, & ita oportet quod habeat ſuum fieri.

QVAEST. VIII.

ARTICVLVS XI.

Vtrùm intellectus humanus cognoſcat ſingularia.

1.p. q. 86. art.1. o.& 3.4.ca. & q.89. c.ad 1.& 22.q. 47.arti.3. ad 1. & ver. q.10. art.2. o.& artl. 143. huius.

DEinde, quæſitum eſt de cognitione hominis, vtrum intellectus humanus cognoſcat ſingularia.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd aliquid cognoſcitur dupliciter directè, & indirectè. ſ. per reflectionẽ. Differt autem inter intellectum humanum & diuinum, quia humanus non cognoſcit directè ſingulare, diuinus autem ſic: quia cognitio fit per ſimilitudinem cogniti in cognoſcente: & hæc eſt in intellectu noſtro per abſtractionem à conditionibus indiuiduantibus & à materia: & ideo cum recta cognitio ſit per ſpeciem: ideo non cognoſcit directè niſi vniuerſale: intellectus autem diuinus cognoſcit nõ per ſimilitudinem à re acceptam, ſed per extenſionem ſuæ eſſentiæ ad res: & hæc ſimilitudo. ſ. diuina eſſentia in Deo eſt omnium quæ ſunt in re expreſſa ſimilitudo: & ideo directè cognoſcit quicquid eſt in re, & quod pertinet ad materiam indiuidualem: ſed quærens philoſophus, ſi ſeparatus eſt intellectus & cognoſcit quæ ſunt in materia, dicit quòd oportet quòd hoc cognoſcat & alia, ſicut formas ſeparatas cognoſcit intellectu: & coniuncta materiæ per imaginationem, aut alio modo, ſcilicet per extenſionem, inquantum coniungitur phantaſiæ, quæ repræſentat ſibi phantaſma, & ſic indirectè cognoſcit.

anima ar. 20. o. de anima ſeparata.

QVAEST. IX.

ARTICVLVS XII.

Vtrùm habitus ſcientiæ acquiſitæ remaneant poſt vitam.

DEinde quæſitum eſt de effectu cognitionis, & primò vtrùm habitus ſcientiæ acquiſitæ remaneant poſt hanc vitam.

ar.59.& 1.p.q.89 arti.1, ad 3. & ar. 3, ad 4. & ar. 5. o. & 6 c. & 12. q̃. 67.ar.2.o, 4.d. 50.q. 1.art. 2.c. ad 5. ver. q.10.ar.2. c.& q. 19. ar.1.c.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd non, ſequentes Auic. in 6. naturalium, quòd ſpecies acquiſitæ non remanent in intellectu poſsibili, niſi quandiu actu intelligit, quod eſt falſum. Nam intellectus poſsibilis recipit ſpecies & retinet ſecundum modum ſuum. vnde cum ipſe ſit immobilis vtpotè immaterialis & incorruptibilis recipit ſpecies intelligibiles ſecundum modum ſuũ & nunquam inde recedunt: & quod ſint ibi etiam dum actu non intelligit: patet 3. de anima (.T.c.8.) vbi dicitur quòd ſunt in anima aliter quam dum actu intelligit. ſ. habitu: & ſic dico quòd remanent ſiue in damnatis, ſiue in beatis: item deſtruuntur hi habitus ſcientiarum quantum ad modum ſcientiæ: quia hic ſemper intelligit conuertendo ſe ad phantaſmata propter corpus, & non ſolum propter hoc phantaſmatibus indigemus, ſed ad vtendum huiuſmodi ſpeciebus, & iſte modus non erit tunc, quia non conuertet ſe ad phantaſmata.

opus. 14. c.fin & p. q.115. ar. 5.ad 5. & po.q.6.ar ti.10.c.& ad 6.

ARTICVLVS XIII.

Vtrùm verba humana habeant vim ad mouendum bruta.

SEcundò vtrùm verba humana habeant vim admouendum bruta, puta ſerpentes.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd aliquid poteſt habere virtutem aliquam & ſecundum propriam naturam, & ſecundum virtutem ſuperioris cauſæ. verbi gratia commixtum elementis habet virtutem vnam ex natura elementorum ſecundum motum prædominantis elementi, aliam habet ex corpore cœleſti, ſicut quòd adamas attrahit ferrum, quod non reducitur in virtutem elementarem. Aliqui ergo dicunt, quòd non ſolum naturalia corpora, ſed artificialia ſortiuntur virtutes aliquas ex impreſsione corporũ cœleſtium, puta imagines, vel figuræ ſub certa conſtellatione factæ: & ſi hoc verum eſt. ſ. quod ſuper artificialia ſit huiuſmodi virtus impreſſa, poteſt etiam dici quod uerba prolata in certo tempore habeant efficaciam mouendi, ſed hoc non eſt uerum. Nam in rebus naturalibus omnia quæ habent aliquam uirtutem ex corpore cœleſti, habent illam conſequentem aliquam formam: unde nihil agit ad ſpeciem, niſi ex uirtute corporis cœleſtis: & ſic forma eſt prius in unoquoq; quam uirtus ad talia. Remota ergo priori remouetur poſterior. Si ergo huiuſmodi uirtutes attribuuntur aliquibus: oportet quod radicentur ſuper formam aliquam, formæ autem artificiales nõ ſunt, niſi figuræ quędam, et ideo falſum eſt quod uerba et huiuſmodi uirtutem aliquam habeant ex corpore cœleſti: ſed ſi habent aliquam, hoc habent ex ſpiritu immundo, qui immiſcet ſe uerbis hominum, ut decipiat ſecũdum Aug. unde aliquando utuntur uerbis fabuloſis, falſis, et uanis, quibus ad illudendũ homines ſe immiſcent; unde omnia iſta friuola, et ſuperſtitioſa ſunt, et imagines aſtronomicæ, in quibus et ſi non adſit aliqua expreſſa inuocatio demonũ, tamen eſt ibi quidam tacitus conſenſus. Tñ ſi aliquis dicat

4.d.33.q. 1.art. 1.c. principa. & Spiri, ar.2. c.

art.14.o, ſi.po. q.3. art.7. c.& q.5.ar. 8. c.q6. art, 1. ad 1. ma.45.ar. 5. ad 6. 22. q. 96. ar.2. & q. 85.art. 2. ad 2.

22. q.96. ar.4.ad 3. 22.q.96. ar.4.

uerba

uerba uei, et ſacra ſine ſimotatione et fraude, ſed bona et diuina intẽtione, non eſt incantatio, ſed oratio. Chryſ. ſũ ſuper Mat. ibi Dilatant philacteria, et c. reprehendit illos qui collo verba Euangelij ſuſpendunt, cum virtus Euangelij non ſit in figuris literarum, ſed in fide. Non tamen damno illos qui ſuper ſe ferunt Euangelium ex deuotione: quia beata Cęcilia Euangelium Chriſti ſemper gerebat in pectore: ſine tamen aliqua additione, vel verborum, vel characterum; vel cæterorum ſuſpectorum.

QVAEST. X.

DEINDE quæſitum eſt de homine quantum ad gratiam.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primò de ſacramentis.
¶ Secundò de virtutibus.
¶ Tertiò de officiis.

De primo tria quæſita ſunt.

¶ Primò de ſacramentis gratiæ.
¶ Secundò de effectu ſacramentorum.
¶ Tertiò de vnitate Eccleſiæ.

De ſacramentis gratiæ quærebantur duo.

¶ Primò de baptiſmo.
¶ Secundò de pœnitentia.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrùm aqua habeat virtutem ad emundationem.

vide. 3. p. q. 6 ar. & 3. & 4. d. 3. ar. 3. q. 1.

AD primum quæritur, vtrùm aqua habeat virtutem ad emundationem, ideſt vtrùm propria virtute mundet: vel virtute concomitante.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ duplex eſt opinio in huiuſmodi, non ſolùm de aqua, ſed de omnibus Eccleſiæ ſacramentis. Quidam enim dicunt ꝙ ſacramenta non habent virtutem, vel vim operandi in anima, ſed tantum extra, & diuina virtus concomitans facit illum effectum: & inducunt exemplum Ber. ſi aliquis Epiſcopus, qui inueſtiat aliquem de præbenda per annulum, annulus non eſt cauſa præbendæ, ſed ſignum. Sed hoc non eſt ſanè dictum, quia ſic non eſſet aliqua prærogatiua ſacramentorum nouæ legis ad vetera, quia etiam in illis virtus conſiſtens fidei credentium in Chriſtum venturum iuſtificabat.

Duplex virtus. 3. p. q. 62. ar. 4. & 3. ar. 1. ad 2. 3. q. 18. ar. 4.

¶ Et ideò dicendum, quòd ſacramenta habent in ſe virtutem iuſtificandi, & ad alios effectus, ad quos ordinantur; & non ſolùm quòd ſint ſignum. vnde Aug. Quæ eſt tanta vis aquæ vt corpus tangat, & cor abluat. Sciendum tamen quòd duplex eſt virtus ſcilicet propria, & inſtrumentalis, ſicut patet in ſerra: ſic ſacramenta habent virtutem inſtrumentalem ad ſpiritualem effectum: quia cũ ſacramentum adhibetur cum inuocatione diuina efficit hunc effectum: & hoc eſt conueniens, quia verbum per quod omnia ſacramenta virtutem habent, habuit carnem & fuit verbum Dei: & ſicut caro Chriſti habuit virtutem inſtrumentalem ad faciendum miracula propter coniunctionem ad verbum, ita ſacramenta per coniunctionem ad Chriſtum crucifixum, & paſſum.

QVAESTIO XI.

ARTICVLVS XV.

Vtrùm abſoluat non habens curam animarũ.

4. diſt. 23. q. 1. ar. 1.

DEinde quæſitum eſt de pœnitentia. Et primò Vtrùm non habens curam animarum poſsit abſoluere in foro confeſsionis.

q. 3. & 4. o. Ar. 10. ca. 3. p. q. 64. art. 9. ad 2. 3. & q. 82. ar. 5. 7. 8. 9. 10. 22. q. 39. ar. 1. 2. & 241. art. 15. & 106 & 4. d. 21. q. 3. ar. 1. q. 1. & 3.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ aliter eſt in ſacramento pœnitentiæ, & aliter in quibuſdam alijs ſacramentis. Nam in quibuſdam qui habet ordinem poteſt ex hoc ipſo inducere effectum ſacramenti in omni caſu. ſcilicet in illis, in quibus quod eſt effectus ſacramentorum eſt res exiſtens extra ſacramentum: vnde ſacerdos degradatus & excommunicatus licèt peccet, tamen conſecrat & baptizat: & ſimiliter epiſcopus conſecratus, quia confert characterem. In pœnitentia autem nõ imprimitur character, nec effectus, niſi iuſtificatio pœnitentis, quod non poteſt fieri niſi per poteſtatem iudicatiuam. Non habens autem curam animarum non habet hanc poteſtatem.

ARTICVLVS XVI.

Vtrùm confeſsio reuelari poſsit.

SEcundò vtrùm liceat in aliquo caſu reuelare confeſsionem.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ non, nec verbo, nec facto nec nutu, nec aliquo ſigno, licet facere, quia eſt ſacrilegium. Nam ita eſt in ſacramentis nouæ legis ꝙ efficiunt, quod figurant: effectus autem pœnitentiæ eſt occultatio peccatorum ab oculis Dei videntis: & hæc occultatio ſignificatur per ſecretum confeſsionis: & ideò ſicut profanaret ſacramentum qui conficeret corpus & ſanguinem Chriſti de alio quàm de pane & vino. Ita eſſet reuelans ſacrilegus.

ARTICVLVS XVII.

Vtrùm liceat appetere epiſcopatum.

TErtiò, vtrùm liceat appetere epiſcopatum.

arti. 3. 115. q. 185. ar. 1. 2.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ contingit appetere prælationem dupliciter, aut propter neceſsitatem vrgentem, aut non vrgentem: primo modo dupliciter, vel quando imponitur à ſuperiori, vel quando nõ inuenitur aliquis, qui velit onus prælationis ſubire, tali neceſsitate exiſtente meritorium eſt appetere. Vnde Iſa. 6. Quem mittam, & quis ibit nobis? reſpondit. Ecce ego, mitte me, tamen antè dixit ſe indignum. Secundo modo. ſ. quando non vrget neceſsitas, ſic non licet, quia non poteſt carere aut iniuſtitia, ſi velit ſe minorem præferre maioribus, aut vitio præſumptionis, ſi reputet ſe ſufficientem præferri aliis. vnde Chryſo. ſuper illud, Reges gentium, & c. Primatus eccleſiaſticos concupiſcere nec iuſtum, nec vtile.

QVEST. XII.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrùm ex præambulis ad ſacramenta cauſetur compaternitas.

DEinde quæſitum eſt de effectu ſacramentorum, vtrùm compaternitas cauſetur ex præambulis ad ſacramenta, puta ex cathecismo & huiuſmodi. Et videtur ꝙ ſic. Dicit enim quædam decre. ꝙ à primo pabulo ſalis non poteſt fieri vxor: ergo contrahitur ibi compaternitas.

¶ Præterea, cathecumenus cenſetur chriſtianus. Sed qui dat chriſtianiſmum efficitur compater, ergo &c.

¶ Reſpondeo, quidam dicunt, quòd omnia illa ſacramentalia ſufficiunt ad cauſandum compaternitatem. Quidam dicunt quod ſolùm contrahitur quantùm ad tria, ſcilicet in cathechiſmo, baptiſmo, & confirmatione. Sed mihi videtur ꝙ ſolùm contrahitur in duobus, ſcilicet in baptiſmo, & confirmatione, quia compaternitas ſimilitudo quædam eſt pa-

ternitatis, paternitas autem non fit niſi in generatione, & ideò ſolum in illis ſacramentis, in quib. eſt quędam generatio ſpiritualis contrahitur compaternitas, quæ matrimonium impedit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illa non ſunt intelligenda ſigillatim, ſed ſunt accipienda collectiuè & ſimul; quia in omnibus iſtis aliquibus † efficitur compater.

Alias, ea bus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cathecumenus dicitur chriſtianus per fidem, non per baptiſmum quē nondum ſuſcepit, & ille qui dat chriſtianiſmum dat ſacramentum baptiſmi.

QVAESTIO XIII.

ARTICVLVS XIX.

DEINDE quæſitum fuit.

Vtrùm ſit vna eccleſia, quæ fuit in principio tempore apoſtolorum; & quæ eſt modò.

Et videtur quòd non; quia nunc non vtitur eiſdem regulis. Tunc enim prælati erant ſine auro & argento in zonis ſuis, ergo, &c.

¶ Præterea, non legitur quòd Chriſtus & Apoſtoli habuerint caſtra; modò autem eccleſia habet, ergo &c.

¶ Contra. Matth. vltimo. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Hoc autem non intelligitur tantum de Apoſtolis; quia omnes mortui ſunt; & adhuc ſeculum non eſt conſummatum, ergo &c.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd eadem eſt numero eccleſia quæ tunc erat & quæ nunc eſt, quia eadem fides & eadem fidei ſacramenta, eadem auctoritas, & eadem profeſsio; vnde dicit Apoſtolus. Diuiſus eſt Chriſtus? abſit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verba Matth. tripliciter exponuntur. Hylarius & Ambro. exponunt ſecundum ſenſum myſticum dicentes. Nolite portare aurum &c. i. nihil in ſpiritualibus miniſteriis auro vendatis; non duas tunicas, id eſt non duplicem animam habeatis. Alij exponunt ad literam, & vna expoſitio eſt Augu. qui dicit quòd illa verba non dicuntur per modum præcepti, ſed permiſsionis, ita quòd qui non ſeruat non peccat, & qui ſeruat melius facit, vt ſit ſenſus. Nolite portare. i. quando itis ad prædicandum nolite ſolliciti eſſe de expenſis, quia debentur vobis à populo. Dignus eſt enim operarius &c. quaſi diceret ideò permitto quòd non portetis quia digni eſtis accipere ab alijs quib. prædicatis. Paulus hoc non ſeruauit, & tamen contra regulam hanc nō fecit, ſed ſupererogauit. Alia expoſitio eſt aliorum ſanctorum, qui dicunt quòd hæc dicta ſunt præceptiuè: ſed hoc præceptum datum eſt non ad ſemper ſeruandum, ſed ad primā miſsionem; bis enim eos miſit. ſ. ante paſsionem Iudæis, & poſt reſurrectionem gentibus. In prima dixit eis. In viam gentium ne abieritis. In ſecunda dixit. Docete omnes gentes. In prima mandauit quòd prædicta ſeruarent; non autem in ſecunda; & ratio huius eſt, quia in prima ſolum mittebantur ad Iudæos, apud quos conſuetum erat, quòd magiſtri eorum ab eis ſuſtentarentur & ideò ſine ſcandalo poterant accipere, & vti poteſtate ſibi conceſſa, apud verò Gentiles non erat huiuſmodi conſuetudo, quia apud eos non erant huiuſmodi prędicatores: & ideò fuiſſet eis ſcandalum, & viſum fuiſſet eis quòd pro quæſtu apoſtoli prædicarent. & ideò Paulus hoc præceptum non ſeruauit in gentibus. & ideò Dominus in ſecunda miſsione dixit, Nunc qui habet ſacculum tollat ſimiliter & peram.

¶ Ad ſecundum dicendum; quòd Aug. reſpondet in epiſtola contra donatiſtas; & habetur ſuper illud pſal. 2. Quare fremuerunt gentes, diſtinguit enim diuerſa tempora eccleſiæ. Fuit enim tempus quando aſtiterunt reges aduerſus Chriſtum: & in illo tempore non ſolum non dabant fr. talibus; ſed & eos occidebant. Aliud verò tempus eſt nunc, quo reges intelligunt & eruditi ſeruiunt Domino Ieſu Chriſto in timore, &c. Et ideò in iſto tempore reges ſunt vaſalli eccleſiæ, & ideò eſt alius ſtatus eccleſiæ nunc, & tunc: non tamen eſt alia eccleſia.

QVAESTIO XIIII.

DEINDE quæſitum eſt de virtutibus.

¶ Primò de quadam virtute intellectuali, ſcilicet de veritate.

¶ Secundò, de virtutibus moralibus.

¶ De veritate quæſita ſunt duo.

¶ Primò, de fortitudine veritatis.

¶ Secundò, de confirmatione veritatis, quæ eſt per iuramentum.

ARTIC. XX.

Vtrùm veritas ſit fortior inter vinum, regem, & mulierem.

AD primum quæſitum eſt, vtrum veritas ſit fortior inter vinum, regem, & mulierem. Et videtur quod vinum: quia immutat maximè hominem. Item quòd rex, quia pellit hominem ad id quod eſt difficillimum, ſcilicet ad hoc quod ſe exponat periculo mortis. Item quod mulier, quia dominatur etiam regibus.

Ar. ſpecial. 1. p. q. 16. 2. 2. q. 109 de veritate.

¶ Contra. Eſdras. Fortior eſt veritas.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd hæc eſt quæſtio propoſita iuuenibus diſſoluenda in Eſdra. Sciendum ergo quòd ſi conſideremus iſta quatuor ſecundum ſe, ſcilicet vinum, regem, & mulierem, & veritatem, non ſunt comparabilia, quia non ſunt vnius generis: tamen ſi conſiderentur per comparationem ad aliquē effectum, conueniunt in vnum: & ſic poſſunt comparari. Hic autem effectus in quem conueniunt & poſſunt, eſt immutatio cordis humani. Quod ergo inter iſta magis immutet cor hominis videndum eſt.

¶ Sciendum eſt ergo, quòd immutationum hominis quoddam eſt corporale, & aliud eſt animale: & hoc eſt duplex ſenſibile & intelligibile. Intelligibile etiā eſt duplex, ſcilicet practicum & ſpeculatiuum. Inter ea autem quæ pertinent ad immutantia naturaliter ſecundum diſpoſitionem corporis habet excellentiam vinum, quod facit per temulentiam loqui. Inter ea quæ pertinent ad immutandum appetitū ſenſitiuum excellentior eſt delectatio, & præcipuè circa venerea, & ſic mulier eſt fortior. Item in practicis & in rebus humanis quæ poſſunt hoc facere, maximam poteſtatem habet rex. In ſpeculatiuis ſummū & potentiſsimum eſt veritas: nunc autem vires corporales ſubijciuntur viribus animalibus: vires animales intellectualibus, & intellectuales practicę ſpeculatiuis: & ideò ſimpliciter veritas dignior eſt & excellentior & fortior.

Multiplex immutationum hominis.

ARTICVLVS. XXI.

Vtrum accipiens doctrinam alicuius experimenti ſub iuramento non communicandi teneatur ſeruare iuramentum.

2. 2. q. 89. de iuramento præcipue vide. ar. 7. & ad 2. ar. 9. ad 3. q. 98. ar. 1. ad 1. 2. & ar. 2. ad 1. & 3. d. 39. art. 3. q. 1. 2. q. 4. ad 4.

SEcundo quęritur, vtrùm accipiens doctrinā alicuius experimenti ſub iuramento non cōmunicandi

teneatur

teneatur ſeruare iuramentum: & videtur quòd ſic, quia ſic obligatus nõ debet facere aliquid quod vergat in detrimentum illius qui dedit, vel qui docuit: hoc autem eſſet ſi aliis communicaret: ergo &c.

¶ Prætereà, Communicare tale experimentum non tenetur ex parte ſalutis æternæ alicui. Cum ergo non teneatur alteri communicare, non debet ſic obligatus communicare.

¶ Contra, Non communicare ſalubre remedium ſine quodcunque bonum, eſt contra charitatem: ergo &c.

¶ Reſpondeo, aliter dicendum eſt hic ſimpliciter, & aliter in caſu: ſimpliciter loquendo non tenetur, ſed malè fecit iurando: iuramentum enim non ſolum amittit vim quando iuramentum eſt illicitum, ſed etiam quãdo iurando peierat quia iuramentum obligans debet habere iudicium, iuſtitiã, & veritatẽ ſed & ſi iuramento quandoque aliquid quod licet mihi non facere, puta non ire ad eccleſiam: non licet tamen iurare, quia licet ſit mihi licitum pro aliquo tempore facere, vel dimittere huiuſmodi bonum ꝙ eſt ad eccleſiam ire: non tamen licet mihi iuramentum interponere, & animum obfirmare ad aliquod bonum non faciendum: quia hoc eſt facere contra ſpiritum ſanctum: & ideò iuramentum contra omne id quod eſt de genere bonorum eſt illicitum, & non eſt ſeruandum: tamen in caſu ſeruare tenetur: puta ſi ille, vel alius ſufficiens medicus præſens eſſet & paratus eſſet curare, & vti illo experimento in ſalutem corporalem aliorum.

Quando iuramentum amittit vim.

¶ Et ſic patet reſponſio ad obiecta.

QVAEST. XV.

DEINDE quæſitum eſt de virtutibus moralibus.

¶ Et primò de virtutibus ſecundum ſe.

¶ Secundò ſpecialiter de quodam actu iuſtitiæ, ſcilicet de reſtitutione.

ARTICVLVS XXII.

Vtrùm virtutes morales ſint connexæ.

1.p.q.77. art.1.o.& 22.q6.85. ar.10.1.c. 22.q.146. art.4.o. malo.q.4. ar.5.ad 4.

AD primum quæſitum eſt, vtrùm virtutes morales ſint connexæ. Et videtur ꝙ non, quia acquiruntur ex actibus qui ſunt diuiſi & diſtincti: ergo poteſt acquiri vna virtus ſine alia.

¶ Prætereà, Aug. dicit, nihil contra diuinam eſſentiam dicit qui dicit quòd qui habet vnam non habet omnes.

¶ Prætereà, Virtutes habentur ex conſuetudine, quæ requirit tempus.

¶ Reſpondeo dicendum ſecundum omnes ſanctos ꝙ ſic, ſed loquendo de virtutibus in communi duplex ratio aſsignatur à diuerſis, ſecundum ꝙ diuerſimodè locuti ſunt de virtutibus, virtutes enim cardinales dupliciter accipiuntur ab aliquibus. Quidam enim dicunt virtutes eſſe quoſdam modos generales, qui requiruntur in omni virtute: puta ꝙ fortitudo eſt quæcunque firmitas animi in quibuſcunque rebus temperantia eſt moderantia animi in omnibus rebus, & ſic de aliis. Et ſecundum iſtos neceſſe eſt ꝙ virtutes ſint connexæ, quia iſti modi generales requiruntur in omni virtute: & ſi aliquod horum defuerit non eſt virtus aliqua, quia ſi temperantia rectitudinem non habeat quæ eſt iuſtitia: vel non habeat animi firmitatem quæ eſt fortitudo, & ſic de aliis, non eſt virtus: & hunc modum Aug. ponit 3. de tri. & magiſter in 3. ſententiarum. Alij autem accipiunt diſtinctionem harum virtutum ſecundum determinatas materias: ſicut Ariſt. & peripatetici: vnde prudentia ſecundum philoſophum non eſt recta ratio omnibus, ſed ſolum in agibilibus: ſimiliter iuſtitia non dicit rectitudinem animi circa acquiſitionem omnium cauſarum, ſed tantum circa commutationes et diſtributiones & actiones humanas, quæ ſunt ad alterum. Fortitudo etiam dicit firmitatem animi nõ circa ųſa, ſed circa ea in quibus eſt difficillimum animum fortem habere, ſ. circa pericula quæ ſunt in bellis: temperantia verò eſt circa ea, in quibus difficillimum eſt animam moderare. ſ. circa delectationes guſtus & tactus: quæ ſunt maximæ delectationes: non in quibuſcunque aliis concupiſcentiis, ſicut ſcientiæ, vel pecuniæ: & ſic etiam loquendo de virtutibus virtutes morales ſunt connexæ, cuius connexionis ratio, accipitur ſecundum philoſophum, ex parte prudentiæ, quia nulla virtus poteſt haberi ſine prudentia: & impoſſibile eſt habere prudentiam ſine virtutibus moralibus: cuius ratio eſt, quia prudentia nihil aliud eſt quàm recta ratio agibilium. Impoſsibile eſt autem rectam rationem habere circa aliquod, niſi ex recta rõne circa principia: principia autem agibilium ſunt fines virtutum: & circa fines virtutum nullus bene ſe habet niſi per habitum illius virtutis: & ſic neceſſe eſt ꝙ prudentia habeat ſecum alias virtutes morales, ſimiliter aliæ non poſſunt haberi ſine prudentia. Poteſt enim aliquis habere inclinationem naturalem ad actus alicuius virtutis ſine prudentia: & quanto habet maiorem inclinationem ſine habitu virtutis, tantò peius eſt, & plus impingere poteſt ſine prudentia, ſicut patet de illo qui habet fortitudinem naturalem ſine diſcretione, & prudentia. Et ideò dicit Greg. Cæteræ virtutes niſi ea quæ agunt prudenter agant, &c. Eſt & alia ratio connexionis in virtutibus gratuitis propter charitatem, in qua connectuntur, quia qui habet charitatem habet omnes virtutes gratuitas: & ſimiliter qui habet vnam, habet charitatem.

Opinio prima.

2. Opinio Ariſt.

22.q.47. 5.o. 22.q.58. ar.5.&6.o. 22.q6. 112.ars5. 2.3.4.5.o. 22.q.145 art.1.2.3.4.5.

22.q.56. art.4.o.& q.65.art.4.o.& q.65 ar.1.o.

22.q.146 ar.4.o.

12.q.65. ar.1.4.o. 22.q.23. ar.7.o.ve 11 q6.14. ar.2.o.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd actus non ſunt diuiſi ſecundum virtutes, quia non poteſt eſſe actus temperantiæ ſine actu fortitudinis, nec fortitudinis niſi cum actu temperantiæ, &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod hoc dicitur, quia non probatur per authoritatem Bibliæ.

¶ Ad tertium dicendum quòd non dicuntur morales à conſuetudine, ſed à more, & dato quòd indigeant tempore: tamen non habebit virtutem niſi ſit prudens.

QVAESTIO XVI.

DEINDE quæſitum eſt de reſtitutione, quæ eſt actus iuſtitiæ.

Et circa hoc quæſita ſunt tria.

¶ Primò, de illis qui propter partes ſunt extra ciuitates.

¶ Secundò, de eo qui mala fide longo tempore præſcripſit.

¶ Tertiò, de eo, qui aliena conſumpſit.

ARTICVLVS XXIII.

Vtrùm expulſi propter partes, poßint ex petere bona ſua ab illis, qui ſunt in ciuitate manentes.

Ar. ſpecialis de exilio.

22 quæſt. 109. art. 2. ad 10.

CIRCA primum quæritur, vtrùm expulſi propter partes poſsint expetere, bona ſua ab illis, qui ſunt in ciuitate manentes. Et videtur quòd non quia multi de his qui ſunt in ciuitate culpam nõ habuerunt ad eorum expulſionem, & ſic punirentur aliqui pro culpa alterius.

¶ Prætereà, expulſi fuerunt contra partem Eccleſiæ, & ſic iuſtum bellum: ergo actio eſt contra eos, & ſic damna eis non ſunt reſtituenda.

*alias bona

¶ Prætereà, Secundum Philoſophum, cum mutatur ordo ciuitatis non remanet eadem ciuitas: ſed cùm mutatur dominium & principatus: mutatur ordo: & ſic non eſt eadem ciuitas: ergo expulſi non pertinent amodò ad ciuitatem quæ prius erat: ergo non tenentur eis ad reſtitutionem.

¶ Contra, qui ſpoliatur à raptore poteſt repetere & accipere ea quæ ſunt ſibi ablata: ergo & illi expulſi.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd aut ſunt expulſi iuſtè, ſcilicet propter eorum culpam, & ſic non poſſunt repetere amiſſa, aut iniuſtè, id eſt ſine culpa, & ſine debito ordine iuſtitiæ, & ſic poſſunt repetere. Si autem habent ſuperiorem debent per ſuperiorem petere ſibi reſtitui: ſi autem non habent ſuperiorem, ipſimet poſſunt, ſi poſſunt, recuperare.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non punitur ſic aliquis pro peccato alterius, ſed pro ſuo, quia maiores omnia faciunt auctoritate & fauore populi: & ſic populus in fauendo maioribus fuit in culpa.

1.2. q. 81. ar. 1. ad 1. a. ad 1 & q. 87. ar. 8. & 2.2. q. 108. ar. 4. ad 1. 3.

¶ Prætereà, Illud intelligitur de pœna ſpirituali, quia nullus punitur ſine propria culpa: non de corporali, qua frequenter vnus pro alio punitur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd inquantum iuſtè agunt ſunt pro Eccleſia, inquantum iniuſtè contra Eccleſiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſi ſunt eædem perſonæ manifeſtum eſt quod tenentur ſibi. Aliæ omnino non tenentur.

ARTICVLVS XXIIII.

Vtrùm ille qui mala fide præſcripſit, teneatur ad reſtitutionem.

SECVNDO quærebatur, vtrùm ille qui mala fide præſcripſit teneatur ad reſtitutionem; & videtur quòd non: quia lex dicit quòd qui etiam mala fide præſcribit acquirit dominium.

4. d. 41. ar. 5. q. 1. ad 2.

¶ Contra, decre. dicit quòd tenetur, nec acquirit dominium.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd circa hoc eſt contrarietas iuris ciuilis & canonici, quia ſecundum ius ciuile talis præſcriptio tenet, ſecundum ius canonicum talis præſcribere non poteſt, & ratio huius contrarietatis eſt: quia alius eſt finis quem intendit ciuilis legiſlator, ſcilicet pacem ſeruare & ſtare inter ciues, quæ impediretur ſi præſcriptio non curreret: quicunque enim vellet poſſet venire & dicere, iſtud fuit meum quocunque tempore. Finis autem iuris canonici tendit ad quietem Eccleſiæ, & ſalutem animarum: nullus autem in peccato ſaluari poteſt, nec pœnitere de damno vel de alieno, niſi recompenſet.

4. d. 17. q. 3. ar 1. c. & ad ſecundum.

¶ Et ideo dicendum eſt quòd ſi quis præſcribat bona fide poſſidendo non tenetur ad reſtitutionem, etiam ſi ſciat alienum fuiſſe poſt præſcriptionem, quia lex poteſt aliquem pro peccato & negligentia punire in re ſua, & illam alteri dare & concedere; ſed qui mala fide præſcribit tenetur emendare & ſatisfacere reddendo damnum quod intulit.

Præſcribens bona fide non tenetur ad reſtitutioné

¶ Ad primum ergo dicendum, quod verum eſt quod omnia ſunt principum ad gubernandum, non ad retinendum ſibi, vel ad dandum aliis: & ſi omnes leges tales ſunt tyrannicè ſunt, & nõ abſoluunt à conſcientia, ſed à foro iudiciali & violentia.

ARTICVLVS XXV.

Vtrùm ille, qui rem alienam conſumpſit, teneatur ad reſtitutionem.

TERTIO quærebatur, vtrùm ille qui rem alienam conſumpſit teneatur ad reſtitutionem: & videtur quòd non, quia ille cuius res fuerat non habet actionem in conſumptorem: intellige ſi ius habet caſum in præſcriptione.

22. q6. 62. ar. 2. & q. 73. art. 2. ad ſecundum.

¶ Contra, iſte mala fide poſſedit alienum quod conſumpſit.

¶ Reſpondeo dicendum quòd tenetur: cuius ratio eſt, quia quilibet tenetur ad faciendum iuſtitiam alteri: conſiſtit autem iuſtitia in quadam æqualitate: vnde niſi reintegratur æqualitas non poteſt aliquis eſſe iuſtus: inæqualitas autem fuit quod conſumpſit rem non ſuam: & ideò oportet quod reddat.

4. di. 15. q. 1. art. 5 q. 2. o.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd licet non habeat actionem in eum qui conſumpſit ſecundum ius ciuile, habet tamen ſecundum ius diuinum, cuius finis eſt ſalus animarum: & ideò ei repugnat.

QVAESTIO XVII.

DEINDE quæſita ſunt de officijs quatuor.

¶ Primò de officio expoſitorum ſacræ ſcripturæ.

¶ Secundò, de officio prædicatorum.

¶ Tertiò, de officio confeſſorum.

¶ Quartò, de officio vicariorum.

ARTIC. XXVI.

Vtrùm omnia quæ doctores ſancti dixerunt ſint à ſpirituſancto.

AD PRIMVM quæſitum eſt, vtrùm omnia quæ doctores ſancti dixerunt, ſint à ſpiritu ſancto: & videtur quòd non, quia in ſuis dictis ſunt aliqua falſa: nam in ſuis expoſitionibus quandóque diſſonant, non poteſt autem eſſe verum quod diſſimile, vel diſſonum eſt, quia vtraque pars contradictionis non poteſt eſſe vera.

¶ Contra, ad eundem pertinet facere aliquid propter finem. & perducere ad illum finẽ. Sed finis ſcripturæ quę eſt à ſpiritu ſancto eſt eruditio hominum; hæc autem eruditio hominum ex ſcripturis non poteſt eſſe niſi per expoſitiones ſanctorum: ergo expoſitiones ſanctorum ſunt à ſpiritu ſancto.

pot. q. 4. ar. 1. c vide ar. 1, 4.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ab eodem ſpiritu ſcripturæ ſunt expoſitæ & editæ. vnde dicitur 1. ad Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ Dei ſunt: ſpiritualis autem, &c. & præcipuè quantum ad ea quæ ſunt fidei, quia fides donum Dei eſt: & ideò interpretatio ſermonum numeratur inter alia dona ſpiritusſancti. 1. ad Cor. 12.

Beatus Paulus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd gratię gratis datæ non ſunt habitus, ſed ſunt quidam motus à ſpiritu ſancto: aliàs ſi eſſet habitus propheta quando vellet per donum prophetiæ reuelationem haberet, quod falſum eſt: & ideo de aliquibus occultis reuelandis aliquando tangitur mens à ſpiritu ſancto, & aliquando non, ſed aliqua eis occultatur: vnde dixit Heliſeus 4. Regu. 4. & Dominus celauit à me. Aliquando etiam aliqua dicunt à ſeipſis, ſicut patet de Nathan, qui conſuluit Dauid quòd ædificaret templum, poſteà autem à Domino reprehenſus, & quaſi retractus prohibuit hoc ipſi Dauid ex parte Dei.

2. 2. q6. 68 ar. 3. o. ad 3. & 2 2 q. 171. ar. 2. 12. q. 65. ar. 3. ad 1. q. 68. art. 3. ad 1. 4. di. 41. q. 1. art. 1. q. 2. c. 3.

Dei. Hoc tamen tenendum eſt ꝙ quicquid in ſacra ſcriptura continetur verum eſt, alias qui contra hoc ſentiret eſſe hæreticus, expoſitores autem in aliis, quæ non ſunt fidei multa ex ſuo ſenſu dixerunt, & ideò in his poterant errare, tamen dicta expoſitorũ neceſsitatem non inducunt ꝙ neceſſe ſit eis credere, ſed ſolum ſcriptura canonica quæ in veteri, & in nouo teſtamento eſt.

QVAESTIO XVIII.

ARTICVLVS XXVII.

Utrùm aliquis poßit prædicare propria authoritate.

DEINDE quæſitum eſt de prædicatoribus.

Et circa hoc quæſita ſunt duo.

4.d.19.q. 2.ar.3.q. 2.ad 4. ¶ Primò vtrùm aliquis poſsit prædicare propria auctoritate, ita vt liceat prædicare ſine licentia prælati. Et videtur ꝙ ſic, quia prædicare eſt bonum alij facere. Sed debemus bonum operari ad omnes, ad Gal. 6. ergo &c.

¶ Præterea, dicitur Ec. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo: ergo &c.

¶ Contra. Ad Ro. 10. Quomodò prædicabunt niſi mittantur, ergo &c.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ nullus quantumcunque ſcientiæ magnæ, vel quantumcunq; ſanctitatis niſi miſſus à deo, vel à prælato prædicare poteſt, quia nullum agens natum eſt agere niſi ſupra debitam materiam. prædicatio autem eſt exhortatio, & doctrina ſi ſit publica reſpiciens totam eccleſiam, & cura publica eccleſiæ commiſſa eſt prælatis, & ideò nullus debet aliquid exercere quod requirat auctoritatem publicam, niſi auctoritate prælati.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ cuilibet licet facere bonum ſibi proportionatum, non autem quodcunque bonum.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ mandauit Deus monere proximum priuata monitione, & familiari.

ARTICVLVS XXVIII.

Utrùm aliquis prohibitus à principe ſeculari, debeat dimittere prædicationem.

SECVNDO, vtrùm aliquis prohibitus à principe ſeculari, debeat dimittere prædicationem. Et videtur ꝙ non, nolite timere eos qui occidunt corpus, dicitur prædicatorib. ergo timore principum non debent dimittere.

131. ¶ Præterea, Act. 4. Deo oportet magis obedire quàm hominibus. Sed Deus præcipit præcipuè prælatis quòd prædicent 2. ad Thi. 4. prædica verbum: ergo &c.

¶ Præterea, Nullus debet obedire alicui in eo in quo peccat præcipiens. Sed princeps peccat prohibendo hoc, ergo &c.

¶ Contra. act. 13. Quia repuliſtis regnum Dei &c. Præterea Matth. 10. Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam.

Quãdo prædicator prohibitus à verbo Dei, ceſſare debet & quãdo non. ¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ hic eſt opus duplici diſtinctione, quia quando aliquis prohibetur prædicare, vel prohibetur ſolum à tyranno aut ſimul à tyranno, & populo. Si primo modo ſi cum de multitudine ſint aliqui qui audire volunt, non eſt dimittenda prædicatio, quamuis ſit ſic moderanda quo ad tempora & loca, vt ex timore ad tyrannum non impediatur, & quandoque etiam tunc licet prædicare occultè per domos, ſicut ab Apoſtolis legitur factum. Si ſecundo modo tunc debet cedere prædicator, & fugere ad alia loca ſecundum mandatũ Domini. Et hoc etiam Greg. dicit in dialogo, ꝙ quando omnes ſunt mali & indurati debet eis dicere illud apoſtoli, quia repuliſtis à vobis regnum Dei, &c. Alia diſtinctio eſt hic habenda, quia prædicator aut habet curam animarum, aut non, id eſt prædicat ex neceſsitate officij, aut propria ſponte. Si primo modo, ſic non debet dimittere gregem, etiam propter periculum mortis, dummodo poſsit aliquod bonum facere remanendo cum grege. Si ſecundo modo, ſic etiam ſi poſſet ibi inter tales fructificare non tenetur ibi ſtare, nec ad ponendum animam ſuam, niſi in caſu puta ſi aliquis vellet corrumpere fidem: & tunc vbi fides periclitaretur, teneretur animam pro fratribus ponere, quia hoc eſt in præcepto in tali caſu. Si autem nõ imminet talis caſus, ſic eſt in conſilio, quia omnia conſilia in caſu ſunt in præcepto. 1. diſt. 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Deus præcipit prædicare, tamen ordinatè, & eo modo quo, vtile ſit ſaluti animarum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt aliquid dimittendum quod ſit ſecundum Deum timore mortis. Quod ſi aliquis ſine cauſa & ſine neceſsitate ſe ingerat ad periculum, non ſit ſapienter.

¶ Ad tertium dicendum quod falſum eſt. Nam ſecundum Aug. aliquando imperator peccat præcipiendo ꝙ deuotus miles non peccat obediendo, maximè ſi militi non conſtet illud eſſe peccatum.

ARTICVLVS XXIX.

Utrùm liceat prædicatoribus recipere eleemoſynas ab vſurarijs.

TERTIO, vtrùm liceat prædicatoribus recipere eleemoſynas ab vſurariis. Et videtur quod ſic, 1. ad Corin. 9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, &c. 4. diſt. 45. q. 2. ar. 4. q. 2. o. & 3. c.

¶ Præterea, ius naturale habet, ꝙ homo viuat de labore ſuo, dignus eſt. n. operarius, &c. hoc enim conceſſum eſt homini à creatore. In ſudore &c. Gen. 3.

¶ Contra. Vſurarij nihil habent niſi quod eſt alienum.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ de rapina vſuræ, & huiuſmodi in generali loquendo non poteſt fieri eleemoſyna. Iſa. 61. Odio habens rapinam in holocauſtum: tamen in ſpeciali caſu prædicatoribus qui prædicant vſurarijs, & monent eos reſtituere, licitum eſt accipere, & hæc eſt vna ratio. Alia eſt, quando non habent aliàs vnde viuant: & in extrema neceſsitate omnia ſunt communia, & ab omnibus licitè accipere ad ſuſtentationem, & neceſsitatem poſſunt.

QVAESTIO XIX.

ARTICVLVS XXX.

Utrùm aliquis poſsit confeßiones audire de indulgentia Papæ ſine voluntate proprij prælati.

DEINDE quæſitum fuit de officio confeſſorum, vtrùm aliquis poſsit confeſsiones audire de indulgentia papæ ſine voluntate proprij prælati, & videtur ꝙ non: quia quilibet tenetur confiteri proprio ſacerdoti, ergo, &c.

4. di. 17. q. 3. ar. 3. q. 5. o. ¶ Præterea, papa nulli præiudicat propter aliquã indulgentiam.

¶ Contra. Papa eſt ſuper oēs: ergo cui vult, quid & quantum vult poteſt committere, & indulgere.

op. falſa.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd quidam dicunt quòd quilibet ſacerdos poteſt abſoluere quemlibet à quolibet peccato, & licet malefaciat abſoluendo, tamen abſolutus eſt: & ratio horum fuit, quia ſimul datur presbytero in ſua ordinatione poteſtas conſecrandi corpus Chriſti, & poteſtas clauium: & ideò ſicut poteſt conſecrare quamlibet hoſtiam, ita poteſt abſoluere quemlibet. Sed hoc eſt erroneum, quia nullus poteſt abſoluere propria authoritate, niſi eum qui eſt aliquo modo ſibi ſubditus, quia actus fiunt in materia propria: & abſolutio ſacramentalis habet iudicium annexum. & hoc ſcilicet iudicium non eſt niſi in ſubditos & inferiores. Qui ergo non habet ſubditum non poteſt abſoluere: & ſic iuriſdictio dat materiam ſacerdoti determinatam: ſecus autem eſt de hoſtia quæ eſt materia indeterminata. Cui ergo nulla cura committitur habet clauem ligatam, vt iuriſtæ dicunt, ſcilicet quia non habet omninò materiam. Alij dicunt quòd nullus poteſt etiam authoritate ſuperioris prælati abſoluere ſubditum inferioris prælati contra voluntatem ipſius: puta non poteſt authoritate epiſcopi contra voluntatem parochialis aliquem abſoluere. Hoc etiam eſt erroneum, quia ad abſoluendum requiritur poteſtas ſacerdotalis & iuriſdictio. epiſcopus autem habet immediatam iuriſdictionem in omnes. Vnde epiſcopus poteſt omnium confeſsiones audire etiam contra voluntatem presbyteri parochialis: & ſimiliter etiā ille cui epiſcopus committit, & multò magis ſi Papa committit. Tamen archiepiſcopus quia non habet immediatam iuriſdictionem in omnes ſui archiepiſcopatus, niſi ex appellatione, non poſſet alicui dare licentiam vel authoritatem audiendi confeſsiones contra voluntatem epiſcopi, & diœceſani ſuffraganei.

Reprobatio op.

4 di. 19. q. 3. ar. 3. q. 4.

Alia op. & eius reprobatio ac de epiſcopi poteſtate.

de poteſtate archiepiſcopi.

¶ Ad primum ergo patet per ea quæ dicta ſunt, quia epiſcopus & papa plus poteſt quàm ſacerdos.

¶ Ad ſecundū dicendum, quòd hoc non eſt in præiudicium, ſed in auxilium: quia audire confeſsiones non eſt ſtatutum in fauorem ſacerdotum, aliàs eſſent multum infœlices ſerui, ſi propter honorem ſacerdotum confiteri peccata eſſet neceſſarium: ſed hoc eſt introductum ad ſalutem animarum.

QVAEST. XX.

ARTIC. XXXI.

Vtrùm vicarius alicuius poßit vices ſuas committere alteri.

DEINDE quæſitum fuit de officio vicariorum, vtrùm vicarius alicuius poſsit vices ſuas committere alteri; & videtur quòd ſic: quia effectus habens virtutē cauſæ poteſt in ea in quæ poteſt cauſa.

Ar. ſpāli.

¶ Contrà: quia hoc videt eſſe contrarium illi Prouer. 27. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ille qui conſtituitur vicarius non poteſt totam ſuam poteſtatem committere, ſed poteſt partem: quia intentio committentis eſt vt exequatur ſecundum quòd poteſt ille cui cōmittit, & fortè talis non poteſt totum facere quod ſibi committitur: & ideò poteſt aliquid alteri committere.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd effectus non hē ſemper totā virtutem cauſæ, niſi eſſet epiſcopus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd hoc ipſum facit vt cognoſcat vultum pecoris.

QVAESTIO XXI.

ARTICVLVS XXXII.

Vtrùm originale peccatum traducatur per ſeminis traductionem.

DEINDE quæſitum fuit de pertinentibus ad culpam.

¶ Et primò de peccatis.

¶ Secundò de penis.

¶ De primo quæſita fuerunt duo.

¶ Primò de pertinētibus ad culpam originalem.

¶ Secundò ad culpam actualem.

¶ De peccato originali quæſitum fuit, vtrùm traducatur per traductionem ſeminis. 1a. 2. q. 81. ar. 3.

¶ Reſpondeo dicendum quòd ſic, quia peccatum originale eſt peccatum naturæ, & non attingit perſonam niſi inquantum eſt in tali natura: tota autem humana natura eſt ſicut vnus homo: vbicunque ergo illa natura reperitur, ibi eſt peccatum naturæ, quod eſt originale.

¶ Nota quòd percuſsio habet rationem culpæ, non inquantum ipſius manus, ſed inquantum fit à principio voluntatis.

QVAESTIO XXII.

ARTICVLVS XXXIII.

Vtrùm conſenſus in delectationem ſit peccatum mortale.

DEINDE quærebatur de culpa actuali.

¶ Et primò de peccato cogitationis duo fuerunt quæſita.

¶ Primò, vtrùm conſenſus in delectationem ſit peccatum mortale.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd hic non quæritur de cōſenſu in delectationem actus, quia hic planè mortale eſt. Sed de conſenſu in actum cogitationis tantum, ſicut cum aliquis cogitat delectationem fornicationis: & delectatur & placet ſibi hæc cogitatio. Eſt ergo duplex cogitatio delectationis, vel propter ipſam cogitationem, vel propter rem cogitatam. Prima eſt cum quis cogitat de triangulo, vel de bellis regis non propter regem, ſed propter ipſam cogitationem. Secunda eſt, cum delector cogitando de amico propter ipſum, qui ſit mihi per cogitationē & in cogitatione præſens. Sic ergo cogitatio pōt cogitari vt delectans prout eſt cogitatio; & ſic non eſt peccatum; ſicut ſi debeo narrare de fornicatione & occurrunt pulchritæ viæ & delector. Si autem cogitatio eſt delectans propter rē cogitatā: impoſsibile eſt quòd hoc procedat niſi ex amore fornicationis: & ideò conſentire in eam eſt conſentire in amorem & in vſum rei illicitæ: & ideo eſt peccatum mortale.

1a. 2. q. 74. art. 8. & 2. 2. q. 154. art. 4. & ma. q. 7. art. 4. ad 2.

Cogitatio delectationis. Nota bene.

ARTICVLVS. XXXIIII.

Vtrùm ſuſpicio ſit peccatum mortale.

SECVNDO de ſuſpicione, vtrùm ſit peccatum mortale; & videtur quod ſic: talibus enim comminatur Dominus. Iſa. 5. Væ qui dicitis, &c. 2a. 2. q. 60. art. 3.

¶ Contra, Super illud, Nolite ante tempus iudicare, dicit Gloſſ. quòd eſt veniale peccatum. Math. 7.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd in illis quæ ſunt mortalia peccata ex genere, motus imperfecti non ſunt peccata mortalia, ſed venialia. Adulteriū enim eſt mortale, ſcilicet quādo eſt completa voluntas, nō autem quando eſt incompleta: nō. n. quilibet motus concupi-

concupiſcentiæ eſt peccatum mortale. Iudicium autem eſt duplex, ſ. de rebus, & de perſonis. Iudicium de rebus ſemper eſt mortale peccatum: puta dicere quod dare eleemoſynam ſit malum. Iudicium autem de perſonis licèt quandoque ſit falſum, non tamen eſt peccatum, niſi quando eſt omnino temerarium. Vnde Aug. in ſermone Domini in monte. Si erramus in iudicio perſonarum, non erremus in iudicio rerū, ſed quando ex leui re iudicium procedit firmum in corde, aliquandò eſt peccatum mortale, quia eſt cum contemptu proximi: ſuſpicio autem eſt quid imperfectum in genere iudicii, & ideo eſt imperfectus motus: & ideo non eſt mortale ex genere, quamuis ſi fiat ex odio erit aliquando mortale.

Iudicii s. [margin]

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd qui dicit bonum malum, &c. non ſuſpicatur, ſed iudicat, & ideo peccat.

ARTIC. XXXV.

Vtrùm liceat vti ſortibus.

DEinde quæſita fuerunt de peccato operis tria. Primò, vtrùm liceat uti ſortibus, maximè in apertione librorum.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſors propriè eſt iudicium, quod exquiritur ex aliquo ab homine facto ad inquirendum occultum. dico autem ab homine facto, quia quærere de factis ab aliis non eſt ſors, ſed aut augurium, aut aliquid aliud, vt quando aliquis facit, ſicut geomantici, & cum taxillis, & de feſtucis, & in apertione librorum. Hæc autem ſiunt ad tria, aut ad inquirendum voluntatem, aut ad conſulandum dubium, aut ad diuidendum, & ſic ſumitur triplex ſors, ſ. diuiſoria, conſultoria, & diuinatiua. Aliqui faciunt has quas committentes fortunæ, ſicut cùm quis non videtur debere ire, tamen ponamus quis debeat ire, & hæc aliquando eſt vana. Aliqui intentione exquirendi iudicium alicuius rei, ſicut quidam ad inquirēdum iudicium aſtrorum exquirunt, ſicut geomantici, qui dicunt quod ſecundum motum cœli manus mouetur, & ſic eſt peccatum. Aliqui intendunt ſcire iudicium Diaboli, ſicut Nabuchodonoſor, & hoc eſt ſacrilegium. Aliqui iudicium diuinum, & ſic non ſemper eſt peccatum. Et ſic ſors diuinatoria quatuor habet gradus, & primo modo aliquando eſt leue peccatum, vel non eſt peccatum: ſecundo modo peccatum eſt: tertio, & quarto modo ſemper peccatum eſt, ſed quando quis non ex neceſſitate facit, quia ſic eſt tentare Deum. 2. Paral. 2. cum ignoramus quid agere, &c. vel quando ſine debita deuotione, ſicut apoſtoli Act. primo. vel quando aliquis res ſacras conuertit in res temporales, ſicut cum aperit libros pro temporalib. vel quando de eo quod eſt ſupra nos, ſicut quando quis non concordat, quia hoc eſt facere iniuriam Spiritui ſancto, qui creditur firmiter eſſe in eccleſie, vel in collegiis, tamen in electione ſecularium nihil prohibet ſortibus vti. Secundò de retentione ſuperfluorum, vtrùm ille qui non dat ſuperfluum, quod habet pro Deo, peccet. dicit enim Aug. quòd qui retinet, &c. ſicut ſupra in octauo quodlibet. Tertiò de perplexitate, vtrùm aliquis poſſit eſſe perplexus.

[margin: 22. q. 95. ar. 7. c. 8. o. opus 5. ar 5. o. Quid augurium & ſors. 22. q. 95. ar. 8. c. — Quādo eſt peccatum & quando non. — 4. d. 15. q. 2. art. 1. q. 4. o 22. q. 32. ar. 5. o.]

AATIC. XXXVI.

Vtrùm aliquis religioſus expelli debeat propter peccatum de religione.

DEinde quæſitum eſt de pœnis.

¶ Et primò de pœna temporali, vtrùm aliquis religioſus expelli debeat propter peccatum de religione, ſi ſit paratus corrigi, & ſuſtinere pœnam.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd Apoſtolus dicit: Auferte malum ex vobis, modicum enim fermentum, &c. Aufertur autem aliquis aut per pœnam corporalem, & per hoc manifeſtum eſt, quòd aufertur etiam ille qui vellet pœnitere quantumcunque, ſicut homicida ſuſpenditur, quantumcunque pœniteat. Vel per pœnam ſpiritualem, & hoc eccleſia non facit niſi quis eſſet contumax. Et ratio huius eſt, quia per pœnam corporalē aufertur aliquod temporale, quod poteſt recompenſari per aliquod maius bonum: ſed bonum ſpirituale, quod amittitur non poteſt recompenſari: & ideo non debet religio infligere talem pœnam, quandiu vult corrigi, quoniam ſicut eſt excommunicatio in eccleſia, ita eſt expulſio à religione. Et ideo dicendum, quòd nullus eſt niſi propter contumaciam expellendus, ſed eſt ſequeſtrandus in carcere, vel alio modo.

[margin: apoſtolus 1. Cor. 5. — Et bene.]

F I N I S.

SERIES CHARTARUM.

A B C D E F G H I K.

Omnes ſunt Quaterniones.

F.O.S. MONTISRELAXI AD LECTOREM EPISTOLA *modum, annotationes, ſeu citationes palpabiliter intelligendi, continens.*

LECTOR humaniſsime, non te latet breuiter ac ſuccinctè dicta, obſcura magis eſſe, obſcuritatem verò, quæ ſecretum fideliter cuſtodit (teſte Boetio) hoc afferre vtilitatis: quòd ſolum loquitur cum illis qui digni ſunt ad ſecreta ſapientiæ admitti. Quapropter cum ſanctus doctor ſapientiam loquens inter perfectos in multis breuitatem ſeruet, nolens idem repetere inutiliter id, quod vno in loco obſcurè breuitate ſibi innata dicit, alio paſſu vt ſæpiùs, clariùs, aut diffuſiùs ponat, plurimorum aſtrictus præcibus ſupradictus Bruxellenſis, diui Thomæ Aquinatis doctrinæ dedidiſsimus perculſus fuit illos annotare paſſus. Nè igitur ipſarum annotationum, ſeu citationum arithmeticis literis in margine contentarũ (veluti cæcutiens) vtilitate, quæ non modica eſt, careres: placuit. R. p. ſuæ modum aſsignare eas teſe antem omnibus parentem. Voluit ergo 1. p. idem ſonare ſicut in prima parte, 1. 2. in prima ſecundæ 2. 2. in ſecunda ſecundæ, tertia. p. in tertia parte, ſcilicet ſummæ. 1. d. in primo lib. ſnſarum. 2. d. in ſecundo ſententiarũ. 3. d. in tertio ſententiarum. 4. d. In 4. ſententiarum, quiquidem. 4. lib. prima ſui diuiſione per diſtinctiones diuiduntur & ſimiliter. 4. lib. ſummæ per quæſtiones. q. quæſtione. ar. articulo. q. (ſecundo loco eiuſdem allegationis) quæſtiuncula tali ſcilicet charactere ſequenti denotato. L. in expoſitione textus magiſtri ſententiarum. o. per totum. C. numero aliquo immediatè ſequente capitulo. c. prin. in principio corporis articuli. c. m. circa medium, c. fi. circa finem, ſeu in fine corporis articuli. argu. argumento tali. ſed contra. in argu. ſed contra, contra in ſumma contra Gentiles. 1. lib. primo. c. capitulo. &c. veri. in quæſtionibus diſputatis de veritate. pot. in quæſtio. diſpu. de potentia Dei. Ma. in quæſtione diſpu. de malo. virt. in quæſtione diſpu. de virtutibus in communi. vnio. in quæſtione diſpu. de vnione verbi. Spiritu. in quæſtione diſputata de ſpiritualib. creaturis. anima in quæſtione diſputata de anima. Opu. ſ. opuſculo tali. Ar. verò altero numero non præcedente remittit ad aliquem articulum præſentis libri per characterem ſequentem deſignatum. Diſtinguitur enim hic liber per ſ. articulos in fronte articulorum à ſecundo quodlibet incluſiuè annotatus per primum numerum marginalem cuiuſlibet articuli, ordinationem ſeu quantitatem deſignantes. Citationem verò ſeu annotationem quam in margine comperies ad ſententiam hoc ſignum, (quo ſententiæ citationi conformes notantur) præcedentem referendam ſcias, atque ad eiuſdem ſententiæ corroborationem declarationem vt valere. Nec ſi humaniſsime lector, in his defectum reperies, ſi impreſſores ſuo non paruo labori pari diligentia reſponderint, quòd tuipſe iudica bis. Librum autem hunc ferè omnes reſolutiones theologicas continentem tuendis textum, pauciorib{us} quàm antea nummis comparare vales. Quantæ verò ſit amplexibilitatis, perpendes minimè ſi ipſum attentiori cura legere ac perlegere neglexeris. Ipſe verò marginales annotationes alibi viſa memoriæ conferunt, fatigationem ſemouent, ſicque ut cogaris minimè (quod ſtudioſi ſolent) calamum ſtudendo tenere his demptis, quæ incuria impreſſorũ immutantur, aut demuntur, quæ mediocriter doctus facilè aduertet. Si quid tergendum corrigendumúe inueneris, inaduertentiæ (ſciens alienis infirmitatibus compati) potiùs quàm maliciæ attribues, memor noſtrum in tuis ſatisfactoriis operibus. VALE.

QUÆSTIONUM QUODLIBETALIUM
SIVE DE PLACITIS S. THOMÆ.

QVODLIBET I.

Continet Quæſtiones X.

Articulos vero. XXII.

Quæſtiones Quodlibeti 1.

1 De beato Benedicto.
2 De humana natura in Chriſto.
3 De Angeli loco & motu.
4 De bono naturæ & gratiæ in homine.
5 De his quę pertinent ad bonum gratiæ.
6 De Confeſſione.
7 De his quę pertinent ad clericos.
8 De his quę pertinent ad religioſos.
9 De pertinentibus ad culpam.
10 De bono gloriæ.

Articuli Quodlibeti I.

1 Vtrum beatus Benedictus viderit diuinam eſſentiam.
2 Vtrum in Chriſto ſint duæ filiationes.
3 Vtrum Chriſtus in cruce mortuus fuerit.
4 Vtrum Angelus ſit in loco per operationem tantum.
5 Vtrum Angelus poſſit moueri de extremo ad extremū non tranſeundo per medium.
6 Vtrum formæ præcedentes, corrumpantur per aduentum Animæ.
7 Vtrum homo abſque gratia, per ſolam naturalem arbitrij libertatem poſſit ſe ad gratiam præparare.
8 Vtrum primus homo in ſtatu innocentiæ non dilexerit Deū ſuper omnia.
9 Vtrum contritus debeat magis velle eſſe in inferno, quàm peccare.
10 Vtrum ſufficiat confiteri ſcripto.
11 Vtrum confeſſio differri poſſit vſque ad quadrageſimam.
12 Vtrum Sacerdos Parochialis teneatur credere ſuo ſubdito, dicenti ſibi, alteri ſe confeſſum.
13 Vtrum habens duas Eccleſias teneatur vtriuſque officium dicere.
14 Vtrum vacans ſaluti animarum peccet, ſi circa ſtudium tempus occupat.
15 Vtrum Religioſus teneatur reuelare prælato ſuo præcipienti ſecretum ſuæ fidei commiſſum.
16 Vtrum ſubditus debeat Prælato ſuo præcipienti, reuelare culpam occultam alterius fratris.
17 Vtrum peccatum ſit aliqua natura.
18 Vtrum periurium ſit grauius peccatum, quàm homicidium.
19 Vtrum faciens contra conſtitutionem Papæ per ignorantiam, non peccet.
20 Vtrum Monachus peccet mortaliter comedendo carnes.
21 Vtrum corpus glorioſum poſſit eſſe cum alio corpore in eodem loco.
22 Vtrum aliquo modo corpus glorioſum poſſit eſſe ſimul in eodem loco cum alio corpore.

QVOLIBET II.

Continet Quæſtiones VIII.

Articulos vero. XVI.

Quæſtiones Quodlibeti 2.

1 De Chriſto mortuo & eius paſſione.
2 De Angeli compoſitione.
3 De tempore motus ipſorum Angelorum.
4 De homine quantum ad virtutes & vitia.
5 De virtutibus circa res humanas.
6 De peccatis.
7 De pœnis peccati.
8 De remiſſione peccatorum.

Articuli Quodlibeti. II.

1 Vtrum Chriſtus in triduo fuerit idem homo.
2 Vtrum alia paſſio Chriſti ſine morte, ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis.
3 Vtrum Angelus componatur ex eſſentia & eſſe.
4 Vtrum in Angelis ſit idem ſuppoſitum & natura.
5 Vtrum tempus mouens creaturam ſpiritualem, & menſurans temporalia ſit idem.
6 Vtrum homines credere debuiſſent Chriſto, non facienti viſibilia miracula.
7 Vtrum pueri Iudæorum ſint baptizandi inuitis parentibus.
8 Vtrum propter conſuetudinem aliqui deobligentur à iure reddendi decimas.
9 Vtrum filius teneatur obedire parentibus carnalibus quantū ad omnia.
10 Vtrum venditor teneatur dicere vitium rei venditæ, emptori.
11 Vtrum appetere prælationem ſit peccatum.
12 Vtrum ſit peccatum prædicatori habere oculum ad temporalia.
13 Vtrum anima ſeparata poſſit pati ab igne corporeo.
14 Vtrum æquali pœna puniendi in purgatorio, vnus citius poſſit liberari quàm alius.
15 Vtrum peccatum in Spiritum ſanctum ſit irremiſſibile.
16 Vtrum Cruce ſignatus moriens ante ſuſceptum iter, habeat plenariam indulgentiam peccatorum.

QVODLIBET III.

Continet Quæſtiones XIIII.

Et Articulos. XXXI.

Quæſtiones Quodlibeti. 3.

1 De potentia Dei.
2 De Deo quantum ad naturam aſſumptam.
3 De Angelis quomodo ſe habeant erga animas.
4 De hominibus quo ad diuerſos ſtatus.
5 De pertinentibus ad Religioſos.
6 De his quæ competunt in Religione exiſtentibus.
7 De pertinentibus ad laicos.
8 De his quæ pertinent communiter ad omnes homines.
9 De anima quantum ad eius cognitionem.
10 De Anima quantum ad pœnam.
11 De homine quantum ad corporis ſexum.
12 De actibus, communibus omnibus hominibus.
13 De Pœnitentia.
14 De creatura pure corporali.

Articuli Quodlibeti III.

1 Vtrum Deus poſſit facere, quòd materia ſit ſine forma.
2 Vtrum Deus poſſit facere idem corpus localiter eſſe ſimul in duobus locis
3 Vtrum Anima Chriſti poſſit ſcire infinita.
4 Vtrum oculus Chriſti poſt mortem fuerit oculus æquiuoce.
5 Vtrum Chriſtus poſt reſurrectionem vere comedit, cibum ſibi incorporando.
6 Vtrum Angelus ſit aliquo modo cauſa animæ rationalis.
7 Vtrum Angelus influat in animam humanam.
8 Vtrum Diabolus inducat hominem mortaliter peccarē.
9 Vtrum liceat alicui petere licentiam pro ſe, docēdi in Theologia.
10 Vtrum Diſcipuli ſequentes diuerſas opiniones Magiſtrorū excuſentur a peccato erroris.
11 Vtrum liceat inducere pueros ad religionem, voto, vel iuramento.
12 Vtrum qui obligati ſunt voto, vel iuramento ad intrandum religionem non tenentur intrare.
13 Vtrum qui in ſæculo ſunt peccatores ſint ad religionem attrahendi.
14 Vtrum quis abſque peccato poſſit aliquem iuramento aſtringere, quòd religionem non intret.

15 Vtrum

15 Vtrum Religioſi qui nihil habent in proprio vel communi, poſſint eleemoſynam facere.
16 Vtrum Religioſus poſſit egredi clauſtrum abſque licentia ſui prælati, vt patri ſubueniat in neceſſitate exiſtenti.
17 Vtrum Presbyteri Parochiales ſint maioris perfectionis quàm Religioſi.
18 Vtrum mulier poſt votum continentiæ emiſſum in facie Eccleſiæ ſi nupſerit, poſſit abſque peccato viro carnaliter commiſceri.
19 Vtrum quis reddere teneatur quod ex vſura lucratus eſt.
20 Vtrum Anima ſit compoſita ex materia, & forma.
21 Vtrum Anima ſeparata cognoſcat aliam animam ſeparatam.
22 Vtrum liceat requirere ab aliquo moriente vt ſtatum ſuum poſt mortem reuelet.
23 Vtrum Anima ſeparata poſſit pati ab igne corporeo.
24 Vtrum damnati gaudeant de pœnis inimicorum.
25 Vtrum Adam non peccante, tot fuiſſent nati mares, quot fœminæ.
26 Vtrum conſcientia errare poſſit.
27 Vtrum conſcientia liget ad peccatum.
28 Vtrum ſatisfactio iniuncta a ſacerdote ſit ſacramentalis.
29 Vtrum ei qui omiſit dicere diuinum officium ſit iniungendum vt iterum dicat.
30 Vtrum arcus cœleſtis ſit ſignum non futuri diluuii.
31 Vtrum mundum non eſſe æternum poſſit demonſtrari.

QVODLIBET IIII.

Continet Quæſtiones XII.

Articulos verò XXIIII.

Quæſtiones Quodlibeti 4.

1 DE rebus diuinis & humanis.
2 De pertinentibus ad potentiam Dei.
3 De his ad quæ diuina potentia ſe extendere poteſt.
4 De pertinentibus ad perſonam filii Dei.
5 De Chriſto in cruce & in ſepulchro poſito.
6 De gratia & ſacramentis, & actibus humanis.
7 De ſacramentis gratiæ.
8 De actibus pertinentibus ad prælatos.
9 De actibus pertinentibus ad omnes homines.
10 De pertinentibus ad vim appetitiuam.
11 De actibus malis & peenis mortibus.
12 De Pueris recipiendis ad religionem.

Articuli Quodlibeti IIII.

1 Vtrum in Deo ſint plures ideæ.
2 Vtrum in Deo ſit virtus.
3 Vtrum aquæ ſint ſuper cœlos.
4 Vtrum Deus poſſit aliquid in nihilum redigere.
5 Vtrum Deus reparare poſſit idem numero quod in nihilũ eſt redactum.
6 Vtrum Pater eodem verbo dicat ſe & creaturam.
7 Vtrum Filius diſtinguatur filiatione a Spirituſancto.
8 Vtrum corpus Chriſti in cruce, & in ſepulchro ſit vnum numero.
9 Vtrum Deus ſemper faciat nouam gratiam.
10 Vtrum per abſolutionem ſacerdotis, culpa remittatur.
11 Vtrum vir poſſit accipere crucem vxore nolente, ſi de eius incontinentia timeatur.
12 Vtrum ſubditus teneatur reuelare prælato præcipienti crimen occultum fratris.
13 Vtrum Papa poſſit diſpenſare ſuper bigamis.
14 Vtrum debeant vitari illi excommunicati, de quorum excõmunicatione eſt apud peritos diuerſa ſententia.
15 Vtrum Prælatus poſſit committere curam Eccleſiæ ſuæ conſanguineo idoneo.
16 Vtrum homo ſine peccato poſſit appetere ſcire ſcientias magicas.
17 Vtrum enunciabile ſemel verum, ſit ſemper verum.
18 Vtrum determinationes Theologicæ debeant fieri, authoritate vel ratione.
19 Vtrum aliquis abſque perfecta charitate ſe poſſit martyrio offerre.
20 Vtrum pati martyrium propter Chriſtum ſit in præcepto.
21 Vtrum primi motus ſemper ſint peccata.
22 Vtrum primi motus in infidelibus ſint peccata mortalia.
23 Vtrum pueri non exercitati in præceptis, debeant recipi in religione.
24 Vtrum conſilia ordinentur ad præcepta.

QVODLIBET V.

Continet Quæſtiones XIII.

Articulos verò XXVIII.

Quæſtiones Quodlibeti 5.

1 DE ſcientia Dei.
2 De potentia Dei.
3 De Deo quantum ad naturam aſſumptam.
4 De Angelis quo ad æuum.
5 De hominibus quo ad diuerſa.
6 De hominibus quo ad ſacramenta.
7 De ſacramento pœnitentiæ.
8 De Matrimonio.
9 De Virtutibus.
10 De Præceptis.
11 De pertinentibus ad quoſdam hominum ſtatus.
12 De Doctoribus.
13 De Religioſis.

Articuli Quodlibeti V.

1 Vtrum Deus ſciat primum inſtans in quo potuit mundum creare.
2 Vtrum præſcitus a Deo poſſit promereri.
3 Vtrum Deus poſſit virginem reparare poſt ruinam.
4 Vtrum hæc ſit falſa Deus poteſt peccare ſi vult.
5 Vtrum totus ſanguis Chriſti qui in paſſione eius eſt effuſus, ad corpus eius in reſurrectione redierit.
6 Vtrum Chriſtus maius dilectionis ſignum oſtendit tradendo corpus ſuum in cibum, quàm patiendo pro nobis.
7 Vtrum Lucifer ſit ſubiectum æui.
8 Vtrum ſi Adam non peccaſſet, idem numero homines ſaluarentur qui nunc ſaluantur.
9 Vtrum verbum cordis ſit ſpecies intelligibilis.
10 Vtrum ea quæ fiunt ex timore ſint voluntaria.
11 Vtrum forma panis in ſacramento Euchariſtiæ annihiletur.
12 Vtrum ſacerdos debeat dare hoſtiam non conſecratam peccatori occulto hoc petenti.
13 Vtrum Prælatus poſſit ſubditum ſuum ab adminiſtratione remouere.
14 Vtrum melius moriatur cruce ſignatus, qui moritur in via eundi vltra mare quam qui moritur redeundo.
15 Vtrum ille qui cognouit carnaliter quam ſponderat, poſſit habere vxorem illam cum qua poſtea contraxit per verba de præſenti.
16 Vtrum mulier accuſata de adulterio occulto, teneatur ſuum peccatum in iudicio confiteri.
17 Vtrum ille qui pecuniam accepit mutuo vt redimeret ſe a latronibus, teneatur eam reſtituere.
18 Vtrum homo poſſit peccare nimis ieiunando, vel vigilando.
19 Vtrum præcepta ordine naturæ præcedant conſilia.
20 Vtrum peccata contra præcepta ſecũdæ tabulæ, ſint grauiora peccatis quæ ſunt contra præcepta primæ tabulæ.
21 Vtrum Beatus Matthæus fuerit vocatus ſtatim de teloneo ad ſtatum Apoſtolatus & perfectionis.
22 Vtrum melius faciat qui conſentit electioni canonicæ de ſe factæ, quàm qui eam recuſat.
23 Vtrum Prælatus qui dat beneficium alicui ſuo conſanguineo vt exaltetur, ſimoniam committat.
24 Vtrum ille qui ſemper propter inanem gloriam docuit, per pœnitentiam aureolam recuperet.
25 Vtrum ſi per doctrinam alicuius aliqui retrahuntur a meliori bono, ille teneatur ſuam doctrinam reuocare.
26 Vtrum religioſi debeant tolerare ſuos impugnatores.
27 Vtrum qui iurauit ſe non intraturum religionem, poſſit licite intrare.

28 Vtrum

18 Vtrum liceat clerico qui tenetur ad horas canonicas, dicere matutinas ſequentis diei de ſero.

QVODLIBET VI.

Continet Quæſtiones XI.

Articulos verò. XIX.

Quæſtiones Quodlibeti 6.

1 De vnitate diuinæ eſſentiæ.
2 De Angelis quoad actionem & locum.
3 De his quæ pertinent ad hominem.
4 De virtutibus.
5 De actibus latriæ ſiue religionis.
6 De actibus charitatis.
7 De eleemoſyna.
8 De eleemoſynis quæ fiunt pro mortuis.
9 De peccatis.
10 De corpore hominis.
11 De creatura purè corporali.

Articuli Quodlibeti VI.

1 Vtrum vnitas eſſentiæ ponat in numerum, cum vnitate perſonæ.
2 Vtrum quicquid agit Angelus, agit per imperium voluntatis.
3 Vtrum Angelus poſſit eſſe in conuexo cœli empyrei.
4 Vtrum puer in deſerto natus poſſit abſque baptiſmo ſaluari in fide parentum.
5 Vtrum poſſit eſſe matrimonium inter Chriſtianum & iudæã baptizatam ab eo.
6 Vtrum certitudo adhæſionis in hæretico, vel malo catholico ſit actus fidei virtute.
7 Vtrum liceat celebrare conceptionem dominæ noſtræ.
8 Vtrum clericus beneficiatus teneatur in ſcholis exiſtens dicere officium mortuorum
9 Vtrum Epiſcopus peccet dans beneficium bono ſi prætermittat meliorem.
10 Vtrum pauper teneatur decimas ſoluere diuiti ſacerdoti.
11 Vtrum magis ſit meritum obedire prælato, quàm facere aliquid ad dictum fratris.
12 Vtrum clerici peccent mortaliter ſi ea quæ eis ſuperfluunt in eleemoſynas non largiantur.
13 Vtrum mortuus aliquid detrimentum ſentiat ex hoc quòd eleemoſynæ quas mandauit dari retardantur.
14 Vtrum executor debeat tardare diſtributionem eleemoſynarum ad hoc quòd res defuncti melius vendantur.
15 Vtrum ille qui eſt baptizatus tranſmittat peccatum originale in prolem.
16 Vtrum in peccato actuali prius ſit auerſio quàm conuerſio.
17 Vtrum maius peccatum ſit cum aliquis mentitur facto, quã cum aliquis mentitur verbo.
18 Vtrum aliquis poſſit eſſe naturaliter vel miraculoſe ſimul virgo & pater.
19 Vtrũ cœlũ empyreũ habeat influentiam ſuper alia corpora.

QVODLIBET VII.

Continet Quæſtiones VII.

Articulos verò. XVIII.

Quæſtiones Quodlibeti. 7.

1 De pertinentibus ad ſubſtantias ſpirituales.
2 De fruitione animæ Chriſti.
3 De pluralitate in ſubſtantiis ſpiritualibus.
4 De ſacramento altaris.
5 De corporibus damnatorum.
6 De ſenſibus ſacræ ſcripturæ.
7 De opere manuali.

Articuli Quodlibeti VII.

1 Vtrum aliquis intellectus creatus poſſit diuinam eſſentiam immediatè videre.
2 Vtrum intellectus creatus poſſit ſimul plura intelligere.
3 Vtrum intellectus angelicus poſſit cognoſcere ſingularia.
4 Vtrum notitia quæ ab Auguſtino dicitur proles mentis ſit in mente, ſicut accidens in ſubiecto.
5 Vtrum fuerit fruitio animæ Chriſti in paſſione.
6 Vtrum immenſitas diuina excludat pluralitatem.
7 Vtrum in Angelis ſit compoſitio accidentis & ſubiecti.
8 Vtrum poſſit totum corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis contineri.
9 Vtrum in eodem inſtanti ſub ſpeciebus illis ſit ſubſtantia panis, & corpus Chriſti
10 Vtrum Deus poſſit facere quòd albedo, aut aliqua qualitas, corporalis, ſit ſine quantitate.
11 Vtrum corpora damnatorum erunt incorruptibilia.
12 Vtrum corpora damnatorum reſurgent ſine deformitatib.
13 Vtrum corpora damnatorum vtentur vermibus & flatus corporalibus.
14 Vtrum in eiſdem verbis ipſius ſacræ ſcripturę lateant plures ſenſus.
15 Vtrum debeant diſtingui quatuor ſenſus ſacræ ſcripturæ.
16 Vtrum in aliis ſcripturis prædicti ſenſus diſtingui debeant.
17 Vtrum operari manibus ſit in præcepto.
18 Vtrum illi qui ſpiritualibus operibus vacant, excuſentur à labore manuum.

QVOLIBET VIII.

Continet Quæſtiones IX.

Articulos verò. XX.

Quæſtiones Quodlibeti 8.

1 De pertinentibus ad naturam.
2 De pertinentibus ad naturam creatam.
3 De pertinentibus ad corpus humanum.
4 De pertinentibus ad culpam vel gratiam.
5 De pertinentibus ad gratiam quantum ad omnes.
6 De his quæ pertinent ad culpam.
7 De his quæ pertinent ad pœnam & gloriam.
8 De pœna corporali damnatorum.
9 De gloria Beatorum.

Articuli Quodlibeti. VIII.

1 Vtrum ſenarius numerus ſit creator vel creatura.
2 Vtrum Ideæ quæ ſunt in mente diuina, per prius reſpiciant res quantum ad naturam ſingularem, quam quantum ad naturam ſpeciei.
3 Vtrum anima accipiat ſpecies à rebus quæ ſunt extra eam.
4 Vtrum habens charitatem, eam cognoſcat per ſpeciem.
5 Vtrum Alimentũ conuertatur in veritatem humanę naturę
6 Vtrum neceſſe ſit ſemper eligere meliorem.
7 Vtrum malis prælatis ſit exhibendus honor.
8 Vtrum oratio plus valeat pro ſe facta quàm pro alio.
9 Vtrum ſuffragia magis proſint pauperi magis digno, quàm diuiti pro quo ſpecialiter fiunt.
10 Vtrum votum ſimplex continentiæ dirimat matrimonium contractum.
11 Vtrum ille qui vadit ad Eccleſiam propter diſtributiones, aliàs non iturus, peccet.
12 Vtrum ille qui non dat pauperi petenti, ſi habeat de ſuperfluo peccet.
13 Vtrum ille qui habet plures præbendas peccet.
14 Vtrum omne mendacium ſit peccatum.
15 Vtrum oportet quòd ſi aliquis intendat peccare mortaliter, quòd peccet propter hoc mortaliter.
16 Vtrum damnati poſt diem iudicii videant gloriã ſanctorũ.
17 Vtrum damnati vellent ſuos propinquos eſſe damnatos.
18 Vtrum in inferno ſit tantùm pœnam ignis vel & pœna aquę.
19 Vtrum beatitudo ſanctorum præcipue conſiſtat in intellectu
20 Vtrum Beati in gloria prius ferantur ad contemplandam Chriſti diuinitatem quàm eius humanitatem.

QVODLIBET IX.

Continet Quæſtiones VII.

Articulos verò XVI.

Quæſtiones Quodlibeti IX.

1 De Chriſto quantùm ad naturam diuinam.

2 De

2 De Chriſto quantum ad vnionē humanæ naturæ cū diuina.
3 De Chriſto quantum ad ſpecies ſub quibus continetur ſub ſacramento altaris.
4 De natura Angelorum.
5 De his quæ pertinent ad hominem quantum ad naturam, culpam, & gloriam.
6 De homine quantum ad gratiam.
7 De his quæ pertinent ad culpam reſpectu hominis.

Articuli Quodlibeti IX.

1 Vtrum Deus poſsit facere infinita eſſe actu.
2 Vtrum in Chriſto ſint plures hypoſtaſes.
3 Vtrum in Chriſto ſit tantum vnum eſſe.
4 Vtrum in Chriſto ſit tantum vna filiatio.
5 Vtrum in Chriſto ſint accidentia ſine ſubiecto.
6 Vtrum Angelus ſit compoſitus ex materia & forma.
7 Vtrum Angelus poſsit cognoſcere ſimiliter res in verbo, & in propria natura.
8 Vtrum Angelus meruerit ſuam beatitudinem.
9 Vtrum Angelus moueatur in inſtanti.
10 Vtrum Angeli poſsint agere in hæc inferiora.
11 Vtrum animæ vegetabilis & ſenſibilis educantur in eſſe per creationem.
12 Vtrum imperare ſit actus rationis.
13 Vtrum charitas per ſuam eſſentiam augeatur.
14 Vtrum Petrus negando Chriſtum peccauit mortaliter.
15 Vtrum habere plures præbendas ſine cura animarum abſque diſpenſatione ſit peccatum mortale.
16 Vtrum omnes ſancti qui ſunt per Eccleſiā Canonizati, ſint in gloria, vel aliqui eorum in inferno.

QVODLIBET X.

Continet Quæſtiones VII.

Articulos verò XVII.

Quæſtiones Quodlibeti 10.

1 DE Dei veritate, iudicio, & ſacramento.
2 De duratione Angeli.
3 De anima.
4 De operatione animæ.
5 De pertinentibus ad gratiam.
6 De pertinentibus ad culpam.
7 De culpa quæ contrariatur rectæ fidei.

Articuli Quodlibeti X.

1 Vtrum vnitas aliquid poſitiuè dicat in diuinis, & non remotionem tantum.
2 Vtrum Chriſtus ſit deſcenſurus ad iudicium in terram.
3 Vtrum ſpecies vini, quæ remanet in ſacramento altaris poſt conſecrationem, alij liquori commiſceri poſsit.
4 Vtrum duratio Angeli habeat prius & poſterius.
5 Vtrum anima ſit ſua potentia.
6 Vtrum anima rationalis ſit corruptibilis.
7 Vtrū anima quicquid intelligit, intelligat in prima veritate.
8 Vtrum anima ſeparata poſsit habere actum ſenſitiuarum potentiarum.
9 Vtrum aliquis teneatur contrahere, vt dote ſuſtentet patrē, ſi aliter non poſsit.
10 Vtrum Religioſus qui emiſit uotum obedientiæ teneatur in omnibus prælato obedire, etiam in indifferentibus.
11 Vtrum poſt uotum ſimplex caſtitatis aliquis matrimonium contrahens, nec reddere debitum, nec exigere poſsit.
12 Vtrum qui honorat diuitem propter diuitias peccet.
13 Vtrum aliquis peccet infamiam non repellendo.
14 Vtrum vti precioſis veſtibus ſemper ſit peccatum.
15 Vtrum hæreticis ſit communicandum.
16 Vtrum hæretici redeuntes ad Eccleſiam ſint recipiendi.
17 Vtrum aliquis intellectus creatus poſsit uidere Deum per eſſentiam.

QVODLIBET XI.

Continet Quæſtiones X.

Articulos verò XIII.

Quæſtiones Quodlibeti 11.

1 De immenſitate Dei.
2 De cognitione Dei.
3 De Prædeſtinatione.
4 De motu Angeli.
5 De partibus naturæ humanæ.
6 De corpore hominis quo ad reſurrectionem.
7 De Sacramentis gratiæ.
8 De Sacramento Euchariſtæ.
9 De ſacramento matrimonij.
10 De conuerſatione humanæ vitæ.

Articuli Quodlibeti XI.

1 Vtrum ſolius Dei ſit proprium eſſe vbique.
2 Vtrum Deus cognoſcat malum per bonum.
3 Vtrum prædeſtinatio imponat neceſsitatem.
4 Vtrum motus Angeli ſit in inſtanti.
5 Vtrum ſint eiuſdem ſubſtantiæ anima ſenſitiua, & intellectiua.
6 Vtrum corpus reſurgat idem numero.
7 Vtrum ſolus Epiſcopus debeat conferre ſacramentum confirmationis, vel etiam alius.
8 Vtrum aliquis poſsit audire miſſam ſacerdotis fornicarij, quin peccet mortaliter.
9 Vtrum aliquis loquendo, comedēdo, ſeu ſtando cum excommunicatis, peccet mortaliter.
10 Vtrum maleficia impediant matrimonium.
11 Vtrum frigiditas impediat matrimonium.
12 Vtrum debeat aliquis in publico vel in priuato corrigere proximum, vel fratrem ſuum.
13 Vtrum ſi aliquis ſciat peccatum proximi peccet mortaliter reſerendo illud ſtatim prælato ſuo.

QVODLIBET XII.

Continet Quæſtiones XXII.

Articulos verò. XXXVI.

Quæſtiones Quodlibeti 12.

1 DE rebus quæ ſunt ſupra hominem.
2 De potentia Dei.
3 De prædeſtinatione.
4 De fato.
5 De Angelis.
6 De cœlo quo ad æternitatem.
7 De homine.
8 De cognitione hominū.
9 De affectu cognitiuo.
10 De homine quantum ad gratiam.
11 De pœnitentia.
12 De effectu ſacramentorum.
13 De Eccleſia.
14 De virtutibus.
15 De virtutibus moralibus.
16 De reſtitutione quę eſt actus iuſtitię.
17 De officio.
18 De prædicatoribus.
19 De officio confeſſorum.
20 De officio uicariorum.
21 De pertinentibus ad culpam.
22 De culpa actuali.

Articuli Quodlibeti. XII.

1 Vtrum in Deo ſit tantum vnum eſſe.
2 Vtrum Deus poſsit facere contradictoria eſſe ſimul vera, & infinita eſſe ſimul actu.
3 Vtrum prædeſtinatio ſit certa.
4 Vtrum omnia ſubſint fato.
5 Vtrum eſſe Angeli ſit accidens eius.
6 Vtrum Diabolus cognoſcat cogitationes hominum.
7 Vtrum cœlum uel mundus ſit æternus.
8 Vtrum cœlum ſit animatum.
9 Vtrum anima perficiat corpus immediate, vel mediante corporeitate.
10 Vtrum anima ſit traducta.
11 Vtrum intellectus humanus cognoſcat ſingularia.
12 Vtrum habitus ſcientiæ acquiſitæ remaneant poſt uitam.
13 Vtrum uerba humana habeant uim ad mouendum bruta.
14 Vtrum aqua habeat uirtutem ad emundationem.

15 Vtrum

15 Vtrum non habens curam animarum poſſit abſoluere in foro confeſſionis.
16 Vtrum liceat in aliquo caſu reuelare confeſſionem.
17 Vtrum liceat appetere Epiſcopatum.
18 Vtrum compaternitas cauſetur ex præambulis ad ſacramenta.
19 Vtrum una ſit Eccleſia quę fuit in principio Apoſtolorum & quę modò eſt.
20 Vtrum veritas ſit fortior inter vinum Regem, & mulierem.
21 Vtrum accipiens doctrinam alicuius experimenti ſub iuramento non communicandi teneatur ſeruare iuramentum.
22 Vtrum virtutes morales ſint connexę.
23 Vtrum capuli propter partes poſſint expetere bona ſua ab illis qui ſunt in ciuitate manentes.
24 Vtrum ille qui mala fide præſcripſit teneatur ad reſtitutionē
25 Vtrum ille qui rem alienam conſumpſit, teneatur ad reſtitutionem.
26 Vtrum omnia quæ ſancti doctores dixerunt, ſint à ſpiritu ſancto.
27 Vtrum aliquis poſſit prædicare propriâ authoritate.
28 Vtrum aliquis prohibitus à principe ſæculari, debeat dimittere prædicationem.
29 Vtrum liceat prædicatoribus accipere eleemoſynas ab vſurariis.
30 Vtrum aliquis poſſit confeſſiones audire de indulgentia Papæ ſine voluntate proprii prælati.
31 Vtrum vicarius alicuius poſſit uices ſuas committere alteri.
32 Vtrum peccatum originale traducatur per traductionem ſeminis.
33 Vtrum conſenſus in delectationem eſt peccatum mortale.
34 Vtrum ſuſpitio ſit peccatum mortale.
35 Vtrum liceat uti ſortibus.
36 Vtrum aliquis religioſus expelli debeat propter peccatum de Religione.

FINIS.

OPVSCVLA OMNIA THOMAE DE VIO CAIETANI, CARDINALIS TITVLI SANCTI XYSTI,

In tres diſtincta Tomos,

VARIIS QVAESTIONIBVS, AC VTILISSIMIS annotationibus appoſitis, recèns aucta, atque locupletata.

QVIBVS ACCESSERE AD OBIECTA ALIQVA SANE' quàm acutæ reſponſiones, aliáque permulta, quæ ſequens Index indicabit.

ITEM TRACTATVS QVIDAM CONTRA MODERNOS Martini Lutheri ſectatores, & eorum præcipuos errores, nunquam antehac impreſſus.



AVGVSTAE TAVRINORVM.
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. 1582.
Permiſſu, quorum intereſt.

INDEX
OMNIVM TRACTATVVM
QVI IN HOC OPERE CONTINENTVR
IN TRES TOMOS DIGESTORVM.

PRIMI TOMI
tractatus.

1 De Comparatione authoritatis Pape & concilii.
2 De Comparata authoritate Papę & Concilii apologiæ, pars prima & ſecunda.
3 De Romani Pontificis inſtitutione & authoritate
4 De Attritione & contritione.
5 De confeſsione.
6 De ſatis ſactione pœnitentieli.
7 De miniſtro ſacramenti pœnitentiæ.
8 De indulgentiarum theſauro.
9 De cauſa indulgentiarum.
10 De ſuſcipientibus indulgentias.
11 De modo tradendi ſeu ſuſcipiendi ſacros ordines.
12 De contractu matrimonii.
13 De Vſu matrimonii.
14 De delectatione moroſa.
15 De indulgentiis.
16 De indulgentiis quęſtiones ſex.
17 De contritione quæſtio unica.
18 De confeſsione quęſtiones quinque.
19 De excommunicatione quæſtio vnica.
20 De iniunctis pœnitentiis quæſtio.
21 De ſigilli confeſsionis quæſtio.
24 De Pollutione ex auditione confeſsionis proueniente Q.
23 De Purgatorio quæſtiones duæ.
24 De pœnarum timore quæſtiones duæ.
25 De obligatione & obſeruatione præceptorum tã in religione, quàm extra quæſtiones duæ.
25 De ſacri ordinis collatione quæſtio.
27 De deſpenſatione matrimonii cum Occidentali eccleſie quæſtio.
28 De matrimonio quæſtio.
29 De reddendo debito inter coniuges, altero eorum exiſtente adultero quæſtio
30 De vſu ſacrarum ſcripturarum ab Eccleſia.
31 De 17. Reſponſionibus ad diuerſos factis, præcipuè ad quædam obiecta, quæ pro Martini Lutheri aſſertionibus facere uidebantur.

TOMI SECVNDI
tractatus.

1 De Conceptione beatæ Virginis.
2 De Euchariſtiæ ſacramento, & erroribus contingentibus.
3 De Celebratione Miſſæ.
4 De Velore orationum dictarum eb audientibus Miſſam in die feſto.
5 De præcepto eleemóſynæ.
6 De monte pietatis.
7 De Cambiis.
8 De vſura.
9 De ſimonia.
20 De vſu ſpiritualium rerum in peccato mortali.
11 De Voto.
12 De ſolutione maleficii, opere maleficei ad hoc parati.
13 De ſpaſmo beatæ Virginis.

TOMI TERTII
tractatus.

1 De ſex orationibus Romæ habitis.
2 De Dei glorioſi infinitate intenſiua.
3 De Potentia neutra, & natura potẽtiæ receptiuæ.
4 De Subiecto naturalis Philoſophiæ.
5 De Nominum Analegia.
6 De Conceptu Entis.
7 De Ente & Eſſentia.
8 De Solutionibus quorundam locorum ſibiinuicem aduerſantiũ in Commentariis ſancti Thomæ contentorum.
9 De Vinculo Obedientiæ.
10 De Miſſę ſacrificio & ritu aduerſus Lutheranos.
11 De Fide & Operibus aduerſus Lutheranos.
12 De Communione ſub vtraque ſpecie, de integritete confeſſionis, de Valore ſatisfactionis, de Inuocatione ſanctorum.
13 De Coniugio cum Relicta fratris.
24 De Eodem coniugio.
15 De Quibuſdam Reſponſionibus ad quoſdam articulos nomine Theologorũ Pariſiẽſiũ editos

AD NICOLAVM A FLISCO EPISCOPVM, CARDINALEM SABINENSEM, THOMAE DE VIO CAIETANI,

Tunc Ord. Prædic. generalis Magiſtri, nunc ſancti Xiſti Cardinalis, in comparationem authoritatis Papæ & concilij, Præfatio.

TAMETSI PVTO, Pater ampliſſime Fliſce, eam comparationẽ, quam nuper de Pontificis maximi eccleſiæque totius authoritate ſcripſi, à multis hac tempeſtate, quemadmodum in diuerſa ſtudia ſcinduntur, ita diſſimili ratione eſſe legendam, acceptandam, diiudicandam. omnibus tamen gratum fore puto, vel minimarum rationum, quæ ad hanc rem inuſitatam, conſentaneam tamen, his temporibus afferuntur, fieri certiores. Aduerſarijs quidem & æmulis, vt impugnent: amicis, vt ea, quæ veritatis ſunt, defendant: cæteris autem, vt præſtò ad legendum habeant quid de tanta, his temporibus concurſatione maximáque & olim ſæpe, & in præſentia contentione ſit conſtituendum. Ego Prædicatorum ordinis (Romanæ eccleſiæ, veritatíſque ſtudioſiſſimi) generalis Magiſter, hanc ſummæ authoritatis comparationem, in defenſionem quidem veritatis & ſedis Apoſtolicæ, non vt hominibus placeam (quanquam ſi id quoque aſſecutus fuero, non aſpernabor) ſed vt IESV CHRISTI veritatíſque ſeruus ſim, liberè ſcripſi, tibíque in præſentiarùm & dedico quidem rectè, & perquam libenter inſcribo: quòd ab illa ſede, quam defendo, & quam Fliſcorum ornatiſſima familia tua ornatiſſimis viris, Epiſcopis, Cardinalibus, & ſummis Pontificibus ſemper ornauit, ipſe ſis tandem ſummis honoribus exornatus. Quumque te optimum Prædicantium ordinis protectorem & conciliandæ conſeruandæque eccleſiaſticæ vnitatis, & veritatis amplificandæ vehementer cupidum eſſe ſciam, nil ambigo, quin ea, quæ pro veritate, & tãtæ authoritatis vnitate, atque concordia ex eo ordine à me tibi inſcripta dedicatáq; ſunt, grato ſis animo, & qua polles probitate & benignitate ſingulari ſuſcepturus, atque habiturus inter cętera ſempiternæ voluntatis, & obſeruantiæ erga te meæ teſtimonia. In æuum vale.

TRACTATVS PRIMVS

PRIMI TOMI THOMAE DE VIO,

CAIETANI,

CARDINALIS SANCTI SIXTI, DE COMPARATIONE

authoritatis Papæ & concilij, in vigintiocto capita diuiſus.

IN OCTO ET VIGINTI

capita de comparatione authoritatis Papæ & concilij,

SVMMARIA.

1 *Quòd Papa habeat ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei.*

2 *Opiniones aliorum de comparatione poteſtatis Petri primi Papæ, & Apoſtolorum.*

3 *Rationabilis ſententia, quòd Petro ſubiecti erant cæteri Apoſtoli.*

4 *Solutio obiectionum contra determinationẽ factam de Petri primatu ſuper alios Apoſtolos.*

5 *Rationes tenentium quòd eccleſia vniuerſalis, ſeu concilium vniuerſale habet poteſtatẽ ſupra Papam ſimpliciter, ita quòd Papa eſt illi ſubiectus.*

6 *Quis ſit ſenſus, quo quæſtio de comparatione concilij & Papæ vertitur in dubium.*

7 *Quòd Papa eſt ſupra poteſtatem & eccleſiæ & concilij vniuerſalis, vt diſtinguitur cõtra Papam.*

8 *Reſponſio ad obiectiones ſumptas ex authoritate concilij Conſtantienſis, & Baſilienſis.*

9 *Solutio reliquarum obiectionum contra authoritatem Papæ ſupra concilium factarum.*

10 *De noua quadam fictione, qua imaginantur aliqui concilium eſſe ſupra Papam.*

11 *Quòd ſecluſo Papa nõ eſt in eccleſia papatus ſuppletiuè, & ſicut in regulante vſum illius.*

12 *Quòd ſecluſo Papa, non eſt in eccleſia poteſtas legislatiua.*

13 *Quòd ſecluſo Papa, non eſt in eccleſia poteſtas applicatiua eccleſiaſticæ poteſtatis ad perſonam, niſi in caſu.*

14 *Solutio rationum contra Papam ex eo quòd eccleſia eſt totum, & authoritas illius maior, in ſex.*

15 *Opinio aliorum, quòd ſecluſo Papa, in eccleſia eſt authoritas congregandi generale concilium.*

16 *Quomodo verificatur, quòd generale conciliũ poteſt, aut non poteſt ſine Papa congregari.*

17 *Initium comparationis poteſtatis eccleſiæ & Papæ in caſu hæreſis: & primò de modo, quo Papa propter crimen hæreſis ſubijcitur concilio, ſecundum vnam opinionem.*

18 *De modo, quo Papa hæreticus ſubijcitur concilio ſecundum aliam opinionem.*

19 *Examẽ illius propoſitionis, Papa hæreticus, eſt ipſo facto priuatus Papatu.*

20 *Rationabilis ſententia, quòd Papa factus hæreticus, ſubeſt poteſtati miniſteriali eccleſiæ, & non authoritatiuè ſuper Papam.*

21 *Diſcuſſio prædictæ poteſtatis miniſterialis depoſitiuæ papæ hæretici.*

22 *Reſponſio ad rationes & authoritates allatas in capitulo decimoſeptimo ad probandũ quòd Papa hæreticus, eſt ipſo facto depoſitus iure diuino.*

23 *Quomodo cùm Papa in hæreſim lapſo, parato corrigi agendum eſt.*

24 *Opinio quòd Papa propter incorrigibilitatem in quocunque notorio crimine ſcandalizantem eccleſiam, ſubijcitur concilij poteſtati, ita quòd poteſt ab eo deponi.*

25 *Diſcuſſio & determinatio ad quam legem ſpectet determinare caſus, in quibus Papa ſubeſt iudicio concilij.*

26 *Quot caſus ſint diuina lege ſtatuti, vt poſſit concilium Papam deponere.*

27 *Reſponſio ad obiectionis factas in cap. 24. ad probandum, quòd Papa ex alio crimine quã hæreſis poteſt deponi ab eccleſia.*

28 *An in euentu aliquo Papa ſine culpa ſit a ſubſit eccleſiæ, ita quòd poſſit deponi.*

CAPUT PRIMUM.

Quòd Papa habeat ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei.

INTENDENTES Reſolutè comparare poteſtatem Papæ poteſtati eccleſiæ, & concilij vniuerſalis, primò poteſtas Papæ ſuo loco ponenda eſt: deinde comparabitur ſpecialiter Apoſtolorum authoritati: poſt eccleſiæ & cõcilij vniuerſalis abſolutè: & deinceps in caſibus, primò hæreſis, ſecundò incorrigibilitatis, & demum in euentibus, vt ſic reſolutè habeatur & ſimpliciter, & ſecundum quid. Et intendo pro ſolis viris doctis abſque vlla paſsione rationabilia tantùm dicere: ſub iudicio tamen ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ.

¶ Et ne quis putet ponere me falcem in meſſem alienam, præmitto, q̀ quia authoritas Papæ immediatè eſt a Deo, & reuelata in ſacra Scriptura, & authoritatas eccleſiæ vniuerſalis immediatè dicitur eſſe a Deo, vt Cõſtantien. concilium declarauit: ideo materia iſta primò & principaliter eſt theologorum, quorum eſt ſacram Scripturam & diuina opera ſcrutari. Secundariò autem, inquantum ſcilicet eſt in ſacris canonibus declarata, ad Canoniſtas ſpectat. Propter quod grauiter errant in hac re, Canoniſtis primò deferentes. Oportet ergo virum docilem, vtroſque Theologos & Canoniſtas in re hac perſpicere, & in ſuo quenque loco honorando theologiæ primatum dare: vtpote quæ ex proprijs poteſt hoc determinare. Canonicum autẽ, ius non niſi ad theologicam recurrat authoritatem, ſcilicet ſacræ Scripturæ, quæ vera theologia eſt.

A PRIMO Igitur Inchoando dicimus, quod certa eſt iſta propoſitio, Papa habet ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei fundaturque ſuper inſtitutione Ieſu Chriſti. Matth. 16. & Ioan. vlt. Saluator ſiquidem noſter, rex regum & dominus dominantium, quamuis potuiſſet Chriſtianam rempublicam in terris, diuerſis modis regendam diſponere, voluit tamen & ſtatuit, vt non populare, non diuitum, non potentum, non optimatum multorum, aut paucorum eſſet regimen, ſed vnius tantùm: promittens ſoli Petro, Matthæi decimoſexto. Tibi dabo claues, &c. & eidem ſoli promiſsionem exhibens, curã omnium ouium ſuarum committens, Ioan. vlt. Paſce oues meas. Comparatiua ſiquidem interrogatio, à qua ſermo incepit dicens, Simon Ioannis diligis me plus his? conuincit etiam proteruos, quòd Petro vt diſtincto ab Apoſtolis præſentibus, ad quos refertur comparatio, & non in perſona eorum loquebatur Dominus. Et licet hic textus ſufficere deberet, quoniam tunc factus eſt Petrus paſtor vniuerſalis, dum dictum eſt in præſenti, Paſce oues meas: non has vel illas, ſed indiſtinctè, vt omnes comprehenderet, vt Grego. notat. Non deſunt tamen gloſſæ Chryſoſtomi dicentis ibidem, Preteriẽs alios, Petro loquitur, Præpoſitus loco mei eſto, & caput fratrum tuorum: & Theophili dicentis, quòd cõmiſsionem ouium mundi Petro commendat, non alij. Et Leo Papa in capit. ita Dominus diſtinctione decimanona, & in ſexto de electionibus, cap. fundamenta. dicit. Ita Dominus huius muneris ſacramentum ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſsimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi à quodã capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet. Et meritò, inquit diuus Thomas in quarto contra Gentiles cap. 76. ſic Saluator noſter inſtituit, quia regimen eccleſiæ eſt optimè ordinatum: optimum autem regimen eſt vnius. Quod ex fine regiminis apparet. eſt enim finis pax, quæ in vnitate conſiſtit: & cõſtat quòd meliùs eſt cauſa vnitatis vnus, quàm multi: qui non niſi vt in vnum venientes, eam cauſant. eſt ergo eccleſiæ regimen inſtitutum, vt vnus ſolus præſit vniuerſæ reipublicæ. Et tu valde notabis aſſumptum, ſcilicet q̀ Ieſus Chriſtus inſtituit tale regimen, vt claudas ora opponentium de regali regimine inſtituto à ſenatu, ſeu populo libero. nõ enim eccleſia, aut populus Chriſtianus, aut cõcilium aliquod vniuerſale, ſed Chriſtus ipſe, qui viuit & regnat, inſtituit tale regimen: ſic vt Petrus non eccleſiæ, ſed Ieſu Chriſti vicarius eſſet, vt ex concilio Lugdunenſi in cap. vbi periculum. de electionibus, libro ſexto, patet, vbi Papa dicitur Ieſu Chriſti vicarius. Et in capitulo quamuis. diſtinctione vigeſimaprima, Pelagius Papa dicit, Sancta Romana eccleſia catholica & apoſtolica nullis ſynodicis conſtitutis cæteris eccleſijs prælata eſt, ſed euangelica voce Domini & Saluatoris, primatum obtinuit. Afferuntur quoq; in dicto capitulo contra Gentiles, multæ ad hoc propoſitum rationes, de primatu Papæ & de neceſsitate eiuſdem vltra Ieſum Chriſtum in cœlis: quas poteris ibi videre. Firmatur autem aſſerta propoſitio authoritate Martini quinti in cõcilio Conſtantienſi, vbi diffinita eſt, vt patet in bulla condemnationis Ioannis VVicleff. In concilio quoq; Oecumenico Florentino, ſub Eugenio quarto (vbi vnio Græcorum & Armenorũ cum Romana eccleſia facta eſt) habentur hæc verba, Diffinimus ſanctam apoſtolicã ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbẽ tenere primatum, & ipſum Romanum Pontificẽ ſucceſſorem eſſe beati Petri principis Apoſtolorum. & verum Chriſti vicarium, totiuſque eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem eccleſiam, à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe. Hæc ibi. Ex quibus patet propoſitionem dictam non ſolum eſſe verã, ſed contrariam eſſe erroneam, vt etiam ſanctus Thomas in tractatu contra errores Græcorum, capit. 65. & tribus ſequentibus, tangit: & pertinet ad errores Ioannis Huſs, damnatos in concilio Conſtantienſi, à Martino quinto.

CAPUT II.

Opiniones aliorum de comparatione poteſtatis Petri primi Papæ, & Apoſtolorum.

QVAMVIS Autem Papæ poteſtas Petro Apoſtolo primùm collata, oſtenſa ſit ſuprema: non deſunt tamen qui Apoſtolos reliquos parem poteſtatẽ accepiſſe à Chriſto arguant. Et vt veritas clariùs eluceſcat, ſcito quòd in hac re duo dubia inuoluuntur: quæ ſi ſeparentur, perſpicuam magis ſortientur veritatem. Alterum dubium eſt de æqualitate poteſtatis Petri, & aliorum Apoſtolorum. Alterum de modo habendi poteſtatem: an ſcilicet omnes immediatè habuerint eam à Ieſu Chriſto, an ſolus Petrus immediatè à Chriſto, alij verò ab eodem mediante Petro.

¶ Et quò ad vtrunque dubium, duæ ſunt opiniones extremæ. Prima eſt dicentium, q̀ omnes Apoſtoli parem poteſtatẽ a Ieſu Chriſto immediatè habuerũt. Et hi vtrunque ſimul multipliciter probant ex ſacra Scriptura. Primò ex eo, quòd Matth. 18. Saluator

omnibus

omnibus Apoſtolis replicauit quod ſoli Petro dixerat in ca.16.ait enim. Quæcunque ſolueritis ſuper terram,&c. Et verbum illud Ioan.vlti. dictum Petro, Paſce oues meas. omnibus Apoſtolis in ſententia dictum eſt: quoniam paſcere tripliciter ſit, doctrina, vita, & correctione. Hæc autem omnia omnibus dicta ſunt Apoſtolis. Primum Matt. vltimo, Docete omnes gentes. Secundum Matth. 5. Vos eſtis lux mundi: ſic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. Tertium Ioan. vltimo, quorum remiſeritis peccata, &c. Secundò ex 2. capit. ad Gal. vbi Paulus dicit, quòd Hieroſolymis Petrus & alij Apoſtoli nil ſibi contulerunt, nec doctrinæ, nec poteſtatis, vt ibidem bis habet ſanct. Tho. ſed dederunt ei dextras ſocietatis: & quòd in Antiochia reſtitit Petro in faciem, quia reprehẽſibilis erat. Hæc enim non ſunt inter ſuperiorem & ſubditos, ſed potiùs inter ſocios. In Actibus Apoſtolorum, 8. cap. legimus, quòd Apoſtoli miſerunt Petrum & Ioannem in Samariam. Conſtat autem, quòd maior non eſt qui mittitur, mittente: iuxta illud, Non eſt ſeruus maior domino ſuo, nec apoſtolus maior eo, qui miſit illum, Ioan. 13. Et confirmatur hoc authoritate ſanctorum canonum. Primò Anacleti Papæ, diſtin. 21. capit. in nouo. Cæteri Apoſtoli, inquit, cum beato Petro pari conſortio prædìti, & honorem & poteſtatem acceperunt. Secundò, Cypriani in c. loquitur Dominus. 24. quæſtio. prima. Hoc cæteri Apoſtoli erant quod Petrus fuit, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis. Tertiò, Hieronymi ſuper epiſtolam ad Galatas, & habetur 2. quæſt. 7. canone, Paulus. Paulus Petrum reprehendit, quòd non auderet, niſi ſe non imparem ſciret.

¶ Altera extrema opinio eſt, diſcordantium in vtroque, & dicentium, quòd nec parem poteſtatem, nec immediatè à Ieſu Chriſto omnes Apoſtoli acceperũt poteſtatem: ſed ſolus Petrus immediatè à Domino Ieſu Chriſto poteſtatem accepit, & omnes ei ſubiecti fuerunt, ab ipſo poteſtatem habentes. Et de modo quidem habendi poteſtatem, ſcilicet quòd ſolus Petrus habuit eam à Domino Ieſu immediatè, probant in communi quidem ex textu Anacleti, diſtin. 21. in nouo. Petro primo pontificatus in eccleſia Chriſti datus eſt. In ſpeciali autem quò ad poteſtatem ordinis, non ſacerdotalis (hanc enim conſtat habuiſſe omnes immediatè à Chriſto in cœna dicente, Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis, quò ad actum celebrandi miſſas: & poſt reſurrectionem, quò ad actum abſoluendi in ſacramento pœnitentiæ, dicente, Accipite Spiritum ſanctum quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis, &c.) ſed epiſcopalis, probant ex conſecratione Iacobi & Pauli ac Barnabæ. Iacobus enim ordinatus fuit archiepiſcopus Hieroſolymitanus à Petro, & Iacobo, & Ioanne: vt dicitur in can. porro. diſt. 66. Et Paulus & Barnabas ordinati ab alijs fuerunt. Dicitur enim Actuum 13. Dixit Spiritus ſanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabã, &c. Et ſubiungit, Imponẽtes eis manus, dimiſerunt. gloſſa. in modum ordinãdorum, & in ca. ꝙ die dominico. diſt. 75. Quod ad poteſtatem verò iuriſdictionis (cùm nullibi clariùs appareat, quàm Matth. 18. vbi Apoſtolis dicit Dominus Ieſus, Quæcũq; ſolueritis ſuper terram &c.) probant ex hoc, ꝙ Chriſtus ſoli Petro dixerat, Quodcunque ſolueris, &c. Matth. 16. Ex ipſo, inquiunt, ordine promiſſionum inſinuat, quòd poteſtas ligandi & ſoluendi ordine quodam exhibenda erat, vt ſcilicet per Petrum ad alios deriuaretur: vt ſanct. Tho. in 4. cõtra Gent. ca. 76. & in 4. ſent. diſt. 24. quæſt. vlti. dicit. Affertur quoq; authoritas Leonis ſupra inducta ex can. ita Dominus. diſtin. 19. clarè dicentis, ꝙ Chriſtus hoc diſpoſuit, vt ab ipſo Petro quaſi à quodã capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet.

De æqualitate verò poteſtatis Apoſtolorum quatuor inuenio expoſitiones, ſuſtinentes cum hoc Petri authoritatem ſuper omnes. Prima diſtinguit poteſtatem ordinis & iuriſdictionis: & omnes dicit eſſe æquales in poteſtate ordinis, ſicut omnes epiſcopi ſunt æquales tali poteſtate. Petrus autem ſuper omnes dicitur poteſtate iuriſdictionis. Secunda dicit, quòd omnes Apoſtoli fuerunt in poteſtate iuriſdictionis pares, id eſt, ſimiles. Probaturque in Scriptura paritatem pro ſimilitudine ſumi, ex Leui. 18. Cauete ne vos ſimiliter euomat, cum paria feceritis. gloſſ. id eſt, ſimilia. Tertia (& eſt ſanct. Thom. in ſecunda ſecundæ, quæſtio. 33. artic. 4. ad ſecundum) quòd fuerunt pares aliquo modo quantum ad fidei defenſionẽ. Inquit enim ſic, coram omnibus Paulus Petrum non reprehendiſſet, niſi aliquo modo par eſſet quantum ad fidei defenſionem. Quarta eſt eiuſdem ſuper epiſtolam ad Gala. cap. ꝙ Apoſtoli fuerunt æquales, quãtum ad exequutionem authoritatis. At enim, Apoſtolus, ſcilicet Paulus fuit par Petro in exequutione authoritatis, non autem in authoritate regiminis.

CAPVT III.

Rationabilis ſententia, quòd Petro ſubiecti erant cæteri Apoſtoli.

ALLATIS Duabus extremis opinionibus, media mihi via incedendum occurrit, & dicendum, ꝙ Apoſtoli inter ſe poſſunt comparari dupliciter. Primò, inquantum Apoſtoli: & ſic omnes fuerunt æquales. Alio modo inquantum oues Chriſti, ab eo hic corporali conuerſatione ſeparatæ: & ſic Petrus ſolus eſt paſtor, et reliqui Apoſtoli, oues ſub illius cura. Sed quia non ſufficit dicere, ſed oportet declarare et probare ſic eſſe, vt dicimus, declaro primò dignitatem et poteſtatem apoſtolatus. Scribitur in primis Luc. 9. cap. quòd conuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem et poteſtatem ſuper omnia dæmonia, et vt languores curarent: et miſit illos prædicare regnum Dei, et ſanare infirmos. Matth. quoque vlt. legitur, quòd eiſdem Dominus dixit, Euntes in mundum vniuerſum, docete omnes gentes, baptizantes et docentes ſeruare omnia quæ mandaui vobis. In prima quoque epiſtola Pauli ad Corin. 12. cap. legitur. quòd Deus poſuit in eccleſia primùm Apoſtolos. vbi glo. interlinearis in verbo, primùm, dicit dignitate et tempore. Et in verbo, Apoſtolos, dicit, omnium ordinatores et iudices. In decre. diſtinct. 68. ca. quorum vices. dicitur ex Aug. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filij nati ſunt & cõſtituti Epiſcopi. Et in concilio Oecumenico Florentino ſub Eugenio 4. inter documenta fidei de miniſtro confirmationis habentur hæc verba. Hanc ſcilicet confirmationẽ non niſi epiſcopus debet conferre: quia de ſolis Apoſtolis legitur (quorum vicem tenent Epiſcopi) quòd per manus impoſitionem Spiritum ſanctum dabant. Diuus Tho. ſuper præallatis verbis ex prima epiſtola ad Corint. 12. capit. dicit hæc verba, Maiores autem miniſtri in eccleſia ſunt Apoſtoli: ad quorum officiũ tria pertinent. Quorum primum eſt authoritas gubernandi fidelem populum, quæ propriè pertinet ad officium apoſtolatus: ſecundò facultas docendi: tertiò poteſtas miracula faciendi ad confirmationem doctrinæ. Hæc ille. Et poſtquàm ſubiunxit, quod tertium horum ordinatur ad ſecundum, & ſecundum ad primum, ſubdit, Deus poſuit primum Apoſtolos, quorum regimini commiſit eccleſiam. Et tripliciter probat. Primò per illud Luc. 22. Et ego diſpono

vobis,ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum. Secūdò,per illud Apoca.21.Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim,& in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum. Tertiò, per illud ad Rom. 8. Nos ipſi primitias Spiritus habentes. maiori enim gradui maior datur gratia.

¶Ex his omnibus facile eſt videre, quòd Apoſtoli,inquantum Apoſtoli, habuerunt non ſolùm poteſtatem ordinis, ſed iuriſdictionis. Authoritas enim gubernandi eccleſiam, quæ eſt apoſtolatui propria,ſine iuriſdictionis poteſtate non eſt. Et ſi huic adiunxeris,ꝙ non habuerunt apoſtolatum à Chriſto mediante Petro,ſed immediatè ab ipſo Ieſu Chriſto,iuxta illud Ioan.20. Sicut miſit me pater,& ego mitto vos:& Matthæi 10. & Marci 3. & Lucæ 6. patet, ꝙ ipſe fecit eos Apoſtolos. Et ad Galat.1. Paulus probat ſe Apoſtolum: quia neque ab hominibus, neq; ab homine tam mittente,quàm docente eſt Apoſtolus, Soluens vtrunque dubium,ſcilicet & de poteſtatis æqualitate,& de modo habendi: ꝙ ſcilicet Apoſtoli quantùm ad apoſtolatus authoritatem fuerunt æquales ſimpliciter, & quòd hanc poteſtatem habuerunt à Ieſu Chriſto immediatè, ſicut & apoſtolatum. Dixi autem ſimpliciter, quia ſecundum quid nihil prohibet, vnum Apoſtolum habere apoſtolatum digniorem altero, vt Paulus alijs: iuxta gloſſ.interlinearem ad Galat.1. in verbo, Qui ſuſcitauit eum à mortuis, dicentem in perſona Pauli, Et ita digniùs me conſtituit per immortalem Chriſtum, quàm alios per mortalem: & gloſſa, marginalem ex Auguſt. in libro Retractionum ex eadem radice. Propter quod Diuus Thomas ibidem dicit, Paulum ad dextram, & Petrum ad ſiniſtram in bullis papalibus imprimi. Dignitas enim iſta ex parte ſtatus vocantis, quia ſcilicet eſt immortalis, non facit vocatum Apoſtolum maiorem ſimpliciter, ſed quo ad hoc.

Si autem Conſideremus, quòd etiam ipſi Apoſtoli oues erant Chriſti, à quo ſtatutum eſt, vt ſit vnum ouile & vnus paſtor, ſic Petrus inuenitur ille vnus paſtor,cui dictum eſt, Paſce oues meas, non has vel illas:& reliqui inueniuntur vnius ouilis oues. In cuius ſignum Petrus ſtatim factus paſtor, curam Ioā. ſuſcepit, interrogans de eo, Hic autem quid? vt patet Ioannis vltimo. Quomodo autem verificari poſſunt,hæc duo ſimul,quòd ſcilicet omnes Apoſtoli fuerunt pares in authoritate gubernandi eccleſiam, atque à Ieſu Chriſto eam immediatè habuerunt, & quòd Petrus ſolus fuit inſtitutus paſtor vniuerſalis eccleſiæ, et maior authoritate ſuper alios Apoſtolos,ita quòd ab ipſo capite in totum eccleſiæ corpus poteſtas deriuata eſt: difficile apparet prima fronte, ſed ſi ſubtiliter contemplati fuerimus,videbimus de facto omnia vera ſimul fuiſſe. Sciendum eſt itaque, quòd ſicut in natura dupliciter aliqua fiunt, ſcilicet naturaliter, vt cum homo generat hominem, & infirmus ex virtute naturæ ſanatur: & ſupernaturaliter,ſicut cum homo creatus eſt à Deo, et infirmus miraculo ſanatur. Ita in eccleſia duplici quoque modo aliquid fit, ſcilicet ordinariè, vt cum ſeruato iuris ordine creatur Epiſcopus: et de ſpeciali gratia à principe,vt ſi ſtatim aliquis crearetur Epiſcopus: vt de Ambroſio contigit. Vtroque autem modo princeps noſter Ieſus Chriſtus in primitiua eccleſia vſus eſt. nam in inſtitutione eccleſiaſtici regiminis ordinatio iure perpetuo ſeruandi monarchicum, id eſt, vnius principatum inſtituit,et poſuit Petrum caput vnum totius corporis eccleſiæ, à quo in omnes poteſtas iuriſdictionis, et ordinis ordinariè deriuaretur. Et hoc intendunt omnes ſacri authores,cum dependentia omnium à Petro doctrinam tradunt. In erogando verò ex ſpeciali gratia, ſicut præuenit Petrum in conferendo poteſtatem ordinis (dum ipſe Dominus per ſeipſum etiam alios Apoſtolos fecit ſacerdotes in vltima cœna,et cōfeſſores poſt reſurrectionem,et ſacramentum confirmationis in die Pentecoſtes) ita præuenit eundem in dando authoritatem gubernandi ordinandi,iudicandique eccleſiam,vt ex allatis patet authoritatibus. Et quemadmodum nihil obſtat maioritati ipſius Petri capitis, ꝙ alij non habuerunt ab ipſo poteſtatem ordinis (quia hoc non fuit ex defectu poteſtatis in Petro,aut exemptione aliorum ab ipſo, ſed ex præuentione ſuperioris, qui prius dedit id ſubditis Petri ex gratia,quod ordinariè dandum erat eiſdem à Petro) ita etiam nihil officit excellentiæ poteſtatis iuriſdictionis Petri ſuper omnes ꝙ eius ſubditis Saluator ſuperior omnibus dedit illam poteſtatem ex gratia, quam à Petro per viam ordinariam erant accepturi. Modus itaq; varius dandi & accipiendi poteſtatem clarificat veritatem. In Petro enim, & a Petro inchoat omnis eccleſiæ poteſtas, & deriuatur in totam eccleſiam via ordinaria: & rurſus aliqui Petro ſubditi plures poteſtates acceperunt à Chriſto immediatè,quas à Petro accepturi erant via præuentionis gratuitæ. Et ſic eccleſia vna ſub vnico tantum capite, Petro ſcilicet, & habet Apoſtolos omnes, immediatè à Chriſto poteſtatem ordinis & iuriſdictionis habentes ex gratia præueniente:& habet Petrum ſolum caput Apoſtolorum cæterorum & omnium, à quo in Apoſtolos aliquos,& in omnes ordinariè poteſtas ordinis & iuriſdictionis deriuanda eſt. Sunt ergo ſimul vera quæ aduerſari ſibinuicem videbantur.

¶Et vt Clarius eluceſcant dicta,ſcito quinque eſſe differentias inter poteſtatem Petri, & aliorum Apoſtolorum Prima eſt in modo dandi & accipiendi: quia Petro data eſt ordinariè, alijs autem ex ſpeciali gratia, vt explanatum eſt. Secunda eſt in officio (& ſequitur ex prima) ꝙ Petrus factus eſt vicarius generalis Ieſu Chriſti,alij vero facti velut legati,ſeu delegati eius: iuxta illud Pauli 2.ad Cor.5. Legatione pro Chriſto fungimur.& ad Epheſ.vlt. Legatione fungor in catena iſta. Et hoc ipſum Apoſtoli nomen importat,à miſſione ſumpt: quamuis extenſo vocabulo in præfatione dicantur vicarij. Tertia eſt in obiecto poteſtatis, ꝙ aliorum poteſtas iuriſdictionis non erat ſupra ſeinuicem, ſed ſuper alios: Petri vero poteſtas erat & ſuper alios,& ſuper ipſos reliquos Apoſtolos, dicente ſibi ſoli Chriſto, Paſce oues meas: in quarum numero ſine dubio erant Apoſtoli. Vbi Chryſoſt. dicit in perſona Chriſti ad Petrum, Loco mei præpoſitus eſto,& caput fratrum tuorum. Quarta eſt in perpetuitate poteſtatis: quia aliorum poteſtas finienda erat cum vita eorum: quoniam data eſt eis in perſonis proprijs pro ſolis perſonis proprijs, & non pro eorum ſucceſſoribus. Petri verò poteſtas vſque ad conſummationem ſeculi perſeuerat: quia data eſt ſibi in perſona propria non ſolùm pro ſeipſo,ſed omnibus ſucceſſoribus ſuis: quod ſancti doctores exprimunt ſub alijs verbis, dicendo, ꝙ data eſt Petro in perſona eccleſiæ. Et ex hac differentia oritur, quòd nullus eſt ſucceſſor Ioannis, aut Iacobi,nec etiam Pauli Apoſtoli in authoritate apoſtolatus vniuerſalis gubernationis eccleſiæ, ſicut Apoſtoli gubernabāt vbiq; ſed tātum in poteſtate ordinis & regiminis voius certæ Eccleſiæ ſuccedūt Epiſcopi: ſed ſolius Petri ſucceſſor eſt & dicitur Papa, vt patet in allegatis ſuperius. Quinta & vltima pro nunc eſt in ipſa eſſentia poteſtatis: quoniam authoritas communiter Apoſtolis data, ex vi apoſtolatus fuit velut potentia executiua, vnde & à Sancto Thoma vocatur authoritas gubernandi: gubernatio enim executionem ſonat, Auctoritas verò data ſoli Petro quum factus eſt Papa, dicente Chriſto,

Paſ.n

Paſce oues meas,eſt,potentia præceptiua : & propterea vocatur à Sancto Thoma authoritas regimini. Propter quod dixit S. Thom. paulus fuit par Petro in executione,nó in authoritate regiminis, ad Galat. s. & ad Cor.12.eccleſiæ regimen quòd ſonat executionem,non authoritatem regiminis, quod ſonat imperium, commiſſum dicit Apoſtolis. Vnde & in præfatione non appellantur vicarij abſolutè,ſed vicarij operis : dicente eccleſia ad Deum de Apoſtolis, Quos operis tui vicarios, quaſi diceret vicarios ad exequendum, Verumtamen quia vnum pro alio quandoq; poni poteſt,ſi etiam inueniretur paritas in authoritate regiminis, piè exponendum eſſet pro executiua potentia dedit enim Saluator omnibus Apoſtolis communiter vt exequi poſſent in eis,ad quos mittebãtur, omnia quæ poterat exequi Petrus : puta inſtituere eccleſias, & Epiſcopos,docere,excommunicare, &c.Petro autem abſolute dedit poteſtatem omnium. Et ſic Paulus aliquo modo, id eſt executiuè erat par Petro quantum ad defenſionem fidei :vt 2a Secunda ſecundæ dictum eſt. Et ſi non penetras differentiam hanc inter poteſtatem executiuam & præceptiuam, vide illam in exemplo. Epiſcopi habent officium prædicandi,& fratres Prædicatores habent etiam officium prædicandi (cùm ad hoc inſtituti ſint) ſed differenter: quia Epiſcopi ex propria authoritate hoc faciunt, fratres verò Prædicatores authoritate Papæ delegantis eis id officium, hanc prædicationis exercendæ poteſtatem. Sic enim proportionaliter de poteſtate gubernandi eccleſiam in Petro & alijs Apoſtolis fuit : Petrus enim ex propria ſui pontificatus officij authoritate gubernabat, alij verò Apoſtoli ex priuilegio Domini delegantis eis gubernationis officium. Nunc ſupereſt reſpondere obiectis in ſequenti capitulo.

CAPVT IIII.

In quo ſoluuntur obiectiones contra determinationem factam de Petri primatu ſuper alios Apoſtolos.

VT autem ordinatè ſatisfiat obiectis, primò ad primò inductas obiectiones: & ſic deinceps reſpondebitur.

¶ Ad authoritatem ergo ex Matth.18. dicitur, quod in verbis dictis Petro ſoli cap.16. & in verbis dictis omnibus, cap.18.perſpicienda ſunt duo, ſcilicet ordo & poteſtas data. Ordo fuit, quòd prius Petro ſoli eſt dictum, Quodcunque ſolueris : & deinde omnibus. Et ex hoc ordine inſinuat Dominus ordinarium progreſſum poteſtatis ſoluendi & ligandi,quòd ſcilicet à Petro ad cæteros deriuanda eſt propter vnitatem capitis & corporis eccleſiæ : vt ex authoritatibus ſancti Thomæ allatis ex 4. contra Gent.& 4. ſent. apparet. Poteſtas data fuit,vt dictum eſt,ad gubernatiuam eccleſiæ poteſtatem pertinens, & æqualis modo dicto. Et ex hoc oſtendit Dominus, quòd ipſe ex gratuita præuentione dare voluit Apoſtolis. Ambo igitur ſimul conſiderata oſtendunt magis quod dicimus eſſe verum.

¶ Ad illud Ioannis vltimo,quamuis malè probetur,quòd correctio iuriſdictionalis ſit commiſſa omnibus per illud. Quorum remiſeritis peccata : quoniam hęc verba ad correctionem fori pœnitentiæ ſpectant: quia tamen poſſet probari per illud Mathæi decimooctauo. Quæcunque ſolueritis : vbi Saluator loquitur de exteriori iuriſdictione, quis eccleſiam non audiens ſit ethnicus & publicanus. reſpondetur quòd in veritate Saluator illa verba etiam quò ad ſenſum, Paſce oues meas,ſoli Petro dixit,vt probatum eſt. Et quòd ſi inuenitur aliquid ſimile commiſſum Apoſtolis (puta paſtorale officium) vt ex eodem fundamento dicatur, quòd nulli commiſſæ ſint oues Chriſti indiſtinctè, vt comprehendantur omnes, niſi Petro: alijs verò commiſſæ ſunt oues determinatè, ſaltem hac determinatione, ſcilicet aliæ ab ipſis Apoſtolis, ſaltem Petro. Et propterea alij poſſunt dici delegati paſtores iuxta illud præfationis. Quos operis tui vicarios eiſdem contuliſti præeſſe paſtores : quaſi diceret, quòd gregi tuo contuliſti Apoſtolos præeſſe paſtores, vt vicarios operis tui id eſt miſſos,vt vice tua ad executionem operis tui. Petrus autẽ creatus eſt paſtor ouium Chriſti abſolutè & vniuerſaliter,dicente Chriſto ipſi ſoli, Paſce oues meas. Vnde (vt vnico verbo dicatur) plus datum eſt per hæc verba Petro, quàm per quæcunque alia ſimul congregata cæteris : quia authoritas regiminis vniuerſalis ſimpliciter hic clauditur : quamuis totum paſtorale officium executiuè conceſſum ſit omnibus Apoſtolis.

¶ Ad authoritatem ex ſecundo capit. ad Gal. iam patet,quòd nil doctrinæ aut poteſtatis accepit Paulus à Petro,non ex defectu poteſtatis in Petro,ſed ex prę uentione gratuita, qua à Domino Ieſu habuit poteſtatem & ſcientiam. vt ipſemet in 1.cap.dixerat, Dextras autem ſocietatis propter vnitatem fidei, quam docebant: non ſolum namque ſocij, ſed fratres in vnitate fidei ſumus: iuxta illud Matt.23. Omnes vos fratres eſtis. Quomodo vero in faciem reſtitit, vt patet, iam declaratum eſt, quòd de paritate in executione officij defenſiui fidei intelligitur.

¶ Ad illud verò, quòd in Actibus Apoſtolorum Petrus & Ioannes miſsi ſunt,facilè patet ex Theologis in primo ſen.diſt.15.reſponſio, quòd non oportet mittentem eſſe maiorem miſſo. Et nihilominus in propoſito miſsi dicuntur conſilio vel amore, non authoritate aliorum.

¶ Ad authoritates Anacleti, Cipriani, & Hiero. Iam patet quid dicendum ex fundamento iam poſito. Vnde vir docte,quia non vagando, ſed ex eadem radice omnia ſoluuntur, teſtimonium habes quòd doctrina hæc vera eſt. Vero enim omnia conſonant : & oportet ex quo quid eſt res, omnes difficultates proprias ſoluere : vt Philoſophus dicit 4.Phi. Ex eadem quoque radice patet de poſitione aliorum, quam recitauimus circa modum habendi poteſtatem à Chriſto immediatè. Patet inquam de poteſtate ordinis, quòd nihil refert an Dominus Ieſus præuenerit Petrum in faciendo omnes Apoſtolos epiſcopos (vt gol. in can. porrò. diſt.66. ſentire videtur contra textum) an eos ordinandos Petro reliquerit: vt præallegata ſonant. Si enim Petro hoc dimiſit, ordinatiuum progreſſum poteſtatis ordinis in ſtatuto curſu non præuenit,& ſi ipſe ordinauit per ſeipſum, gratuita præuentione,non reuocatione ſtatuti ordinis hoc fecit. De poteſtate verò iuriſdictionis, iam dictum eſt quòd gratuita præuentione per ſeipſum eam omnibus exequendam dedit, qui in ordine dandi, ſeu promittendi, ordinarium progreſſum deriuationis illius ad alios per Petrum fore ſtatuit : vt allatæ authoritates docent.: Ex his omnibus clarè liquet,quòd Petrus ſolus princeps caput & paſtor eſt Apoſtolorum, & quòd ei ſubditi fuerunt Apoſtoli, vt oues paſtori, & quòd ordinaria via ab ipſo poteſtatem ſortiti erant ordinis & iuriſdictionis, licet gratuita præuentione poteſtatem iuriſdictionis executiuam æqualem a domino immediatè habuerint. poteſtatem autẽ ordinis epiſcopalem immediate vel mediatè, omnes etiam a Domino habuerũt

æqua-

æqualem. Et ſi prædicta perſpicaciter intuitus fueris, videbis quòd Petrus licet Apoſtolus & Papa fuerit ſimpliciter maior cæteris: Linua tamē, Cletus aut Clemens non ſic ſe habebat ad Ioannē Apoſtolū & Euangeliſtam, qui viuebat, ſed aliquo modo vt par, & excedens, & exceſſus. Erant enim pares in poteſtate execotiua regiminis eccleſiæ, pro quanto Ioannes poterat ex Apoſtolatu exequi quicquid poterat Papa. Erat Papa excedens in authoritate regiminis, ſicut de Petri authoritate dictum eſt: quia illius erat ſucceſſor, & Ieſu Xpi vicarius ipſe, non Ioānes. Erat & exceſſus in dignitate Apoſtolatus: quia Ioannes erat Apoſtolus, Linus autem, aut Clemens non. Et quia Apoſtolis non Papæ condendi libros ſacræ Scripturæ conceſſum eſt, dicente illis Domino, quòd Spiritusſanctus doceret eos omnia, & omnem veritatem: vnde Augu. de conſenſu Euange. Lucas & Marcus ſcripſerunt illo tempore, quo ab ipſis in carne manentibus Apoſtolis probari meruerunt: ideo præualuiſſet ſententia Ioan. ſententiæ Clementis Papę in doctrina fidei & morum: ſicut modo præualet Euangelium Ioannis ſententiæ cuiuſcunque Papæ & totius eccleſiæ. Nec obſtat illud Aug. Euangelio non crederem, niſi me authoritas eccleſiæ admoneret: quia ipſe Ioannes, & ſimiliter quilibet Apoſtolus eccleſia erat Ieſu Chriſti authoritate: teſtante hoc ipſo Ioanne, qui de ſeipſo loquens capit. vlt. dicit in perſona eccleſiæ, quam authoritate Chriſti gerebat: Et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. Ea quo nanque conſtat Apoſtolorum aliquē ſcripſiſſe ad doctrinam eccleſiæ, eccleſiæ authoritatem habet.

¶ Ex his autem patet quòd duarum extremarum opinionum, ſcilicet dicentis, quòd omnes Apoſtoli eodem modo ſint inſtituti à Chriſto vicarij ſui: & dicentis, quòd Chriſtus immediatè ſoli Petro dedit poteſtatem iuriſdictionis, neutra videtur vera: quamuis iſta ſecunda ſit non reprobanda, ſed exponenda. Media autem via ſola vera eſt, quā declarauimus, ſcilicet quòd ſolus Petrus habuit vicariatum Ieſu Chriſti, & ſolus immediatè poteſtatē iuriſdictionis ordinariæ à Chriſto accepit: ita quòd ab eo alij ordinario iure acceptori erant, & ei ſunt ſubiecti: & hoc enim modo verificatur ſecunda opinio. Et cum hoc Ieſus Chriſtus dominus iuris, præueniendo, delegauit cæteris parem in exequendo poteſtatem (vt dictum eſt) & hoc veritatis habet prima opinio. Sequere ergo medium.

CAPVT V.

In quo ponuntur rationes tenentium, quòd eccleſia vniuerſalis, ſeu concilium vniuerſale habet poteſtatem ſupra Papam ſimpliciter, ita quòd Papa eſt illi ſubditus.

EXAMINATA Comparatione poteſtatis Papæ ad Apoſtolos ratione ſui apoſtolatus, comparanda modo eſt Papæ poteſtas eccleſiæ vniuerſalis ſeu concilij vniuerſalis poteſtati: nunc quidem abſolutè, poſtmodum verò incontribus & caſibus, vt promiſimus. Et quoniam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, afferam primò rationes primarias, in quibus conſiſtit vis: quibus probatur Papam ſubeſſe eccleſiæ, ſeu concilij vniuerſalis iudicio. Et ne contingat ſæpius eccleſiam & concilium iungere, pro eodem ſumantur: quoniam non niſi ſicut repræſentans, & repręſentatum diſtinguuntur

¶ Fundant igitur hi conſtitutionem dictam primò in actis concilij Conſtantienſis ſub Ioanne 23. anno Domini 1415. vbi in ſeſſione quinta habita die 6. menſis Aprilis ſic legitur. Hæc ſancta ſynodus declarat, quòd ipſa in Spiritu ſancto legitimè congregata, concilium generale faciens, & eccleſiam catholicam repręſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet: cui quilibet cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur, in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem dictæ eccleſiæ in capite, & in membris. Hæc ibi. Et ſubiungitur aliud decretum in hæc verba, Item declarat, quòd quicunque cuiuſcunque conditionis, ſtatus, dignitatis, etiam ſi papalis, qui mandatis, ſtatutis ſeu ordinationibus aut præceptis huius ſacræ ſynodi, & cuiuſcunque alterius concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus factis vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pęnitentiæ ſubiiciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia ſi opus fuerit recurrendo. Hæc ibi. Ex quibus habentur tria: Primò, quòd concilium vniuerſale habet authoritatem à Ieſu Chriſto immediatè. Secundò, quòd Papa tenetur ei obedire. Tertiò quòd ipſa ſynodus habet poteſtatem coactiuam ſupra Papam, dum punitioni eum ſubiicit.

¶ Confirmatúrque eadem ſententia per concilium Baſilienſe celebratum anno Domini 1431. ſub Eugenio quarto: vbi reſumpta ſunt hæc decreta in ſeſſione ſecunda, & 18. Deinde in condemnatione errorum Ioannis Vuicleff. in eodem concilio Conſtantienſ. ſeſſione octaua, & poſtmodum per Bullam Martini quinti, ſacro approbante concilio firmata ibidem. Vbi inter alia ſic damnatur articulus iſte, ſcilicet, Non eſt de neceſſitate ſalutis credere Roman. eccleſiam eſſe ſupremam inter alias eccleſias. error, ſi per Romanam eccleſiam intelligatur vniuerſalis eccleſia, aut concilium generale, aut pro quanto negaret primatum ſummi Pontificis ſuper alias eccleſias particulares. Hæc ibi. Ex qua condemnatione habetur, quòd concilium vniuerſale eſt ſuprema eccleſiarum, & conſequenter eſt ſuperior eccleſia Romana, quæ eſt vna eccleſiarum. Et confirmatur hanc eſſe intentionem Patrum: quia faciunt differentiam inter primatum concilij & ſummi Pontificis: quoniam de concilio dicunt ſimpliciter, quòd eſt ſuprema inter alias eccleſias. De ſummo verò Pontifice dicunt quòd habet primatum reſpectu eccleſiarum particularium.

¶ Fundant quoque hoc idem in Euangelio & doctoribus: ex eo quòd claues regni cælorum, officium paſtorale & poteſtas ligandi atque ſoluendi, eccleſiæ data ſunt dupliciter, ſcilicet authoritatiuè & finaliter. Et quòd authoritatiuè eccleſia ipſa hæc habeat, teſtatur in primis Matthę 18. capitu. vbi poſtquam Dominus dixerat, Dic eccleſiæ: & ſi eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus: ſtatim ſubdit, Amen dico vobis quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Vbi manifeſtè eccleſiæ hanc contulit poteſtatem vniuerſalem: ad hoc enim illa verba ſubdidit Dominus (vt Hieronymus ibidem dicit cum Hilario) ne priuata authoritate reputaretur, non audiente eccleſiam ethnico & publicano, ſed diuina authoritate eccleſiæ collata.

¶ Teſtatur deinde Aug. ſuper Ioan. (vt habetur 24. q. 1. can. quodcunque.) vbi concluditur quòd Petrus quādo claues accepit, eccleſiam ſanctam ſignificauit. Et rurſus ſermone 10. ſuper Ioan. loquēs de poteſtate ligandi & ſoluendi, dicit. Hoc Petrus cum omnibus

tanquam perſonam gerens ipſius vnitatis accepit. Et iterum in ſermone Apoſtolorum Petri & Pauli, Petrus totius eccleſiæ geſtabat perſonam, & propterea audire meruit, Tibi dabo claues regni cælorum. Has enim claues non ipſe vt homo vnus, ſed vt vnitas accepit eccleſiæ. Et in libro de Agone Chriſtiano, Non ſine cauſa inter Apoſtolos, eccleſię catholicę perſonam ſuſtinet Petrus. Huic enim eccleſiæ claues datæ ſunt, cùm Petro datæ ſunt. Et cùm ei dicitur, ad omnes dicitur, Amas me? Paſce oues meas.

¶ Et confirmatur hoc ratione. Quia non minus iuris habet eccleſia in clauibus ſibi datis à Ieſu Chriſto, quàm in rebus, ſed dominium rerum temporalium principaliter eſt in eccleſia: cùm etiam Papa non ſit dominus, ſed diſpenſator rerum eccleſiæ, vt ſanctus Thomas dicit in 22.q.100.art.primo, ad ſeptimum. ergo eccleſia principalius habet claues quàm Papa. Et confirmatur hoc rurſus. Quia cùm rectum ſit iudex ſui & obliqui, & eccleſia vniuerſalis adeò ſit recta, vt errare non poſſit (vt patet) Papa autem errare poſſit etiam in fide (vt patet 40.di.c.ſi Papa) conſequens eſt, quòd eccleſia excellentius & prius habeat claues, quã Papa: imò quòd habeat etiam vt iudex Papæ.

¶ Quod autem finaliter eccleſiæ datæ ſint claues, patet ex ſecundæ ad Corinth. decimotertio, Poteſtatẽ mihi Dominus dedit in ædificationem, & non deſtructionem. Et S. Tho. in tract. contra impugnantes religionem, expreſsè tenet quòd poteſtas iuriſdictionis prælatorum eſt propter bonum ſubditorum: & propterea nulla iniuria fit prælato inferiori, puta Epiſcopo, quando eximitur ab eo Abbas propter bonum eccleſiæ. Ex quibus ſequitur, quòd Papa eſt propter eccleſiam, & non econuerſo, & conſequenter claues Papæ datæ ſunt propter eccleſiam finaliter.

¶ Fundant & tertio idem ſuper principiis naturaliter per ſe notis. Omne, inquiunt, totum eſt maius ſua parte: eccleſia vniuerſalis eſt totum, & Papa pars: ergò eccleſia vniuerſalis maior eſt Papa. Proceſſus bonus. Et maior eſt principium per ſe notum. Minor eſt Apoſtoli ad Rom. 12. Multi vnum corpus ſumus, ſinguli autem alterius membra. & Hier. ad Propoſitum in c. legimus. diſt. 95. Si authoritas quæritur, orbis maior eſt vrbe.

¶ Fundant demũ hoc, idem ſup hoc, ꝙ eccleſia cõſtituta eſt à Dño Ieſu Chriſto iudex Papę in caſu peccati: vt patet Matt. 18. Si peccauerit te frater tuus, & c. dic eccleſiæ, & ſi eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Ex qua authoritate licet loquatur in caſu peccati, quia incipit, Si peccauerit, & propterea non ſpectet ad præſens ca. in quo comparatur Papa eccleſiæ non in caſu, ſed abſolutè: volunt tamen elicere etiam quòd eccleſia ſit abſolutè ſupra Papam. Tũ quia ordinarius iudex alicuius in puniendo eſt & ordinarius iudex illius abſolutè: tum quia iudex & lex non differunt niſi ſicut animatum, & inanimatum: vt patet quinto Ethic. Ad eandem autem legis authoritatem cuius eſt vnus actus legis ſcilicet punire, ſpectãt tres reliqui, ſcilicet imperare, vetare, & permittere. Ad eiuſdem ergo iudicis ordinarij authoritatem ſpectabunt omnes iudicis actus, ad quem ſpectat punire. Et ſic cùm eccleſia ſit iudex ordinarius Papæ in puniendo, ſequitur quòd erit ſimpliciter iudex eiuſdem in imperando, vetando & permittendo: hi enim quatuor actus ſunt legis, vt in 12.q.92.arti.2. habes à diuo Tho.

¶ Et confirmatur hoc ſacrorum authoritate canonum. vigeſimaquinta enim quæſtione prima contra ſtatuta. dicit Zozimus Papa. Contra ſtatuta Patrũ condere aliud vel mutare, nec huius quidem ſedis poteſt authoritas. Et in cap. 1. dicitur, Prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis Patrum nullatenus deuiare. Ex quibus habetur & quòd Papa non eſt ſupra poteſtatem concilij & quòd ad primam ſalutem ſpectant ſtatuta Patrum, non Papę. Multa quoque in eadem cauſa & quæſt. dicuntur ad hoc, quę breuitatis cauſa omittuntur.

CAPVT VI.

Quis ſit ſenſus, quo quæſtio de comparatione authoritatis concilij & Papæ vertitur in dubium.

AD EVIDENTIAM Huius comparationis prædeclarandi ſunt termini, quid ſcilicet nomine eccleſiæ, ſeu concilij vniuerſalis intelligitur, ne in vanum tota diſputatio ſit. Eccleſia vniuerſalis duo ſignificare poteſt in propoſito, aut totum corpus eccleſiaſticum conſtans ex omnibus membris, comprehenſo etiam capite, id eſt Papa: aut totum reſiduum corpus eccleſiæ diſtinctum cõtra caput, id eſt Papam. Concilium quoque vniuerſale aut ſumitur cum capite, id eſt Papa, vel perſonaliter vel authoritate eius authorizatum, aut ſine Papa vtroque modo. Et ſic tres cõparationes examinandæ ſunt.

Prima eſt inter Papam & eccleſiam ſeu concilium ſine capite, id eſt Papa omnino. Secunda eſt inter Papã & eccleſiam ſeu concilium cũm capite perſonaliter. Tertia eſt inter Papam & eccleſiam ſeu concilium authorizatum à Papa.

¶ Et quoniam omnes hæ comparationes ſupponant Papam eſſe caput eccleſiæ vniuerſalis, & non ſolùm ſingulorum mẽbrorum, vt inimici veritatis gloſſant: hoc primò monſtratur. Primò ex authoritate ipſius Conſtantienſis concilij ante & poſt electionem Martini 5. vt patet in ſeſſione 15. eiuſdem, & in bulla Martini 5. vbi damnatur propoſitio illa Ioannis Huſs, Petrus nec eſt, nec fuit caput eccleſiæ ſanctæ catholicæ. Et altera ſcilicet, Non eſt ſcintilla apparẽtię, quòd oportet eſſe vnum caput in ſpiritualibus regens eccleſiam, quod ſemper cum ipſa militante eccleſia conuerſetur. Hic expreſsè damnatur, quòd Petrus non fuit caput catholicæ eccleſiæ: catholicum enim idem eſt ꝙ vniuerſale. Et ſimiliter damnatur quòd non oporteat eẽ præter Chriſtum qui in cælis eſt, vnum caput quod regat eccleſiam conuerſans cum ea, quod eſt Papa: vt latius oſtendit diuus Tho. hanc neceſſitatem in 4 contra Gent. cap. 76. Hiero. quoque in lib. de ortu & obitu ſanctorũ in nouo teſtamẽto. Petrus, inquit, in Chriſti eccleſia firmamentum eſt, Cephas corporis Chriſti principatus & caput eſt. Si Petrus eſt caput corporis Chriſti, ergo totius eccleſiæ collectiuè: iuxta illud Apoſtoli ad Rom. 12. Multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Et 24.q.1. rogamus vos, Marcellus Papa expreſsè dicit, quòd Petrus eſt caput totius eccleſiæ. Et in concilio Lugd. Grego. 10. vt habetur in c. vbi periculum, de ele. lib. 6. Papam vicarium Ieſu Chriſti Petri ſucceſſorẽ, rectorem vniuerſalis eccleſiæ, & directorem gregis dominicis vocat. Ritus quoque Roma. eccleſiæ habet, vt cum Papa ſe ſubſcribit in aliqua vniuerſalis negotij bulla, dicit ſic, Ego N. catholicæ eccleſiæ epiſcopus. ex quibus patet, quòd cauillatio dicens, quòd Papa eſt caput membrorum eccleſiæ, & non ipſius ſimul eccleſiæ erronea eſt. Quonanque pacto debuit, aut potuit melius explicari a Sanctis, quàm per nomina collectiua? & appoſita quandoq; nomina vniuerſitatis expreſſerunt eccleſiam, gregemꝙ corpus Chriſti, explicando totam, vniuerſalem, catholicam. Dicant iſti quomodo debet dici, & conuincantur ſaltẽ ex verbis ipſius Conſtantienſis & Baſilienſis concilij: vbi eiſdem verbis ſignificatur eccleſia collectiuè cũm millies ibi replicatur, Hæc ſancta ſynodus vniuerſalem, ſeu catholicam eccleſiam repræſentans.

¶ De prima ergo comparatione (ſcilicet inter Papam, & eccleſiam vniuerſalem ſine capite) apertè conſtat quid dicendum ſit, ſcilicet, quòd Papa ſi ſuper eã. Tum quia eſt corpus enormiter diminutum, quia eſt truncum abſque principali membro: ac per hoc non eſt vniuerſalis eccleſia, quæ perfectum ſignificat: tum quia Dei perfecta ſũt opera, Deuteronomi trigeſimoſecundo, ac per hoc non conuenit diuinæ prouidentię in tam imperfecto corpore ſupremam authoritatem locare, ſed magis ipſum à capite dependere. Et ſi inſtetur, quòd apoſtolica ſede vacante inuenitur vniuerſalis eccleſia, & tamen ſine capite, quod eſt Papa, reſpondetur, quòd non inuenitur vniuerſalis eccleſia, niſi imperfecta: ita quòd imperfectio iſta eſt conditio diminuens ly, Vniuerſalis eccleſia, ſicut corpus truncum diminuit à corpore integro. vniuerſale enim vniuerſitatem claudit in ſe membrorum officialium, quorum præcipuum eſt caput. Vnde tunc eccleſia eſt acephala, & eſt abſque eius ſuprema parte & poteſtatem. Et qui hoc negat, in errorem Ioannis Huſs negantis neceſſitatem capitis eccleſię in terris (damnatum & à ſancto, Thoma, & à Martino quinto, cum concilio Conſtantienſi, vt dictum eſt) incidit. Et ſi de eccleſia vniuerſali ſic ſumpta intelligatur, quòd habet immediate poteſtatem à Chriſto, & quòd ipſa repræſentatur per vniuerſale concilium erratur errore intolerabili: vt patet ex allatis authoritatibus, & inferius magis eluceſcet.

De ſecunda autem comparatione in altero extremo, ſcilicet inter Papam ex vna parte, & eccleſiam totam, id eſt etiam cum Papa ex altera parte, dicitur, ꝙ Papa cum reſiduo eccleſiæ non eſt maioris poteſtatis iuriſdictionis ſpiritualis, quàm ipſe ſolus: quia poteſtas ſua continet in ſe omnium reliquorum poteſtates, vt earum cauſa vniuerſalis. Nulla enim eſt poteſtas iuriſdictionis in eccleſia, quæ non ſit in Papa: vt patet inductiuè. Quin etiam poteſtas electiua ipſius Papæ, in Papæ poteſtate eſt. Quod patet tum ex facto Petri, qui elegit ſibi ſucceſſorem, (vt 18. quæſtione prima, can. ſi Petrus, dicit Ioannes tertius) tum ex eo, quòd Papa ordinat actum electiuæ poteſtatis, determinando quando & qualiter debet fieri electio: & quòd plus eſt, determinando ſubiectum illius poteſtatis, dũ conſtituit quòd ad duas partes Cardinalium ad minus ſpectet electio. Probatur & ex c. ſi Papa. diſt. 40. vbi dicitur, quòd vniuerſitas fidelium ſuam ſalutẽ poſt Dominum ex Papæ incolumitate animaduertit propenſius pendere. Et diſt. 19. can. Ita Dominus Leo Papa dicit, Huius muneris ſacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi à quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet. Vbi manifeſte patet, à Papa omne reliquum corpus eccleſiæ velut a capite poteſtatem ſortiri. Et ſic ſumendo eccleſiam vniuerſalem, conſtat quòd habet immediate authoritatem à Ieſu Chriſto, nihil enim mediat inter ipſam & Ieſum Chriſtum. Sed ex hoc non habetur, quòd comparando membra aliqua, puta corpus ſine capite, ad Chriſtum, quòd habeant immediate poteſtatem ab ipſo: ſed ſufficit, quòd totum habeat immediate a Ieſu Chriſto: partes autem inter ſe ordine quodã. & ita in caput primò, quòd ꝑ caput in corpus reliquũ poteſtatem diffundit Saluator noſter, iuxta dicta & dicenda. Vnde patet, quòd tota eccleſia non habet poteſtatem ſupra Papam ſolum, nec econuerſo: quia Papa cum eccleſia reliqua non facit maius in poteſtate, ſed plures poteſtates.

¶ De tertia autem comparatione quæ eſt media, & eſt inter Papam & cõcilium authorizatũ a Papa, ex antedictis, facile ſumitur quid dicẽdum eſt, ſcilicet quòd non eſt maioris authoritatis, quam Papa, à quo ſolo authorizari poteſt. vt patet 17. diſt. per totum. & extra, de elect. cap. ſignificaſti. vbi dicitur, quòd omnia concilia per Rom. eccleſiæ authoritatem, & facta ſunt, & robur acceperunt.

¶ His tribus comparationibus ſecundum veritatẽ præmiſſis, quarta ſuperadditur ſecundum opinionẽ: & eſt inter eccleſiam vniuerſalem, & quandam communitatem, ſiue Papa prima pars eius, non caput totius authoritatis in ea velit in eam conuenire, ſiue nõ, ex vna parte, & Papam ex altera parte. Et quia comparatio inter diuerſa eſt, & eiuſdem ad ſeipſum ſubiectio non eſt, ſicut nec iuſtitia, propriè loquendo, cum dicunt hi, quòd eccleſia vniuerſalis eſt ſupra Papam alterum duorum intendunt, aut enim intendunt per eccleſiam vniuerſalem congregationem fidelium, velut quandam communitatem, ſiue Papa pars prima illius velit intereſſe, ſiue non, aut intendunt ipſam fidelium congregationem authoritate capitis, ſcilicet ſummi Pontificis factam: Ita quòd ipſum congregari, ſolum depẽdeat à Papa, in eccleſia vniuerſali, in cõſi. verò duo depẽdeãt à Papa. ſ. congregari, & repræſentare vniuerſalem eccleſiam: ita quòd in his intendunt, quòd ſecluſa authoritate Papæ ex quo congregata eſt eccleſia, vel concilium, fit comparatio poteſtatis eccleſiæ, vel concilii ex vna parte, & Papæ ex altera. Totus ergo futuris ſermo de eccleſia, ſeu conſilio vt diſtinguitur contra Papam, erit de eccleſia. & concilio, ſecluſa Papæ authoritate poſt congregationem legitimè factam.

¶ Et contra hos dicentes eccleſiam habere authoritatem ſupra Papam, ratio eſt, quia poſitio iſta peruertit ordinem regiminis eccleſiæ: oportet nanque ſecundum iſtos regimen eccleſiæ eſſe democraticum, ſeu populare: in quo tota authoritas apud nullum reſidet, ſed in tota communitate: ſicut in capitulo accidit: vt ſanctus Thomas in quarto ſen. diſtinctione decimanona, quæſt. j. arti. j. q. 3. ad tertium dicit. Et hoc ipſi volũt, dum eccleſiam velut communitatem liberam, poteſtatem ſupra Papam quaſi Regem habere dicunt: vt Senatus populuſque Romanus habebat ſuper Imperatorem. Et quia hoc ipſi non reputant inconueniens, quãtum ad rem licet vocabula horrere videantur: Ideo circa rem inſiſtendo, monſtrandum eſt, quòd non communitati eccleſiæ, ſed vni ſoli in illa Chriſtus plenitudinem poteſtatis eccleſiaſticæ dedit.

CAPVT VII.

Quòd Papa ſit ſuper poteſtatem eccleſiæ vniuerſalis, & concilij generalis, vt diſtinguitur contra Papam.

PRINCIPIVM Huius veritatis ex Domini noſtri Ieſu Chriſti authoritate ſumitur: vbi Io. vlt. ſoli Petro, vt diſtincto ab aliis, dicit, Paſce oues meas, vt deductum in primo cap. fuit: in hoc inſtituens regimen eccleſiæ monarchicum. Et ſi ridiculoſa illa reſponſio detur, quòd Chriſtus dicit Petro: Paſce oues meas, non eccleſiam meam: quaſi receperit eum paſtorem ſingularum ouium: non ipſius eccleſiæ, quæ ſignificat totum conſurgens ex omnibus ouibus: manifeſte excluditur hoc ex eo: quòd in oratione dicitur, Deus omnium fidelium paſtor & rector, famulum tuum N. quem paſtorem eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti. Et in concilio Lugd. de elect. libro ſexto. vbi periculum. Papa rector vniuerſalis eccleſiæ, & gregis dominici director dicitur: vbi patet quòd reſ[illegible] eccleſiæ & gregis, quæ collectiones ſignificant: & non ſolùm reſpectu particulariũ paſtor & rector, & director

eſt Papa

eſt Papa. Et quia hæc eſt vltima fuga harum vulpeculatum, vineam Domini demolientium, maxime in omnibus auferendis vigilandum eſt, vt de ipſa collatione, ſeu communitate concludamus non prælatam, ſed ſubditam eſſe Papæ.

¶ Amplius, Ioannis decimo: Saluator inquit, alias oues habeo, &c. & ſubdit. Et fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Certum eſt quòd ouile non ſignificat oues, ſed vnum continens oues. Et ex gloſſa interlineari in principio illius capituli, vbi dicitur. Qui intrat per oſtium in ouile, exponentia in ouile, id eſt in catholicā eccleſiam: habetur quòd per vnum ouile intelligitur eccleſia vna ex Iudæis, & Gentilib. Ex hac authoritate arguitur ſic, Eccleſia vt vna ex Iudæis & Gentilibus, eſt ouile: & Petrus cui dictum eſt, Paſce oues meas, eſt paſtor vnus illius ouilis: ergo eccleſia, vt vna non eſt ſuper Papam, ſed ſub eo, vt ouile ſub paſtore. Et confirmatur hoc. Quia eccleſia, ſeu conciliū diſtinctum contra Papam, aut eſt oues, aut ouile, aut paſtor. Non oues: quia ex vtriſque ouibus ouile vnū conſtituendum dicit Dominus. Non paſtor: quia cū Petrus ſit vnus paſtor eccleſiæ, vt monſtratum eſt: ſi eccleſia eſſet alius paſtor, eſſent duo paſtores, contra Dominum dicentem, Fiet vnus paſtor. Ergo ouile, & cum nō ſit ouile nullius paſtoris, eſt ouile vnū vnius paſtoris qui eſt dominici gregis rector & directoꝛ, Papæ. Et confirmatur, ꝙ de Papa ſpecialiter loquatur, quia verbo futuri temporis vtitur ſignificante futurum fieri. Fiet inquit ouile vnum vtriſque conuenientibus & vnus paſtor. Et quoniā quod eſt, fit, nec fiet, ipſe Dominus, qui de ſeipſo præmiſit plurics ibidem, Ego ſum paſtor bonus, non eſt poſtmodum factus paſtor vnus, ſed dum ſoli Petro poſtmodum dictum eſt Paſce oues meas, non has vel illas, impletū eſt, Fiet vnus paſtor, loco illius ſummi paſtoris, qui ſolus eſt paſtor bonus per eſſentiam eccleſiæ.

¶ Amplius, Non minus Papa eſt Epiſcopus catholicæ quam quilibet Epiſcopus ſuæ eccleſiæ: ſed quilibet Epiſcopus eſt Epiſcopus, & ſingularum perſonarum, & totius collectionis earum in vnam cōitatem. ergo & Papa eſt Epiſcopus ſingulorū, & vniuerſorū Chriſtianorum in vnam catholicam eccleſiam collectorum. Et confirmatur hoc. Quia enim eccleſia ſit nomen collectiuum, & ſignificet collectionem fideliū (vt dicitur de conſecrat. diſt. 1. c. eccleſia.) & Epiſcopus dicatur epiſcopus eccleſiæ talis, oportet vt primò ſit epiſcopus ipſius eccleſiæ, & ſecūdariò ſingulorū perſonarū, ac per hoc Papa qui intitulatur Epiſcopus eccleſiæ catholicæ, & non illorum aut omnium Chriſtianorum, primò eſt epiſcopus ipſius eccleſiæ catholicæ, & ſecundariò membrorum eius. Et verè ſic eſt: quia primò debet ſuperintendere bono proprio ipſius vnius eccleſiæ catholicæ, & deinde bonis propriis membrorum omnium.

¶ Et ſi ſtudioſè quæratur quo pacto Papa poteſt dici Epiſcopus, & caput eccleſiæ catholicæ, cum eccleſia catholica includat ipſum Papam: patet reſponſio dupliciter. primò, quòd hæc eſt diſtributio accommoda, ſicut cum dicitur, Cœlum continet omnia corpora, non quòd contineat ſeipſum, ſed quia continet omnia poſſibilia contineri, pari formiter enim dicitur, quòd Papa eſt caput & epiſcopus eccleſiæ catholicæ: non quòd ſit caput epiſcopus, rector, & cætera. ſuipſius, ſed quia eſt caput omnis poſſibilis habere caput, rectorem, & epiſcopum. Secundò dicitur, quòd quia ſecundum Hilarium ſermo rei, & non res ſermoni debet eſſe ſubiecta, ea ratione Papa dicitur caput & Epiſcopus eccleſiæ catholicæ, quia in eccleſia catholica ipſe capitis & Epiſcopi locum tenet.

¶ Amplius, Papa habet ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei, ergo Papa non ſubeſt eccleſiæ. Antecedens patet ex condemnatione iam dicta, in concilio Conſtantienſi, per Martinum 5. vbi de Papa loquendo dicitur, habens ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei. Conſequentia probatur, quia ſupra ſupremam authoritatem in eccleſia Dei non poteſt maior intelligi in eadem eccleſia Dei, etiam ſi fingendi detur licentia. Imò ex hoc etiam ſequitur, quòd tam eccleſia quam concilium Papæ ſubditur: quia non ſunt duæ ſupremæ poteſtates in eccleſia Dei, principatuum enim pluralitas mala cum ſit (vt patet 12. Metaphy.) à Ieſu Chriſto ſummè bono, qui vult eccleſiam ſuam optimè diſponi, eſſe non poteſt. Et confirmatur hoc authoritate Innocentii 3. in concilio generali, extrà, de pœn. & re. can. cum ex eo. vbi dicitur, ꝙ Romanus Pontifex plenitudinem obtinet poteſtatis. Et in capitulo, propoſuit, de conceſ. præben. idem dicit, Nos ſecundum plenitudinem poteſtatis, de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare. Et extra de electione, in capitulo, ſignificaſti, Paſchalis dicit, Aiunt in conciliis ſtatutum non inueniri, quaſi Romanæ eccleſiæ legem concilia vlla præfixerint, cum omnia concilia per Romanæ eccleſiæ authoritatem, & facta ſint, & robur acceperint. Quæ omnia pro plenitudine poteſtatis Papæ ſupra concilia, & conſequenter vniuerſalem eccleſiam allata ſunt. Et confirmantur authoritate ſancti Thomæ in tractatu contra impugnantes religionem vbi dicit hæc verba, Sancti patres in conciliis congregati, nihil ſtatuere poſſunt niſi authoritate Rom. pontificis interueniente, ſine qua etiam nec concilium congregari poteſt, Hæc ille.

¶ Amplius, Papa eſt proximus, & immediatus uicarius Chriſti, & Apoſtolorum, ergo nullam habet in terris poteſtatem priorem ſe. Antecedens patet in ſæpe dicta condemnatione articulorum à Martino 5. in concilio Conſtantienſi, vbi vnus ex reprobatis articulis eſt iſte. Eccleſia Rom. eſt ſynagoga Sathanæ, nec Papa eſt proximus, & immediatus vicarius Chriſti & Apoſtolorum. Conſequentia patet, quia proximo & immediato nihil eſt propinquius & immediatius. Et ex hoc patet primò, quòd erroneum eſt dicere, quòd eccleſia, vt diſtinguitur contra Papam habet immediatè authoritatem à Chriſto ſupra Papam, ſic enim non Papa, ſed eccleſia eſſet proximè & immediatè Chriſti vicaria. Impoſſibile eſt enim eſſe duo ſubordinata ambo æquè proxima & immediata Chriſto, vt patet iſtos fingere. Et confirmatur authoritate. Sancti Tho. dicentis in tract. contra errores Græcorum. cap. 69. Chriſti vicarius ſuo primatu & prouidentia vniuerſalem eccleſiam tanquam fidelis miniſter Chriſto ſubiectam ſeruat, & oppoſitum ſentire dicit eſſe errorem. Poſtremò videatur, quæſo, diffinitio facta in concilio Florentino, quod quia ex Orientali, & Occidentali ſimul eccleſia conflatum eſt, cæteris Occidentalibus tantum anteferrur. Et ibi (vt in primo cap. verba adduximus) non ſolùm dicitur, quòd Papa eſt omnium Chriſtianorum pater & doctor, ſed quòd eſt etiam vniuerſalis eccleſiæ paſtor, gubernator & rector, cum plena poteſtate à Domino Ieſu Chriſto inſtitutus in beato Petro. Dicant ipſi quomodo potuerit clarius exprimi, quòd nō ſolùm omnium membrorum, ſed ipſius vniuerſalis eccleſiæ paſtor, rector & gubernator eſt, & quòd non mediante eccleſia ſed in Petro, cuius eſt ſucceſſor, plenam poteſtatem paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalē eccleſiam à Domino Ieſu Chriſto accepit. Et videant, ſi tantum luminis eis conceſſum fuerit, quòd hæreticorum more Scripturas & Sanctorum dicta oportet eos extorquere, vt eorum proteruus error defendatur. Fortè nulla Scri-

ptura

ptura tam clara in fide babetur, quam non poſsit extorta expoſitio ad ſuum trahere propoſitum, ſed veritas tunc inuenitur, cum planus Scripturæ ſenſus iuxta Sanctorum conſenſum quæritur.

CAPVT VIII.

In quo reſpondetur obiectionibus ſumptis ex authoritate concilij Conſtantienſis, & Baſilienſis.

VT ordinatè autem obiectis, & diſtinctè ſatisfiat, inchoandum eſt à decretis concilii Conſtantienſis, ad quæ duę reſponſiones dantur.

¶ Prima, negans illa eſſe authentica authoritate verię concilii facta: quoniam facta ſunt tempore ſchiſmatis, quo erant tres Papę in eccleſia Dei, ab vna ſola obedientia, ſcilicet Ioannis 23. abſente etiam illo ſuo Papa. Quod conſtat ex eo, quòd illa promulgata ſunt anno Domini 1415. die 6. Aprilis in ſeſsione 5. & obedientia Gregorii 12. coniuncta eſt illi die 4. menſis Iulii euiſdem anni in ſeſsione 14. & obedientia Benedicti 13. iúgi cœpit anno Domini 1416. die 3. Octobris in ſeſsione 22. Vnde dicere, quòd illa obedientia conſtitueret concilium generale, catholicam eccleſiam repræſentans, nihil aliud eſt quàm renouare antiquum ſchiſma, & damnare vt ſchiſmaticas duas obedientias, & quòd ſemper fuit, & eſt dubium facere certum.

¶ Et ſi dicatur, quòd Martinus 5. approbauit illa decreta, & illam ſynodum, decreta quidem in ſeſsione vltima, vbi legitur, quòd dixit quòd omnia & ſingula determinata, concluſa & decreta in materijs fidei per præſens concilium, conciliariter teneri & inuiolabiliter obſeruari volebat, & nunquam contra iri quoquomodo: ipſaque ſic conciliariter facta approbat & ratificat, & non aliter, nec alio modo. Hæc ille. Conſtat autem quòd concilium eſſe ſupra Papã, vel Papam ſupra illud, materia fidei eſt, ergo decreta illa in ſeſsione 5. facta ſuper ſuperioritate concilii ſupra Papam, ſunt approbata. Synodum verò in bulla condemnationis articulorum Ioannis Vuicleff, ſacro approbante concilio, vbi interrogatoria ponens dicit, Verum credat quòd condemnationes Ioannis Vuicleff, Ioannis Huſs, & Hierony. de Praga factæ de perſonis eorum, libris & documentis per ſacrum generale Conſtantienſe concilium, ſint ritè & iuſtè factæ, & à quolibet catholico pro talibus tenendæ, & aſſerẽdæ? Hæc ibi. Et cũ cõſtet, ꝙ cõtra Ioan. Vuicleff in ſeſsione 8. contra Ioan. Huſs in ſeſsione 15. & contra Hier. de Praga in ſeſsione 21. ſententia lata fuerit, conſequens eſt, quòd tunc ante vnionem obedientiarum omnium concilium generale fuerit, ſi Martinus in tali bulla verum dicit.

¶ Reſpondendum eſt, quòd tractari aliquid in materia fidei contingit dupliciter, ſcilicet materialiter & formaliter. Tunc tractatur formaliter materia fidei, quando tractatur vt credenda, vel damnanda à fide. Tunc autem tractatur materia fidei materialiter, quando tractatur res quidem pertinens ad fidẽ, ſed non vt credenda, vel non credenda, ſed quacunque alia ratione: extra formale enim infinita contingit eſſe. Et quia niſi ſermo intelligatur formaliter, perit certitudo: ideo verba Martini 5. in illa ultima ſeſsione formaliter ſunt intelligenda. In concilio ſiquidem illo fuerat in materia fidei tractatum & deciſum formaliter, vt patet in ſeſsionibus allegatis cõtra illos tres ſupradictos, vt etiam in ſeſsione 19. & fuerant multa alia tractata, ſed non vt materia fidei: inter quæ ſunt illa ſeſsionis 4. & 5. In cuius ſignum nulli fuerunt deputati ibi ad videndum de fide: quin potius deputatio in materia fidei cœpit poſt hæc in ſeſsione 6. vt patet ibi. nulla etiam fit ibi mentio de credendo, vel non credendo. Martinus autem 5. approbauit decreta in materia fidei formaliter tantùm, & non illa alia. Et hoc euidenter etiam patet, quia illa verba dixit, reſpondens requiſitioni oratorum Regis Poloniæ exigentium, quòd acta per concilium contra illos prænominatos hæreticos firma eſſent, vt patet in ſeſsione vltima: & propterea bulla illa condemnationis ſubſecuta eſt. Ad inſtantiam verò de approbatione ſynodi dicitur, quòd per illud & alia interrogatoria ibidem de concilio Conſtantienſi poſita, totum à nobiliori parte Martinus nominauit: congregatio ſiquidem Conſtantien. quæ inchoauit in ſola obedientia ſub Ioan. vigeſimotertio, & iterum poſt in coniuncta obedientia ſub Gregor. duodecimo in coniunctione obedientiæ Benedicti decimitertii conſummata eſt, & poſt Martinum electum auctorizata, facto præſidentiæ perſonalis in concilium vniuerſale, ab hoc nobiliori & certiori ſtatu tota concilium vniuerſale vocatur & nuncupatiuè in quolibet ſtatu concilium vniuerſale appellatur nominibus vtendo, vt plures. Fundatur autem hæc declaratio ſuper eo, quòd non eſt rationi conſentaneum, Martinum voluiſſe declarare alias obedientias fuiſſe extra eccleſiam, ſed verba proferre honoris, nominibus vtendo vt plures vtuntur, abſque veritatis tamen offenſa. Vnde in illa bulla bis oppoſitum declarauit, ſcilicet in articulo, Papa habet ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei: & in illo, Petrus fuit caput eccleſiæ catholicæ. Et vt inſinuaretur, quòd concilium ab vltima parte appellabat, in præcedenti interrogatorio, præterito adiunxit præſens, dicens, quòd concilium approbauit & approbat, condemnauit & condemnat, quaſi præteritum non ſuffecerit. Et quia iam ex iſto priore interrogatorio habitum erat, quòd concilium Conſtantienſe in præſenti ſub Martino quinto condemnat illos tres, non oportuit in vltimo interrogatorio præterito iungere præſens: iam enim præteritum ſupponebat pro concilio ſub Martino, quia iam damnauerat. & ſic etiam verba ſaluantur verbaliter. Hæc eſt prima reſponſio ad principale motiuum.

¶ Secunda autem eſt, dato quòd decreta illa valeant, intelligenda ſunt cum grano ſalis: quomodo autem dicendum eſt ad ſingula? In primis, cum dicitur quòd concilium poteſtatem à Chriſto immediatè habet, poteſt dupliciter intelligi. primò de concilio, vt diſtinguitur contra Papam. Et ſic eſt falſum, vt patet per inductas authoritates, extrà, de electio. capitu. ſignificaſti. vbi dicitur quòd robur habent omnia concilia à Rom. ſedis authoritate, & diſtinctio. decimanona ita c. Dominus. vbi Leo dicit, quòd à Petro quaſi à quodam capite in corpus omne authoritas manat. & Sanctus Thomas in tractatu contra impugnantes religionem dicit, quòd ſancti patres in conciliis congregati nihil poſſunt ſtatuere ſine Rom. pontificis authoritate interueniente, ſine qua nec congregari concilium poteſt. Hæc ille. Et nota quòd dicit, ſancti Patres: quia patribus non ſanctis, ſed

præſum-

præſumptuoſis nulla lex poſita eſt, ſed præſumptio eorum ſibi ipſis eſt lex. Secundò poteſt intelligi de concilio, incluſo Papa. Et in hoc ſenſu eſt verum, quòd habet immediate authoritatem à Ieſu Chriſto. Et quòd ſic interpretandum ſit, ex duobus verbis illius decreti colligitur. Primum eſt, Legitimè congregata: conſtat enim quòd legitima congregatio concilii generalis ad Papam ſpectat: vt ex nunc aliaris teſtibus patet, & diſtinctio. decimaſeptima per totum. ſecundum eſt, eccleſiam catholicam repræſentans, corpus nanque eccleſiaſticum vniuerſum (quod eccleſia catholica, id eſt vniuerſalis ſignificat) non eſt ipſum vniuerſum corpus eccleſiaſticum ſi ſine capite ſit, vel intelligatur. Papam autem ex dictis conſtat caput eſſe totius eccleſiæ catholicæ, ac per hoc concilii ipſam repræſentantis. Et ſi mundi cordis oculo perſpiciatur, apparebit quòd concilium habet, quod repræſentet vniuerſalem ecclaſiam à Papa, qui habet pleniſſimam curam vniuerſalis eccleſiæ. Quis enim Cardinalibus, Epiſcopis, Abbatibus & prælatis paucis (vt communiter accidere videtur) contulit vota totius populi Chriſtiani, niſi Papa? oportet enim aut ipſos Chriſtianos hos feciſſe, aut aliquem ſupplere potentem eorum vota. Et cum ipſos non transferre vota ſua in eos, experientia teſtetur, quin potius ſi requirerentur Chriſtiani infiniti inuenirentur qui refutarent transferre vota in alios, & per ſeipſos intereſſe mallent, aut concilium non celebrandum ducerent. Relinquitur ergo, quòd Papa qui ſolus eſt pater, paſtor, doctor, rector & gubernator omnium, & ſingulorum Chriſtianorum cum plenitudine poteſtatis, vota totius eccleſiæ transfert in concilium, congregando & roborando, vt ei videtur. Propter quòd ſine Papa Patres ſancti congregati nihil poſſunt, & diſſolui poteſt concilium à Papa, auferendo ab eis quòd amplius vniuerſalem eccleſiam non repræſentent authoritatiuè. Nec eſt verum ſi dicatur, quòd eccleſia ratum habet concilium, non reclamando: ideo enim non reclamat, quia in vero concilio Papa ſupplet; in falſo autem quia contra præſumptuoſos præualere non ſperant docti, ignorantes autem neſcii ſilent. hoc autem non eſt approbari ab eccleſia, ſed non moleſtari ab illa.

¶ Deinde cum dicitur, quòd ipſi concilio, ſeu eius decretis etiam Papa obedire tenetur, multis diſtinctionibus iuxta multos terminos opus eſt. Diſtinguendum eſt enim de Papa dubio, vel certo. ſicut enim quod neſcitur conſecratum, pro non conſecrato habetur; & reconſecratur ſecundum ſacros canones (vt patet extrà de presbytero non baptizato, capitu. veniens. & de conſecra. diſtinctio. prima capitulo ſolennitates.) ſic qui neſcitur legitimè electus Papa, tanquam non Papa obedire tenetur, & hoc directè pertinet ad illa decreta ratione ſchiſmatis, quando erant tres Papæ, & nullus indubitatus ex ſua electione. De Papa autem certo & indubitato diſtinguendum eſt: quia vel eſt ſermo de his quæ à concilio & decretis eis ſtatuuntur de iure diuino, vt ea quæ ſunt fidei vel naturalis iuris, ut ea quæ ſunt virtutum & vitiorum moralium, & ſic Papa tenetur obedire, nec poteſt contra ea diſpenſare. Et ſic interpretanda ſunt decreta illa. vnde in tribus dicit debitum obedire, ſcilicet in his quæ ſunt fidei, reformationis, & amotionis ſchiſmatis: hæc enim cum ſpectantibus ad ea, aut ad ius diuinum, aut ad ius naturale ſpectant. Vel eſt ſermo de his, quæ ſunt purè iuris poſitiui, & ſic diſtinguendum eſt de obedientia, ſcilicet quo ad iudicium diuinum vel humanum: & dicendum quòd licet princeps ſit ſolutus legibus, nec concilia legem vllam coactiuam in iudicio humano præfixerint Roma. ſedi, in iudicio tamen diuino tenetur Papa obedire, vt S. Tho. expreſsè habet in prima ſecundæ. q. 96. arti. 5. ad tertium. Et in cap. confidimus. 25. q. 1. Gelaſius Papa dicit vniuerſalis eccleſiæ conſtitutum nullum magis exequi ſedem præ cæteris oportere, quàm primam.

¶ Demum cum ſubditur de punitione contumaciter contemnentium, poteſt dupliciter intelligi. Primò indifferenter, vt quilibet etiam indubitatus Papa in quocunque peccato contra ius diuinum aut naturale contumax, punitioni humanæ ſubiiciatur. Et hic ſenſus eſt contra ſacros canones, vt patet in cap. ſi Papa. diſtin. 40. & diſtin. 79. capitu. electionem. & in capitu. aliorum 9. q. 3. Nec eſt acceptandum quòd id quod infinito temporis ſpatio à tot eſt Patribus approbatum, unico uerbo deſtruere voluerunt conditores canonum. Secundò poteſt intelligi diſcretè ſecundum proportionem materiæ & perſonæ. & ſic cum prælati communiter non ſint puniendi (exemplo Dei, qui non puniuit publicè Aaron de idololatria: vt S. Tho. dicit in 4. ſenten. diſtinct. 46. q. 2. artic. 2. q. 2. ad quintum.) & Papa non ſit puniendus facto, ſed verbis reprehendendus publicè (vt ex ſancto Thoma colligitur in 4. ſenten. diſtinc. 19. q. 2. artic. 2. q. 2. ad ſecundum, & in Secunda ſecundæ. q. 33. arti. quarto.) in caſu quo publicè in periculum eccleſiæ peccat: vt Petrus reprehenſus fuit à Paulo ad Galat. 2. & in caſu quo poteſt deponi, etiam facto depoſitionis puniri poſſit consequens eſt quòd ſic diſcretè & proportionaliter intelligantur verba illius decreti.

¶ Ex quibus omnibus clarè patet, quòd nec ex illis decretis habetur ſuperioritas cōcilii, aut eccleſię ſupra Papam. Vnde non oportet aliter reſpondere ad eandem ex concilio Baſilienſi, in ſeſſione 2. & 18. De quo tamen ſciendum eſt, quòd licet ab Eugenio quarto fuerit approbatum quo ad inchoationem & proſecutionem, & multa pro illo concilio in bullis ſuis dixerit, nunquam tamen illius approbauit decreta: quin potius in concilio Florentino ſtatim diffiniuit Rom. Pont. eſſe caput, paſtorem, doctorem, & rectorem vniuerſalis eccleſię: vt ſuperiùs retulimus. Refert quoque dominus Ioan. de Turre Cremata (qui fuit præſens vtrique concilio) in libro 3. de eccleſia. cap. 100. multos defectus qui in concilio Baſilien. in conflatione illorum decretorū interuenerunt, ſ. quòd nō fuerunt vnanimiter concluſa, nec cum conſenſu præſidentium legatorum domini Papæ, qui talibus intereſſe recuſarunt, nec expectatis oratoribus Angliæ, & Caſtellæ, quos in via nouerant conſtitutos, nec auditi ſunt viri multi ſapientes, uidentes hæc eſſe contra doctrinam Sanctorum: ſed promulgata ſunt ad furorem hoſtium apoſt. ſedis, cum multitudine populi nullius authoritatis. Vnde ex neutro concilio admittuntur vt valida.

¶ Nos tamen ex abundanti iuſtitia, illa gloſſauimus. Et ſi gloſſas contra intentionem authorum dixerit aliquis ex aliis actis eorum conciliorum hoc conuincens, reſpondebo primò, quòd ego hō ſum, & nideo quæ foris ſunt quo ad ipſa decretorū uerba: Deus autem intuetur cor, Quo ad alia verò acta eorundem conciliorum atteſtantium aliam fuiſse authorum intentionem, dicam de Conſtantien. quòd ſicut errauit vſurpans in vna ſola obedientia vniuerſalem eccleſiam, ita errauit conſequenter in procedentibus ex ea: quoniam tunc illa decreta fecit. De Baſilien. verò notorium eſt, quòd errauit, cùm contra vnum verū

&

& indubitatum pontificem Eugenium quartũ proceſsit vſque ad depoſitionem incluſiuè, qui tamen cum ſucceſſoribus ſuis verus Papa eſt. Dicam ſecundò, quòd ſi honorem veritatis recuſant, falſa, erronea ac igni obnoxia ſunt.

CAPVT IX.

In quo ſoluuntur reliquæ obiectiones contra idem factæ.

EXpeditis authoritatibus conciliorum Conſtantienſis & Baſilienſis, quæ nullius authoritatis cenſentur, ſoluendæ conſequenter ſunt obiectiones, quæ ex vera ac certa authoritate procedũt, iuxta ordinem, quo inductæ ſunt.

¶ Ad declarationem igitur Martini quinti in condemnatione articulorum, ſcilicet quòd error eſt non credere Rom. eccleſiam eſſe ſupremam inter alias eccleſias, ſi per Romã. eccleſiam intelligitur eccleſia vniuerſalis, vel concilium vniuerſale: aut pro quanto negat primatum ſummi Pontificis ſuper particulares eccleſias, Reſpondetur, quòd quia comparatio eſt inter diuerſa, & hæc tria, ſcilicet eccleſia vniuerſalis, concilium vniuerſale, & eccleſia Romana, ſingula ſunt quædam corpora myſtica integra conſtantia ex capite & membris reliquis: & in capite non ſolùm conueniunt, ſed identificantur (Papa ſiquidem caput proprium vniuerſalis eccleſiæ & concilii & Rom. eccleſiæ eſt) in membris autem reliquis diſtinguuntur vel ſicut repræſentans & repræſentatum, ut membra eccleſiæ & concilii: vel ſicut pars & totum, ſicut mẽbra reliqua Rom. eccleſiæ partes ſunt membrorum reliquorum, concilii & eccleſiæ vniuerſalis ut patet: idcirco cùm fit comparatio inter eccleſiam, ſeu concilium vniuerſale, & eccleſiam Rom. non fit comparatio ſecundum caput, ſed ſecundum reliqua vtriuſque membra, ſecundum quæ rectè dicitur, quòd tã eccleſia, quàm ſynodus vniuerſalis eſt ſuperior eccleſia Rom. vt ex illo articulo deducitur. vnde admiſsio illius comparatiuæ nihil concludit contra Papæ authoritatem.

¶ Poſſet nihilominus dici, quòd quia eſſe ſupremam inter eccleſias, conuenit eccleſiæ ratione capitis, & eccleſia Rom. ratione capitis eſt de eſſentia concilii & eccleſiæ vniuerſalis; & nulla comparatio etiam cum dictione excluſiua excludit intrinſeca, idcirco non eſt admittenda comparatio concilii ad eccleſiam Rom. quo ad hoc quod eſt eſſe ſupremam inter eccleſias, ſicut nec quo ad caput: quia ſicut idem eſt caput, ita eadem eſt ſuperioritas: & negaretur illa illatio, ergo concilium eſt ſuprema inter alias eccleſias etiam Romanam. Et ad probationem, quia Rom. eccleſia eſt vna eccleſiarum, reſpondetur quòd plus requiritur ad comparationem iſtam. oportet enim quod ſit vna, & diſtincta capite proprio ab eccleſia quæ eſt concilium, quod hic non eſt. Ex calce verò illius articuli, ſcilicet quòd primatus Papæ eſt ſuper eccleſias particulares, cum ſit ſermo affirmatiuus de primatu ſuper particulares, & non negatiuus de primatu ſuper vniuerſalem eccleſiam, nihil habetur in oppoſitum: quod enim non fuit expreſſum ibi, eſt expreſſum alibi, vt additum eſt.

¶ Ad obiectionem ſumptam ex Euangelio Matth. decimooctauo, quæcunque ſolueritis, &c. dicitur, quòd ad literam hæc tria tantùm ad propoſitum habentur. Primum eſt, quòd à Chriſto immediatè Apoſtolis data eſt poteſtas ligandi & ſoluendi, quod ſuperiùs conceſſimus conformiter ad cap. in nouo: diſtinctione vigeſimaprima. Secundum eſt, quòd poteſtas data eſt vniuerſalis: iuxta illa verba, Quæcunque ſolueritis. Sed tamen non eſt adeò vniuerſalis vt verba ſonant: ſed ly, Quæcunque, diſtribuit pro ſubiectis: ita quòd ſenſus eſt, Quæcunque vobis ſubiecta ſolueritis, aut ligaueritis, &c. alioquin oportet dicere, quòd omnino occulta potuiſſent ſoluere vel ligare: contra illud Apoſtoli 1. ad Corinthios quarto, Nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus qui illuminabit abſcõdita, &c. Et quia Petrus non erat eis ſubiectus, ſed prælatus, cùm factus fuit paſtor eccleſiæ, ideo ſub illa diſtributiua non concludebatur Papa, vtpotè non ſubiectus.

¶ Tertium autem eſt, quod ex illo contextu inſinuatur, quòd eccleſia quælibet habitura eſſet poteſtatem ita ligandi & ſoluendi, vt ſoluta et ligata ab ea, eſſent ſoluta et ligata in cœlo: & hoc in ſibi ſubiectis. Vnde ſicut ridiculum eſt ex hoc, quòd eccleſia Bononienſis habet hanc authoritatem, inferre, ergo poteſt ligare aut ſoluere non ſubiecta, ita ex hoc, quòd eccleſia vniuerſalis habet authoritatem, non poteſt inferri, niſi quòd poteſt in ſubiecta. quàmuis enim multò plura ſint ſubiecta vniuerſali eccleſiæ quàm Bononienſi, nihilominus in hoc formali conueniunt, quòd nulla eccleſia poteſt niſi in ſibi ſubiecta. Ex hoc autem non habetur, quòd Papa eſt ei ſubiectus; nec etiam habetur, vt ſuperiùs dictum eſt, quòd habeat à Chriſto immediatè poteſtatem, quia modus habendi, ſcilicet immediatè à Chriſto, ex ſpeciali gratia ad perſonas ſuas fuit. Quod autem alicui gratioſè conceditur, non debet ab aliis trahi in exemplum, à Chriſto enim habent omnes eccleſiæ hanc poteſtatem, ſed non immediatè.

¶ Ad authoritates Auguſtini dicentis, quòd Petrus in perſona eccleſiæ et vnitatis erat. claues accepit: Dicendum eſt, quòd per hæc omnia intelligendum eſt hoc, ſcilicet quòd non ſoli perſonæ Petri, ſed officio ſuo perpetuò duraturo hęc collata ſunt. Et quia officium Petri eſt officium capitis, quod habet influere in corpus reliquum: ideo officio capitali data toti corpori data dicuntur et ſunt. Non poteſt ſiquidem expers corpus remanere, ſi caput officium ſuum facit. vnde et Leo Papa diſtinctione decimanona capitulo ita Dominus, ipſi Domino attribuit, quòd à Petro in corpus omne poteſtas deriuaretur. Quia ergo vnitas officii communicatiui toti eccleſiæ claues accepit in perſona Petri, ideo dicitur quòd Petrus perſonam eccleſiæ gerebat, et quòd vnitas non vnus claues accepit, et quòd ad omnes dicitur, Amas me, paſce oues meas, et ſimilia, non propterea dicitur quaſi communitas popularis aut ſenatoria poteſtatem acceperit. Hic enim ſenſus contra Auguſtin. et Ieſum Chriſtum eſt, vt oſtenſum eſt, et ipſe Auguſtinus in quæſtione noui et veteris Teſtamenti aperit dicens, Saluator cùm pro ſe et Petro dari iubet dydrachma, pro omnibus ſoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ magiſterii: ita et, poſt Saluatorem, in Petro omnes

continen-

continentur: ipſum enim conſtituit caput eorum, vt eſſet paſtor gregis dominici. In quibus verbis docet, quòd in officio capitali Petri omnes ſubintelliguntur.

¶ Ad primam autem rationem dicitur, quòd licet non minus iuris habeat eccleſia in poteſtate iuriſdictionis, quàm in bonis temporalibus, tamen non eodem, ſed alio modo habet. Nam poteſtatem iuriſdictionis obtinet vt regimen monarchicum, dominium autem temporalium, vt communitas. Et ratio diuerſitatis eſt, quia poteſtas iuriſdictionis eſt à Ieſu Chriſto, qui tale ſtatuit regimen, dominium autem rerũ eſt à donatoribus hominibus transferentibus dominium quod ipſi habebant in communitatem eccleſiæ, & non in vnum aliquem. Et hoc apparet in eccleſijs particularibus, in quibus manifeſtè eccleſiæ in Epiſcopo habent poteſtatem iuriſdictionis, non autem dominium rerum.

¶ Ad aliam verò rationem, quòd eccleſia non poteſt errare, diſtinguendum eſt de errore perſonali in credendo, & ſententialiter authoritatinè definiendo, & rurſus de eccleſia vniuerſali claudendo in ſe Papam, & vt diſtinguitur contra eius authoritatem, & dicendum eſt, quòd errore perſonali certum eſt quòd Papa, quia eſt vna ſingularis perſona, magis poteſt in fide errare quàm totum reſiduum eccleſiæ, ſed hoc non ſpectat ad propoſitum. Errore autem iudiciali in fide eſt èconuerſo, quia magis poteſt errare communitas eccleſiæ ſine authoritate Papæ, quàm Papa. Et ratio eſt, quia error Papæ in diffinitiua ſententia fidei eſt error totius eccleſiæ & veræ vniuerſalis eccleſiæ capitis & membrorum, quia ad ipſum ſpectat determinare finaliter de fide quid tenẽdum, & quid repellendum, vt ab omnibus inconcuſſa fide teneatur, vt Sanctus Thomas in tractatu contra errores Græcorum, capite ſexageſimoſeptimo, authoritate Cyrilli & Maximi oſtendit, & in Secunda Secundæ, quæſtione prima, articulo vltimo, probat ratione, Impoſſibile eſt autem vniuerſalem eccleſiam errare in fide, ergo impoſſibile eſt Papam in iudicio diffinitiuo authoritatiuè errare in fide. Secus eſt in alijs, vt Sanctus Thomas in quolibet octauo, articulo vltimo oſtendit. Vnde argumentum militat ad oppoſitum, quia Papa in huiuſmodi iudicio eſt rectiſſimus propter aſſiſtentiam Spiritus ſancti, in iudicio fidei propter vniuerſale bonum fidei, ſicut promiſit Ioannis decimoquarto, Spiritus ſanctus docebit vos omnem veritatem, & Petro dixit, Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Iuxta quod etiam vigeſimaquarta quæſtione prima, dicit Innocentius Papa capitulo, quoties. Quoties ratio fidei ventilatur, non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis honorem ſeu authoritatem habentem, recurrendum eſt. Et ſcito, quòd cùm dicitur de errore iudiciali, quòd ſola vniuerſalis eccleſia errare in fide non poteſt, non excluditur ſummus Pontifex, ſed includitur, quia authoritas determinandi de fide competens vniuerſali eccleſiæ, principaliter reſidet in Romano pontifice, vt Sanctus Thomas in Secunda Secundæ quæſtione vndecima, articulo tertio, ad tertium dicit. Imò ipſa authoritas, quæ vniuerſalis eccleſiæ dicitur, non niſi illa Papæ eſt, vt ex inducta authoritate ex quæſtione prima, Secunda Secundæ, (vbi finalis ſententia de fide ad Papam ſpectare probatur) patet. Et propterea in allegato quolib. Sanctus Thomas iudicio eccleſiæ & Papæ vt ſynonimis vtitur, aperiens expreſsè quòd ſententiæ Papæ per aſſiſtentiam diuinæ prouidentiæ ſtandum eſt. Et propterea oportet eſſe cautum, ne vocabulis aliter intellectis fallamur. Certi nanque ſumus, quòd nec Papa, nec eccleſia, aut ſynodus vniuerſalis integra, poteſt in fide errare, iudicando authoritatiuè de fide. De eccleſia autem ac ſynodo acephala nihil inuenio: quia nihil authoritatis ſine capite in ea video quamuis merita multa. Et non aduertere ad hanc diſtinctionem de fide perſonali, vel in iudicio authoritatinè, eſt cauſa quare à multis ignoranter & in materia fidei eccleſia, imò doctores Papæ præferantur: conſiderant enim ipſum non officium cum aſſiſtentia diuina ad fidem in officio, etſi non in perſona.

¶ Ad id verò quod additur, quòd claues ſunt propter eccleſiam finaliter, cõcedo ingenuè quòd Papa vt poteſtatem iuriſdictionis habens eſt propter bonum fidei & pacis eccleſiæ, vt ex capitulo ſeptuageſimoſeptimo quarti contra Gen. ſancti Thomæ apparet: & eſt ignobilior ipſa pace Chriſti, quæ exuberat omnem ſenſum. & hoc eſt, quia Papa non eſt princeps niſi vt miniſter & vicarius naturalis principis, qui eſt ſummum bonum, ad quod ordinatur bonum commune totius communitatis, vt ex 12. Metaphy. habetur.

Ad rationem ex principio illo, Omne totum eſt maius ſua parte, dicitur conceſſo illo principio formaliter (ſcilicet de toto & parte vt ſic) quòd licèt Papa quò ad perſonam & merita, ſit pars eccleſiæ vniuerſalis: ſecundum poteſtatem tamen iuriſdictionis (de qua eſt ſermo) non eſt pars ita quòd poteſtas eccleſiæ vniuerſalis non conſurgit ex poteſtate iuriſdictionis Papæ & aliorum, vt totum ex partibus: ſed poteſtas Papæ eſt tota poteſtas eccleſiæ vniuerſalis, & aliæ poteſtates ſunt participationes ipſius in partem ſolicitudinis datæ. Iam enim dictum eſt quòd non plus poteſt Papa & eccleſia quàm Papa ſolus: licet plures poteſtates ſint poteſtates Papæ & eccleſiæ, quàm Papæ ſolius. Et ſi ex ratione capitis, quia eſt membrum & pars corporis, inſtare velis, reſpice ad Ieſum Chriſtum, qui caput totius eccleſiæ ſic eſt, vt non ſolùm quò ad poteſtatem, ſed nec quò ad nobilitatem & ſanctitatem ſit pars eccleſiæ. Et vide quòd in his myſticis loquutionibus non oportet ea, quæ imperfectionis ſunt (vt eſt eſſe partem) ſaluare in his quæ ſunt ſuperioris ordinis, quales ſunt Ieſus Chriſtus, & eius vicarius generalis, qui quò ad nobilitatem & ſanctitatem & perſonam pars eſt eccleſiæ.

¶ Ad illud verò Hieronymi, quòd orbis maior eſt vrbe, reſpondetur quòd verum eſt quò ad multa: putà merita, virtutes, ſcientiam, & in propoſito ſecundum vigorem conſuetudinis, non poteſtatis, ideſt conſuetudo orbis præualet conſuetudini vrbis: ſed poteſtas vrbis eſt ſuprà poteſtatem orbis. Et quòd hæc ſit intentio Hieronymi, ex contextu patet, quia de conſuetudine eccleſiarum, qua diaconi ſub presbyteris ſedent, loquitur.

¶ Ad rationem formatam ſuper mandato Domini, Dic eccleſię: quia aduerſarij ſanctas gloſſas refugiunt (vt pro eccleſia prælatus vt ſic intelligatur cum ſacris doctoribus eadem ſententia) aliter dicitur, quòd Dominus in illo mandato affirmatiuo plura ordinatè mandat. Primò actum charitatis, Corripe eum inter te & ipſum. Secundò actus iudiciales, Adhibe duos, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum, & dic eccleſiæ. Inter hos autem actus hæc eſt differentia, quòd actus charitatis extendit ſe ad omne peccatum in proximum, & ad omnem fratrem, vt patet: actus verò iudiciales non extendunt ſe ad omne peccatum in proximum, nec ad omnem fratrem. Et quòd non ad omne pec-

catum in proximum, & ad omnem fratrem, vt patet: actus verò iudiciales non extendunt ſe ad omne peccatum in proximum, nec ad omnem fratrem. Et quòd non ad omne peccatum in proximum, ex eo lucidiſsimè patet, quòd ſunt quædam peccata contra nos, quibus conuincendis non poſſunt adhiberi teſtes, vt patet de peccato coniugis tentantis facto coniugem in lecto ad peccatum contra naturam, & de ſecretiſsimis ſermonibus. In his enim quia non poſſunt teſtes adhiberi: locum non habet præceptum hoc affirmatiuum, Adhibe tecum duos, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. nec illud, Dic eccleſiæ: quia intelligitur in peccatis ſubiectis adhibitioni teſtium. Quòd etiam non ad omnem fratrem, ex eodem fundamento habetur: quia ſcilicet ſi eſt aliquis frater, qui non ſit ſubiectus alicui in terris, de illo non intelligitur præceptum, adhibe tecum: nec, Dic eccleſiæ: vanum enim hoc eſſet.

¶ Et quia Papa eſt talis frater, ideo præceptum hoc non habet locum ſimpliciter contra Papam. Dico autem ſimpliciter, vt præſeruem me à caſu, in quo poteſt deponi.

¶ Et quòd hæc ſit vera expoſitio ad literam, probatur ratione & authoritate. Ratione quidem: quia Saluator in hoc præcepto duo exprimit vniformiter, ſcilicet perſonam peccantem: Frater tuus, & peccatum, Peccauerit in te (vtrunque enim abſque exceptione aliqua indefinitè ponit) & tamen oportet quo ad peccatum limitare ad peccatum capax adhibitionis teſtium: ergo quo ad fratrem limitare etiam oportet ad fratrem ſubiectum communicantem tecum in Patre in terris. Et hoc poteſt accipi ex illo verbo, Frater tuus, id eſt, purè frater, id eſt, qui ita ſit tibi frater, vt non ſit plus quàm frater: cæteri namque prælati tui non ſunt ſimpliciter plus quàm frater, ſed quò ad aliquid: Papa verò ſimpliciter. Qua ergo ratione limitatio admittitur peccati, admittenda eſt & limitatio peccantis fratris. Authoritas eſt Sancti Thomæ in quarto ſententia. diſtinctione decimanona, quæſtione ſecunda, articulo ſecundo quæſtionis tertiæ ad ſecundum: dicentis, quòd ſi prælatus non habet ſuperiorem, recurrendum eſt ad Deum, qui eum emendet, vel de medio ſubtrahat. hoc enim propter ſolum Papam oportet dici: quia cæteri prælati habent ſuperiorem. Nec ſolus eſt Sanctus Thomas, ſed innumeræ infinitæ ferè authoritates afferentur, oſtendentes Papam omnino non habere ſuperiorem: ac per hoc non claudi ſub appellatione fratris peccantis quò ad actus iudiciales.

¶ Ex quo patet quàm temere quidam dicant, quòd ſuper hoc textu abſque omni calumnia, plenitudo poteſtatis gladij ſpiritualis, & executio eius in eccleſia collegiata, ac per hoc in concilio vniuerſali ſuper quemlibet Chriſtianum qui eſt frater noſter, etiam ſi Papa fuerit, fundatur: & quòd ſuper hoc fundatur poteſtas diffiniendi, determinandi, ſtatuendi, excercendi, conſtituendi leges, etiam ſupra perſonam Papæ & vſum poteſtatis eius.

¶ Hæc enim ex dictis & dicendis patet eſſe erronea. & dicentes hæc, neſciunt diſcernere, quòd præcepta quæ dantur de actibus iuſtitiæ iudicialis, intelliguntur tam in factis quàm in perſonis ſubiectis, & non alijs: & quòd iſta præcepta non probant ſubiectionem talis facti vel talis perſonæ ad eccleſiam: ſed de ſubiectis illi quæcunque & quicunque ſint diſponit. Ignorantiæ ergo eſt ex hoc textu ſubiectionem Papæ arguere. Et vt conuincantur iſti, practicetur textus iſte ſic. Primò text. non magis loquitur de eccleſia vniuerſali, quàm particulari, putà Mediolanenſi. Et hoc etiam conuincitur ex hoc quòd peccante in me fratre meo Mediolani, ſufficit dicere eccleſiæ illi, & ſi illam non audierit, erit ſicut ethnicus, & cætera. indiſtinctè ergo de eccleſia loquitur. Tunc vltra cùm dicitur, Dic eccleſiæ, aut ſumitur eccleſia communiter pro collectione fidelium quomodolibet, & hoc non, quia ſi non audiret totam collectionem Mediolanenſium abſque prælatis, non eſſet ſicut ethnicus & publicanus, vt patet. Aut ſumitur eccleſia pro collectione fidelium cum prælato, & ſi ſic ſumitur, ergo etiam eccleſia vniuerſalis, cùm ſibi dicendum eſt, non ſumitur pro acephala, ſed cùm capite qui eſt Papa. Ex hoc ipſo ergo præcepto Domini intellecto proportionaliter de eccleſia vniuerſali, Papa comprehendi oſtenditur non ſub appellatione fratris peccantis, ſed eccleſiæ iudicantis, quia eccleſiæ cum capite, & non acephalæ dicendum mandat peccatum fratris peccantis. Rurſus Papa non eſt deterioris conditionis reſpectu eccleſiæ ſuæ, quàm quilibet Epiſcopus reſpectu eccleſiæ ſuæ, ſed Epiſcopus peccans in fratrem ſuum, non denunciatur eccleſiæ ſuæ acephalæ, ſed eccleſiæ, id eſt prælato ſuperiori, & ſufficienter impletur mandatum Domini, ergo Papa non denunciatur Eccleſiæ Catholicæ, cuius eſt epiſcopus, acephalæ, ſed ſuperiori qui eſt Ieſus Chriſtus, clamando ad Deum, qui eſt paratus citò facere vindictam, clamantium ad ſe, multò magis quàm iudex terreſtis, vt ipſe teſtatur Lucæ decimo octauo.

¶ Negandum eſt igitur, quòd Eccleſia Vniuerſalis ſit iudex ordinarius Papæ in puniendo, & conſequenter quòd ſit ſimpliciter & abſolutè illius iudex, & conſequenter, quòd quemcunque legis actum poſſit ſuper eum. An autem in aliquo euentu vel caſu ſit illius iudex inferiùs examinabitur.

¶ Repugnare quoque Sacris Canonibus, quòd Eccleſia Vniuerſalis ſit iudex Papæ in puniendo abſolutè, manifeſtè patet, quia ſic de quolibet peccato Papæ in proximum poſſet denunciari Papa, iudicari & puniri ſi fraternam admonitionem non audiſſet, contra capitulum, ſi Papa, diſtinctione quadrageſima, & capita multa, nona quæſtione tertia, ſcilicet patet, nemo, aliorum, facta, cuncta, & contra omnes canones Pontificum, ſcilicet Bonifacij, Nicolai, Innocentij, Symachi, Anterij & Gelaſij. Et licet aliquod horum patiatur fortè gloſſam quòd loquitur de particulari iudice, & non de Vniuerſali Eccleſia, multa tamen capitula omne iudicium citra diuinum excludunt, vt capitulum patet, vbi ſunt de ſeda apoſtolica hæc verba, Cuius authoritatiuè manus non eſt iudicium. Similiter capitulum, aliorum, vbi ſunt hæc verba, Aliorum cauſas hominum Deus voluit per homines terminare, ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. vbi etiam Papam excludit, proſequendo obiectiones in contrarium. Eſt & contra extrauagantem Bonifacij octaui vnam ſanctam, vbi diffiniens, inquit, Si deuiat terrena poteſtas, iudicatur à ſpirituali, ſi deuiat ſpiritualis, iudicatur minor à ſuperiori, ſi verò ſuprema, à ſolo Deo, & non ab homine poteſt iudicari. Hæc ille. Et eſt contra multos Doctores in Theologia quidem (vt refert dominus Ioannes de Turre Cremata in libro ſecundo, de Eccleſia, capite nonageſimo quarto,) Hugonem de Sancto Victore, Albertum Magnum, Sanctum Thomam, Alexandrum de Ales, Sanctum Bonauenturam, Petrum de Tarantaſio, Vlricum, Ricardum, Petrum de Palude, Herueum, Auguſtinum de Ancona, Alexandrum de Alpidio. In iure autem canonico Hoſtienſem, Ioannem Andream, Guidonem, Archidiaconum,

chidiaconum, Innocentium, & Auerroim.

¶ Ad vltimò allata ex Sacris Canonibus, ex eo quòd Papa non poteſt contra ſtatuta Patrum, reſponſionem habendam Thomæ in tractatu contra impugnantes religionem, quòd intelligitur quò ad ea, quæ ſunt iuris diuini, vel naturæ. Et hoc etiam habetur in gloſſa illius & præcedentis capituli, ſunt quidam.

¶ Ad capitulum, prima ſalus, eodem modo dicendum eſt, aduertendum quòd Patrum appellatione venit principaliter Papa, qui eſt pater Patrum.

¶ Quòd autem Ioannes Gerſon affert contra ſummos Pontifices illud Gratiani, diſtinctione quarta, Leges inſtituuntur cùm promulgantur, firmantur autem cùm moribus vtentium comprobantur, quaſi examen ſupremum legum ſit, vnde firmantur, riſu magis quàm reſponſione dignum eſt. Relinquitur igitur certum & indubiè tenendum, quòd Papa eſt ſuprà Vniuerſalem Eccleſiam, non ſolùm ſecundum ſingulas perſonas & Eccleſias, ſed ſecundum ipſam Eccleſiæ Communitatem, ſolum Deum ſuperiorem habens.

CAPVT X.

De noua quadam fictione, qua imaginantur aliqui concilium eſſe ſupra Papam.

HACTENVS ſimpliciter eſt diſputatum & concluſum, quòd Papa habet poteſtatem ſuper Vniuerſali Eccleſia & concilio, vt caput, paſtor, rector & director illius. Deinceps noua quædam imaginatio Ioannis Gerſon in tractatu de Poteſtate Eccleſiaſtica, & in tractatu, de Auferibilitate ſponſi ſeu Papæ, tractanda confutandaque eſt: quoniam periculoſa eſt valdè, & Sanctæ Matri Eccleſiæ plurimùm nocitura. Et vt meliùs obſeruare ſe ab his omnes poſſint, recitanda eſt ſua imaginatio.

¶ Ponit in primis Poteſtatem Eccleſiaſticam velut quoddam totum integrale diſtingui in ſuas partes integrales, Papatum, Cardinalatum, Patriarchatum, Epiſcopatum, Sacerdotiumque, Eccleſiamque integrari ex his ita vult, vt ſublatò non Papa, ſed Papatu, non ſit Eccleſia Vniuerſalis. Vultque proinde in Eccleſia & Concilio Vniuerſali ſiue Papa ſit, ſiue non, Claudi authoritatem Papalem, quàm ſupremam Poteſtatem Eccleſiaſticam & plenitudinem poteſtatis eccleſiaſticæ, formaliter poteſtatiuè & originaliter reliquas continentem, & in ſolo Romano Pontifice formaliter & ſubiectiuè eſſe fatetur, à Ieſu Chriſto Petro datam. Fatetur quoque Eccleſiæ regimen à Ieſu Chriſto inſtitutum Monarchicum, ita quòd hoc non niſi ſolo Deo mutabile eſt & Monarcham eſſe Papam.

¶ Cum his quoque diſtinguit & bene, & poteſtatem Eccleſiaſticam tripliciter accipi, primò, ſecundum ipſam, vt Papatum, ſecundum ſe. Secundò, ſecundum applicationem ad hanc vel illam perſonam, vt quòd Papatus ſit in Ioann. vel Mart. Tertiò, ſecundum exequutionem, vt quòd Papa faciat vel non faciat hoc vel illud. Et appoſita altera diſtinctione de multiplici modo eſſendi in aliquo, vult quòd licet quælibet Eccleſiaſtica poteſtas ſit formaliter & ſubiectiuè tantùm in ſuppoſitis formaliter denominatis ab illa (putà Papalis in Papa, Cardinalitia in cardinali, Epiſcopalis in Epiſcopo) nihilominus quælibet Eccleſiaſtica Poteſtas eſt in Eccleſia Vniuerſali ſeu Concilio Vniuerſali illam repræſentante tripliciter. Primò, ſicut in fine, quia data eſt in ædificationem corporis Chriſti. Secundò, ſicut in regulante applicationem ipſius ad perſonam. Tertiò, ſicut in regulante vſum, ſeu exequutionem poteſtatis in perſona exiſtentis. Et de primo ac ſecundo modo non eſſe dicit facultatem, de tertio autem ſimiliter dicit, ſi conſideretur quòd Poteſtas Papalis data eſt in ædificationem Eccleſiæ. Et probat ſic, Papa eſt peccabilis, & poteſt hac Poteſtate in deſtructionem Eccleſiæ abuti, ſimiliter Sacrum Collegium Cardinalium non eſt in gratia, vel fide confirmatum, ergo oportet vt aliqua ſit reliqua inobliquabilis & indeuiabilis regula ab optimo legiſlatore Chriſto, ſecundum quam poſſit abuſus huiuſmodi Poteſtatis reprimi, dirigi, atque moderari. Hæc autem eſt Eccleſia ſeu Vniuerſale Concilium, ergo in Eccleſia Vniuerſali eſt Papatus, vt in regulatiuo exequutionis ipſius.

¶ Et confirmatur, quia cùm medium virtutis non habeatur niſi prout ſapiens iudicabit, & Papa habeat Poteſtatem in ædificationem, prout ſapiens iudicabit, finalis reſolutio huius iudicij fiet ad Eccleſiam ſeu Concilium, vbi eſt ſapientia indeuiabilis. Et hic, inquit, fundantur multa, vt quòd Papa iudicari poteſt & deponi per Concilium, quòd concilio ſubiicitur quò ad vſum ſuæ poteſtatis, & ſibi poteſt dici, Cur ita facis? & quòd in Concilio eſt etiam Poteſtas Papalis quarto modo, ſcilicet ſuppletiuè, quòd ſcilicet ſupplendo facere poteſt quicquid poteſt Papa, vt Decreta & acta Concilij Conſtantienſis reſtantur.

¶ Diſtinguit præterea Poteſtatem Papæ in eam, quæ ſibi à Ieſu Chriſto tributa eſt in Petro, tanquàm ſuo Vicario & Monarchæ, tam ordinis, quàm iuriſdictionis in foro voluntario & inuito (& hanc vult eſſe ſupernaturalem) & in eam quæ conuenit Papæ ex iure naturæ & poſitiuo. Naturæ quidem, quia dictamen naturalis iuris vult, vt ſupremus in aliqua politia, gaudeat multis priuilegijs & honoribus ſuper alios. Poſitiuo verò multiplici, & in propoſito ipſius Eccleſiæ ſeu generalium Conciliorum, ſicut communitas perfecta ſuo capiti dare poteſt. Et hanc vult eſſe authoritatem interpretandi diſpenſandique in ſtatutis Concilij generalis, prout occurrens neceſſitas vel euidens vtilitas poſtulat, vbi pro tunc recurſus ad generale Concilium non patet. Propter cuius diſtinctionis ignorantiam multam tetam putat ignorantiam in putantibus omnia poſſe Papam ex authoritate ſibi à Chriſto tradita.

¶ Concilium igitur eſſe ſupra Papam, habereque vim coactiuam ſuper illum, poſſeque illi leges imponere circa vſum poteſtatis, ſuſpendere ab exequutione, & deponere cum culpa & ſine culpa, infert. Comparare proptereà, inquit, Eccleſiam Papæ, nihil aliud eſt quàm comparare totum parti integrali, & quærere quid ſit maius. Conſtat enim, quòd Eccleſiæ ſeu Concilij Vniuerſalis authoritas maior eſt authoritate Papæ in ſex. Primò, in amplitudine vel extenſione: ſecundò, in infallibili directione, tertiò, in morum reformatione in capite & in membris; quartò, in coactiua poteſtate: quintò, in cauſarum fidei difficilium vltimata deciſione:

ſexto, quia copoſior : complectitur enim ſaltem virtualiter omnem poteſtatem & omne politicum regimen, Papale, imperiale, regale, ariſtocraticum, & timocraticum.

¶ Confirmat dicta ſua ex Apoſtolorum actibus pluribus : quia ſcilicet Iacobus non Petrus diffiniuit in concilio, Act. decimo quinto : & ibidem non Petri nomine, ſed communitatis ſcribitur ad Antiochiam, Apoſtoli & ſeniores, &c. & miſerunt Petrum & Ioannem tanquam ſubditos eccleſiæ, Act. octauo. & Petrus compulſus eſt rationem reddere de ingreſſu adi Centurionem, Act. vndecimo. Fundat autem ſuper allatis prius ex Matthæi decimo octauo authoritatibus, Dic eccleſiæ, & Quæcunque ligaueritis ſuper terram. & concilio Conſtantien. Et concludit quòd luce clarius ex principiis Theologiæ concluſa eſt ſubiectio Papæ ad concilium. Et vſque adeò progreditur, vt peſtiferam perniecioſiſſimàmque doctrinam appellat, ponentem Papam ſupra concilium, aut ſaltem non imparem illi.

CAPVT XI.

Quòd ſecluſo Papa in Eccleſia, non eſt papatus ſuppletiuè, & ſicut in regulante vſum ipſius.

PRINCIPIVM Veritatis videndæ circa tecitata à radice ſumendo, declarabimus. Primò, id ſuper quod tota hæc conſurgit fabrica falſum eſſe ſcilicet, quòd ſecluſo Papa, quomodolibet in eccleſia Dei ſit Papatus, ſicut in regulatiuo ipſius, quantùm ad vſum & ſuppletiuè. Deinde oſtendetur falſum eſſe, quòd Papa habeat aliquam poteſtatem ab eccleſia : ſed omnia poteſt ex papatus authoritate. Et deinceps ſigillatim omnia examinando determinabuntur manifeſtata prius veritate, circa poteſtatem applicandi poteſtates eccleſiaſticas ad perſonas, an ſit in eccleſia ſecluſo Papa. Sic enim modò de eccleſia, vt diſtinguit contra Papã, loquimur: & ſic volumus intelligi dũ de his ſermo eſt. Si Papatus igitur eſt ſic in eccleſia cum eccleſia non habeat ipſum ex ſeipſa (vt aduerſarius fatetur) oportet quòd datus ſit ei à Deo. Et cùm huiuſmodi donata à Deo neſciamus niſi per reuelationem in ſacra Scriptura, vel traditione Apoſtolorum, vel in ſanctis doctoribus, aut determinatione apoſtolica contentam, aut per rationem ex principijs theologicis efficaciter probantem : ſi in nullo horum reuelatio, hæc inuenitur, ſed oppoſitum, ſi theologica ratio non conuincit, ſed potiùs abducit ab hoc, ſentiendum eſt oppoſitum. Et quidem quòd in ſacra Scriptura donatio iſta non reperiatur, ex antedictis patet : authoritates enim ſumptæ ex Matthæi decimo octauo, nihil dant niſi ſupra ſubiecta eccleſiæ indefinitè, vt prædeclaratum eſt. Vnde ex eis non poteſt huius, vel illius ſubiectio probari : ſed haberi quam poteſtatem in ſubiecto habeat.

¶ Ex geſtis verò ab Apoſtolis nihil tale habetur: quia Act. octauo licet Petrus & Ioannes ſint miſſi, non tamen vt ſubiecti : Spiritus enim ſanctus miſſus eſt à Filio iuxta illud Ioann. 16. Quem ego mittam vobis : & tamen non eſt ſubiectus. Malè theologus eſt, qui ex miſſum eſſe, infert ſubditum eſſe. Act. verò, 11. diſceptatio eorum qui erant ex circuncitione aduerſus Petrum, nullam ſuperioritatem ſed ambiguam æmulationẽ legis Moyſo præ ſe fert. Et quòd illa diſceptatio non ab Apoſtolis ſed conuerſis Iudæis, & præcipuè Phariſæis fuerit, textus ille iunctus cum capitulo 15. (vbi illi de hæreſi Phariſæorum dicebant legalia imponenda etiam gentibus) inſinuat. Et rurſus reprehenſio non factis, ſed verbis, ſubditis quandoque licita eſt aduerſus prælatos, vt de Petro & Paulo apparet ad Gal. ſecundo & ſuperiùs ex ſancto Thoma oſtendimus. Et item Gregorius (vt habetur ſecunda quæſtione ſeptima, can. Petrus) hoc ſoluit, quòd Petrus noluit vti authoritate ſua. Acta verò, 15. non fuit concilium vniuerſale, nec Iacobus dedit ſententiam & ideo nihil facit ad propoſitum. Quòd non fuerit concilium vniuerſale, patet ex hoc, quòd non fuerunt ibi niſi tres ex 12. Apoſtolis, vt ad Gal. ſecundo habetur, ſcilicet Petrus, Iacobus, & Ioannes. Quod enim narratur Act. 15. tunc fuit, quando Paulus poſt annos 14. aſcendiſſe ſe Hieroſolymam, ad Gal. ſecundo refert, vt gloſſa ordinaria dicit Act. 15. Quòd Iacobus ſententiam non dederit, ſed iudicium ſuum dixerit poſt Petrum loquens, ex eo patet quod ſubditur, Tunc placuit Apoſtolis & Senioribus cum omni eccleſia eligere & mittere, &c. ſcribentes per manus ipſorum. Concluſio ergo in qua ſtat proculdubio ſententia diffinitiua, in communi facta eſt, non à Petro, nec Iacobo. Et ſcito quòd quia ſolutio quæſtionis petebatur non à Petro, ſed ab Apoſtolis & presbyteris præſentibus (Hieroſolymis) vt patet in eodem decimoquinto capitulo ideò Petrus ſimplici apoſtolatu non papali authoritate vſus, exhibuit ſe ſicut vnum ex alijs in tali conuentu : & communi nomine Apoſtolorum appellatione contentus fuit. Et bene : quia omnia tempus habent : necdum autem erat tempus vtendi plenitudine poteſtatis ſuæ : in ſtatuto præcipuè tranſitorio quale fuit propoſitum à Iacobo, cùm dicit, Ego iudico, id eſt, hoc eſt iudicium meum, &c. Aduenit poſtmodum tempus, quò Papa manifeſtauit ſuæ plenitudinem poteſtatis, vt patet legenti geſta Patrum & eccleſiæ. Quamuis & hic Petrus primum inuenitur & in electione Matthiæ, & in condemnatione Ananiæ, & Saphiræ & Simonis, & ex traditione ſucceſſiua Apoſtolorum, Papam potius quàm concilium primatum obtinere animis, vocibúſque Chriſtianorum inhibitum eſt vſque ad concilium Conſtantienſe, ad quod vſque tempus ſancti doctores abſque dubio hoc docuerunt. Nec concilium Conſtantienſe, aut Baſilienſe oppoſitum determinare potuit : quia ſi Hieronymi ſolius authoritas innixa ſacræ Scripturæ præualuit concilio (vt patet 36. quæſtione ſecunda ca. tria. iuncto ca. placuit) quantò magis tanta lucida nubes teſtium inductorum innixa ſacræ Scripturæ apertè, vt monſtratum eſt & monſtrabitur, præualet congregationi Conſtantienſi, ante Martinum, & Baſilienſi concilio? Omnia enim concilia per Romanæ ſedis authoritatem robur acceperunt, & facta ſunt, vt capitulo ſignificaſti, de electio. allatum eſt. Quòd autem nec ratione ex theologicis principijs hoc habeatur, ſed

potiùs

potius in hoc, quòd ſummus prouiſor & legiſlator Dominus Ieſus Chriſtus non reliquit eccleſiam diſcuſſimam ſine ſufficienti regula & inobliquabili in remedium concurrentium defectuum: ſed Papa eſt peccabilis, eccleſia verò errare non poteſt: ergo. Hæc enim ratio ad hoc propoſitum non ſolum non procedit ex principiis theologiæ, ſed in hæreſim adducit damnatam, pro fundamento enim ſumitur, quòd eccleſia non poteſt errare, & Papa poteſt errare: aut loquuntur de errore perſonali in gratia gratum faciente, aut de errore iudiciali, diffiniendo in quacunque re eccleſiæ, vel in fide. Si loquuntur de errore perſonali in gratia, in hæreſim incidunt damnatam: quòd poteſtas eccleſiaſtica fundatur ſuper charitate; & tamen hoc modo contra ſeipſum oportet quòd intendat iſte homo, quia expreſsè affert pro ratione, quia Papa eſt peccabilis, & ſacrum collegium ei aſsiſtens non eſt confirmatum in fide & gratia. Ex hoc ergo quòd apud ipſum eccleſia eſt firmata in fide & gratia & propterea inobliquabilis, oportet dicere quòd à Deo habeat regulatiuam poteſtatem vſus omnia eccleſiaſticæ poteſtatis. Et hoc quid aliud eſt dicere, quàm ſequi hæreſim illorum, qui, quoniam vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine Domini, in medio eorum eſt Dominus, eccleſiaſticam poteſtatem in bonis Chriſtianis ponunt? Amplius. Quis reuelauit huic homini, quòd Prælatorum congregatio in concilio generali, ſecluſo Papa, ſit confirmata magis in fide & gratia perſonali, quàm collegium Cardinalium? quare non poſſunt omnes illi eſſe in peccato mortali ſicut iſti? Prætereà. Quàmuis eccleſiæ ſit promiſſa gratia perſonalis in aliquo ſuppoſito ſemper (iuxta illud Matth. vltimum. Ecce, ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi) quis hoc promiſit prælatis iſtis ſic congregatis magis, quàm collegio Cardinalium cum Papa? Quæcunque enim authoritas affertur de congregatis, ſcilicet, Vbi duo vel tres, & cætera. & Si duo ex vobis conſenſerint, & ſimilia, non magis habet locum in illa acephala congregatione, quàm in iſta non acephala, quæ verè eſt in nomine Domini, ſaltem quo ad authoritatem. Nec poteſt dici, quòd hoc conueniat concilio dicto ex repræſentata eccleſia vniuerſali, quia gratiæ perſonales repræſentati non tranſeunt in repræſentantem, vt patet inductiuè.

¶ Si verò loquuntur de errore iudicialiter diffiniendo de re qualibet, conſtat & quòd Papa, & quòd concilium ſimul cum Papa errare poteſt, malè iudicando de vno regno, quòd iſte habet ius eius, & non alter, aut quòd ille Epiſcopus ſit ſimoniacus, vt patet in capitulo à nobis. de ſententia excommunicat. & in quol. Sancti Thomæ, vbi ſuprà. Si autem de iudicio fidei ſit ſermo, aut comparatur Papa & concilium ſecundum proprias naturas & vires: & ſic tam Papa, quàm concilium poteſt errare, quia omnis homo mendax: Aut ſecundum aſſiſtentiam diuinæ prouidentiæ: & ſic falſum & erroneum eſt dicere quòd Papa poſſit errare: quia hoc eſſet dicere, quòd eccleſia tota poteſt errare in fide: quia ad ipſum pertinet determinare de fide, vt habetur de baptiſmo & eius effectu, capitulo, maiores. & 24. quæſtione 1. capitulo, à recta. memor ſum. & quoties. Et quicquid determinatum eſt ab ipſo de fide, omnes Chriſti fideles ſequi oportet, vt patet ex hoc, quòd hæreticus cenſetur, qui damnatæ ab Apoſtolica ſede concluſioni in fide, adhæret pertinaciter: & ex hoc quòd qui aliter docet & ſentit de fide & ſacramentis eccleſiæ quàm Roma. eccleſia hæreticus eſt, vt patet ex San. Thoma, in Secunda ſecundæ, quæſtione prima, articulo vltimo, docente quòd ad ſummi Pontificis authoritatem pertinet, finaliter determinare ea, quæ ſunt fidei, vt ab omnibus inconcuſſa fide teneantur. & in quæſtione 11. articulo ſecundo ad tertium, quòd contra Papæ authoritatem in materia fidei, nec Hiero. nec Auguſtinus, nec aliquis ſacrorum doctorum ſuam ſententiam defendit, & ex cap. ſi Papa diſtinct. 40. vbi dicitur, quòd ex ipſo poſt dominum vniuerſorum ſalus dependet: & per hoc infallibile Papæ iudicium, impletur illud Ioan. 14. quòd Spiritus ſanctus docebit nos omnia. Colligendo igitur rationis ſolutionem, dicitur quòd ſemper altera præmiſſarum eſt erronea. Si enim eſt ſermo de obliquitate à gratia, illa vniuerſalis eſt erronea, ſcilicet quòd obliquum oportet regulari in terra à recto: & eſt expreſsè damnata etiam à concilio Conſtantienſi ſub Martino. Si autem eſt ſermo de obliquitate à iudicio fidei, illa propoſitio eſt erronea, ſcilicet quòd Papa poteſt errare, & reliquum eccleſiæ non. Confirmantur hæc authoritatibus ſuprà allatis. Et hæc reſponſio aſt ratio ſumpta ex parte cauſæ materialis, ex hac enim habetur, quòd non magis communitas quàm vna perſona in officio vicariatus Chriſti poſita, quantum ad ea quæ ſunt fidei, habet quòd ſit ſubiectum ſeu materia aſſiſtentiæ diuinæ, cùm non ſit differentia apud Deum in multis aut paucis, vno vel pluribus ſaluare, imò ex quo monarchicum inſtitutum eſt regimen, in vno ſolo conſtituta eſt poteſtas, vt San. Thom. in quarto ſentent. diſtinctio. 19. quæſtio. 1. dicit. Ex quo patet, quòd voluntariè dicitur quòd Papa habet poteſtatem in ædificationem, prout ſapiens, id eſt, concilium determinabit. In his enim quæ ſunt fidei ſecundum diuinam ſapientiam in Scripturis reuelatam & ſibi aſſiſtentem, in directione autem morum ſecundum prudentiam monaſticam & politicam, quæ in principe eſt, ædificare eccleſiam debet. Et ad hæc multum adiuuatur ex concilio ſanctorum Patrum. & propterea cum veneratione à ſummis Pontificibus ſuſcipiuntur, oſtendunt ſi quidem ſtatuta iter Papæ, quod ſequi ſecundum Deum debet, quamuis cogere ipſum nequeant, vt ex prima ſecundæ San. Thomæ allatum eſt. Rationes autem quæ concernunt depoſitionem Papæ, inferiùs ſoluentur.

¶ Ex parte verò cauſæ formalis, quia Papatus eſt ex formali ſua ratione ſuprema in eccleſia Dei poteſtas, vt ex ſuprà dictis habetur, & iſtemet fatetur, ſupremæ autem poteſtati in eccleſia repugnat dari in eccleſia ſuperiorem, quia iam non eſſet ſuprema in eccleſia; ſed poteſtas in eccleſia regulatiua Papatus quò ad vſum eſt ſuperior Papatus, ergo in eccleſia Dei non eſt talis poteſtas, & conſequenter non eſt in illa Papatus, ſicut in regulatiuo vſus illius. Prima propoſitio aſſumpta (vt dictum eſt) patet ex determinatione etiam concilij Conſtantienſis, ſub Martino quinto, ſecunda autem eſt nota ex terminis: tertia autem, & probatur, & eſt ab eo confeſſa. Probatur quidem, quia cum par in parem non habeat imperium, & propterea vnus Papa non poteſt ligare manus alterius, oportet ſi eccleſia poteſt ligare manus Papæ conſtituendo leges coactiuas circa vſum Papatus & ſuſpendendo ab executione, quòd poteſtas eccleſiæ non ſit par papatui, ſed ſuperior papatu. Confeſſa eſt autem ab hoc viro, quum loquens de diſpenſatione facta à Papa dicit, Tenet, &c. Hæc diſpenſatio ſi non contineat errorem apertum, aut niſi fuerit ſuperiori lege prohibita, quòd dicitur propter ſtatuta fieri poſſibilia circa Papalis vſum poteſtatis per generale concilium. Hæc ille.

¶ Et vt magis pateat horũ fictio, aduertẽdũ ẽ q quã

admodum in adonatione omnium ſenſuum exteriorum in vnum ſubiectum, non inueniretur aliquis vnus iudex præter ſingulas ſenſuum poteſtates, niſi ſenſus ſuperior eis omnibus & communis omnibus præiungeretur (& propterea oportet ponere ſenſum communem, vt patet in ſecundo de Anima: vnicum & communem omnium ſenſibilium iudicem altiorem omnibus, quo vno vnum ſubiectum habens plures ſenſuum poteſtates iudicat) ita poſito, ſed non conceſſo quòd in eccleſia inuenirentur omnes poteſtates eccleſiaſticæ, ſcilicet papatus, cardinalatus, & cætera; ſi ex eis non reſultaret, aut quomodolibet eis iungeretur vna alia poteſtas; nihil poſſet niſi quòd ſecundum ſingulas poteſtates papatus, cardinalatus, epiſcopatus, & cætera poſſet. Perinde enim eſt (vt dicitur in ſecundo de Anima) duabus potentijs iudicare, ac ſi duo iudices eſſent. Ex concurſu igitur omnium poteſtatum in eccleſia vnmuſtabili etiam cum Papa, non plus poteſt apud ſapientes tota eccleſia cum Papa, quàm poſſunt ſingulæ poteſtates; ac per hoc cum papatus non poſſit ligare manus Papæ, nec tota eccleſia hoc poteſt, niſi fingatur ſuperior quædam poteſtas papatu, quæ eccleſiæ communitas vtens iudicet de ſingularum poteſtatum actibus; & ſi hoc fingitur; contradicitur veritati & ſibi ipſi, qui eccleſiam ex papatu, cardinalatu, & cætera componi vult.

¶ Ex cauſa demum finali probatur intentum quadrupliciter. Primò, quia incidit in Scyllam, cupiens vitare Charibdim. Si enim propter hunc finem; vt quilibet potens errare, habeat ſuperiorem in terris, oportet hanc in eccleſia ſupra Papam poteſtatem ponere, quis corriget concilium ipſum potens errare? vnde quod de facto errauit in decretis illis Conſtantienſi, & Baſilienſi, & in multis alijs errare poteſt, propter quod à concilio ad Papam conceditur appellatio, vt Sanctus Thomas in quæſtio. de po. Dei quæſtio. 10. articulo quarto ad decimumtertium dicit. Et de concilio Baſilienſi, quòd quamuis legitimè congregatum, errauerit notoriè, conuincitur ex ipſius verbis in ſecunda ſeſſione, ſcilicet, Synodus Baſilienſis decernit & declarat, quòd ipſa pro hæreſum extirpatione ac morum generali reformatione eccleſiæ in capite & in membris, necnon pace inter Chriſtianos procuranda, in Spiritu ſancto legitimè congregata per nullum quauis authoritate, etiam ſi Papali dignitate præfulgeat, diſſolui, aut ad alium locum transferri, ſeu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit, debet aut poteſt, debebit aut poterit in futurum, abſque eiuſdem ſynodi Baſilienſis deliberatione & conſenſu. Hæc ibi. Vbi manifeſtiſſimè apparet, quòd etiam in his quæ ſunt iuris poſitiui (qualia ſunt tempus & locus concilij) determinauerunt non habere poteſtatem ſummum pontificem, etiam antequam ipſa ſynodus congregata ibi tunc eſſet: quod tam erroneum eſt, vt argumentatione non egeat. Et hoc vnum ideo attuli, vt oſtendatur & quod concilium ritè eſſet congregatum authoritate Romani pontificis, ipſo abſente, aut non conſentiente decretis errare poteſt, & errauit: & vt ex hoc vno manifeſtè falſo in principio concilij illius decreto, omnium decretorum illius authoritas quanta ſit cognoſcatur. Inquit enim Auguſtinus quòd ſi vel minimum mendacium in ſacra Scriptura admittitur, tota perit.

¶ Secundò, quia verus finis poteſtatis eccleſiaſticæ ſcilicet, vnitas fidei charitatis, & pacis, quæ vna eſt eccleſia, & peruenitur ad patriam cæleſtem, meliùs cauſatur per vnum, quàm per plures conuenientes in vnum.

¶ Tertiò, quia nimis derogat dignitati ſupernaturalis ordinis poſitio iſta, quia ſicut Deus in naturalibus creauit hominem liberum, & reliquit eum in manu conſilij ſui, (quò & vt communitas libera Regem conſtituat cum certis legibus tacitis vel expreſſis) ſic diſpoſuerit Chriſtus in ſupernaturali regimine eccleſiæ, dando communitati poteſtatem ſupra principem. Longè quippe aliter chriſtianam ſupernaturalis regiminis firmitas non ſuper humano conſilio, ſed ſuper diuina aſſiſtentia ſupernaturali fundatur: ac per hoc ad infallibilitatem infallibiliter conſequendam, ipſa ſupernaturalis regiminis reſolutio reſpuit recurſum ad poteſtatem communitatis.

¶ Quartò, quia cùm gratia perficiat naturam per modum eius, & diuina ſapientia diſponat omnia ſuauiter, oportet vt Ieſus Chriſtus diſponat regimen eccleſiæ ſuæ, vt viuus non vt defunctus, propter quod non ante mortem, ſed poſt reſurrectionem in æternum non moriturus, Petrum inſtituit non ſucceſſorem, ſed vicarium ſuum. Commune eſt autem omnibus principibus viuentibus vicarios inſtituentibus, vt poteſtatem Reipub. ſuper vicarios non dent, ſed ſibi reſeruent iudicandum. Dominus igitur Ieſus Chriſtus communitati eccleſiæ non dedit poteſtatem ſuper ſuo vicario, ſed illi ſuam aſſiſtentiam non deficientem aperiens Lucæ 22. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, ipſi confirmationem aliorum commiſit ſubdens, Confirma fratres tuos. Et licet rationabiliter magis ex modo, quàm fine regiminis ſumantur, oſtendit tamen, quòd ad conſequendum eccleſiæ finem eſt bo modo regiminis non conueniens in eccleſia talem ponere poteſtatem. Quia ergo poſita poteſtas iſta in eccleſia ſupra Papam, regimini eccleſiæ per vicarium ſub Ieſu Chriſto viuente non conſonat, & ſupernaturali reſolutioni eccleſiaſtici iudicij derogat, & ad verum eccleſiæ finem inepta eſt, & intentum finem correctionis omnium errare potentium non aſſequitur: rationi formali papatus repugnat, aſſiſtentiæ Chriſti ad Papæ iudicium in his, quæ ſunt fidei obſtat, & nulla authoritate authentica, aut ratione efficaci aſſeritur, tot que ſanctorum teſtimonijs aduerſatur: concludendum eſt quòd fruſtrà, ignoranter, temere atque impiè prædicatur, ſcribitur, & defenditur.

CAPVT XII.

Quòd ſecluſo Papa, non ſit eccleſia poteſtas legiſlatiua.

QVONIAM Autem præter dictã poteſtatem duas alias in concilio locat ſecluſo Papa (ſcilicet poteſtatem applicandi poteſtates eccleſiaſticas ad perſonas, & poteſtatem condendi interpretandique authoritatiue leges) de his aliquantiſper dicendum eſt. Authoritas eccleſiæ in condendis legibus conuenit eccleſiæ ſecundum iſtum ex hoc, quod eſt communitas perfecta. Vnde ſi quælibet communitas libera & perfecta poteſt condere leges, & ipſius ſolius authoritate poſſunt mutari conditæ ab ea leges: ſic in eccleſia etiam oportet.

¶ Sed vt breuiter error iſtius pateat, omiſſo quòd eccleſia abſque Papa non eſt communitas perfecta (quia ſine capite) dicimus, quòd quia eccleſia vniuerſa diſtincta contra Papam eſt communitas ſubiecta à Ieſu Chriſto Papæ (vt patet ex authoritatibus inductis, teſtantibus ipſum eſſe paſtorem, rectorem, epiſcopum directoremque omnium Chriſtianorum, & vniuerſalis, ſeu catholicæ eccleſiæ) conſequens eſt quòd eccleſia, & ſi poſſit ordinare per modum ſocietatis cuiuſdam, non tamen poteſt aliquid ſtatuere, habens vim coactiuam, non ſolum circa actus Papæ, ſed nec circa quemcunque Chriſtianum, niſi ratione authoritatis prælatorum illius, ſi illi ad hoc concurrunt: & ſi fiat de facto, non valet, niſi authoritate Rom. pontificis implicitè vel explicitè roboretur: Vnde S. Tho. (vt ſuperiùs adductum eſt) inquit, Sancti patres in concilijs congregati nihil poſſunt ſtatuere, niſi interueniente authoritate Romani pontificis. Et (vt prædictum eſt,) rectè dixit, Sancti patres: quia multi patres ex ſua temeritate poſſunt ſtatuere, etiam ligando manus Pontifici ſummo. Et confirmatur hoc ex diffinitione legis poſita à ſancto Tho. in Prima ſecundæ. q.90. vbi in vlt. ex prædeterminatis concluditur, quòd lex eſt rationis ordinatio ad bonum commune ab eo, qui curam habet communitatis, promulgata. Ex hoc enim patet, quòd lex eccleſiæ nihil aliud eſt, quam rationis ordinatio ad eccleſiæ commune bonum à Papa (qui curam habet communitatis eccleſiaſticæ) promulgata: ac per hoc communitas eccleſiæ, cui ſui ipſius cura non eſt relicta à Ieſu Chriſto, ſed commiſſa Papæ, non poteſt leges authoritatiuè facere. Et hoc cognoſcentes ſancti patres à Papa robur decretorum ſuorum recognouerunt, vt etiam exorto hoc errore poſt electum Martinum Papam quintum, ipſa requiſitio oratorum regis Poloniæ, quòd approbarentur deciſa in materia fidei à Martino, teſtatur, vt patet in ſeſſione vltima. Et Baſilienſes multum inſtiterunt apud Eugenium quartum, vt decreta Baſilienſis concilij approbaret: & nunquam obtinuerũt: vt dominus Ioannes de Turre cremata refert: & in geſtis Baſilienſis concilij apparet.

¶ Amplius, Authoritas eccleſiæ determinatiua de his, quæ ſunt fidei, principaliter reſidet in ſummo Pont. & non ſolùm principaliter, ſed finaliter, ita ꝙ ad ipſum ſpectat finalis de fide determinatio: nec ſpectat ad concilium, ſed concilij ſententia à Papa cõfirmatur, & à concilio ad Papam appellatur: vt ſanctus Thom. in allatis locis, & Secunda ſecundæ, & quæſtio. de potentia Dei. & contra errores Græcorum docet. ergo à fortiori ad Papam principaliter & finaliter ſpectat cætera ſtatuere, & fruſtra à concilio ad eum appellaretur, niſi iuſtitiam poſſet ſupra concilium miniſtrare.

Aliàs, nec expectat concilium.

¶ Amplius, Conſuetudo eccleſiæ habet & habuit, vt Papa in omnibus quæ non ſunt de iure naturæ aut diuino, poſſit non ſolùm diſpenſare, ſed mutare iura: non ergo ipſe à concilio in interpretando dependet, ſed èconuerſo. Et ex hoc patet quòd capitulum frequens, in concilio Conſtantienſi decretum: niſi apoſtolica authoritate firmatum ſit, non habet certam vim obligatiuam: quoniam in ſeſſione 39. ante electum Martinum factum eſt.

APVT XIII.

Quòd poteſtas applicatiua eccleſiaſtica poteſtatis ad perſonam non eſt in eccleſia, ſecluſo Papa, niſi in caſu.

DE Authoritate autem applicatiua Papatus & aliarum eccleſiaſticarum poteſtatum ad hanc perſonam vel illam ſciendum eſt, quòd poteſtas iſta regulariter & principaliter eſt in Papa, & non niſi in caſu in concilio, ſeu eccleſia. Et in Papa quidem eſſe poteſtatem hanc quò ad applicationem poteſtatum inferiorum papatu, patet tum ex geſtis Apoſtolorum, dum ſingulos epiſcopos per loca inſtituebant: tum eccleſiæ conſuetudine, quę quotidie hęc à Papa faciente ſuſcipit abſque conſcientiæ ſcrupulo: tum ex ratione officij ſui: ad eundem namque ſpectat plena poteſtas ſupremi regiminis, & aſſumptio aliorum in partem ſolicitudinis, vt patet Exodi decimo octauo, vbi Moyſes dux populi ex concilio Iethro elegit & conſtituit principes populi: & millenos, & centuriones, & decanos. Quò ad applicationem verò papatus, & ex geſtis Beati Petri Apoſtoli, cùm inſtituit Clementem Papam (vt habetur octaua quæſt. 1. ſi Petrus.) ex authoritate Ioannis tertij, qui ſedit anno Domini 660. tempore Iuſtini Imperatoris: & ex continua obſeruatione liquet. Papa nanque inſtituit ad quos ſpectet electio, & mutat & limitat ſic actum electionis, vt oppoſito modo ſit irritus. In eccleſia autem, ſeu concilio non eſſe hanc authoritatem ſecluſo Papa, ex hoc patet, quòd tota eccleſia non poteſt authoritatiuè mutare legem factam à Papa: putà quòd electio non ſpectet ad Cardinales veros, & indubitatos, quod electus à minus, quàm duabus partibus Cardinalium, ſit Papa, ſed benè èconuerſo Papa poſſet ſtatuere, quòd electus à minus, quàm duabus partibus Cardinalium, ſit Papa: & quòd electio ſpectaret ad tales & tot prælatos, & non ad hos qui vocantur Cardinales: quia eiuſdem eſt deſtituere, cuius authoritatiuè eſt conſtituere in his quæ ſunt iuris poſitiui: quale eſt, quòd electio ſpectet magis ad presbyteros & diaconos talium eccleſiarum Romæ, qui vocantur Cardinales, quàm ad canonicos Lateranenſes, & ſancti Petri: magis ad epiſcopos Hoſtienſem, Sabinenſem, Præneſtinum, Tuſculanenſem, Albanenſem & Portuen. quàm ad alios epiſcopos. Hoc enim nec à diuino, nec à naturali iure eſſe conſtat. Si enim poteſtas ipſa applicatiua eſſet in eccleſia, ſecluſo Papa, poſſet eccleſia mutare ſtatuta Papæ, circa applicationem huiuſmodi. Vnde ſecundum veritatem, concilium, ſecluſo Papa, quia nihil poteſt niſi quòd per ſingulas poteſtates in eo contentas poteſt: nec vnum quidem, & illum minimum poteſt conſtituere Epiſcopum, ſi illi prælati ad quos ſpectat illum conſtituere, deficerent. Papa autem poteſt & eligere, & conſtituere Epiſcopos vbique terrarum ſua ſola authoritate: quæ non ſua, ſed illius eſt, qui graditur in multitudine fortitudinis ſuæ.

¶ In caſu autem permiſſionis (putà quia Papa nihil ſtatuit in oppoſitum) & ambiguitatis (quia neſcitur ſi aliquis eſt verus Cardinalis) & ſimilium euentuum mortuo, vel incerto Papa (vt tempore magni ſchiſmatis inchoati ſub Vrbano ſexto contigiſſe videtur) in eccleſia Dei eſſe poteſtatem applicatiuam papatus ad perſonam, ſer-

vatis debitis requiſitionibus, ne perplexa ſit, aſſerendum eſt. Et tunc per viam deuolutionis ad vniuerſalem eccleſiam poteſtas hęc deuenire videtur, tanquam non exiſtentibus electoribus determinatis à Papa ad repręſentandum illam in hoc actu pro bono ipſius eccleſiæ. Iam enim oſtenſum eſt, quòd eccleſiæ cura non ſibiipſi, ſed Petro à Chriſto commiſſa eſt: & propterea determinatiò Petri ad exercendum electionis actum nomine eccleſiæ, præualet tam determinationi quàm actui ipſius eccleſiæ, cuius nomine, ſed non authoritate fit.

¶ Quid autem de poteſtate depoſitiua ſentiẽdum ſit, inferius, tractabitur, Domino concedente. Hæc autem dicta ſunt, vt pateat, concilium ſecluſo Papa, nec regulatiuam vſus papalis poteſtatis, nec legum conditiuam & interpretatiuam, nec applicatiuam omnis poteſtatis eccleſiaſticæ ad perſonam poteſtatem authoritatiue habere, ſed omnia à Papa mendicare ipſum oportet.

¶ Et per hæc etiam ſatis clarum reſtat, quòd concilium non habet papalem poteſtatem ſuppletiuè. Et ſi contra hæc afferantur geſta in concilio Conſtantienſi, iam dictum eſt quòd propter incertitudinem Papæ & electorum in his quæ electionis actus exigebat admitti poteſt congregatio illa poſt vnionem trium obedientiarum. Veruntamen perfectum ac indubitatum concilium abſque vero, & indubitato Papa, & vno eorum contradicente, eſſe non potuit, propter quod illius acta non niſi ſub Martino quinto authenticata ſunt, ſub quo nihil geſtum eſt à concilio, ſicut prius.

CAPVT XIIII.

In quo ſoluuntur rationes contra Papam, quòd eccleſia ſit totum, & authoritas eius maior in ſex.

QVOD verò dicitur quòd comparare eccleſiam Papæ, eſt comparare totum parti integrali, de poteſtatibus eccleſiaſticis loquendo (quia de his eſt ſermo) facillimum eſt ſoluere: imò ſophiſticum monſtrare, nam ſophiſma eſt. Nam ſicut vnitas eſt pars numeri, & ſenarius numerus eſt maior tam vnitate, quàm dualitate, ita papatus, qui eſt vnica poteſtas eccleſiaſtica, eſt pars totius numeri poteſtatis eccleſiaſticæ. Et hoc modo poteſtas eccleſiæ eſt maior poteſtate Papæ; ſicut totum parte. & hoc eſt dicere, quia ſunt plures poteſtates quàm poteſtas Papæ: quod gratis conceditur. Sed ex hoc non ſequitur, quòd poteſtas eccleſię ſit maior, id eſt plus poſſit, quàm Papa: in quo ſenſu diſputatur. Vnde puerile eſt, quòd ex diſtinctione poteſtatis eccleſiaſticæ in papatum, cardinalatum, epiſcopatum. &c. inferatur, quòd quęrere an eccleſia ſit maior Papa, eſt quærere an totum ſit maius parte integrali.

¶ Quod etiam dicitur quòd eccleſiæ authoritas eſt maior authoritate Papæ in ſex, falſum & erroneum eſt: quoniam ſi ſumatur eccleſia vt diſtincta contra Papam, nullo modo eſt maior Papa, niſi amplitudine ſeu extenſione numeri: quia papa eſt vna poteſtas, illa multæ. Ex quo enim oſtenſum eſt, quòd papatus, ſecluſo Papa, non eſt in eccleſia niſi potentia miniſterialiter electiua (quia, ſcilicet, poteſt ſede vacante Papam eligere per Cardinales, vel per ſeipſam in caſu) & papatus eſt poteſtas ſuprema, ad quam ſpectat cauſas fidei determinare, & qui certus eſt, non eget amplius certificari: erroneũ eſt dicere, quòd vltima deciſio fidei non ad Papam, ſed ad concilium ſpectat: & tantò magis erroneum, quantò de concilio dicitur diſtincto contra Papam.

¶ Et quoniam ſola diuina aſſiſtentia cauſa eſt inobliquabilis directionis & iudicij in eccleſia, & hic adeſt Papæ, & ſimiliter papatus eſt poteſtas omnium aliarum poteſtatum, coactiuam vim habens, & omnem poteſtatem virtualiter continens, conſequens eſt quòd authoritatiuè eccleſia non ſit maior Papa: ſed ècontrario in cæteris quinque enumeratis capitulo. 10. Et ſic patet quanta cæcitate percuſſus fuerit iſte Gerſon, dicens quòd luce clarius ex principijs Theologiæ deducta erat concluſio iſta, quam monſtrauimus erroneam. Et rurſus quàm præſumptuoſus fuerit, appellando doctrinam Sanctorum, anno 140. approbatam, peſtiferam & perniciosiſſimam. Nec excuſatur niſi affectata forte ignorantia ex declaratione Concilij Conſtantienſis in vna tantùm obedientia ſub Ioanne 23. Papa dubio, profugo etiam & reclamante, vt dicitur.

CAPVT XV.

Opinio aliorum, quòd in eccleſia ſecluſo Papa eſt authoritas congregandi generale concilium.

ET quoniam inter ſingulares authoritates Ro. Pont. poteſtas congregandi generale concilium computatur: & hanc aliqui putant alijs conuenire poſſe: idcirco in hac quoque concilium Papæ comparandum ſpecialiter eſt.

¶ Eſt igitur nonnullorum opinio, ꝙ quamuis regulariter congregatio concilij ſpectat ad Papam (vt in capit. ſignificaſti. de elect. & diſtinct. 17. per totum in decretis patet) in caſu tamen aliquo congregari generale concilium poteſt, Papa non conſentiente, ac etiam inuito. Fundant hoc ſuper illo principio, ſcilicet, Regulæ generales patiuntur exceptiones, præſertim vbi caſus particulares incidunt variabiles modis infinitis: quod probatur ex ἐπιεικεία in Ethic. & gnome in ſexto Ethic. virtutibus poſitis ab Ariſtot. ad has exceptiones. Ex his nanque oportet dicere, quòd quandocunque obſeruatio legis diſſiparet vnitatem, quæ eſt finis legis, & obeſſet Reipub. non eſſet in illo caſu ſeruanda. Et propterea ſi Papa requiſitus nollet neceſſarium congregare concilium, non eſt ſeruanda pro tunc lex, quòd ad ipſum ſpectat congregare, ſed ipſo inuito congregari poteſt. Explanat autem dictus Ioannes Gerſon tres in ſpecie caſus, in quibus congregatio generalis concilij fit legitimè ſine Papa. Primus eſt dum deſiit eſſe: quod tripliciter accidere poteſt, ſcilicet vel per mortem naturalem, vel per mortem ciuilem: vt ſi cadat in perpetuam, μανίαν, aut ſi ad eum captiuatum non pateat acceſſus: vel per mortem canonicam, putò depoſitionem. Secundus eſt, dum ſufficienter requiſitus Papa de conuocando concilium, renuit contumaciter in perniciem eccleſiæ, præſertim ſi tangat ipſum. Tertius eſt, ſi concilium poſtquam à Papa eſt legitimè congregatum, ſtatuat certum tempus & locum pro celebrando generali concilio: intra quinquennium, vel de decennio in decennium, etiam vbi Papa renueret. De authoritate autẽ concilij ſine Papa, dicit ꝙ fulcitur & vtitur authoritate primò Ieſu Chriſti indefectibilis capitis eccleſiæ. Secundò legum ſuarum tum diuinæ, quàm naturalis: quæ hanc licentiam vel neceſſitati, vel manifeſtæ chari-

tati,

tati, vel religioſæ pietati concedunt. pro quo facit authoritas Domini. Marci II. excoſantis diſcipulos à violatione Sabbati, exemplo Dauid, propter neceſsitatem.

¶ Sunt & alij duo caſus poſiti à Felino in cap. ſuper literis, columna decima in titulo de reſcript. & ab Alexand. in decimaſeptima diſtin. can. ſynodum. Primus eſt in caſu, quo Papa poteſt legitimè deponi: quia ex quo concilio contra Papam diſtincto ineſt poteſtas deponendi Papam, oportet quòd poſsit ſeipſum diſperſum congregare vt deponat: alioquin cùm Papa deponendus nollet congregare concilium, non poſſet deponi. Secundus eſt, cum dubia eſt electio facta de Papa: alioquin perplexa eſſet eccleſia, dum neſciret ſe habere papam, & non poſſet obuiare. Et hoc modo conſummata eſt congregatio concilij Conſtantienſis, Benedicto 13. nolente concilium authenticare, quantum † ſua intererat.

Aliàs quorum.

CAPVT XVI.

Quomodo verificetur, quòd concilium poteſt, aut non poteſt ſine Papa congregari.

AD Euidentiam propoſitæ ambiguitatis ſcire oportet, quòd aliud eſt loqui de conuocatione & congregatione perſonarum, ea quibus conſtitui poteſt concilium: & aliud eſt loqui de conuocatione ſeu congregatione concilij. Primum enim ſignificat ſolummodo congregationem ad ſimul eſſe quò ad locum, tempus, collationem mutuam & huiuſmodi: ſecundum autem ſignificat congregationem ad authoritatiuè diſponendum de vniuerſali eccleſia.

¶ Et ſi de primo fiat quæſtio, dicendum eſt, quòd regulariter ſpectat ad papam: ſicut ad quemlibet principem ſpectat conuocatio procerum regni ſui: & ſi ipſo inſcio huiuſmodi conuocatio fit, ſuſpicio generatur coniurationis. Hoc tamen non ſic ſpectat ad papam, quin in multis caſibus poſsit & ſine ipſo & contra ipſum fieri. Et ſecundum hunc ſenſum verificari poteſt dictum aliquorum, quòd concilium poteſt congregari ſine papa, & quòd papæ poteſtas congregandi concilium introducta eſt de iure poſitiuo, vt in can. vltimo diſtinctionis decimæſeptimæ, Alexander dixit, pro quanto ad modum iuris poſitiui exceptiones patitur: & vana eſt quæſtio de poteſtate ſic congregandi, quando ſunt vndecunque congregati Patres.

¶ Sed ſi de ſecundo modo congregandi fiat quæſtio, diſtinguendum eſt, quòd duplex eſt concilium authoritatiuum: quoddam perfectũ ſimpliciter: quoddam perfectum ſecundùm præſentem ſtatum eccleſiæ. Vocatur concilium perfectum ſimpliciter, quod conſtat ex capite & membris: quod poteſt ſimpliciter ſtatuere & ordinare vniuerſalem ſtatum eccleſiæ. Vocatur concilium perfectum ſecundum præſentem ſtatum, quod conſtat membris poſsibilibus inueniri, eccleſia in tali ſtatu exiſtente: & poteſt quò ad aliquid tantùm de vniuerſali eccleſia ſe impedire. Et vtrunque horum, licet habeat latitudinem: quia concilium perfectum ſimpliciter fit capite præſente perſonaliter, & hoc eſt perfectum in ſummo: de quo non eſt dubium quòd errare in his quæ ſunt fidei, non poteſt. Quando autem fit per legatos, cùm adhuc ſuperſit papa, ad quem finalis determinatio eorum quæ ſunt fidei, & conſequenter reliquarum cauſarum ſpectat, & à quo ſententia concilij confirmatur, (vt patet ex d...is) ſi erraret in aliquo, (vt de concilio Baſilienſi patet,) habet correctorem papam: ſicut & illud habuit & habet. Concilium quoque perfectum ſecundum præſentem ſtatum eccleſiæ pluribus modis contingit: quia & exiſtente vno papa hæretico deponendo, & exiſtentibus pluribus pontificibus ſummis dubiis: quale fuit concilium Conſtantienſe. Licèt inquam latitudo ſit in vtroque, quò ad congregationem: tamen ſic ſe habent: quòd concilium perfectum ſimpliciter ſolus papa poteſt congregare. Ita quòd nec mortuo, nec hæretico, nec quomodolibet aliter ſe habente papa, poteſt concilium perfectum ſimpliciter abſq; papæ conſenſu fieri: & ſi fiat, de facto nullius authoritatis eſt. Probatur hoc primò ex dictis: quia ſcilicet communitas eccleſiæ ſine papa non habet poteſtatem papalem, niſi in potentia electiua, ut oſtenſum eſt. Concilium autem perfectum ſimpliciter includit poteſtatẽ papalem in actu: ergo concilium hoc non eſt perfectum ſimpliciter. Secundò, quia ſi communitas eccleſiæ abſque papa conſtitueret concilium perfectum ſimpliciter, cùm ad tale concilium ſpectet ordinare ſimpliciter vniuerſalem eccleſiam, & hoc ſit proprium vicarius Ieſu Chriſti (vt patet) ſequitur quòd communitas eccleſiæ eſſet vicaria Chriſti, & ſic Ieſus Chriſtus haberet in terris duos vicarios ſuos: & papa non eſſet vicarius Ieſu Chriſti immediatè, ſed eſſet vicarius vicarij, puta concilij acephali in terris: quod non ſolùm eſt erroneum, ſed fatuum.

¶ Tertiò, quia cùm papa ex cura vniuerſalis eccleſiæ habeat poteſtatem determinandi de fide, ordinandi ſymbolum, & congregandi concilium (vt in quæſtione prædicta Sanctus Thomas probat ea ratione vnitatis fidei) ſicut cura vniuerſalis eccleſiæ ex iure diuino conuenit ſoli papæ, ita hæc ſpectantia immediatè ad ipſam curam vniuerſalis eccleſiæ. Et confirmatur hæc ratio ex doctrina eiuſdem Sancti Thomæ in Primaſecundæ, quæſt. 100. art. 8. Quia ſcilicet ea quæ ſunt de iure diuino determinata ab ipſo Deo, non ſolùm in communi ratione iuſtitiæ, ſed etiam quantùm ad determinationem ad ſingulares actus, non ſunt diſpenſabilia à prælatis eccleſiæ, ſed à ſolo Deo. Verbi gratia, quia à Deo prohibita eſt ſimplex fornicatio, quod eſt coniungi non ſuæ, non poteſt fieri ab eccleſia, quòd coniunctio cum hac non ſua ſit quandoque licita, ſed ſolus Deus hoc poteſt. Sed Deus in ſolo Petro & ſucceſſoribus poſuit curam vniuerſalis eccleſiæ, & non reliquit ipſi eccleſiæ curam ſuiipſius: & ad curam vniuerſalis eccleſiæ ſpectat concilij congregatio & celebratio, vt patet ex eius officio principali. ergo ſolus Deus poteſt in hoc diſpenſare. Nec habet locum in hoc ἐπιείκεια, aut gnome: quoniam expreſsè in 5. Ethi. dicitur quòd eſt directio iuſtitiæ legalis, quam nos ius poſitiuum vocamus: quòd quia ab homine eſt non potente præuidere & prouidere ſingulis euentibus defectibile eſt in caſu: & tunc gnome in intellectu practico, & ἐπιείκεια, in voluntate ſupplent: non interpretando ambigua, ſed manifeſta ſpectando & eligendo, vt S. Thomas in Secunda ſecundæ, quæſt. 120. art. primo ad tertium, aperit. Non eſt ergo regula hæc, vt morales, grammaticales, ciuiles, aut canonicæ: ſed diuini iuris, à quo excipi nequit. Et ſic intelligenda ſunt quæ dicuntur in diſtinctione decimaſeptima, & propterea dixit S. Thomas quòd ſancti Patres nihil poſſunt in concilijs congregati ſtatuere, niſi authoritate Ro. pontificis interueniente.

¶ Concilium perfectum ſecundum præſentem eccleſiæ ſtatum poteſt congregari ſine papa, & eo inuito ſi requiſitus non vult ipſe illud congregare, ſed non habet poteſtatem ad ordinandam vniuerſalem eccleſiam, ſed ad prouidendum illi caſui tunc occurrenti. Et licèt caſus humani variabiles ſint infinitis modis, puta ſi contingeret mori omnes electores papæ, ſi contingeret tale quid, quòd electores non poſſent

eligere

eligere ſine conuocatione concilij, ad reprimendum, diſceruendum, vel pacificandum, &c. omiſsis his & ſimilibus duos tantum certos caſus, & qui fuerunt quandoque & poſſunt eſſe, aſſero, in quibus concilium tale congregandum eſt. Primus eſt, ſi papa propter hæreſim eſt deponendus, tunc enim ex quo requiſitus renuit, poſſunt Cardinales, poteſt Imperator, poſſunt Prælati congregationem vniuerſalem facere, in qua erit non vniuerſalis cura eccleſiæ, ſed tantùm depoſitiua poteſtas papæ: & electio ad ſolos Cardinales (ad quos de iure ſpectat) pertinebit. Probabitur hoc, cùm de depoſitione papæ inferiùs agetur. Secundus eſt, quando papa vnus vel plures incerta electione laborant, vt contigiſſe dicitur in magno ſchiſmate Vrbani ſexti, & aliorum. Tunc enim ne perplexa ſit eccleſia, illa membra eccleſiæ quæ inueniuntur, poteſtatem habent iudicandi verum, ſi poteſt ſciri: & ſi ſciri nequit, prouidendi, quòd electores in vnum eorum vel alium conueniant: & ſi certi electores neſcirentur, cùm electio ad eccleſiam deuoluta ſit, ex ipſo electorum defectu concilium ſic imperfectum eliget, vt in concilio Conſtantienſi factum videtur in electione Martini quinti. In alijs autem recitatis caſibus nulla neceſsitas apparet talis concilij, nam ſi non ſanæ eſt mentis perpetuò, & hoc conſtat, alius eligi à Cardinalibus poteſt: quoniam mortuus eſt papa vita rationali non ſolùm in actu (vt dormiens, aut ebrius, aut phreneticus) ſed in potentia naturali. Conſtat autem quòd papa eligitur in paſtorem eccleſiæ ſecundum vitam rationalem: & propterea non eſt trepidandum timore, vbi non eſt timor. Et ſi dubium eſſet de ſanitate recuperanda, expectandum eſt, ſicut in diuturnis ægritudinibus. Poſſet quoque propter dubius euentus ſtatuto Pontificis obuiari huic caſui, ſi ſtatueretur, ꝙ papa inſanus factus, tanto tempore expectetur: & ſi poſt nullum veſtigium ſanitatis recuperandæ appareat, & à collegio medicorum iudicatus incurabilis fuerit, cenſeatur mortuus, & Apoſtolica ſedes vacare. Ex quo nanque quilibet ſub iſta lege pontificatum acceptaret, & eam non reuocaret, tacito conſenſu renunciare, aut depoſitionem acceptare ſe profiteretur, adueniente tali caſu: & ſic ſi poſt electum alium Pontificem ſanus fieret, Papatum repetere non poſſet, à quo ſemel ritè cecidiſſet. Ex eo autem ꝙ Papa captus eſſet, & non pateret acceſſus ad eum, alter non eſſet creandus. Petrus nanq; ſeruabatur in carcere nullo patente acceſsu (vt patet ex Actibus Apoſtolorum) & tamen non eſt electus alter, ſed oratio facta ſine intermiſsione ab eccleſia ad Deum pro eó, ipſum liberauit. Nunquid abbreuiata eſt manus Domini, aut ſtatuendus eſt terminus Domino intra quem debeat liberare Papam? vt fecit Ozias cum illis de Bethulia: & reprehenſi à Iudith ſunt, dicente, Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei: vt patet Iudith ſeptimo, et octauo. Poſſet tamen in hoc et in præcedenti caſo, pontificio ſtatuto prouideri, quòd à Cardinalibus eligeretur vnus, qui vices Pontificis in omnibus, et per omnia illo fatuo, aut iſto incarcerato durante, obtineret. Et tunc electus poſset omnia facere in vtroque foro, ſicut modò poteſt ſummus Pœnitentiarius in foro conſcientiæ abſoluere authoritate iuris, mortuo Pontifice vel fatuo, vel detento.

¶In caſu autem, quo Papa non hæreticus certus, et indubitatus, renuit requiſitus congregare concilium, et ſtatutum eſset concilij generalis cum omnibus clauſulis derogatorijs (ut Conſtantienſes cœperunt, et Baſilienſes appoſuerunt) neſcio ad quid congregatio iſta fieret, cùm nihil poſset facere, quòd retinens Papa non poſset irritare. Pro erronea ergo habenda eſt omnis opinio dicens concilium perfectum, id eſt habens authoritatem diſponendi, et ſtatuendi ſimpliciter de vniuerſali eccleſia, poſse abſque Rom. Pontif. authoritate celebrari, ſeu congregari: quia derogat ſingulari priuilegio poteſtatis papalis, conceſſo ſibi à Chriſto immediatè, vt patet ex dictis.

¶Dicentibus autem, quòd quia concilium Conſtantien. in ſeſsione 39. & poſt Baſilien. in ſeſsione 11. conſtituit cap. frequens. ideo etiam inuito Pontifice de decennio in decennium poteſt celebrari concilium, etiam perfectum, propter authoritatem ſtatuti, reſpondendum eſt, quòd ſunt in magno errore. & quòd in veritate ſchiſmati operam dant tales, & tanquam ſchiſmatici puniri poſſunt, ſi ſic exequerentur: quoniam rebelles ſunt Romano Pontif. qui eſt ſupra totum ius poſitiuum, & conſtat quòd determinatio temporis & loci concilii de iure eſt poſitiuo. Et ſi doctores aliqui inueniuntur ſentientes, quòd quia tempus interpellat, & authoritas deuoluitur ad alios, & huiuſmodi, aut ſunt ſectatores illius erroris, quòd concilium eſt ſupra Papam: aut loquuntur, ſtante ſtatuto in robore, ita quòd Papa non tollat, aut interpretetur, aut diſpenſet, aut prohibeat.

¶Quò ad negationem verò conſenſus requiſiti Papæ ad congregandum concilium, quia tantùm ponderatur ſciendum eſt, quòd oportet hic diſcretione vti: nam ſi requiritur à viris probis, quos præterita & perſeuerans vitæ, ac morum integritas commendat, ſubeſt cauſa concilij (putà hæreſis vel ſchiſma) debet Papa annuere, & nunquam credo quòd fuerit Papa, qui negauerit, ſic rebus ſe habentibus. Si autem requiritur à viris, qui volunt alligari onera aliis & digito ſuo nolunt mouere ea, qui Priſcorum conciliorum ſtatuta non ſeruant ambitioſis, inſatiabilibus ſuarum paſsionum ſectatoribus, & huiuſmodi, pro reformatione eccleſiæ, nonne reſponſio Chriſti conuenit? Hypocrita eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui: præſertim quòd meliùs poteſt Papa ſolus reformare eccleſiam inchoando ſponte à ſeipſo & ſuis, quàm per concilium: oportet enim primò ſeruare quæ ſcripta ſunt, & deinde alia ſcribere ſtatuta. Sufficiens quoque eſt cauſa negandi conſenſum concilio, probabilis timor vſurpandæ authoritatis à concilio ſupra Papam, vt Baſilienſes mox oſtenderunt bis, ſcilicet cum primùm inchoatum eſt concilium, ſeſsione 11. & cùm iterum redintegratum fuit ab Eugenio, ſeſſione 18. Finis enim concilij, eſt pax, quæ per iſtam vſurpationem perturbatur, vt experientia rerum magiſtra teſtatur.

¶Ex his igitur patet, quòd inter extraneas opiniones de congregatione & celebratione concilij abſque Papæ conſenſu, media via ſola vera eſt, quam declarauimus, ſcilicet quòd concilium perfectum ſimpliciter nunquam: perfectum verò concilium ſecundum præſentem eccleſiæ ſtatum quandoque ſine Papa, & contra ipſum congregari & celebrari poteſt. Et ſecundùm hanc diſtinctionem potes diuerſa, ſi vis, dicta doctorum ſaluare.

CAPVT

CAPVT XVII.

In quo incipiat comparatio poteſtatis eccleſiæ, & Papæ in caſu hæreſis. Et primò de modo quo Papa propter crimen hæreſis ſubijcitur concilio, ſecundum vnam opinionem.

POST collatam poteſtatem Papæ cum authoritate eccleſiæ, & concilij generalis ſimpliciter & abſolutè, & manifeſtationem ſuperioritatis Papæ ſupra eccleſiam vniuerſalem, & concilium vniuerſale: conſequenter comparanda eſt authoritas concilij ad Papam in caſibus. Et primò in caſu hæreſis: deinde in caſu incorrigibilitatis, & aliis caſibus, & demum in euentibus.

¶ Et quoniam innata eſt nobis via ex certioribus nobis in minus certa, ſupponamus cum doctoribus, & communi animi conceptione ex c. ſi Papa, diſt. 40. ꝙ Papa propter crimen hæreſis poteſt deponi à concilio generali: & inueſtigemus modum depoſitionis, & poteſtatem depoſitiuam, ut ſic noſſe poſsimus an Papa in aliquo caſu ſit ſubditus concilio, ſeu eccleſiæ vniuerſali.

DE MODO, Quo Papa propter crimen hæreſis deponitur varia eſt opinio. Quidam dicunt ꝙ hoc fit propter defectum ſubiecti. Subiectum nanq; papatus dicunt eſſe hominem fidelem; ac per hoc ſicut deficiente vita corporali per mortem, deſinit ſubiectum papatus: ita deficiente fide in illo homine qui eſt Papa per hæreſim, deſinit ſubiectum papatus. Fundatur hæc opinio ſuper hoc, ꝙ fides conſtituit viatorem in hoc quod eſt eſſe membrum eccleſiæ Chriſti. Huic enim adiuncta alia propoſitione, ſcilicet ꝙ negatio prioris inducit negationem poſterioris in eſſentialiter ordinatis ordine cauſæ formalis, quæ patet inductiuè (ſi enim non eſt animal, non eſt homo, & ſi non eſt color, non eſt albedo, & ſic de aliis) ſubiungunt, ſed eſſe membrum, & eſſe caput, ſunt ſic eſſentialiter ordinata, ꝙ eſſe membrum, eſt prius quàm eſſe caput, ut patet, quia caput oportet eſſe membrum: ſed non è conuerſo: quod igitur non eſt membrum, nõ eſt caput. Et ſic homo carens fide (qualis eſt hæreticus) non eſt membrum eccleſiæ: igitur non eſt caput eiuſdem, ac per hoc cùm Papa nihil aliud ſit, quàm caput eccleſiæ, eo ipſo quo fit ſine fide, fit non Papa. Et hoc eſt, quòd ſub aliis verbis ab aliis dicitur, ꝙ cùm papa fit hæreticus, ipſo facto iure diuino, quo fit diſtinctio fidelium ab infidelibus, eſt priuatus papatu. Et quando per eccleſiam propterea deponitur, non iudicatur neque deponitur Papa, ſed qui iam iudicatus eſt (quia non credit, ſecundum verbum Domini Ioan. 3.) & qui iam depoſitus eſt, dum propria voluntate tranſlatus eſt extra corpus eccleſiæ factus infidelis, declaratur iudicatus & depoſitus. Primam autem propoſitionem radicem huius propoſitionis (quæ ſola negari in hac ratione poteſt) fundant ſuper authoritatibus plurimis: quibuſdam directè ex ratione fidei & eccleſiæ, quibuſdam ex conſequentibus ad eſſe extra fidem, & eccleſiam id teſtantibus. Ex ratione fidei quatuor afferuntur authoritates. Prima Saluatoris, Matt. 16. Super hanc petram ædificabo eccleſiam: ſiue enim per petram intelligatur Chriſtus, ſiue Petrus, ſiue confeſsio fidei, in idem redit quò ad fidei rationem: ipſa enim ſemper inuenitur fundare eccleſiam. Secunda eſt Abacuch 2. & Apoſtoli ad Rom. 1. Hebræ. 10. Iuſtus ex fide viuit. Sic autem viuere viuentibus eſt eſſe in naturalibus, ita in eccleſia viuere eſt eſſe in ea, benè viuere autem eſt per charitatem. Tertia eſt Apoſtoli ad Heb. 11. Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum. Subſtantia enim primum locum tenet. Quarta eſt ſancti Tho. in tertio ſenten. diſtinct. 13. quæſt. 2. articulo 2. expreſsè dicentis, ꝙ homines infideles non pertinent ad vnionem corporis eccleſiæ, ſecundum quod eſt vnum ſimpliciter. & ideo reſpectu horum Chriſtus non eſt caput niſi in potentia, ſecundum ꝙ ſunt vnibiles corpori.

¶ Ex ratione eccleſia affertur diffinitio eccleſiæ, ſcilicet quòd eſt collectio fidelium. de conſec. diſtin. prima. capitulo eccleſia. Ex conſequentibus verò ad eſſe extra fidem, & eccleſiam multæ afferri poſſunt authoritates, dicentes, ad ſtatum extra fidem & eccleſiam conſequi extra communionem fidelium, ſine clauibus, ſine poteſtate, ſiue honore, ſine officio paſcendi oues, fieri & eſſe procul à communione fidelium hæreticos faciunt: in primis Dominus Num. 16. Recedite, inquit à tabernaculis impiorum Datham, ſcilicet & Abiron, ſchiſmaticorum. Conſtat enim omnes hæreticos eſſe ſchiſmaticos. Deinde Paulus Apoſtolus ad Gal. 1. Si Angelus de cælo euangelizet vobis præter id quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Et ſecundum ad Theſſal. 3. Rogamus vos fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum doctrinam quam acceperunt. Et 2. ad Corin 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? Demum Ioannes Euangeliſta 2. Ioan. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite eum recipere in domum, nec Aue ei dixeritis. Amiſsionem clauium Ambroſius in Paſto. explicat (& habetur de pœ. diſt. 1. c. verbum). Dominus partius, & ſoluẽdi eſſe uoluit & ligandi, & ſubdit, Certùm eſt ꝙ eccleſiæ vtrunq; licet, hæreſis vtrunque non habet. Honoris verò & poteſtatis perditionem Cyprianus promulgat: ut habetur 7. q. 1. ca. Nouatianus. Qui nec vnitatem Spiritus, nec communionem pacis obſeruat, & ſe ab eccleſiæ vinculo atque ſacerdotum collegio ſeparat, nec Epiſcopi poteſtatem poteſt habere, nec honorem. Et 24. q. 1. can. didicimus, dicit omnes omnino hæreticos & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis & iuris. Ad idem eſt Gelaſius ibidem in cap. Agathius. Ad idem eſt expreſsè S. Tho. in ſecunda ſecundæ. q. 39. arti. 3. volens quòd poteſtas ſpiritualis iuriſdictionis non maneat in hæreticis nec quò ad vſum, nec quò ad ſubſtantiam: ita ꝙ ſi quid fecerint, nihil eſt actum. Officium paſcendi oues adimit Augu. in ſermone de paſto. tractans illud Cant. 1. Paſce hædos tuos, & dicens. Manenti Petro dicitur, Paſce oues meas: exeunti hæretico, paſce hædos tuos. Et hanc ſententiam repetit in epiſtola ad Vincẽtium.

¶ Ex his omnibus clarè patet radicalis illa propoſitio, ꝙ fides facit membrum eccleſiæ. Si enim ſecluſo iure poſitiuo (vt loquimur) cum perditione fidei remanerent membra in locis ſuis, non eſſet eis ſubtracta communio, non honor, non poteſtas, non officium: vt de ſe patet. imò ſubtractio ſola poteſtatis ſufficit ad propoſitum, quia papa ſola poteſtate iuriſdictionis cõſtituitur. Confirmaturque hæc poſitio, ex eo ꝙ papa hæreticus eſt excommunicatus, ut patet ex gloſſa in c. Agathius. 24. q. 1. dicẽte, Hic eſt caſus in quo papa papam ligare poteſt: in quo papa in canonem latæ ſententiæ incidit. Nec huic obuiat illa regula, ꝙ par parem ſoluere vel ligare non poteſt: quia ſi papa eſt hæreti-

cus,

cus, eſt minor quolibet catholico : vt habetur 11.q.1. can.audiuimus. Hoc idem Hugo dicit in c. inferior diſt.21. Eſt etiam accuſandus, adeò (vt glo.in ca.ſi papa diſt.40.dicit) ꝙ papa non poteſt ſtatuere, ꝙ non poſsit papa accuſari de hæreſi. Eſt etiam iudicandus vt in d. c.ſi papa habetur. Quæ omnia arguunt hæreticum nõ eſſe papam, ſed minorem. Et ad hoc eſt S. Thom.in quarto diſt.19.q.2.art.2.q.3.ad primum : tractans illud ad Galat.2. quomodo Paulus reſtitit in faciem Petro, dicit ꝙ non debent prælati à ſubditis coram multitudine corripi, niſi immineret periculum fidei : tunc enim prælatus minor fieret, ſi in infidelitatem laberetur, & ſubditus fidelis maior. Conſtat enim ꝙ non de maioritate & minoritate charitatis loquitur : (quia hoc eſt commune omni peccato mortali,) ſed poteſtatis, quia prælatus præeſt ſubdito. ergo vt prius.

¶ Ex his autem infertur ꝙ in vtroque modo quo certus papa viuens deſinit eſſe papa, eadem eſt cauſa deſitionis : ſcilicet propria voluntas illius qui eſt papa. nam renuntiando propria voluntate abdicat à ſe, eſſe caput eccleſiæ: hæreſim autem amplectendo, propria voluntate aufert à ſe eſſe membrum eccleſiæ, & conſequenter eſſe caput. Et ſic ex nullo certo modo deſitionis papæ viuentis habetur ꝙ papa inuitus deponitur: propter quod remanere dicunt inconcuſſum, quòd papa manens papa, non habet ſuperiorem in terris poteſtatem.

CAPVT XVIII.

De modo quo Papa hæreticus ſubijcitur concilio ſecundum aliam opinionem.

QVAMVIS Autem dicta poſitio illuſtrium ſit virorum, & communis videatur eſſe: non placet tamen omnibus. contradicunt nanque duobus ponentes duas propoſitiones. Prima eſt, quòd papa hæreticus non eſt ipſo facto depoſitus, ſed deponendus. Secunda eſt, quòd papa hæreticus manens papa, habet ſuperiorem iudicem in terris, concilium vniuerſale. Primam propoſitionem licet multipliciter probent, quatuor tamen ſolùm afferentur, quia in his conſiſtit vis. Primò ex facto Marcellini, & gl.diſt.21.can.nunc autem. qui idololatra nõ fuit depoſitus: & fuit ſanctus. Et gl. affert Hug. dicentem, Quia paratus erat corrigi, non deponitur, vt 24.quæſt. 3. dicit Apoſtolus. Secundò ex c.audiuimus.24.quæſt.1. vbi dicitur de Epiſcopo hæretico. Si autem in corde ſuo nouam hæreſim confinxit, ex quo talia prædicare cœpit, neminem damnare potuit. Ante igitur quàm predicaret hæreſim, damnare potuit, & ſic non erat depoſitus ipſo facto. Tertio, quia alij prælati non ſunt ipſo facto priuari, ſed perſeuerant in prælationibus ſuis, redeuntes ad pœnitentiam. ergo nec papa, cum non ſit deterioris conditionis. Aſſumptum patet.2.q.7.maximum. Quartò, quia (vt patet extra de hæret. cùm ex iniuncto) ad eundem pertinet inſtitutio & deſtitutio : ſed inſtitutio papæ pertinet ad electores: ergo & deſtitutio, abſque ergo iudicio electorum non deſtituitur papa.

¶ Secundum autem propoſitionem, quòd papa hæreticus, manens papa habet iudicem in terris vniuerſalem eccleſiam, probant quo ad primam partem ſic, papa hæreticus eſt accuſandus & iudicandus ſecundum omnes, vt habetur diſt. 40.ſi papa. & non eſt ipſo facto depoſitus, vt probatum eſt: ergo habet iudicem, coram quo accuſetur, & à quo iudicetur. Quò ad ſecundam ex eo quòd eccleſia vniuerſalis ſeu vniuerſale concilium eſt ſupra papam in hoc caſu, vt communiter tenetur

CAPVT XIX.

Examen illius propoſitionis, Papa hæreticus, eſt ipſo facto priuatus papatu.

PRAEMISSIS Duobus modis dicendi contrarijs, quomodo papa hæreticus, deſinit eſſe papa : examinanda primò occurrit illa propoſitio, quæ eſt fundamentum primi modi, An ſit vera. Et breuiter facilè oſtenditur, quòd eſt falſa ſimpliciter, quamuis fortè tracta ad aliquem ſenſum, ſit vera. Monſtratur igitur, quòd nec iure diuino, nec humano papa hæreticus, eſt ipſo facto priuatus : tali ratione, Alij Epiſcopi ſi ſint hæretici, non ſunt ipſo facto priuati iure diuino, aut humano: ergo nec papa. Sequela patet : quia papa non eſt deterioris conditionis, quàm alij Epiſcopi. Aſſumptum probatur ſic, Epiſcopus diſcredens contra fidem, ſola actu inferiori eſt verè, propriè & perfectè hæreticus, & non eſt priuatus poteſtate iuriſdictionis ipſo facto : ergo perfectè hæreticus apiſcopus non eſt priuatus ipſo facto.

¶ In hoc proceſſu ſunt duæ propoſitiones. Prima, quòd ſolo actu interior conſtituatur perfectè hæreticus. et hæc eſt manifeſta per ſe : quia hæreſis eſt peccatum mortale oppoſitum fidei, quæ perfectè conſiſtit in ſolo actu interiori, cuius effectus eſt confeſſio exterior : iuxta illud ad Romanos decimo, Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Secunda autem probatur, quia poteſtas iuriſdictionis ineſt huic homini, qui eſt epiſcopus ex ſimplici commiſsione hominis, vt S.Thom.expreſſe dicit in Secunda ſecundæ.quæſtio.39. articul.5. ex hoc enim deducitur intentum ſic, Epiſcopus hæreticus ſolo actu interiori, nulli hominis iudicio ſubditus ex hoc eſt, quia ſolius Dei eſt iudicare de interioribus puris: iuxta illud primi Reg.16. Homo videt quæ foris ſunt, Deus autem intuetur cor. Et primæ ad Corinthios quarto Apoſtolus dicit, Nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium. Propter quod talis hæreticus non eſt excommunicatus : non enim poteſt eccleſia excommunicare, quod non poteſt iudicare. Ergo multò minus eſt priuatus iuriſdictionis poteſtate, quæ eſt ab hominis commiſsione : vtrunque enim eſt humani iudicij, committere ſcilicet, & auferre illam. & dixi, multò minus, quia plus exigitur ad incurrendam priuationem ipſo facto, quàm ad incurrendam excommunicationem : quoniam incurſus cenſurarum non requirit declarationem, ſicut incurſus priuationis apud Iuriſtas.

¶ Ad hanc rationem non video reſponſionem, niſi dicatur quòd poteſtas iuriſdictionis non eſt ab homine : quod eſt primò contra ſanctum Thomam. Eſt ſecundò contra ſententiam omnium doctorum catholicorum, ſentientium, quòd à Petro omnis iuriſdictio in totum reſiduum eccleſiæ corpus manauit & manat, iuxta illud Leonis papæ.cap.ita Dominus. diſtinctio.19. Ita Dominus huius muneris ſacramentum ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſsimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret : vt ab ipſo quaſi à quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet. Ad hoc idem ſunt tot authoritates & rationes, quot ſunt ad oſtendendum vnitatem capitis & principis in eccleſia militante : propterea nolo immorari, ſed pro conſtanti ſupponere. Et ſi dicatur, quod non eſt par ratio de papa & alij Epiſcopis in

hoc

hoc caſu: quia poteſtas iuriſdictionis in alijs epiſcopis eſt ab homine, in papa verò eſt à Deo immediatè: & propterea meritò accidit, vt Epiſcopi, quorum poteſtas eſt ab homine, nõ ſint ipſo facto priuati, (quia homo videt quæ foris ſunt) & papa, cuius poteſtas eſt à ſolo Deo, ſit ipſo facto priuatus, quia Deus intuetur cor. Hæc obiectio facilè excluditur, diſcernendo inter opus Dei, & opus hominis. Quòd.n. in papatu ſit poteſtas iuriſdictionis, à Deo eſt immediatè: iuxta illud Matthæi 18. Quodcunq; ligaueris ſuper terram, &c. Quod aũt papatus ipſe habens hanc ptãtem, ſit in hoc hoīe ab hoīe eſt (ſola Petri perſona excepta, quem Deus ipſe papã fecit, Io. vlti. Paſce oues meas) nam ab hoīe eligitur hic homo, vt in eo ſit papatus. Et quoniam cùm deponitur papa, non aufertur poteſtas iuriſdictionis à papatu, quod eſſet auferre opus Dei, quoniam, vt dr ad Ro. 11. ſine pœnitẽtia ſunt dona Dei, ſed auferi poteſtas iuriſdictionis ab hoc homine, in quo non fuit poſita à Deo immediatè, ſed mediante iudicio humano: ideo eadem ratio eſt de papa & alijs Epiſcopis, quò ad perditionem poteſtatis iuriſdictionis à Deo, ſeu iure diuino. In vtriſq; .n. à Deo cum ſit mediante iudicio humano conſequens eſt ꝙ non auferatur à Deo immediatè, ſed mediante humano iudicio: & per hoc non aufertur per id, quòd humano iudicio ſecundum ſe non ſubiacet, ſcilicet occultam in ſolo corde hæreſim.

SI QVIS Autem hæſitaret de illa altera propoſitione, ſ. ꝙ de hæreſi interiori eccleſia non ſe poteſt impedire: propterea quia doct. dicunt, ꝙ hæretici etiã occulti, ſunt excõicati: & quia in elem. de hæret. cap. multorum, excõicantur inquiſitores, qui odio vel amore omiſerint procedere: Vbi de interiori amore & odio eccleſia iudicat. Facillimè certior fieri poteſt, ꝙ hæretici in ſe foro eccleſiaſtico ſubditi, quantumcunq; oculti, ſunt excõicati, & non hæretici ſolo actu interiori. Vnde ſi quis incidit in hæreſim interiùs, & ſolus ſecum loquendo verbo exteriori profert ſubmiſsiſsimè illam hæreſim, eſt excõicatus, quamuis ſit omnino occultus: quia actus exterioris loqutionis ſubiacet humano iudicio ſecundũ ſe, quamuis careat teſtibus. In elem. aũt illa & ſimilibus nõ iudicantur actus interiores ſecundũ ſe, in ſua puritate manentes, ſed vt ſunt cauſæ exteriorum commiſsionum, aut omiſsionum: ad idem nanq; genus pertinet commiſsio & omiſsio, ſicut affirmatio & negatio: ſermo aũt noſter eſt de hæretico interiori puro. Et ex inaduertentia huius diſtinctionis, ſ. de occulto per ſe, & occulto per accidens, multi in hac re errauerunt. Nec mirum, quia contingit in his quæ ſunt per accidens, et ſapientes falli, vt ait Ariſt. dicit. Actus.n. interiores puri ſunt in genere occultorum per ſe, quia ex propria natura habent ꝙ ſint iudicio humano ignoti. Actus aũt exteriores ſunt de genere occultorum per accidens, quia ex propria natura ſubſunt cognitioni humanæ. Poſſunt nanq; ſenſibus percipi, ſed ex hoc, ꝙ ſunt ſine teſte occulta ſunt, propter quod nunquam, (ut dictum eſt,) ab eccleſia actus interior purus, ſed exteriori iunctus iudicatur. Vnde, quia præſens rõ conuincit intellectum meum: ideo cõcludo, ꝙ illa propoſitio, Papa cùm ſit hæreticus ipſo facto eſt iure diuino, ſeu humano depoſitus, eſt falſa.

¶ Confirmatur aũt ſic eſſe, ve dicimus, et ex ipſis contrarium ſentientibus: quoniam dicunt, ꝙ Papa quamuis hæreticus, ſi eſt paratus corrigi, non deponitur: vt gl. in diſtinctione 21. c. nunc aũt. adducit Hugo. Si.n. hæreticus eſt ipſo facto depoſitus tunc diuino à papatu, quõ iterum ſit Papa? imò quõ ea ſola non depoſitione perſeuerat Papa? imò quõ non deponitur? Hæc enim contradicunt poſitioni anteriori, ſ. ꝙ ſit ipſo facto iure diuino depoſitus, ut patet. Nec ſufficienter dr, ꝙ † dum eccleſia non deponit, reeligitur tum quia falſum eſt, ꝙ nõ depoſitio ſit reelectio, et prætereà quia electores, ad quos ſpectat, ſi peteretur, an velint ipſum reeligere, dicerent ꝙ non, aut ꝙ vellent meditari ſuper hoc: ſed non deponunt, quia ius vr habere, ꝙ ſi eſt paratus corrigi, non deponatur. Vnde nihil ei tribuũt non deponendo, ſed ſuſtinent quod hẽt: & ſi nihil hẽt (vt poſitio illa dixit) nihil ſuſtinent decepti. Et ſi quis eorum dictum ſuſcipiat ut verum, ꝙ Papa factus hæreticus, paratus poſt modum corrigi, non deponitur, ſequitur manifeſtè, ꝙ Papa manifeſtus hæreticus non eſt ipſo facto depoſitus. quia enim paratus corrigi nõ deponitur, ſequitur quòd non erat prius depoſitus.

CAPVT XX.

Rationabilis ſententia, quòd Papa factus hæreticus, ſubeſt poteſtati miniſterialis eccleſiæ, & non authoritatiuæ ſuper Papam.

PRAEMISSA Certitudine trium, (ſcilicet quòd Papa ex hoc quòd factus eſt hæreticus, non eſt ipſo facto diuino, aut humano iure depoſitus: & ꝙ Papa manens Papa, nõn habet ſuperiorem in terris & ꝙ Papa ſi à fide deuiat, deponendus eſt: ut in c. ſi Papa 40. diſt.) Magna reſtat ambiguitas, quomodo & à quo iudicabitur Papa deponendus, ꝙ ſit depoſitus: cum iudex inquantum iudex, ſit ſuperior eo qui iudicatur. Vnde Apoſtolus ad Romanos decimoquarto. Tu, inquit, quis es, qui iudicas alienum ſeruum? domino ſuo ſtat, aut cadit. & ſanctus Thom. in ſecunda ſecundæ. q. 67. determinat ꝙ iudex non poteſt, niſi ſubditum iudicare. & in decre. diſt. 21. cap. inferior idem dicitur. Si nanq; à concilio vniuerſali iudicandus deponendusq; eſt, ſtatim ſequitur quòd Papa manens Papa, habet concilium vniuerſale ſupra ſe, ſaltem in caſu hæreſis. Si autem nec concilium, nec eccleſia eſt ſupra ipſum, ſtatim ſequitur ꝙ Papa deuius à fide, ſit iudicandus & deponendus: & tamen à nullo eſt iudicandus & deponendus: quod eſt ridiculum. Quid ergo dicemus, vt euitemus vtrunque extremum? non eſt quò diuertendum ſit, niſi ad medium, quod difficilè attingitur: in cuius attinctione conſiſtit virtus, quòd multas conſueuit ſoluere quæſtiones.

¶ Dicamus igitur, ꝙ hic ſunt duæ viæ extremæ, & ambæ falſæ: altera eſt, quòd Papa factus hæreticus eſt ipſo facto diuino iure abſque humano iudice depoſitus: altera eſt, quòd Papa manens Papa, habet ſupra ſe in terris ſuperiorem poteſtatem, à qua poteſt deponi. Media autem via eſt adhuc duplex: altera dicens, quòd Papa licet abſolutè non habeat ſuperiorem in terris eccleſiam, ipſe tamen in caſu hæreſis habet ſuperiorem in terris eccleſiam vniuerſalem. Altera dicens, ꝙ Papa nec ſimpliciter, nec in caſu habeat ſuperiorem in terris, ſed ſubeſt poteſtati miniſteriali vniuerſalis eccleſiæ quò ad ſolam depoſitionem. Prima via fundatur in virtute coactiua, & iudicatiua eccleſiæ ſuper Petrum papam in caſu hæreſis: oporteret enim ſubditum eſſe, qui iudicatur, & cogi poſſe. & hæc eſt via communis quantùm vidi hactenus. Contra tamen hanc viam eſt, quia cùm Papa diuino iure ſit ſupra concilium, & eccleſiam, (vt oſtenſum eſt,) oportet, ſi in aliquo caſu eſt illi ſubditus, ꝙ ex diuino iure ſit facta exceptio iſta: nullum enim aliud inferius ius poteſt exceptionem hanc facere, ut patet. In diuino autem iure non exprimitur ſubiectio, ſed ſeparatio, cùm caſus hæreſis excipitur, vt patet in ſingulis textib. ſacræ Scripturæ inductis. Numer. 16. dr, Recedite. Ad Galat. 1. Anathema, id eſt ſeparatus ſit. Se-

cunda

† Aliàs deest hęc negat.

eiuſdem ad Theſſalonicenſ.tertio. Subtrahatis vos. Secundæ ad Corin.ſexto. Nolite iugum ducere. Secundæ Ioan.2. Nolite recipere, nec ei Aue dixeritis. Ad Tit.tertio. De vita. Et breuiter nullibi inuenio ſuperioritatem & inferioritatem in caſu hæreſis ex diuino iure, ſed ſeparationem. conſtat autem ꝙ ſeparare ſe poteſt eccleſia à Papa ſola miniſteriali poteſtate, qua poteſt ipſum eligere, Non igitur ex hoc, quòd diuino iure ſancitum eſt, vt habeatur hæreticus, vitetur, & procul ſit ab eccleſia, maiori poteſtate opus eſt, quàm miniſteriali, ex quo ipſa ſufficit, & eam conſtat eſſe in eccleſia. Et confirmatur hoc, quia non eſt iuri diuino tribuendum, quod nec expreſſum eſt in eo, nec ex expreſsis neceſſariò ſequitur. Poteſtas autem ſupra Papam in caſu hæreſis, propriè loquendo, non habetur in diuino iure, nec ex ipſo neceſſariò ſequitur: ergo, Probatur minor: quòd enim non habeatur, puto patere legenti. Dico autem, puto: quoniam imminens ſchiſma opuſculum hoc intra duos menſes fieri impulit ex improuiſo. Quod verò non ſequatur, patet ex eo, quòd quia non oportet multiplicare entia ſine neceſsitate, melius eſt vnum principium, quàm plura ſacere, ex quo igitur poteſtas miniſterialis ſufficit, alia opus non eſt.

ERIT ergo media & vera via, quòd Papa factus hæreticus, & perſeuerans, habet in terris poteſtatem non ſuperiorem ſe, ſed miniſterialem ad ſui depoſitionem.

¶Ad cuius euidentiam altiùs ordiendo, tria præmittenda ſunt.

Primò, ꝙ in Papa inueniuntur tria ſcilicet papatus, perſona, quæ eſt Papa, putà Petrus, & coniunctio vtriuſq;, ſcilicet papatus in Petro, ex qua coniunctione reſultat Petrus Papa. Secundò, ꝙ diſcernendo, & applicando proprias cauſas ſuis proprijs effectibus, inuenimus, ꝙ Papatus eſt à Deo immediatè, Petrus eſt à Patre ſuo, & coniunctio autem papatus in Petro poſt Petrum primùm à Chriſto immediatè inſtitutum, nõ eſt à Deo, ſed ab homine, vt patet: quia hoc fit per electionem hominum. Cõcurrit autem duplex conſenſus humanus ad cauſandum hunc effectum, ſcilicet eligentium & electi. oportet enim electores voluntariè eligere, & perſonam electam acceptare electionem, alioqnin nihil fit. Eſt ergo coniunctio papatus in Petro non à Deo immediatè, ſed mediante miniſterio humano, tam ex parte electorum, quàm ex parte electi: nec ſe habet huiuſmodi miniſterium humanum in cauſando hanc coniunctionem, vt applicans actiuum paſsiuo, (vt applicans ignem ſtipulæ) vel applicans virtutem paſsionis Chriſti ſubiecto, vt facit baptizans, & ſacramenta miniſtrans; quoniam nullum eſt hic applicatum actiuum, ſed ſola voluntas humana electorum, & electi: non facilè enim eſſet fingere aliquod aliud actiuum. Ex hoc autem, quòd coniunctio papatus cùm Petro eſt effectus voluntatis humanæ: cùm ipſa conſtituat Petrum Papam, ſequitur quòd licet Papa à ſolo Deo dependeat in eſſe & fieri, Petrus tamen Papa dependet etiam ab homine in fieri. fit enim Petrus Papa ab homine, dum ab hominibus electus ipſe homo acceptat, & ſic iungitur Petro papatus. Tertiò, quòd quia iam nihil tam naturale eſt, vt vnaquæque res per quaſcunque cauſas fit, per eaſdem contrario modo diſſoluatur (vt dicitur in capitulo omnis. de regulis iuris.) idcirco Petrus Papa qui ex conſenſu ſuo, & electorum cauſatus eſt, ex conſenſibus eiſdem, ſcilicet ſuo & electorum ad contrarium diſſolui poteſt. Et hoc iam determinatum eſt facto Cæleſtini, & decretalis Bonifacii 8. in ſexto, de renun. cap. 1.

EX HIS Tribus præmiſsis habetur primò abſque omni hæſitatione certum, ꝙ Petrus Papa, & in fieri & in corrumpi dependet à poteſtate humana, nõ ſuperiori, nec æquali poteſtati Papæ, ſed minore; quia nec ad faciendum de Petro non Papa Petrum papã, nec ad faciendum de Petro papa, Petrum non papam, exigitur alia facultas, quàm voluntatis humanæ, ſcilicet electi, & electorum. Nec ſit curæ in propoſito, vtrùm bona, vel mala conſcientia ex bona, vel mala intentione, vel cauſa moueantur: ſat eſt in propoſito ꝙ facta tenent, ita ꝙ in veritate Petrus ſit, aut nõ ſit papa. Quòd etiam iſta poteſtas ſit minor poteſtate papæ, abſque alia probatione ex eo liquet, ꝙ mortuo papa nullo etiam præſuppoſito ſtatuto iuris poſitiui, iſta poteſtas eſt in eccleſia: & non ſe extendit ad ea, ad quæ ſe extendit ſummi Pontificis authoritas: alioquin eſſent duæ ſupremæ poteſtates in eccleſia, & Chriſtus nõ inſtituiſſet eccleſiaſticum regimen monarchicum. Et cum par in parem non habeat imperium, non potuiſſent Pontifices huic poteſtati executionis modum imponere, per quos, quot, ſcilicet, & quomodo debeat electio celebrari, cum irritatione actus, ſi ſecus factum fuerit. Hæc enim oſtendunt poteſtatem hanc, nec maiorem, nec parem, ſed inferiorem poteſtate papæ; ſuperioris nanque virtutis eſt diſponere de actu inferioris authoritatiuè, ita ꝙ ſi ſecus fiat nihil valeat, vt in propoſito inuenitur. Habetur ſecundò certo certius, ꝙ aliud eſt poſſe ſupra coniunctionem Petri & papatus conſtruendam, ſeu deſtruendã. & aliud eſt poſſe ſupra Papam: ex eo nanq; ꝙ poteſtas minor papatu, ſcilicet ſimplex voluntas electi & electorum poteſt conſtruere & deſtruere hanc coniunctionem, & huiuſmodi poteſtas, cùm ſit minor papatu, non poteſt ſupra papam, manifeſtè conuincitur, ꝙ aliud eſt poſſe ſupra illam coniunctionem, & aliud eſt poſſe ſupra papam. Vnde poteſtas ſupra papam non inuenitur niſi in Domino Ieſu Chriſto, poteſtas autem ſupra coniunctionem papatus & Petri inuenitur in terris. Et meritò, quia papatus opus Dei immediatè eſt, coniunctio autem papatus & Petri opus noſtrum eſt.

¶Nec mireris tu, qui philoſophiam profiteris, ꝙ inueniatur poteſtas ſuper coniunctionem formæ cum materia, quæ non eſt ſuper formam, quia coniunctio formæ cum materia formã conſequitur. Ceſſabit admiratio tua, ſi contemplatus fueris, ꝙ coniunctio formæ & materiæ vtrinque attingi poteſt, ſcilicet ex parte materiæ & ex parte formæ: & ꝙ potens ſuper coniunctionem formæ, & materiæ ex parte vtriuſq; ſeu ex parte formæ, poteſt etiam ſupra formam: ſed potens ſuper coniunctionem illam ex parte materiæ, nõ oportet ꝙ poſsit ſuper formam, vt patet in generatione hominis. Sol enim & homo generant hominem, qui conſiſtit in coniunctione corporis & animæ intellectiuæ, aut reſultat ex illa coniunctione: & conſtat ſolem & hominem non poſſe ſupra animam intellectiuam, quæ venit de foris, ſed ſupra coniunctionem illã ex parte corporis, quæ eſt materia. Sic enim accidit in propoſito; nam papatus & Petrus ſe habent vt materia & forma: et ſolus Dominus Ieſus Chriſtus poteſt ſuper coniunctione eorum ex parte papatus, et conſequenter vtriuſque: et propterea ſolus poteſt limitare et ordinare poteſtatẽ Papę Eccleſia autẽ põt ſuper coniunctionem eorum ex parte Petri ſolũ: et proptereà nihil põt ſuper papã, ſed ſuper coniunctionem tantùm. Et quoniã amotio Papæ, ſiue per renunciationem, ſiue per depoſitionem, ſiue per electionem non eſt corruptio papatus nec Petri, ſed coniunctionis papatus et Petri, idcirco diligentiſsimè et cautiſsimè oportet pro regula habere ante mentis oculos cum de amotione Papæ tractatur, quòd non requiritur poteſtas ſuperior papa, ſed ſuperior coniunctione inter Petrum et papatum.

¶Quod

¶ Quod, vt clariùs pateat, ſcito, quòd certum eſt ꝙ tribus modis poteſt Petrus Papa viuens amoueri à papatu. Primò, per eiectionem à Domino Ieſu Chriſto. Secundò per renunciationem ſpontaneam à ſeipſo. Tertiò per depoſitionem inuitam propter incorrigibilem hæreſim ab eccleſia. In omnibus autem his modis non deſinit papatus nec Petrus, ſed ſola coniunctio vtriuſque, differenter tamen: quia in primo modo, ſcilicet per eiectionem à Domino Ieſu Chriſto coniunctio illa corrumpitur à poteſtate ſuperiori non ſolùm reſpectu coniunctionis, ſed reſpectu papatus: eſt enim authoritas Domini ſupra coniunctionem illam etiam ea parte formæ. Et quia, (vt dictum eſt,) nulla alia poteſtas eſt ſupra Papam, ac per hoc nulla alia poteſtas poteſt coniunctionem illam attingere ex parte formæ, conſequens eſt, vt nulla alia poteſtas poſsit amouere Papam, vt poteſtas ſuperior Papa: ſed hoc eſt proprium Saluatoris noſtri. Et hoc modo intelligendum eſt dictum Anacleti Papæ diſtinctionis ſeptuageſimænonæ, can. eiectionem, dicentis, eiectionem ſummorum Pontif. ſibi Dominus reſeruauit. Differentia nanque inter Papam & alios Pontifices in hoc conſiſtit, ꝙ alij Pontifices poſſunt eiici tanquam à poteſtate ſuperiori ipſis poteſtatibus Pontificum: Papa autem non: quia in eccleſia terreſtri inuenitur poteſtas ſupra poteſtatem iuriſdictionalem Epiſcopi, non autem ſupra poteſtatem Papæ. Ex hoc enim habetur, quòd illorum eiectionem Dominus conceſsit Papæ, concedendo poteſtatem ſuperiorem: Papæ verò eiectionem ſibi reſeruauit, nulli concedendo poteſtatem ſuperiorem papatu. Vnde ſi Papa Ioan. Epiſcopum de plenitudine poteſtatis eiiceret, eiectus eſſet, nec haberet amplius poteſtatem iuriſdictionis. Nulla autem poteſtas in eccleſia relicta eſt à Domino, quæ poſsit hoc facere in Petrum Papam. In ſecundo autem modo, ſcilicet per renunciationem, & tertio, ſcilicet per depoſitionem, coniunctio illa corrumpitur, non à poteſtate ſupra papatum, ſed à poteſtate ſupra coniunctionem ſolam: quia nec voluntas Petri, nec voluntas eccleſiæ eſt ſupra papatum, & ex ipſis cauſatur coniunctio illa & corrumpitur vt patet. Quia ergo certum eſt Papam hæreticum incorrigibilem factum nec eſſe ipſo facto depoſitum, & eſſe deponendum ab eccleſia, & eccleſiam non habere poteſtatem ſupra papatum, & eccleſiam habere poteſtatem ſupra coniunctionem inter Petrum & papatum, ut pote opus ſuum: oportet dicere, quòd Petrus Papa factus hæreticus, incorrigibilis, deponitur ab eccleſia, indicatur & deponitur à poteſtate ſuperiori, non papatu, ſed coniunctione inter papatum & Petrum.

CAPVT XXI.

Diſcuſsio prædictæ poteſtatis miniſterialis depoſitiuæ Papæ hæretici.

QVAMVIS Autem ex certificatis habeatur in eccleſia reſpectu coniunctionis inter Petrum & papatum duo poſſe (ſcilicet, poſſe coniunctionem talem conſtruere, & deſtruere pari conſenſu, & poſſe coniunctionem eandem, ipſo hæretico incorrigibili inuito, deſtruere) non tamen liquet, quòd hæc duo poſſe ſint vnius & eiuſdem poteſtatis. Quod tamen concluſum eſt in præcedenti capite, per viam diuiſionis, propter identitatem obiecti: quia vtrunque eſt circa ipſam coniunctionem papatus & Petri.

¶ Nec ſolùm obſcurum eſt, ſed falſum multipliciter apparet. Primò, ex ipſius poteſtatis natura: nam, quando vna cauſa totalis ex duabus partialibus conſtans, exigitur ad aliquem effectum, neutra illarum partialium ſine altera ſufficit ad talem effectum, vt patet in vinculo matrimonij. Quia enim ad vinculum matrimonij concurrunt duo, conſenſus, (ſcilicet viri & mulieris,) & cauſa totalis eius conſtat ex vtroque conſenſu: neuter ſine altero ſufficit ad cauſandum vinculum matrimonij in altero. In propoſito autem ad coniunctionem Petri & papatus conſtruendam vel deſtruendam concurrunt duo, conſenſus, ſcilicet electorum ex vna, & Petri electi ex alia parte, tanquam cauſæ partiales, & vterque ſimul tanquam cauſa totalis. ergo conſenſus alter tantùm non poteſt in talem effectum, ſcilicet dictam coniunctionem conſtruendam, vel diſſoluendam. Et quia poteſtas depoſitiua Papæ inuiti propter hæreſim incorrigibiliter, includit alterum conſenſum tantùm, ſequitur ꝙ & ipſa non eſt idem quod illa potentia totalis, & ꝙ ſi eſt pars eius, non poteſt deponere: quod repugnat potentiæ depoſitiuæ. Malè ergo dictum eſt, quòd potentia depoſitiua Papæ eſt illa potentia, quæ euidenter eſt in eccleſia ſuper coniunctione dicta. Et confirmatur hæc ratio: quia de quo magis videtur ineſſe & non ineſt, ergo nec de quo minus: magis autem videtur, quòd ſolus conſenſus Petri Papæ poſsit ſe facere non Papam, quàm ſolus conſenſus aliorum, quia poteſt renunciare, ſed hoc non poteſt Petrus ſolus: quia quantùmcunque Petrus ipſe renunciet, ſemper eſt Papa, donec renunciatio ſua acceptetur: ſed è contrario quantùmcunque Petrus ſit electus, nunquàm eſt Papa, quouſque electioni de ſe conſentiat. Hæc enim oſtendunt, ꝙ cauſa totalis tam conſtructiua quàm deſtructiua coniunctionis Petri & papatus, quæ eſt in eccleſia minor papatu, non eſt eccleſiæ ſolius, aut Petri ſolius, ſed vtriuſque ſimul conſenſus: ac per hoc per hanc non poteſt inuitus Papa deponi quacunq; ex cauſa: quia implicat contradictionem.

¶ Secundò, apparet falſum ex modo eundi in actu talis poteſtatis: quoniam Papa hæreticus iudicandus eſt, iuxta capit. ſi Papa diſtinctione quadrageſima. & doctores. Poteſtas autem iſta minor papatu, non poteſt citare, compellere, & breuiter non habet vim coactiuam ſupra Petrum Papam: repugnat ergo ꝙ ſit poteſtas minor, & ꝙ ſit iudex, ex ipſo modo: quia ſcilicet vi coactiua procedere poſſe debet.

¶ Tertiò apparet falſum ex ſubiecto etiam iſtius partialis conſenſus: quia cùm conſenſus iſte partialis ex parte eccleſiæ ſit in electoribus Papæ, qui modò ſunt ſoli Cardinales (ad quos ſpectat eligere, & renunciationem acceptare, ut patet in facto Cæleſtini) ſequeretur ꝙ apud eoſdem ſolos reſideret poteſtas depoſitiua Petri Papæ facti hæretici: cuius oppoſitum communiter tenetur.

SED HORVM Solutio magis propoſitum confirmabit. Si nanq; conſenſus electi & electorum in hac cauſanda coniunctione concurrerent, vt conſenſus viri & mulieris ad cauſandum vinculum matrimonij, ratio procederet: quoniam vterq; conſenſus habet ſe & partialis cauſa quaſi efficiens vinculum matrimonij. In propoſito aũt iſti duo conſenſus diuerſimodè concurrunt: nam conſenſus electorum ſe habet vt cauſa faciens illam coniunctionem: conſenſus aũt electi ſe habet vt reddens ſubiectum capax illius coniunctionis: non. n. eſt capax niſi Chriſtianus voluntarius. Sicut. n. eſſe fidelem non eſt cã illius coniunctionis factiua: ita nec eſſe voluntarium ad illam. Et hoc patet in acquiſitione aliarum iuriſdictionum: cùm enim alicui imponitur aliqua prælatio, certum eſt quòd quouſque ipſe illam acceptet, non prælatus: acceptatio tamen ſua non facit in ſe prælationem, ſed ſubiectum reddit capax prælationis: & ſic actio impene-

tis

tis ſortitur effectum in ſubiecto capaci faciens iuriſdictionem quæ propter diſpoſitionem ſubiecti nó poterat intentum facere in eo. Actus enim actiuorum fiunt in patiente diſpoſito, vt dicitur in ſecundo de Anima. Conſenſu igitur electi concurrente, vt reddente ſubiectum capax coniunctionis cum papatu, reſtat vt conſenſus eligentium ſit faciens coniunctionem illam. Oſtenſum eſt enim, quòd non eſt à Deo immediatè, ſed mediante humano opere: quod eſt electio in ſubiecto diſpoſito. Et ſic ex hoc relinquitur, quòd poteſtas faciens, vel quaſi faciens hanc coniunctionem, eſt in electoribus, & non in electo vt ſic, nemo enim ſibi aſſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo, vt Aaron: vt dicitur ad Heb.5.

¶Ad confirmationem dicitur, quòd ſi papa ſola ſua renunciatione abſque acceptatione eccleſiæ non poteſt a ſe abdicare papatum, hoc magis confirmat propoſitum, quòd eius conſenſus non fuit inter cauſas facientes. Ratio autem quare acceptatio requiratur eſt, quia nemo poteſt renunciare iuri alterius, quod habet in ſe. nullus enim qui ex pacto tenetur alicui ſoluere centum, poteſt renunciare huic vinculo abſque voluntate eius, cui tenetur, quamuis ab initio voluntariè ſe obligauerit. Papa autem acceptando papatum, obligat ſe eccleſiæ ad regimen ipſius. vnde iuri eccleſiæ, quòd habet in Petrum papam, non poteſt ipſe renunciare inuita eccleſia, cui tenetur. Et confirmatur quia papatus non coniungitur ſibi ratione ſui, ſed ratione eccleſiæ, dicente Domino in creatione Petri primi papæ, non aliud: quàm paſce oues meas. Vnde non eſt verum, quòd magis videatur de conſenſu ſolo electi quòd poſsit diſſoluere, quoniam ipſe non eſt cauſa efficiens etiam partialis illius coniunctionis, ſed diſpoſitio tantum ſubiecti.

¶Ad ſecundum, in quo pendet tota viſhnius rei, dicitur quòd poteſtas iſta minor papatu habet vim coactiuam, non ſuper Petrum papam, ſed ſuper coniunctionem papatus & Petri: non ſimpliciter, ſed in caſu hæreſis, ita quòd poteſtas iſta relata ad Papam, eſt miniſterialis: relata ad coniunctionem Petri, & papatus in fieri, vel diſſolui (ſubiecto exiſtente diſpoſito) eſt authoritatiua: ita quòd ſententia diffinitiua ex hac authoritate procedens ſuper coniunctione talis materiæ Petri hæretici cum papatu, diſſoluit authoritatiuè coniunctionem illam. Sicut enim electio eccleſiæ authoritatiuè ſuper coniunctionem non ſuper Papam coniungit Petrum diſpoſitum, id eſt fidelem & voluntarium cum papatu: ita talis ſententia diſſoluit: agit enim in materiam diſpoſitam per hæreſim. Exemplum horum habemus in naturalibus: cùm homo generatur, & corrumpitur ab agente non potente ſuper animam hominis, ſed ſuper coniunctionem animæ, & corporis ex parte materiæ. Et ſi quæratur quomodo præcedentia per ſententiam depoſitiuam fiant, cùm vſque ad illam Petrus duret ſuperior: poſſet dici quòd quia nec Deus, nec natura deficit in neceſſarijs, quòd eadem authoritas extendit ad ſe omnia præambula. Quorum nullum video oportere eſſe coactiuum Petri papæ, ſed ſufficit, quòd ſint intimatiua, reprehenſiua, & huiuſmodi. iudicium enim hoc non ex confeſſione ſua extorta præceptis, cenſuris, aut tormento, ſed ex euidenti facto, vel verbo hæreſis incorrigibiliter expectatur, quòd ſine eius coactione fit. Si quis autem diceret, quòd non eſt inconueniens hanc minorem poteſtatem indirectè poſſe cogere Petrum ad præambula neceſſaria ad ſententiam, non video quare erraret, cùm Petrus papa hæreticus incorrigibilis, iam ſit incorruptionis via: & Deus (cuius perfecta ſunt opera) poteſtatem depoſitiuam in caſu hæreſis abſque neceſſarijs præambulis non dederit eccleſiæ, quæ nunquam deficit in neceſſarijs. Ex hoc dico, ſi aliqua præambula coactiua ex neceſsitate iudicij eſſent neceſſaria: quòd iuriſtis diſcutiendum relinquo. Bene tamen aduertant, quod non loquor niſi de neceſſarijs ex neceſſitate huius iudicij, & non loquor de neceſſarijs ex occaſionibus euentuum, & aliorum extraneorum à ratione iudicij.

¶Ad tertium dicitur, quòd poteſtas iſta depoſitiua non eſt in Cardinalibus: quia in eis non eſt poteſtas ſuper coniunctione Petri, & papatus niſi limitatè, ſcilicet tempore quo papatus vacat. In eccleſia autem vniuerſali eſt poteſtas ſuper coniunctione iſta abſque limitatione, ſi ſecluſo iure poſitiuo loquimur. & ideo Cardinales non poſſunt deponere Papam hæreticum, ſed hoc ſpectat ad vniuerſalem eccleſiam. Poſſet tamen hæc poteſtas committi Dominis Cardinalibus à iure ſtatuto Pontificis: ſicut commiſſa eſt eis poteſtas eligendi, ſcilicet per viam determinationis, quòd ipſi repræſentarent vniuerſalem eccleſiam, ſicut in eligendo, ita & in deponendo quando deponendus eſt. Manifeſtum autem exemplo fieri poteſt, quod dictum eſt. ſi quis nanque epiſcopus iturus in regionem longinquam inſtituat ſuum generalem vicarium cum pleniſsima authoritate, ordinans, quòd ſi inſtitutus vicarius moriatur, aut publicus blaſphemus fiat, Canonici poſſint illum amouere, & alium nominare in vicarium abſque alia confirmatione, &c. conſtat, quòd canonici nullam authoritatem ſuper vicarium haberent, neque ſimpliciter, neque in hoc caſu: ſed ſuper amotione eius in illo caſu, quod eſt habere poteſtatem ſuper coniunctione vicariatus cum perſona in caſu, &c. Eodem enim modo eſt in propoſito, nam paſtor, & epiſcopus animarum noſtrarum Dominus Ieſus Chriſtus abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum & reuerti: & inſtituit Petrum Apoſtolum in ſuum generalem vicarium cum pleniſſima authoritate, ante aſcenſionem dicens ei, Paſce oues meas: & cùm effecto exhibens promiſſam ſibi priùs poteſtatem ampliſsimam, Tibi dabo claues: & quodcunque ligaueris, &c. Et ordinauit ut ſi vnquam aliquis Petri ſucceſſor hæreticus fiat, eccleſia eum poſsit amouere, & loco eius alium nominare 40. diſt. c. ſi Papa.

¶Ex hac igitur conceſſa poteſtate patet, quòd eccleſia nihil poteſt ſuper papam abſolutè, nec in caſu hæreſis propriè loquendo, poteſt ſupra papam, ſed ſuper coniunctionem papatus cum Petro, quam diſſoluit amotio. Et ſic clarè liquet, quòd poteſtas eccleſiæ eſt ſuper coniunctione papatus & Petri in fieri & in corrumpi, ſubiecto exiſtente diſpoſito ad fieri, per fidem & voluntatem. ad corrumpi verò per hæreſim vel voluntatem: & cùm hoc poteſtas iſta eſt minor papatu, & ideo non poteſt limitare eius poteſtatem. Et ſic patet, quòd papa nullam etiam in caſu hæreſis habet ſupra ſe poteſtatem: quod erat intentum.

CAPVT XXII.

In quo reſpondetur rationibus, & authoritatibus allatis in cap. 17. ad probandum, quòd Papa hæreticus ſit ipſo facto depoſitus iure diuino.

QVAMVIS Autem ex determinatis manifeſta ſit rationabilis ſententia, quòd ſcilicet certus & indubitatus Papa, nec ſimpliciter nec in

caſu

caſu hæreſis eſt ſubditus, propriè loquendo, concilio, aut eccleſiæ vniuerſali, quia eſt adhuc papa, ſed in caſu hæreſis connexio papatus cum perſona ipſa ſubdita eſt determinationi eccleſiæ & concilii vniuerſalis, ita ꝙ poteſt deponi: oportet tamen ſatisfacere rationibus & authoritatibus tot illuſtrium virorum tenentiũ papam ipſo facto depoſitum, & propterea ſubditum concilio.

¶ Et quoniam vis principalis conſiſtit in hoc, ꝙ fides, ſaltem informis, exigitur ad membrũ Ieſu Chriſti: ideo ſciendum eſt, ꝙ baptiſmus, quo primum regeneramur, & pertinemus ad Ieſu Chriſti corpus myſticum, ꝙ eſt eccleſia, tres, quantum ad propoſitum ſpectat, facit in anima noſtra effectus. primò imprimit caracterem indelebilem: ſecundò fidem: tertiò charitatem. Et de tertio quidem effectu. ſ. charitate, manifeſtum eſt, ꝙ licet conſtituat membrum viuum Chriſti, non tamen exigitur ad habendam iuriſdictionis, uel ordinis poteſtatem. oppoſitum enim ſpectat ad hæreſim pauperum de Lugduno.

¶ De ſecundo autem, (de quo tota eſt quæſtio,) ꝙ non exigatur ad poteſtatem ordinis, etiam clarum eſt quoniam heretici conſacrant verum corpus Chriſti, & faciunt veros ſacerdotes, ſi ſeruata forma, & intentione eccleſiæ hoc faciant, & ex hoc ipſo inchoat ſplẽdor ueritatis, quòd, ſcilicet licet fides informis conſtituat membrum Chriſti ſecundum quid, vt dixi in tertia parte Sancti Thomæ, quæſtione 8. articulo 1. ad ſecundum, quia tamen latitudo datur in mẽbris Chriſti ſecundum quid, etiam ſine fide informi, ita ſolo caractere ſacramenti fidei conſtituitur membrum Chriſti ſecundum quid, remotius a Chriſto, hæreticus. n. niſi membrum ſecundum quid Chriſti eſſet, nec corpus Chriſti, nec miniſtros conſecraret, nec ſacramentum confirmationis daret. Hæc enim a ſolis Chriſti membris non quibuſcunque, ſed in magno ſacerdotii, ſcilicet vel epiſcopatus gradu conſtitutis facta tenent, &c. Altius quoque contemplando videbimus, & quòd tanta eſt vis characteris baptiſmalis, ut etiam fides formata eius vices non ſuppleat, vt patet ex hoc ꝙ presbyter non baptizatus reordinatur, vt patet ex presbytero non baptizato. cap. ſi quis presbyter. Et ꝙ ipſe character conſtituit membrum Chriſti dicente Innoc. eodem titu. in capitulo veniens. Non ſolum per ſacramentum fidei, ſed per fidem ſacri efficitur quis proculdubio membrum Chriſti. Conſtat enim, ꝙ proprius & inſeparabilis effectus ſacramenti fidei, quod conſtat eſſe baptiſma, eſt ſolus character, ut patet, cum aliquis hæreticus baptizatur ſecundum formam & intentionem eccleſiæ, nihil enim aliud recipit quam characterem.

¶ Et ſi altius adhuc mẽtis oculos eleuauerimus, intuebimur, ꝙ habens ſolũ fidei characterem, eſt ſimul & fidelis, & infidelis membrum Chriſti & eccleſiæ, & extra membra Chriſti & eccleſiæ, diuerſis reſpectibus. & propterea a doctoribus diuerſa & contraria de eo dicuntur. Habens nanque ſolum characterem fidei, quantum ex parte ſua infidelis eſt, & extra mẽbra Chriſti, & eccleſiæ, quoniam voluntariè diſcredit, ex parte autem Ieſu Chriſti, qui characterem fidei ſemel datum indelebilem conſeruat, eſt fidelis inuitus, & eſt membrum Chriſti, & eccleſiæ velit nolit ipſe vtpote non ualens abdicare, aut abiicere a ſe ſuſceptum ſemel fidei characterem. Propter quod a diuo Thoma, in ſecunda ſecundæ. quæſtione decima, articulo tertio, ad tertium, computatur talis inter fideles, cum dicitur, quòd pro adulterio grauius puniuntur fidelis, quàm infidelis propter ſacramenta fidei, quibus eſt imbutus, quibus peccando contumeliam facit, & in eiuſdem quæſtionis, articulo quinto, numeratur inter fideles, dum ponit hæreſim ſpeciem infidelitatis. Differt autem habens ſolum characterem ab habente etiam fidem informem quo ad officium membri Chriſti, quia habens characterem & fidem, ſuſcipit influxum interiorem a Ieſu Chriſto capite quo ad hunc actum vitalem, qui eſt credere, ut Sanctus Thomas dicit in tertia parte, quæſtione octaua, articulo tertio, ad ſecundum. Habens autem characterem ſolum, non ſuſcipit influxum alicuius actus uitalis interius, ſed tantum quo ad exteriorem operationem, ſicut brachio arido poteſt quis uti ad alios percutiendo, vel mouendo aliquid extra. Quia ergo character fidei eſt primum in compoſitione mẽbri Chriſti, quod patet ex hoc, quod ipſe a ſolo baptiſmo cũ ſit ſolus, eſt inſeparabilis ab eo, ac per hoc proprius effectus baptiſmi, quo efficimur primò membra Chriſti, & eccleſiæ, oportet quòd ſit ultimum in reſolutione membri Chriſti & eccleſiæ, & conſequenter quandiu character manet, non deſinit eſſe totaliter membrum Chriſti. Et quia nũquam deſinet character, ideo ſemper erit intra latitudinem membrorum Chriſti, etiã cum abſciſſum totaliter eſt per damnationem in inferno, & per hoc differt a purè infidelibus damnatis, & magis cruciabitur, iuxta ſentẽtiam Apoſtoli ad Heb. 10. Et hęc ratio vltra tot allata teſtimonia, ex propria efficacia ſufficit: quia ſecundum veram theologiam diuinam & humanam, attributum alicui cauſæ vt proprius effectus, intelligitur attribui ei ſecũdum id quod illi cauſæ propriũ eſt, vt patet in cauſis naturalibus, moralibus & eccleſiaſticis inductiue. periret enim aliter omnis certitudo moralis. Ex quo attribuitur baptiſmo, vt proprius effectus, ꝙ faciat membrum Chriſti, oportet ꝙ intelligatur attributum ei ſecundum id quod huic ſacramentali cauſæ, quæ eſt baptiſmus, eſt proprium, quo differt a cæteris. Hoc autem eſt pro quanto eſt cauſatiuum characteris fidei, hoc. n. ſolus habet hoc ſolum primo, & infallibiliter quod cauſat ſolis eſſentialibus requiſitis ad ſacramentum concurrentibus. Quia ergo papa factus hæreticus licet amiſerit fidem et informem, quia tamen retinet ſacramentum fidei et inuitus, quo cõſtituitur primò quis in hoc quod eſt eſſe membrum Chriſti, ideo rationes & authoritates quæ fundantur ſuper hoc, ꝙ fides ſaltem informis requiritur ad eſſe membrum Chriſti, non ſunt efficaces ad inferendum ipſum non eſſe membrum Chriſti, ac per hoc ipſo facto iure diuino depoſitũ, quamuis ex defectu fidei informis optime inferatur, ꝙ ipſe quantum eſt ex ſe, eſt extra latitudinẽ mẽbrorum Chriſti, ac per hoc a membris Chriſti ſegregandus per depoſitionem ab officio capitis, & poſt per alias pœnas ab eccleſia puniendus, & demũ curiæ ſeculari tradendus.

Sigillatim ergo reſpõdendo, authoritas in primis Domini Ioa. 3. non eſt ad propoſitum, quia loquitur de iudicio æternæ damnationis, in quo qui non credit, iam iudicatus eſt, & ex parte Dei, quia nouit Dominus qui ſunt eius, vt gloſſa ex Aug. ſumpta exponit. & ex parte meritorum, quia habet in ſe cauſam æternæ damnationis, ut Chriſoſto. dicit, & ex parte claræ condemnationis in vltimo iudicio abſque examine. vt Greg. explicat.

¶ Ad illud verò, ſuper hanc Petram. i. fidem dicitur, ꝙ ſacramentum fidei, quod remanet in hæretico, non eſt extra fidem, ſed primus lapis fidei ædificãdæ in quolibet, & propterea illo ſolo remanente lapide, ſuper Petram fidei remanet eccleſiaſtica poteſtas in via ad ruinam, quo ad illud ſuppoſitum.

¶ Ad id autem, ꝙ iuſtus ex fide viuit, ſi de fide informi admittatur, dicitur ꝙ ſumitur viuere pro operatione vitali, & non pro eſſe, ſicut ſumitur cum dicitur viuere viuentibus eſt eſſe.

¶ Ad diffinitionẽ fidei: Fides eſt ſubſtantia: ac per hoc primum dr̃, ꝙ fideles habent rõnem primi ſuſtentantis inter virtutes pertinentes ad fideles, & ideo dr̃ ſubſtantia. Cum quo ſtat, ꝙ ipſius fidei ſacr̃m prius ſit ipſo ordine generationis.

¶ Ad authoritatem allatam ex tertio ſen. S. Tho. dicitur, quòd doctrina S. Thom. ibidem eſt malè intellecta, & eſt contra iſtos in propoſito, nam ibidem appellatione infidelium non veniunt, niſi hi, qui nunquam actu fuerunt de eccleſia, vt patet ex hoc quod dicit, ideſt reſpectu horum Chriſtus non eſt caput, niſi in potentia, ſecundum ſcilicet quòd ſunt vnibiles corpori. Conſtat nanque quòd reſpectu baptizatorũ hæreticorum Chriſtus eſt caput aliter, quàm in potentia, quia eſt actu caput eorum ſecundum ſacramenta fidei, non ergo appellatione infidelium ibi veniunt hæretici.

Appellatione quoque fidelium peccatorum ibi veniunt hæretici, qui per fidei ſacr̃m in vno numero obiecto, fidei vnionem illam (quam vnionem ſimpliciter author nominat:) retinent vtcunque velint nolint. Et hoc inſinuatur ex hoc quod dicit, ꝙ velut membra arida poſſunt non in ſe, ſed aliis ſacra miniſtrando & docendo: hæc.n. omnia per hæreticos non inquantum tales, ſed inquantum aliquid ipſius capitis participãt, Chriſtus facit.

¶ Ad diffinitionem eccleſiæ dr̃, ꝙ quia hæreticus ex ſeipſo eſt infidelis, ideo ſimpliciter eſt infidelis, & extra eccleſiam. Cum hoc tamen ſtat, ꝙ ſecundũ quid ſit in eccleſia ad tempus, ut abiiciendus. ſic enim manet papa hæreticus.

¶ Authoritates omnes teſtamenti noui & veteris prohibentes communionem cum hæreticis non probant quòd ſit depoſitus ipſo facto, ſed deponendis, vt non communicemus cum eo. ſic enim ſufficienter ſatisfit præcepto huiuſmodi. Si enim ipſo facto vitandus præciperetur a Deo hæreticus, non dixiſſet Apoſtolus ad Titum 3. ca. Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita. Amisſio clauium apud hæreticos intelligitur quatenus hæretici ſunt, & quo ad licitum vſum.

Honoris & poteſtatis iuriſdictionalis perditio ipſo facto intelligitur quantum eſt ex eorum parte, & iuris diſpoſitione in his, qui ſubſunt iuri humano, & sũt in eccleſiæ foro hæretici. ſic enim interpretanda ſunt Sancti Thomæ, & aliorum in communi loquentium dicta. Tales enim ſoli ſunt excommunicati, & conſequenter priuati ipſo facto, ſaltem per ſuſpenſionem poteſtatis iuriſdictionis. ſi eſt crimen occultum, & declarandi priuari. Papa autem ex diuini & humani iuris diſpoſitione, & hæreſis propriæ exactione, eſt priuandus humano iudicio, a quo cõiunctus eſt papatus huic perſonæ, vt dictum eſt. Officium quoque paſtorale ab hæreticis, inquantum hæretici ſunt, Auguſti. adimit ipſo facto, quia impoſſibile eſt, vt hæreticus, inquantum hæretici officium exercet, paſcat oues Chriſti. Poſſibile tamen eſt, vt ille, qui eſt hæreticus, in ſeipſo ſit hæreticus, & oues Chriſti paſcat, officium Petri non hæretici exercens. Sed quia periculoſum hoc eſt valde, ideo abiiciendus eſt ab officio paſcendi oues Chriſti.

¶ Illud demum, quod ex gloſſa decreti affertur, ꝙ Papa cadens in hæreſim damnatum, incidit in excommunicationem, falſum eſt. nam, cum omnis excommunicatio, quæ eſt eccleſiaſtica cenſura, (de hac enim loquimur) ſit a iure poſitiuo, & ius poſitiuum non habeat vim coactiuam in foro eccleſiaſtico ſupra papã, & excommunicatio coactionem importet in foro eccleſiaſtico: oportet dicere, quòd papa in nullam incidere cenſuram poteſt. Et uſque adeò docent hoc doctores, vt dicat Sanctus Thomas, in 4. ſenten. diſtin. 19. quæſt. 2. art. 3. ad tertium, quòd papa non poteſt cõmittere alicui, quòd excommunicet ipſum. Et in eadem ſententia ſunt Albertus Mag. & S. Bonauentura, vt dominus Ioan. de Tur. Crem. de iſtis refert. Vnde audiendi non ſunt illi, qui omnia hæreticorum iura ad papam hæreticum extendunt, dum papa enim eſt, ſoli depoſitioni ſubiicitur, depoſitus autem ſubiicitur iuri ſicut alii.

¶ Ad probationem autem (ſcilicet quòd ſi papa fiat hæreticus, eſt minor quolibet catholico ſumptam ex can. audiuimus. 24. quæſt. 1. & S. Thom.) dicendum eſt, quòd cum hoc non poſſit intelligi de maioritate, & minoritate meritorum, ſeu charitatis: (quia extra propoſitum eſſet, & prælatus non ſolum per infidelitatem, ſed quodcunque mortale crimen fit minor, ſic omni exiſtente in charitate) nec de minore, & maiore ſecundum iuriſdictionem de facto perditam (quia ſecundum illud prælatum cadens in hæreſim fit minor, ſecundum quòd quilibet catholicus eſt maior,) cum iſta ſint correlatiua, ſed quilibet catholicus non eſt maior ſecundum iuriſdictionem, non enim ex hoc quòd papa vel prælatus meus, ſit hæreticus, ego vnus catholicus qui nihil habeã iuriſdictionis, iuriſdictionem acquiro ſuper eum, aut alius, oportet ſanè verba hæc intelligere & exponere tantò diligentius, quãtò ſuper his verbis ſancti Thomæ magna fabrica erigitur, & dicitur ꝙ papa eſt depoſitus ipſo facto, dicendum eſt igitur aliter.

¶ Ad cuius euidentiam ſcito primò, ꝙ cum maior & minor ſint correlatiua, conſequens eſt, quòd oportet proportionaliter minorem maiori referre, vt & in quo prælatus ſit minor, ſubditus quilibet catholicus fiat maior.

¶ Scito ſecundo, quod cum ſermo ſit intelligendus ſecundum ſubiectam materiam, & ibidem ſit ſermo de correctione prælatorum à ſubditis. manifeſtè fit comparatio inter prælatum & ſubditum: non quo ad perſonas puras, ſed conſiderato prælationis officio. Poteſt igitur tripliciter dictum hoc verificari, primò, vt intelligatur de maiore & minore ſimpliciter, & eſt ſenſus, quòd prælatus ſi labitur in infidelitatem fit minor ſimpliciter & abſolutè. & quilibet ſubditus fidelis maior ſimpliciter & abſolutè. Et hoc eſt verùm: quia quilibet catholicus, abſolutè, & ſine limitatione aliqua loquendo, eſt in eccleſia Dei maior infideli, cum quo tamen ſtat, quòd prælatus donec deponatur, aut declaretur, ſit maior ſecundum quid, ſcilicet ſecundum poteſtatem iuriſdictionis iam propè mortem. Secundò (& ſequitur ex hoc iam dicto) poteſt intelligi, quòd etiam quo ad poteſtatem iuriſdictionis prælatus infidelis eſt minor, & ſubditus fidelis maior, quantum eſt ex ſe, quia infidelis quantum eſt ex ſe, extrà membra Chriſti eſt: ac per hoc quantum ex ipſo pendet, inhabilis ad poteſtatem iuriſdictionis ſpiritualis. fidelis autem quilibet ex ipſa ſpontanea fide diſpoſitus, eſt habilis ad poteſtatem ſpiritualis iuriſdictionis in eccleſia Chriſti. Et ſic prælatus ob infidelitatẽ fit minor ſecũdum poteſtatẽ iuriſdictionis, quantum eſt ex ſe. & catholicus ſubditus maior. Tertiò, & ſequitur ex dicta expoſitione, põt intelligi de maiore & minore in officio defendendi fidẽ, ex eo nanque ꝙ prælatus a fide deuiat, & ſubditus permanet in fide minor fit ille in officio executiuè defendendi fidẽ, & ſubditus fidelis econtra maior fit in officio fidei defendendæ. Et hoc totũ ſimul iunctum ſatisfacit literæ decreti & intentioni S. Tho. & concordat cum dictis ſuis alibi. Accuſandum denique eſſe & iudicandum Petrum Papam hæreticum, nihil aliud concludit, niſi ꝙ iudicem habet ſuperiorem, non vt Papa, vt iſti putant, ſed cõiunctione papatus & Petri in caſu hæreſis, & conceditur con-

concilium eſſe iudicem in tali caſu. Et per hoc patet ſolutio allatorum etiam in c.18. pro quanto contra determinationem præſentem militant.

¶ Vnum tantum supereſt declarandum, an.ſ.ſula hæreſis ſufficiat, an exigatur & incorrigibilitas, ſeu perſeuerantia obſtinata in hæreſi ad hoc, vt deponatur papa, ꝙ ſequens c. declarabit.

CAPVT XXIII.

Quando cum Papa in hæreſim lapſo parato corrigi, agendum ſit.

AD abſoluendum demum totam hanc difficultatem de poteſtate concilii ad depoſitionem papæ in caſu hæreſis, ſcire conuenit, ꝙ duæ ſunt hic extremæ opiniones. Altera quòd papa propter crimen hæreſis etiam confeſſum non poteſt deponi. Fundatur hæc opinio primò ſuper facto Marcellini, & reſponſione Epiſcoporum, vt patet in vigeſimaſecunda diſtinctione, cano. nunc autem, & ſunt uerba Nicolai papæ. Cum enim idololatriæ crimen incurriſſet papa, congregatum conciliũ videns eum compunctum corde, dixit, Tu teipſum iudica, prima ſedes non iudicabitur a quoque, & ſic non depoſitus martyr effectus eſt poſtmodum. Secundò ſuper gloſſ. in dicto cap. & in ca. ſi papa diſtin. 40. & multis doctoribus. Tertiò ſuper ratione, quia cum hæreticus nomen ſit vitii, & papa hæreticus ſit deponendus, tandiu deponendus venit quandiu hæreticus ſeu a fide deuius eſt, ac per hoc ſi pœnitet eum ſui delicti, non eſt amplius hæreticus, aut a fide deuius, & conſequenter non ſubiacet amplius pœnæ depoſitionis. Et firmatur hæc ratio ſuper dictis Gratiani in Decretis trigeſima ſecunda quæſtione prima, de matrimonio inter raptorem & raptam, vt patet ibi in can. nullus. Quartò ſuper authoritate Apoſtoli ad Titum 3. hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correctionem deuita. Si n. deuitatio non ſequitur crimen hæreſis, ſed ſecundam correctionem, à fortiori, nec depoſitio.

¶ Altera opinio eſt, quòd papa propter crimen hæreſis poteſt deponi. Et hæc fundatur ſuper hoc, quòd reus eſt & obnoxius pœnæ criminis quicunque crimen illud admiſit, etiam ſi non perſeueret in illo, vt patet inductiuè. Qui enim ſemel homicidium commiſit, reus eſt pœnæ homicidii, & ſimile eſt de adulterio, ſimonia, furto, blaſphemia, periurio, & ſic de aliis, ſed Papa propter hęreſis crimen pœnæ depoſitionis reus eſt, vt communiter doctores ex cap. ſi papa. 40. diſtin. moti dicunt. Non ergo exigitur perſeuerantia in hæreſi, ſed ſicut ſi pro adulterio deponendus foret, ſufficeret ipſum adulterium commiſiſſe, ita quia pro deuiatione a fide deponendus dicitur, ſufficit quòd hæreſim incurrerit. Et confirmatur, quia alii prælati, puta Epiſcopi ex hoc ſolo, quòd damnatam incurrunt hæreſim, in foro eccleſiæ ſunt ipſo facto excommunicati, & poſſunt declarati priuari, conſtito de crimine. Et confirmatur iterum, quia ſi papa paratus corrigi non poteſt deponi, cum centies in veritate poſſit relabi & reſurgere, ſequeretur quòd centies relapſus paratus tamen corrigi, non poſſet deponi, quod fatuum.

Licet autem hæ duæ opiniones contrariæ videantur, ad medium tamen expoſitæ diſcordes non inueniuntur. Vnde media rationabiliſq; ſententia eſt, ꝙ papa hæreticus poſt duas monitiones deponendus eſt, ipſo Paulo Apoſtolo hoc diffiniente ad Titum 3. Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correctionem deuita. Et rationem quare non amplius ſuſtinendus eſt aſſignans, ſubdit, Sciens, quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt. Vbi glo. interlinearis in uerbo, Subuerſus, exponit, Perditus, & in uerbo, eiuſmodi, exponit, Incorrigibilis. Et eſt intentio litteræ, ꝙ quia iudicium humanum datur ſecundum id, quod vt in pluribus inuenitur, & ſecundum eũdem curſum, qui ab ea, quam vera ſponte profeſſus eſt, fide declinat primò, & poſt vnam correctionem ſecundò, & poſt ſecundam correctionem tertiò, abiiciendus tanquam incorrigibilis cenſetur; idcirco papa hæreticus poſt primã & ſecundam monitionem delinquens in fide, deuitandus eſt depoſitione. Non enim poſſunt fideles euitare papam manentem, cum ex eo poſt Dominum Ieſum omnium ſalus dependeat, vt dr̃ 40. diſt. ſi papa. Quia ergo Apoſtolus hæreticum hominem poſt duas correctiones delinquentem in fide, nõ ſuſtinendum, ſed deuitandum præcepit, conſequens eſt primò, quòd quantumcunque papa hæreticus poſt duas correctiones relapſus, paratus ſit corrigi, non ſolũ poteſt, ſed debet deponi. Et meritò, ne in infinitum protrahatur humanũ iudicium, ſed limite aliquo terminetur. Rationabilis autem terminus eſt ſtatutus trinus error cũ trina monitione, prima, in profeſſione fidei, & duabus poſt deuiationem ſubiunctis, ita quòd tertius error tres monitiones contempſit. ſicut hæretici relapſi poſt profeſſionem, excommunicationem & abiurationem, non ampliùs admittuntur ab eccleſia. Conſequens ſecundò eſt, ꝙ ante correctiones non eſt deponendus Papa hæreticus, qui propter hæreſim non eſt excommunicatus, ſed excommunicandus depoſitione. Et propterea in eo ad literam ſeruandum eſt præceptum Apoſtoli de publica correctione: quòd in aliis inferioribus propter adiunctam excommunicationem latæ ſententiæ quam tulit eccleſia contra hæreticos, non ſeruatur. Alij enim, quia excommunicati ſunt poſt, ab eccleſia ſtatim euitantur. Papa autem, quia excommunicatus non eſt, ſicut nec excommunicati erant homines hæretici tempore Pauli apoſtoli, ſed excommunicandi, poſt duas correctiones deuitandus eſt. Duplex enim correctio à Paulo conceſſa non abſtulit poteſtatem ab humano iure rigoroſius procedendi contra hæreticos ſubiectos humano iuri, ſicut concedendo ius diuinum matrimonium cum ſorore conſobrina, non ademit poteſtatem eccleſiæ inhibendi tale coniugium, ſed oſtendit quid ſeclu ſo humano iure ſeruandum eſt. Propter quod, quia Papa ut patebit, ſolo diuino iure iudicandus, deponenduſque venit, quia illi ſoli ſubiectus eſt, ideo in eo ſolo apoſtolica regula ſeruanda remanſit, cæteris propter hæreſim ab eccleſia excommunicatis. Nec obſtat dictis, ſi dicatur quòd hæretici etiam tempore Pauli erant excommunicati ab ipſo, ad Gal. 1. Cùm enim ſententia illa ſe extendat ad ſuperiores, ſcilicet Angelos de cœlo, & conſtet quòd nullus ſuperiorem, ſub quacunque conditione excommunicare poteſt: conſequens eſt, quòd non fuit excommunicatio, ſed denunciatio, quòd à Deo anathema fieret quicunque etiam Angelus de cœlo, ſi contra Euangelium Chriſti prædicaret. Et hoc eſt denunciare ſeparatum eſſe à Deo, & dignum excommunicatione eccleſiæ quo ad homines. Et confirmatur ex S. Thom. ibidem dicente, quòd ſententia illa ab Apoſtolo data eſt authoritate euangelicæ doctrinæ promulgata. Ioan. 10. ca. Sermo quem ſum locutus, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Conſtat nanque quòd excommunicandos ab eccleſia non excommunicatos ab eadem conſtituit ſermo diuinus contradicens ſibi.

Ad rationes igitur primæ opinionis, vnico verbo dicitur, ꝙ Papa poſt ſecundam correctionem deuius à fide, nõ admittitur vt paratus corrigi apud humanũ

indictum, ſed tanquam incorrigibilis hæreticus cenſetur. Quanquam apud Deum ſemper poſsit corrigi, & fortè in veritate ſit correctus.

¶ Ad rationes aũt alterius opinionis dr̃, ꝙ vbi eſt ſpeciale ius, non oportet ex cõi procedere iure. In hac autem cauſa eſt ſpeciale ius Apoſtoli, & ſatis rationi conſonũ, & ſtylo eccleſiæ in excõicandis perſonis, præſertim in perſona tam excellentis dignitatis. De aliis aũt Epiſcopis iã reddita eſt rõ diſsimilitudinis, quia. ſ. non ſunt in illo ſtatu, in quo erant tempore Apoſtoli propter ſuperuenientem eccleſiæ excæcationem, qua redditi ſunt ſtatim vitandi, & propterea poſſunt declarari driuari, propter tamen dignitatem eorum, & fragilitatem humanam vnica correctio declarationem ſi præcederet, miſericordia æquitatis eſset. Faciunt ad prædicta, quæ ſcripſit diuus Thom. in Secunda ſecundæ, quæſt. 11. art. 3. & quarto de receptione hæreticorũ ab eccleſia.

CAPVT XXIIII.

Opinio, quòd Papa propter incorrigibilitatem in quocunque notorio crimine ſcandalizante eccleſiam, ſubijciatur concilij poteſtati, ita quòd poſsit ab eo deponi.

EXPEDITA relatione papæ in caſu hæreſis ad concilium, oportet in aliis extra hæreſim caſibus decernere, ſi papa ſubeſt poteſtati depoſitiuæ concilii in alio caſu, q̃ in caſu hæreſis. Et nunc quidem verè caſus, qui peccata ſunt, tractandi ſunt. poſtmodum de euentuum caſibus ſermo erit. Eſt igitur nonnullorum opinio, ꝙ papa extra caſum hæreſis deponi a generali concilio poteſt. Probaturque hoc ex ſeptem capitibus. Primò, ex rõne criminis papa poteſt deponi pro hæreſis crimine: ergo, & pro aliquo alio. Probatur ſequela. tũc primò, quia aut hoc eſt ſingulare in hæreſi ratione grauitatis, & hoc non, quia odium Dei eſt grauius peccatum hæreſi, vt patet in Secunda ſecundæ S. Tho. q. 3. artic. 2. Aut ratione damni eccleſiæ, & hoc non, quia plus nocet eccleſiæ papa omnia beneficia vendens, prauos extollens, bonos deprimens, tyrannidem exercens, vitiorum luce, blaſphemiæ, auaritiæ, &c. notoriè plenus quàm ſi pertinaciter ſentiens, quòd Spiritusſanctus non procedat a filio, rectè alias viuat, & hanc hæreſim ſolus teneat. Tum ſecundò, quia in ſacra ſcriptura nõ inuenitur ſpecificè expreſſum, ꝙ papa poſsit deponi magis pro hæreſi, quàm alio crimine, relictum eſt ergo interpretationi doctorum, & canonum. Et ſicut Bonifacius papa & martyr expreſſit caſum hæreſis. diſt. 40. ſi papa, ita poteſt caſus incorrigibilis notorii, & ſcandalizantis eccleſiam criminis, excipi, vt gl. ibidem ſentit. Tum tertiò, quia qui poteſt in maius, poteſt in minus, vt dicitur in ca. ex parte, extra de decimis, ſed concilium poteſt iudicare papam de maiori crimine, puta hæreſis, ergo de minore, ſcilicet ſimonia notoria, &c.

¶ Secundò, ex parte abuſus poteſtatis. conſtat nanque, quòd gladius de manu furioſi poteſt, & debet auferri: inuaſor, & occiſor corporum detineri, & pertinax in propoſito in cuſtodiam poni, quantò magis ſæuiẽs in perditionem animarum Papa gladio papalis poteſtatis abutens, illo priuandus eſt tanquàm phreneticus & ebrius, ſuarum paſsionum commotione actus. Cogit enim alios malefacere ſuo exemplo, & Apoſtolus teſtatur ad Gal. 2. dicens ad Petrum, Cogis Gentes iudaizare: glo. conuerſationis exemplo. Et confirmatur, quia ſi Papa vellet mulierem opprimere, vel occidere, poſſet & repelli & percuti & occidi, cum moderamine inculpatæ tutelæ: à fortiori ſi opprimit eccleſiam, ſi occidit animas, reſiſtendum primò: & ſi opus eſt occidendus depoſitione eſt. Et confirmatur hoc ex ratione finis poteſtatis acceptæ: quia ſcilicet ad ædificationem eſt, & non in deſtructionem.

¶ Tertiò, ex parte obligationis ipſius Papæ. tenetur enim Papa ad purgationem ſui cum infamis eſt de crimine ſcandaloſo, vt patet de Damaſo accuſato de adulterio: teſte Hier. de viris illu. & de Sixto, Leone & Symmacho. ſecunda, quæſtione ſeptima. Et probatur ratione, quia tenetur paſcere oues ſuas, & conſtat quòd ſcandalum depaſcit oues. Purgationi autem ſubiectus ſi deficit, iudicandus eſt. igitur Papa poteſt ab eccleſia de alio crimine, quàm de hæreſi iudicari. Et confirmatur authoritate. Greg. in ca. ſi quis. ſecunda quæſtione. ſeptima, dicentis, Si quis ſuper hoc nos redarguere voluerit, vel extrà authoritatem facere nos contenderit, veniat ad ſedem apoſtolicam, vt ibi ante confeſsionem beati Petri mecum iuſtè diſceptet, quatenus vnus ibi ex nobis ſuſcipiat ſententiam ſuam. Nec hoc inquit, Gerſon ex humilitate, ſed ex debito Grego. fecit.

¶ Quartò, ex parte eccleſiæ: quia ſicut Papa ſponſus poteſt dare libellum repudij eccleſiæ ſuæ ſponſæ, renuntiando papatui: ita econuerſo, cùm non debeant quo ad hoc impari iure cenſeri: & potior adducitur ratio pro ipſa contra ſponſum: vel quia proſtituere eam quærit quantum in ſe eſt, vel tyrannide ſæua laniando eam, vel placitando, bona ſua diſsipando, vel quia abuti conatur ea in perniciem filiorum. Et confirmatur hoc: quia ad communitatem totam ſpectant principis correctio, vel deſtitutio, apud Ariſtote. in 5. Politico. ſi inemendabilis perſeueret. Et hæc poteſtas inauferibilis vel inabdicabilis eſt à communitate libera: quantò magis hoc habebit eccleſia.

¶ Quintò, ex parte diuinæ prouidentiæ. Cùm enim Dei perfecta ſunt opera, & eccleſia opus ipſius immediatè ſit (multò magis quàm ſynagoga, cui tamẽ dicit, Quid vltra tibi debui facere, & non feci? Eſa. 5.) oportet eccleſiæ regimini, & corpori perfectè prouiſum eſſe. Conſtat autem, quòd perfectum non eſt corpus, quod non poteſt putrida à ſe membra abiicere, vel ſanare, ſed cum totius damno euidenter emergente oportet ſuſtinere. Et ſimiliter non eſt perfectè diſpoſitum regimen, quod non poteſt commune bonum & neceſſarium conſeruare, abiiciendo manifeſtè & notoriè cõmune bonum vſurpantes, diripientes &c. Hæc enim omnia Papa notoriè ſcandalizans, ſimonia, luxuria, blaſphemiis, tyrannide, promotione indignorum, &c. manifeſtè facit contra bonum charitatis commune eccleſiæ militantis, & triumphantis bonum.

¶ Sextò, ex parte decretorum & geſtorum concilij Conſtantien. & Baſilien. In concilio nanque Conſtantien. depoſitus fuit Ioan. 23. quem ipſi tenebant vt verum Papam, & Benedictus 13, de conſenſu ſuæ obedientiæ. In concilio quoque Baſilien. depoſitus fuit Euge. 4. & creatus Fœlix, Stephanus, Chriſtophorus. Benedictus, Greg. 6. Ioan. 12. Et confirmatur locus iſte authoritate multorum doctorum ſentientium idem ꝙ concilia iſta: vt patet de gloſſ. in can. ſi Papa. diſt. 40. & ſeqnacibus.

¶ Septimò, ex parte naturæ iudicij humani, ſcilicet ſecundum allegata & probata, vel præſumpta iudicantis. Quo fit, vt ratione præſumptæ hæreſis Papa non hæreticus deponi poſsit in multis caſibus; ſcilicet dum præſumitur hæreticus propter contumaciam,

cum con-

cum contumacia. de hære. lib.6. Vel per manſionem in excommunicatione per annum deficiente purgatione, iuxta ca. excommunicamus, extra de hære. Vel dum timore mortis actus hæreticales exterius tantũ fecit, ut de Marcellino dicitur, vel ſimili timore verba hæreticalia abſque intentione protulit, vel ſi per falſos teſtes conuincitur hæreticus relapſus, vel dum ſuam excuſationem in cauſa fidei probare nõ potuit. Ex his & ſimilibus creditur, Papam in caſibus pluribus incorrigibilibus ſubeſſe iudicio concilii generalis, ſic vt poſſit ab ipſo deponi.

CAPVT XXV.

Diſcuſſio & determinatio, ad quam legem ſpectat determinare caſus, in quibus iudicio concilij ſubeſt Papa.

DIctæ autem opinioni communis ſententia doctorum Theologorum & Canoniſtarum antiquorum obuiat, tenens, ꝙ licet ſit catholicus papa non iudicatur a quocũque iudice in terris, iuxta cap. ſi papa. 40. diſt. ca. oues. 2. quæſtio. 7.

Et quoniam hincinde multum diſputatur, oportet primò videre in quo conſiſtit hæc difficultas, vnde. ſ. quæſtionis veritas pẽdet, quo ignorato veritas huius latet, & quo cognito veritas liquet. Niſi. n. hoc ſciatur continget quidem aliquem verum aſſequi, ſed neſcit ſe verum aſſecutum.

¶ Sciendum eſt igitur, ꝙ tota difficultas pendet ex hoc. An iure diuino vel humano papa in caſu criminis, quodcunque ſit illud, deponendus ſit poteſtate eccleſię ſeu concilii. Si enim lex diuina exigitur ad faciendam exceptionem hanc. ſ. ꝙ in caſu criminis hæreſis poſſit ab eccleſia deponi, lex quoque diuina exigitur ſtatuens, ꝙ propter tale crimen, puta notoriũ, ſcandalizans & pertinax deponi poſſit. Et ſi ſolum ius humanum ſufficit ad ſtatuendum, ꝙ papa in caſu hæreſis eſt deponendus, ſolum quoque ius humanum ſat eſt ad ſtatuendum, ꝙ Papa propter notorium crimen deponatur.

¶ Dicentes, ꝙ ius diuinum exigitur, fundant ſe ſuper hoc, quòd licet Petrus poteſtate miniſteriali eccleſiæ ſit iunctus papatui, factus iam papa diuina lege eſt ſupra eccleſiam & concilium: ac per hoc nulla inferiori lege poteſt ſubiici, (nec ſimpliciter, nec in caſu) concilio, aut eccleſiæ, ſed ſola diuina lege. Et quia lex diuina in ſolo caſu hæreſis ſubdidit illum poteſtati eccleſiæ miniſteriali, vel (vt aliis placet) authoritatiuæ ideo in ſolo hoc caſu iudicari deponiq; poteſt. Quod enim caſus hæreſis inueniatur exceptus in lege diuina, patet ex multis inductis textibus ſacræ Scripturę, expreſſè ſeparationem ab hæretico quocunq; iudicẽtibus. Quòd autem ſolus ſit exceptus patet ex ſententia Saluatoris. Mat. 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcunq; dixerint facite, ſecundum autẽ opera eorum nolite facere. vbi Dominus apertè ſtatuit ſubditos debere audire Prælatos malæ vitæ, & bonæ doctrinæ. Conſtat autẽ ꝙ doctrina ad fidem ſpectat, vita autem & opera ad malos mores aliorum criminum, ſecundum igitur ſententiam Domini, audiendi ſunt fideles prælati, quãuis mali. Confirmatur quoque eadem ſententia a Petro Apoſtolo in prima Epiſtola. 2. cap. Obedite præpoſitis veſtris, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.

¶ Dicentes autem quòd ius diuinum nõ exigitur, ſed Deus relinquit hoc in manu conſilij humani, ſicut & multa alia, fundant ſe ſuper hoc, ꝙ opus purè humanum, ſecundum ſe nec bonum nec malum moraliter, ſubiacet plenariè legi humanæ, coniunctio autem inter Petrum & papatum eſt opus purè humanũ, quandoque bonum, quandoque malum, ergo ſubiacet plenariè legi humanæ, ac per hoc lex humana diſponere poteſt de illa coniunctione, quòd quando eſt bona, perſeueret, quando mala, diſſoluatur. Dixi, Opus purè humanum, ad differentiam operationum ſacramentalium, quæ non ſunt purè humanæ. In coniunctione autem Petri cum papatu ſola humana actio interuenit, coniungens electionis actu vtrunque, ſupponendo materiam formæ, vt patet ex hoc, quòd ſi ceſſat a papatu, vt Cœleſtinus fecit, nihil diuini operis in ſe reſtat, ſicut reſtat in Epiſcopo renunciante, & in ſacerdote degradato poteſtas ordinis a Deo data, ſine pœnitentia nanque ſunt dona Dei, vt dicitur ad Rom. 11. Dixi, Secundum ſe nec bonum, nec malum moraliter, ad differentiam actuum ſecundum ſe bonorum, vt credere, amareque Deum, &c. & ſecundum ſe malorum, vt blaſphemia Dei, mendacium, & ſimilia: hæc enim naturali diuinoque iure regulantur. Cõiunctio autem Petri cum papatu, quandoque bona eſt, vt patet in tot ſanctis Rom. pontificibus, & quandoque mala, vt patet in multis eiſdem ſceleratis, quos vtinam neſcire licuiſſet. Et confirmatur, quia poteſtas miniſterialis exiſtens in eccleſia ad coniunctionem Petri & papatus, regulatur humana lege, vt patet de actu electionis papæ, qui irritus & nullus ab humana lege ſi non ſeruatur, redditur. Vnde ſicut Bonifacius Papa & martyr promulgauit, quod in caſu hæreſis poteſt papa iudicari, & deponi, poteſt alia lege humana promulgari, quòd pro ſimonia in beneficio poſſit deponi, & ſic de aliis maximis exceſſibus, obſeruata cõſonantia legis humanæ ad naturalem & diuinam. Et etiam ſine noua lege, quia in defectu manifeſto humanæ legis, locũ habẽt gnome & cõparation, poſſet papa ex notorio exceſſu ſcandaloſo, & incorrigibili deponi, ſicut pro hæreſi.

Si quis autem diligentius perſpiciat, videbit, quòd diuina lege opus eſt ſtatuente caſus depoſitionis papæ, nec vlla lege humana poteſt, aut potuit hoc fieri. Quod probatur ex ratione humanæ legis breuiſſimè & clariſſimè, ſic, Omnis lex eccleſiaſtica poteſt tolli & mutari a papa, ergo nulla lege humana poteſt contra papam inuitum procedi. Antecedens conſtat ex eo, quòd eſt Dominus iuris poſitiui. Conſequentia eſt euidens, quia ex quo poteſt tollere legem, & non vult ſubire ipſam, tollet eam, & ſic contra eum non fiet.

¶ Et licet hæc ratio ſufficiat, quia papa diuina authoritate hoc poteſt, & nulla deuolutione, interceptione, inchoatione, appellatione, ſuſpenſione, aut quouis alio termino poteſtas ſua minuitur, aut impeditur in his quæ ſunt poſitiui iuris, attamen ex propriis rationibus poteſtatis eccleſiaſticæ concurrentis ad propoſitum, idem oſtenditur. Quadruplex nanque poteſtas hic nominatur. Primò, poteſtas papalis, de qua cum par in parem non habeat imperium, non oportet ſolicitari. Secundò, poteſtas eccleſiæ, ſeu concilii vniuerſalis, ſupra papam ſimpliciter, & abſolutè. Et hæc nihil eſt, ſed chimera; vnde nullum effectum in mille quingentis annis in eccleſia Dei habuit, omnia enim iura poſitiua ſubiecta ſunt, & fuerunt ſemper papæ, velit nolit concilium, teſtante hoc vniuerſalis eccleſiæ per orbem diffuſæ obſeruantia. Tertiò, poteſtas authoritatiua concilii ſupra papam in caſu criminis, puta hæreſis. Et hæc poteſtas licet minus rationabiliter poni videatur, verumtamen atteſtatur propoſito, quia ponentes eam in ſolo caſu a diuina lege ſtatuto dicunt eam poſſe exire in actũ.

Quartò, eſt poteſtas miniſterialis eccleſiæ, quæ habet pro obiecto coniunctionem perſonæ cum papatu. Et hęc etiam atteſtatur propoſito, quia cum ipſa non ſe directè extendat ſupra coniunctionem Petri, & papatus in facto eſſe, ſed in fieri, quia nihil poteſt ſupra coniunctum, ſcilicet Petrum Papam, vtpote ſuperiorem iam nominatum, ac per hoc miniſterialiter conſtitutum, conſequens eſt, quòd ad ipſam non ſpectat determinare diſpoſitiones coniuncti: ſcilicet Petri Papæ diſponentes ad diſſolutionem coniunctionis, nam diſpoſitiones tales adueniunt coniuncto iam facto, ad id quod non ſe extendit poteſtas iſta. Et propterea niſi diuino, aut naturali iure diſpoſitio Petri Papæ ad diſſolutionem determinata ſit, poteſtas iſta non poteſt exire in actum diſſoluendi, vtpote non habens patiens diſpoſitum, nec potens per ſeipſam illud diſponere determinando, quæ eſt diſpoſitio ſubiiciens ſubiectum, ſcilicet Petrum Papam tali poteſtati. Et ex hac concluſione, ſcilicet quòd lex diuina exigitur ſtatuens caſum depoſitionis Papæ, patet quàm ignoranter procedant quotquot ex vi canonici iuris procedunt ad oſtendendũ, quòd Papa ex crimine notorio ſcandaloſo, & incorrigibili deponi poteſt, vt gloſſa ſuper canone, ſi Papa, diſtinctione quadrageſima, & ſuper canone Agathius vigeſimaquarta quæſtione prima, neſciens quid dicat, errauit cum tota multitudine ſequaciũ. Oportet nanque ex iure diuino caſus inuenire ſubiectionis Papæ ad concilium, ex quo iure diuino ipſe abſolutè eſt ſupra concilium, & vniuerſam eccleſiæ communitatem. Et hic iacet lepus, non eſt hac illacque amplius vagandum. Vnde ipſamet gloſſa veritate inducta dicit quòd Papa non poteſt ſtatuere, quod non poſſit iudicari de hæreſi: hoc enim ideo verum eſt, quia diuino non humano iure iudiciũ hoc in caſu hæreſis ſtatutum eſt: nam iuris humani Papa eſt Dominus.

¶ Ratio autem in oppoſitum allata non concludit oppoſitum: quoniam opus humanum indifferẽs ſubiici humanæ legi, poteſt intelligi dupliciter. primò quò ad modum fiendi, & ſic eſt verum. Secundò quò ad ipſum fieri ſecundum ſuam ſubſtantiam. Et ſic eſt falſa, vt patet de abſciſſione ligni vel ferri, præcidi ſiquidem poteſt bene & malè moraliter. & lege humana determinari poteſt, quando bene & quandu malè, ſed non ſpectat ad humanam legem, ſi poteſt vel non poteſt præcidi, ſed ad naturalem potentiam præciſoris, & diſpoſitionem ſubiecti cædendi. Vnde in propoſito humanæ legi ſubiicitur modus actionis, quo coniunctio Petri & Papatus fit, aut diſſoluitur: ſed ſi poteſtas iſta poteſt exire in actum, ex altiori pendet principio. Nam non poteſt exire in actum coniunctionis niſi vacante ſede, & tunc in ſubiectum diſpoſitum ſcilicet Chriſtianum voluntariũ. Depoſitionis vero niſi diſpoſito ſubiecto, aut per receſſum a Chriſtianitate, aut per receſſum a voluntario vt patet de Papa hæretico vel renunciante.

Propter quod non poteſt lex humana ſtatuere, quòd coniunctiò papatus, & Petri, quando eſt mala propter alia crimina ab hęreſi, diſſoluatur: non poteſt, dico efficaciter ſtatuere coactiuè: quia Papa criminoſus poſſet illam legem tollere: cum par in parem non habeat imperium.

CAPVT XXVII.

Quot caſus criminum ſint diuina lege ſtatuti, vt poſsit concilium Papam deponere.

QVia igitur ad ſolam diuinam legem ſpectat determinare caſus depoſitionis Papæ, in ipſa, & ex ipſa ſcrutari oportet quot ſint caſus depoſitionis Papæ. Et vt probabitur, ſolus caſus hæreſis eſt a lege diuina, in quo Papa poteſt deponi ab eccleſia, ſiue authoritatiua, ſiue miniſteriali poteſtate, non curando in propoſito.

¶ Probatur hoc tripliciter, ſcilicet ratione ex principiis theologicis certis, & authoritate ſacrorum doctorum, & diffinitione ſacræ ſcripturæ. Ratio eſt iſta, Conſtat, quòd ſecluſo Papa, in eccleſia eſt poteſtas electiua Papæ, ſeu applicatiua papatus ad Petrum, quomodocunque vocetur, habet pro obiecto coniunctionem perſonæ, & papatus in fieri, & in diſſolui, vt patet de actu electionis quo Petrus fit papa. & de actu depoſitionis, quo Petrus papa hæreticus incorrigibilis deponitur. Conſtat etiam, ꝙ ad hoc, ꝙ Petrus fiat papa efficaciter, ita ꝙ ſit papa, & conſequenter ad hoc ꝙ poteſtas illa eccleſiæ exerceat actum conſtructiuum coniunctionis efficaciter inter Petrum, & papatum, aliquæ diſpoſitiones requiruntur in Petro de neceſsitate ſimpliciter, aliquo ad benẽ eſſe. Requiſitæ de neceſsitate ſimpliciter ſunt duæ, ſimpliciter eſſe voluntarium, & eſſe Chriſtianum. nunquam enim aliquis quantumcunque electus, eſt Papa, niſi conſentiat, & ſimiliter non eſt papa, niſi ſit mẽbrum Chriſti. Secunda diſpoſitio exigitur de iure diuino, & quia ordo gratiæ præſupponit ordinẽ naturæ, prima diſpoſitio exigitur de iure naturæ, Requiſitæ aũt diſpoſitiones ad bene eſſe, ſunt boni mores, ſcientia eccleſiaſtica, charitas, experientia regiminis, & huiuſmodi, ſine his.n. Petrus ſi eſt electus & acceptat eſt papa: quamuis ineptus & malus. Conſtat ẽt, ꝙ quia facilius eſt deſtruere ꝗ̃ conſtruere, duabus ſimul requiſitis neceſſariò conditionibus ad conſtructionẽ, quæcunque earum deficiat diſſolui põt coniunctio iſta. Namque ſi Petrus non vult amplius eſſe papa, põt renuntiatione diſſolui coniunctio iſta. & diſſoluitur dum acceptatur renunciatio, vt patet de Celeſtino. Et rurſus, ſi Petrus papa labitur in hæreſim incorrigibiliter, põt deponi inuitus, ex quo deſiit quantum eſt ex ſe eſſe mẽbrum Chriſti, ſicut in primo caſu deſiit eſſe voluntarius. Hæc oĩa certa ſunt, ex quibus neceſſariò ſequitur, vt deficientibus in Petro cõditionibus, quæ non ſunt neceſſarię ſimpliciter, ſed ad bene eſſe, non propterea ſit diſpoſitus, vt poſsit diſſolui coniunctio iſta, vt poſſit attingi Petrus a poteſtate depoſitiua. Nam diſpoſitiones illę, quę non requiruntur in ſubiecto ad hoc ꝙ vniatur efficaciter formæ, ſed tam cum eis, quàm cum ſuis contrariis vniri poteſt formę, & conſtituere compoſitum, non ſunt tales vt earum contrarię pertineant ad diſſolutionem compoſiti. Quod eſt dicere, quòd ſi Petrus ſceleratiſſimus & crimnoſiſſimus, & ſcandaloſus, & incorrigibilis, Chriſtianus tamen & conſentiens, fit & eſt papa, ſi eligatur oportet, quod huiuſmodi crimina ſuperuenientia Petro iam papę, aut perſeuerantia, & ſi reddant ipſum malum papam, & non ſolùm malum hominem vt priùs, non tamen reddunt ipſum deponibilem. Ex quo enim ad bene eſſe papę requiritur bonitas, & non ad eſſe papam; conſequens eſt, quòd malitia ad malè eſſe papę, & non ad non eſſe papæ ſpectet, ac per hoc ſicut non ſpectat bonitas ad eſſe, quod eſt effectus electionis, ita malitia non ſpe-

ctat

ctat ad non eſſe, quod eſt effectus depoſitionis. Ex his patet ratio, & poteſt formari breuiter ſic. Sola contraria conditionibus neceſſariò requiſitis ad eſſe Papæ reddunt Papam deponibilem: ſed inter crimina infidelitas contrariatur conditionibus neceſſario requiſitis ad eſſe Papæ: ergo ſola infidelitas inter crimina reddit Papam deponibilem. Prima propoſitio patet ea ſhuc, quòd depoſitio eſt non eſſe Papæ, & vnumquodque in ſuo eſſe perſeuerat, ſi contrarium non ſuper enit. Nunquam enim homo delineret eſſe, ſi non ſuperueniret aliquod contrarium illi eſſe: & ſimile eſt in alijs. Secunda autem propoſitio probata eſt, quia cætera vitia contrariantur conditionibus requiſitis ad bene eſſe Papæ. Hanc rationem vellem in ſtatera poni: & non friuolas & apparentes, per accidentia vagantes. Hæc de primo.

AVTHORITATES Sanctorum ſunt in primis Anacleti Papæ & martiris: & habetur 79. diſtinct. ca. eiectionem. Si nanque Papa poſſet propter crimina deponi, ſicut alij Epiſcopi, fruſtra dixiſſet, quòd eiectionem ſummorum Pontificum ſibi Dominus reſeruauit. Deinde Bonifacij Papæ & martyris. & habetur 40. diſtinct. ca. ſi Papa. Niſi ſic inquit, a fide deuiauerit Papa, redarguere eius culpas mortalium nullus præſumit. Vbi ſolum infidelitatis crimen ſubiicit iudici, à quo Papa poteſt iudicari: quem conſtat eſſe vniuerſalem eccleſiam, ſeu concilium generale: ab eodem enim excipit, a quo negat redarguendum id fore. Sanctus quoque Euſe. Papa, (& habetur 2. quæſtio.7. in ca. oues) Oues quæ ſuo paſtori commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere niſi a fide exorbitauerit, nec vllatenus accuſare poſſunt. Sanctus Anterius Papa & martyr, (& habetur 9. quæſtio.3. in ca. facta) inquit, Facta ſubditorum iudicantur a nobis: noſtra verò iudicantur a Domino. Et quòd loquatur de factis peccatorum, patet ex eo quod ſubdit, Deteriores ſunt, qui vitam, morèſque bonorum corrumpunt, his qui ſubſtantiam aliorum prediàque diripiunt. Sanctus Beda (& habetur 9. quæſtio.3.canon.epiſcopo) tractans de iudicio peccatorum, ait, Sola enim Romana eccleſia ſua authoritate valet iudicare de omnibus: de ea verò nulli iudicare permittitur. Sanctus Bernar. Inno.2. ſcribens, inquit, Quis faciet mihi iuſtitiam de vobis? ſi haberem iudicem, ad quem vos trahere poſſem, iam nunc oſtenderem vobis, vt parturiens loquor, quid mihi immineret. extat quidem tribunal Chriſti, ſed abſit, vt ad illud appellem vos Sanctus Thomas in 4. ſentent. diſtinctio. 19. quæſtio.2. articul. .2. quæſtio.3 ad ſecundum, dicit. Quamuis Prælati ſint corripiendi a ſubditis, non tamen eſt pœna infligenda, ſed recurrendum eſt ad ſuperiorem denuntiando, vel ſi non habet ſuperiorem ad Deum, vt eum emendet, aut de medio tollat. Et ibidem ad primum exceperat crimen infidelitatis, cum dicit, Prælatus minor fieret, ſi in infidelitatem laberetur, & ſubditus fidelis maior.

¶ Et licet hæ authoritates deberent ſufficere ad promulgationem diuini iuris (quia tot ſanctorum ſunt, & Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines, vt dicitur, ſecundæ Petri 1.cap.) ad maiorem tamen ſirmitatem debilium adſunt Symachus Papa in cap.aliorum 9. quæſt.3.dicens, Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminare: ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Et quòd loquatur de cauſis peccatorum, patet ex eo quod ſubdit, dicens, Voluit beati Petri Apoſtoli ſucceſſores cælo tantùm debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam habere conſcientiam. Et excludens obiectionem ſubdit, Nolite æſtimare eas animas inquiſitionis non habere formidinem, quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini, &c. Inno 3. in ſermone conſecrationis Papæ dicit, Intantum mihi fides eſt neceſſaria, vt quum de cæteris peccatis Deum iudicem habeam, propter ſolum peccatum quod in fide committitur, poſſem ab eccleſia iudicari. Bonifa. quoque 8. in extrauagánti, vnam ſanctam, dicit, Si deuiat ſuprema poteſtas, a ſolo Deo iudicatur, vt ſuperius allegatum eſt. Albertus mag. Petrus de Pal. Herueus, Vlricus, Aug. de Anch. & alii quos refert dominus Ioan. de Tur. Crema. in lib. de eccleſia, hanc viam ſecuti ſunt, quibus magis credendū eſt, quàm canoniſtis multis, ad quos non ſpectat, niſi ſecundariò de iuris diuini rebus tractare, ſicut de vſura, ſacramentis eccleſiis, hæreſibus, & huiuſmodi. Hæc de ſecundo.

¶ Diuina ſcriptura ſolum caſum hæreſis apertè excipit, dum, vt ſupra allatum eſt, hæreticosque ſeparandos ab eccleſia inſtituit, & ſanæ doctrinæ Prælatos, malorum autem morum tolerandos conſtituit. Hoc enim nihil aliud eſt, quàm dicere, Pro ſolo hæreſis crimine deponendum inſtituimus quantum eſt ex diuina lege, prælatum: ac per hoc iuri humano reliquas depoſitionis cauſas dimittimus, quo ad ſubditos iuri humano, de nō ſubditis enim nullus ſtatuit. Et de hæretici quidem ſeparatione extat textus Pauli apoſtoli, & Ioann. Euangeliſtæ iam dicti. De toleratione verò, imò obedientia & audientia malorum Prælatorum fidelium, extat ſententia Dominiq. Matthæ.23. Super cathedram Moyſi, &c. & Petri Apoſtoli, Obedite Præpoſitis diſcolis, qui iam inducti ſunt. Et nunc adiungitur ſententia Domini, Luc.12. manifeſtans iudicium Papæ mali in ſeipſum & in proximum, agendum per ipſum Dominum, dum reſpondens Petro ait, Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, &c. Et ſubdit de eodem, Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, Moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere ſeruos & ancillas, & edere & bibere, & inebriari, veniet Dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora quam neſcit, & diuidet eū partemque illius cum infidelibus ponet. Vbi notandum eſt primò, quòd ad literam loquitur de ſeruo conſtituto ſuper familiam, Ideſt eccleſiam, vt gl. interlinearis exponit. Quod patet ex officio, ſcilicet vt det illi in tempore tritici menſuram, & ex præmio, Beatus ille ſeruus quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. In quo apparet differentia, vt gl. dicit, inter ſubditum & prælatū benefacientē, quia ſubdito promittitur, quòd præcinget ſe Dominus & tranſiens miniſtrabit illi, prælato verò, quòd ſuper omnia bona ſua eſt conſtituendus. Notandum eſt ſecundò, quòd diſtinguit manifeſtè crimina tria, in ſeipſum, in proximum, & in Deum: ac per hoc comprehendit omnia. In ſeipſum per gulam & ebrietatem. ſcriptū eſt enim: Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adiiciet vitam Eccleſiaſtici 37. In proximum, per percuſsionem ſuæ curæ commiſſorum vtriuſque ſexus. In Deum, per infidelitatem. Et non deſcribit diſpenſatorem criminoſum in Deum per infidelitatem, ſed in ſeipſum, & in proximum, & dicit ſeruum talem confidentem in mora Domini iudicandum a Domino per mortem, qua diuidetur a familia, & per damnationem æternam cum infidelibus. Hæc manifeſta ſunt in litera, & clarè oſtenditur, quod diximus, ſcilicet quòd quantum eſt ex lege diuina, prælati de criminibus cæteris a Domino iudicandi ſtatuantur, de infidelitate autem eccleſiæ iudicio dimiſsi intelliguntur. ac per hoc ſi alii prælati nō ſubeſſent iuri humano, quòd ſuper appoſuit

ſuis ſubditis alias cauſas criminum iudicandas, ab ecclesia non eſſent iudicandi, & deponendi, niſi pro infidelitate, ſicut Papa: qui quia ſoli diuino iuri ſubeſt, in caſibus a diuino iure toleratis, nulli ſubiicitur. Quia enim ſola negatio ſtatuti caſus a iure diuino, quo ad Papam ſoli diuino iuri ſubiectum, ſufficit ad conſtituendam legem, quòd non poteſt iudicari, aut deponi, multò magis expreſſa toleratio caſuum in iure diuino conſtituit ipſum tolerandum, alios autem tolerabiles, ſi a ſuperueniente iure poſitiuo, cui ſubiecti ex diuina lege ſunt, permittantur. Vnde inter Papam, & alios, quo ad caſum criminis iudicandi, & puniendi ab eccleſia, tantum intereſt, quòd in Papa locus ab auctoritate diuini iuris negatiuè efficaciſſimus eſt, quia ſoli illi iuri ſubiectus eſt. In aliis autem nec toleratio, nec negatio diuinæ legis efficax eſt, quia quod ſuperius ius non ſtatuit, aut tolerat, inferius ius poteſt & ſtatuere, & punire, vt manifeſtè patet in contrahendis matrimoniis, & adminiſtratione ſacramentorum, in quibus multa permiſſa ex diuino iure prohibita ſunt ab eccleſia in ſibi ſubditis. Et ſi abſque velamine aliquo obumbrante, ſententia Domini perſpiciatur, apparebit, quòd propter Prælatum, qui nullum habet ſupra ſe niſi Dominum, (vtpotè conſtitutum ſuper aliqua familia Domini abſentis.) promulgata eſt hæc ſententia. Quod etiam ex eo habetur, quòd conſtitutus ſuper familiam abſentis Domini neminem timere deſcribitur, niſi Domini aduentum: in cuius mora confiſus tanquam neminem habens ſupra ſe peccare cœpit. De prælatis nanque habentibus ſuperiorem præſentem in hac vita, non conſonat, quòd in ſola mora Domini confidant, quia habent ſtatim ſuperiorem iudicem, quem timeant vltorem. Nonnihil quoque ad hoc confert, quòd Petro futuro Papæ hæc Dominus dicit.

¶ Ex his auctoritatibus perſpicaciter intellectis habetur, quòd pro reliquis criminibus manifeſtis nō eſt Papa deponendus. Docens enim Dominus ſecundum opera malorum Prælatorum nolite facere, proculdubio de notis operibus loquebatur, de quibus dixit, a fructibus eorum cognoſcetis eos. Ne autem propter adiunctam ſcandali rationem deponendum putares, docuit Matth. 18. quòd pes, manus vel oculus, non tamen caput ſcandalizans amputaretur, inſtruens ad literam, quòd ſi aliquod nobis opportunum (vt manus, pes, vel oculus) ſcandalizans occurreret, præſcindendum eſſet, ſecus autem de organo habente officium capitis ſentiebat, nunquam dicens, Si caput tuum ſcandalizat te, abſcinde illud & proiice abs te. Hanc auctoritatem qui credit, Ieſum Christum Dei virtutem & ſapientiam omnia prouidentem, & cunctis prouidentem, non ſpernet, ſed reuerenter conſiderabit, non caſu nominaſſe Dominum manum, pedem, & oculum membra ſummè neceſſaria, & tacuiſſe caput, ſed ideo non eſſe mandatam præciſionem capitis ſcandalizantis, quia nec propter ſcandalum caput ſimpliciter præcidendum eſt. Dico autem ſimpliciter, ad differentiam capitis in hac vel illa eccleſia, quia quantumcunque caput huius vel illius eccleſiæ præcidatur, ſemper reſtat caput eccleſiæ in terris, Papa ſcilicet. Patet igitur, quòd nullum extra infidelitatem crimen notorium ac ſcandalizans, depoſitionem Papæ inducit.

Hæc de tertio.

CAPVT XXVII.

In quo reſpondetur rationibus factis in cap. 24. ad probandum, quòd Papa ex alio crimine quàm hæreſis poteſt deponi ab eccleſia.

MAnifeſtata ſufficienter veritate, quòd ſcilicet, ſi Papa eſt fidelis, nec iudicari, nec deponi poteſt ab eccleſia pro quocunque alio crimine quantumcunque notorio, & ſcandaloſo, ſupereſt allatis in oppoſitum ſatisfacere.

¶ Ad primum ergo motiuum ex parte criminis neganda eſt ſequela, quia nec maior, nec par ratio eſt de hæreſi & aliis criminibus. Et ratio iam tacta eſt, quia ſcilicet infidelitas ſpectat ad non eſſe, alia autem crimina ad malè eſſe Papæ. Cum ergo dicitur, aut hoc eſt ratione grauitatis, aut nocumenti, dico quòd diuiſio non eſt ſufficiēs, quia datur tertium, ſcilicet quòd eſt ratione ſtatus. Infidelitas enim mutat ſtatum hominis, quia facit quantum eſt ex parte hominis, de Chriſtiano non Chriſtianum. Odium autem Dei licet ſit grauius peccatum, ac per hoc faciat hominem peiorem, quàm infidelitas faciat, non tamen facit de Chriſtiano non Chriſtianum. Nec obſtat, quòd hæreticus reſtat Chriſtianus inuitus ex charactere, quia quod non voluntariè habetur, non eſt ab homine inquantū homo, vt in principio Primæ ſecundæ S. Th. dicitur. Propter quod fides informis ſaltem, & character non ſunt duo conſtituētia diſtinctos ſtatus humanos eccleſiaſticos, ſed vnum & eundem ſtatum Chriſtianitatis conſtituunt complete, concurrēte vtroque, altero vt humano, ſcilicet fide, quæ non eſt, ſi non eſt voluntaria: altero, vt hominis, ſcilicet charactere, qui & ſine voluntate acquiritur, vt patet in pueris, & inuitè conſeruatur, vt patet in hæreticis. Propter quod ſublata fide mutatur ſtatus Chriſtianitatis, inquantū erat humanus, quod eſt mutari ipſum eo modo quo per hominem mutari poteſt. Mutatio autem ſtatus Chriſtianitatis, extra Chriſtianos hominem ponit ex propria natura, & propterea crimen hæreſis non ratione maioris grauitatis, ſed mutationis ſtatus deponendum conſtituit Papam, alia autem crimina non. Et licet hæc reſponſio ſufficiat etiam ad alterum membrum de nocumento, ſciendum tamen eſt, quòd aliud eſt loqui de nocumento per ſe annexo peccato, & aliud de nocumento annexo per accidens, quia ſcilicet eſt in iſto homine ſic diſpoſito. Si enim loquimur de nocumento per ſe, maius nocumentum eſt annexum hæreſi ipſius Papę, quàm cuicunque alteri crimini, quia hęreſi quantum eſt ex ſe, adhæret doctrina hęretica, quæ in capite quantum ex ſe eſt, induceret hæreſim in eccleſiam vniuerſalem, quo maius nocumentum inferri nequit. Si verò loquimur in iſto, qui non docet hæreſim, & benè gubernat, & diſpenſat, hoc eſt per accidens, & ideo deſpiciendum. Ad aliam probationem, ſcilicet quòd non inuenitur in Scriptura ſacra expreſſum, quòd magis ſit pro hæreſi Papa deponendus, quam pro alio crimine, iam patet reſponſio, quòd non inuenitur, quòd magis pro hoc quàm pro alio, ſed inuenitur in ſacra Scriptura, quòd pro ſola hęreſi eſt deuitandus & declinandus, vt patet ex textibus inductis. Vnde non eſt verum, quòd ſit hoc relictum interpretationi doctorum, & canonum, niſi ſicut explanantibus, quo modo etiam articuli fidei ſunt relicti doctoribus & canonibus ſacris. Sed ſicut articulos fidei declarare non muta-

re

Qui põt in maius poteſt in minus in philoſ. ē falſa tam de obiecto, quã de effectu, in honorib. verò eſt vera, cæteris parib.

te poſſunt doctores & canones, ita legem hanc diuinam declarare non mutare, addendo aut ſubtrahendo poſſunt. Ad tertiam probationem dicitur, ꝙ illa maxima, qui poteſt in maius, poteſt in minus, ſi philoſophicè diſcutienda eſt, inuenitur falſa, tam de actu, quàm de obiecto, quàm de effectu. Intellectus enim qui poteſt in actum maiorem, ſcilicet intelligere, non poteſt in actum minorem, putà odorare. Similiter viſus qui poteſt in obiectum maius, putà lucidum, non poteſt in obiectum minus, putà ſonum. Virtus quoque generatiua hominis poteſt in effectum maiorem, ſcilicet hominem (homo enim generat hominem) & tamen non poteſt in effectum minorem, putà Leonem. Si autem politicè diſcutienda eſt, (vt Inno. 3. in dicto ca. ex parte, el 3. inducit ſub alijs verbis: ſcilicet cui conceſſum eſt maius, minus quoque conceſſum eſſe videtur) dicitur ꝙ intelligenda eſt cæteris paribus: modò autem cætera non ſunt paria, quia in crimine hæreſis (quod eſt maius crimen) ſubiectum mutauit Chriſtianitatis ſtatum, in alijs vero criminibus minoribus ſubiectū permanet in eodem Chriſtianitatis ſtatu. Et hæc eſt vera reſponſio ex parte criminis maioris & minoris. Ex parte autem maioris vel minoris effectus iudicij, negatur minor: quia maius eſſet iudicare papam in ſtatu Chriſtianitatis de adulterio, quàm iudicare ipſum à Chriſtianitate ruente de hæreſi: quia in primo attingitur ſuperior ſtatus gradus, quā in ſecundo, vt patet.

¶ Ad ſecundam rationem (ex parte actus ſcilicet) dicitur, ꝙ fallacia conſiſtit in hoc, ꝙ aliud eſt auferre gladium, reſiſtere, impedire, & huiuſmodi: & aliud eſt facere ipſamet authoritatiuè. Auferre namque gladiu de manu furioſi, reſiſtere tyranno, impedire oppreſſorem, & huiuſmodi, cuilibet licet, & debitum eſt vt actus virtutis, ſed facere iſta authoritatiuè, ſoli ſuperiori licitum eſt. Vnde licèt cuilibet liceat vim in ſe & in proximum vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ: non tamen cuilibet licet punire eum qui vim infert. Et ſimiliter quamuis quilibet licitè poſsit papam inuaſorem, ſe defendendo, occidere: nulli tamen licet Papam propter homicidium punire pœna mortis. Vnde huiuſmodi argumenta & ſimilia non concludunt authoritatem iudicis ad puniendum, ſed cuiuſlibet priuati debitum ad reſiſtendum, impediendum, defendendumque: niſi quis adeo deſipiat: vt dicat quemlibet eſſe iudicem cuiuſlibet. Reſiſtendum eſt ergo etiam in faciem Papæ publicè dilanianti eccleſiam. verbi gratia, quia non vult dare beneficia eccleſiaſtica, niſi pro pecunia, aut commutatione officij: & cū omni reuerentia & obedientia neganda eſt poſſeſsio talium beneficiorum his qui emerunt, & allegāda eſt cauſa ſimoniæ etiam cum Papa commiſſæ: & ſine dubio principes ſeculi & clarius gladium de manu furioſi ſic cum modeſtia tollerent. Multæ quoque ſunt viæ, quibus abſque rebellione principes mundi & prælati eccleſiæ, ſi vellent vti, reſiſtentiam, impedimentumque abuſus poteſtatis afferrent. Sed quando principes & prælati non curant, niſi quaſi ſomniando, cur conqueruntur ꝙ non poteſt deponi? cur opponunt, ꝙ poteſtas data eſt in ędificationem, & non in deſtructionem? Abuſui namque poteſtatis, qui deſtruit, obuiam eant congruis remedijs, non obediendo, in malis non adulando, non tacendo, arguendo, aduocādo illuſtres ad increpandum exemplo Pauli, & pręcepto eiuſdem, (Dicite Archippo, Vide miniſterium quod accepiſti in Domino, vt illud impleas, ad Col. vlt. &c.) & parū aut nihil abuteretur poteſtate.

In reſponſione tamen ad quintum habebis vltimā ſatisfactionem huius argumenti.

¶ Ad tertiam rationem ex parte ipſius Papæ, dicitur, ꝙ etiam eſt falſa: nam aliud eſt purgatio ad remouendum ſcandalum, & aliud eſt purgatio ipſa coram iudice. Ad primam tenetur Papa de iure diuino, ad ſecundam non: vnde Damaſus non coram generali cōcilio, ſed coram quadraginta Epiſcopis ſe purgauit, vt patet ſecunda quæſtione ſeptima: nos ſi competenter. Et Gregorius ipſe teſtatur, ꝙ ex humilitate exhibuit ſe ad iudicium: vt patet ſecunda, quæſtione ſeptima. capitulo Petrus. vbi ipſe Gregorius dicit, Petrus poteſtatem regendi acceperat: & tamen idem Apoſtolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ, cur ad Gentes intraſſet, non ex poteſtate officij (qua poſſet dicere, Oues paſtorem ſuum nō accuſent, nec reprehendant) ſed ex authoritate diuinæ virtutis, qua Gentiles acceperāt Spiritumſanctum, reſpondit: vbi apparet, ꝙ ipſe imitatus eſt Petrum Apoſtolū, non vtendo poteſtate ſua, & ꝙ potuiſſet illa vti.

¶ Ad quartam ex parte eccleſiæ ut ſponſæ, breuiter dicitur: primò, quòd Papa non poteſt inuitam eccleſiam deſerere: quia non poteſt iuri eccleſiæ renunciare: Prælatus enim eſt propter eccleſiam, & non èconuerſo: vt ſuper Epiſtolam ad Col. in fine diuus Tho. dicit.

Secundò, quòd non eſt par ratio ex vtraque parte: quia eccleſia eſt ſubdita Papæ & non èconuerſo. Nec etiam in lege Moyſi vxor poterat dare libellum repudij viro. Nec eſt periculum de ipſius dilaniatione: quia ſcriptum eſt, Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Ex parte verò eccleſiæ vt communitatis liberæ, breuiter dicitur, quòd licet ſit libera libertate gratiæ, eſt ſubdita tamen ſecundum iuriſdictionem Papæ. Vnde ipſa eccleſia non abdicauit à ſe poteſtatem ſupra Principem: ſed Ieſus Chriſtus Dominus eccleſiæ non ſubiecit eam ipſius communitati eccleſiæ, ſed ſuo vicario: & propterea nihil poteſt ſuprà ſuum principem. Non ſic eſt de alijs communitatibus, de quibus affertur Ariſt.

¶ Ad quintam, (ex parte diuinæ prouidentiæ, & operationis immediatè, & perfecti operis,) dicitur, ꝙ Deus per ſe ipſe eccleſiæ corpus fecit, diſpoſuit, ac ordinauit: ita ut ordinatiſsimum optimè extet, & nihil opportunum deſit illi. Et cum dicitur, Ergo eſt relictum eccleſiæ remedium contra Papam fidelem criminoſum, &c. concedendum eſt. Sed cum infertur, Ergo eccleſia poteſt illum incorrigibilem deponere, membrum illud abſcindere & huiuſmodi, reſpondetur, quòd eſt ſophiſma conſequentis à Superiori ad ſuum inferius affirmatiuè: à prouiſione & remedio communi ad hanc prouiſionem, ſeu hoc remedium, ac ſi non eſſet alia prouiſio & aliud remedium. Dicendum eſt enim, quòd Ieſus Chriſtus altioris ordinis remedium reliquit in eccleſia ad repellendum ſuī proprij vicarij incorrigibile ſcandaloſumque regimen. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, ꝙ ſicut in naturalibus diuina ſapientia inferiora per media, & media per ſupremas cauſas ſecundas gubernat: ita in ſupernaturalibus, (inter quæ eſt ordo gratiæ fidei & eccleſiæ ſuper illam fundatæ,) inferiora per media, & media per ſupremas cauſas ſecundas ſupernaturales gubernat. Rurſus cùm cauſæ effectibus proportionalitates ſint, ut ſuperioribus effectibus ſuperiores cauſæ reſpondeant, & inter cauſas ſecundas prouidentia humana eccleſiæ authoritate fulta, inferioris ordinis cauſa ſit, quàm oratio, quæ in ſupremo ordine ſecundarum cauſarum locata eſt à Deo, (quòd ex eo paret, quòd tota creatura corporea & incorporea ſubiecta eſt illi) & prouiſio ſuprà Papam fidelem ſit inter ſupremos effectus in eccleſia: conſequens eſt, ꝙ ſapientiſsimè Deus diſpoſuit remedium in eccleſia ſuprà fidelem Papam, non prouidentiam humanam, cui ſubiecit reliquum eccleſiæ, ſed orationem. Nec eſt minus efficax cauſa ſecunda oratio eccleſiæ pro ſe petens neceſſaria ad ſalutem perſeueranter, quàm pro

uiden-

uidentia humana: cum conſtet ꝙ cuiuslibet particularis perſonæ oratio pia perſeuerans, petens neceſſaria ad ſalutem pro ſe eſt cauſa efficaciſſima, & infallibilis: vt diffuſe habe. in tertio contra Gen. à beato Thoma, capitulo nonageſimoquinto, et nonageſimoſexto. Vnde ſi neceſſarium eſt ad ſalutem eccleſiæ, ꝙ Papa talis auferatur, ſine dubio oratio ſic conditionata, auferret illum de medio. Et ſi non eſt neceſſarium, ꝙ auferatur, quid cauſamur bonum Dominum, qui negat quod volumus, & tribuit, ꝙ nollemus? Si eſt neceſſaria eius ablatio, non poteſt non auferri ab eo rogato, qui promiſit, ꝙ nihil deeſſet timentibus eum. Si non eſt neceſſaria diuino iudicio, & tamen iudicio humano vtilis, & neceſſaria creditur, cur præponis te Deo, volens illum deponere? Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruũ? Domino ſuo ſtat aut cadit Ieſu Chriſti vicarius. Non dico hoc ego, ſed Dominus, qui Lucæ decimo octauo docet, ꝙ Deus multò magis quàm homo faciet citò vindictam electorum ſuorum clamãtium ad ſe. Conſtat enim eccleſiam electos clandere, & vindictam hanc, quia ipſi ſoli Domino reſeruata eſt, ab ipſo præceteris faciendam. Non dormitat neque dormit, cuſtodiens Iſrael, qui naniculæ fluctnanti quarta vigilia noctis ex oratione ſurgens ſubuenit: qui à Sennacbrib exercitu Ezechiam liberauit, Aſſuerico mutauit, Nabuchdonoſor prædicatorem ſuum fecit: Anaſtaſium ſecundò, oratione eccleſiæ percuſſit. Leonem etiam Papam (ſeu Liberium apud alios) Hilarij orationi ſubiecit: qui etiam omnia temporalia bona ſuperadijciendo promiſit: qui demum dedit nobis Filium & omnia donauit cum illo. Sed heu impletum quaſi eſt illud, Putaſne Filius hominis veniens, inueniet fidem in terra? nam prouiſio iſtius tam excelſæ; & tam efficacis cauſæ ſecundæ pro nihilo habetur. Oportet, inquiunt, prouidentia noſtra puniri Papam, nõ diuinæ prouidentiæ ſoli, & orationibus relinqui. Quare hoc dicunt, niſi quia prouidentiam humanam præferunt orationum efficaciæ? quare hoc dicũt, niſi quia animalis homo non percipit quæ Dei ſunt? quare hoc dicunt, niſi quia didicerunt confidere in homine, & non in Domino, & ponere carnem brachium ſuum? Quò fit, vt ſi incorrigibilis exiſtimetur quandoque Papa in proprijs vitijs, manentes ſubditi quotidie murmurent de malo regimine, nullum orationis remedium adhiberi procurantes, niſi fortè, vt ſomniantes abſque fide, & facto ſuo adimpleant Scripturas (quòd ſcilicet propter peccata populi regnat hypocrita, officio ſanctus, animo diabolus) & detur ac conſeruetur Rex in furore Domini. Iram enim & clemẽtiam Dei in manibus orationum noſtrarum eſſe Spiritus ſanctus in Pſalmo teſtatur, Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam & miſericordiam ſuam à me. gl. Quia non eſt amota oratio, ſecurus eſto, quia non auferetur miſericordia. Verùm ita ſtolidi ſumus, vt nolimus orare vt debemus: & tamen velimus orationis fructum, nolimus ſeminare, & velimus metere: Aut Chriſtiani non nominemur, aut Chriſti prouiſionem amplectamur: & ſic phreneticum, furioſum, tyrannum dilaniatorem, dilapidatorem corruptoremq; eccleſiæ (cùm contingeret talem præeſſe) ſuperabimus. Sed qui noſmet non ſuperamus noſtris orationibus (quia eas non vt decet agimus) quomodo conqueri poſſumus, quòd aliorum malorum vitam non ſuperamus orationibus, quæ non ſolùm tectum non tranſeunt, ſed nec orantium capita propria penetrant? Et quod peius eſt, olim cõquerebatur Deus, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Tempore reuelatæ gratiæ, nec labijs honoratur: quoniam nihil dicitur minùs intelligibiliter quàm diuinum officium, nihil tam celeriter perſoluitur, quàm miſſa. Tempus diuini officij & miſſæ oneroſum eſt valde: loci aũt & negotia ac cõmoda ſecularia didiſtinctè dicuntur & repetuntur, & abſque tpis menſura delectant. Vnde concluditur, ꝙ aut abſciſsio Papæ fidelis & incorrigibilis poſt humana remedia eſt in veritate neceſſaria ad ſalutem eccleſiæ: & oratio fit ſine intermiſsione ab eccleſia: & ſic habetur certa, & multò celſior, ac efficacior prouiſio, quàm ſi authoritas deponendi humanæ eſſet prouidentiæ delegata. Aut non eſt neceſſaria, vel non fit oratio vt debet: & tunc nullus eſt querelæ locus, ſi in non neceſſarijs abeſt prouiſio exterminatiua: quoniam nec humana prouidentia extra veram neceſsitatem deberet illa vti authoritate, ſi eam haberet, vel ſi noſipſi conceſſo remedio efficaci nolumus vti. Quamuis etiam non ſit abbreuiata manus Domini, vt non poſsit ſaluare citra omnimodam neceſsitatẽ, nec aggrauatæ ſint aures eius, vt non exaudiat citra neceſsitatem. ſed iniquitates noſtræ ſunt, quæ diuidunt inter nos & Deum noſtrũ, & multas malas actiones in rectoribus noſtris procurant: vt Hiero. in cap. audacter 8. q. 1. & Gre. 7. q. 1. cap. ex merito. dicunt. Et ſi contra hæc inſtetur: Quia oratio commune eſt remedium omnibus occurrentibus malis: in hac autem te proprium quæritur remedium, ſicut in cæteris rebus. vltra communem cauſam propria aſsignanda eſt: videtur, ꝙ ſupremæ cauſæ quamuis ſint cauſæ communes reſpectu inferiorum, ſunt tamen propriæ reſpectu ſuperiorum eff. ctuum. & propterea oratio quia eſt inter ſupremas cauſas ſecundas ſupernaturales reſpectu inferiorum eſt cauſa communis: reſpectu autem ſummorum effectuum (qualis eſt exterminatio Papæ fidelis, vtpote effectus reſeruatus Deo) eſt cauſa propria & remedium proprium, vltra quod ſunt multa alia humana adminicula quæ ſcripſit Dominus Ioan. de Tur. Cre. in li. 2. de eccleſia. c. 106. Cũ his tamen omnibus memento, ꝙ peſsimus Papa fidelis toleratus à Deo, non poteſt totum corpus eccleſiæ inficere, aut in perniciem ducere, & huiuſmodi: vt argumenta autumant in ſimilitudinibus corporum, & huiuſmodi. Nam Deus non poteſt ſeipſum negare: de quo ſcriptum eſt Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari ſuper id quod poteſtis, ſed faciet etiam cũ tentatione prouentum.

¶ Ad ſextam, quantùm ad geſta concilij Conſtantienſis iam dictum eſt, ꝙ concilium perfectum ſecundũ præſentem ſtatum eccleſiæ poteſt deponere incertum Papam: nullus enim fuit illo tempore certus Papa. Quantùm ad geſta concilij Baſilien. reſpõdet vniuerſalis eccleſia, quæ Eugenium à concilio depoſitũ adorauit, & adorat vt Papam, olim in perſona ſua, & poſt in ſucceſſore Nicolao, quem ipſe eodem anno creauerat Cardinalem, & ſic deinceps. Et hæc reſponſio facti teſtatur quãtum delirent, qui Papam concilio ſubmittunt. Ad priſcorum temporum geſta dicitur quòd, licet multi legantur depoſiti Pontifices ſummi. aut non erant indubitati Pontifices ſummi, aut de facto non legitimè depoſiti ſunt, vt in c. 105. ſecundi libri de eccleſia, dominus Ioan. de Tur. Cre. manifeſtat diffuſè. Ad authoritatem gloſſæ, & plurium Canoniſtarum ſequentium illam, dicitur, ꝙ gloſſa eſt contra textum, quia textus excipit ſolam hæreſim, & ipſa leui ratione mota, extendit ad omne crimen notorium ſcandalizans, incorrigibile: quia ſcilicet contumacia eſt hæreſis. Conſtat enim ꝙ lato vocabulo contumacia hæreſis dicitur, ſicut & ſimonia: nec æquiparanda eſt veræ hæreſi, quæ mutat ſtatum Chriſtianitatis. Et quamuis gloſſ. quia ſobriè loquitur dicens, Credo, &c. mereatur veniam, aſſertores tamen illius documenti ſuper illam ſe fundantes, quia contra antiquam fidei doctrinam tam leniter mouentur, neſcio excuſare. Canoniſtarum autem authoritas in hac (quia principaliter eſt theologica.) parua eſt. nec maior ratione ſuper qua

ſun-

ſe fundant. non ſic eſt de authoritate Sanctorum, qui Spiritu ſancto inſpirati loquuti creduntur. Rurſus ſecundum ipſoſmet Canoniſtas, in materia ſidei magis ſtandum eſt antiquorum, quàm modernorum authoritati, licet in his quæ iuris ſunt, quantò iuniores, tantò perſpicaciores. Cum igitur hæc ſit materia fidei (quia immediatum opus Dei non ratione naturali, ſed ſola diuina reuelatione ſcibile, in quæſtione eſt) conſequens eſt, vt ſanctorum authoritas ſacræ Scripturæ innixa omnibus concilijs, & Theologorum vniuerſitatibus, ac Canoniſtis poſterioribus, imò quaſi modernis præponenda ſit.

¶ Ad ſeptimum ex parte iudicij humani, dicitur, ꝙ conditiones iudicij humani ſunt duplices: quædam ex naturali iure, vel diuino determinatæ, quædam à iure poſitiuo. Inter quas hæc eſt differentia: quia illæ quæ ſunt ex iure poſitiuo, non poſſunt in inuitum Papam exerceri, quia non ſubeſt poſitiuo iuri; illæ verò, quæ ſunt à naturali, vel diuino iure, habent etiam locum in Papa. Ex iure autem diuino ſtatuta eſt forma iudicij humani circa hæreticum, vt poſt primam & ſecundam monitionem euitetur: ac per hoc (vt dictum eſt) poteſt contingere vt Papa fidelis nunc, ſed bis relapſus deponi poſsit & debeat. Ex iure etiam naturæ eſt, vt homo videat quæ foris ſunt, ac per hoc propter actus manifeſtè hæreticales & verba manifeſtè ſeriò hæretica cognita, &c. ſic facta & dicta, vt humano iudicio corde conſentiente facta ſint & dicta, iudicetur quis hæreticus. Ex ipſo quoque diuino iure eſt, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbũ: vt patet Matthæ. 18. Et ex iure naturæ vnicuique contra ſe creditur ſi eſt ſani capitis, & cætera. Vnde ex non ſuſpectis, &c. hæreſi, hæreticus iudicabitur. & ſimiliter ſi ſua ſponte ſe confitetur hæreticum, quamuis coram Deo mentiatur, iudicabitur hæreticus. Ex iure autem poſitiuo contumax & perſeuerans per annum, & ſi quis alius eſt huiuſmodi, præſumitur hæreticus. Vnde primi duo caſus non habent locum in Papa, qui non poteſt excommunicari, nec iuri poſitiuo ſubijcitur, ſed ſeruanda eſt lex ab Apoſtolo Paulo in ſacra Scriptura tradita. Similiter ſi timore mortis certo vel probabili ſecundum humanum iudicium abſque interiori conſenſu geſta, vel verba hæreticalia habuit, non deponitur Papa. vnde Petrus Apoſtolus, qui ſolo verbo negauit Chriſtũ, quia fides eius non defecit, ſed charitas (teſte Ieſu Chriſto dicente, Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua) conuerſus à peccato negationis cum periurio quo perdidit charitatem, confirmaturus inſtituit fratres ſuos, non deponẽdus. Et hoc imitati Patres Marcellinum (qui etiam ſolo exteriori actu peccaſſe videtur) deponendum non eſſe ſuerunt. diſt. 21. nunc autem. Ex caſibus autem, in quibus propter conditiones humani iudicij iure diuino vel naturali determinatas Papa in corde fidelis, coram eccleſia verò infidelis deponitur, non conſtituitur alius caſus quàm caſus infidelitatis. Nam nihil refert eſſe & apparere ſufficienter ꝙ ita ſit ſecundum humanum iudicium coram eccleſia, quæ non videt niſi quæ foris ſunt: nec verius iudicium ab eccleſia exigit Deus, qui naturam hominis iuſque diuinum condidit. Vnde ex his nulla alia ſubiectio Papæ ad concilium habetur, ſed illa ſola quæ dicta eſt, ſcilicèt in caſu hæreſis propriè ſumptæ. Et ſic, Si ſit catholicus, Papam non iudicat vllus.

CAPVT XXVIII.

Sex caſuum ſolutio, quòd in nullo euentu Papa abſque ſua culpa ſubeſt eccleſiæ, ita quòd deponi poſsit.

Vt promiſſa perficiantur, ſupereſt diſcutere, an in aliquo euentu ſine culpa Papæ, ſubſit Papa eccleſiæ, ſeu cõcilio vniuerſo, ita quòd poſsit deponi. Inuenio ſiquidem notatos ſex caſus, in quibus eccleſia ſine culpa quidem Papæ, ſed non ſine cauſa deponere poteſt Papam.

¶ Primus eſt cùm coram vniuerſali eccleſia teſtibus comprobaretur, quòd Papa, qui diu detentus erat à Saracenis, iam obijt, & concilium determinat noui Papæ electionem: & ſic ſit, decernendo quòd pro bono eccleſiæ etiam ſi viueret, iſte nouus ſit Papa, poteſt enim ipſum captiuum ſine ſpe reditus deponere.

¶ Secundus eſt, cùm propter indiſpoſitionem corporalem, (putà dementiam,) eſſet inutilis, & conciliũ per eum congregatum, dum ſanæ mentis eſſet, decerneret alterum Papam creandum.

¶ Tertius eſt, quãdo cardinales omnes ſtatim poſt canonicam electionem Petri in Papam morerentur: ita quòd non poſſent publicare electionem, tunc eccleſia cum non teneatur iſtum acceptare, alium eliget: & ſic iſtum deponet: quia duo ſimul eſſe non poſſunt.

¶ Quartus eſt, quando Cardinales etiam viuentes non poſſunt facere fidem de electione ſua canonica in vnum: vt videtur accidiſſe in ſchiſmate magno ab Vrbano 6. vſque ad Marti. 5. tunc eccleſia deponit nolentes renunciare: vt in concilio Conſtan. factum eſt.

¶ Quintus eſt, quando propter communem errorem, aut æſtimationem ſubditorum, aut ipſorum maliciam generalem præſumitur ꝙ nunquam præſtabũt obedientiam tali qui fuit ritè electus in Papam, alteri tamen nouiter eligẽdo parati ſunt obedire: vt ſi fortè Græci vellent ad vnitatem eccleſiæ redire, dummodo tolleretur Papa iam exiſtens, & nouus ritè canonicè crearetur. Et confertur hoc ex authoritate Iuriſtarum, dicentium religioſum profeſſum poſſe vxorẽ ducere pro ſalute magnæ gentis, aut conuerſione ad fidem.

¶ Sextus eſt, quando papa verus iuramento, vel voto ſeipſum ad ceſsionẽ obligaſſet, ſed differret adimplere in ſcandalum populorum putantium ex tali facto papæ, quòd nec ipſi votis aut iuramentis proprijs obligantur: vt Ioan. 23. contigiſſe videtur in principio concilij Conſtantienſis.

Sed an ex nullo euentu concilium poſſe deponere papam, notamus ex hoc haberi poſſe, quod ſuprà dictum eſt: ſcilicet ꝙ euentus locum habent in his, quæ humani iuris determinationi ſubſunt, non in his, quæ ſolius diuini ſunt iuris, (qualis eſt authoritas immediatè à Chriſto tradita, quæ ad depoſitionem fidelis Pontificis exigitur,) examinando tamen ſingulos, idẽ apparebit inconcuſſum permanere.

¶ In primo itaque euentu de papa captiuo, duo tanguntur. primum retrogrado ordine eſt, ꝙ nulla exiſtẽte ſpe reditus, & nullo patente acceſſu, poteſt per concilium deponi. Quod primitiuæ eccleſiæ geſtia nõ conſonat: quia Petro ſeruato in carcere, & ſine humana ſpe reditus ac acceſſus ad eum (quia inter tot milites, vinctus cathenis, poſt tot cuſtodias erat) nõ depoſitio tractabatur, ſed oratio fiebat ſine intermiſsione ab eccleſia ad Deum pro eo: & ſic per eccleſiæ orationem liberatus eſt. Secundum, ꝙ conſtito per teſtes de morte, licet non ita fuerit, poteſt eligi alter. Et hoc nõ aliter verum eſt, quàm ꝙ conſtito per teſtes, ꝙ maritus Marthæ mortuus eſt, licitè ipſa Martha nubit alteri, filioſque generat, & tamen adueniente primo marito, qui reuera non erat mortuus, ad primum maritum (qui ſolus eſt verè maritus) redire eam oportet, alioquin adultera eſſet. Sic namque eſſet in caſu hoc, redderetur quippe papæ viuo ſponſa ſua, etiam non venienti (quia vbique præſens eſt) & ex humano errore electus papa ceſſaret.

¶ In ſecundo euentu de dementia perpetua dicitur quòd papa non poteſt deponi, ſed ſi conſtat de dementia

mentia

mentia perpetua, cùm ſit mortuus vita rationali, ſecundum quam homo eſt ſubiectum papatus, ſine concilio generali poſſunt Cardinales procedere ad alterius electionem: vtpote ſede vacante in veritate non minus quàm cùm ſedes vacat per renunciationem.

¶ In tertio euentu de morte omnium Cardinaliũ dicitur ꝙ cùm eccleſia videat ſolùm quæ foris ſunt, ſi electio papæ non conſtat eccleſiæ ſufficiẽter, tunc nullus eſt papa certus eccleſiæ: & propterea eccleſia non deponit papam in foro ſuo, licet deponat papam in foro conſcientiæ. Hoc autem non ſolùm poſſe, ſed debere eccleſiam facere, ex eo patet, ꝙ ille poſſet eam decipere dicendo ſe electum, & tamen non eſſet. Vnde euentus iſte & quartus de defectu probationis, nihil aliud inferunt niſi quòd papa incertus eccleſiæ poteſt deponi: quod gratis conceditur. Sed non eſt quæſtio de hoc, ſed de papa certo: paria enim apud eccleſiam ſunt, non eſſe & non apparere.

¶ In quinto euentu rebellionis communis, dicitur ꝙ quia non ſunt facienda mala vt eueniant bona, nec periculis humanis ſubueniendum eſt vſurpatione diuinæ authoritatis, nec debent mali ex iniquitate reportare commodum cum iniuria innocentis, non poteſt papa deponi. Si enim boni faciant quod in ſe eſt, & orationi vacent ſine intermiſſione, omnem ſolicitudinem ſuam in eum proijcientes, cui eſt cura de eccleſia impoſſibile eſt vt deſit diuinum adiutorium: ſcriptum eſt enim, Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam nihil deeſt timentibus eum.

¶ In ſexto euentu dilatæ ceſſionis poſt votum & iuramentum, breuiter dicitur, ꝙ licet ipſe teneatur ex voto & iuramento cedere: eccleſia tamen non poteſt ipſum ad hoc cogere inuitum, quia poteſtatem coactiuam ſuper fidelem Papam non habet. Et bene hic caue: quia non valet argumẽtum, Papa tenetur ad hoc, ergo poteſt ad illud per eccleſiam cogi. patet namque ꝙ tenetur ad ſolicitè vigilandum, ad non fornicandũ, & infinita alia, & tamen non poteſt cogi ab eccleſia: vt in canone, ſi Papa. diſtinctione quadrageſima patet. Quibus autem ſcandalum præbetur de ſuo periurio & voto fracto, & alijs huiuſmodi, præueniens Dominus dixit, Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: quæ dicunt facite, ſecundum verò opera eorum nolite facere.

¶ Et ſic patet quòd Papa ordinaria poteſtate à Ieſu Chriſto tanta donatus eſt cùm ipſius eſt inſtitutus vicarius, vt ei Apoſtoli, eccleſiæ ſingula membra & communitas ſubiecta ſit: ipſe verò ſoli ipſi Ieſu Chriſto ſubiectus viuat, ſic vt in nullo euentu nulloque caſu niſi hæreſis propriè ſumptæ iudicari aut deponi poſſit, niſi ab ipſo domino Ieſu Chriſto. Pro cuius fide, eccleſia & apoſtolica ſede, hæc ipſo donante, ſcripſi Romæ die duodecimo Octobris, anno ſalutis milleſimo quingenteſimo vndecimo, ætatis verò meæ quadrageſimotertio. Rogoque lectores omnes, vt ſoli veritati intenti, paſſiones, ſectas, paternaſq; traditiones, caſus, voluntarias gloſſas omnemque nebulam à mentis acie abijciant, & ſic cenſores ſe exhibeant rectos. Ad Dei, & glorioſæ virginis Mariæ, & Apoſtolorum Petri & Pauli laudem & honorem. Amen.

IN SEX CAPITA APOLOGIAE PRIMAE DE COMPARATA AVTHORITATE PAPAE ET CONCILII.

SVMMARIA.

1 *Examen fundamenti iuris naturæ, quo communitas eccleſiæ ſupra Papam in poteſtate exponitur.*

2 *Examen fundamenti iuris diuini, quo etiã communitas eccleſiæ Papæ in poteſtate præfertur, & imò quo eccleſia ſumitur, cum dicitur, Dic eccleſiæ*

3 *Diſcuſſio quid ſignificet eccleſia, cum dicitur, Dic eccleſiæ.*

4 *An Dominus immediatè dederit poteſtatem iuriſdictionis eccleſiæ, & quantam authoritatem eidem dederit.*

5 *Quomodo eccleſia habeat poteſtatem iuriſdictionis, quæ in verbis Domini continetur: an ſcilicet, ratione ſuæ totalitatis, an ratione partis.*

6 *Quomodo intelligi poſſit, quòd eccleſia ratione ſuæ totalitatis poteſt habere & habet quandoque poteſtatem aliquam iuriſdictionis.*

TRACTATVS SECVNDI

Tomæ de Vio Caietani Cardinalis. ti. S. Xiſti, comparata authoritate Papæ & Concilij Apologiæ, pars prima ad eundem in Sex Capita diuiſa.

Prologus, in quo ratio, intentio, ordoq́ operis eſt.

CHARITAS Ieſu Chriſti, ſanctæque eius eccleſiæ, Reuerendiſſ. in Chriſto pater protector & domine, cogit me virum periculoſum, eneruatorem eccleſiaſticæ poteſtatis, taleſarium, adulatorem atque blaſphemum, ad hæc quidem exemplum illius ſequi, qui cùm malediceretur non maledicebat, ad obiecta autem contra doctrinam in opuſculo de comparatione authoritatis Papæ, & concilij per me ædito, tuæque reuerendiſſimæ dominationi dicato contentam pro veritate reſpondere.

¶ Et licet plura obiecta ſint, quæ à viris doctis, (pro quibus ſolis opus illud ſcripſiſſe me ibi ſum conteſtatus,) facilè ſoluerentur: quia tamen ſapientibus & minùs ſapientibus debitores ſumus, qui parati eſſe debemus omni poſcenti nos rationẽ reddere de ea, quæ in nobis eſt fide: ideo reſponſiones iuxta obiectorum amplitudinẽ extendẽdæ ſunt. Viſus eſt autem conueniens ordo, ſi obiectiones iuxta ordinem capitulorum illius libelli afferantur, atque ſoluantur, erunt ſiquidẽ hæc velut commentaria illius. Rogo igitur in primis omnes, vt meminerint ſermonis formalis, & ſubiectæ materiæ, mediteturque diutius, antequàm ſententiã proferant, ne multiplicatis argumentis pro gloria ingenij, res tanta de qua agitur, in diſputationem dialecticam, aut etiam ſophiſticam deducatur. Et quoniam communia ſingulis, & radices ramis præponi debent: ideo & latius ſecundum vires repetenda ſunt rei huiuſmodi fundamẽta. Sciendum itaque eſt, quòd cùm iura poſitiua ab eccleſiaſtica ſint condita poteſtate, & in quæſtionem verſetur ipſius authoritatis eccleſiaſticæ ſubiectum, non ex iure poſitiuo, ſed naturali vel diuino, aut vtroque veritas pendet vt ex cauſa, à poſitiuo autem iure vt à teſte. Et ſecundum luminis mihi conceſſi facultatem duo ſola ſunt fundamenta alterũ iuris naturalis, alterum iuris diuini: in quibus vniuerſa moles doctrinæ extollentis communitatem eccleſiæ ſupra Papam in poteſtate, ſic quòd Papa ſit illi ſubditus.

tur, ſuſtinetur: quæ ſi euulſa fuerint, ruent omnia. Primò igitur hæc tractanda ſunt ſex capitulis: deinde ſigillatim ſingulis iuxta propoſitum ordinem reſpondendum.

CAPVT I.

In quo fundamentum iuris naturæ examinatur.

EX naturali igitur iure ſtabilitur authoritas communitatis eccleſiæ ſupra Papam in hoc, quòd de iure naturæ eſt, ꝙ communitas perfecta, & libera eſt, ad quam ſpectat prouidere ſibi de principe: & tueri ſe contra eum quando in deſtructionem vtitur poteſtate, & cogere, punire, ac mouere illum quando demeretur. Huic enim principio ſi adiungatur, ꝙ eccleſia vniuerſalis eſt communitas perfecta & libera, & ꝙ ordo gratiæ inſtitutus à Ieſu Chriſto non tollit, ſed perficit naturam: manifeſtè concluditur, ꝙ ad eccleſiam vniuerſalem ſpectat prouidere ſibi de Papa, & tueri ſe contra eum, & punire, ac etiam deponere illum, & vniuerſaliter eſſe ſupra illum.

Hæc ratio quamuis in capit. 27. ſoluta ſit, ex eo ꝙ Dominus eccleſiam non reliquit in hoc liberam: vlterius tamen eadem tractando dicimus, ꝙ natura regiminis cùm ſit multiplex ex ipſo naturæ fonte (nam quoddam naturaliter in vno, qui eſt naturale caput communicationis illius, reſidet: vt patet in regimine domus: cuius authoritas, naturaliter in patrefamilias eſt, quoddam verò naturaliter in ipſa cõmunitate multitudinis manet, vt patet in regimine ciuitatis, ſecluſo omni ſuperaddito dominio) eccleſiaſticum regimen cùm domeſticum & ciuile complectatur (iuxta illud Apoſtoli ad Epheſius quarto, Eſtis ciues Sanctorum & domeſtici Dei) ac per hoc altius quid ſit, non ex diuinæ potentiæ immenſitate, nec ex diuinæ ſapientiæ, iuſtitiæ, aut bonitatis decentia (quoniam non eſt impoſsibile apud Deum omne verbum, nec dedecere Deum poteſt quicquid vult) qualia natura ſit, ſed ex ipſa natura facti contemplandum eſt. Sicut enim domeſticum regimen & politicum ex ipſis diffinimus, ita oportet eccleſiaſtici regiminis naturam ex ſeipſo ſpeculari. Et quoniam naturalis propagatio regiminis ſicut & aliarum rerum, ortæ rei naturam oſtendit, ſubet intueri quòd eccleſia non à ſingularibus aut à communitate, ſed à capite homogeneo Ieſu Chriſto initium ſumpſit originis, perfectionis & poteſtatis, propter quod eccleſiæ ſuæ dixit Ioan. 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Natura igitur eccleſiaſtici regiminis ab ipſa ſua natiuitate eſt: non vt in communitate ſit, nec vt à communitate ad vnum vel plures deriuetur (quemadmodum accidit in regimine ciuili humano) ſed vt in vno certo principe ſuapte natura ſit. Et cùm princeps iſte vnus atque idem Dominus Ieſus heri, hodie, & in ſecula viuat & regnet; ſecundum naturalis iuris conſequentiam oportet, vt ad ipſum principem non ad communitatem eccleſiæ ſpectet in ſua abſentia ordinare de vicario: non communitatis eccleſiæ, (quæ vtpotè ſerua nata, principandi iure caret,) ſed ipſius principis naturalis Domini eiuſdem communitatis eccleſiæ. Et hoc ipſum Saluator noſter per ſemetipſum exequi dignatus eſt, dum Petrum apoſtolum ſuum inſtituit ſuum vicarium poſt reſurrectionem, antequàm cœlos aſcenderet: vt patet Ioannis vltimo. Relinquitur igitur ꝙ ſicut princeps eccleſiæ non à communitate eccleſiæ naturaliter authoritatem habet, ita illius vicarius non ab eccleſiæ communitate, ſed à Ieſu Chriſto authoritatem naturaliter habet.

¶ Patet ergo primò, ꝙ eccleſiæ communitas ſecundum propriam naturam conſiderata, non eſt talis naturæ, vt ad ipſam ſpectet prouidere ſibi de principe: ac per hoc nec ad ipſam ſpectat ſuapte natura punire, deponere, & alia huiuſmodi contra principem ſuum: quia ſerua (vt dictum eſt) nata eſt.

¶ Patet ſecundò, ꝙ eccleſiæ communitas ſecundũ propriam naturam ſumpta non eſt talis naturæ, vt ad ipſam ſpectet inſtituere aut deſtruere vicariũ ſui principis, qui vocatur Papa. Et ſi eccleſiæ communitas poteſtatem aliquam habet in diſponẽdo de vicario principis, quæcunque ſit illa, non habet illam ex ſua natura, ſed aliunde.

Ex his autem facilè patet euulſum eſſe fundamẽtum iuris naturalis pro poteſtate eccleſiæ ſupra Papã, quoniam falſum aſſumit, dicendo eccleſiam eſſe communitatem liberam quò ad ius principandi: licet ſit ſumma libera, libertate gratiæ, quin potius ex ipſo naturæ iure ſuppoſita eccleſiæ natura, quam Deus illi ſtatuit, oppoſitum ſequi monſtratum eſt. Vnde ordo gratiæ non tollit in eccleſia naturæ ordinem, qui ibi natus eſt eſſe. Non enim in eccleſia natus eſt eſſe ordo talis, vt ab ius ſit ius principatus, & à gratiæ ordine tollatur: ſed in eccleſia ex ſua natura natus eſt ordo talis vt ius principatus ſit non in ſe, ſed in domino ſuo naturali. Et hunc naturæ ordinem in eccleſia, conſequens eſt ꝙ gratia non tollat, ſed perficiat, & Ieſu Chriſti ſapientia diſponens omnia ſuauiter complectatur.

¶ Facilè quoque patet ex hac radice prouenire, ꝙ omnia, quæ inducuntur conuenire alicui corpori myſtico ad ius principatus ſpectantia, non ſpectant ad cõmunitatem eccleſiæ ex ſua natura. Dico autem ad ius principatus ſpectantia, propter ea quæ ad priuatas perſonas ſpectant: vt vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, & auferre gladium de manu furioſi, & ſi quid eiuſmodi eſt. hæc ſi quis iſtem diſcernendo nõ fallamur. Signum autem infallibile ſeruitutis eccleſiæ communitatis, quo ad ius principatus eſt, ꝙ non poteſt ſibiipſi regimen retinere, nec duobus aut tribus committere. hæc enim poſſe communitatem liberam, manifeſtum eſt. Poteſt enim & per ſeipſam regere, poteſt & triumuiratum inſtituere, & alia huiuſmodi, etiã ſupra Regem quem eligunt, quod eccleſiam non poſſe manifeſtè liquet: alioquin poſſe aut in pluribus ſimul locare poteſtatem iuriſdictionis Papæ, aut officiũ aliquod ſupra Papam quo ad iuriſdictionem & regimen eccleſiæ, inſtituere in vno, vel pluribus, ſuppoſitis, ſic & à talibus nominandis, quod loco ipſius communitatis eccleſiæ eccleſiam & Papam regeret. Quia igitur naturale ius fundatum ſupra ipſam eccleſiæ naturam, non inſtituit eccleſiam ſupra Ieſu Chriſti vicarium: perſcrutandum eſt, an aliunde, ex iure ſcilicet diuino eccleſiæ communitas hoc habeat ius.

CAPVT II.

In quo fundamentum iuris diuini examinatur: & pro quo eccleſia ſumitur, cùm dicitur, Dic eccleſiæ.

ET ſi licet hoc à multis aſſirmetur, & in Conſtantienſi atque Baſilienſi cõcilijs diffinitum ſit, ꝙ ab ipſo principe Ieſu Chriſto eccleſiæ communitas habet immediatè poteſtatem ſupra Papam ipſius principis vicarium, nullibi tamen in ſacra Scriptura, in qua ius diuinũ promulgatur, hoc haberi aſſeritur: niſi Matthæi decimooctauo, vbi Dominus ait, Si peccauerit in te frater tuus, &c. & ſubdit, Dic eccleſiæ: & ſi eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. amen dico vobis, quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo: & quæcunque ligaueritis

ſitis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. In his enim verbis patet, ꝙ eccleſię non alicui eius membro (eccleſia enim non aliquod membrum, ſed collectionem eorum ſignificat) datum eſt vt audiat, excommunicet, liget, ſoluat omnem fratrem: & quæcunque ſuper terram. Pluraliter quippe ſubiectum eſt, Quæcunque ſolueritis, ad oſtendendam eccleſiæ authoritatem.

¶Ex hoc textu apparet primò, quòd eccleſia habet immediatè authoritatem à Domino Ieſu Chriſto. Per ſeipſum quippe hoc dixit eccleſiæ, non minus quàm Petro, cùm dicit, Paſce oues meas: &, Quicquid ſolueris ſuper terram, &c. Apparet ſecundò, ꝙ quum vicarius principis huius ſit frater cuiuſque fidelis (iuxta illud Matt. 23. Omnes vos fratres eſtis) quòd ſi peccauerit in me, poteſt denunciari eccleſiæ, & procedi ſecundum ſubſequentia. Apparet tertiò, quia eiuſdem poteſtatis eſt eſſe ordinarium iudicem vicarij principis, & aliorum ſingulorum membrorum eccleſiæ, & ordinare de illis, ꝑ ex hoc eodem textu eccleſiæ communitas inſtituta eſt ſimpliciter ſuperior ad ordinandum de vicario Domini & alijs eccleſiæ membris.

HAEC ratio quamuis in cap. 9. illius libelli multipliciter tractata ac ſoluta ſit, altiùs tamen & latiùs (ſi fieri à me poteſt) repetenda eſt: quia hinc omnia pendet. Et quoniam principijs cognoſcimus ex terminis, examinemus primò quomodo oportet hic ſumi eccleſiam, quum dicitur, Dic eccleſiæ: & ſi eccleſiam non audierit, &c. Oportet namque ſermonem hunc verificari de eccleſia, aut vniuerſaliter, id eſt de omni eccleſia: aut ſingulariter de eccleſia vniuerſali, ſeu de eccleſia ſimpliciter, aut de aliqua determinata eccleſia: aut de eccleſia indiſtinctè non determinando hanc vel illam. Cum enim ſermo ſit de eccleſia in actu audiendi, & iudicandi, alius modus eſſe non poteſt, quo de eccleſia hoc verificetur. Oportet enim aut omnibus, aut alicui eccleſiæ, aut toti vniuerſali eccleſiæ competere iudicium hoc à Domino traditum. Et quidem ꝙ non ſingulariter de ſola vniuerſali eccleſia ſermo ſit, ex hoc conuincitur ꝙ præceptum hoc Domini de denunciatione peccantis proximi in me, non me obligat ad recurrendum ad vniuerſalem eccleſiam. Non enim oportet vt peccante in me fratre meo, & poſt adhibitos teſtes incorrigibiliter pernicioſo, dicam concilio vniuerſalis eccleſiæ, vt patet. Et tamen ſi ſermo iſte eſſet de ſola vniuerſali eccleſia, præceptum Domini ad hoc obligaret: quia obligat ad dicendum eccleſiæ vniuerſali iuxta hunc ſenſum. Eſſet enim ſenſus, Si peccauerit in te frater tuus, &c. dic eccleſiæ vniuerſali.

¶Amplius, Si in hoc textu data eſt poteſtas eccleſiæ vniuerſali, cùm non ſit ei data maior intenſiuè poteſtas quàm Petro, vtrique enim eadem poteſtas data eſt, dum vtrique dicitur, Quodcunque ligaueris vel ſolueris ſuper terram, &c. quomodo eccleſiæ communitas maiorem ſibi quàm Petro poteſtatem iuriſdictionis vſurpat? Quomodo rurſus Chriſtus æterna ſapientia duas æquales intenſiuè poteſtates in eccleſia abſque tertia ſupra ambas inſtituit? mutuò enim ſe impediet, cùm par in parem non habeat imperium. Quomodo perplexas reliquit oues, vel liberas, vt aut obediant cui volunt, aut neutri, aut vtrique præcipienti contraria ſimul? Non igitur eſt ſermo præſentis textus de ſola eccleſia vniuerſali.

¶Et per idem patet, ꝙ non eſt ſermo de eccleſia ſimpliciter, vt diſtinguitur contra eccleſiam talem (vt puta Mediolanenſem, Bononienſem, &c.) hoc enim nihil aliud eſt dicere, quàm ꝙ eſt ſermo de eccleſia vniuerſali, quod excluſum eſt. Et quia non eſt maior ratio de vna eccleſia quàm de alia: ideo patet, ꝙ non eſt ſermo de aliqua eccleſia determinatè, nec de omni collectiuè aut diſtributiuè propter prædictam rationem: quia non teneor denunciare omnibus eccleſijs peccantem in me fratrem: ſed ſermo eſt de eccleſia indiſtinctè ſeu indefinitè: Ita ꝙ eccleſiæ datum eſt iudicium fratris peccantis, non determinando hanc, vel illam. Et quoniam actiones ſunt ſingularium, & actor ſequitur forum rei, determinatur in qualibet eccleſia à fratre peccante, ad eccleſiam, ſcilicet fratris peccantis. Ita ꝙ ſenſus literalis illius tex. eſt, Si peccauerit in te frater tuus, dic eccleſiæ illius: & ſi illam non audierit, &c. Et ad hoc proculdubio obligat præceptū abſque vllo inconuenienti, & communi animi conceptione ac conſuetudine eccleſiæ roboratur: diſponit namque ſic intellecta doctrina Domini omnia ſuauiter. Nec fallaris malè intelligendo eccleſiam peccantis fratris: quoniam eccleſia alius eſt nō ſola ſua propria, ſed quæcunque alia iuriſdictionem habens ſuper alium, vt patet.

CAPVT III.

In quo diſcutitur quid ſignificet eccleſia, cùm dicitur dic eccleſiæ.

DE HOC rurſus vocabulo eccleſiæ videndum eſt quid ſignificet in hoc textu, quum dicitur, Dic eccleſiæ. Et ne in multitudine expoſitionum vagi æſtimemur, admittatur eccleſiam propriè ſumi pro conuocatione, ſeu collectione fidelium. Aiunt autem iſti ꝙ eccleſia hoc in loco ſignificat communitatem fidelium non in ſeipſis, ſed in prælatis eorum, ſiue Papa interſit, ſiue non. Sed quòd hic non ſit ſenſus literalis, ex eo patet, quòd in vna & eadem ſignificatione oportet intelligere in hoc textu eccleſię nomen reſpectu cuiuſcunque peccantis eccleſia ſit. Quum enim, vt ex dictis patet, indiſtinctè dictum ſit, Dic eccleſiæ peccantis fratris (quam ille tenetur audire) & non magis de vniuerſali quàm particulari, aut econtra, oportet vniuocè ſignificare eccleſiam quum applicatur ad vniuerſalem, & quum applicatur ad particularem, vt patet. Cōſtat autem quòd cùm denunciandus eſt frater eccleſiæ Mediolanē. ſuæ eccleſiæ, non præcipitur à Domino quod dicat eccleſiæ illius, id eſt communitati, ſiue Epiſcopus interſit, ſiue non. Ergo cùm præcipitur dicēdum eccleſiæ indiſtinctè, non intelligitur communitas, ſiue caput velit eſſe, ſiue non.

Vnde ſciendum eſt, ꝙ licet ex vi vocabuli, Dic eccleſiæ, ſignificet, Dic conuocationi, proculdubio fidelium, ex contextu tamen literæ (quia ſubditur Amen dico vobis, quæcunque ſolueritis ſuper terram, &c.) ſumitur ꝙ non de quacunque conuocatione fidelium, ſed de authoritatiua intelligitur: alioquin conuocatio fidelium Mediola. ſine eius prælato haberet à Domino poteſtatem iudicandi, &c. Perinde ergo eſt, Dic eccleſiæ, & Dic authoritatiuæ conuocationi. Conſtat autem inductiuè in ſingulis eccleſijs, ꝙ authoritatiua conuocatio non eſt, vbi Prælatus illius conuocationis deeſt: igitur nec authoritatiua conuocatio omnium fidelium eſt, vbi omnium fidelium paſtor & rector, qui eſt Papa, deeſt omnino, ſcilicet tam per ſe quàm per alium. Et eſt ſermo de authoritatiua cōuocatione, ſeu eccleſia ſimpliciter & abſolutè, & non ſecundū quid, ſeu reſpectu huius: puta Papæ hæretici deponendi, vel electionis futuræ, &c. inquirimus ſiquidem nunc ſuperioritatem ſimpliciter & abſolutè.

¶Explanatur autem amplius quod dicimus, ſcilicet ꝙ in nomine Eccleſiæ in hoc textu clauditur illius eccleſiæ prælatus. Quia ſi non includitur prælatus illius, oportet alterum duorum dicere, aut ꝙ communitas fidelium in eccleſia aliqua particulari habeat etiā inuito Epiſcopo à Domino iuriſdictionis poteſtatem

excom-

excommunicandi, &c. aut ꝙ non de communitate ſit dictum, Dic eccleſiæ, & ſimiliter ꝙ non eſt ei dictum, Quæcunque ſolueritis ſuper terram, &c. Sequela patet quia eccleſiæ data eſt authoritas, & ſi nomine Eccleſiæ intelligitur communitas, ipſa communitas velit nolit, Epiſcopi authoritatem habet: & ſi non habet, relinquitur, ꝙ ipſa non ſignificatur Eccleſiæ nomine, hoc in loco. Primum autem horum affirmari non poteſt: ſecundum igitur eſt verum. In cuius ſignum, ſanctorum doctorum ei conſonat gloſſe, Dic eccleſiæ, id eſt Prælato vt capiti conuocationis. Iuxta hūc etenim ſenſum etiam ipſe, qui eſt Papa, dicere poteſt crimen alterius eccleſiæ, id eſt authoritatiuæ conuocationi: vt Nicolaus papa 11. quæſtione tertia, cap. præcipuè, Lothario regi comminando ſcribit. Nec obſtat, ꝙ ipſemet ſit illius caput: quia hoc eſt per accidens, ſcilicet, ꝙ denuncians, & prælatus conuocationis coincidant in vnam & eandem perſonam. Et ſi benè contextus Euangelij notetur, vbi vult Dominus authoritatiuā conuocationem adhiberi in qua ex pluralitate conuocatorum concilij vigor, ex authoritate autem Prælati authoritas iudicij inueniretur. Propter quod etiā conuertit ſermonem ab eccleſia ad Prælatos: cùm enim priùs de eccleſia dixiſſet, Dic eccleſiæ: & ſi illum non audierit, &c. nō ſubdidit, Amen dico vobis, quicquid ſoluerit eccleſia ſuper terram: ſed ſubdidit. Amen dico vobis, quicquid ſolueritis, inſinuens per hoc communi quidem conuocationis concilio correctionem tractandam: Prælatorum autem authoritate ſoluendum ligandumque (iuxta concluſa) per eccleſiam eſſe. Pluraliter autem dixit Solueritis, vel propter pluralitatem conuocatorum ad tractandum, & concludendum, vel propter pluralitatem capitum in pluribus eccleſijs, de quibus indiſtinctè dixerat, Dic eccleſiæ.

CAPVT IIII.

An Dominus per illa verba Matth. 18. dederit immediatè poteſtatem eccleſiæ, & quantam ei dederit.

QVAMVIS autem ex eccleſiæ in hoc textu ſuppoſitione, & ſignificatione manifeſtū ſit, ꝙ ad eccleſiam vniuerſalem non reſtringitur præſens litera, ſed ꝙ indiſtinctè de eccleſia eſt ſermo: adhuc tamen obſcurum remanet: & proptereà declarandum, an Dominus immediatè dederit poteſtatem iuriſdictionis eccleſiæ indiſtinctè, & quantam authoritatem eidem dederit. Eſt autem ratio obſcuritatis in primo: quia ſi dominus dedit immediatè poteſtatem iuriſdictionis eccleſiæ fratris peccātis in me: quum quælibet eccleſie ſit talis, ſequitur, ꝙ quælibet eccleſia habeat immediatè poteſtatem iuriſdictionis à Domino, quod non benè ſonat: ſi autē non dedit omni eccleſiæ fratris peccantis in me, quū non ſit maior ratio de vna quàm de reliqua, nulli dedit in hoc textu: quod non admittitur. Ratio autē obſcuritatis in ſecundo eſt: quia æqualem poteſtatē continent verba dicta in hoc textu Eccleſiæ: & verba dicta Petro, ſcilicet, Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Non conſonat autem æquales eſſe in eccleſia Dei poteſtates iuriſdictionis non habentes in eadem aliquam tertiam ſupra ſe: principatuum enim pluralitas mala eſt.

PRINCIPIVM autem huius claritatis ſumendum puto à deſtructione ſenſus opinari, vt vel ſic veritas eluceſcat. Dicēdum eſt ergo primò ꝙ ipſum Dominum dare immediatè poteſtatem illam, Quæcunq; ſolueritis, communitati vniuerſalis eccleſiæ, repugnat ordini inter Papam & eccleſiam: quia: (vt dictū eſt,) ponit duas æquales intenſiuè poteſtates iuriſdictionis in eccleſia, non habentes tertiam ſupra ſe in eadē eccleſia, à Domino immediatè ordinatas: ſcilicet cōmunitatis eccleſiæ vniuerſalis, & Papæ. Patet ſequela ex textu Matth. 16. & Matth. 18. vbi (vt dictum eſt) eadem verba vtrique dicta leguntur. Et licet hoc ſit ſecundum ſe inconueniens: maius tamen oſtenditur, ſi attendamus quomodo Chriſtus æterna ſapientia, principatuum pluralitatem in eccleſia inſtituit, quomodo mutuò ſeſe impedirent duæ poteſtates, quomodo perplexæ eſſent oues Chriſti, vt vel liberæ contraria præcipientibus, vt aut obedirent alteri ad libitum, aut neutri, aut vtrique ad contraria: quod eſt impoſſibile. Et quod amplius eſt, ſi hæc etiam poneretur data immediatè poteſtas vniuerſali eccleſiæ, vnde ſibi poteſtatem ſupra papam habentem æqualem communitas eccleſiæ vendicaret? cùm par in parem nō habeat Imperium. Quum enim poteſtas intēſiuè æque ſit qua ratione eccleſia ſupra Papam, quia membrum eius iuriſdictionem haberet, quia dictum eſt, Si peccauerit, &c. Dic eccleſiæ: eadem ratione, quia eccleſie eſt ouile Papæ, quia dictum eſt: Fiet vnum ouile, & vnus paſtor, Papa ſupra eccleſiæ cōmunitatem iuriſdictionem haberet, aut neuter ſuper alterum.

¶ Dicendum eſt ſecundò, ꝙ ipſum dare immediatè poteſtatem illam, Quæcunque ſolueritis, &c. communitati cuiuſcunque eccleſiæ, repugnat conſuetudini eccleſiæ, & eſt ſemper ſermo de communitate eccleſiæ, vt aduerſarij intelligunt: ſcilicet ſiue prælatus adſit, ſiue non omnino. Patet hoc ex communi eccleſiæ conſuetudine, quæ talis communitas inuito ſuo Epiſcopo, & Papa non poteſt abſoluere & ligare: quæ tamen poſſet ſi à Domino immediatè haberet poteſtatem communitas cuiuſque eccleſiæ.

¶ Dicendum eſt tertiò, ꝙ ipſum dare immediatè poteſtatem, Quæcunque ſolueritis ſuper terram, erit, &c. in ſua amplitudine, vt ſonat cuicunque eccleſiæ authorizatæ proprio capite, niſi cuius proprium caput eſt Papa, repugnat eccleſiarum ordini eſſentiali, & earū profeſſioni. Ordini quidem: quia ſi ex hoc loco ſumma authoritas cuicunque eccleſiæ authorizatæ proprio capite (vt Dominus loquitur) indiſtinctè data aſſeritur à Domino immediatè, oportet dicere duo. primò, ꝙ quælibet eccleſia immediatè habet authoritatem à Domino. Secundò, ꝙ quælibet eccleſia habet æqualē intenſiuè à Domino poteſtatem iuriſdictionis: quamuis extenſiuè vna excedat alteram, & vniuerſalis eccleſia omnes. Et conuincitur ſequela vtriuſque: quia eccleſiæ indiſtinctè, immediatè & æqualiter datum eſt, (vt patet in litera & ex dictis,) & non magis vni quàm alteri: vt patet ibidē. Et ex hoc ſequitur vlterius vtraque pars contradictionis: ſcilicet, ꝙ vna eccleſia eſt ſuperior ſimpliciter, & non eſt ſuperior ſimpliciter altera. Nam ex eo ꝙ quælibet eccleſie habet à Domino in ſuos poteſtatem, ſequitur ꝙ eccleſie vna, puta vniuerſalis, eſt ſuperior ſimpliciter qualibet eccleſia particulari (vtpote eius membro) ac per hoc poteſt diſponere, & ordinare de illa: & ordinare aliquid de illius poteſtate, irritando ſi ſecus factum fuerit. Ex eo verò ꝙ quælibet eccleſia habet à Domino immediatè poteſtatem æqualem intenſiuè, ſequitur ꝙ eccleſia vniuerſalis non poteſt aliquid ſubtrahere poteſtati iuriſdictionis eccleſiæ particularis: poteſtas enim data alicui à principe, non poteſt ab inferiori auferri. Et conſequenter ſequitur, ꝙ eccleſie vniuerſalis non eſt ſimpliciter ſuperior ſecundum poteſtatem iuriſdictionis reſpectu eccleſiæ particularis: ſuperioris enim poteſtatis iuriſdictionis ſimpliciter eſt poſſe irritare inferioris actum, ſi hoc faciat. Reliquæ incōuenientiæ quæ ſequuntur ex æqualitate intenſiua poteſtatis iuriſdi-

ctionis

ctinnis in qualibet eccleſia (vtputa quòd ſubditus nõ tenetur magis vniuerſali quàm particulari obedire, ꝙ par in parem habet imperium, ꝙ quicquid ab vna fit, à reliqua poteſt impediri, & reliqua) viris mediocriter doctis relinquo deducenda. Profeſsioni autem eccleſiarum hoc repugnat: quia Papa reſeruante, vel prohibente, &c. eccleſiæ reliquæ poteſtatem iuriſdictionis in reſeruatis prohibitis, &c. ſe non habere confitētur: quod non verè dicerent ſi illam poteſtatem à Domino immediatè accepiſſent. Et eſt ſermo ſemper in huiuſmodi de dare ordinario iure poteſtatem.

Ex Quibus omnibus collige, quum hæc potaſtas tam ampla ſoli Petri eccleſiæ conueniat, & hæc verba non ſoli Petri eccleſiæ dicta ſint, ꝙ per hæc verba aut nulla ordinaria poteſtas iuriſdictionis data aſt, aut nõ tam ampla, vt eſt illa data Petro. Et verè ſic eſt. verba ſiquidem Domini manifeſtè continent poteſtatem iuriſdictionis in eccleſia (nec hoc vertendum eſt in dubium) ſed non continet ꝙ per ipſa data ſit à Domino talis poteſtas, vt diſcurrendo per ſingula, & ratione manifeſtatur. Diſcurrendo quidem per ſingula: nam per illud verbum, Dic eccleſiæ, nulla datur poteſtas, ſed præcipitur denuntiatio. perinde enim eſt, Dic eccleſiæ, ac Dic iudici: vbi patet non dari iuriſdictionẽ, ſed præcipi denuntiationem. Per illud verò, Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus: quum perinde ſit, ac ſi iudicem non audierit ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, manifeſtè patet nullā dari poteſtatem, ſed in caſu pertinaciæ euitationẽ illius à Domino indici. Per illud demum, Amen dico vobis, quæcunque ſolueritis, &c. nullam etiam dari tunc poteſtatem ex eo patet, ꝙ nec Petro ex eiſdem verbis ſcilicet, Quicquid ſolueris, &c. vlla data eſt tunc poteſtas, ſed poſt reſurrectionem Domini, quum dictum ei eſt, Paſce oues meas. Ratione autem, Nam poteſtas iuriſdictionis contenta in his Domini verbis, aut eſt data tunc eccleſiæ, cui Dominus loquitur, aut non eſt data tunc: inter hæc enim cum contradictoriè opponantur non datur medium. Si non, habetur intentum. Si eſt data tunc eccleſiæ, ergo cuilibet collectioni, ſeu conuocationi fidelium cui eccleſiæ nomen verè conuenit, data eſt à Domino immediatè poteſtas illa iuriſdictionis: hoc autem ſpectat ad hæreſim pauperum de Lugduno, dicentium ꝙ vbi ſunt fideles congregati in nomine Domini, ibi eſt poteſtas, eo ꝙ poteſtas ſequitur ſanctitatem perſonæ: ſolùm enim differt ab ea ſecundum vnum & multa. Sequela autem patet: quia Dominus indiſtinctè de eccleſia loquens, ad quãcunque eccleſiam peccantis fratris præceptum ſententiãque extendit. Conſtat autem collectionem, ſeu conuocationem fidelium ſine prælato aliquo inter eos eccleſiæ nomen verè habere. Et confirmatur, quòd de talium collectione oporteat iſtos concedere eccleſiam ibi dici: quia quod eſt, non fit, & habenti non datur quod habet. ſi ergo eccleſia per hæc fit habens poteſtatem, ipſa non habet illam, ergo illa collectio in ſermone eſt quæ non habet authoritatem, ſed hinc accipit. Et cùm non ſit maior ratio de vna quàm de alia, ſequitur idem quod prius, ſcilicet ꝙ quælibet fidelium collectio à Domino hinc habuerit authoritatem iuriſdictionis. Si dicatur, ꝙ Eccleſiæ nomine intelligitur hic collectio fidelium authorizata, tunc currit ratio prius dicta de ordine eſſentiali eccleſiarum. Et obſtat ipſum dare: quia habenti non datur: & quod eſt poteſtatem habens, non fit poteſtatem habens.

Qvia Igitur ex prædictis patet, ꝙ authoritas iuriſdictionis in verbis Domini continetur, & nõ eſt per hæc verba data, dicendum eſt, ꝙ per hæc verba, Dominus vltra præceptum de correctione fraterna, denuntiatione illiuſque ordine, efficaciam eccleſiaſticæ poteſtatis iuriſdictionis ad literã expreſsit per illa verba, Si eccleſiam non audierit, &c. &, Quæcunq; ſolueritis ſuper terram, &c. oſtendit enim tantæ efficaciæ eccleſiæ eſſe ſententiam, ut indubie à nobis ſeruanda, & in cælo rata ſit. Et hoc ſolùm per illa verba Dominus fecit: poteſtatem enim eccleſiæ aliàs ſupponebat. Et poteſt admitti, quòd promiſit illam per illa verba, Quæcunque ſolueritis, ſed ad vtrunque horum ſcilicet quòd poteſtas ſuppoſita eſt & promiſſa ſat eſt, ut quandoque data eſt: & ſimiliter quoad modum, ſi mediate vel immediate data eſt. Petro ſiquidem, ac per hoc eius eccleſiæ immediate poteſtatem dedit poſt reſurrectionem dicens, Paſce oues meas, reliquis verò eccleſijs mediante Petro ſecundum curſum ordinarium: quanuis diſpenſatiue mediantibus aliis Apoſtolis, quibus poteſt concedi hoc eſſe permiſſum. Eſt ergo ſenſus literalis verborum Domini, quòd tanta eſſet futura eccleſiæ cuiuſq; authorizatæ poteſtas in ſibi ſubditis vt ſic, ut ſententia eius & coram hominibus & in cælo eſſet valida. Et hic ſenſus eſt amplectendus, vtpote cui omnia conſonant, & ſeries textus, & ſenſus verborum, & authoritates Sanctorum, & conſuetudo eccleſiæ, & euitatio omnium inconuenientium: quæ omnia propter iam dicta hic & in libello illo proſequenda omitto. Satis enim patere puto hæc, & quòd promiſsioni Domini ſufficiat exhibitio, quã mediante Petro ordinarie, & mediantibus aliis Apoſtolis per viam legationis omnibus eccleſijs fecit.

CAPVT V.

1.

Quomodo eccleſia habeat poteſtatem iuriſdictionis, quæ in verbis Domini continetur, an ſcilicet ratione ſuæ totalitatis, an ratione partis.

QVIA Autem conſtat eccleſiam, de qua Dominus loquitur, habere poteſtatem iuriſdictionis quantumcunque per illa verba non ſit ei data, & variis modis intelligi hoc poſſit, opportunum videtur diſcutere modum, quo poteſtas iuriſdictionis eſt in eccleſia.

¶ Sciendum igitur eſt, quòd dupliciter poteſt intelligi eccleſia ad literam cui peccatum fratris peccantis dicendum mandat Dominus, habere ptãtem iuriſdictionis in foro exteriori; (de quo eſt ſermo.) iuxta duos modos, quibus de eccleſia, quæ quoddam totum ſignificat, aliquid verificatur. Primò, ratione partis: ſecundò, ratione ipſius totalitatis ſeu totius? Sicut de homine, qui etiã quoddã totũ eſt, dicimus ꝙ uidet ꝙ audit, &c. & verificatur ratione partis: quia videt per oculum, audit per aurem, &c. & rurſus dicimus de eodem, ꝙ perfectiſsimum eſt animalium, ꝙ eſt animal politicum, & huiuſmodi: & verificatur ratione ipſius totius, vt patet. Et quidem ꝙ de eccleſia ratione partis, (puta capitis,) verificatur quòd habet poteſtatem iuriſdictionis ſoluendi & ligandi in ſoro exteriori, dubiũ non eſt: & ſic ſolùm, (vt probabitur amplius,) ad literam verificari poteſt ſermo Euangelij, quòd eccleſia habeat poteſtatem. Quòd autem de eccleſia ratione ipſius totius hoc verificetur, multipliciter imaginari poteſt. Primò accipiendo eccleſiam quaſi totum homogeneũ, id eſt ſimilis naturæ per totum prout eccleſia eſt collectio fidelium: omnes enim fideles inquantum fideles, vnius ſunt naturæ. Et ſic eſſet ſenſus, ꝙ eccleſia. id eſt collectio fidelium, habet poteſtatem iuriſdictionis, &c. Et ſi in hoc ſenſu intelligatur, Dic eccleſiæ, ſequitur ꝙ cum in fide non ſit differentia ſexus & ſtatus, quòd eccleſia laicorum & fœminarum haberet iuriſdictionem in ſoro exteriori. Et tenet ſequela, tum

quia

quia omnes fideles ſunt eiuſdem naturæ: tum quia ſi contingat in aliqua eccleſia mori clericos oẽs, remanet ibi verè eccleſia in hoc ſenſu, id eſt, collectio fidelium: & conſequenter ſecundum iſtam phantaſiam illa hr̃et ptãtem excõicandi. Imò ſi bene conſideretur ſumendo eccleſiam vt totum homogeneum: quoniam fides ſola eſt eius natura, accidit illi toti, ꝙ aliqua eius pars ſit ſtatus clericalis: quia in illo toto vt ſic ptãs ponitur. Secundò ergo põt intelligi, ſumendo eccleſiam vt totum heterogeneum, i. diſsimilis naturæ: prout eccleſia conſtat ex oĩb. membris officialibus, (putà Epiſcopo, Sacerdote, Dyacono, vel alijs quomodolibet aſſignandis membris) hoc.n. totum eſt quaſi corpus conſtans ex oculis, manibus, &c. Et ſic eſſet ſenſus, Dic eccleſiæ, i. conuocationi integræ membrorum eccleſiæ. Et ſi in hoc ſenſu intelligatur, ꝙ ipſum totum ratione ſuæ totalitatis habet ptãtem iuriſdĩonis, obſtant tria. primò ꝙ æqualis poteſtas intenſiuè poneretur in qualibet eccleſia: quoniam vna tantùm poteſtas à Domino nominata eſt: & non magis de vna q̃ de alia eccleſia, vt patet in litera, & ex antedictis. Secundò, ꝙ eſſet maior inteſiuè poteſtas in eccleſia, q̃ illa, Quodcunq; ligaueris ſuper terram, &c. Et tenet ſequela: ꝙ poteſtas totius eccleſiæ rõne ſuæ totalitatis ponitur ſuperior, ẽt reſpectu papatus. Falſitas aũt conſequentis patet ẽt ex verbis Domini eadem verba replicantis, quæ Petro dixerat, ſ. Quæcunq; ſolueritis ſuper terrã. tertiò, ꝙ non eſſet data à Chriſto immediatè, Matt. 18. ꝙ tamen eſt totum fundamentum iſtorum. Et tenet ſequela: quia tunc non erat inſtitutum ſacr̃m ordinis quod conſtat eſſe inſtitutum ſimul cum euchariſtiæ ſacr̃o, pridie q̃ Dominus pateretur. Non igitur dedit Dominus tunc eccleſiæ, i. cõitati Sacerdotum Dyaconorum & Epiſcoporum (qui integrant generale concilium) ptãtem iuriſdĩonis: quia non erant Sacerdotes, nec Dyaconi, nec Epiſcopi, nec Clerici: non enti aũt nil datur. Et ſi dicatur, ꝙ Dominus tunc non dedit, ſed promiſit ſe daturum in illis verbis, quæcunq; ligaueritis, &c. habeo intentum, ꝙ nullibi in ſacra Scriptura hr̃, ꝙ Dominus per ſemetipſum immediatè eccleſiæ cõitati ptãtem iuriſdĩonis dedit. Et ſi inſtetur: quia quod promiſit ſeruauit: patet reſponſio, ꝙ non promiſit per ſemetipſum immediatè ſe daturum (ut patet in litera) & ideo non oportet, ꝙ hoc obſeruauerit: ſatis nanq; feciſſet promiſsioni ſuæ, ſicut in veritate de facto verificauit illa verba ſua mediante Petro in vniuerſis eccleſiis. Quia igitur de eccleſiæ cõitate quomodolibet ſumatur, non verificantur rõne ſuæ totalitatis verba Domini Matth. 18. in quibus totum fit fundamentum ex authoritate Scripturæ, & tota aduerſariorum opinio ſtat in hoc, ꝙ cõitas eccleſiæ rõne ſuæ totalitatis habet ptãtem immediatè à Domino: conſequens eſt vt verba Domini verificentur de eccleſia ratione partis (puta capitis) vt prædictum eſt. Et propterea communis animi conceptio fidelium eſt, Dic eccleſiæ, id eſt, Prælato eccleſiaſtico, ratione cuius eccleſia ipſam poteſtatem habet.

CAPVT VI.

Quomodo poteſt, (condeſcendendo multorũ ſenſui,) intelligi quòd eccleſia ratione ſuæ totalitatis habere poteſt & habet quandoque poteſtatem aliquam iuriſdictionis.

OBSEVANDVM Quoq; eſt, ne fallamur videntes quandoq; authoritatem iuriſdĩonis eccleſiaſticæ in eccleſia rõne ſuæ totalitatis: & propterea falſa iudicemus prædicta. Non.n. docuimus aut docemus non conuenire eccleſiæ ptãtem quandoq; ratione ſuæ totalitatis, ſed ſic non eſſe datam ei à Dño Ieſu Chriſto immediatè per illa verba Matthæi 18. Non nego.n. ꝙ Epĩ orientales conuenientes, poſsint quaſi vnũ corpus & vnã authoritatẽ ex ſuis conficere, ſe ẽt ſingulos ſubiiciendo illi: & ſic illa ptãs in toto illo corpore rõne ſuæ totalitatis exiſtens, ſtatueret ſupra illas eccleſias, actũſq; iuriſdĩonis exercebit. Sed tñ nihil poterit illa ptãs, niſi quod ex poteſtatib. ſingulis, & illarum ſubiectis cõſurgere põt. Propter quod ſi eſſet aliquid reſeruatum Romano pontifici, non poſſet poteſtas illa abſoluere ab illo.

¶ Et ſimiliter omnes vniuerſi orbis Prælati, mortuo ſummo Pontifice vel ſine illo, ſi conuenirent communicando in vnũ corpus, & vnanimes in conſtituendo, conſtituerent in tota ſynodo illa ptãtem vnã ſuper oẽs eccleſias, his tamen exceptis, quæ ſummi Pontificis ſunt propria. Simili quoq; modo, quum Papa cum reliquis prælatis orbis concilium celebrando ſimul cũ eis conſtituit, abſoluit, damnat, &c. cõicãdo cum aliis, quaſi vnus ex eis facere vr̃. In his.n. omnibus, & ſimilibus non eſt aliqua poteſtas immediatè data à Domino Ieſu Chriſto ipſi communitati primò: nec eſt aliqua extranea poteſtas à poteſtatibus partialibus, ſed velut ptãs totalis conſurgens ex partialibus. Quemadmodum.n. in naturalibus inuenitur differre forma à forma dupliciter: ſ. vt vna forma ſeparata ab alia, vt forma ſolis à formis mixtorũ, & vt forma totius à forma partis, vt humanitas ab anima hominis: ita poteſtas Papæ differt ab aliis primo modo: & poteſtas ſynodi differt ab his ex quib. accumulatur, ſecundo modo. Et iſta poteſtas in tota ſynodo per viam cõionis, ſeu accumulationis in cõmuni à ſingulis partibus liberaliùs, vel minùs liberaliter, prout partibus & præcipuè principi vr̃, qui nunquam totam ſuam authoritatem accumulare in communi intelligitur, ſed quantùm ad illa tractanda expedit. In cuius ſignum non intelligitur ſe ſubiicere ſynodi poteſtati coactiuè, quantumcunq; ſtatutis ſynodi conſentiat, communibus oĩb. eccleſiæ perſonis. Et ex hoc patet, ꝙ ſi tota eccleſia, ſecluſo Papa, aliquem preficeret curæ eccleſiæ, ille eſſet ſubditus Papæ, nec poſſet à caſu papali abſoluere: quod nõ eſſet, ſi eccleſia haberet vniuerſalem, & plenam poteſtatem immediatè à Chriſto ratione ſuæ totalitatis, ſecluſo Papa. Et ſimiliter Papa poteſt quantum eſt ex poteſtatis authoritate, tollere ſtatuta concilij generalis, ẽt de conſenſu, & authoritate ſua facta: quod non eſſet ſi eccleſia integra ratione ſuæ totalitatis haberet poteſtatem vniuerſalem, & plenam à Domino Ieſu Chriſto. Ex omnibus autem dictis euulſam iam eſſe radicem ex iure diuino opinatam poteſtatis eccleſiæ ſupra Papam, liquidò apparet.

IN NOVEM ET VIGINTI CAPITA Apologiæ ſecundæ de comparata authoritate Papæ & Concilij.

SVMMARIA.

1 *Reſponſio ad obiectionem contra illud, quòd Dominus eccleſiæ regimen ſic ordinauit, vt ſummum Pontificem inſtituerit: à quo via ordinaria in reliquum eccleſiæ poteſtas deriuaret: & quòd Apoſtolis alijs via præuentionis gratuita poteſtatem dedit.*

2 *Reſponſio ad obiectiones contra illud: quòd Papa eſt caput vniuerſalis eccleſiæ, & non ſolùm ſingulorum membrorum.*

3 *Reſponſio ad obiectiones contra illud: quòd*

conciliũm authorizatum à Papa, non eſt maioris authoritatis, quàm ipſe Papa.

4 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, Si communitas eccleſiæ ſecluſo Papa haberet poteſtatem ſupra Papam, eccleſiæ regimen eſſet populare.*

5 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Papa eſt ſupra communitatem totius eccleſiæ ex illa authoritate, Paſce oues meas: & quòd Papa eſt paſtor vniuerſalis eccleſiæ, & non ſolùm ſingularum ouium.*

6 *Reſponſio ad obiectiones contra illud ex illa authoritate, fiet vnum ouile & vnus paſtor, quòd Papa eſt paſtor illius ouilis, & non èconuerſo.*

7 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, Non minus Papa eſt paſtor eccleſiæ catholicæ, quàm quilibet epiſcopus eccleſiæ ſuæ, inferendo ex hoc ſuperioritatem Papæ ad eccleſiam.*

8 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, Papa habet ſupremam poteſtatem in eccleſia, ergo eſt ſuper vniuerſalem eccleſiam.*

9 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, Papa eſt proximus & immediatus vicarius Chriſti, ergo nullam habet in terris poteſtatem priorem ſe, &c.*

10 *Reſponſio ad obiectiones ſeptem contra illud, Papæ poteſtas eſt ſupra eccleſiam vniuerſalem, & concilium generale, vt diſtinguitur contra Papam.*

11 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Conſtan. concilium pro tempore, quo fecit, decreta de poteſtate ſynodi, non erat verũ concilium vniuerſalis eccleſiæ, & quòd Baſilien concilium errauit illud ſequendo.*

12 *Reſponſio ad obiectiones contra gloſam datam in illa verba Auguſt. Quando Petrus claues accepit, eccleſiam ſignificauit: quòd per hoc intelligitur claues officio capitis in Petro & ſucceſſoribus datas eſſe.*

13 *Reſponſio ad nouem obiectiones contra illud, quòd Papa non poteſt errare errore iudiciali in fide, quia ad ipſum ſpectat finalis determinatio de fide.*

14 *Reſponſio ad obiectiones contra illam rationem, quare Papa non poteſt errare in fide: quia ſcilicet eſſet error vniuerſalis eccleſiæ; quia tenetur ſequi diffinitionem Papæ in fide.*

15 *Reſponſio ab obiectiones contra expoſitionem illius verbi Hiero. Si authoritas quæritur, orbis eſt maior vrbe.*

16 *Reſponſio ad obiectionem contra multas authoritates ex libro Decretorum, quibus probatur Papam non habere ſuperiorem in terris.*

17 *Reſponſio ad ſeptem obiectiones contra illud, quòd eccleſiæ Dei ſecluſo Papa non eſt data poteſtas papalis, aut ſuperior papali in Euangelio Matth. 18. & quòd in eccleſia huiuſmodi non eſt talis poteſtas.*

18 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Ex miſſum eſſe, non ſequitur eſſe ſubditum.*

19 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd ex 36. q. 2. c. placuit, iuncto c. rria, habetur, quòd Hieron. authoritas innixa ſacræ ſcripturæ præualuit concilio.*

20 *Reſponſio ad obiectionem contra hoc, quòd ex authoritate decretal. de elect. in c. ſignificaſti. dicitur quòd concilia à Papa habent authoritatem.*

21 *Reſponſio ad obiectiones multas contra illud, quòd concilium generale legitimè congregatum poteſt errare diffiniendo, Papa abſente, vel non conſentiente.*

22 *Reſponſio ad plures obiectiones contra illud, quod poteſtas applicatiua papatus ad perſonam, ſeu poteſtas electiua Papæ eſt regulariter & principaliter in Papa, & non niſi in caſu in concilio.*

23 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd in eccleſia eſt poteſtas authoritatiua ſuper coniunctionem Petri & papatus, non autem ſuper Papam.*

24 *Reſponſia ad obiectiones contra illud, quòd Papa poſſet committere poteſtatem depoſitiuã Papæ hæretici collegio Cardinaliũ.*

25 *Reſponſio ad obiectiones contra rationem datam, quare pro infidelitate ſola poteſt Papa deponi: quia, ſ. ſola infid. l. tas inter crimina contrariatur ad eſſe Papæ.*

26 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd ex ſacra Scriptura ſolus caſus hæreſis excipitur ab impunibilitate Papæ reſpectu eccleſiæ.*

27 *Reſponſio ad obiectiones contra hoc, quòd in ſolo caſu hæreſis Papa ſubijcitur eccleſiæ, ita quòd poſſit deponi.*

28 *Reſpon-*

18 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd propter ſcãdalum non eſt præſcindendum caput iuxta Domini ſententiam, Matt. 18.*

19 *Reſponſio ad obiectiones contra illud, quòd Deus optimè prouidit eccleſiæ, diſponens quòd orationis remedio contra malum Papam vteretur, non autem depoſitionis poteſtate.*

TRACTATVS SECVNDI

Apologiæ ſecunda pars in nouem & viginti capita diuiſa.

ET ſic cum veri iſque iuris, naturalis, ſcilicet, & diuini fundamentum ademptum ſit, ad ſingula obiecta deſcendendum eſt.

CAPVT I.

DIXIT in capite tertio illius libelli Dominum ordinaſſe ſic eccleſiæ regimen, vt Petrum ſummũ Pontificem inſtitueret, à quo via ordinaria in reliquũ eccleſiæ poteſtas deriuaret: & quòd ipſe Dominus via præuentionis gratuitæ Apoſtolis alijs poteſtatem dedit.

OBIICITVR contra, in eccleſia fuit poteſtas electiua Papæ, antequam Petrus fuerit Papa: ergo, cum maiori apparentia diceretur, Chriſtum cùm fecit Petrum ſummum Pont. præueniſſe eccleſiam: & id ex gratia Petro contuliſſe, quod eccleſia potuiſſet ordinare ex Chriſti inſtitutione, quàm quòd præueneri Petrum, dando Apoſtolis poteſtatem. Antecedens probatur: quia poteſtas electiua eſt in eccleſia à Chriſto. Matth. 18. &c.

Reſponden, Quòd aſſumptum eſt falſum: nam, cùm electio Papæ ſit vicarij principis electio, & ordinariè electio vicarij vniuſcuiuſque principis viui & præſentis ſpectet ad ipſum principem: cõſequens eſt, cùm Dominus vſque in diem aſcenſionis, vt princeps præſens fuerit in eccleſia, ad ipſum ordinariè ſpectabat tunc electio ſui vicarij. Nec vnquam inuenitur ꝙ in Matth. 18. c. nec alibi Dominus dederit eccleſiæ ius eligendi ſuum vicarium ipſo præſente. Vnde Dominus non præueniendo, ſed inſtituendo & exequendo quod promiſerat Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum, &c. & Ioann. 10. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor, Petrum Papam, & papatum ſimul inſtituit. Rurſus, (vt per antedicta patet,) Matth. 18. poteſtas electiua Papæ nõ eſt data eccleſiæ. Quomodo autem, & vnde poteſtas electiua Papæ ſit in eccleſia, inferiùs in capitulo 22. dicetur.

¶ Et aduerte hic, quòd præuentio, quam ego dixi, ſuper ipſius eccleſiæ, & Sanctorum determinatione fundatur. Quòd enim à Petro ordinariè poteſtas in reliquum eccleſiæ corpus deriuanda ſit, Leo in can. ita Dominus. diſt. 19. manifeſtat. Quòd etiam Dominus ipſum ordinaria via inſtituerit, ex hoc ꝙ non ipſum ſolum, ſed in ipſo omnes ſucceſſores ſuos inſtituit habetur: hoc enim ſtatuentis, non præuenientis eſt: ſicut per oppoſitum, quia reliquos Apoſtolos in proprijs tantũ perſonis, & non in ſucceſſoribus ſuis legatos vniuerſales fecit, ad præuentionem gratuitam ſpectat. Hæc enim eccleſia fatetur, Petri ſolius ſucceſſorem vniuerſali poteſtate cognoſcens. Et per hoc etiam patet non fuiſſe in eccleſia ante inſtitutum Petrum Papam, poteſtatem electiuam Papæ. Nam tantam poteſtatem habet nunc quantam tunc; quum Papa non poſſit illam auferre, & Dominus qui inſtituendo dederat, eam ſtatim non diminuerit præueniendo ſecundum illos in inſtitutione Petri. Quemadmodum igitur poterat tunc quemlibet alium Epiſcopum in Papam eligere, ita mortuo Petro qui ex gratia factus fuerat à principe, poteſt alium Epiſcopum, quàm Romanum, Papã inſtituere. Et ſic Rom. Pontifex recognoſcere debet ſe prælatum cæteris ab eccleſia hoc illi concedente, non auferendo ſaltem: cuius tamen oppoſitum docet Pelagius in can. quamuis. diſtin. 21. Sancta Rom. eccleſia catholica & apoſtolica, nullis ſynodicis conſtitutis cæteris eccleſijs prælata eſt, ſed euangelica voce Domini & Saluatoris primatum obtinuit.

¶ Amplius, Si Dominus immediatè dedit hanc poteſtatem electiuam Papæ vniuerſali eccleſiæ, qua præſumptione clerus Romanus & populus eius, &c. vſurpauerunt ſibi hanc poteſtatem electiuam Papæ tanto tempore antequam inſtitutum aut approbatum fuerit per generale concilium de electoribus? qua conſcientia tot ſancti viri electionem toti eccleſiæ à Chriſto cõmiſſam irrequiſitis alijs à pauciſſimis tractauerunt, fecerunt, acceptauerunt, exercuerunt? Sed de his latior erit ſermo: hæc autem dicta ſunt ad oſtendendam falſitatem aſſumpti in hac obiectione.

CAPVT II.

DIXIT In capit. 4. eiuſdem, ꝙ præualuiſſet ſententia Ioan. &c. Sed obiectio contradictionis propriè in cap. 13. tractabitur.

DIXIT In cap. 6. eiuſdem, Papam eſſe caput eccleſiæ vniuerſalis, non ſolùm ſingulorum membrorum, vt inimici veritatis gloſſant.

OBIICITVR Contra hoc dupliciter. Primò, Quia falſum eſt Papam eſſe caput eccleſiæ vniuerſalis collectiuè ſumptæ. Tum, quoniam eccleſia non eſt Petri, ſed Chriſti: iuxta illud Matth. 16. Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam, nõ tuam. Tum quia Papa eſt miniſter eccleſiæ, non Dominus: eccleſia autem eſt cui miniſtratur, ac per hoc maior: iuxta dictũ Saluatoris, Maior eſt qui recumbit, quàm qui miniſtrat. Tum quia omnes authoritates dicentes Papam eſſe caput eccleſiæ, intelliguntur de eccleſia pro ſingulis eccleſijs particularibus, reſpectu quorum eſt caput miniſteriale, & non pro tota eccleſia collectiuè.

¶ Secundò, Quia licet concedatur Petrum eſſe caput miniſteriale etiam totius eccleſiæ vniuerſalis: non tamen oportet omnem proprietatem capitis in eo ſaluari: & ſpecialiter ſuperioritatem in authoritate reſpectu totius reſidui. Ex hoc præcipuè, quia tota eccleſia non dicitur corpus Petri, ſed corpus Chriſti: vt patet ad Rom. 12. Et confirmatur hoc quia Rex dicitur caput regni, non tamen propterea eſt regno congregato ſuperior, ſed qualibet eius parte.

¶ Reſpondeo. Et ad primi quidem probationem primam, quòd eccleſiam non eſſe Petri, ſed Chriſti, non arguit Petrum non eſſe caput eius: ſed Petrum non eſſe caput illius ex ſe, ſed loco Chriſti: vt patet. Ad ſecundam verò probationem, quòd Petrum eſſe miniſtrum eccleſiæ, vt cui miniſtrat, non eſt eſſe inferiorem poteſtate, ſed exercitio: vnde ipſe Dominus de ſeipſo dicit, quòd venit miniſtrare, & Papa vocat ſe ſeruum ſeruorum Dei: & ſic eſt in veritate. Eccleſiam autem eſſe maiorem Papa vt finis eſt maior eo quod eſt ad finem, verificatur quòd eſt eſſe melius: in his enim, quæ non mole magna ſunt, idem eſt maius quod melius ſecundum Auguſt. papatus ſiquidem eſt propter eccleſiam, & non ècontrario. Vnde ex hoc, quòd Papa non eſt Dominus, ſed miniſter, & eccleſia maior bonitate & nobilitate, nihil habetur contra poteſtatẽ capitis, contra quam tenditur. Ad gloſſam demum

communem, dicitur ꝙ licet multæ authoritates poſſent ſic gloſſari, non omnes tamen ſunt illius capaces: vt in libro oſtenſum eſt.

¶ Ad ſecundum autem dicitur, ꝙ eccleſiam non eſſe corpus Petri, ſed Chriſti, verum eſt: quia Chriſtus non ſolùm caput myſticum eius, ſed myſticum ſuppoſitum ipſius eſt: vt patet ad Epheſ. 1. Vbi de Chriſto duo dicuntur ꝙ eſt caput eccleſiæ, & quòd eccleſia eſt corpus eius. Et primæ ad Corinth. 12. expreſsè dicitur. Sicut enim vnum corpus eſt, & multa membra habet, omnia autem membra corporis cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Ex hoc autem, ꝙ eccleſia eſt corpus Chriſti & non Petri, non ſequitur ꝙ Petrus non ſit caput loco Chriſti, ſed quòd Petrus non ſit ille qui operatur per membra huius corporis, ſed Chriſtus, qui per Petrum & cæteros operatur. Et ſimiliter non ſequitur, ꝙ illud caput loco Chriſti non ſit ſuperius authoritate reſiduo corporis Chriſti, vt manifeſtè liquet. Ad confirmationem dicitur dupliciter. Primò quòd nullus dicit, quòd ex eſſe qualitercunque caput alicuius multitudinis, ſequatur poteſtas iuriſdictionis ſuper illa multitudine, cùm multipliciter aliquid poſsit dici caput alterius metaphoricè. Papa autem eſt ſic caput, quòd eſt Paſtor, Epiſcopus, & rector totius eccleſiæ, & non ſolùm ſingularũ: vt authoritatibus & ratione ibi probatum eſt. Dicitur ſecundò, quòd ſicut Rex eſt caput regni, ita ſuperior eo. & propterea rex qui dependet à regno collectiuè, non eſt caput illius: & ideo non eſt ſuperior eo, ſed ſingulis partibus. Rex autem qui etiam à regno collectiuè non dependet (vt eſt Rex regum) eſt caput etiam totius congregati, & ſuperior eo. Vnde arguere ab eſſe caput in Rege dependente à regno, ad eſſe caput in Papa, non eſt rectum: eo ꝙ Papa non dependet à regno eccleſiæ, nec vices eccleſiæ gerit ſicut Rex talis vices regni: ſed ſolius Ieſu Chriſti vicarius eſt.

CAPVT III.

DIXI In eodem capitulo ſexto quòd poteſtas electiua ipſius Papæ, in Papæ poteſtate eſt. Sed quia in capitulo vigeſimoſecundo latiùs tractatur ibidem obiecta ſoluentur.

DIXI In eodem cap. 6. quòd non eſt maioris authoritatis concilium authorizatum à Papa, quàm ipſe Papa.

OBIICITVR Contra, Primò ex gloſſa in cap. legimus. 93. diſtinct. Statuta concilij generalis præiudicant ſtatutis Papæ, ſi contradicant.

¶ Secundò, quia conſtitutio Chalcedonẽſis concilij præualuit reclamationi Leonis de Conſtantinopolitana ſede: vt patet in cap. antiqua. de priuilegijs. & 22. diſt. renouantes.

¶ Tertiò, quia conſuetudo generalis eccleſiæ pontificale ſtatutum abrogat.

Reſpondeo Et de gloſſa primò dico, ꝙ ipſamet nõ aſſertiuè dicit illam ſententiam, ſed argumentum ad illam dicit: vt patet etiam ea ſeipſa in cap. nemo. q. 9. ad quam ſe remittit.

¶ Secundò dicitur, ꝙ verificatur de ſtatuto concilij ſuperuenientis ſtatuto Papæ: quoniam quemadmodum ipſemet Papa ius condendo priori contrarium, illud tollit (vt patet in cap. licet, in ſexto) ita etiam concilij authorizati à Papa conſtitutio, Papæ conſtitutionem priorem contrariam tollit.

¶ De vigore autem concilij circa ſedem Conſtantinopolitanam dicitur, quòd non concludit ſuperioritatem concilij ſupra Papam, ſed tolerãtiam Papæ. Videmus enim continuè prælatos cedere multitudini repugnatum: quamuis ſi poteſtate vti vellent, compeſcere poſſent. Quamuis de reclamatione Leonis nihil in capitulis illis habeatur, imò ibi humilis eſt loquutio dicentiam, Petimus, &c.

¶ De vi autem conſuetudinis vniuerſalis dicitur, ꝙ ſi hoc concluderet eccleſiam ſupra Papam, concluderet etiam eccleſiam ſupra ſeipſam eccleſiam: quoniam etiam ſtatutum vniuerſalis eccleſiæ, generalis conſuetudo abrogat: vnde abrogatio iſtiuſmodi non ſit poteſtatiuè, ſed executiuè ex parte eccleſiæ, & negatiuè ex parte principis: quia ſcilicet non cogit.

CAPVT IIII.

DIXI In eodem ſexto capit. ꝙ ſi eccleſia, hoc eſt communitas eccleſiæ, ſecluſo Papa, haberet poteſtatem ſupra Papam, ꝙ eccleſiæ regimen eſſet democraticum, ſeu populare: in quo tota authoritas apud nullum reſidet, ſed in tota communitate.

OBIICITVR Contra ſequelam: quia non dicitur regimen regale, in quo ſit vnicus toto reſiduo ſuperior: quia tunc non eſſet in ciuilibus aliquod regimẽ regale: ſed quia eſt vnicus, qui totius populi vices gerit quolibet particulari ſuperior.

Reſpondeo, Quòd ſequela eſt optima formaliter intellectis terminis: quia, ſi in tota communitate ſola eſt authoritas: ergo vt ſic conſtituit regimen populare: quamuis inquantum aliquem vnum præficit, conſtituat aliam ſpeciem regiminis. Rurſus ſequela eſt optima de ſupremo regimine eccleſiæ, de quo eſt quæſtio: quoniam, ſi in tota communitate & ſola eſt vniuerſalis eccleſiæ poteſtas, ſummum regimen, ſummumq; tribunal eiuſdem, ad quod omnia reſoluenda ſunt, eſſet populare (vt patet) quicquid eſſet de regimine medio per vnum. Vnde, ſi in regno aliquo populus eſt ſupra regem, manifeſtè ſequitur, & ꝙ communitas populi vt ſic regimen eſt populare, & quòd ſummum tribunal eſt populare: quamuis exerceat per aliam regiminis ſpeciem (putà per regale) ſupra alios iuriſdictionem ſuam communiter. Nihil igitur obſtant obiecta dictis, quoniam cum regimine regali medio ſtat ſupremũ populare, de quo eſt quæſtio, & formalis ſermo.

CAPVT V.

DIXI In capit. ſeptimo, probando quòd papa eſſet ſupra communitatem totius reliquæ eccleſiæ, ex illa authoritate, Paſce oues meas, &c. quòd papa eſt paſtor vniuerſalis eccleſiæ, & non ſolùm ſingularum ouium.

OBIICITVR Reſpondeo dupliciter. Primò per interemptionem negando ſcilicet hoc. Secundò per limitationem, quòd papa eſt paſtor totius eccleſiæ quãtum ad adminiſtrationem pabuli ſpiritualis verbi Dei & ſacramentorum. Hæc enim non exercentur per cõmunitatem, ſicut actus iuridici.

¶ Reſpondeo, Et negatio quidem irrationabilis infertur in ſeptuageſimo ca. ratione monſtrabitur: nunc authoritate inducta oſtenditur. Quum Dominus dicit, Paſce oues meas, illimitatè admittitur: ergo non eſt limitandum ad ſingulas & non omnes, vt negatio iſta limitat: nam ſingulæ, & omnes ſuæ oues ſunt. Secunda autem reſponſio aut nihil dicit, aut ſeipſam interimit. Nam dupliciter poteſt intelligi conceſſum quòd Papa eſt paſtor totius eccleſiæ quantum ad miniſtrandum verbum Dei & ſacramenta: primò authoritatiuè: ſecundò miniſterialiter, reſpectu totius eccleſiæ. Si authoritatiuè, ergo ipſe verè ſuperior tota eccleſiæ communitate eſt: nam authoritatiuè paſcere verbo Dei & ſacramentis, eſt actus ſuperioris abſolutè reſpectu illius, qui ſic paſcitur, vt patet inductiuè: & ſic reſponſio interimit ſeipſam: Si autem miniſterialiter, ergo non habet Papa ex ſe

in pa-

in paſcendo plus quàm in actibus iuridicis: poteſt ſiquidem, & actus iuridicos omnes vt miniſter eccleſię communitatis apud iſtos: & ſic reſponſio nihil dicit. Eſt ergo Papa verè paſtor authoritatiuè vniuerſalis eccleſiæ, & ſingularum perſonarum eius in iudicio, & iuſtitia & verbo Dei, &c. vice illius qui paſcit omnes in innocentia cordis.

CAPVT VI.

DIXI in eodem ſeptimo cap. ex illa authoritate, Fiet vnum ouile & vnus paſtor, ꝙ Papa eſt paſtor illius ouilis, & non èconuerſo.

OBIICITVR, Quòd Chriſtus dixit Petro, Paſce oues meas, non tuas: & ꝙ Chriſtus dedit poteſtatem ouili ſupra paſtorem.

¶ Reſpondeo, Quòd Petrum eſſe paſtorem ouium non ſuarum, ſed Chriſti, concludit ipſum eſſe paſtorẽ non ex ſe, neque loco eccleſiæ communitatis: vt obiicientes dicunt: quoniam oues, nec ſunt Petri, nec ſunt communitatis eccleſiæ, ſed loco Ieſu Chriſti, cuius ſolius ſunt oues propriè. Vnde ex hoc nihil aliud habetur, niſi ꝙ Petrus præeſt ouili non ſuo, ſed Chriſti: nõ ex ſe, ſed loco Chriſti. Quod autem additur, Chriſtum dediſſe authoritatem ouili ſupra paſtorẽ, voluntariè dicitur, & ipſis verbis Domini diſſonat & repugnat. Diſſonat quidem, quia ouile illius paſtoris eccleſiam conſtituit. regulare eſt autem vt paſtor præſit ouili, & nonècontra. Repugnat autem, vt ibidem deductum eſt. quia nõ fieret vnus paſtor iuxta verbum Domini, ſed duo: ſcilicet Petrus & ipſum ouile. Et quia de Petro voce Domini conſtat dicentis, Paſce oues meas, & ꝙ vnus tantùm ſit, eiuſdem authoritate Domini patet conſequens eſt vt alter paſtor fictus ſit contra Domini ſententiam.

CAPVT VII.

DIXI in eodem ſeptimo cap. ꝙ non minùs Papa eſt epiſcopus eccleſiæ catholicæ, quàm quilibet epiſcopus ſuæ eccleſiæ: ex hac propoſitione inferendo ſuperioritatem eius ſuper eccleſiam catholicam, & nõ ſolùm ſuper ſingula membra, ſicut eſt in alijs epiſcopis reſpectu ſuarum eccleſiarum.

OBIICITVR contra ſimilitudinem. Tum quia epiſcopus particularis gerit vices vniuerſalis eccleſiæ quæ eſt ſupra ſuam communitatem. Tum quia eccleſia particularis, cui præficitur epiſcopus, habet ſuperiorem in terris, qui præficit illum epiſcopum.

¶ Reſpondeo, Et primò, ꝙ ratio non fundatur ſuper ſimilitudine, ſed ſuper proprietate huius ſententiæ, Papa eſt epiſcopus eccleſiæ catholicę: quamuis declaretur ex ſimili, imò eadem ratione in alijs epiſcopis. Ambr. eſt epiſcopus eccleſiæ Mediolanen. &c. Vnde, cũ ex iſta propoſitione formaliter intellecta, Papa eſt epiſcopus eccleſiæ catholicæ, ſequatur ipſum eſſe epiſcopum cõtaris eccleſiæ ſatis habetur intentũ.

¶ Obiecta autem afferunt diſſimilitudinem, in nõ cauſa vt cauſa. nam in eo, quod eſt eſſe Epiſcopum catholicæ, vel talis eccleſiæ, poteſt conſiderari quid importet eſſe epiſcopum, & poteſt conſiderari à quo fiat epiſcopus. Et obiecta quidẽ procedunt conſiderãdo à quo fiat, vel fieri debeat epiſcopus: ratio autem procedit conſiderando quid eſt eſſe epiſcopum. Conſtat autẽ, ꝙ ad iudicandum de naturis rerum, cauſa formalis, & quod quid eſt concludit efficaciter vndecunq; fiant effectiuè: ſiue enim homo fiat à Deo, vt Adam, ſiue ab alio homine, vt nos, vnius naturæ ſumus. Et ſimiliter ſiue epiſcopus ſit à Papa, ſiue ab vniuerſali eccleſia, ſiue habeat ſuperiorẽ, ſiue non: vnius naturæ eſt, inquantum epiſcopus: quamuis alterius naturæ ſit, inquantũ ſubditus. Vnde vt vnico verbo dicatur, ratio de epiſcopo, vt ſic loquitur: obiectiones autẽ de epiſcopo, inquantum ſubditus alteri & alterius & ab altero. Propter quod cùm Papa ſit verè Epiſcopus eccleſiæ catholicę, ſequitur, vt ibidem dixi, ꝙ eſt primò epiſcopus ipſius eccleſiæ catholicæ, & ſecundariò ſingularium. Tum quia non minus eſt ipſe catholicæ eccleſiæ epiſcopus, quàm Ambr. epiſcopus eccleſiæ Mediola. eſſet enim longè minus, ſi non eſſet epiſcopus totius, ſed ſingulorum mẽbrorum tantùm. Tum quia actus proprius epiſcopi, qui eſt ſuperintendere, primò fertur ſuper bono ipſius catholicæ eccleſiæ, & ſecundariò ſuper bono ſingulorũ; vt patet ex hoc, ꝙ Papa ad hoc tenetur ſub peccato mortali ex hoc ꝙ eſt Papa: conſtat autem poteſtates per actus proprios cognoſci. Nec ad hoc video reſponſionem, niſi diceretur, ꝙ Papa habet hunc actũ, inquantum gerit vices vniuerſalis eccleſiæ, cui primò conuenit iſte actus, & ex eius commiſſione conuenit Papę. Sed hæc reſponſio põt dupliciter intelligi. Primò, ꝙ Papa habeat hunc actum dependenter ab eccleſia: ſicut Rex creatus à regno. & in hoc ſenſu falſa eſt: quia ſic Papa eſſet vicarius eccleſiæ, & non immediatè ipſius Ieſu Chriſti: ꝙ demonſtratum eſt eſſe falſum, & amplius monſtrabit. Secundò põt intelligi, ꝙ Papa habet hunc actum ex ſuo officio: ſupplẽdo, id quod eccleſiæ cõueniret, ſi nõ eſſet ſubdita. Et in hoc ſenſu eſt vera reſpõſio: ſed nihil obſtat rationi, vt patet.

CAPVT VIII.

DIXI in eodem ſeptimo cap ꝙ Papa habet ſupremam poteſtatem in eccleſia Dei: & ex hoc deduxi ipſam eſſe ſupra vniuerſalem eccleſiam.

OBIICITVR gloſſando, primò, ꝙ poteſtas Papæ dicitur ſuprema reſpectu poteſtatum particulariũ, non autem reſpectu poteſtatis cõitatis totius eccleſiæ.

¶ Dicitur ſecundò, ꝙ ex hoc ꝙ ponitur ſuprema poteſtas in Papa, & ſuprema poteſtas in eccleſia, non ſequitur, ꝙ ſint duæ ſupremæ poteſtates in eccleſia Dei: quia poteſtas Papæ eſt propter eccleſiam: iuxta illud, Poſuit vos Deus regere eccleſiam. vbi autem vnum propter alterum, ibi vnum tantum: vt patet in Topicis.

¶ Reſpondeo, Et gloſſa quidem allata repellitur ex magna differentia inter ſecundum quid & ſimpliciter. De Papa aſſeritur ſimpliciter, ꝙ habet ſupremã poteſtatẽ in eccleſia Dei, vt patet in tex. allegato ibi. gloſſa autem ponit Papam habere poteſtatem ſupremam ſecundum quid, quia in reſpectu ad aliquas, & non ad omnes poteſtates in eccleſia Dei. Repellitur quoque ex literali expoſitione illius ſuperlatiui ſupremam: poteſt enim exponi negatiuè & poſitiuè, id eſt non habens ſuperiorem, & omni alia ſuperior. & vtroque modo repugnat gloſſæ illi.

¶ Quod autem obijcitur ſequelæ, nihil eſt: quoniam ſi communitas eccleſiæ eſt tãtæ poteſtatis, ꝙ Papa ſubeſt ei, oportet quòd obiectum proprium poteſtatis eccleſiæ, & obiectum proprium poteſtatis Papę ſe habeãt ſecundum ſupra, et ſub proportionaliter, ſicut ipſæ poteſtates. Et hoc etiam eſt manifeſtum, ex eo, ꝙ commune bonum eccleſiæ totius eſt proprium obiectum poteſtatis communitatis eccleſiæ: bonum autem ſingulorum eſt proprium obiectũ poteſtatis Papæ, conſequenter loquendo: quia poteſtas ſua propria ſecundum illos, eſt primo reſpectu ſingulorum; et reſpectu boni communis totius, Papa nõ intromittit ſe, niſi vt vtens poteſtate eccleſiæ, vt inſtrumẽtum illius. eſſent ergo veriſsimæ duæ poteſtates ſupremæ, et ſubordinatæ ſimul: quod eſt ridiculum.

¶ Ad id verò quod dicitur: Poteſtas Papæ eſt propter eccleſiam, dicitur ꝙ ſecundum veritatem eſt verum

& nihil iuuat ſed ſecundum hypotheſim eorum non eſſet propter eccleſiam eodem modo formaliter ſumptam propter quam eſſet poteſtas illa eccleſiæ: quia iſta propter eccleſiam collectiuè, illa verò propter eccleſiam diſtributiuè. Vnde cùm regula ea vnitate obiecti non obſtet, & poteſtas non ſit propter poteſtatē, ſed ſub poteſtate: non video quomodo obſtet regula Topica.

CAPVT IX.

DIXI in eodem ſeptimo cap. ꝙ Papa eſt proximus & immediatus vicarius Chriſti: ergo nullam habet in terris poteſtatem priorem ſe: & inde intuli, eccleſiam non habere immediatè ordinariam authoritatem à Chriſto, & Papam non mediante eccleſia habere authoritatem, &c.

OBIICITVR Gloſsando, ꝙ Papa dicitur immediatus vicarius Chriſti: quia poteſtas vicariatus ſui eſt immediatè inſtituta à Chriſto & eccleſiæ collata: & non propterea ꝙ habeat à Chriſto non mediante eccleſia. ita ꝙ Papa eſt immediatus vicarius Chriſti, ſicut apud Apoſtolum, Reges ſunt miniſtri Dei in vindictam malefactorū: qui tamē mediāte populo ſiunt.

Reſpondeo, Et gloſſa quidem repellitur ex differentia inter medium in inſtituendo principatum: & medium in principando: differunt enim hæc ſicut cœlum & terra. Et eſſe immediatum, vel mediatum vicarium non attenditur ſecundum inſtitutionem ſolam, ſed ſecundum ipſum principaliter. Declaro ſingula breuitatis cauſa in exemplis, Chriſtus inſtituit abſque medio poteſtatem epiſcopalem & ſacerdotalem, inſtituit mediante eccleſia poteſtatem ordinum minorum, & ſubdyaconatus ſecundum aliquos: in iſtis eſt medium in inſtituendo, in illis non. Papa inſtituit legatum, cui committit vices ſuas alteri: legatus principatur ſub Papa abſque medio: vicarius autem legati cum medio in principando: dependet enim principari huius à principatu legati, & non ſola electio ipſius. Ex his autem liquet quale medium negatur, quum abſolutè dicitur aliquis immediatus vicarius alicuius principis: ꝙ, ſcilicet negatur medium in principando, vt patet inductiuè. Vnde cùm Papa abſolutè, & abſque limitatione aliqua aſſeratur proximus, & immediatus Chriſti vicarius, negatur medius principatus inter Chriſtū & papam inferior Chriſto & ſuperior papa, cuius vices gerit papa. Si enim medius principatus talis eſt, vt iſti concedunt, ponentes eccleſiæ totius communitatē eſſe talem principatum, licet papa poſſet dici vicarius Chriſti, non tamen poteſt verè dici ſimpliciter & abſolutè immediatus vicarius Chriſti: ſed immediatè vicarius eccleſiæ, & mediatè ipſius Chriſti. Immediatio autem inſtitutionis poteſtatis papæ à Chriſto, non facit ipſum papam Chriſti vicarium immediatum, niſi ſecundum quid, ſcilicet ſecundum poteſtatis ſuæ inſtitutionē, ſic enim quilibet Epiſcopus poteſt dici immediatus vicarius Chriſti, quia cuiuſlibet poteſtas immediatè eſt inſtituta à Chriſto. Cōſtat autem, ꝙ aliud intendit determinatio eccleſiæ & Sancti patres, cùm aſſeritur papam immediatum eſſe vicarium Chriſti. Vnde ratio ſtat in ſuo robore.

¶ Ad id verò quod additur de ſimili in Regibus, dicitur, ꝙ non dicuntur proximi & immediatè miniſtri Dei: ſed vices multitudinis gerendo, Dei miniſtri proculdubio ſunt. Longè autem aliter eſt de papa; qui non gerit vices multitudinis, ſed Ieſu Chriſti. Et ſcio, ꝙ inter Regem creatum à populo, vt Saul (vt ſtando in naturali iure ſit) & Regem datum à Deo, vt Dauid: & papam factum à Chriſto, vt Petrus: & papam electum ab eccleſia, vt reliqui: tanta eſt in repræſentando populum differentia, ꝙ Rex tam creatus à populo, quàm datus à Deo, populum & eius poteſtatē repræſentat: licet namq; in fieri differant inter ſe, quia alter à populo, alter à Deo præficitur: in natura tamen officij & poteſtatis non diſtinguuntur. Nam quemadmodum organum naturale (puta manus) ſi fit à Deo miraculoſè, perinde eſt ac ſi eſſet à natura: ita organum politicum puta rex: cum eſt à Deo perinde eſt ac ſi eſſet à populo. & propterea eius poteſtatem vtroq; modo ſactus repræſentat & exercet: illiuſq; vices gerere dicit, & non Dei immediatè. Papa autem ſiue à Chriſto immediatè, ſiue miniſterio eccleſiæ mediāte factus, eiuſdem etiā eſt naturæ & poteſtatis: & nō repræſentat poteſtatem populi eccleſiaſtici, nec ipſum: ſed Dominū Ieſum Chriſtum immediatè, & illius ſolius vices gerit immediatè. Et ratio diuerſitatis in rege & papa eſt: quia poteſtas regia naturali iure eſt in populo primò, & ex populo deriuatur ad Regem: poteſtas aūt papalis ſupra naturā eſt, & diuino iure in perſona vnica, nō in cōitate primò eſt: ſtatuente Chriſto, Io. 10. formā ſupremi eccleſiaſtici Regis in vnica perſona, cū dixit, Alias oues haben, & illas oportet me adducere: & fiet vnū ouile, & vnus paſtor: & determināte eodē talem formam ad perſonam Petri in ſua perpetua ſucceſsione, Ioānis vltimo, cùm dixit illi, Paſce oues meas. Vnde Papa ſolius Chriſti vicarius eſt, & non eccleſiæ. & propterea diffinitum eſt per eccleſiam, ꝙ papa in beato Petro officium ſuum vniuerſale ſuſcepit, vt patet ex allatis in libello, &c.

CAPVT X.

DIXI In eodem ſeptimo capitulo, concluſionem hanc, Papæ poteſtas eſt ſupra eccleſiā vniuerſalē & concilium generale, vt diſtinguitur contra papam.

OBIICITVR Primò authoritate Auguſtini in epiſtola ad Glorium Eleutium, Felicem Grammaticum, &c. quæ inter Epiſtolas eſt 162. vbi loquēs de depoſitione Cæciliani Carthaginen. Epiſcopi, dicit, Ecce putemus illos epiſcopos qui Romæ iudicarunt, nō bonos iudices fuiſſe: reſtabat adhuc plenarium eccleſiæ vniuerſale concilium, vbi etiam cum ipſis iudicibus cauſa poſſet agitari: vt ſi malè iudicaſſe conuicti eſſent, eorum ſententiæ ſoluerentur, &c. Et inter Epiſcopos Romę iudicantes, comprehendit Melchiadem papam: vt patet ex epiſtola illa. Ex quibus verbis manifeſtè ſequitur, quòd à papa & concilio ſimul particulari, poteſt appellari ad concilium vniuerſale, & ſententia eiuſdem ſolui.

¶ Secundò, authoritate octauæ ſynodi, can. vigeſimoprimo, cuius pars habetur vigeſimaſecunda diſtinctione, in capitulo diffinimus. vbi dicitur, Vniuerſalis ſynodus cum conuenienti reuerentia, quamlibet quæſtionem de Rom. ſede exortam audire tenetur, & in ea proficere. non tamen audacter ſententiam in Romanum pontificem dicere. Ex quo patet ꝙ licèt omnem quæſtionem de Romana ſede diffinire habeat ſynodus: id tamen cum reuerentia propter illius eminentiam facere debet.

¶ Tertiò, authoritate Damaſi papæ, quæ ponitur inter epiſtolas Ambroſij, epiſtola ſeptuageſimaſecunda, vbi Damaſus dicit reſpondendū, Cùm huiuſmodi fuerit concilij Capuenſis iudicium, vt finitimi Bonoſo atque eius accuſatoribus iudices tribuerint, aduertimus ꝙ nobis iudicandi forma competere nō poſſet. nam ſi integra eſſet hodie ſynodus, rectè de his quæ veſtrorum ſcriptorum comprehendit ſeries, decerneremus. Veſtrum eſt igitur, qui hoc recepiſtis iudiciū, ſententiam ferre: vicem enim ſynodi recepiſtis, quos ad examinandum ſynodus elegit. Et infra, Vos enim, vt ſcripſimus, totius ſynodi vice Dei decerniti: nos quaſi ex ſynodi authoritate iudicare non conuenit.

nit. Ex quibus manifeſte patet primò ꝙ papa dicit ſe non poſſe de illa cauſa cognoſcere, de qua poſſet, ſi ſynodus adhuc eſſet integra, id eſt, nihil commiſiſſet. Secundò, ꝙ papa confitetur non ſolùm concilium eſſe in eo in iudicando ſuperius, ſed etiam deputatos per concilium, in ea cauſa in qua deputati ſunt.

¶ Quartò, authoritate canonis in cap. ſi duo. diſt. 79. vbi dicitur, ꝙ ſi duo contendunt de papatu, concilium eſt iudex: ergo habet ſuperioritatem in vtrunq;: nullus enim eſt alterius iudex ordinarius, quin ſit iuriſdictionis ſuperior.

¶ Quintò, ratione, papa & reliqui prælati quicquid iudicant, &c. faciunt vt miniſtri eccleſiæ, non ſolùm finaliter (id eſt, propter eccleſiam) ſed effectiuè authoritate eccleſiæ: ergo in eccleſia eſt primò authoritas. Antecedens probatur: quia agere dicuntur ſecundum intentionem eccleſiæ. Sequela autem eſt manifeſta, & confirmatur, quia ſuffragia, quibus priuatur excommunicatus, & indulgentiæ non ſunt prælatorum, ſed eccleſiæ. Et confirmatur iterum: quia ſicut Deus condens humanum genus, dedit poteſtatem regiminis ciuilis ad finem naturalē, non vni, ſed communitati, &c. ita regenerās idem ad finem ſupernaturalē, dedit ptātē ſpiritualis regiminis ad illū finem cōitati eccleſię, &c. Et ſicut quandoq; prouidit populo, dando principem, vt Moyſem: ita prouidit eccleſiæ, dando Petrum. Et confirmatur tertiò: quia aliter politia eccleſiaſtica nō eſſet ita bene ordinata ſicut ciuilis: nam iſta poteſt prouidere ſibi, principe poteſtate abutente in deſtructionem: eccleſia autem non poſſet, ſi non eſſet ſuperior papa. Et confirmatur quartò: quia ipſe papa eſſet miſerabilior cæteris, ſi à malo compeſci non poſſet. Et cōfirmatur quintò: quia papa eſt eccleſiæ filius, ac per hoc ſubditus. Antecedens patet ex Ambroſ. in libro de Symbolo, Non habebit ibi Deum patrem, qui noluit habere eccleſiam matrem. Sequela patet Prou. 10. Stultus deſpicit matrem ſuam.

¶ Sextò etiam ratione. Si papa habet poteſtatem ſuper totum reſiduum eccleſiæ collectiuè, ergo poteſt aliquem actum iuriſdictionis in illud totum etiam inuitum exercere: ſed hoc eſt falſum: quia non poteſt illud totum excommunicare aut interdicere: nec ad aliquid ipſo renitente obligare: vt patet per illud Augu. Leges inſtituuntur, cùm promulgantur: firmantur cùm moribus vtentium comprobantur. diſtin. 4. can. in iſtis.

¶ Septimò: quia poteſtas eccleſiaſtica prius tempore eſt in eccleſia, quàm in aliquo ſummo Pontif. quia illa fuit inſtituta & eccleſiæ collata Matth. 18. iſta autem Ioan. vlti. Petro data eſt. Et ideo ſi Chriſtus Petrum papam non inſtituiſſet potuiſſet hoc eccleſia facere committendo ei ſuam poteſtatem: nec potuiſſet illam ab eo auferre, niſi ex cauſa rationabili: ſicut populus poteſt reſpectu Regis.

¶ RESPONDEO, Ex authoritate illa Auguſtini non ſequitur concilium eſſe ſupra papam. ſed dupliciter argumētum ex illa deficit. Primò quia æquiuocat de concilio. nam quæſtio noſtra eſt de concilio diſtincto contra papam, ſeu ſecluſo papa, quod eſt concilium acephalum. Aug. autem loquitur de vniuerſali concilio cum Papa, vt patet ex hoc, ꝙ ponit pręſentiam iudicum, id eſt Epiſcoporum, qui iudicauerant. Conſtat autem ꝙ non licet arguere à concilio, ad concilium acephalum. Secundò deficit: quia ex hoc ꝙ reſtabat refugium concilij vniuerſalis, infertur ſuperioritas: eſt enim hic ſophiſma conſequentis. Poteſt enim recurſus iſte haberi propter multas cauſas, ſcilicet excluſionem ſuſpicionis, pleniorem diſcuſſionem, maiorem ſapientiam, perſonalem tractatum, & quicquid eiuſmodi eſt: vt patet ex continua conſuetudine appellantium ad eundem iudicem (puta papam) plenius informandum, & cauſam per alios tractaturum iudices, &c. Et hoc conſonat literali ſenſui Auguſtini: vbi propter præſentiam omnium prælatorum potuiſſet cauſa ita diſcuti, vt etiam iudices qui primò in partibus, & qui ſecundò Romæ iudicarunt, perſonaliter præſentes rationes iudicij conferre potuiſſent, & vniuerſali omnium iudicio decerni, & etiā diſſolui prius malè iudicatum. Ad nihil enim horum exigitur maior authoritas intenſiuè, quàm papæ: ſed ſua ſufficit cum maiori diſcuſſione, ſapientia, &c. vt quotidie videmus. Eſt etiam cum his omnibus in concilio vniuerſali maior authoritas extenſiuè, & maior ſolēnitas iudicij: quæ omnia ſententiam eius omni exceptione maiorem reddere videntur.

¶ Ad ſecundum ex authoritate octauæ ſynodi, dicitur quòd malè exponuntur verba ſynodi, dicendo quòd ſynodus negat modum iudicandi papam (ſcilicet audacter) & non iudicium ipſum. Et quòd hæc expoſitio ſit mala, probatur: quia ly Audacter, aut importat vitium audaciæ, aut importat authoritatem. Si primum, cùm illud ſit vitandum reſpectu cuiuſcunque, & non ſolùm reſpectu papæ, ridicula eſſet deciſio ſynodi, quòd ipſa non debet vitioſè, vel ex paſſione iudicare papam, &c. ſi ſecundum habetur contrarium expoſitionis allatæ. Vnde literalis ſenſus eſt, ꝙ dicere ſententiam in Romanum pontificem eſt audaciæ vitium: illa ſiquidem negatio præpoſita non modum ſolùm, ſed totum negat. Dicendo igitur, Non tamen audacter dicere ſententiam in Romanum pontificem, ſignificat: quòd non niſi audacter dicere poteſt ſententiam in Romanum pontificem. Sicut cùm dicimus, quòd de manifeſtis licet nobis iudicare, de corde autem occultis non licet nobis temerè diffinire: non intendimus negare modum diffiniendi tantum, (puta temerè,) ſed intendimus determinare, ꝙ ipſa diffinitio de occultis cordis eſt temeraria. Determinat ergo ly, Audacter naturam iudicij in papam: ſicut ly Temerè, in exemplo dato naturam iudicij in cor. Et propterea ex hac authoritate habetur oppoſitum eius quod arguentes intendunt. In cuius ſignum, ſynodus dicit ſibi competere audientiam, & progreſſum in quæſtione de Papa cum reuerentia, & de ſententia ſubdidit illam negatiuam, quam non ſubiunxiſſet, ſi etiam ſententia cum reuerentia ſibi competeret, ipſa quippe diſtinctio expoſitionis confutatæ defectum oſtendit. Cùm autem legeris hæc, memento quòd ſermones morales de iis ſunt, quæ regulariter accidunt. In caſu quippe hæreſis pertinacis in Papa, ſynodi iudicium depoſitiuum Papæ abſque audacia eſſet.

¶ Ad tertium ex authoritate Damaſi, dicitur, quòd neutrum deductorum ex illa authoritate ſequitur. Nam in illis verbis non negat potentiam, ſed formam iudicandi ſibi competere poſſe. Et huius negationis cauſam reddit, non impotentiam aut ſubiectionem ſuam, ſed indecentiam: vt patet in illis verbis. hoc autem ſatiſfaciare eſt principibus. Quin etiam ſi dixiſſet ſe non poſſe iudicare, verum dixiſſet, & à conſuetudine principum non receſſiſſet: qui eā ſe negant poſſe facere, quæ indecenter facerent ſi exaudirent. Conſtat autem, quòd indecens eſt determinationes concilij etiam prouincialis ſoluere: quantò magis concilij generalis, quorum decreta etiam Papam in foro conſcientiæ ligant, non minus quàm propria vnde, & ſecundum ſacros canones ad Romanum pontificem præcipuè ſpectat ſeruare ſtatuta Patrum. Et ſi notaueris eandem authoritatem, contra arguentes facit, pro quanto inſinuat excellentiam ſuam tantā, ꝙ eum quaſi ex ſynodi authoritate iudicare nō cōuenit.

¶ Ad quartum ex authoritate Canonis, dr̄ ꝙ gratis conceſſum eſt, quòd Papa incertus ſubditur concilio

Duobus enim contendentibus incertis, iudicat eccleſia: ſed ſi alter eſſet certus & indubitatus, eccleſia nõ iudicaret, ſed adiuuaret certum, obediendo, condemnando antipapam, &c.

¶ Ad quintum ex ratione, quia prælati ſunt miniſtri eccleſiæ, dicitur quòd prælati dicuntur miniſtri Chriſti & eccleſiæ. Chriſti quidem & effectiuè (quia ab illo habent ſuam poteſtatem effectiuè) & ſuppoſitaliter, myſticè tamen, quia omnes prælati ſunt velut membra Chriſti iuxta illud Aug. ſuper Io. Si præpoſiti eccleſiæ paſtores ſunt, quomodo vnus paſtor eſt, niſi quia ſunt illi omnes vnius membra paſtoris? Eccleſię autem integræ (id eſt cum capite ſuo, quod Chriſtus eſt) miniſtri etiam dupliciter dici poſſunt, ſcilicet effectiuè ratione partis, ſcilicet capitis, à quò habent prælati authoritatem, & integraliter: quia ſunt membra eccleſiæ reliquæ à capite, non vt ſuppoſiti, ſed vt corporis myſtici partes integrales. Et hæc dicimus loquendo de prælatis eccleſiæ abſolutè, non de iſto ordinato & inſtituto ab illo: ſic enim eſſet quæſtio de illo alio, & ſic de aliis. Ex quibus patet, ꝙ prælati eccleſiæ propriè loquendo, non ſunt miniſtri eccleſiæ effectiuè, niſi ratione capitis, ſcilicet Chriſti: & conſequenter non ſunt miniſtri eccleſiæ vt dominæ, niſi ratione capitis: propter quod Paulus dicit, Si quid ago donaui in perſona Chriſti. & rurſus, Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti. Ex hoc autem ꝙ miniſtri eccleſiæ dicuntur agere ſecundum intentionem eccleſiæ, non plus habetur quàm dictum eſt: quia, ſcilicet agunt ſecundum intentionem eccleſiæ in capite, & in corpore ab ipſo capite diffuſam. Quamuis hoc poſſit etiam intelligi ſecundum intẽtionem eccleſiæ, id eſt ſecundum intentionem eccleſiaſtico officio debitam: hac enim intentione confici, & conferri dicuntur ſacramenta, &c.

¶ Ad primam confirmationem, quia ſuffragia ſunt non prælatorum, ſed eccleſiæ dicitur, ꝙ falſum eſt ſuffragia non eſſe prælatorum, vt diſpenſatorum: quamuis ſint eccleſiæ integræ vt proprietariæ: ſed hoc nihil aliud concludit, niſi prælatos ab eccleſia integra ratione capitis poteſtatem habere. Vnde omnia deficiunt ob æquiuocationem ad propoſitum ab eccleſia integra ad eccleſiam, vt diſtinctam contra caput. Ad ſecundam confirmationem de ſimilitudine conditionis, & regenerationis generis humani, dicitur ꝙ apertiſſimè conſtat falſum aſſumi, & diſſimiliter Deum inſtituiſſe. Nam in ordine ad finem naturalem poteſtatem communitati indidit, & non vni, in ordine autem ad finem ſupernaturalem, poteſtatem dedit vni, & nõ communitati, præfecit enim Ieſum Chriſtum, ſecundum ꝙ homo eſt, in principem & caput omnis eccleſiæ, vt patet, & hoc nõ præueniendo ſicut in ciuilibus, ſed inſtituendo, vt patet. Et ſcito, ꝙ argumentum deficit ex eo, ꝙ non attendit ordinem primarium regenerationis humanæ, ſicut attendit primarium ordinẽ conditionis humanæ, ſed declinat ad ordinem ſecundarium eccleſiæ, qui eſt in tempore abſentiæ principis, qui abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum & reuerti. Quæ declinatio manifeſtè defectiua eſt: quia primario in vno, primarium in altero reddendum proportionaliter eſt. Hic autem ſecundarius ordo in eccleſia naturam ſi ſequitur principalia, abſque omni contradictione optimus videtur. Sic autem poteſtas in vno principis vicario non in communitate locanda eſt, & locata ab ipſo principe in Petro. Vnde patet, quòd non præuenit princeps eccleſiam, ſed ſuapte natura ordinem regiminis ſpiritualis proſecutus, in Petro & eius ſucceſſoribus vicariatum ſuum locauit. Ad tertiam confirmationem iam patet, quòd optimè prouiſum eſt politiæ ſpirituali in ſuo naturali principe, qui peccare non poteſt, in ordinatione autem vicarij illius optimè quoq; prouiſum eſt, dum ſuauis diſpoſitio ſeruata eſt. Supernaturale nanq; regimen (quale eſt papatus) ſuapte natura ſupernaturalem defenſionem & remedium ſibi vendicat: quale Dominus Ieſus Chriſtus ſibi authoritatiuè reſeruando electionem, & eccleſiæ reliquæ miniſterio orationum inſtituit. Hoc.n. ſuaue, & efficax eſt remedium, vt in loco ſuo inferius amplius monſtrabitur. Vnde falſum eſt dominum Ieſum Chriſtum minus bene ordinaſſe politiã eccleſiæ etiam ſub ſuo vicario quàm politiam ciuilem in humanis, quoniam vtrobiq; non idem, ſed proportionale remedium contra malũ principem datum eſt. Ita ꝙ eccleſia poteſt ſe & cõtra illũ tueri, & deponere votis & operib. eccleſię proportionatis, ſ. orationibus, ieiuniis, eleemoſynis, hæc.n. efficaciora ſunt cæteris cauſis ſecundis: quia ſuperiores ſunt reliquis, & propriè vniuerſali ſaluti eccleſiæ, ſed non omnes capiunt verbum iſtud. Ad quartam confirmationem dr̃ ꝙ immediatè ſuſceptus ſub cura Chriſti viuentis, & ſpecialiter de ipſo curam habentis, non eſt miſerabilior cunctis, niſi ratione ſeruitutis vniuerſalis, & periculi maximi, & hmõi, talis autem eſt Papa, qui non poteſt coactiua pęna puniri, ſed tenetur ex amore liberè operari. Felicitatis.n. quædam inchoatio eſt non miſeriæ, eſſe in ſtatu in quo nõ ſicut ſeruus ſub lege, ſed ſicut liber in gratia cõſtitutus homo adhoc mortalis eſt poſitus: vt in Papatu contingit. Ad quintum dr̃, ꝙ Papa inquantũ ſingularis perſona eſt filius eccleſiæ, quia regeneratus, nutritus & inſtructus ab eccleſia ſicut cæteri, inquantum autem Papa, eſt filius eccleſię integræ, hoc eſt cum ſuo capite, & pater non filius reliquæ eccleſiæ. ſed in his & ſimilibus aduerte tu, cui hæc & ſimilia obiiciuntur, ne ęquiuocatio de eccleſię vocabulo te fallat, vt ea, quę dicuntur de eccleſia integra (ſiuè cum capite ſiue cum vices capitis habente) ad eccleſię communitatem ſecluſo capite applicata ſuſcipias; hęc enim te deciperent.

¶ Ad ſextum argumentum principale dicitur cũ Apoſtolo, Quòd omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt: & rurſus: Omnia poſſum, ſed non omnia ędificant. Conceditur igitur, ꝙ Papa poteſt quantum ex poteſtatis ſuæ authoritate eſt, actum iuriſdictionis etiam in inuitam eccleſiam reliquam exercere: ſed nõ expediret, ſi non ędificaret. Nec valet argumentũ, Nõ poteſt illam excommunicare, ergo non poteſt aliquẽ actum iuriſdictionis in inuitam exercere: vt patet. Ad probationem autem ex authoritate Aug. dicitur, ꝙ potius probat oppoſitum. Si enim leges inſtituuntur cùm promulgantur, Papa promulgando legem in totam eccleſiam inſtituit abſque eccleſiæ conſenſu: poteſt igitur ipſe ſolus inſtituere legem in illam. Firmitas autem ex conſenſu vtentium, non ex parte authoritatis, ſed executionis ſe tenet. Quod conuincitur ex eo, ꝙ ſtatutum vniuerſalis concilij integri etiam conſenſu vtentium firmatur, ita ꝙ non ligat quando eſt à diſſenſu vtentium infirmatum: & tamen nullus dubitat vniuerſale concilium integrum firmitatem authoritatis legibus ſuis dare. Prouenit autem hæc legum infirmitas ex diſſenſo vtentium etiam ab ipſis legiſlatoribus negatiuè, pro quanto tolerando diſſimulant, & implicitè reuocant quod fecerunt. Et meritò: quia lex (vt dicitur diſt. 4. c. erit) debet eſſe patriæ, loco, temporique conueniens.

¶ Ad ſeptimum dicitur, ꝙ falſum aſſumitur, nã poteſtas eccleſiaſtica primò fuit in primo ſummo Põtifice domino Ieſu Chriſto, qui Pontifex aſſiſtens futurorũ bonorũ, ęternã redẽptionẽ inuenit. Falſum quoque monſtratũ eſt eſſe quòd Dominus per illa verba quę habentur Matth. 18. poteſtatem eccleſiaſticã dederit eccleſiæ, quamuis promiſerit ei ſuper ſuos ſubditos, vt ſuperiùs diffuſè diſcuſſum eſt. Aequiuocatio demum

incidit iam dicta ab eccleſia ad eccleſiam ſecluſo capite declinando. Reliqua autem quæ arguendo afferuntur (ſcilicet quòd eccleſia potuiſſet inſtituere Petrum Papam) quàm falſa ſint ex ſupradictis patet: quia ſi potuit eccleſia vnquam inſtituere Papatum in vno & eius ſucceſſores, vt Chriſtus fecit, poſſet quoque illum inſtituere in triumuiratu, vel aliquo huiuſmodi: quia eiuſdem eſt inſtituere, & inſtituta mutare pro loco & tempore.

CAPVT XI.

DIxit in 8. capitulo quòd concilium Conſtantien. pro illo tempore primo quo fecit illa decreta de poteſtate ſynodi, non erat verum concilium vniuerſalis eccleſiæ. Et quòd Baſilien. errauit illud ſequendo.

OBIICITVR dupliciter, Primò quòd blaſphemaui, Secundò, quia concilium Conſtantien. ſub obedientia Ioan. 23. erat verum concilium vniuerſale: quia ſuccedebat concilio Piſano, in quo fuerat vnio eccleſiæ, depoſito vtroque Papa (ſcilicet Grego. 12. & Bened. 13.) & electus Alexander quintus, cui ſucceſſit Ioan. 23. qui congregauit illud Conſtantien. concilium.

RESPONDEO, Et primò quò ad Conſtantienſe concilium.

Si ego blaſphemo, quare Gregorius 12. qui expreſsè recuſauit in actu vnionis eccleſiæ recognoſcere concilium illud pro tunc, vt concilium illud non blaſphemus, ſed vir pacis, & eccleſiæ amator habitus eſt? vt patet in geſtis eiuſdem concilij, ſeſsione 43. Quare obedientia Benedicti 13. inter fœdera vnionis, & in actu vnionis eccleſiæ recuſationem talis pro tunc concilij volens & faciens, non blaſphema, ſed catholicæ vnitatis ſtudioſa eſt habita? vt patet in ſeſſione 20. & 22. Quare Sigiſmundus Imperator, qui præſedit illi concilio, vt ſatisfieret recuſationi illius concilij, non blaſphemus, ſed defenſor eccleſiæ habetur? Quare demum ipſummet tunc Conſtantien. concilium, cùm negauit facto ſeipſum eſſe concilium non ſemel, ſed bis (primò in acceptando præſidentiam Imperatoris, & authorizari ſe in concilium à Gregorio 12. ſecundò in acceptando ſe conuocari ab obedientia Benedicti. 13. & conuocare illam) non blaſphemauit? Et ſi potius ſcandalum permitti debet à qualibet ſingulari perſona, quàm veritas deſeratur, quomodo concilium vniuerſale à Spirituſancto rectum, potiùs veritatem deſeruit ſeipſum facto negans quàm ſcandalum permittere voluit iam natum? Ex his autem rectè conſideratis patet, quòd concilium illud non reputauit ſeipſum certum & indubitatum concilium illo tempore: & propterea huiuſmodi negationes admittebatur, dans operam vt vnum certum & indubitatum concilium fieret cum indubitato capite: vt tandem fuit. In quo igitur ego erro, ſi dubia & incerta pro dubijs incertiſque habui? nihil enim dixi aliud in ſententia. Nam dubia & incerta pro vera authoritate refutari conſtat, veritatiſque authoritatem eis tribuere nepfas eſt.

¶ Ad ſecundam obiectionem de ſucceſſione ad concilium Piſanum, dicitur, quòd nec illud concilium conſtat fuiſſe certum & indubitatum: vt cæteris omiſsis patet ex duobus. Primò: quia aſſertio iſta reuocaret antiquum ſchiſma: quid enim aliud eſt dicere, concilium illud Piſanum cum Alexandro 5. certũ & indubitatum, quam certè & indubitatè damnaſſe Gregorium 12. & Benedictum 13. cum ſuis obedientijs? Hoc autem eſt redire ad illud ſchiſma. Secundò: quia ipſum Conſtantien. concilium ſub obedientia Ioan. 23. licet crediderit ſe eſſe vniuerſale concilium ſuccedens Piſano, non tamen hoc pro certo & indubitato tenere ſe conteſtatum eſt facto ſuo; vt patet ex dictis.

¶ Accedit ad hæc, quòd ſine Papa diffiniuit: & propterea ſi fuiſſet etiam tota reliqua eccleſia repræſentatiuè potuiſſet errare, nec fuiſſet concilium generale perfectum ſimpliciter: vt patet in libello.

¶ Quò ad concilium verò Baſilien. vniuerſalis eccleſiæ reſponſionem replico; quæ Eugenium adorauit, concilium Florentiæ vniuerſale ex Orientali etiam eccleſia celebrauit in materia fidei, &c. Si ego blaſphemaui, quis excuſat eccleſiam à blaſphemia?

CAPVT XII.

DIxi In capitulo 9. gloſſando verba Aug. Petrus quando claues accepit, eccleſiam ſignificauit, & ſimilia, quòd in hoc ſenſu dicta ſunt, quia officiũ capitis perpetuò, in Petro & ſucceſſoribus data hęc ſunt & propterea in perſona eccleſiæ dicitur Petrus ſuſcepiſſe hæc.

OBIICITVR, Quòd non ſit iſte ſenſus intentus ab Aug. quia ſequeretur, claues datas eſſe eccleſiæ finaliter, & non formaliter: cuius oppoſitum vult ibi Auguſt.

RESPONDEO, Quòd ſequela non tenet: imò ſequitur ex illo ſenſu claues eſſe datas eccleſiæ formaliter: tum quia quod datur capiti formaliter, verè etiam datur corpori, cuius eſt illud caput formaliter: tum quia datum capiti & corpori formaliter, quàmuis corpori mediante capite, conſtat datum eſſe toti formaliter: ſic autem eſt in propoſito, vt patet. Sed argumentum præter hoc fallitur in æquiuoco de eccleſia in terris, capite ſcilicet & corpore, (de qua loquitur Auguſt.) ad eccleſiam pro corpore tantum, vt quoddam vnum integrum, cuius Papa ſit vicarius; quod eſt fictitium. Firmatur autem ſenſus à me aſſignatus, ex eo quòd expoſui Auguſt. ex ipſomet Auguſt. inquit enim in lib. de Agone Chriſtiano, Non ſine cauſa inter Apoſtolos, eccleſiæ catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus: huic enim eccleſiæ claues datæ ſunt cum Petro datę ſunt. & cum ei dicitur, ad omnes dicitur, Amas me, Paſce oues meas. Hæc ille. Conſtat enim quòd Petro vt diſtincto ab alijs, & pro ſe & ſucceſſoribus datus eſt Papatus, per illa verba, Paſce oues meas, Ioan. vlt. Et Auguſt. idem iudicat de hoc actu, & de acceptione clauium: ratione igitur officij capitalis & perpetui in eccleſia diffuſi Auguſt. dicebat quòd perſonam eccleſiæ gerebat.

CAPVT XIII.

DIxi In eodem capitulo 9. quòd Papa non poteſt errare errore iudiciali in fide, quàmuis poſſit errare perſonaliter: quia ad ipſum ſpectat finalis determinatio de fide: vt decret. primo: & S. Thom. poſt dicit & probat ratione & authoritate Cyrilli & Maximi.

OBIICITVR Primò, quia duo ſummi Pontifices determinauerunt contraria in his, quæ fidem tangunt: ergo alter eorum errauit errore iudiciali in fide. Aſſumptum patet de Ioan. 22. & Nicolao 3. quorum vnus determinauit iudicialiter Chriſtum & Apoſtolos nihil habuiſſe in communi nec in particulari, alter oppoſitum: vt eſt videre in eorum extrauagantibus.

¶ Secundò, Quia Innocentius, & Cœleſtinus determinauerunt contraria ſuper illa propoſitione, Vno coniugum ad hæreſim tranſeunte alter qui remanet in fide, poteſt ad ſecunda vota tranſire: vt patet in ca. quanto, de diuortijs & gloſſa ibidem.

¶ Tertiò, Quia aliqui ſtatuerunt contra Euangelium: vt Pelagius. qui conſtituit vt ſubdyaconi Siciliæ à ſuis vxoribus abſtinerẽt, quas in minoribus duxerant, aut ab officio ceſſarent: quam conſtitutionem quia erat impia & contra Euãgelium retractauit beatus Gregorius primus eius ſucceſſor: vt patet in diſt.

21. c. ante

21.c. ante triennium. in textu & gl. ſicut enim potuit iudicialiter ſtatuere contra Euangeliũ, ita & diffinire.

¶ Quartò, Quia ſequeretur quòd ſummus Pontifex non poſſet eſſe hæreticus circa propoſitiones non dum determinatas, vt erat articulus de proceſſione Spiritus ſancti à Filio. Et tenet conſequentia: quia nõ poſſet eſſe pertinax cõtra ſuipſius determinationem. Sequeretur etiam quòd determinatio etiam ſolius ſummi Pontificis ligaret ſuum ſucceſſorem. Sequeretur etiam, quòd Papa verè hæreticus malè iudicari poſſet: quia decideret obiecta contra eum eſſe intelligenda in aliquo ſenſu ſuæ aſſertioni conſono.

¶ Quintò, arguitur ad hominem, Quia ego contradico mihimet in hoc eodem libello. nam in fine quarti capituli dictum eſt, quòd ſententia Ioannis Euangeliſtæ præualuiſſet ſententiæ Clementis Papæ in doctrina fidei, & nunc dicitur, quòd Papa non poteſt errare in iudicio fidei. hæc enim cõtradicunt, quia non præualuiſſet ſententia Ioannis, ſed tantũ fuiſſet ſtandum ſententiæ Clementis Papæ quantum ſententiæ Ioannis, imò & plus: & quia apud Clementem fuiſſet vltima deciſio fidei iuxta hic dicta, ſicut apud Petrum, ſi adhoc ſuperuixiſſet.

¶ Sextò, Quia fruſtra fuiſſent congregata quatuor concilia generalia principalia contra quatuor hæreſiarchas, puta Nicenum, Conſtantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonen. Et tenet cõſequentia: quia ſuffeciſſet ſolius Papæ deciſio: imò apud aduerſarium tantæ eſt poteſtatis ſolus Papa in diffiniendo, ſicut aggregatum ex ipſo & reſiduo.

¶ Septimò ex Occam, Quia Innocentius tertius (vt habetur extrà, qui filij ſint legitimi in cap. per venerabilem) dicit: Cum Deuteronomium ſecunda lex interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo teſtamento debeat obſeruari. Quæ verba ſi vniuerſaliter ſecundum literalem ſenſum intelligantur, hæreſim ſapiunt: quia cæremonialia ibidem in capitulo 13. & 14. non ſunt ſeruanda. Si verò myſticè intelligantur, nihil ſpeciale de Deuteronomio dicunt: quia omnia myſticè ſeruanda ſunt, vt legitur diſtinct. 6. can. hic itaque.

¶ Octauo ex eodem, Quia nonnulli ſummi Pontifices inueniuntur diffiniuiſſe ſe in tẽporalibus habere ſupremam poteſtatem, cæteri verò oppoſitum.

¶ Nonò, Quia non eſt veriſimile, quòd homini potenti in iis quæ ſunt fidei errare, commiſerit Deus vltimam fidei deciſionem.

Respondeo, Et ad primum quidem dicitur quòd falſum aſſumitur, ſcilicet quòd vnus Papa, ſcilicet Nicolaus determinauit iudicialiter Chriſtum & Apoſtolos nihil habuiſſe in communi. Nam manifeſtè Nicolaus (vt patet in 6. de verborum ſignificatione exiit qui ſeminat) dicit, Egit namque Chriſtus & docuit perfectionis opera: egit etiam & infirma, ſicut interdum in fuga patet & loculis: ſed vtrunque perfectè perfectus exiſtens, vt perfectis & imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet. Hæc ille. Vbi manifeſtè patet, quòd Nicolaus aſſerit Chriſtum habuiſſe aliquid: valet enim ſequela, Nicolaus aſſerit Chriſtum habuiſſe aliquid, vt imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet: ergo aſſerit Chriſtum habuiſſe aliquid. Ioannes ergo 22. q. tt. determinauit hæreticum eſſe, tenere quòd Chriſtus & Apoſtoli nihil habuerunt in communi, quia contradicit ſacræ Scripturæ, veritatem fidei determinauit, cuius contrarium non determinauerat Nicolaus.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd neuter illorum Pontificum diffinitiuè determinauit. Nam de Cæleſtino in cap. quanto de diuortijs, Innocentius dicit, Licèt quidam prædeceſſor noſter ſenſiſſe aliter videatur: & de ſeipſo ſubiungit, reſpondendo oppoſitum, Non credimus quòd in hoc caſu is qui relinquitur, viuente altero, poſſit ad ſecundas nuptias conuolare. Vbi verba ipſa (videlicet, videtur aliter ſenſiſſe, & Non credimus) oſtendunt quòd non diffiniendo in materia fidei loquuti ſunt.

¶ Ad tertium dicitur, quòd Pelagius, ſi ſtatuit illud, nihil contra, ſed ſupra Euangelium ſtatuit. Quod manifeſtè patet ex hoc, quòd ſtatutum illud ſuos obſeruatores aut in bono ſupererogationis locabat, ſi cõtinerẽtur: aut in nullo malo, ſi non continentes ſe ſuſpendebant ab officio: vt quidam ſubdyaconus fecit.

Eſt autem hic aduertendum, quantum creſcat infamia per diuerſa ora paulatim: nam ſanctus Gregorius de hoc ſtatuto loquens dicit, & quòd dyaconus authoritate tamen Papæ hanc prohibitionem fecit (vt patet. 27. q. 2. c. multorum) & quod ſibi durum ac incõpetens videtur, vt patet in ca. ante triennium. diſtinct. 31. Gloſſa verò ibidem auget, dicens, quòd Pelagius hoc fecit, & quòd illa conſtitutio fuit iniqua, arguẽs autem amplius auget, dicens, quòd Romanus Pontifex ſtatuit contra Euangelium.

¶ Ad quartum dicitur, Negando primam ſequelam, ſcilicet quòd Papa non poſſit eſſe in non deciſis hæreticus. Nam ſi ille, qui eſt Papa, tenuiſſet pertinaciter, Spiritũ ſanctum non procedere à Filio, etiam ſi ab eccleſia ſic determinaretur, fuiſſet hæreticus. Per accidens autem eſt, quòd ab ipſo, vel alio determinatio eccleſiæ fieret, ſtandum eſt enim in formalibus & per ſe, & non declinandum ad ea, quæ ſunt per accidens in quacunque ſcientia. Et ex hoc patet reſponſio ad ſecundam ſequelam. Nam determinatio vnius Papæ in materia fidei ligat per ſe omnes perſonas eccleſiæ, quarum ſunt actus credendi: & ſic perſona propria & ſucceſſoris ligatur ad tenendam determinationem ſemel factam de fide. Ad tertiam autem ſequelam dicitur, quòd cũ id quod imputaretur Papæ pro hæreſi, non eſſet deciſum adhuc per eccleſiam, & ipſe non teneret hoc pertinaciter: ſed defenderet eſſe conſonum ſacræ Scripturæ & fidei eccleſiæ, non eſſet hæreticus formaliter, etiam ſi materialiter erraret in his quæ ſunt fidei. Et propterea non ſequitur, quòd Papa malè poſſet iudicari de hæreſi in caſu quò iudicandus eſt, ſcilicet de hæreſi formaliter: in his enim non habet locum interpretatio ad iſtum vel illum ſenſum.

¶ Ad quintum dicitur, quòd nulla eſt contradictio in dictis meis allatis. Nam benè ſimul ſtat tam Ioannem quàm Clementem non poſſe errare, & tamen alterum eſſe ſupra alterum: poſſunt enim eſſe duo omnino recta ſubordinata: vt patet apud omnes de eccleſia vniuerſali præſenti, & de ſacra Scriptura. Dicendo autem, quòd ſententia Ioannis præualuiſſet ſententiæ Clementis Papæ, nihil aliud dixi, niſi quòd Clementis ſententia ſubordinata erat ſententiæ Ioannis. Ad id verò, quod adiungitur, quòd ſequeretur oppoſitum bonus, negatur ſequela. Nam cùm dicitur, quòd ad Papam ſpectat finalis determinatio de fide, intelligitur in ordine & gradu ſuo, ſcilicet ſub ſacra Scriptura, cuius author eſt ſpiritus ſanctus. Et quia Ioannes Euangeliſta in doctrina fidei locum ſacræ Scripturæ tenebat (ſicut Euangelium ſuum hodie tenet) ideo nõ ſequitur quod magis Clementis quàm Ioannis eſſet ſtandum ſententiæ, ſed è contrario. Et ex hoc patet reſponſio ad ſimile allatum arguendo de Clemente & Petro, quòd ſcilicet non eſt eadem de vtroque ratio: quia Petrus non ratione papatus, ſed apoſtolatus, locum etiam ſacræ Scripturæ tenebat, ſicut nunc tenent Epiſtolæ eius, & hunc ſenſum expreſsè aperui in libelli illius loco allegato dicens, Præualuiſſet ſententia Ioannis ſententiæ Clementis Papæ in doctrina fidei, ſicut modo præualet Euangelium Ioannis ſententiæ cuiuſcunque Papæ & totius eccleſiæ.

¶ Ad

¶ Ad ſextum negatur ſequela: quòd ſcilicet fruſtra fuiſsent concilia illa principalia in materia fidei congregata. Concilia.n.non propter poteſtatem intẽſiuam, ſed extenſiuam, & propter diſcuſsionem & collationẽ cum multitudine uniuerſali ſapientũ in fide, & propter indubitabiles & acceptatos ab omnibus iudices omni exceptione maiores, congregantur in materia fidei. Probatio aũt ſequelæ procedit, acſi propter habendam ſolam authoritatem intenſiuam concilium congregandum eſſet, quod falſum eſt. Nam licet papa ſolus tantæ intenſiuæ ſit authoritatis, quantæ ipſe cum reſiduo, non tamen tantæ extenſiuæ, non tamen tantæ ſapientiæ, non tamen tantæ acceptationis indubitatæ ab omnibus, vt patet de ipſis oppoſitum ſentientibus, non tamen tantæ ſolennitatis, quæ animos humanos cõiter multum afficit, non demum tantæ bonitatis, & gratiæ coram Deo, quæ apud multitudinem hominũ multum valet ad perſuadendum ꝙ a Spiritusſancto regitur, & errare non poteſt. Oportet enim ea quæ totam eccleſiam tangunt in ſingulis ſic fieri, ut acceptabilia facillimè omnibus ſint, & ad hoc multum ualent vniuerſalia concilia a probis præcipuè prælatis celebrata.

¶ Ad ſeptimũ dr̃, ꝙ quia duæ ſunt leges diuinæ.ſ. vetus & noua, & noua eſt ſecunda ordine generationis, ideo vocabulum illud.ſ.ſecunda lex, nouæ legi cõuenire ex vi uocabuli dicitur. & argumentum ex conuenientia vocabuli ſumpſit Innocentius. Et hoc expreſsit, ne intelligeretur, ꝙ abſolutè concluderet, ſed quantum eſt ex vi vocabuli. Et hoc diminuit argumẽtum, non auget, vt patet, quoniam in uoce vna latent multa. Vnde ex hac conuenientia quandam perſuaſionem intendebat, qua mandata in Deuteronomio, nõ ad literam, ſed proportionabiliter ſecundum conuenientiam ad tempus gratiæ ſeruando erant, quando, vbi, &c. expediret. Vnde ipſe mandatum vnum iudiciale ex Deuteronomio aſſumens, & tractans, non ad literam, ſed iuxta conuenientiam ad ſacerdotiũ Petri expoſuit. Nec obſtat ꝙ omnia veteris teſtamenti hoc modo ſeruari poſſunt, conceditur.n. ꝙ nihil ſpeciale de Deuteronomio intendebat, niſi perſuaſionem ex conuenientia nominis.

¶ Ad octauum dr̃, ꝙ quia poteſtas papę directè eſt reſpectu ſpũalium ad ſupremum ſimpliciter finẽ humani generis, ideo ſuæ poteſtati duo conueniunt. primò, ꝙ nõ eſt directè reſpectu temporalium: ſecundò, ꝙ eſt reſpectu temporalium in ordine ad ſpiritualia: hoc.n.hẽt ex eo, ꝙ ad ſupremum finem omnia ordinari debent, & temporalia, ab eo proculdubio, cuius intereſt ad illum finem oẽs dirigere, vt eſt Chriſti vicarius. primum aũt ex natura ſuæ ptãtis conſequit. Ex his aũt ſequitur, ꝙ vtrunque verè põt determinari de papa, & ꝙ habet ſupremam ptãtem in temporalibus, & quod non habet ſupremam ptãtem in temporalibus, quoniã vtrunque verum eſt ad ſanum intellectũ. Affirmatio nanque eſt vera in ordine ad ſpiritualia, negatio verò eſt vera directè, ſeu ſecundum ſeipſa tẽporalia. Vnde nihil ex vtraq; deciſione erroris accidit. Aduerte tamen, ꝙ quia aliud eſt determinare de fide formaliter, & aliud de eo, ꝙ eſt fidei materialiter (nã primum importat determinare quid credendum vel non credendum eſt, ſecundum aũt determinare de quæſtionibus, quæ in rebus creditis accidunt) & conſtat, ꝙ cum determinatur quæſtio aliqua ſecundo mõ non determinari dr̃ de fide, ſed de tali vel tali materia: ideo cum dr̃, ꝙ papa non poteſt errare in iudicio fidei, non accipio dictum eſſe, niſi de iudicio fidei, formaliter, quando.ſ. determinatur quid credendum, uel non credendum. Contra quod nulla harum obiectionum procedebat, niſi prima apparenter, ne tamen fugere videar, ſigillatim ſolutæ ſunt omnes.

¶ Ad nonum dr̃, ꝙ non veriſimile, ſed uerum & humanæ diuinæq; rationi & authoritati conſentaneum eſt, vt homini potenti errare ſecundum ſeipſum, non autem vt directo a Spiritusſancto, Deus ultimam fidei deciſionem ſub ſacra Scriptura commiſerit. Cum enim non ſit differentia apud Deum in uno & in multis ſaluare, & omnes in concilio præſentes ſecundum ſe & proprias vites conſiderati, poſsint errare, malè determinando de fide, ob ignorantiam, vel aliquem aliũ defectum, ac per hoc ad aſsiſtentiam Spiritusſancti recurratur, magis atteſtatur aſsiſtentiæ Spiritusſancti, & eius virtuti, ſalus fidei per vnum quã per totum cõcilium: hoc.n. humanæ ſapientiæ opus eſſe vr̃ (propter omniũ Patrum concurſum) illud autem ſolius Dei opus eſt, & apparet. Vnitas quoque fidei unitatem, quoque iudicis qui præeſt toti eccleſiæ expoſcit, ut in 2.2.q.1.art. vlt. diuus Tho. affert.

CAPVT XIIII.

DIxit in eodem 9. cap. rationem, quare papa non poteſt errare in iudicio fidei, quia ſic error eſſet error vniuerſalis eccleſiæ, quia tenetur ſequi diffinitionem papæ in fide, afferens ad hoc authoritatem Sancti Thomæ, & poſt Decretalis in c. maiores. & Ieſu Chriſti. Ego rogaui pro te Petre.

Obijcitur negando, ꝙ eccleſia de neceſsitate tenetur credere ſententiæ diffinitiuæ papæ in materia fidei, & dicendo, ꝙ ſicut papæ præcipienti contra Euangeliũ non eſt obediendum, ita nec ſententiæ erroneæ in fide. De authoritate S. Thomæ, non eſt cura.

¶ Ad capitulum maiores dr̃ dupliciter primò, ꝙ non pro ultima & neceſſariò credenda determinatione habenda, ſed regulariter ad papam eſt recurrendũ quia regulariter non eſt eccleſia congregata. Secũdo, & in idem redit, ꝙ referendæ ſunt ſummo Pontifici cauſę fidei, vt conuocet concilium, quia ad ipſum ſpectat congregare illud.

¶ Ad verbum Domini, Ego rogaui pro te Petre, dr̃ ꝙ non pro ſola perſona Petri, aut ſucceſſoribus orauit Chriſtus ne deficeret fides eius, ſed pro uniuerſali eccleſia per Petrum repræſentata.

Reſpondeo, negationem illam conſuetudo eccleſię authoritateſq; ſanctorum confutant, & ignis experiẽtia comprobaret. ſi quis non teneret, quod ſola Roma. eccleſia determinaretur, hæreticum eſſe, vt patet extra de hæreticis. ad abolendam. in tex. & glo. Et hæc reſponſio manifeſtat, ad quid fateantur ipſimet ſe declinare oportere, defendendo ſubiectionẽ papæ reliquo corpori eccleſiæ, vel concilii.

¶ Quod autem additur, ꝙ ſententiæ erroneæ, ſicut nec præcepto diabolico adhærendum eſſet, verisſimũ eſt, ſed nihil obſtat: quoniam ex his nihil aliud quam conditionalis veritas habetur. ſ. ſi determinaret erroneæ, ſi præciperet contra Euangelium, non audiretur. Hoc enim non ſolum de papa, ſed de Angelis ſanctis veriſsimum eſt, iuxta illud. Si angelus de cælo Euangelizet aliud, &c. anathema ſit. Ex his enim conſequitur, quòd antecedens, aut conſequens poſsit eſſe verũ, vt patet.

¶ Quòd authoritas Sancti Thomæ paruifiat, non nihil eſt, quoniam eccleſia non paruifacit. Sed eſto, ꝙ Sanctus Thomas paruifiat, Cyrillus & Maximus ibidem allegati etiam paruifient. Hiero. quoque dicens ad Damaſum, vt habetur 24. quæſtio.1. canone, hæc eſt fides, ſi hæc noſtra confesſio apoſtolatus tui iudicio cõprobatur, quicunque me culpare uoluerit, ſe imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit manifeſtæque in his verbis conteſtans, quòd ex approbata fidei confesſione a

papa

papa aliquis obſtans non catholicus ſit, paruipendendus erit.

¶ Ad expoſitionem verò dictam de cap. maiores. dr̃, ꝙ literæ contradicit. Nam textus cauſam quare ad Petri ſedem ſit recurrendum, aſsignat veritatem Petri in confitendo fidem & indefectibilitatem eius in eadem propter orationem Chriſti. Ex hac.n.cauſa manifeſtè ſequitur, ꝙ ideo ad papam referendas eſſe maiores cauſas dr̃, quia ipſe conſtitutus eſt indefectibilis iudex in fide. Et quia eum, qui certus eſt, amplius certificari non oportet, ſequitur ꝙ ſententia papæ in fide eſt finalis determinatio & neceſſariò credenda, ſecundum illam Decretalem. & ſic utraq; expoſitio ſuit. Quod aũt de oratione Chriſti pro Petro dr̃, pôt bene & malè intelligi. Malè quidem, ſi intelligatur ꝙ Chriſtus pro eccleſia, ſiue cum papa, ſiue ſine papa oraſſe ſe dixerit, quoniam expreſſè Chriſtus dixit hæc uerba Petro, vt diſtincto ab aliis, vt patet ex cõtextu. inquit enim Luc. 22. Simon ecce Sathan expetiuit uos, ut cribraret ſicut triticum, ego aũt rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Vbi manifeſtè patet, ꝙ diſtinguit tentationis actum ab oratione quo ad hoc, ꝙ cõiter expetiti erant, & tamen ipſe ſingulariter pro Petro rogauerat, dicens, Expetiuit uos, ego aũt pro te rogaui. Apparet quoq; idem ex eo, ꝙ Petro cõmiſit, ut confirmaret alios, tanq̃ diceret. Ego tui, tu autem aliorum curã habeas. Bene aũt ſi intelligatur Dominum oraſſe pro Petro & aliis, diuerſimode tamen. Pro Petro quidem immediatè, pro aliis aũt mediante Petro: pro Petro in ſeipſo Petro, pro aliis autem in Petro ipſorum capite. Et in hoc ſenſu magis confirmatur intentum noſtrũ, vt patet. Et ut unico uerbo dicam, ſi hæc authoritas de Petro & ſucceſsoribus verificatur (vt dictum c. maiores affert) ſatis hr̃ intentum, ꝙ Petri ſedes nõ poteſt errare in fide propter Chriſti orationem. Et cum hoc non ſit uerum de errore perſonali, ſequitur ꝙ verificatur de errore iudiciali.

CAPVT XV.

DIXI in eodem 9. c. exponendo illud Hier. Si authoritas quæritur, orbis maior eſt vrbe. quod verum eſt quò ad multa: putà merita, virtutem, ſcientiam, & in propoſito vigorem conſuetudinis, &c.

Obiicitur, tu gloſsas de maioritate meritorum, & Hiero. non dicit, ſi merita quærantur, ſed ſi authoritas quæritur, & ſic de maioritate poteſtatis, non meritorũ loquitur.

Reſpondeo, Satis diminutè gloſsa mea adducitur, nã, vt patet in libello, ego dixi ꝙ dictũ Hier. erat verũ quò ad multa: putà, meritum, ſciẽtiam, &c. & ꝙ in propoſito, & ad literam Hiero. loquitur de vigore conſuetudinis, & obiectio in ſolis meritis ſe ponit. Propter quod etiam addo, ꝙ merita ad authoritatem conſuetudinis plurimùm valent, quoniam cõſuetudo non virorum malorum, ſed virorum ſanctorum, maximæ eſt in eccleſia Dei authoritatis, & proponitur imitanda. Et propterea ſtando etiam in meritis Hiero. textus optimè intelligitur, vt quia orbis maior eſt vrbe in authoritate conſuetudinis, propter maiora merita orbis quàm urbis, ideo conſuetudo orbis, qua dyaconi ſubeſſe, non præeſſe conſueuerunt, imitanda eſt. Et ſic dicendo, ſi authoritas quæreretur ratione materiæ, de qua erat ſermo. ſ. de loco dyaconorum, maioritatẽ meritorum non poteſtatis in cauſam authoritatis afferebat. Facilè tamen contendentibus in verbis dici pôt, ꝙ orbis authoritas maior eſt extenſiuè, non intenſiuè authoritate vrbis, & ſimiliter poteſtas,

CAPVT XVI.

DIXI in eodem cap. 9. multas authoritates ex lib. decretorum, ꝙ papa non habet ſuperiorem in terris.

Obiicitur duabus gloſsis. Prima eſt, ꝙ intelligitur hoc in criminibus non ſcandaloſis eccleſię. Secunda eſt, ꝙ intelligitur hoc regulariter, quia regulariter ad ſuperiorem ſummi Pontificis, concilium. ſ. recurſus haberi non poteſt.

Reſpondeo, ꝙ prima gloſsa eſt voluntaria & falſa. Voluntaria quidem, quia eccleſiæ Canonum, aut Sanctorum authoritate non roboratur, falſa autem, quia fit exceptio de ſolo crimine fidei: Conſtat enim ꝙ ab vniuerſali cum vna exceptione facta non niſi falsò alia exceptio fit. Cum ergo ſolum fidelitatis crimen exceptũ ab vniuerſali ſit, reſtat vt alia crimina omnia incluſa ſint. Secunda autem gl. manifeſtè falſa conuincitur ex eo, ꝙ etiam de crimine hæreſis papa diceretur non habere ſuperiorem, quoniam regulariter concilium non eſt congregatum. Tertia autem gl. ꝙ authoritates iſtæ ſunt ſummorum pontifi qui vt in pluribus fimbrias ſuas nimis extendentes, ſibimet tribuerunt, ꝙ eccleſiæ eſt proprium, quia non procedit de Theologiæ, aut ſacrorum Canonum, &c. authoritate, quã bene ſonet, aduertat qui notat in quanta ueneratione Decretales ſummorum ponti. in eccleſia ſunt. Et tantò plus quantò multorum ſanctorum Pontificum authoritates refutandæ ſic eſsent, vt patet de Bonifacio, Antherio, Euſebio, & aliorum ſanctorum in libello allatorum. Taceo de tot doctoribus in Theologia, & in iure illuſtribus ibi allatis.

CAPVT XVII.

DIXI in ca. 11. ꝙ eccleſiæ Dei, ſecluſo papa, non eſt data poteſtas papalis, aut ſuperior papali in Euangelio Mat. 18. & quod in eccleſia huiuſmodi non eſt talis poteſtas.

Obiicitur, ꝙ Dominus ibidem dixit, Si eccleſiam non audierit, &c. per hoc enim eccleſiæ iuriſdictionẽ oſtendit in effectu. ſ. in pœna excõicationis, & ſubdidit in plurali numero, Quæcunque ſolueritis, &c. per hoc.n. oſtendit, ꝙ pluribus in eccleſia nomine contentis dabat illam poteſtatem.

¶ Affertũ ẽt ad hoc vſus primitiuę eccleſiæ, quando Act. 15. diffinitũ eſt ab eccleſia, Viſum eſt Spũi ſancto & nobis, nihil amplius oneris nobis imponere, &c.

¶ Affert tertiò authoritas Gregorii, quæ ponit in c. ſicut ſancti. vbi Gregor. fatetur ſe quatuor concilia illa, ſ. Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedo. tenere ſicut Euangelium, & ſubdit cauſam, quia dum vniuerſali ſunt conſtituta conſenſu, ſe & nõ illa deſtruit quiſquis præſumit abſoluere quos ligant, aut ligare quos abſoluunt. Ecce, ꝙ non dicit, ꝙ ſummi Pontif. ſed vniuerſali conſenſu: nec quos pontifex ligat, ſed quos illa ligant.

¶ Quartò, ad hoc eſt canon, decreuit 80. di. vbi dr̃, Decreuit ſancta ſyno. & non dicit, decreuit ſummus Pontifex.

¶ Quintò, capitulum, nimis. de iureiurando, vbi authoritate ſacri concilii, non propria ſummus Pontifex præcipit.

¶ Sextò, eccleſia pôt elargiri indulgentias. ergo hr̃ alanes iuriſdictionis. Probatur antecedens, quia dantur indulgentiæ de theſauro eccleſiæ & non papæ, ergo a fortiori eccleſia poteſt diſpenſare.

¶ Septimò, eccleſia pôt cõdere canones latæ ſniæ, depoſitionis, excõicationis, ergo. Antecedens patet de concilio Carthaginen. in c. placuit. 8. quæſt. 1. & habetur

tur extra de clericis non reſidentibus, in c. ex geſtis.

Reſpondeo, & vt his & ſimilibus reſpondendũ videtur, quatuor puncta præ oculis ſemper habenda in hac materia & huiuſmodi authoritatibus aſſigno. Primum eſt, aliud eſt eccleſiam, ſeu ſynodum habere poteſtatem plenariam ratione partis, puta capitis, ſicut homo videt, audit, &c. & aliud eſt eccleſiam, ſeu ſynodum habere eandem ratione ſuæ totalitatis. Et propterea cauendum eſt, ne a primo in ſecundum oratio declinet. Secundum eſt, Aliud eſt eccleſiam ſeu ſynodum habere poteſtatem plenariam, & aliud eſt eam habere immediatè a Domino Ieſu Chriſto. Et propterea cauendum eſt, ne a primo in ſecundum oratio declinet. Tertium eſt, Aliud eſt eccleſiam ſeu ſynodum habere poteſtatem, & aliud eſt eandem habere poteſtatem talem, ſcilicet coactiuam reſpectu talis, ſcilicet vicarii principis ſui: potentia enim actiua, cum dicatur non abſolute, ſed reſpectu paſſiuæ, (vt patet 5. & 9. Meta.) plenaria poteſtas pleniſſimè eſt, quando reſpectu ſubiectorum omnia poteſt. Cauendum eſt propterea, ne a primo in ſecundum oratio declinet. Quartum eſt, Aliud eſt eccleſiam ſeu ſynodum habere poteſtatem plenariam, & aliud eſt eccleſiam ſeu ſynodum acephalem ſeu truncam habere eandem. Et propterea cauendum eſt, ne a primo in ſecundum oratio declinet.

¶Ex his ſiquidem quatuor ſapienter diſpenſatis, vniuerſa quæſtionis iſtius argumenta facilè eleceſcẽt, ſic, vt nullum fortè obſcurum relinquatur. Ad ſingula tamen deſcendendo reſpondetur. Et ad verba Domini, Matth. 18. dicitur, vt iam probatum eſt, ꝙ Dominus non dat ibi eccleſiæ authoritatem, ſed ſignificat eam habituram poteſtatem, non explicando ibi quomodo habitura ſit, & an ſecundum ſe totam primò, an rõne partis: hoc enim non negamus, ſed docemus. Verba quoque illa in numero plurali non cogunt ad authoritatem eccleſiæ ratione ſuę totalitatis, imo abſque determinatione ad hunc vel illum modum poteſtatis eccleſiæ. ſ. ratione totius vel partis oportere intelligi ex hoc conuincitur, ꝙ vtroque modo verificari poſſunt, vt patet ex dictis. conſtat enim euidenter quòd commune duobus abſtrahit ab vtroque. Poteſt igitur ille numerus pluralis referri ad pluralitatem eccleſiarum futuram, & ad pluralitatem conuenientium in eccleſia, ad conferendum, diſcutiendum, probandum, &c. & ad pluralitatem accumulantium ſuas authoritates in communi: propter quod ex illa litera nihil habetur obſtans dictis.

¶Ad ſecundum ex primitiua eccleſia, dr̃, ꝙ gratis conceditur eccleſiam ſtatuiſſe, ſed an poteſtate partiũ, puta trium Apoſtolorum, an cõitatis, per accumulationem in cõi, an aliquo alio modo, puta a Chriſto immediatè, vt iſti falſo putant, nihil ibi exprimitur. Et propterea ex iſta authoritate, & cæteris ſubiunctis, & ſimilibus, nec hr̃ iſta affirmatiua. ſ. eccleſia, ſeu ſynodus habet immediatè a Chriſto poteſtatem, nec hr̃ iſta negatiua, Synodus non habet poteſtatem a Domino mediante papa. Et de affirmatiua quidem ex eo conſtat: quia, cum multipliciter poſſit verificari ſynodum habere poteſtatẽ, vt patet ex dictis, & ex his nihil aliud habeatur, niſi ꝙ ſynodus habet poteſtatẽ, oportet hoc ſic cõiter intelligi, ut a ſingulis hmõi ſenſibus determinatè abſtrahat. De negatiua autem ex eadem radice conſtat, quia. ſ. ſynodum habere poteſtatẽ, nõ oportet ꝙ intelligatur determinatè ad illum modum, quo excludatur habere poteſtatem a Domino mediante papa, vt contingit quando per accumulationem eccleſia habet poteſtatem, quia omnes partiales poteſtates ſunt a Petro, & communicatio poteſtatis ſuæ cum aliis ab eodem eſt, qui ſolus a Domino, vtpote eius vicarius immediatè poteſtatem habet, & ratione eius ſolius ſynodus integra poteſt verè dici, ꝙ habet immediatè poteſtatem a Domino.

¶Ad authoritatem Gre. dicitur, ꝙ cauſa reddita a Gregorio manifeſtè fauet intento noſtro, quoniam non reddit pro cauſa authoritatem immediatè datam a Chriſto, ſed vniuerſalem conſenſum, ac per hoc etiã ipſius ſummi Pontificis, qui caput eſt & propterea ſeipſum negaret papa, illa negans, vt ibi dicitur. Ex hac quoque Gregorii ratione habetur quod diximus, ꝙ authoritas ſynodi includit caput, alioquin non faceret vniuerſali conſenſu quæ facit. Et innuitur quòd poteſtatem habet a ſuis partibus ad quarum negationem deducitur negans illam. Et rurſus ex hac authoritate nihil aliud habet, niſi quòd ſynodus habet poteſtatem diffiniendi, &c. Et per hoc patet reſponſio ad quartum.

¶Ad quintum verò dicitur, ꝙ cum ſynodus integra habeat poteſtatem vniuerſalem, quocunq; id modo contingat, & authoritas, quæ eſt ipſius papæ abſolute, & vt propria ipſius ſynodi pro tunc, & vt communicata, quemadmodum quilibet alius poſſet verè dicere authoritate ſacri concilii, ſtatuto, &c. ita ipſe papa, cum non ſit deterioris conditionis aliis. Neque. n. per hoc, quòd affirmat ſe ſynodi authoritate facere, negat ſua ſe authoritate facere, imo potius affirmat hoc, quia authoritas ſynodi de neceſſitate claudit in ſe authoritatem capitis. Neque rurſus per hoc, quod affirmat ſynodi authoritate ſe facere, affirmat ſe aliena authoritate facere, licet enim ſynodus ſit aliud a papa, ſicut eccleſia alicuius epiſcopi differt ab epiſcopo, non tamen oportet, quòd poteſtas eccleſiæ ſit aliud a poteſtate epiſcopi, ſed vna & eadem poteſt eſſe vtriuſque diuerſimodè, epiſcopi vt propria, eccleſiæ vt communicata. Et per hoc etiam patet, quòd per hoc, ꝙ affirmat ſe ſacri concilii authoritate facere, non propterea affirmat ſe minorem in authoritate. Et quamuis hæc ſatisfaciant, veruntamen condeſcendendo multorum ſenſui, ſcito, quod dupliciter papa poteſt dici minor ſynodo ſecundum poteſtatem, ſcilicet extenſiuè, & quaſi intenſiuè ſecundum quid, extenſiuè quidem, quia ſynodus integratur ex tot poteſtatibus tantæ multitudinis, intenſiuè verò ſecundum quid, hoc eſt ſecundũ illam partem poteſtatis, quam communicat papa concilio, quaſi pro portione ſua. Papa enim præſens ſynodo non intelligitur, vt prædictum eſt, totam ſuam poteſtatem totaliter ſynodo communicare, ſed tantum ſuæ poteſtatis quantum ad decernendum, &c. oportet, & ſic ex eo poteſtatis papæ, & reliquis poteſtatum aliorum ſit vna poteſtas, quaſi intenſiuè maior, quàm id poteſtatis papalis ſolum eſſet. Et hæc maior poteſtas intelligitur eſſe in tota ſynodo, tanquam in ſubiecto. Dixi autem quaſi intenſiuè, quia poteſtas illa papalis, eo quòd communicatur, vt limitata ſic, ut cum aliis poteſtatibus poſſit velut quædam ſingularis poteſtas accumulari, intelligitur & ſuperari a tota, pro quanto tota poteſt vniuerſale ſtatutum condere, diffinire, &c. ꝙ illa ve ſic nõ poteſt per ſeipſam ſolam. Sed quoniã tota poteſtas ſynodi non plus poteſt quàm ex ſingulis huiuſmodi poteſtatibus habeat, ideo non ſimpliciter, ſed quaſi intenſiuè maiorem appellaui. Et ne putes me hanc portionem papalem fingere, contemplare poteſtatem legatorum papę in ſynodo, quando per legatum papa ſynodum celebrat, & videbis clarè, quòd quia papa tunc non eligit legatum illum in papam, ſed poteſtatem committit quantam oportet pro ſynodo haberi, ex ſola præſentia papæ in ſynodo non habetur, quòd plus ſuæ poteſtatis ſynodo impartiatur quàm oporteat, quamuis maior dignitas, & infallibilis aſſiſtentia Spirituſſancti in ſynodo quo ad ea quæ ſunt fidei, præſentiã papæ per ſeipſum conſequantur. Vnde quamuis nõ cogamur, poſſumus

tamen

tamen dicere, ꝙ papa, tanquam minor extenſiuè & ſecundum quid intenſiuè ſynodo, authoritate ſacri concilii dicitur facere, quod tamen de plenitudine ſuæ poteſtatis poſſet & facere & tollere. Et quoniam verba prædicta, ſcilicet facere authoritate ſynodi. vel concilii, in papa habent ſpeciem minorationis, ideo a ſacris Canonibus non ſunt extenſa, ſed more ſimilium locutionum ſunt piæ interpretationi relicta, & quaſi correcta, dum papa in concilio dicit, Statuimus ſacro approbante concilio, approbare enim commune eſt poteſtati, ſapientiæ, conſenſui: nec ſuperioritatem, nec æqualitatem poteſtatis in approbantibus exigit, ut patet.

¶ Ad ſextum dicitur, ꝙ licet eccleſia integra poſſit dare indulgentias, &c., & eius ſit theſaurus meritorum, vnde fiunt indulgentiæ, vt propter cuius vtilitatem eſt, non tamen eius ſunt vt dominæ, quoniam ipſa eſt ſerua Domini Ieſu, & quicquid acquirit ſeruus, acquirit domino ſuo, & ipſi dictum eſt. Cum feceritis quæcunque mandaueto vobis, dicite. Quod debuimus fecimus, ſerui inutiles ſumus. Vnde non magis ad eccleſiam, ſed ad vicarium Domini ſpectat diſpenſatio theſauri, in utilitatem eccleſiæ, pro qua eſt.

¶ Ad vltimum iam patet, ꝙ gratis concedimus, ſynodum quæ verè ſynodus eſt. ſ. integram poteſtatem habere deponendi, excõicandi, &c. De hoc.n. non eſt quæſtio. ſed de modo habendi, vt patet ex dictis. Et hæc ſufficiant ad ſimilia.

CAPVT XVIII.

DIxit in eodem tt. cap. quòd ex hoc, quòd Apoſtoli miſerunt Petrum, & Ioannem ad Samaritanos, non poteſt inferri eos ſubditos eſſe Apoſtolis, quia ex Miſſum eſſe, non ſequitur, Subditum eſſe, ut patet de Spirituſancto.

Obiicitur, iſta conſequentia eſt optima, Spirituſſanctus mittitur a filio, ergo eſt ab eo, vel eo inferior, & ſic oportet fateri, ꝙ Petrus eſt ab eccleſia, ex quo non eſt inferior.

Reſpondeo, quod conſequentia illa, quæ vocatur optima, non eſt verè optima, cum non ſit bona gratia materiæ, quoniam Spirituſſanctus mittitur a ſeipſo, vt patet in primo ſentent. diſtinct. 16. & tamen non eſt a ſeipſo, nec inferior ſeipſo. Et ſimiliter filius mittitur a ſeipſo, imo etiam filius mittitur a Spirituſancto, qui eſt a filio, vt patet in eodem libro, diſtinct. 15. Et quia conſequentia non eſt bona de forma, ideo non infert, ergo Petrus eſt inferior eccleſia, vel eſt ab eccleſia.

CAPVT XIX.

DIxit in eodem cap. 11. quòd ex 36. q. 2. cap. placuit. iuncto can. tria. habetur. ꝙ Hieronymi authoritas innixa Sacræ Scripturæ præualuit concilio.

Obiicitur, ꝙ Hieronymus, & dictum concilii intelliguntur pro diuerſis temporibus, & ꝙ uerba Gratiani ibidem inter paleas computanda ſunt.

Reſpondeo, quòd licet certum ſit, quòd Hieronymus abſolutè, & non ſecundum hoc vel illud concilium futurum loquatur, & quòd concilium generale poſſet prohibere quod non eſt abſolutè prohibitum, verba tamen concilii non tanquam conſtituentia, ſed declarantia ius ſumpta Hieronymi authoritati non præiudicant, & hoc intendit Gratianus, & non quòd non poſſet ſtatuere. Veruntamen quicquid de hoc ſit, ſatis habeo intentum meum ibidem, dum ex illo loco habetur ſiue authoritate Gratiani, ſiue quacunque alia, ꝙ Hieronymi authoritas præualuit concilio, & ita hodie iuxta Hieronymi, non iuxta concilii authoritatem ſeruat Eccleſia.

Quòd autem computentur verba Gratiani inter paleas ab arguentibus nihil obſtat, quia oportet ꝙ ab aliis & non ab ipſis ſolis inter paleas computentur.

CAPVT XX.

DIxit in eodem c. 11. ex authoritate Decretalis de electione, in ca. ſignificaſti, ꝙ concilia a papa authoritatem habent.

Obiicitur, dicendo, ꝙ illud eſt intelligendum de concilio quantum ad ſuum congregari, quia regulariter authoritate Romani pontificis congregatur, ſed ex quo congregatum eſt, ſiue authoritate Romani pontificis, ſiue alias habet immediate authoritatem a Chriſto.

Reſpondeo, ꝙ expoſitio iſta repugnat textui. Nam ibi duo dicuntur habere concilia a Rom. eccleſiæ authoritate, ꝙ facta ſunt, & quòd robur acceperunt. & primum, vt patet, refertur ad ipſum congregari, ſecundum autem niſi ſuperfluat, ad authoritatem congregati. Et conuincitur hanc eſſe abſque omni ambiguitate intentionem literæ illius, quia reddit rationem, quare conciliorum legibus Apoſtolica ſede non ſubeſt. Si enim dependerent concilia tantum in congregari a papa, ex quo leges faciunt poſtquam congregata ſunt, nihil valeret ratio aſſignata ad intentum inferendum. Patet nanque manifeſtè, ꝙ ex hoc, ꝙ concilia regulariter non congregantur, niſi per papam, non ſequitur, ergo non præfigunt legem papæ, quia ſtat ꝙ congregata præfigant legem ſi congregata non pendent ab ipſo.

CAPVT XXI.

DIxit in eodem tt. c. ꝙ concilium vniuerſale legitimè congregatum errare poteſt diffiniendo papa abſente, aut non conſentiente, & quaſi dixi ꝙ poteſt errare eodem modo in his, quę ſunt fidei.

Obiicitur, quia ad concilium generale ſpectat determinatio eorum, quæ ſunt fidei, & ipſi promittitur: Quod docebit vos Spirituſſanctus omnem veritatẽ.

¶ In cuius ſignum Act. 15. ponitur Spirituſſanctus præſidens concilio Apoſtolorum, cum dicitur. Viſum eſt Spirituiſancto & nobis, & non dixerunt. Viſum eſt Petro & nobis.

¶ Hoc ſatis innuere vr̃ Augu. Euangelio non crederem, niſi me authoritas eccleſiæ admoneret.

¶ Et in ſexta ſynodo, vt patet diſt. 16. c. placuit, dicitur, Placuit huic ſanctæ ſynodo, ut ammodo cõfirmata & rata ſint canonum Apoſt. 85. capitula. Hoc quoque deduci poteſt ex illo, Ecce, ego vobiſcũ ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi, hoc enim ſucceſſoribus Apoſtolorum dicitur, concilium enim generale repræſentat concilium Apoſtolorum & Seniorum.

¶ Hoc idem patet ex eo, ꝙ quilibet fatetur ſe credere in vnam ſanctam eccleſiam catholicã, ex hoc enim ſequitur, ꝙ ad eam vltima deciſio eorum, quæ ſunt fidei, ſpectat. Cum enim papa fatetur ſe credere in vnã ſanctam eccleſiam, non dicit ſe credere in ſemetipſum.

¶ Præterea, eccleſia vniuerſalis non poteſt errare in fide, & concilium gaudet eodem priuilegio, quo eccleſia repræſentata, ſicut eadem poteſtate. Imo cum eccleſia, vt diſperſa nullum actum iuriſdictionis exercere poſſit, nec aliquid ſententialiter diffinire, infallibilitas

bilitas in diffiniendo ei competere debet, vt congregatæ in concilio.

¶ Et ſi dicatur, quòd Papa repræſentat eccleſiam ſicut concilium, diceretur quòd Papa repræſentat eccleſiam remotè, concilium autem propinquiſſimè: quia in eo eſt aliquis de qualibet eccleſia ſaltem ſufficienter vocatus. & priuilegiũ eccleſiæ tranſit in concilium immediatè eam repræſentans, non autem in ſummum Pontificem.

RESPONDEO, hæc obiecta dupliciter deficiunt: & primus defectus communis eſt omnibus, ſecundus autem quibuſdam obiectionis communis. Defectus omnium obiectionum eſt, quia à concilio declinant ad concilium, ſecluſo Papa. Ex cuius proprio priuilegio (concilium quippe generale ſine Papæ conſenſu non diffinit) conſtat quòd non vniuerſali conſenſu diffinitio illa facta eſt, cùm Papa ſupremum in eccleſia Dei teneat locum, officium, & regimen etiam vniuerſale. Quod autem vniuerſali conſenſu diffinitum non eſt, procul dubio à concilio vt eccleſiam vniuerſalem repræſentat, diffinitum non eſt. Dico igitur, quòd propoſitio dicens, quòd concilium generale non poteſt errare in iudicio fidei, eſt vera ſimpliciter & abſolute de concilio iudicante in fide cum Papa, & non eſt vera de concilio acephalo. Et hæc reſponſio ſufficit ad omnia obiecta quantum ad intentam concluſionem: ſed quantum ad vim ipſarum obiectionum, in ſpeciali dicitur. Et ad primam quidem, quòd ad concilium generale ſpectat vltima deciſio fidei, dicitur quòd hoc verificatur de concilio ratione capitis, ſicut de homine quòd videt ratione oculi. Et ꝙ hoc ſit verum, patet de concilio Ariminenſi & Epheſino ſecundo, quorum primum errauit in fide cum Ario, ſecundum autẽ etiã errauit in fide cum Euthicete.

Et quod amplius eſt notandum, iſtud ſecundum fuit etiam authoritate apoſtolica congregatum: & in neutro conſenſit erroneæ diffinitioni Romanus pontifex. Et de Epheſino quidem ſecundo clare patet ex multis epiſtolis Leonis. & geſtis Chalcedonẽ. ſynodi De Ariminen. verò patet ex Rufino in eccleſiaſt. hiſtoria, & in hiſtoria tripartita, li. 5. ca. 39. Ex effectu igitur manifeſtum eſt quod verbum Domini, Spiritus ſanctus docebit vos omnem veritatem, non dictum eſt concilio diſſentienti à Papa, quamuis legitimè congregato. Hæc rectè examinent omnes, qui hac de re decertant, vt caueant, & à ſenſatis non recedat iudicium.

Alibi decernat

¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ etiam ſi concilium illud Apoſtolorum, &c. fuiſſet concilium generale, nihil aliud haberetur, niſi ꝙ concilio integro cum Petro præſente & primo Spiritus ſanctus præſideret: ꝙ gratis conceditur. Sed quare ibi in communi diffinitum ſit, & quòd non fuerit generale concilium illud, in libello illo diximus.

¶ Ad tertium patet etiam, ꝙ Aug. dixit, Niſi authoritas me admoneret eccleſiæ, & non dixit eccleſiæ acephalæ.

¶ Ad quartum fateor me non videre quid probet, niſi contra aſſerentes, quia canones Apoſtolorum quamuis à ſynodo confirmati euanuerunt: hoc enim non facit ad celſitudinem poteſtatis ſynodi, quam illi intendunt.

¶ Ad quintum dicitur, ꝙ ad literam loquitur de eccleſia vniuerſali, quæ nunquam deficiet: hæc enim eſt, quæ ſuccedit Apoſtolis. & alijs quibus Dominus loquebatur. Ab eccleſia autem vel etiam concilio eam repræſentante, ad concilium acephalum, non valet argumentum.

¶ Ad ſextum dicitur, ꝙ antecedens aſſumptum ex articulo fidei de vna ſancta eccleſia poteſt dupliciter legi, ſcilicet cum præpoſitione, In (dicendo, Credo in vnam ſanctam eccleſiam catholicam) & ſine illa præpoſitione, quod melius indicat diuus Tho. dicendo, Credo vnam ſanctam eccleſiam catholicam. Et ſi quidem dicatur, Credo in vnam, &c. ſumitur eccleſia pro eccleſia integra, corpore ſcilicet & capite, quod eſt Chriſtus Dominus: ratione cuius in eccleſiã dicimur credere. Et tunc optimè valet conſequentia: ergo ad huiuſmodi eccleſiam pertinet vltima deciſio fidei, & quòd Papa non dicitur credere in ſemetipſum. Sumi quoque poteſt pro eccleſia in terris: vt iungitur Spiritui ſancto, ratione cuius dicimur credere in eccleſiam vt dicit Tho. placet. Et ſic etiam patet ꝙ optimè valet conſequentia, ꝙ ad eccleſiam catholicam iunctam Spiritui ſancto, vt ſic ſpectat vltima deciſio fidei, & ꝙ Papa non dicitur propterea credere in ſeipſum, ſed in Spiritum ſanctum, vt eſt eccleſiæ rector, ſed non valet vlterior conſequentia, ergo eccleſiæ acephalæ. Si autem legatur ſine præpoſitione, tunc dicitur vt ſuprà, quòd creditur vna ſancta catholica eccleſia: ſed non valet, ergo eccleſia acephala. Et conceditur quod ad vnam ſanctam eccleſiam catholicam ſpectat vltima deciſio fidei ſicut & poteſtas iuriſdictionis, quæ conuenit ei ratione partis. Nec papa credendo eccleſiam dicitur credere ſeipſum, ſed dicitur credere officium ſuum & aliorum, in cuius ſignum à fide deuiaret, ſi non crederet officium ſuum.

¶ Ad ſeptimum dicitur primò, ꝙ concilium etiam integrum non admitto gaudere de neceſſitate priuilegio perſonali eccleſiæ (quale eſt eſſe ſemper in eccleſia fidem formatam.) quoniam de eccleſia hoc conſtat, de concilio autem nullibi inueniſſe me fateor authentica authoritate firmatum, quamuis rationabile ſit de facto ita eſſe, ꝙ ſcilicet in aliqua perſona concilij ſit fides formata. Dicitur ſecundò, quòd non poſſe errare in fide iudicialiter eſt priuilegium eccleſiæ ratione capitis, ad quod ſpectat iudicium. Et ideo non eſt priuilegium eccleſiæ acephalæ, nec eccleſiæ, id eſt collectionis fidelium, ad quam non ſpectat poteſtas iuriſdictionis, quam tamen eccleſiam pro collectione fidelium omnium, concilium repræſentat, & cui promiſit Dominus quòd ſecum eſſet. Et ex hoc patet quantum deficit argumentum illud. nam procedit, ac ſi eccleſiæ ratione communitatis conueniat priuilegium illud non poſſe errare iudicialiter: cum conſtet ꝙ ſicut iuriſdictio conuenit eccleſiæ ratione capitum, ita actus iuriſdictionis. Et quia actus iſte, ſcilicet iudicialiter diffinire de fide, concernit vniuerſalem eccleſiam, ideo conuenit eccleſiæ ratione capitis, cui commiſſa eſt cura vniuerſalis eccleſiæ: ſicut alij actus ratione aliorum capitum proportionaliter. Dicitur ergo tertiò formaliter, ꝙ concilium integrum gaudet eodem, priuilegio officij non perſonæ quo gaudet eccleſia, & eodem modo, ſcilicet ratione partis, puta capitis: & ſimiliter gaudet eadem poteſtate, & eodem modo: ſed ex hoc magis habetur intentum. Et concedo gratis, ꝙ infallibilitas in diffiniendo de fide conuenit concilio integro ratione capitis & non ab eccleſia: cui etiam hoc non conuenit niſi ratione capitis, ſed à Domino Ieſu, cuius caput vices gerit.

¶ Quod autem dicitur de repræſentatione immediata & remota duo importat, ſcilicet repræſentationem eccleſiæ per Papam & concilium, & modum repræſentandi. Et quo ad repræſentationem dicitur, ꝙ inter Papam & concilium tanta eſt in hoc differentia, quòd concilium repræſentat vniuerſalem eccleſiam integram (hoc eſt corpus cum capite) proportionaliter: ſic ꝙ caput concilij repræſentat Chriſtum caput eccleſiæ, & corpus concilij corpus eccleſiæ. Et hic eſt verus & indubitatus ſenſus, quo concilium vniuerſalem eccleſiam repræſentare dicitur, & à Domino immediatè poteſtatẽ habere. Eccleſiam autem in terris

poſitam

poſitam concilium integrum quò ad poteſtaté repræſentare dicitur, pro quanto omnis eccleſiæ poteſtas in eo inuenitur per ſeipſam, vel in ſua vicaria. quò ad vota verò, quia intelligitur in ipſum conſentire omnium perſonarum eccleſiæ vota: vt patet ex authoritate Gregorij ſuprà inducta. Papa autem vniuerſalé eccleſiam & in terris eccleſiæ poteſtatem & vota, difformiter repræſentare inuenitur, nam caput Dominum, ſcilicet Ieſum Chriſtum participatiué, papatum in ſeipſo formaliter, reliquæ eccleſiæ poteſtatem & vota eminēter repræſentat. De differentia autem obiiciendo tacta, totum oppoſitum eſt: quia dum ratione prælaturæ concilium eccleſiam repræſentare dicitur, & ſolus Papa immediatè à Chriſto prælatus eſt. reliquum autem eccleſiæ corpus à Domino mediante Petro munus hoc habet, oportet dicere ꝙ Papa immediatiùs repræſentat eccleſiam, quàm concilium: quia Papa, mediante ſolo Chriſto, concilium autem mediante Chriſto & Papa.

CAPVT XXII.

DIxi in c. 13. Quòd poteſtas applicatiua Papatus ad perſonam regulariter & principaliter eſt in Papa, & non niſi in caſu in concilio, ſeu eccleſia, & in ca. 6. idem ſub alijs verbis, ſcilicet ꝙ poteſtas electiua Papæ in Papæ poteſtate eſt. Et attuli ad hoc vtrobiq; duo argumenta. Primum ex facto Petri 8. q. 1. can. ſi Petrus. Secundum ex eo ꝙ Papa determinat de actu electionis, ita ꝙ contrario modo factus ſit irritus.

OBIICITVR Contra quatuor, ſcilicet contra hoc, ꝙ talis poteſtas eſt in Papa: & contra hoc, in caſu tantùm eſt in eccleſia ſeu concilio: & contra vtrunq; argumentum.

¶ Primò ergo arguitur contra primum ex Occham, Si poteſtas electiua Papæ eſſet in poteſtate Papæ, ſequeretur, ꝙ Papa poſſet relinquere eccleſiam abſque poteſtate electiua: quod eſt impoſſibile: ergo. Et tenet ſequela, ponendo ꝙ mortuis vel priuatis electoribus Papa non ordinaret electores. Et ſi dicatur, ꝙ in tali caſu deuoluitur ad eccleſiam: contrà, quia tunc ſequeretur ꝙ eccleſia eſſet ſuperior Papa: quod tu negas. Et tenet ſequela, quia nunquàm poteſtas aliqua ex negligentia alicuius deuoluitur ad alterum, niſi ſit ſimpliciter & abſolutè ſuperior, poteſtas enim Papalis non deuoluitur ad Epiſcopum ex negligentia Papæ non prouidentis alicui beneficio, ſed èconuerſo. Præterea, ſi eccleſia in illo caſu habet poteſtatem electiuam quæritur à quo habet immediatè: cum à ſeipſo non habeat. Si dicatur à Chriſto, difficile erit reperire in ſacris literis fundamentum, in quo poſsit ſtabiliri ꝙ in illo caſu habeat, & non regulariter.

¶ Secundò principaliter arguitur ex Armachano. Non eſt veriſimile, ꝙ Dominus voluntati vnius hominis commiſiſſet poteſtatem electiuam ſummi Pontifices: quia poſſet venire, ꝙ vna progenies diceret, Hæreditate poſsideamus ſanctuarium Dei: dum quilibet in fine vitæ ſuum conſanguineum ſubrogaret.

¶ Tertiò, Quia ſequeretur, ꝙ etiam poteſtas deſtitutiua Papæ in caſu hæreſis, quo deponi poteſt, eſſet in Papa: & ſic par in parem haberet imperium. Et rurſus quòd Papa poſſet conſtituere, quòd Papa hæreticus à duobus, vel tribus deponi poſſet. Et tenet ſequela: quia per eaſdem cauſas habent generari & deſtrui poteſtates iſtæ.

¶ Quartò, Si in Papa eſſet poteſtas electiua Papæ, vel ergo eſt in eo poteſtas illa ſic, ꝙ per ſemetipſum poteſt ſucceſſorem eligere; vel ſolùm, quia aliquibus poteſt illam poteſtaté communicare. Hoc ſecundum nihil habet apparentiæ. Ex primo autem ſi concedatur, ſequitur hoc inconueniens, quòd eſſet in poteſtate duorū facere ꝙ alternatis vicibus quilibet per annum in ordine ſuo eſſet ſummus Pontifex, more Annæ & Caiphæ. Et patet conſequentia, quia vnus Papa pro ſua voluntate poteſt eligere alterum in Papam, & in fine anni ille alter eliget eundem, & ſic deinceps.

¶ Quintò, Chriſtus non contulit Papæ aliquam poteſtatem pernicioſam eccleſiæ: ſed (vt habet gloſſa in ca. ſi Petrus) hoc eſt pernicioſum, ꝙ aliquis eligeret ſibi ſucceſſorem: ergo Chriſtus non contulit illam poteſtaté.

¶ Contra rationem ex facto Petri allatam, dicitur primò, ꝙ Petrus non inſtituit Clementem, ſed inſtituendum ordinauit. Dicitur ſecundò, ꝙ hoc fecit inſtinctu Spiritus ſancti: quo etiam præuidit mortem. Dicitur tertiò, ꝙ Papa in caſu neceſsitatis, quo electores non poſſent congregari, & pro occurrenti periculo opus ſit paſtore, poteſt Papa moriens inſtituere ſucceſſorem.

¶ Contra rationem autem, ex hoc ꝙ Papa ſtatuit circa actum electionis etiam electores determinando, &c. dicitur quòd Papa non dedit poteſtaté electiuam Cardinalibus, ſed eccleſia vniuerſalis in ſexta ſynodo in ca. in nomine Domini. vbi Nicolaus Papa non propria authoritate, ſed ſanctorum Patrum ſtatuit. Et propterea vbi Cardinales poteſtate ſibi tradita abuterentur manifeſtè, vniuerſitas fidelium poſſet eos priuare poteſtate electiua Papæ, & alijs eam committere.

RESPONDEO, Et primò declaro ſenſum verborum meorum in libello illo: ſecundò quid in hac materia mihi videtur: tertiò, ſatisfacere curabo obiectis.

¶ Quo ad primum nunquam dixi, quòd Papa poteſt ſibi eligere ſucceſſoré, nec quòd poteſtas applicatiua Papatus ad perſonam ſit in Papa formaliter: ſed dixi quòd huiuſmodi poteſtas eſt in Papa regulariter & principaliter. Conſtat nanque apud viros doctos, quòd multa ſunt in poteſtate ſuperioris quę non ſunt in illo & eius poteſtate formaliter: & quæ etiam non poteſt per ſeipſum immediatè facere. Sunt enim in intelligentijs, (quas Angelos dicimus formæ inferiorum & eorū poteſtates, non tamé formaliter, nec ſic ꝙ poſſint earum actus per ſeipſas exercere; ſunt in corporum cæleſtium poteſtate formæ elementorum & eorum poteſtates, non tamen formaliter, nec ſic quòd eorum operas poſſint per ſeipſa exercere. Stat igitur quòd huiuſmodi electiua poteſtas ſit in Papa regulariter & principaliter: & non ſit in eo formaliter nec poſsit per ſeipſum huiuſmodi poteſtatis actum exercere. Sumantur ergo verba mea in hoc ſenſu, quòd poteſtas electiua eſt in poteſtate Papæ virtualiter, ſeu eminenter, & hoc quò ad modum eſſendi & ꝙ eſt in poteſtate Papæ regulariter, id eſt ordinario iure, ad differentiam eiuſdem eccleſiæ, in qua eſt ſecundariò: pro quanto in caſu poteſt non ſolùm eligere, ſed facere electores, & ordinare de modo electionis. Hæc de primo.

Quatenus electiua poteſtas principaliter & regulariter ſit in Papa, non tamen poteſt ſibi eligere ſucceſſorem.

¶ Quò ad ſecundum: quia eius eſt potentia, cuius eſt actus (vt dicitur in De Somno & vigilia,) & electionis Papæ actus ſimpliciter & abſolutè non eſt Papæ, ideo poteſtas electiua Papæ non conuenit formaliter Papæ. Probatur minor, Electio Papæ eſt actus factiuus, quantum ex ſe eſt tunc Papæ: ergo repugnat ei, quòd præſupponat pro tunc Papam. Et tenet conſequentia: quia, quod fit, non eſt: ſi enim eſſet, iam non fieret. Tunc vltra, Ergo elector Papæ non eſt Papa? & tenet ſequela: quia elector præſupponitur ſecundùm naturam electionis & eſt ſimul tempore cum electione. Tunc vltra, Ergo actus electionis Papæ non eſt Papæ. & tenet ſequela: quia electio Papæ eſt actus electoris Papæ. Ex hoc igitur patet, quòd poteſtas electiua Papæ, cuius actus ſimpliciter & abſolutè eſt electio factiua ex natura

ſua tunc

ſue runc pepæ, non eſt in papæ poteſtate formaliter. E. confirmatur authoritate conſuetudinis eccleſiaſticæ, qua fit, vt electiones Paſtorum non fiant niſi vacationis tempore, necnon diuinæ ſepientiæ ſuauiter omnia diſponentis: quæ dixit, Sufficit diei malitia ſua: craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi. In ſubiecto igitur opportuni temporis, quo poteſtas electiua eligere debet, locata eſt formaliter, & non in papa: qui ſolùm præueniendo ſolicitudinem craſtini diei eligere poſſet, vt patet. Subiectum autem huiuſmodi electiuæ poteſtatis formaliter (iuxta Peripateticam & Apoſtolicam ſimul authoritatem, qua inuiſibilia ea viſibilibus cognoſcenda à nobis ſunt) ea ipſius electionis actus exercitatione inueſtigandum eſt. Apparet autem abſque omni ambiguitate, quòd electio papæ ad Romanam eccleſiam ſpectat: computando intra Romanam eccleſiam Epiſcopos & Cardinales qui velut Suffraganei Romani archiepiſcopi introducti videntur. Et propterea ceſſente omni humano ſtatuto certiſq; exiſtentibus eccleſiæ Romanæ membris, in eadem regulariter eſt poteſtas electiue Pepæ, non minùs quàm in cæteris eccleſijs poteſtas electiua ſuorum Epiſcoporum. Ex eo enim ꝙ Chriſtus Dominus Romanam eccleſiā elegit in Petri eccleſiam propriā, dum ipſi ne ex Roma, ſicut ex Antiochia papatum transferret, inhibuit (dicens, Venio Romam iterum crucifigi) eccleſiæ Romanæ poteſtatem electiuam Papæ non poſitiuè, ſed negatiuè, hoc eſt oppoſitum non ordinando, conceſsiſſe dicitur. In caſu autem incertorū electorum, eccleſię vniuerſali eandem poteſtatem eadem ratione (quia ſcilicet eſt Epiſcopus vniuerſalis eccleſiæ) & eodem modo, ſcilicet negatiuè dediſſe intelligitur. Ex ſtatuto autem humano, apoſtolica authoritate contractum per viam determinationis poſitiuè eſt ſubiectum poteſtatis electiuæ ad Cardinales Romanæ eccleſię ſolos. Papa enim ex eminentia poteſtatis, curiæ ac regiminis vniuerſalis poteſt de electiue poteſtate decernere: ipſamque ſic dirigere & ordinare, vt contrario modo faciendo, irrita ſit in ſuo opere & ſubiecto: vt patet in geſtis ipſorum Pontificum, & obſeruatione eccleſiæ. Hæc in ſecundo.

¶ Quò ad tertium, reſpondeo obiectis pro quanto militant aduerſùs hæc, dicitur ad primum, ꝙ impoſsibile eſt eccleſiam relinqui abſque Papa & poteſtate electiua Papæ: quoniam decedente Papa abſque vllo decreto de hoc, negatiuè relinquit poteſtatem electiuam eccleſiæ Romanæ: ſicut Linus ſucceſſor Petri immediatus electus creditur. Reſponſio quoque data, ꝙ per viam deuolutionis poteſtas applicatiua papatus ad perſonam eſſet in eccleſia vniuerſali in caſu, pro quanto ex meo libello aſſumitur, non intelligitur de deuolutione propter negligentiam, contra quam obiicitur, ſed communiter. & propterea non ſic arctatur Deuolutionis vocabulum, quin ſiue deuolutionis ſiue ſucceſsionis, ſiue ſuppletionis, ſiue cuiuſcunque alterius modi in hac ſententia viam includat. Vnde non ſuper negligentia electorum, ſed ſuper defectu ordinariorum electorum fundaui: & in tali nō in alio caſu ibi dicta intelligo. Exiſtentibus ſiquidem certis electoribus, qui hodie ſunt Cardinales, non ſuccedit Romana eccleſia vniuerſalis, defunctis autem omnibus Cardinalibus Romana eccleſia, à qua Linus eſt electus ante humana iura nobis nota, immediatè ſuccedit. Quia tamen pars clauditur in toto, & in eccleſia vniuerſali clauditur eccleſia Romana, ſi concilium generale cum pace Romanæ eccleſiæ eligeret in tali caſu Papam, verus Papa eſſet ille qui electus ſic eſſet. A quo autem eccleſia Romana, aut eccleſia vniuerſalis haberet in caſu poteſtatem electiuam Papæ, & non regulariter, facilè patet. Nam conſtat ꝙ haberet à Chriſto, & eius vicario negatiuè: quia, ſcilicet neuter ordinauit oppoſitū, & Chriſtus Dominus ſtatuit Petrum in ſucceſſoribus perpetuum. Stante ſiquidem hoc ſecundo, cùm ſucceſsio carnalis in nouo teſtamento cōſilio caſtitatis, maximè conuenienti perfectiſsimo ſtatui (qualis Papæ eſt) diſſonet, voluntaria quoq; quaſi adoptio vel inſtitutio ſucceſſoris ſuam eccleſiæ diſpoſitioni aduerſatur: via electionis perpetuandus relinquitur ſucceſſor Petri, proculdubio ab eccleſia ſua, quę quia eſt Romana & vniuerſalis, niſi ipſe Papa determinet, qui Romanam & vniuerſalem eccleſiam repræſentent in eligendo determinationi ipſius Petri & Domini, quę facto, morte, ſcilicet Petri in epiſcopatu Romano determinatum eſt, ꝙ eccleſia Romana repręſentet eccleſiam vniuerſalem in electiue poteſtate (ut patet ſi ſecludamus omne ius poſitiuum per intellectum, & aſpiciamus ad eccleſiæ antiquæ conſuetudinem) ſtandū eſt. Vnde non oportet ſolicitari de authoritate pręſtātis electiuę in caſu, & nō regulariter in eccleſia.

¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ non eſt contra ſenſum declaratum. Argumētum tamen non eſt oſtenſiuum, nec ducens ad inconueniens ex natura poteſtatis, ſed ex abuſu, ex quo ſi liceret arguere, neſcio quæ poteſtas vniuerſalis rectè committi poſſet vni homini.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ quia quælibet poteſtas eccleſiæ eſt inferior poteſtate Papæ cui reliquæ ſubiecent poteſtates, nullum inconueniens video concedere, ꝙ in Papæ poteſtate eminenter continetur poteſtas etiam depoſitiua Papæ hæretici, & ꝙ poſſet conſtituere, & ꝙ à collegio Cardinalium poſſet deponi in caſu quo deponendus eſt. Nec ſequitur ꝙ par in parem habeat imperium: quia non ſupra Papam, ſed ſupra coniunctionem papatus cum perſona, exercet imperium, in ſtatu in quo coniunctio illa eſt incorrumpi ex diuino iure.

¶ Ad quartum dicitur, ꝙ propriè loquendo, neutro modo eſt poteſtas electiua in Papa: ſed quia poteſt determinare electores & modum eligendi. Vnde non oportet ad inconueniens deductum reſpondere: quod tamen ex abuſu poteſtatis ſequeretur.

¶ Ad quintum dicitur, ꝙ non poteſtas, ſed abuſus pt̄ātis, ſi data eſſet à Chriſto, eſſet pernicioſus. Ad obiecta verò contra rationem ex facto Petri, dicitur, ꝙ prima gloſſa videtur contra textum dicentem, tradente ſibi Petro, & non dicit ordinante, ꝙ ſibi traderetur. Secunda verò gloſſa acceptari poteſt, quamuis non ſit authentica: præſertim quia mortem non inſtinctu Spiritusſancti, ſed Dn̄i voce agnouit, dicentis, Venio Romam iterum crucifigi. Tertia aūt gloſſe ſi acceptatur, eminentiæ poteſtatis Papæ ſenet, vt patet: ſed quo modo tunc fuerit talis neceſsitas, deberet aperiri. Videtur tamen mihi, quòd vel iuxta ſecundam gloſſam inſtinctu Spiritus ſancti Petrus hoc fecerit, vel de eminentia poteſtatis (propter quod diſſolutum à Spiritu ſancto dicitur factum Petri, non ſemper erunt Petrus & Clemens) vel potiùs quòd tanquàm incertum factum, authoritatem firmam non faciat. Dico autem incertum, quia eccleſia Linum & Cletum reputans ſummos Pontifices, computatis annis, quibus quilibet eorū rexit eccleſiā Romanā ante Clementē, teſtari vr̄, ꝙ verba illa Ioannis papæ tertij tanquam narratiua crediti facti accipienda ſint, & non vt authorizantia factum quod narratur, propter quod authoritate illa vtimur, Vt valeat quantū valere pōt. Accedit ad hoc verſus in gloſſe ibidem de Clemente dicens,

Diſputat hoc mundus quartus, fueritnè ſecundus.

¶ Ad obiecta demum contra rationem ex hoc, ꝙ Papa ſtatuit de electoribus Papæ, dicitur, ꝙ manifeſtè conſtat ex illo can. in nomine Domini, quòd propria authoritate Papa illud ſtatuit in ſynodo: vt patet

ex illis verbis, Venerabilis pontifex decernens authoritate Apoſtolica, inquit, Mirum eſt autem, ꝙ arguentes non aduerterint grammaticam conſtructionem in ſequentibus,) vbi dicitur, Quapropter inſtructi prædeceſſorum noſtrorum, aliorumque ſanctorum Patrum authoritate, decernimus, ut obeunte, &c.) & dixerint propter hæc verba, quòd Papa, non propria, ſed ſanctorum patrum authoritate ſtatuit: cum ly authoritate, determinet ly Inſtructi, & non ly Decernimus, vnde ſolidum ſtat, ꝙ Papa authoritate propria ſtatutum illud fecit. Quamuis etiam omnia ſtatuta de electione Papæ, quòd ſummus Pontifex etiam in ſynodo fecit, propria authoritate fecerit: & ſancti Patres in ſynodo cogregati nihil poſsint ſine authoritate Romani pontificis ſtatuere. Hæc quoque ex authoritate Papæ fieri comprobantur, dum ſtatutum Gregorij decimi cum concilio Lugdunen. (ꝙ habetur in texto de elect. vbi periculum) diſponens de electione Papæ reuocatum per Adrianum & Ioan. 19. ac deinde reaſſumptum per Celeſtinum quintum & Bonifacium octauum) robur authoritatis habet: vt gl. in eodem c. dicit Clementinam quoque ne Romani, de electione Papæ, à Papa non à concilio generali factam eſſe patet, in clementinis de electione. Multa quoque circa electionem Papæ ſtatuta in diſt. 79. patet à Gratiano referri. Et nouiſsimè Iulius 2. qui viuit & regnat, ſtatutum nouum edidit de electione Papæ abſque concilio generali. Vnde negare huiuſmodi poteſtatem in Papa, eſt negare ſenſum.

CAPVT XXIII.

DIXI in cap. 20. 21. & 22. quòd in eccleſia Dei eſt poteſtas authoritatiua ſuper coniunctionem Petri & papatus, non autem ſuper Papam.

OBIICITVR cõtra tripliciter. Primò, quia contrariantur dictis in libello illo. Secundò, quia contrariantur hæc duo inter ſe. Tertiò, quia falſum eſt, ꝙ poteſtas depoſitiua Papæ, quæ eſt in eccleſia, non ſit authoritatiua ſupra Papam.

¶ Primum oſtenditur ſic, In ca. 6. & 13. dictum eſt, quòd poteſtas applicatiua eccleſiaſticæ poteſtatis ad hanc, ad illam perſonam eſt in ſolo Papa, nunc dicitur, ꝙ poteſtas authoritatiua ſuper coniunctionem eſt in eccleſia ergò contradictio.

¶ Secundum autem oſtenditur exemplo, quo vtor retorquendo in me. Habere enim poteſtatem ſuper hominem, non eſt habere poteſtatem ſuper animam, nec ſuper corpus, ſed ſuper ſeparationem animæ à corpore, cùm nihil aliud faciat occidens hominem. Quid ergo aliud eſt habere poteſtatem authoritatiuã ſuper Papam, quàm poſſe poteſtatem ab ipſo authoritatiuè ſeparare.

¶ Tertium autem (quòd ſcilicet eccleſia authoritatiua ſuper Papam ipſum deponit) probatur tripliciter. Primò, quia alter Papa hæreticus citatus non tenebitur comparere, nec erit contumax non comparens: iudicabunt ergo inauditum, aut non obligatum reſpondere. Secundò, Omnis actus punitiuus perſonæ ratione proprij peccati, eſt ab habente iuriſdictionem ſuper eum qui punitur. Tertiò arguitur ad hominem, me ipſum ſcilicet, Eccleſia poteſt excommunicare Papam hæreticum antequam deponat: ergo habet authoritatem iuriſdictionis ſuper Papam. patet ſequela, & antecedens ex te eſt: quia quum tu dicas hanc conſequentiam eſſe bonam, non eſt excommunicatus ipſo facto, ergo non eſt depoſitus. & iſta erit bona, Non poteſt excommunicare: ergo nõ poteſt deponere. & iſta, poteſt deponere. ergo poteſt excommunicare.

¶ Reſpondeo, Et ad primum dicitur, ꝙ nulla eſt in dictis meis contrarietas: quoniam ſuperiùs de authoritate eminentiæ erat ſermo, vbi eccleſiæ poteſtas Papæ poteſtati comparabatur. Vnde dictum eſt ibi, ꝙ Papa eſt moderator & director poteſtatis eccleſiæ, & non èconuerſo: hoc enim ad eminentiam & non eminentiam poteſtatis ſpectat. Hic autem ſermo eſt de authoritate efficaciæ, dum dicimus, ꝙ poteſtas eccleſiæ authoritatiuè poteſt ſuper coniunctionem, &c. hoc. n. nihil aliud ſonat, niſi ꝙ talis poteſtas tanquam ſuperior coniunctione illa, poteſt efficere illam: agens. n. vt ſic, præſtat eo ꝙ fit ut ſic. Cum hoc namque patet bene ſtare, ꝙ poteſtas applicatiua poteſtatis eccleſiaſtica, ſecundùm eminentiam eſt in ſolo Papa.

¶ Ad ſecundum verò dicitur, ꝙ hæc duo, ſcilicet poteſtas eſt ſuper coniunctionem, & non ſuper Papã, in nullo repugnant inter ſe, quia diuerſa ſunt. Et Papa ſignificat aliquid maius coniunctione: quoniam ſignificat formam papatus, ſicut dominus formam dominij. Propter quod retorſio exẽpli de homine nihil valet. nam non conuenit Papæ ſignificatum æquiparare ſignificato hominis, & ſimile de vtroque ferre iudicium: quia homo ſignificat formaliter compoſitum ex anima & corpore, Papa verò ſignificat formaliter purum papatum, quamuis in concreto, vt patet. Sed hoc totum Petrus papa ſe habet vt ly homo, & conceditur ꝙ poteſtas illa poteſt ſuper Petrum papam ratione ſubiecti (vt in libello dicitur) non autem ſuper Papam: quia non poteſt ex parte formæ. Vnde patet nullam eſſe repugnantiam, & ꝙ aliud eſt poſſe ſuper Papam, & aliud ſuper Petrum Papam: ſicut aliud eſt poſſe ſuper compoſitum & aliud ſuper formam.

¶ Ad primum autem contra tertium hoc, ſcilicet ꝙ poteſtas eccleſiæ non eſt ſupra Papam, reſpondetur, ꝙ Petrus papa hæreticus tenetur ad omnia quæ ſunt neceſſaria ad iudicium depoſitionis ipſius: vt in libello cap. 21. expreſsè dictum eſt, vnde mirandum videtur de obiectionibus. Dico igitur, quòd Petrus papa hæreticus ratione ſubiecti ſic diſpoſiti, ſubditur poteſtati depoſitiuæ eccleſiæ, & in omnibus neceſſariò præambulis & conſequentibus. Nec ex hoc ſequitur, quòd poteſtas eccleſiæ ſit ſupra Papam, ſed ſupra Petrum papam, ſic depoſitum in hoc tantùm. Et per hoc patet ſolutio primi & ſecundi. Ad tertium verò dicitur, quòd (ut patet in cap. 19. libelli, vnde impoſitum eſt mihi, quòd dicam illam conſequentiam bonam) nunquàm ego dixi hoc, nunquàm ſomniaui connexionem inter excommunicationem & depoſitionem: imò oppoſitum expreſsè ſenſi. Ego enim ex illa communi radice, id quod infligitur à iudicio humano, non incurritur ipſo facto ex ſolo peccato interiori putè, intuli duo, ſcilicet negationem excommunicationis, & negationem priuationis, & dixi ꝙ ſi ex hac radice ſequitur non eſſe excommunicatum, multò magis ſequitur non eſſe priuatum: quia ibi non requiritur declaratio apud Iuriſtas, ſicut hic. Argumentum autem procedit contra dicentem illationem formalẽ à negatione excommunicationis ad negationem depoſitionis: & ideò non eſt ad propoſitum.

CAPVT XXIIII.

DIXI in cap. 11. quòd papa poſſet committere poteſtatem depoſitiuam papæ hæretici collegio Cardinalium.

OBIICITVR: quòd non poſſum ſic dicendo ſuſtinere, quin par in parem habeat imperium.

¶ Reſpon. ꝙ facillimè patet ex hoc non ſequi parem in parem habere imperium: quia poteſtas depoſitiua non eſt ſupra papam, ſed ſupra coniunctionem Petri cũ papatu: q̃ coniunctio non eſt par papę. Quare

uutem huiuſmodi poteſtas depoſitiua papæ, quanquã minor papatu, non ſit auferibilis ab eccleſia à Papa, in promptu cauſa eſt: quia diuino iure illi conuenit contra Papam hæreticum, vt patet ex dictis in libello.

CAPVT XXV.

DIXI in ca. 26. rationem, quare papa pro infidelitate ſola poteſt deponi, quia ſola infidelitas inter crimina contrariatur ad eſſe papæ.

OBIICITVR dupliciter contra hanc rationem.

¶ Primò, quia falſum eſt ꝙ fides requiratur ad eſſe papæ, cum papa ſi fiat hæreticus, adhuc ſit papa apud me: ſufficit enim character baptiſmalis.

¶ Secundò, quia hæc ratio æquè fortiter probaret, quòd pro hæreſi deponi non poſſet: quia hæreſis non opponitur ad eſſe papæ.

¶ Reſpondeo, ꝙ ratio mea non eſt intellecta vt eſt, ſtudioſè namque non poſui inter conditiones requiſitas ad eſſe Papæ fidem, ſed Chriſtianitatem, vt excluderem hanc obiectionem. Nec aſſumpſi, ꝙ infidelitas ſola inter vitia contrariatur fidei, ſed Chriſtianitati, ſeu conditioni requiſitæ ad eſſe Papæ, vt patet in libello. Conſtat enim Chriſtianitatis ſtatui (qui membrum Chriſti conſtituit) ſolam infidelitatem inter vitia opponi, & ꝙ Chriſtianitas requiritur neceſſariò ad eſſe Papæ. Et in libello eodem, cap. 27. clarè manifeſtaui differentiam inter Chriſtianitatem & fidem: & quòd Chriſtianitas eſt ſtatus quidam eccleſiaſticus ex charactere & fide conſtitutus. Sed vt melius vis rationis perſpiciatur, ex concluſione intenta & directa oppoſitione infidelitatis, conſiderandum eſt, quòd nõ eſt intenta, aut deducta concluſio ex illa ratione, ꝙ Papa habet non eſſe propter infidelitatem, ſed quòd eſt diſpoſitus propinquiſsimè ad non eſſe: quod ſignificat concluſio dicens, quòd eſt deponendus. Et propterea non oportet, quòd infidelitas ſic opponatur Chriſtianitati, quòd auferat totaliter eſſe Chriſtianum. ſi enim hoc tolleret, non deponendum, ſed depoſitum Papam inferret, ſed ſat eſt, quòd opponatur Chriſtianitati ſic, quòd conſtituat Chriſtianum hominem, quantum eſt ex parte hominis, in non eſſe Chriſtianitatis. Per hoc ſiquidem non eſſe Chriſtianitatis in Petro Papa, conſtituitur Petrus Papa in eſſe deponibili: quia per tale non eſſe diſpoſitus ſic vt deponi poſsit, vt patet ex dictis in libello. Et manifeſtatur ex officio Papæ, cùm enim Papæ officium ſit paſcere doctrina & opere, cùm habet fidem formatam velut ſanus viuit in papatu: cùm autem habet fidem informem ob perditam charitatem, nõ paſcit amplius exemplo, ſed doctrina tantùm: ac per hoc velut æger in papatu eſt. Si demum etiam fidem omnino amiſerit, iam nec doctrina paſcere potens eſt, & quaſi mortuus ſicut in extremis vitæ conſtitutus, ad omne opus inualidus diſpoſitus eſt, vt morte depoſitionis auferatur à vita papali. Vnde patet reſponſio ad primum: quia non obſtat rationi, quòd infidelitas ſtat cum eſſe Papæ, vt patet ex dictis. Et potes eandem ſententiam vnico verbo dicere, quòd fides eſt neceſſaria ad eſſe Papæ ſimpliciter, quamuis non ſit neceſſaria ad eſſe Papæ ſic, ſcilicet quaſi mortui: imò ex hoc quòd conſtituit Papam in eſſe. Papæ ſimpliciter, & eius oppoſitum conſtituit in eſſe Papæ quaſi mortui: manifeſtè ſequitur, quòd conſtituit Papam in eſſe deponibili.

¶ Et per hoc patet ſolutio ſecundi: hæreſis enim non ſtat cum eſſe Chriſtianum ſimpliciter, nec cum eſſe Papam ſimpliciter: quamuis non auferat totaliter vtriuſque eſſe. Sed quia conſtituit nõ eſſe Chriſtianum quantum ex parte hominis, ideo conſtituit diſpoſitum ad non eſſe Papæ: quoniam eſſe Papam ſimpliciter ſupponit eſſe Chriſtianum ſimpliciter. Sed argumentum in hoc fallitur: quia accepit hanc rationem ac ſi inferret non eſſe Papæ ſic, ꝙ eſſet depoſitus: cuius tamen contrarium patet in litera. Manet ergo ratio illa non inuenta adhuc minus habens, quamuis in ſtatera poſita, vt deſiderare me dixi.

CAPVT XXVI.

DIXI in eodem 26. cap. iuncto 25. quòd ex ſacra Scriptura ſolus caſus hæreſis excipitur ab impunibilitate papæ reſpectu eccleſiæ.

OBIICITVR, Quia in ſacra Scriptura inuenitur etiam, aliàs criminoſum eſſe ſeparandum, vt patet primæ ad Corinthios ſeptimo. Si is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicens, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Et dominus Matth. 18. iniuit hominem pro quolibet mortali, cui annexa eſt contumacia, eſſe excommunicandum. Et gloſſati ſicut erunt hi textus de ſubditis in terra, ſimiliter gloſſabuntur textus allegati per te de hæretico. Et ad dicta Saluatoris & Petri conceditur, ꝙ quandiu bene docent & remanent Prælati, ſunt audiendi.

Reſpondeo, Quòd quum ſacra Scriptura tota ſit ab vno authore, (qui eſt Spiritus ſanctus,) & velut vna integra doctrina legis diuinæ, non eſt gloſsis, ſed textui attribuendum quum ex coniunctione diuerſorum locorum Scripturæ, ſenſus vnus colligitur: ſic autem eſt in propoſito. Quum enim propter hæreſim maximè & propter alia etiam crimina ſint diuino iure vitioſi multi ſeparandi ab eccleſia, & exceptio fiat de ſolis prælatis ab ipſo diuino iure in criminibus aliis ob infidelitatẽ: manifeſtè colligitur abſq; noſtris gloſsis, ꝙ reliqui pro multis criminibus: prælatus autem pro ſola infidelitate diuino iure ſeparandus ordinatur. Scriptura igitur loquens de hæretico, communis eſt prælatis & ſubditis quia nulla ſit exceptio in ea de prælato. loquens autem de alijs criminibus, prælatum ſimpliciter nõ comprehendit, quia excipit eum.

¶ Ad reſponſionem verò datam exceptioni Domini & Petri, (quando exceptus eſt prælatus Matt. 23. Super cathedram Moyſi. & 1. Pet. 2. Obedite præpoſitis diſcolis,) dicitur ꝙ reſponſio illa, ſcilicet quandiu bene docent, & ſunt prælati, poteſt bene & malè intelligi. Bene quidem, ſi ſit ſenſus, ꝙ quandiu per ſe bene docent & ſunt prælati. Et ſic nihil obſtat propoſito, quoniam fides Chriſti eſt, qua ſit doctrina, & quæ ſuſtinet prælatum in eſſe ſimpliciter. ac per hoc quandiu habent fidem, habent vnde per ſe rectè doceant, & ſint prælati, quantum eſt ex iure diuino: vt patet in libello. Malè autem ſi ſit ſenſus, ꝙ non dicitur prælatus tolerandus, ſed ſi toleretur, audiendus: quoniam quũ in maiori includatur minus, & plus ſit malos prælatos audire cum effectu, & obedire eiſdem quàm tolerare (vt patet) conſequens eſt, ꝙ mandatum Domini & Petri de obedientia prælati malæ vitæ & bonæ doctrinæ, ſe clauſat in ſe mãdatum de toleratione ab eiſdem, quibus obedientiam indidit. Et ſic authoritas iuris diuini allata efficax ad propoſitum reſtat, ſupra firmam petram fundatam.

CAPVT XXVII.

DIXI in eodem 26. cap. concluſiuè, quòd in ſolo caſu hæreſis Papa ſubijcitur eccleſiæ, ita quòd poſsit deponi.

OBIICITVR primò, quia in epiſtola Clementis ad Iacobum ex ore Petri apoſtoli ordi-

dinatur, quòd Clemens Papa deponatur propter negligentiam: eccleſia ſiquidem non ſpernit illam epiſtolam, quod ſufficit.

¶ Secundò, quia cùm eccleſia in caſu hæreſis ſit iudex Papæ, & talem poteſtatē non habeat niſi Matthe.18. & ibi non commemoretur magis peccatum hæreſis, quàm quodcunque aliud cum contumacia, ſequitur quòd non ſolùm in caſu hæreſis eccleſia ſit iudex Papæ.

¶ Tertiò, quia ſi vicarius regis abſentis tyrannicè regeret, communitas poſſet illum deponere: ergò eccleſia poteſt deponere vicarium Chriſti Domini, ſi tyrannicè regat.

Reſpondeo, quòd Epiſtola illa eadem facilitate reijcitur, qua recipitur: imò maiori reijcitur, vt patet ex oppoſito decreto 40. diſtinct. ſi Papa. vbi manifeſtè propter negligentiam Papa non iudicandus dicitur, quamuis pernicioſam: vnde non ſufficit illius authoritas.

¶ Authoritas aũt Domini ſecũdo loco allata, eſt de poteſtate eccleſiæ ſupra ſubditos ſibi vt ſic manifeſtat. Et propterea cum Papa ex alijs locis ſacræ Scripturę non ſit ſubditus eccleſiæ niſi in caſu hæreſis, conſequens eſt, vt ex illa ſententia Domini non habeat eccleſia poteſtatem ſuper eum, quia eſt Papa, niſi in caſu hæreſis: quod enim ibi non aſt expreſſum, ſufficit alibi inueniri declaratum.

¶ Ad tertium dicitur, quòd ſimilitudo illa deficit dupliciter. Primò, quia communitas libera habet poteſtatem deponendi principem, & regem, ſcilicet, ſi tyrannicè regat: & ideo non eſt mirum, ſi poteſt deponere etiam Vicarium illius. Eccleſia autem ſerua eſt principis ſui Ieſu Chriſti. Secundò, quia Rex purus homo abſens ſupponitur, & ſolùm per vicarium gubernare: Rex autem noſter ſic abſens eſt corpore, vt per ſeipſum audiat querelas contra Vicarium ſuum ab eccleſia & membris ſingulis: & proptereà non eſt ab eccleſia eius Vicarius deponendus, ſed recurrendum eſt ad principem audientem, & optimum vt deponat.

CAPVT XXVIII.

DIXI in eodem 26. ca. quòd propter ſcandalum non eſt præſcindendum caput iuxta Domini ſententiam Matth. 18.

OBIICITVR. Quòd licet non ſit auferendum caput totaliter ſic, quòd nunquam ſit futurum aliquod caput: tamen auferendum eſt iſtud caput, ſine quo in corpore remanet vita, imò quòd corpus inficit quantum eſt ex ſe.

Reſpondeo, Quòd ex verbis Domini, negatiuè tamen (vt in libello dictum eſt,) ſumitur quòd nec totaliter, nec hoc caput præſcindendum eſt: quoniam expreſsè dicitur, ſi manus tua, oculus tuus, pes tuus. Pronomen ſiquidem adiunctum oſtendit, ꝙ de membro hoc loquitur: & conſequenter de capite iſto negatum accipimus quòd præſcindatur. Falſum quoque eſt, quòd ſine iſto capite ſit vita, quum ipſum loco Domini ſaluificet eccleſiam, vt in capit. ſi Papa. diſtinctio. 40. dicitur. Nec inficit in hoc caput, ſed rectè docet: quàmuis abuſus poteſtatis capitalis in iſto inficiat quantum eſt ex ſe, eccleſiam: non hoc caput, ſed abuſus illius in culpa eſt: & non eſt præſcindendum caput, ſed illius abuſui congruis remedijs obuiandum.

CAPVT XXIX.

DIXI in capitul. 27. Quòd Deus optimè prouidit eccleſiæ, diſponens, quòd orationis remedio contra Papam malum vteretur, non autem depoſitionis poteſtate.

OBIICITVR tripliciter. Primò, quia minùs benè inſtituta eſſet politia eccleſiaſtica, quàm ciuilis. Et tenet ſequela, quia ciuilis poteſt principem tyrannicè regentem pertinaciter deponere, eccleſiaſtica autem non poſſet.

¶ Secundò, quia Deus ademiſſet communitati eccleſiæ poteſtatem ſibi naturaliter conuenientem, & neceſſariam ad pacificam conuerſationem, qualis eſt poteſtas depoſitiua principis in caſu tyrannidis. Et tenet ſequela: quia talis poteſtas naturaliter conuenit communitati perfectæ & liberæ.


¶ Tertiò, quia quum Deus opportunius remediũ, quàm orationẽ eccleſiæ potuerit inſtituere (ſcilicet poteſtatem depoſitiuam) dicere non aliud remedium quàm orationes reliquiſſe, eſt dicere politiam eccleſiaſticam non benè inſtitutam, & effectam ſeruam ſtrictiſsima ſeruitute.

¶ RESPONDEO, Quòd Deus longè meliùs & eminentiùs inſtituit eccleſiaſticam rempublicam, quàm ciuilem: quoniam illam inſtituit cum proximo & homogeneo capite viuo in perpetuum ſine potentia errandi, præſente ſpiritualiter votis omnium, & ſingulorum vbique. hæc enim eſt inſtitutio reipublicæ Chriſtianæ ſimpliciter. De inſtitutione autem ad tempus, ſcilicet corporalis abſentiæ principis noſtri, dicitur etiam, quòd optima eſt, quando conſonat primariæ inſtitutioni. Et quoniam Reſpublica Chriſtiana ſecundum ſuam primariam inſtitutionem ſerua eſt nata, & tota poteſtas eſt in ſuo principe naturali, ideo optimè conſona inſtitutio ad tempus eſt, vt non communitati, ſed vicario principis poteſtas plena committatur, (vt prædictum eſt,) & quòd reſpublica quandiu Vicarius principis ſub principe eſt ſimpliciter (quod fit per eſſe Chriſtianum) ſimpliciter recognoſcat principem viuum, & recurrat ad eum audientem & paratum exaudire. Et ſcito quòd contingit homines in hac re falli quaſi à negatione modi ad negationem rei. Quum enim deponere Papam contingat multis modis, ſcilicet per prouidentiam humanam, & per orationem eccleſiæ perſeuerantem, & neutro modo opus ſit niſi in caſu veræ neceſsitatis, ex hoc quòd eccleſiæ non eſt conceſſum, quòd poſsit deponere per viam prouidentiæ humanæ, non ſequitur eccleſiæ non eſſe conceſſum, ꝙ poſsit deponere Papam: quoniam alia via, ſcilicet orationis perſeuerantis, infallibiliter poteſt: quæ enim per amicos poſſumus, per nos aliqualiter poſſe teſtatur Philoſophus, quantò magis quæ per patrem poſſumus.

AD PRIMVM ergo negatur ſequela: & ad probationem dicitur, quòd vtraque politia (ſcilicet tam ciuilis quàm eccleſiaſtica) poteſt deponere tyrannicè regentem ipſam, ſed diuerſimoda: quia ciuilis perfecta & libera poteſtatiuà & per prouidentiam humanam: eccleſiaſtica autem per poteſtatem ſui patris per orationis perſeuerantiam, quando verè oportet. Et hic modus quidem excellentior, & non potens errare, ſicut primus, aſt melior, & proptereà non minùs bene, ſed meliùs prouiſum eſt eccleſiaſticæ reſpub. de modo abijciendi à ſe malum miniſtrum quàm ciuili.

¶ Ad ſecundum negatur etiam ſequela: quià communitas Chriſtiana nata eſt ſerua, ac per hoc naturali iure ſibi non competit poteſtas ſuper principem ſuũ & conſequenter nec ſuper principis vicarium, niſi à principe ſibi concedatur. Vnde licet verum ſit, quòd eccleſiaſtica communitas diſtincta contra principem non habeat ſuper principem & eius vicarium tyrannizantem authoritatiuam poteſtatem: non tamen

men adempta eſt ſibi à Chriſto, aut quocunque alio modo, ſed ex natura ſua: quia ſerua nata eſt, contra-xi hanc negationem. Ad tertium autem dicitur quod non fuiſſet opportunius remedium prouidentia humana, quàm oratio eccleſiæ perſeuerans. Tum quia prouidentia humana falli poteſt (cogitationes ſiquidem mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ) oratio autem eccleſiæ perſeuerans falli non poteſt. Deponeremus fortè, quando non oportet, non præuidentes futura, nec occulta ſcrutantes. Oratio autem eccleſiæ perſeuerans non deponet quando nõ oportet: quia bonus dominus negat quod volumus, vt tribuat quod mallemus. Tum quia facilior, minùs impedibilis, & efficacior cauſa eſt oratio eccleſiæ perſeuerans pro ſe in neceſſarijs ad ſalutem eccleſiæ, quàm tot omnium hominum prouidentia: hæc enim difficilè conſonat, potentia impediri poteſt, & omnia ſubiecta non habet: de ſcripta autem oratio facilè conſonat, non poteſt potentia aliqua humana impediri, & omnia ſub Deo ſubiecta habet. Mirum eſt autem de ſubiunctis, ſcilicet quòd dicere Deum ſolum orationis remedium reliquiſſe &c. ſolum enim hoc remedium tanquàm ſupremum & efficax ſimpliciter relictum dicimus exiſtentibus multis alijs remedijs per viam admonitionis, &c. Mirum autem dico, quia cum naturaliter ex eiſdem tueamur, ex quibus ſumus & conſeruamur, & Chriſtiana reſpu. ex oratione ſit adaucta, & in vno ouili conſtituta (dicente Patre ad Chriſtum, Poſtula à me & dabo tibi Gẽtes hæreditatem tuam) & ex oratione conſeruetur (dicente Chriſto ad Petrum, Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua) naturali quoq; ordine oratione defendenda eſt, contra tyrannicè regentem. Mirum dico, niſi quis putet orationem eccleſiæ perſeuerantem pro ſe in vera ſui neceſſitate poſſe deficere, quòd propè infidelitatem eſſe, ſi infidelitas non eſt, paruolo meo iudicio videtur, diuinæ ſiquidem prouidentiæ, quam in ſpecie de eccleſia ſua, habet, derogare videtur. Si enim natura non deficit in neceſſarijs, quomodo Deus qui dedit ſemetipſum eccleſiæ, deficiet illi in neceſſarijs, ſeruatis ex parte eccleſiæ ſeruandis: vt patet ex deſcriptis conditionibus orationis. Mirum demum dico, quoniam ſi efficax hoc orationis eccleſiæ, &c. remedium indubiè creditur, cur inſufficienter prouiſum eccleſiæ dicitur de remedio opportuno? Et per hunc modum excludendi Papam tyrãnum ab eccleſia, ſatisfit omnibus quæ obijciuntur de corpore reſpectu membri contagioſi, & ſimilibus. ad omnia ſiquidem ſat eſt oratio perſeuerans eccleſiæ. Pro cuius zelo hanc reſpondendi curam ſuſcepi, arbitratus quibuſdam licet non omnibus friuolis obiectis reſpondiſſe, vituperandum nõ eſſe hac vice. Rogo igitur lectores, vt æquos ſe præbeant interpretes aut cenſores: nihil enim hic aut alibi mihi, ſed orationi, vel authoritati allatæ tribui volo, & hoc etiam vbique & ſemper ſub ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ correctione. Romæ die 26. Nouembris. 1512. Ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.



AD LEONEM DECIMVM. PONT. MAX.

De diuina Inſtitutione Pontificatus totius eccleſiæ in perſona Petri Apoſtoli, libellus Thomæ de Vio, Caietani, Cardinalis ſancti Xiſti.



ILLVSTREM Sapientibus ſententiam in vulgarem quoque lucem proferri exigunt, Pater beatiſsime, qui ea, quæ à ſe ipſis manifeſta ſunt, ab his quæ per alia nota fiunt, non diſcernentes, nodum (vt aiunt) in ſcirpo quærunt: & meridiana in luce cæcutientes, offendunt. Obnubilandi ſiquidem euangelicam claritatem tanta eſt licentia his, qui ſua non ſunt ſorte contenti, vt eccleſiæ vultus, licèt ſereniſsimus, nouitatum inuolucris perturbetur: quippe quorum ſtudium eſt certa & lucida in quæſtionem vertere, ac obſcura alijs reddere. Et propter Petri ſucceſſorúmque eius Romanorum Pont. principatus (tot ætates, tempora, atque æuitates tranquilla poſſeſsione obtenti) ius euangelico ſole fulgens, impetitum argumentationibus inuoluentibus exercitatos parum in ſacris literis tueri. tenebris exuere atque in medium proferre ſic intendimus, vt veritas hæc omnibus luceat, & proprijs ſplendoribus vniuerſæ creaturæ penetralia attingat. Habeat igitur catholica eccleſia tibi credita, Pater benigniſsime, lucubratiunculam hanc pro rudioribus, ne obſcuritatibus obruantur.

IN QVATVORDECIM CAPITA de Romani Pontificis inſtitutione, & authoritate.

CAPVT I.

SVMMARIA.

1 *Quid, quomodo, et quo ordine tractãdũ eſt.*

2 *Petri perſonæ & nõ dono reuelationis, aut beatitudinis promiſſæ ſunt claues.*

3 *Perſona Petri in ſe, & non ſolùm in perſona eccleſiæ promiſſas eſſe claues.*

4 *Verba Chriſti, Tibi Petro dabo, non in perſona omnium Apoſtolorum dicta eſſe.*

5 *Apoſtolis alijs non eſſe aliàs collatum quod Petro.*

6 *Solum Petrum accepiſſe claues, conſonat ei quod eſt, eccleſiam accepiſſe claues.*

7 *Promiſſum eſſe Petro totius eccleſiæ pontificatum in antedictis promiſſionibus.*

8 *Perſona Petri quamuis charitate qualificatæ dictum eſſe, Paſce oues meas.*

9 *Soli Petro, ita quòd non alijs Apoſtolis, dictum eſt, Paſce oues meas.*

10 *Petro ſoli vniuerſam committi eccleſiam per hæc verba Chriſti, Paſce oues meas.*

11 *Petro per hæc verba, Paſce oues meas, commiſſum à Chriſto pontificatum totius eccleſiæ.*

12 *Petrum habere ex Chriſti inſtitutione ſucceſſorem in Pontificatu eccleſiæ catholicæ.*

13 *Romanum Pontificem ſuccedere Petro in pontificatu totius eccleſiæ.*

14 *Authoritates ſanctorum antiquorum & conciliorum, affirmantes Ro. Pontificis ſucceſſoris Petri pontificatum ſuper totã eccleſiam à Chriſto inſtitutum à Petro.*

TRACTATVS TERTIVS THOMAE de vio Caietani Cardinalis S. Xiſt. De Romani Pontificis inſtitutione & authoritate in Quatuordecim capita diuiſus.

Quid, quomodo, & quo ordine de Romani Pontificis inſtitutione tractandum eſt.

PRINCIPATVS Romani Pontificis ſuper vniuerſas Chriſti eccleſias, quamuis quæſtionibus multis pulſatus fuerit, noſtro tamẽ propoſito vnica inueſtigatione abſoluendus occurrit. Non enim vertitur hic in dubium, an Roma. Pont. ſit de facto caput eccleſiæ: nec an idem poteſtatem habeat à Deo eo modo quo iuxta Apoſtolum Rom. 13. Non eſt poteſtas niſi à Deo, & quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: & ſicut poteſtas regia in veteri teſtamento erat à Deo: iuxta illud primi Reg. 8. Audi vocem eorum, & conſtitue ſuper eos regem. eiuſmodi enim omnia aduerſariorum multi affirmant. Sed vertitur in quæſtionem, an à Chriſto inſtitutus fuerit Rom. Pontificis ſuper omnes eccleſias principatus in beato Petro: ita ꝙ inſtituerit Chriſtus Petrum cum eius ſucceſſoribus ſuum vicarium ad gubernandum omnes Chriſti eccleſias. Quo fit vt loca à rationibus & authoritatibus affirmantibus Petrum, ſeu Romanum pontificem fuiſſe, ſeu eſſe caput omnium eccleſiarum, à præſenti ſecreta ſint intentione: & ea duntaxat afferenda ſint, ex quibus Chriſtum Dominum contuliſſe huiuſmodi principatum Petro ſoli habetur.

QVIA verò ex ſacris literis pendet omnis quæſtionis huius veritas, & duo ſunt præcipui textus, ſcilicet Matth. 16. & Ioan. vlt. expreſsè de hoc myſterio loquentes: ideò primò iuxta vtrunque textum inueſtigandum eſt, an ſoli Petro verba Chriſti dicta ſint. Secundò, an per hæc ſoli Petro Pontificatus totius eccleſiæ à Chriſto commiſſus ſit. Tertiò, an hic totius eccleſiæ pontificatus Petro à Deo commiſſus, ſit ab eodem Domino datus ſucceſſori Petri. Quartò an ſit à Chriſto hic pontificatus datus Rom. pontifici, vt Petri ſucceſſori. Vt autem primi clara ſit abſolutio, Matthæi textus priùs diſcutiendus ſic eſt: vt in primis tractetur opinio dicentium verba Chriſti non Petro, ſed perſonæ qualificatæ, deinde dicentium non Petro, ſed eccleſiæ: poſteà dicentium Petro & Apoſtolis alijs, demum negantium ſoli Petro, quia eccleſiæ, dicta eſſe. Multifariam ſiquidem obnubilare conati ſunt dominicam promiſsionem Matt. 16. relatam. Tibi dabo claues, &c. Quidam namque adeò reſtrinxerunt verba hæc, vt perſonam etiam Petri ab illis eximerent, & ad ſolum diuinum donum in Petro directa intelligerent. Alij etiam reſtringentes & eximentes Petri perſonã, ad ſolam eccleſiam in Petro ſignificatam Chriſti verba dirigunt. Multi autem extenderunt Domini promiſsionem ad alios Apoſtolos: ita ꝙ Petro in perſona omnium Apoſtolorum dicta accipiunt. Sed & nõnulli ſunt admittentes ſoli Petro hæc dicta: principatus tamen ſingularitatem collatam Petro negant: eo ꝙ ſimilis poteſtas alijs Apoſtolis à Chriſto collata alibi legitur, puta Matth. 18. Quæcunque alligaueritis ſuper terram: & alibi. Hæſitant denique aliqui, quo pacto ſoli Petro claues datas eſſe verificatur, & tamẽ datas quoque eccleſiæ eſſe claues omnes affirmamus. Quo circa ordine quo numerata ſunt quinque hæc, ſigillatim tractanda ſunt. Præponendo vbique rationes dubitandi, vt oppoſita iuxta ſe magis eluceſcant.

CAPVT II.

Petri perſonæ, & non dono reuelationis, aut beatitudinis promiſſa ſunt claues, &c.

NON deſunt dogmatizantes pontificiam poteſtatem homini non immediatè collatam, ſed dono virtutis mediante: ita quòd perdito virtutis dono, perire ſimul pontificiam poteſtatem neceſſe ſit, tanquam virtus glutinum quoddam ſit iungens homini pontificatum. Quo fit, vt horum iudicio claues non Petri perſonæ, ſed eius dono collatæ ſunt in aliquo ſingulari miniſtro, puta ſacerdote, ſeu iuſto quocunque.

ARGVMENTANTVR autem hi ex cuius Euãgelij textu multipliciter.

¶Primò, quia ante omnia Dominus beatitudinem Petri affirmat, dicens, Beatus es, procul dubio in ſpe veræ fidei, non inchoaſſet enim à Simonis beatitudine, niſi ad ſubſequentem pontificatum

ſpectaret

ſpectaret huiuſmodi beatitudo:nihil.n.impertinens dixiſſe Chriſtum decet.

¶ Secundò, ex eo ꝙ Dominus adiungit, Simō Bariona, hoc eſt filius columbæ:vt Hiero. exponit. Quorſum. n. Petrus accepturus pontificat, filius columbæ prænominatur, niſi vel eius ſimplicitas columba ſignificata:iuxta illud, Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ: vel Spirituſſanctus, qui columba deſignatur, eo ꝙ in columbæ ſpecie apparuit in Chriſti baptiſmo: ad eccleſiaſticum principatum pertineret.

¶ Tertiò ex ratione ſubiuncta, Quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt. Monſtrant enim hæc non à carne & ſanguine, ſed diuina reuelatione inſtruendum eſſe qui aliis præficitur in Chriſtiana fide erudiendis.

¶ Quartò, ex eo ꝙ Dominus addidit, Tu es Petrus: & non dixit, Tu vocaris Petrus, vt gloſ. ibi notat, ob fortitudinem fidei, & confeſſionis conſtantiam. Hæc enim cum omnibus præcedentibus ad virtutum munera ſpectant:quæ, vt dictum eſt, aut impertinēter præpoſita ſunt, aut ad principatum tūc ſubſequenter promiſſum opportuna media ſunt.

¶ Vnde & quintò arguunt ex ſubiūcta prima promiſſione, Super hanc Petram ædificabo eccleſiā meā. Quum enim iſta ſit prima promiſſio Petro facta, quoniam vt Cypri. Hiero. & Aug. exponunt, per hanc Petram demonſtratur ipſe Petrus:inquit enim Hie. ſuper Mat. ædificabo eccleſiā meā ſuper te:& Aug. in li. retract. refert ſeipſum dixiſſe, ꝙ in Apoſtolo Petro tāquā in petra ædificata eſt eccleſia: nec retractat hanc ſententiam. Cypri. quoque vbi ſupra dicit, Loquitur Dominus ad Petrum, Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiā meā: ſuper vnum ædificat eccleſiam, &c. Quum inquàm hæc ſit prima promiſſio facta Petro, & hæc promiſſio non immediatè, ſed mediante dono firmitatis, & ſoliditatis ad perſonam Petri pertineat, vt ipſa Domini verba teſtantur, dum non dicit, Super te, ſed ſuper hāc Petram, hoc eſt, ſuper te petram ædificabo eccleſiā meā: conſequens eſt, vt ſubſequentes quoque promiſſiones intelligantur factæ perſonæ Simonis, quatenus erat Petrus, & filius columbæ, & beatus, &c. Et confirmatur: quia iſta promiſſio non ſolùm eſt prima, ſed principalis:nam præcipuum donum Petro collatū eſt eſſe fundamentum eccleſiæ. Ex hoc autem ꝙ hæc promiſſio eſt prima, & principalis, conſequens eſt vt aliæ promiſſiones conſequentes ſequantur naturam principalis: ac per hoc nulla promiſſio eſt facta perſonæ humanæ niſi mediante dono virtutis: quod erat intentum manifeſtandum.

Profundiſsima fides Petri expoſitio quã Chriſtus expſſit dicens, Beat⁹ es: & ex his verbis, tu es Chriſtus tu es filius Dei viui, id eſt filius Dei naturalis, & conſubſtantialis Patri: & ſpiritui ſãcto, quē Chriſtus confeſſus eſt.

¶ Non eſt difficile catholico doctori monſtrare falſam eſſe relatam ſententiā, ducendo ad dānata inconuenientia. Nihil enim aliud eſt huiuſmodi dogma, quàm hæreſis quorumcunque dicentium in malis miniſtris non inueniri eccleſiaſticam poteſtatem: cæteraſque eccleſiæ in ſolis, & omnibus iuſtis haberi eccleſiamque ex ſolis iuſtis conſtare:quæ omnia reprobata & damnata eſſe conſtat. Verum, ne hæretici cauſentur ſe opprimi authoritate prælatorum, & non Euangelii, ex ipſo Euangelii textu catholicæ doctrinę reddenda eſt ratio. Ad cuius euidentiam aduerte duas eſſe in hoc Domini ſermone ad Petrum partes: quarum prima ſecundum planum Euangelii contextum, ac ſenſum ad confeſſionem, quam Petrus fecerat pertinet. Nam nihil aliud continet, niſi reuelatæ confeſſionis actorem fructum, ſeu præmium, & perſonam, ſeu perſonæ conditionem, cui reuelatio facta eſt. Dicendo, Beatus es, fructum, ſeu præmium pronuntiat: dicendo, Simon Bariona, perſonam ad literam, ſeu conditionem perſonæ myſticæ, puta ſimplicitatē, ſeu ſpiritualitatem aperit. & dicēdo, Quia caro & ſanguis non reuelauit, ſed Pater meus, actorem reuelationis monſtrat: tota ergo prima pars ſermonis ad reuelatā confeſſionem ſpectat, & non ad futurum principatū. Quod vt plenius intelligas, vide ſingula. Meritò ex accepta reuelatione. Simon beatus dicitur, quoniam, ſi ſecundum philoſophiam beatus in hac vita eſt, qui ad cognitionem ſupernarum ſubſtantiarum peruenit, & ſecundum Euangelicam veritatem beatitudo viatorum in ſpe veræ fidei conſiſtit (iuxta illud, Beati qui non viderunt & crediderunt) longè magis Simō beatus fuit quum ad cognoſcendum trinitatis myſterium peruenit, non innixus reuelationi aliis factæ (vt nobis contingit) ſed reuelationi ſibiipſi interius factę. Ad hanc enim cognitionem Petrum perueniſse teſtātur verba Petri:teſtante & Dominus, confeſſus eſt. n. Petrus, Tu es Chriſtus filius Dei viui. Confeſſus fuerat olim Nathanael, Tu es filius Dei: Ioannis primo, confeſſi fuerant qui erant in nauicula. Verè filius Dei es, Matthæi decimoquarto. confeſſus fuerat, & Petrus in perſona omnium, Et nos credimus & cognouimus quia tu es Chriſtus filius Dei, Ioannis ſexto. Nunquā tamen Dominus beatitudinis præmium appoſuit, niſi nunc: quia nunquam confeſſio facta fuerat quòd eſſet filius Dei naturalis, qualem modo Petrus explicauit, adiungendo illud adiectiuum, Viui. hoc enim dupliciter poteſt intelligi: primò, vt ſit adiectiuum determinans ſuum ſubſtantiuum abſolutè: vt ita dictum ſit Dei viui, tāquam dictum fuiſset, Dei veri, aut Dei omnipotentis: & ſic per accidens adiungeretur Petri confeſsioni ad maiorem expreſsionem, Veri Dei, ad differentiam deorum lapideorum, ſeu mortuorum: vt Saturni, Iouis & reliquorum. Alio modo, vt determinet ſuum ſubſtantiuum, ſcilicet Dei in ordine ad filiū, cuius enunciatur Pater, dum dicitur, Filius Dei viui. & ſic per ſe, & eſsētialiter apponitur cōfeſsioni Petri, & conſtituit Petri confeſsionem eſse per ſe eſsentialiter, ac formaliter veram, & altiſsimi ſenſus: ſignificatur ſiquidē hinc pleniſsimè, & formaliter modus quo Chriſtus eſt filius Dei, ſ. ꝙ eſt naturalis filius Dei. Et ne altitudo ſenſus ſententiam elatam obumbreret, manifeſtatur quod dicimus ex differēti filiatione noſtra & Chriſti: commune nanque eſt Chriſto & nobis, ꝙ ſumus filij Dei, (ſecundum quòd de nobis ſcriptū eſt Ioānis primo, Dedit eis poteſtatē filios Dei fieri) ſed nos ſumus filii Dei, quia vult, iuxta illud Iacobi primo, Voluntariè genuit nos verbo veritatis: Chriſtus autē eſt filius Dei, non quia vult, ſed quia eſt. Ratio ſiquidem quare Deus non genuit filios, eſt ſua voluntas, quia elegit nos:rō autem quare Deus genuit Chriſtum eſt ſua eſsentia, qua genuit vnigenitum Deum, qua & ipſe Deus eſt. Hoc autem vocando ancillas ad theologicam arcem (quia viuere viuentibus eſt eſse: vt dicitur ſecundo de Anima) ſignificatum eſt per Deum viuum: ex eo nanque, quòd viuere viuentibus eſt eſse, idem eſt, Filius Dei viui inquantum viuit, & Filius Dei, inquantum eſt. Meminit tamen Petrus non Dei eſse, neque Dei naturæ, ſed Dei vitæ: quoniam cuicunque eſt Filius, conuenit generare filium non ea ratione, qua eſt, nec ea ratione qua res naturalis eſt, ſed ea ratione qua viuit. Quod ſi altius perſpicere cupis iunge hæc ſimul, ſcilicet Filius Dei viui: quum enim conſtet ex vna parte filium ſonare genitum talem qualis eius parens eſt, & ex altera parte parentem ſignificari Deum viuum: ſi cointellecta fuerit philoſophica traditio, ſcilicet naturaliſsimum operum eſse omnibus viuentibus facere tale quale ipſum eſt: vt habetur ſecundo de Anima, manifeſtè videbis quòd dicendo Filius Dei viui, ſignificatur naturalis filius Dei: Ex eo enim quod filius Dei ponitur genitus à Deo dicitur, ex eo autem quod Filius Dei,

inquantũ eſt viuus, ponitur, per naturaliſsimũ opus viuenti quatenus viuens eſt, genitus ſignificatur. Acutiſsimè ergo & formaliſsime, petri confeſsio Chriſtũ nõ adoptiuum Dei filium, ſed naturalem Dei filium manifeſtat, dicendo Chriſtum Filium Dei viui. Et ſi altiùs adhuc intuiti fuerimus, percipiemus in hac reſponſione claudi non ſolùm duas trinitatis perſonas Filium ſcilicet & Patrem, & rationem ac modum generationis, ſcilicet quòd ille naturalis Pater, & iſte naturalis Filius (vt declaratum eſt) ſed ſubſtantialitatẽ coæternitatem ac coæqualitatem vtriuſque nam ex eo quòd naturalis Filius eſt talis qualis eſt Pater, & Chriſtus dicitur Filius Dei viui, ſignificatur quoque quòd ipſe eſt Deus viuus: & quum non ſint multi dij, conſignificatur quòd eſt vnus Deus cum Patre, ac per hoc conſubſtantialis, coæternus, & coæqualis. Nec Spiritus ſancti perſona omiſſa eſt Chriſtus.n. ſonat vnctum Spiritu ſancto, vt ipſemet Petrus declarauit Act.10. Quo fit vt hac confeſsione Petrus nõ minus diuinæ trinitatis ac generationis myſterium docuerit, quàm Ioannes dicendo, In principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum, &c. imò licet Ioannes ſpiritualius, dum ad immaterialem, intelligibilẽque gradum penetrauit, Petrus tamen perſonas nominibus proprijs Filij ac per hoc Patris & generationem naturalem cum ratione generandi clarius ſignificauit, dicens, Tu es Chriſtus filius Dei viui: & ideo iure à Saluatore mundi beatus affirmatur. Ad hunc tã altum huius confeſsionis ſenſum intendiſſe inuenies Origenem. Chryſoſt. atque Hilar. hunc tã altum illius confeſsionis ſenſum teſtatur eccleſia quotidiana veneratione repetens prima diei hora, Chriſte filj Dei viui, &c. Meritò quoque ad eãdem reuelationem ſpectat Bariona. dupliciter ſiquidem, vt Hieronymus dicit, poteſt intelligi: vel legẽdo, Bariona: id eſt, filius Ionæ (Bar enim idem ſonat quòd filius) vel quòd vitio ſcriptorum detracta ſit media ſyllaba: quum deberet legi Barioanna: id eſt filius Ioannis: Simon ſi quidem creditur à multis filius Ioannis: ſecundùm tamen veritatem filius fuit Ionæ: vt patet Ioan. primo, Simon filius Iona. to vocaberis cephas: licèt vitio ſcriptorũ Latinorum Latini codices ſint corrupti. Eſt ergo primus ſenſus, myſticus tamẽ, Tu es filius Iona, ideſt columbæ: ſecundus autem literalis, Tu es filius Iona, ſeu Ioanna. Vterque autem ſenſus propoſitum fouet: nã ſi filius exponitur columbæ, ſimplicitatem ac ſpiritualitatem perſonæ ipſius Petri tanquam habilis ad reuelationem ſuſcipiendam indicat ad reuelationem nanque diuinam ſuſcipiẽdam ſimplicitas & ſpiritualitas maximè præparant: Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum (vt dicitur Sapiẽtiæ primo) & animalis homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei, primæ Corinthiorum ſecundo. Si autem filius Iona, vel Ioanna intelligitur, ad confirmationem confeſſæ veritatis valde ſpectat: quoniã pertinet ad hoc, quòd ideo Dominus naturalis patris ipſius non Petri, ſed Simonis meminit: vt ſubiungendo, Quia caro & ſanguis non reuelauit, ſed Pater meus: ex hoc ipſo quòd patrem ſuum & naturalem Patrem Simonis è regione ponit, tanquam diceret, Beatus es Simon filius Ionæ, ſeu Ioannis: quia non pater tuus ſecundum carnem, & ſanguinem reuelauit tibi: ſed Pater meus, qui in cælis eſt: ex hoc inquam ipſo eruditus quiſque intelligat patrem, qui in cælis eſt, ita eſſe naturaliter patrem meum, ſicut Ionas eſt naturaliter pater tuus. Et hoc iam notauit Chryſoſt. dicens, Vanum eſt dicere, Tu es filius Ionæ vel Ioanna, niſi vt oſtendat, quoniã ita naturaliter Chriſtus eſt filius Dei, ſicut Petrus filius Ionæ: eiuſdem ſubſtantiæ cum eo qui genuit. Oportuit autem Saluatorem noſtrum commendare Petri confeſsionẽ manifeſtando illius actorẽ & præmiũ, &c. vt Petri confeſsio vera habeatur: & ſic ipſe verus ac naturalis filius Dei credatur ex Petri confeſsione non à carne, & ſanguine, ſed a cæleſti patre deriuata: niſi enim hoc manifeſtaſſet, confeſsionem Petri vt humanum verbum acciperemus: nunc autem vt à Deo prolatam ſententiam habemus. Ex quibus omnibus clarè patere poteſt, ꝙ hucuſque nihil ad principatum Petri pertinẽs dictum eſt. Tota igitur prima pars dominici ad Petrum ſermonis, circa illius confeſsionẽ verſatur: & ad probationem fidei de ſeipſo Chriſto filio Dei viui pertinet: ſecũda autem ad Petro promittendum conuertitur: vnde & inchoat à reddendo vices ipſi Simoni Petro, Et ego dico tibi: tanquam diceret (Et Hieronym. notauit) Tu mihi dixiſti, Tu es Chriſtus filius Dei viui, & ego dico tibi. Tu es Petrus, & ſuper, &c. Vbi aduerte non ſolùm diuerſas, verùm non vnius, ſed diuerſorum generum promiſsiones Petro factas eſſe nam prima promiſsio conſtructionem reſpicit eccleſiæ, Aedificabo eccleſiam meam: ſecunda autem authoritatem, Dabo claues regni cælorum: & quodcunque ſolueris, &c. illa ad eccleſiæ ſubſtantiã, illa ad officium reſpicit: tantumque inter ſe differũt: quantum eſt inter ſubſtantiam, & officium diſtantia. Et licèt in prima promiſsione triplex inueniatur intellectus, exponendo per hanc petram vel Chriſtum, vel Petrum, vel confeſsionem Petri, vt Chryſoſtom. exponit: ſi tamen ſubtilius perſpexerimus, vnicus eſt ſenſus literalis: hoc eſt, quòd per hanc petram demonſtratur Petrus. Auguſt. enim in libro primò retractationum capit. 21. lectoris iudicio relinquit quæ duarũ ſententiarum ſit probabilior, Petruſne, an Chriſtus demonſtretur per hãc petram. Vnde hac libertate freti, ex ipſo Euangelij textu dicimus, per hanc petram Petrum demonſtrari: vt patet ex eo quòd Dominus dixit, ſuper hanc petram ædificabo. Si enim ſeipſum demonſtraſſet, non dixiſſet, Aedificabo, ſed ædifico: quoniam tunc verè ſuper ſeipſum ædificabat faciendo de Simone Petrũ ſuper petrũ autẽ nõ tũc, ſed poſt reſurrectionẽ ædificare cœpit, & propterea dixit in futuro, ædificabo: ac ſi apertè diceret, Te quẽ nunc facio Petrum, poſtea faciam fundamentũ eccleſiæ meę. Confirmaturque hic ſenſus, quia aliter impertinenter præmiſiſſet, Tu es Petrus: quum tamen pro maxima re hoc Petro dictum Euangelium inſinuet: quum Dominus quaſi reddens vices Petro (vt prædictum eſt) dixerit, Tu es Petrus: quid enim tam magnum ſonaret eſſe Petrum, aut quorſum, Tu es Petrus, niſi ſubſequenter demonſtraretur, Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam? Vnde Hieron. exponens hunc locum ait, ſecundum autem metaphoram petræ, rectè dicitur ei, ædificabo eccleſiam meam ſuper te. Expoſitio autem Chryſoſt. de confeſsione Petri, in idem redit: quoniam confeſsio fidei in idem redit cùm ſoliditate, ſeu firmitate fidei, quam denotat Petrus, non enim differt ab ea niſi tanquam actus ab habitu, & rurſus conſtat quòd eccleſia magis habet pro fundamento fidem, quàm fidei confeſsionẽ. Vnde relinquitur quòd ad literam per hanc petram demonſtratur Petrus. Exactiùs autem loquendo, dic hanc petram, id eſt, in te petram, in te ſoliditatem, fidei, in te Chriſtum creditum, in te Chriſtum confeſſum: vt complectaris omnes ſanctorũ expoſitiones. nam ſingulæ veræ quidem ſunt, ſed partem tantùm veritatis explicarunt: fidem ſeu fidei confeſsionem, aut Petrum, vel Chriſtum exponentes. Quum autem vtrunque ſimul iungitur, ita quòd & Petri perſonam & Chriſti ſeu fidem ſimul ſignificari exponitur, integra veritas, integer ſenſus habetur literæ dicentis non ſuper petram, ſed ſuper hãc petram. Indiuiduatur ſiquidem metaphorica petra, & fit hæc: quia eſt in hoc demonſtrato ſuppoſito: ſicut quòdlibet aliud

in Petro

Fuit Petrus Ionæ non Ioannis filius.

Fides magis quam illius confeſsio eccleſiæ fundamẽtum eſt.

in Petro exiſtens indiuiduatur, & fit hoc, quia eſt in ipſa petri perſona.

¶Hoc igitur integro ſenſu literali patefacto & ad miſſo, & amplius aperiendo, ſcito ex Euangelio omnes promiſsiones petro factas conuenire in hoc, ꝙ omnes ſunt factæ vnicæ perſonæ ipſius Simonis, qui dicitur petrus: cui dictum eſt, Tu es petrus. Manifeſtaturque ſic eſſe primò de prima promiſsione, & deinde de ſecunda. In prima promiſsione tria reſpice. primò, Tu ſecundò, es petrus, tertiò, ſuper hanc petram. Ex pronomine, Tu, demonſtratur perſona illa cui Chriſtus loquebatur: perſona dico, non qualitas aliqua, nam conſtat pronomen, Tu, demonſtrare ſubſtantiam ſine qualitate etiam apud grãmaticos. Rurſus ex pronomine. Tu, monſtratur vnica perſona: vt patet. Ex coniunctione propterea huius quod eſt eſſe petrum ad ly, tu, cùm dicit, Tu es petrus, ſignificatur apertè affirmari à Domino illam vnicam perſonam eſſe petrum: & quia per hanc petram demoſtrat illam eandem petram, quam tunc pronomine demõſtratiuo monſtrabat, Tu es petrus. Significantiſsimè ſiquidem ille articulus hanc exprimit eandem monſtrari petram, de qua tunc erat ſermo, quæ & per pronomen, Tu es petrus, monſtrabatur: & hoc tãtò clariùs, quantò nulla alia petra tunc monſtrata, aut nominata inuenitur in Euangelio. Eſſe igitur futurum Chriſti eccleſiæ fundamentum, iungitur huic petræ, quæ quia iungitur perſonæ demonſtratæ pronomine Tu, oportet intelligere, quòd eſſe Chriſti eccleſiæ fundamentum, promittitur vnicæ perſonæ demonſtratæ per, Tu: cui tunc datum eſt quòd eſſet petrus. Et vt hoc magis ac magis notares, inchoauit Dominus, Et ego dico tibi, non beatitudini tuæ, non filio columbę, non filio reuelationis: ſed tibi. De ſecunda autem promiſsione clariſsimè patet: quia exprimit ꝓnomẽ demonſtratiuũ ſubſtãtię dicẽdo, Et tibi dabo claues. Oportet nanque hæc valdè notare: quoniam hinc cõmẽta hæreticorum, ſchiſmaticorum ſpecie tenus ſancta, ſed re venenoſa confutantur: aiunt enim, Super petram, id eſt, fidei firmitatem eccleſiam fundatam. Verùm dicunt ſed diminutum, quoniam Dominus dixit quidem, ſuper petram: ſed nõ hoc ſolùm dixit, ſed addidit articulum, hanc, dicens, ſuper hanc petram: quam proculdubio tunc monſtrabat, dicens, Tu es petrus: ſi enim ſuper fidei ſolidum abſolutè ędificaturus eſſet, non dearticulaſſet ſoliditatẽ ad perſonam illam. Sed ſchiſmatici perſonalia fundamenti vnitatem à Chriſti eccleſia tollere, per hæc commenta nituntur. Dominus autem hos omnes præueniẽs, ſermonem ad Simonem petrum ſub pronomine direxit, inchoans, Et ego tibi dico. & ſubdens, Tu es petrus, non beatitudo tua, aut aliquid eiuſmodi: tu. nõ vos, vt vnitas fundamẽti eccleſiæ, vnitas quoque perſonalis à Chriſto affirmatá intelligatur: dum dicitur, Tu es petrus, tu vnus es petrus futurus poſtea fundamẽtum: quando ſuper hanc petram, ideſt te petrum ædificabo eccleſiam meam. Duplex autem aduertenda eſt inter has promiſsiones differentia, prima eſt, ꝙ fundamentum eccleſiæ non promittitur perſonæ Petri abſolutè, ſed quatenus eſt petrus, ſeu petra: claues autem regni cælorum promittuntur perſonæ petri abſolutè. Et habes hanc differentiam ex Euangelio: dum de primo dicitur, Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, non dixit, Super te ædificabo eccleſiam meam: per hanc enim petram demonſtrauit totum quod dixerat, Tu es petrus: nam petram reddidit ad ly petrus, & articulum hanc, reddidit ad ꝓnomen, tu, tanquam ſi diceret, Tu es petrus, & ſuper te petrum ædificabo eccleſiam meam. De clauibus autem regni cælorum non dicitur, Et tibi petro, neque huic petræ, ſed ſimpliciter & abſolutè, Tibi dabo claues, monſtrans per hoc, quòd dixit, tibi. quòd perſonæ non qualitati, per petram ſignificatæ, putà fidei promittebat claues: perſonæ ergo qualificatæ promiſſum eſt fore Chriſti eccleſiæ fundamentum: perſonæ verò nudæ promiſſæ ſunt claues regni cælorũ. Altera differentia eſt, quòd in prima promiſsione petro promittitur eccleſiam ſuſtinẽdi officium, non ſe petro, ſed Chriſto actore: nam non dixit, Et ſuper hanc petram ædificabis eccleſiam meam: ſed dixit, Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam: tanquam ſi diceret, Tu ſuſtinebis tanquam petra me ædificante eccleſiam meam ſuper te petra. In promiſsione verò clauium aperiendi officium, & claudendi non ſibi reſeruauit Dominus, ſed ſe daturum claues promiſit: vt ille cui dantur agat aperiendo, vel claudendo regnum cælorum. Hæ ex euangelij pleno ſenſu differentiæ conſtãt. Ex quibus euidenter colligitur differentia inter officium petri quò ad poteſtatem vtendi clauibus, & ſoluendi, atque ligandi & officium eiuſdem ad ſuſtinendam eccleſiam in fide: dũ officium clauium homini committitur: officium verò ſuſtinendi eccleſiam in fide ad Chriſtum vt actorem, ad petram vt rationem ſuſtinendi, ad hominem verò petrum, vt fundamẽtum ſuppoſitumque ſpectare dicitur. Oportet ſiquidem hæc diligentiùs contẽplari, vt ſciamus hinc rationem reddere poſcentibus nos de ea, quæ in nobis eſt fide: ex his enim facile eſt perſpicere quòd claues regni cælorum nõ ſunt datæ ſanctitati ſeu iuſtitiæ hominis, ſed ꝓmiſſæ ſunt homini futuro paſtori ouium Chriſti. Si quis autem contra huiuſmodi exactam expoſitionem verborum Euangelij obiiciat, eo quòd petrus non fuit ex tunc re, & nomine petrus: quoniam non perſeuerauit ſolidus, ac firmus in fide. ter ſiquidem poſtea Dominũ negauit: ac per hoc verba Dñi ſonantia in præſenti Tu es petrus, nõ ſunt ſic exactè intelligenda: aduertat ſic obiiciens ſe falli confundendo firmitatem fidei & firmitatem charitatis: petrus quidem ex tunc factus eſt firmus in fide, dicẽte Chriſto, Tu es petrus: vt Hieron. teſtatur, exponens, Et ego tibi dico, non ſermone caſſo & nullum opus habẽte, ſed, dico tibi, quia meum dixiſſe feciſſe eſt, quia tu es petrus. Nec deficit negando Dominum in fide, quæ in corde eſt, quamuis defecerit in confeſsione fidei: horum enim diſtinctio à Paulo Apoſtolo manifeſta eſt ad Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiã, ore confeſsio fit ad ſalutem. Teſtatur ſiquidem Dominus Petrum non defeciſſe in fide. Luc. 22. dicẽs, Ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua: conſtat enim Chriſtum in omnibus exauditũ fuiſse pro ſua reuerentia, vt dicitur ad Hebræ. cap. 5. Defeciſse autem ipſum in charitate, & periurum manifeſtat, & Dominus teſtatur ſubiungens, Et tu aliquando cõuerſus cõfirma fratres tuos: auerſus enim fuit à charitate Chriſti, non à fide, perſeuerauit ergo ſemper petrus.

Promiſit Chriſtus Petro illũ eſſe futurum eccleſiæ fundamentum, non abſolutè, ſed vt petrã.

Colllge omnia.

HIS Præmiſsis, Ad obiectiones in oppoſitum dicẽdum eſt. Et circa tres primas non oportet inſiſtere, quia iam declaratũ eſt, quòd impertinentes ſunt: nam ad confeſsionem Petri ſpectant oĩa, quę in eis afferuntur. Ad alias verò obiectiones, ex illis verbis, Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meã. dicitur, quòd hæc quidem ſpectant ad pontificalem gradum non ſecundum officium clauium, ſed ſecundum officium fundamẽti. Et ex propoſito Dominus dixit, Non tu vocaberis petrus, ſed tu es petrus, vt affirmaret, tu es petrus re & nomine: hoc eſt, tu es ſolidus, firmus, cõſtãs, &c. in fide tanquam petra: vt Leo, Greg. Bedaque exponũt. Nec ex his aliud poteſt inferri, niſi quòd ſoli habẽti fidẽ cõuenit eſſe fundamẽ

Ad tres primas obiectiones.

Ad alias.

tum

tum ſuſtinendi eccleſiam in fide. quòd gratis concedimus: nam ex hoc non habetur, quòd eſſe fundamētum mediante charitate, ſeu iuſtitia conueniat Petro, ſed mediante fide. Et rurſus hinc nō habetur, ꝙ eſſe fundamentū promiſſum ſit fidei ſimpliciter & abſolutè: ac per hoc promiſſum ſit cuicunque in quo inueniatur fides: quoniam Chriſtus nō dixit, Et ſuper petrā, ſed dearticulauit eam ad perſonā, adiungens ly, hanc, dicendo, ſuper hanc petram: proculdubiò enim petra tunc demonſtrata per præmiſſa verba, Tu es Petrus, repetitur, vt qui modò eſt Petrus futurum ſit fundamētum. Quocirca clarè patet, ꝙ ſicut ſolus Simon demonſtratus eſt dicendo, Tu es Petrus, ſolus quoque repetitus eſt a Domino, Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Nulla ergo promiſsio facta eſt dono virtutis abſolutè: ſed ſola prima inter eas: ſcilicet ædificatio eccleſiæ facta eſt dono fidei, non in quocunque, ſed in perſona futuri paſtoris ouium Chriſti.

Ad confirmationē.

¶ Ad confirmationē autē inferentē ſimile eſſe iudicium de officio clauium & officio fundamenti: reſpōdetur, ꝙ ex differentibus verbis Domini manifeſtè declaratum eſt non eſſe ſimile de vtroque iudicium. Et licet acceſſorium ſequatur naturam principalis cæteris paribus: vbi tamē (vt in propoſito) maxima eſt in cæteris diſparitas, nō oportet ſecundarium aſsimilari principali. Manifeſtatur autem maxima diſparitas, in hoc, quòd in officio fundamenti homo ſe habet quaſi totaliter paſsiuè, dicente Chriſto, Ego ædificabo ſuper te Petro: in officio autem clauium non dixit, Ego aperiam, aut claudam, ſed abſolutè, Tibi dabo claues regni cælorum. Non eſt propterea mirum, ſi aliter promiſſum eſt fundamenti officium, & aliter officium clauium: illud mediante firmitate fidei, iſtud homini abſolutè. Contentanea eſt autem huiuſmodi differentia à Chriſto inſtituta humanæ etiā rationi: nam vſus clauium ſiue rectus, ſiue abuſus fuerit, non in vniuerſalem redundat eccleſiam: officium autem ſuſtinendi fidem ſi aberraret, eccleſia vniuerſalis rueret: de qua tamen Dominus dicit, Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Promiſſæ ſunt ergo claues regni cælorum non dono virtutis (vt hæretici fingunt) ſed perſonæ Simonis Petri, futuri paſtoris ouium & agnorum Chriſti.

CAPVT III.

Perſonæ Petri in ſe, & non ſolùm in perſona eccleſiæ promiſſas eſſe claues.

NON longè à prioribus recedunt affirmātes claues regni cælorum non Petro, ſed eccleſiæ a Chriſto promiſſas, dicente, Tibi dabo claues regni cælorum: tanquam dixerit, tibi, hoc eſt eccleſiæ ſignificatæ per te, nō tibi, dabo claues regni cælorum. Nam iſtis cum prioribus commune eſt, & eximere Petrum ab hac Domini promiſsione, & nulli ſingulari homini datas eſſe claues, ſed dono Dei promiſſas eſſe claues. Solùm in hoc differunt, quòd priores dono Dei in quolibet iuſto, aut ſaltem in quolibet ſacerdote, iſti dono Dei in eccleſia inuento claues datas aſſeuerant, eo ꝙ Petro non vt vni homini, ſed vt perſonam gerebat eccleſiæ Chriſtum dixiſſe contendunt, Tibi dabo claues regni cælorum: nituntur que hoc multis argumentis aſtruere. Vnde primò arguunt Chriſtus exponit ſeipſum in Euāgelio, cui loquatur & cui tradat claues dicens, Beatus es Simon Bariona, caro & ſanguis non reuelauit, ſed pater meus qui eſt in cælis. Vbi apertè Petrus in hac perſona non eſt Petrus, non eſt caro, neque ſanguis, non Simon Bariona, omnino Petrus extra hominē ponitur: & iā non eſt vlla perſona per ſe, ſed reuelantis Patris auditor cui dantur claues. Nulli ergo priuato homini datæ ſunt claues, ſed ſoli eccleſiæ, quia de nullo priuato homine certi ſumus habeat necne reuelationē Patris: eccleſia autē ipſa eſt de qua dubitare non licet: ipſa eſt ergo ille Petrus auditor reuelationis, & acceptator clauium.

¶ Secundò, ex cohærentibus Chriſtus enim poſt glorioſam iſtam Petri commendationem, quum ei Petrus prohibuit ne moreretur, reprehendit Petrum, Vade poſt me Sathana: non enim ſapis ea quæ Dei ſunt Vt ex ſubſecuta poſt commendationem vituperatione clarum fiat illum ſuperiorē Petrum qui claues accepit, nō fuiſſe Petrum filium Bariona, ſed eccleſiam filiam Dei: quæ verbo Dei genita: verbum Dei audit & cōfitetur perſeueranter in finē: non aliquādo nō ſapiēs q̄ Dei ſunt, nec vnq̄ retrò abire iuſſa, ſicut Petrus.

¶ Tertiò, ex eo ꝙ Chriſtus dixit, Super hanc petrā ædificabo eccleſiā meā: hoc eſt, ſuper fidē à Petro totius eccleſiæ perſona cōfeſſam: ac per hoc in qualibet eccleſia, vbi eſt fidei petra, illic & claues. Firmatur autē hoc, quia nec ipſe Petrus petra fuit in eadem perſeuerans confeſsione: quoniā mox poſt acceptas claues errauit; & tamen nō ſunt ei claues rurſum allatæ: quare non in ſua, ſed eccleſiæ perſona eas accepit.

¶ Quartò, Quando papa eligitur, an ſecum affert claues, vel nondū affert, ergo erat Papa antequā eligeretur: ſi non affert, à quo accepit? nunquid ab Angelo de cælo? nonne ab eccleſia? Item, quando papa moritur cui relinquit claues, niſi eccleſiæ à qua accepit? quid igitur poteſt dici contra hanc euidentiſsimā experientiam, optimam Euangelii interpretē claues nec Petro, nec ſucceſſori, ſed ſoli eccleſiæ datas? à qua tanquam miniſter accepit vſurus eis ſacerdos in qualibet eccleſia.

¶ Quintò, formatur argumentū ſimilis formæ argumento, quo Paulus Ro. 4. & Gal. 4. vtitur dicens, ꝙ ſicut Abrahæ ex fide reputata eſt iuſtitia: ita & omnibus, qui credunt reputabitur ad iuſtitiam. Quare etiā hic ſimiliter: ſi Petro habenti reuelationem Patris, & Chriſtum confitenti claues dantur: ita neceſſe eſt homini ſimiliter, confitenti & reuelationem habenti, claues donatas eſſe: quòd nulli niſi eccleſiæ conuenire poteſt: quum nullus ſingularis fidelis conſtanter certo, ac perſeueranter habere poſsit hanc confeſsionē: vt etiam de ipſo Petro patet.

¶ Sextò: quia nō ſolū (vt Au. primo li. de doc. Chriſtia. c. 17. teſtat̄) has claues Chriſtus dedit eccleſiæ ſuæ vt quæ ſoluiſſet in terra, ſoluta eſſēt & in cælis: ſed etiā, vt ipſe teſtat̄ ſup Io. Petrus Apoſtolus ſui pp apoſtolatus ſui primatū eccleſiæ gerebat figurata generalitate perſonā, in perſona ergo nō ſua, ſed eccleſiæ claues accepit. quod ex Aug. verbis ibidē amplius firmatur quū dicit, Quòd n. ad ipſum Petrū propriè pertinet, (quā vnus homo erat, gratia vnus Chriſtianus) abūdātiæ gratia idēq, primus Apoſtolus: ſed quando ei dictū eſt, Tibi dabo claues regni cælorum, vniuerſam ſignificabat eccleſiam. Confirmaturque eadē ſententia ex verbis eiuſdem Aug. Pſal. 108. Sicut quædam dicūtur quæ ad Apoſtolum Petrū pertinere videntur: neque tamen habent illuſtrem intellectum, niſi quū referūtur ad eccleſiā, cuius ille agnoſcitur in figura geſſiſſe perſonam propter primatum, quem in diſcipulis habuit: ſicut eſt, Tibi dabo claues regni cælorum: ita Iudas perſonam ſuſtinet inimicorum Chriſti. Ex his enim verbis apparet Petrum non in ſua, ſed eccleſiæ figurata perſona claues ſuſcepiſſe, dum hic dicitur nō haberi illuſtrem intellectum, niſi ad eccleſiam referatur: & ibi contra perſonales conditiones Petri aduerſatiua coniūctione ſubditur: ſed quando ei dictū eſt,

Tibi

Tibi dabo, eccleſiam ſignificauit. Et confirmatur rurſus authoritate Euangeliſtæ deſcribentis interroganti Christo. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? nullum certum diſcipulum reſpōdiſſe opiniones, quæ de eo erant. interroganti verò de ſe Apoſtolos, vnum certum Petrũ reſpondere, & conſtanter abſoluere, ac pronunciare fidei confeſſionem, vt veram Chriſti cognitionem in unitate & firmitate conſiſtere, non multorum opinionibus uelut arundinem agitari doceret. Tenet ergo Petrus eccleſiæ vnitatis figuram. Accedit ad hæc Cypr. authoritas habita 24. q. 1. loquitur Dominus dicentis, Quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionẽ ſuam parem tribuat poteſtatem, tamen vt vnitatem manifeſtaret, unitatis eiuſdem originem ab vno incipientem authoritate ſua diſpoſuit, hoc vtique erant cæteri Apoſtoli quod Petrus fuit, pari cõſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt eccleſia Chriſti vna monſtraretur. Vnde non vnus, ſed unitas claues accepit, vt atteſtantur etiam capitula, omnibus, & quodcunque. 24. quæ. 1. ex Hiero. & Auguſt.

Ad euidentiam horum conſiderandum eſt, vnum dici a ſanctis. ſ. Petrum, ſignificaſſe eccleſiam, quũ claues accepit. Duo autem exponi ſeu deduci, primum eſt, eccleſia accepit claues, quum Petrus claues accepit, ſecundum eſt, ꝙ perſona Petri non accepit claues. Vnde dupliciter contingit hic errare, uel negando primum, vel affirmando ſecundum. Et negare quidem Petrum eccleſiam ſignificaſſe, eſt contradicere expoſitioni ſanctorum. Affirmare autem eccleſiam ſic accepiſſe claues, quòd perſona Petri non acceperit, error eſt pluſquam hæreticus, quoniam Euangelica per hoc negatur hiſtoria, & hiſtoria in parabolam vertitur. Parum dixi, quoniam omnis etiam veteris teſtamenti hiſtoria in parabolam verteretur. Declaro ſingula, ſi. n. Petro non in perſona propria, ſed ſolummodo in perſona ſignificatæ per eum eccleſiæ promiſſæ ſunt claues, quum dictum eſt ei, Et tibi dabo claues, &c. parabolicus Petrus inducitur, & non narratur hiſtoria, ſed parabola, quum dicitur, Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogauit diſcipulos ſuos, cum reliquis quæ ſequuntur. Et eadem licentia qua hæc hiſtoria uertitur in parabolam, omnis alia hiſtoria non ſolum noui, ſed etiam ueteris teſtamenti in parabolam verti poteſt: ſcriptum eſt enim, Omnia in figurá contingebant illis. Si enim quia Petrus figuram gerebat eccleſiæ, parabolicus ponitur, & nõ in propria perſona circa claues, parabolam quoque neceſſe eſt fateri de Martha & Maria, quæ figuram gerebant vitæ actiuæ & contemplatiuæ, parabolę quoque erunt reſuſcitationes trium mortuorum a Chriſto, quia figuram gerebant trium generum peccatorum ſpiritualiter reſurgentium, quinimo & mors Chriſti, & reſurrectio parabola erit, quia illa nos mortuos peccato, iſta nos in nouitate vitæ ſignificat, & breuiter vniuerſa rust rerum geſtarum fides in ſacra ſcriptura ex hac licentia.

Clauis intelligendi Scripturas diuinas.

Vera autem & probata ſententia eſt, dupliciter aliquid ſignificari, vno modo per modum parabolæ (ſicut filius prodigus ſignificat peccatorem, & operarii conducti ad vineam, ſignificant cultores Dei in Chriſti eccleſia, & ſic de aliis) alio modo per modum rei geſtæ, ita quòd res verè geſta ſignificat rem aliam, ſicut tranſitus Hebræorum per mare rubrum ſignificat trãſitum noſtrum de uitiis ad virtutem, & aduentus Magorum adorantium Chriſtum, ſignificat viatorũ progreſſum ad cœleſtem patriam. Inter hos autem ſignificandi modos hæc eſt ad propoſitum diſparitas, quòd in parabolica ſignificatione nulla eſt cura de ſignificantibus perſonis ſecundum ſeipſas, quoniam ad ſignificandum tantum deſcribuntur, quemadmodum apud poetas fit in comœdiis & tragœdiis. Quum autem res geſta ſignificat, oportet primò omnem curam adhibere ad rem, quæ geritur, & ad perſonas ſecundum ſeipſas: quia ſenſus literalis in hoc conſiſtit, ex quo ſolo ſecundum Dionyſ. & Auguſt. efficax trahitur argumentum. Vnde oportet primò verificare in hiſtorijs res geſtas & dictas de perſonis ſecundum ſe ipſas ad veritatem fidei: & deinde poteſt ſuperaddi ſenſus ſpiritualis, quo res geſtas ſignificat aliam, quo perſona hiſtorica figurat aliquid aliud: & hoc ad ædificationem Chriſti fidelium: non ad comprobandum ea fidei, quæ in controuerſiam veniunt. Quò circa oportet primò ad veritatem fidei ſaluandam ſenſum hiſtoricum tenere, & perſonam Petri non vertere in perſonam parabolicam, quum de fidei agitur hiſtoria, † & ſenſus literalis inueſtigatur Euangelicæ hiſtoriæ, quando venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogauit primò ac ſecundò, audiuit reſponſiones primò Diſcipulorum, deinde Petri: reſpondit Petro, dixit, promiſitque claues regni cælorum. Et firmata veritate ſenſus literalis, quòd perſonæ Petri dictum promiſſumque eſt, ſuperaddere licet ſenſum myſticum, quo Petrus figurat eccleſiam, ſicut apparet in ſimilibus, puta in ſignificatione vitæ actiuæ per Martham (cui dictum eſt, Solicita es & turbaris erga plurima) & contẽplatiuæ per Mariam, de qua dictum eſt, Optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea & ſic de alijs. Patet ergo quod Petro in perſona eccleſiæ promiſſas eſſe claues, verum eſt ſic, vt perſonæ ipſius Petri primò, & ad literam promiſſæ ſint: quia illud verificatur ſecundum ſenſum myſticum, hoc autem ſecundum ſenſum literalem.

† Aliàs, de fide agitur hiſtoriæ.

Myſticus ſenſus in literali, fundatur vt in primo.

Ad primum ergo in oppoſitum dicitur, clarum ex antedictis eſſe verba illa Domini (Beatus es Simon Bariona; quia caro & ſanguis non reuelauit, ſed Pater meus) non ad Petri priuatum, ſed ad ipſius confeſſionem, & confeſſionis fructum ſpectare: & propterea tanquam impertinentia longè ſunt à propoſito ſecundum literalem ſenſum. Has autem Petri conditiones trahere myſtica interpretatione ad eccleſiam, quamuis ſuſtineri poſſit, intolerabile tamen eſt, vt ſenſus myſticus excludat literalem, Petrus excludat ſeipſum, auditor excludat eum, qui audit, & Simon Ioannis vertatur in parabolicam perſonam.

¶ Ad ſecundum verò dicitur, falsò interpretari ſinem, cur poſt tantam commendationem Petrus reprehenſus fuerit: nam ſecundum planum literæ ſenſum commendatur primò perſona Petri ratione diuini doni, deinde reprehenditur ratione proprij ſenſus, neutrum autẽ ſecundum hiſtoriæ fidem ſpectat ad alium quàm ad Petrum: quoniam tam commendatio quàm reprehenſio perſonalis fuit. Secus autem eſt ſecundum ſenſum myſticum: quo quilibet proprij ſenſus & affectus in Petro reprehenditur, & quilibet diuinæ, reuelationis ſectator in Petro commendatur.

¶ Ad tertium dicitur, per hanc petram demonſtrari ad literam fidem in hoc, id eſt Petro, vt ex dictis patet. Et propterea non ſequitur, quòd cuilibet partiali eccleſiæ, vbi eſt fides, æqualiter datæ ſint claues: ſed ſufficit cuilibet fidei eccleſiæ datas eſſe in totius eccleſiæ capite, quod eſt hæc petra, ſuper quam Chriſtus ædificat eccleſiam ſuam.

Vade poſt me ſathana conuenienter dictum eſt Petro. nõ vade ſathan.

Et ad confirmationem dicitur, quòd licèt Petrus errauerit, non tamen deſijt eſſe petra: tũ quia per illa verba, quæ obijciuntur, Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. Petrus, nec fidem nec charitatem perdidit. Vnde & Dominus non dixit ei, Vade Sathana: vt tentatori, dixerat. ſed modificauit dicens, Vade poſt me Sathana, tanquam diceret, Sequi tu me debes, non ego affectum tuum. Tum quia, vt prædictum eſt, quum poſteà Chriſtum negauit, fidem non perdidit, ſed petra fidei perſeuerauit in corde. Et tamen, vt

Theop.

Theop. Luc. 22. notauit, Chriſtus iterum ipſum in Apoſtolico gradu reſtituit dicens, Confirma fratres tuos.

¶ Ad quartum dicitur, quòd quum Papa eligitur, neque ſecum claues affert, neque ab eccleſia illas accipit: ſed à Chriſto, non noua traditione, ſed antiqua illamet, quam tradidit Petro. Eccleſia ſiquidem miniſterio electionis perſonam deputat, quæ Petro ſuccedat: Chriſtus autem ipſe in beato Petro cuilibet ſucceſſori claues tradidit, & propterea vana eſt quæſtio, à quo accipit, aut cui relinquit moriens: verbum enim Chriſti ſemper viuum dat claues cuilibet ſuccedenti, & non vnus alteri relinquit.

¶ Ad quintum dicitur, argumentũ eſſe ſimilis formæ, ſed diſſimilis materiæ: & propterea non tenere. Iuſtitia ſiquidem & fides bona ſunt animæ, ad vtilitatem ipſius credẽtis & iuſti: claues autem poteſtatem ſignificant, ad aliorum regimen ordinatam: & ideo licet cuilibet credenti imitanti Abraham, reputetur fides ad iuſtitiam, ſicut Abrahæ: non tamen cuilibet credenti & confitenti Chriſtum, imò nec cuilibet Petro imitanti Petrum in fide dari oportet claues: id eſt, poteſtatem aperiendi & claudendi alijs: ſicut nec cuilibet imitãti fidẽ Abrahę datur, ꝙ ſit pater multarũ gentium, ꝙ in ſemine ſuo benedicãtur omnes gẽtes, quæ tamen Abrahæ credenti data ſunt. Quòd aũt additur, nulli niſi eccleſiæ conuenire poſſe cõſtanter, certò ac perſeueranter habere Petri cõfeſſionẽ, ſi ad ſingulares perſonas referẽ Paulus Apoſtolos ad Roman. octauo confutat, dicẽs. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio, an anguſtia, &c. & ſubdit, Certus. ſum enim, &c. loquẽs ad literã de electis. Quòd ſi nõ contra rẽ, ſed cõtra notitiam noſtrã arguitur: quia nos neſcimus quis perſeuerabit, facilè ſatisfit per hoc, ꝙ Deus ſuauiter diſponens omnia, nõ exigit ab homine maiorẽ certificationẽ, ea quæ eſt fidei & humani moris, à fructibus, ſcilicet eorum cognoſcendo homines.

¶ Ad ſextum dr̃ verũ eſſe & ꝙ eccleſiæ datæ ſunt claues, & ꝙ Petrus perſonam eccleſiæ figuratæ gerebat, & ꝙ vnitas Petri vnitatem eccleſiæ ſignificauit. Sed in hoc falluntur argumentã, ꝙ ex his veritatibus in aliã veritatẽ inſurgunt: hæ ſiquidem veritates non cõtrariantur huic alij veritati, ꝙ Petrus in propria perſona accepit claues: ſunt hæc. ſ. omnia ſimul vera. Et primũ quidẽ & vltimum, vt ſexto patebit ca. ad veritatẽ ſenſus literalis ſpectant, quoniã ad literã Petrus in propria perſona ſic accepit claues, ꝙ & Eccleſia accepit eaſdem. Reliqua autem ad myſtici ſenſus veritatem ſpectant: ſecũdum ſpiritualem ſiquidem ſenſum, vnus Petrus vnitatem eccleſiæ ſignificat, & vniuerſalem eccleſiam repræſentat. Vnde Cypria. Hieron. & Auguſt. dicta, q̃ obiiciẽdo allata ſunt, veriſſima ſunt, ſed iuxta ſenſũ myſticũ. Sed nõ aduerſanẽ ſenſui literali: quo (vt Euangelica teſtaẽ hiſtoria) ipſe Petrus in propria perſona, cui reuelatio facta eſt, reſpondit, clauiumq́ promiſſionẽ accepit. Ad clariorẽ tamẽ notitiã habendã verborũ Aug. ſcito duplicẽ Euãgelij ſenſũ: hoc eſt, literalẽ (quo verificaẽ, Tibi, id eſt Petro, dabo claues regni cælorũ.) Et myſticũ quo verificaẽ tibi, id eſt Eccleſiæ ſignificatæ per te dabo claues, regni cælorũ eſſe ab Aug. cõparatũ nõ penes verũ, vel falſũ, ſed penes clarũ, vel minus clarũ. Ad ſenſũ ſiquidẽ myſticũ ſpectat, ꝙ Petrus gerat in figurat perſonã eccleſiæ: ſicut ad ſenſũ myſticũ pertinet, ꝙ Iudas gerat perſonã inimicorũ Chri: ad literã aũt ipſe Iudas erat Chriſti inimicus, & ipſe Petrus eſt cui promiſſæ ſunt claues. Vnde Aug. quia ſenſus myſticus clarior eſt, quàm ſenſus literalis, in propoſito (vt teſtantur tot quæſtiones, quæ circa ſenſũ literalẽ emergunt) & ſenſus myſticus ita eſt omnibus manifeſtus, vt & vulgares ſciãt claues eſſe eccleſiæ, cõparauit ſenſum literalem iuxta quẽ claues promiſſæ ſunt perſonæ Petri futuri paſtoralis totius eccleſiæ) ad ſenſum myſticum, iuxta quẽ claues promiſſæ ſunt Petro in figura eccleſiæ: & dixit, ꝙ myſticus ſẽſus eſt clarior: hoc. n. ſonãt illa verba, Nõ hẽnt illuſtrẽ intellectũ, niſi ad eccleſiã referantur, cuius ille geſſit in figura perſonã. Negauit ſiquidẽ illuſtrẽ, & nõ negauit verũ intellectũ, niſi ad eccleſiã referanẽ: conſtat. n. illuſtre ad claritatẽ pertinere. Et hoc intendere Auguſtinũ patet ex contextu: volens. n. exponere Pſalmũ illum, Deus laudem meam, partim de Iuda, partim de populo Iudæorũ inimico Chriſti, præmittit. ſi aũt de tali gñere malorũ, i. inimicorum Chriſti ingratorum Iudæorum, oĩa nihil videnẽ poſſe clarius aperiri: & ſtatim ſubdit verba allata, vbi clarè videre quilibet põt non derogari veritati ſenſus literalis (quo perſonæ Petri ſunt claues promiſſæ ex hoc ꝙ ſenſus iſte non eſt ita clarus ſicut myſticus: neq; . n. ſolus eſt tex. iſte talis, ſed innumeros habet in ſacra Scriptura cõſodales. quorũ ſenſus illuſtris nõ niſi myſticus eſt. Allata quoq; verba Aug. ſuper Ioan. nõ negant Petro ſecundũ propriam perſonam dictum eſſe, Tibi dabo claues: ſed affirmãt, Petro in perſona eccleſiæ figuratiuè dictum eſſe, Tibi dabo claues. Ex hac aũt vera affirmatione nõ ſequi negationem illius alterius veritatis ſatis patet. Ad vim aũt, quæ fit in cõiunctione aduerſatiua reſpondetur ꝙ cõiunctio illa augmẽtatiua, eſt iuxta frequẽtatiuũ loquendi vſum, quo dicimus aliquẽ virtutẽ bonum virum, ſed officio bonũ ciuem: & ſimilia. Tanquã enumerans Auguſt. quibuſdam perſonalib. Petri conditionib. auxerit conditionẽ Petri, tranſeundo ad extenſionẽ eius in vniuerſalẽ eccleſiam ſignificatiuè, cum qua ſignificatiua cõditione ſtat, ꝙ per proprietatẽ paſtoralis officij idem Petrus ad vniuerſam ſe extendat eccleſiã: quãuis hoc non ſit ibi ab Auguſtino explicatum, qui de Petro & Ioanne myſticè tractabat, vt ille actiuæ, iſte contẽplatiuæ vitæ perſonã gerebat. Vnde quũ infertur, ꝙ non vnus, ſed vnitas claues accepit, pro quanto affirmatur vnitatem claues accepiſſe, verũ dr̃, ſicut verum eſt eccleſiam accepiſſe claues: quatenus verò negatur vnũ Petrum accepiſſe claues, aut falſum dr̃, aut piè exponendum eſt. Nam ſi ideo negaẽ vnus, vt negetur Petrus, falſum di contra Euangelicã hiſtoriã: ſi aũt ideo negatur vnus, vt negetur ſolitudo perſonalis, hoc eſt, vt Petrus non acceperit claues ſecũ ſepeliendas, ſed vt in ipſo eccleſia vſq; ad finem ſeculi duraturas claues acceperit, verum dr̃: ille. n. non vnus, i. pro ſe tantũ, ſed vnitas eccleſiæ in illo vno claues accepit. In nullo tamẽ citatorum locorũ habetur negatiua iſta, Nõ vnus claues accepit. Et ex iis quæ diximus, ſoluendas ſimiles obiectiones relinquimus: vt non ſit opus omnia, quæ obiici poſſunt, afferre. Reliqua ex Cypria. illata de Paritate Apoſtolorum, inferius loco ſuo patebunt.

CAPVT IIII.

Verba Chriſti, Tibi dabo claues, Petro non in perſona omnium Apoſtolorum dicta eſſe.

EXCLVSIS prioribus erroribus, tractanda eſt eorum opinio, qui Petro intelligunt in perſona omnium Apoſtolorum dictum à Chriſto, Tibi dabo claues, &c. Afferunt autem ad hoc argumenta quatuor. Primum ex interrogatione Domini: nam non Petrum ſolum, ſed communiter omnes interrogauit, Vos autem quem me eſſe dicitis.

¶ Secundum ex perſona Petri, quia Petrus primus omnium erat Apoſtolorum, & perſonam omnium induit, pro omnibus reſpondendo. Vnde Chryſ. dicit omnibus diſcipulis interrogatis, Petrus tanquam os Apoſtolorum & caput pro omnibus reſpondet. Et confirmatur: quia niſi in perſona omnium Petrus reſpondiſſet

ſpondiſſet fuiſſet aſpectanda aliorum reſponſio : aut rei fuiſſent alij Apoſtoli omiſſe reſponſionis ad interrogationem Domini, Vos autẽ quem me eſſe dicitis?

¶ Tertium ex fructu : quia claues regni cælorum datæ ſunt omnibus Apoſtolis.

¶ Quartum ex communibus, quia Chriſtus dixit, Quod vni dico, omnibus dico.

¶ Antequem autem ad hæc reſpondeatur, ex plano ſenſu tex. Euang. monſtrandũ eſt directa eſſe hæc Domini verba ad Petrum ſolum. Patet ſiquidem hoc primò ex principio ſermonis Dominici ad Petrum, quũ dixit, Beatus es Simon Bariona: hoc.n.non potaſt reſerri verè ad omnes. Tum quia exprimitur proprium nomen Simonis: & explicatur cuius ſit ſecundum carnem filius dicendo, Bar iona, id eſt filius Ionæ. Tum quia falſum hoc fuiſſet de Iuda, quoniam non credidit in Chriſtum, vt teſtatur Io.6. c.cum refert Dominum dixiſſe, Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt: & ſtatim ſubdit rationẽ dicti, Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent credentes, & quis traditurus eſſet eũ. Et rurſus in calce eiuſdem c.dicente Petro pro 12. Apoſtolis; Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei, reſpondit ei Ieſus, Nonne ego vos 12.elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt? non poteſt ergo verificari quod ad omnes Apoſtolos dictũ ſit, Beatus; quum vnus eorum nõ crederet, & diabolus eſſet. Secundò ex ſubiuncta ratione : quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui eſt in cælis. Nã ex his Domini uerbis conſtat, Petro reuelationem factam eſſe à cæleſti patre, ita ꝙ hoc negare eſſet contrarium fidei: ſed non propterea hinc cõſtat aliis Apoſtolis huiuſmodi reuelationem eſſe factam : ſcriptura enim hoc non tradit. & propterea eadem facilitate contemnitur, qua affirmatur. Cõſtat igitur hinc, quòd ad Petrum verba diriguntur, & non conſtet, quòd ad alios extenduntur. Tertiò, ex ſubiuncta affirmatione, Tu es Petrus: monſtrat enim & pronomen, tu, & nomen ſibi prius impoſitum à Chriſto Ioan. 1. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, quòd ad ſolum Petrum ſermo dirigitur. nam ſi per pronomen demoſtratiuum ad ſenſum, adiunctis & nomine proprio à natiuitate, ſcilicet Simon, & nomine patris carnalis, & nomine quo ſolus cognominatus eſt à Chriſto à principio diſcipulatus, ſcilicet Petrus & interiori dono reuelationis (quod non conſtat aliis fuiſſe cõceſſum) non ſufficienter ſignificatum eſt quòd ad ipſum ſolum eſt ſermo, quibus quæſo verbis deſcribendum fuit ab Euangeliſta, quòd ad ſolũ Petrũ erat ſermo? Et confirmatur quia eodem pronomine demõſtratiuo ad ſenſum vſus eſt Dominus ſubiũgens, Et tibi dabo, &c. Et confirmatur ex eo, quòd non pluribus nec maioribus circunſtantiis deſcribuntur & nominantur à notariis perſonæ hæredes, aut legatariæ, quã perſona Petri in hoc textu deſcripta ac nominata eſt: vt patet colligendo, Simonẽ filiũ Ionæ Petrũ ac interna reuelatione commendatum. Ex verbis igitur & ex ſenſu verborum clara luce patet, ſoli Petro dictum eſſe, Tibi dabo claues, &c.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppoſitum dicitur, ex hoc quod Dominus interrogauit omnes, non cogi reliquum ſermonem dirigi ad omnes: frequenter enim diuertitur ſermo à pluribus ad unum, aut èconuerſo. Mater ſiquidem filiorum Zebedæi petiit, ut ſederent duo filij ſui, unus ad dexteram, & alter ad ſiniſtram: Dominus autem ad filios reſpondendo ſermonem dirigit, Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Et ſi diligenter perſpectus fuerit euangelicus text. ipſa conuerſio ſermonis atteſtatur, quòd non omnem ſermonem ad omnes dirigebat, inquit enim Matthæus quod primo & ſecundo interrogauit diſcipulos communiter, deinde ad Petrum ſermonem uertit, & rurſus ad diſcipulos ſermonẽ conuertit, nam ſubditur, Tunc præcepit diſcipulis ſuis, ut nemini dicerent quia ipſe eſſet Ieſus, &c. Si enim totus iſte ſermo ad omnes fuiſſet directus non narraſſet Euangeliſta huiuſmodi variam conuerſionem ſermonis. Nec obficit, quòd communis Petro & aliis cauſa effecta Domini interrogationis ſit, cùm hac enim cõmunitate ſtat, quòd appropriata ſit Petro, nam in maiori cauſa, communis, ſcilicet tentationis, ſolius Petri ratio habita eſt: vt ipſe Dominus teſtatur Lucæ 22. dicens, Simon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribaret ſicut triticum : ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Vbi patet omnes expetitos à Sathana: & tamen Dominum pro ſolo Petro oraſſe: Oraui, inquit, pro te, non pro vobis: Imò alios Petro commendauit.

¶ Ad ſecundam obiectionem ex perſona Petri dicitur, quòd gerere perſonam communem, ſeu reſpondere pro omnibus Apoſtolis, poteſt intelligi tripliciter. Vel ex officio, puta quia habet curam eorum. Vel per viam commiſſionis, puta quia Apoſtoli commiſerunt Petro vt in perſona omnium pro omnibus reſponderet. Vel per viam ratificationis : vt quia reſponſio data à Petro, grata fuit communiter Apoſtolis, vtpotè congrua ac eximia. Et quidem quòd Petrus non gereret perſonam communem ex officio, ex eo patet quod nondum erat conſtitutus paſtor eorum: neque propriè erat caput eorum, niſi ſicut primus inter canonicos poteſt dici caput canonicorum. Similiter quod nõ ex cõmiſſione Apoſtolorum reſponderet, non ſolùm ex eo patet quòd huiuſmodi commiſſio voluntariè affirmaretur (quoniam ex Scriptura non habetur) ſed ex eo conuincitur, quòd Dominus expreſsè teſtatur, Quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus. Vbi excludit non ſolùm omne humanum concilium, ſed etiam diſciplinam, & ex ſenſibili auditu doctrinæ ipſius Chriſti, dum interiori ſpirituali reuelationi Patris, qui in cælis eſt, Petri notitiam, quà Chriſtum Filium Dei viui confeſſus eſt, attribuit. Si enim ex conſultatione cum eius Apoſtolis reſponſum dediſſet, non ſibi dictum fuiſſet, Quia caro & ſanguis non reuelauit tibi; quum inter eos eſſet conſanguinitas & carnalis propinquitas: & ſimiliter non fuiſſet recurſum ad actorem omnino ſpiritualem & deſignatum tam à remotis, ſcilicet in cælis. Hæc enim omnia manifeſtè teſtantur Petri confeſſionem non ex Apoſtolorum commiſſione, ſed ex interiori ipſi Petro facta reuelatione proceſſiſſe. Et confirmatur hoc ex contextu Euangelij: nam præpoſita Domini interrogatione prima Diſcipulorũ (quem dicunt homines eſſe filium hominis?) quia reſponſio fuit communis, Euangeliſta dicit, at illi dixerunt: in ſecunda vero interrogatione eorundem (Vos autem quem me eſſe dicitis?) quia reſponſio propria fuit Petro, Euangeliſta dicit, Reſpondens Simon Petrus dixit. Et confirmatur rurſus ex Ioan. 6. capit. Vbi differentiam apertè notare poſſumus inter Petrum in perſona omnium loquentem, vel in perſona propria: nam ibidem loquens Petrus in perſona omnium Chriſto Domino dicenti, Nunquid & vos vultis abire? reſpondit ei Simon Petrus in perſona omnium, Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus quia tu es Chriſtus filius Dei. Et ſubdit Euangeliſta, Reſpondit ei Ieſus, Nonne ego vos 12. elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Vbi conferendo textũ Ioãnis textui Matthæi, apertè apparet quod tunc quidem apud Ioãnẽ in perſona omnium Petrus reſpondit, loquutus eſt in numero plurali primæ perſonæ, dicens, ad quem ibimus? & nos credimus & cognouimus, & ſimiliter Dominus reſpondit non Petro, ſed eis. hic verò apud Matt. omnia

Voũ pro multis reſpondere tripliciter contingit.

nia ſunt in numero ſingulari cum pronominibus demonſtratiuis ſolius Petri, tam in reſponſione Petri, quàm in replicatione Domini, & promiſſionibus ac aſſertionibus. Tibi, inquit, dabo, non vobis: quodcunque ligaueris, non quodcunque ligaueritis: tu es Petrus, non vos eſtis Petrus, vt patet in litera. Huiuſmodi enim differentia manifeſtat quòd Petrus ex propriis inſtinctus à cæleſti Patre habitis ſolus reſpondet, ſolúſq; à Chriſto monſtratur. Nec putes propterea hanc eandem eſſe lectionem apud Matthæum & Ioannem: quoniam iſta Matthæi fuit poſt ea, quæ referuntur à Ioanne. Quod ex multis patet: illa enim Ioannis fuit poſt miraculum de quinque panibus, & in Capharnaum: vt ibidem apparet: quod autem refert Matthæus, fuit non ſolùm poſt miraculum de quinque panibus, ſed etiam poſt aliud miraculum de ſeptem panib. vt patet Matt. 16. & fuit in partibus Cæſareæ Philippi. Dicendum eſt ergo, quòd reſponſio Petri tanquam grata & rata pro omnibus, dicitur, fuiſſe in perſona omnium, ſicut frequenter contingit, quòd collegiis pluribus interrogatis, primò bene reſpondẽte, ab omnibus, vt rata habetur reſponſio, & pro omnibus reſpondiſſe primum frequẽtiſſimo vſu dicimus. Et ſic ĩtelligẽda ſunt verba Chry. & gl. interli. quorũcũq; aliorum dicentium, quòd Petrus reſpondet pro omnibus: erat enim os omnium tanquam ratificatum ab omnib. Vnde Chry. Homel. 55. ſuper Matth. ſubdit: Solus Petrus reſpondet: & cõfeſtim præſiliuit, ac præueniens ait, Tu es Chriſtus, &c. Vbi vides non conſilio aut commiſſione aliorum reſpondiſſe, ſed præueniſſe. Et Aug. de verbis Apoſtoli ſermone 31. ait, reſpõdit Petrus vnus pro oĩb. quia vnitas in oĩb. Vbi videre potes quare d. Petrum reſpõdiſſe ꝑ omnibus, non ex commiſſione omnium, nõ ex officio, ſed ex vnitate omnium: quia ſcilicet omnes erant fratres, & quod primus eorum optimè reſpondit, omnib. placere fecit. Sicut inter fratres vnitos, ac vnanimes ꝙ ab vno bene dicitur, ab omnibus ratum habetur, vt ab omnibus dictum ſumitur. Et hinc patet reſponſio ad confirmationem ſubiunctam. ex eo enim, quòd Chriſtus Petri reſponſionem approbauit & commendauit, Petrumque beauit, ac illi tot promiſit, vanum apparet expectationem ingerere, vt audiantur alij, quis enim aliud dicturus eſſet quàm quòd diuinitus reuelatum, & ſic remuneratum videt. Vnde nec remanſerunt non reſpondentes: alij: quia gratam eis eſſe Petri reſponſionem ſuffecit. Inſinuatur autem Petri reſponſionem aliis Apoſtolis gratam fuiſſe non ſolùm ex hoc, quòd eſt rationi conſentaneum iuxta humanum morem: ſed ex ſubiunctis ſtatim Euangeliſtæ verbis, Tunc præcepit Diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus. Hoc ſiquidem præcepto monſtratur Diſcipulos Petri confeſſionem tenuiſſe: ideo enim ne aliis dicant inhibentur.

Quo intelligatur Petrũ reſpondiſſe primo ꝑ omnib. Apoſtolis, cuius vnũ interrogauit Vos autẽ quẽ me eſſe dicitis

Ad confirmationẽ.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertiam autem dicitur, quòd ſi intendit argumentum promiſſas per verba hæc omnibus Apoſtolis claues, principium petit: hoc enim eſt quod probandum erat. Si verò intendit: quod per alia verba Dominus Apoſtolis aliis claues regni cælorum tradiderit, ad ſequens ſpectat capitulum, vbi hoc tractabitur.

Ad quartũ

¶ Ad quartam obiectionem dicitur quòd authoritatem illam, Quòd vni dico, nullibi inuenio in Euangelio. Veruntamen vbicunque inueniatur, dicitur quòd ad literam intelligitur de dicere doctrinali: vt Marcus teſtatur in ſimili capitu. 8. Quòd vobis dico omnibus dico: vigilate. Poteſt nihilominus ad proteruos dici, quòd in hac authoritate non habetur, quòd vni do omnibus do: aliud eſt enim dicere, & aliud dare: præſens autem ſermo non de dicere, ſed de dare: inquit enim Dominus, Tibi dabo claues regni cælorum: & propterea authoritas non eſt ad propoſitum. Ex quibus omnibus patere poteſt, quòd ex his Domini verbis Mat. 16. ſolus Petrus promiſſionem accepit clauium regni cælorum.

CAPVT V.

Apoſtolis aliis non eſſe aliàs collatum quod Petro.

QVAMVIS fateantur multi præmiſſum textum Euangelij ad ſolùm Petrum pertinere, affirmant tamen nonnulli totum id, quod Petro promiſſum eſt, datum eſſe à Chriſto aliàs reliquis Apoſtolis, idque verum eſſe multis affirmant argumentis ex ſacra Scriptura. Primò, Matth. 18. Apoſtolis communiter dicitur, Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cælo. Vbique apparet poteſtatem priùs Petro promiſſam, ad omnes extenſam eſſe.

¶ Secundò Ioan. 20. Apoſtolis communiter exhibentur claues Petro promiſſæ, dicendo, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.

¶ Tertiò, Ioan. quoque 20. Apoſtolis cõiter dicit Chriſtus, Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Et ſimiliter Mat. vlt. & Matthę. vlti. Omnes communiter miſit ad docendum, prædicandum, &c. Deinde manifeſtatur idem ex facto: nam Act. 8. Petrus miſſus cum Ioanne legitur in Samariam ab Apoſtolis, qui erant Hieroſolymis. Et act. 15. in ſynodo de legalium obſeruatione præſente Petro Iacobus dedit ſententiam, dum dixit, Ego iudico non inquietari eos, &c. ad Gal. quoque 2. Petrus & Iacob. & Ioan. qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt Paulo & Barnabæ ſocietatis. Ex quibus geſtis æqualitas comprobatur Petri & aliorum Apoſtolorum.

¶ Afferuntur demum mille authoritates Sanctorum ſonantes æqualitatem Petri & aliorum Apoſtolorum, vt eſt illa Cypri. & habetur 24 q. 1. loquitur Dominus. dicentis quod parem poteſtatem omnibus Apoſtolis tribuit: & hoc vtique erant cæteri Apoſtoli, quòd Petrus fuit, pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis. Et illa Hier. contra Iouinianum libr. 1. capitu. 14. At ſi tu dicis, Super Petrum fundatur eccleſia, licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & claues regni cælorum cuncti accipiant, & ex æquo ſuper eos eccleſiæ fortitudo ſolidetur. Et quę cunque aliæ ſimiles.

¶ Ad euidentiam horum ſcito ex Euangelico textu duo inueniri ſingulariter promiſſa Petro, quibus Origenes addidit tertium. primum eſt, Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam. hoc enim ſoli Petro promiſſum legimus. Secundum eſt, Tibi dabo claues regni cælorum: quod nulli alij inuenitur promiſſum. Tertium ab Origene notandum eſt, quod Petro dicitur, Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis in numero plurali: & ſimiliter, Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis: Apoſtolis autem communiter dicitur, quòd erunt ligata aut ſoluta in cælo. in numero ſingulari. Et rationem ſubdit: quia non ſunt tantæ perfectionis ſicut Petrus.

¶ Inter quatuor ergo promiſſiones Petro factas, primæ ab illis differentia clara eſt: nam conſtat aliud ſignificari per fore eccleſiæ fundamentum (quod explicat. Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam) & aliud ꝑ habiturũ claues, & ſoluere & ligare. Sed differentia inter ſecundam (id eſt inter claues regni cælorum) & tertiam ac quartam (hoc eſt ligare & ſoluere) non eſt vſquequaque nota. apparet ſiquidem iuxta literæ ſuperficiem per claues poteſtatẽ. per ligare autẽ

& ſol-

& ſoluere explicatos eſſe actus poteſtatis: vt efficacia clauium declararetur, quo pacto ſcilicet ad cœlorum regnum pertingerent. Huiuſmodi enim efficacia manifeſtatur dicendo, Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis: & quia pluraliter cælorum regnum præmiſerat, ideo pluraliter dixit, in cælis. Et iuxta hunc ſenſum promiſsio clauium à promiſsione ſoluendi & ligandi differunt, ſicut promiſſio poteſtatis à promiſsione actuum illius explicatiua. Sed hæc veram quidem, ſed non totam continent Euangelij ſententiam. Quod vt pleniùs intelligas, ſcito duplicis generis inueniri actus clauium: quidam enim ſunt actus adæquati ipſis clauibus: quidam verò minores ipſis. Illi ſunt velut actus totales, iſti actus partiales. Adæquati autem clauibus actus ſunt, aperire, & claudere: partiales autem ſunt, ligare, & ſoluere. Declaro ſingula. Quòd aperire, & claudere ſint actus adæquantes claues, & voces ſonant, & officium clauium clariſsimè teſtatur, claues enim ſolummodo ad aperiendum & claudendum ſunt. Nec deſint Scripturarum teſtimonia tam ex veteri quàm ex nouo Teſtamento. Eſa. enim 22. quum dictum eſſet: Et dabo clauem domus Dauid, ſubditur, Et aperiet, & claudet: & ſimiliter Apoc. 3. idem reperitur. Quòd verò ſoluere & ligare ſint actus clauium doctores omnes teſtantur. Quòd autem ſint actus partiales, & non adæquati clauibus, ex hoc patet, ꝙ ſoluere & ligare ſe habent ad aperire & claudere, vt partes ad totum: omnis enim, qui ſoluit aliquem, aperit illi regnum cælorum: ſed non omnis qui aperit alicui regnum cælorum, ſoluit illum: & ſimiliter omnis qui ligat claudit, ſed non omnis qui claudit ligat.

¶ Et ne per multa diutiùs vagemur, ſed ſolida ratio ſimul cum veritate pateat, ſoluere & ligare actus ſunt iudiciales, ſiue in ſacramento pœnitentiæ, ſiue in foro eccleſiaſtico, aperire & claudere actus ſunt ſuperiores, comprehendentes ſub ſe & actus iudiciales, & actus non iudiciales: vtriſque enim clauditur & aperitur regnum cælorum. Et quidem, quòd cælorum regnum multi claudant alijs abſq; vinculo iudiciali, teſtatur Dominus Lucæ 11. dicens, Væ vobis legiſperitis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis. Quòd verò regnum cælorum aperiant abſq; actu iudicij, magiſtra rerum experientia monſtrat: dum paſtoris prouidentia, gubernatione, ordinatione, doctrina, diſpenſatione, commutatione, &c continuè aperitur eccleſiæ regnum cælorum. Differt ergo promiſsio clauium (Tibi dabo claues regni cælorum) à ſubiunctis duabus reliquis (Et quodcunque ligaueris, & quodcunque ſolueris) ſecundum rem promiſſam, non ſolùm ſicut poteſtas ab actibus, ſed ſicut poteſtas ab actibus inadæquatis, ſeu minoribus & partialibus: ita quòd quum promiſſæ ſunt claues Petro, promiſſa eſt poteſtas aperiendi & claudendi regnum cælorum: quum autem promiſſum eſt eidem, Et quodcunq; ligaueris, Et quodcunque ſolueris explicata eſt clauium efficacia in actibus minoribus; vt perciperemus, quòd ſi partialium actuum tanta eſt efficacia, multò magis adæquatorum actuum efficacia pertinget ad cælos. Quocirca promittendo claues, promittitur totum: promittendo autem actus ſoluendi & ligandi, non promittitur totum, ſed promittuntur actus partiales. Et propterea ex hoc, quòd ſoli Petro promiſſæ ſunt claues regni cælorum, fateri oportet ſoli Petro promiſſam eſſe poteſtatem aperiendi & claudendi regnũ cælorum: non ꝙ ſolus aperire & claudere poſſit cælorum regnum: nam vt prædictum eſt, quicunq; ſoluit aliquem, aperit illi regnum cælorum, ſed quia ſolus poteſt quicquid pertinet ad aperiẽdum & claudendum regnum cælorum, non iſtis vel illis, ſed eccleſiæ ædificatæ ſuper eum à Chriſto. Hunc ſenſum, hancq; differentiam ad literam verificari ex tribus vltra prædicta declaratur: primò ex interpoſita ſemper coniunctione copulatiua in textu euangelico, ait enim, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, & tibi dabo claues, & quodcunq; ligaueris, & quodcunq; ſolueris: diuerſitatem enim promiſſam rerum coniunctio copulatiua inſinuat. Secundò, quia Dominus non dixit, & cuicunq; aperueris, & cuicũq; clauſeris, ſed dixit, quodcunq; ſolueris, & quodcunq; ligaueris. Si enim claues exponere voluiſſet per adæquatos proculdubio actus (qui ſunt aperire & claudere) exponendæ erant: ſed vbi ad ligandum & ſoluendum deſcendit, manifeſtauit ſe non exponere claues, ſed ad minores actus clauium tranſire. Tertiò, ex eo quòd nunquam Apoſtolis promiſit, aut dedit claues regni cælorum, vel illarum adæquatos actus, ſcilicet aperire & claudere regnum cælorum: ſed de partialibus actibus clauium locutus legitur cũ Apoſtolis: & dicẽdo, Quæcũq; alligaueritis ſup terrã, &c. dicẽdo, Quorũ remiſeritis peccata, &c. Et ſi inſtet, ꝙ nec ẽt Petro Dñs actus adæquatos clauibus dedit, aut ꝓmiſit: qa claues quidẽ illi promiſit, ſed nunq̃ promiſit, ꝙ aperiret & clauderet. Abſit à diuina ſapientia, vt ſilẽtio inuoluerit actus adæquatos clauium: quũ enim explicauit cuius eſſent claues, vt aperiendi & claudendi, explanauit proculdubiò actus adæquatos clauium, qui ſunt aperire & claudere. Conſtat autem ideo appoſuiſſe, regni cælorum, vt exponeretur, ꝙ claues ſunt regni cælorum, vt aperiendi & claudendi. Eo ipſo igitur, quòd promiſit ſoli Petro claues regni cælorum, promiſit ſoli Petro adæquatos actus clauium: ſeu, quod idem eſt, claues ſecundum actus adæquatos clauibus: & poſt hanc promiſſionem deſcendit ad actus iudiciarios, Et quodcunq; ligaueris, Et quodcunque ſolueris: vt prædictum eſt. Ex euangelico igitur textu duæ euidenter reſtant ſoli Petro promiſſiones: hoc eſt fore fundamentum eccleſiæ, (Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam) & dandas ei claues regni cælorum: Et tibi dabo claues regni cælorum.

Inſtantia.

¶ Nec carent hæc obiectionibus. Nam contra primam promiſſionem opponitur aut ſolùm Chriſtum eſſe fundamentum eccleſiæ (iuxta illud primæ ad Cor. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter illud quod poſitum eſt, ꝙ eſt Chriſtus Ieſus) aut ſi multiplex fundamentum admittitur, non ſolus Petrus eſt eccleſiæ fundamentum, ſed etiam alij Apoſtoli: iuxta illud ad Epheſ. 2. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum: & Apoc. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum.

Oppoſitio contra primam promiſſionẽ.

¶ Contra ſecundum verò opponitur primò, Si promiſſione clauium promittitur tota poteſtas, cur poſt totum promittuntur partes, Quodcunq; ligaueris, & Quodcunq; ſolueris? fuiſſet enim hæc promiſſa in toto. Secundò, Si ſoluere & ligare ſunt partiales actus clauium, cur theologi in 18. & 19. diſt. 4 ſen. de clauibus tractando, diffiniunt eas per actus iudiciales, qui ſunt ligare & ſoluere? diffinitio enim per proprios & adæquatos actus dari debet.

Prima oppoſitio cõtra ſecundam promiſſionẽ. Secunda.

Tertiò, Cur claues apoſtolicæ in ordinatione presbyterorum dari affirmantur, ſi illis non conferuntur niſi minores actus clauium? Quartò, Cur claues dicuntur claues eccleſiæ, & non dicuntur claues Petri, ſi ſoli Petro primò datæ ſunt?

Tertia. Quarta.

¶ Non eſt autem difficile his ſatisfacere. Et obiectis quidem contra primam promiſsionem Petro factam, vt foret fundamentum eccleſiæ, reſpondetur, ꝙ eſſe eccleſiæ fundamentum ſimpliciter, id eſt totaliter proprium eſt Chriſto: eſſe autem fundamentum eccleſiæ ſecundũ aliquod tempus, vel ſecundum aliquam

Ad obiecta contra primam promiſſionẽ.

rationem

rationem particularem, communicatum eſt alijs. Et ſanctis quidem, quibus reuelata eſt doctrina fidei pro eccleſia communicatum eſt eſſe fundamentum ſub rationibus Apoſtolorum & Prophetarum, Petro autem vltra prædictam rationem promiſſum eſt fore fundamentum ſecundum rationem paſtoris totius eccleſiæ Chriſti: ſecundum quam rationem nó conuenit alijs Apoſtolis eſſe fundamentum. Et propterea diuerſimodè dicitur fundamentum de hoc triplici modo: de Chriſto enim dicitur cum excluſione aliorum (fundamentum aliud nemo poteſt ponere, &c.) de Apoſtolis verò & Prophetis dicitur cum additione fundamenti totalis id eſt Chriſti: dum & ad Epheſ.2. adiungitur, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. (vbi. Aug. dicit Ne Apoſtoli vel Prophetæ, in quibus fundata eſt ciuitas, ſe tenerent in ſe, in Chriſto totum innititur primo fundamento: quod fundamentum in ſummo eſt non in imò vt in corporali fabrica.) Et Apoc.21. ſubiungitur. Et agni, id eſt Chriſti. De Petro verò adiungit ipſe Chriſtus, ædificabo eccleſiam meam. vt oſtendatur ex Chriſto principaliter pendere eccleſiæ ædificium.

Ad primum contra ſecundam promiſſioné.

¶ Ad quæſita verò circa promiſſas claues reſpondendo, dicitur ideo poſt promiſſum totum per claues, promiſſas quoq; eſſe partes per, Quodcunque ligaueris, & quodcunque ſolueris, vt monſtraretur diuerſitas rerum promiſſarum. (Si enim ſub vnica promiſſione omnia comprehenſa eſſent abſque coniunctionibus copulatiuis, aut ſolæ claues promiſſæ fuiſſent, adæquatas putaſſes, & exhauſtas claues per hæc duo, Quodcunque ligaueris, & quodcunque ſolueris. Nunc autem, quia tam apertè promiſſarum rerum diuerſitas monſtrata eſt, exprimendo ſingula cum coniunctionibus copulatiuis, clarè intelligimus non totum quod promiſſum eſt Petro, promitti aut exhiberi cuicunque alteri per hoc, quòd promittitur aut datur, Quodcunque alligaueris, & quodcunq; ſolueris, &c. ſed per hoc promitti aut dari tantùm quòd tertio & quarto loco promiſſum eſt & Petro.) Et inde videres remanere primas promiſſiones apud Petrum ſolùm.

Ad ſecundam.

¶ Ad ſecundum verò quæſitum reſpondetur, ideo claues a Theologis per actus iudicis diffinitas, quia de clauibus ordinis tractabant: vt patet in tex. Magiſtri ſen. tam in principio di.18. (vbi affertur Amb. dicens, Ius enim hoc ſolis permiſſum eſt ſacerdotibus) quàm in principio diſt.19. vbi dicitur, Dantur hæ claues per miniſterium Epiſcopi in promotione ſacerdotij: quum enim ſacerdotalem recipit ordinem, ſimul & has claues recipit. Et per hoc ſoluitur tertium quæſitum.

Ad tertiū. Ad quartum.

¶ Ad quartum autem, quòd non de re, ſed de nomine eſt, & propterea extraneum quodammodo eſt, reſpondetur quòd claues dicuntur & eccleſiæ & Petri: ſolus enim Petrus clauiger dicitur regni cælorum. Et Petri quidem ſunt vt capitis vtentis, vt per quem ad eccleſiam deriuātur: eccleſiæ autem ſunt & vt finis (quia propter eccleſiam Petrus habet claues) & vt vtentis in ſuis epiſcopis & ſacerdotibus: ita tamen quòd ſecundum earum totalitatem eccleſia vtitur illis in ſuo capite, ſecundum autem partiales vſus vtitur in epiſcopis & aliis miniſtris. Remanet ergo ſolida ſentētia dicta.

Ad primum principale.

Ad primum autem argumentorum in principio allatorum, dicitur Dominum per illa verba, Quæcunq; alligaueritis ſuper terram. &c. non adæquaſſe promiſſiones quatuor factas Petro, ſed ſolas duas vltimas, vt litera ipſa teſtatur. Et propterea non dixit Dominus, Dabo vobis, aut eccleſiæ claues regni cælorum: quum tamen dixiſſet Petro coram eiſdem, Tibi dabo claues regni cælorum. Vnde ex hoc ipſo, quòd aliis Apoſtolis Dominus dixit, Quæcunque alligaueritis, &c. non facta mentione de clauibus manifeſtè habetur quòd non totum quod promiſerat Petro repetiit in poteſtate aliorum, tanquam Petro totum, aliis verò partes cómiſſurus.

Ad ſecundum.

¶ Ad ſecundum verò dicitur, quòd poſt reſurrectionem dicendo, Quorum remiſeritis peccata, &c. datæ ſunt quidem Apoſtolis claues, ſed non in ſua totalitate: quoniam datæ ſunt tantum claues ordinis, vt communiter Doct. dicunt, & bene. Vnde ad literam quum dicitur, Quorum remiſeritis: cóſtituitur iudex eccleſiaſticus in ſacramento penitentiæ, quantum eſt ex parte ordinis: quum verò Matth.18. dictum fuit eiſdem, Quæcunque alligaueritis ſuper terram, ſermo erat de iudicio eccleſiaſtico in foro iudiciali. Vnde & communiter dicitur & bene, quòd tunc ſermo fuit de actibus clauium iuriſdictionis: poſtea autem de actibus clauium ordinis. Et quoniam (vt declaratum eſt) neutrum iudicium etiam ſimul ſumptum adæquat claues Petro promiſſas, ſed ſoluere & ligare in vtroque foro partiales ſunt actus clauium Petro promiſſarum: ideo per vtranque poteſtatem ſimul non adequatur poteſtas Petro promiſſa. Vnde diſputationibus vacantes, caueant à ſophiſtis, opponentibus claues iuriſdictionis adæquare claues eccleſiæ. Venenum latet hic: quoniam, propriè & formaliter loquendo, claues Petro promiſſæ, ſuperiores ſunt & clauibus ordinis, & clauibus iuriſdictionis, & propterea Dominus nó per actus ordinis, aut iuriſdictionis eas expoſuit, ſed per regnum cælorum, proculdubiò aperiendum vel claudendum. Ita ꝙ perſpicaciùs intuendo (vt prædictum eſt) Domini verba, Tibi dabo claues regni cælorum: per illam particulam, regni cælorum, expoſuit claues per actum adæquatum, ſcilicet aperire vel claudere: regnum enim cælorum aperiendum, vel claudendum, actum aperiendi vel claudendi ſecum fert. conſtat autem, quòd aperire & claudere regnum cælorum, actus ſunt longè ſuperiores omnibus actibus iudicialibus, tam clauium iuriſdictionis, quàm clauium ordinis. Importunè denique inſtantibus nouas nunc inferri eccleſiæ claues: hactenùs enim non ſunt auditæ niſi claues ordinis & claues iuriſdictionis. Vnde nunc tertiæ claues in Chriſti eccleſia? Reſpondetur, me non inueniſſe, aut fingere nouas claues re, aut nomine: ſed ſi æqua lance librare fas eſt hæc cum obiectis, inuenientur obiicientes ſeipſos arguere. nam neque claues ordinis, neque claues iuriſdictionis tradidit ſacra Scriptura, ſed doctores explicarunt: claues autē regni cælorum Chriſtus Dominus ore proprio conſecrauit. Ego de clauibus regni cælorum loquor, non nouitates introduco: ex ipſis Domini verbis iuxta ſenſum literalem perſpicaciùs intellectum manifeſto quę dico. Oporret autem arguentes conſiderare ſubtilius Doctorum ſenſum, & vel ex hoc ipſo, ꝙ doctores diſtinguunt regni cælorum claues in claues ordinis & claues iuriſdictionis, intelligere ſuperiores eſſe claues regni cælorum vtriſq; & vtraſq; ſignificare partes clauium regni cælorum, ac per hoc claues regni cælorum ſignificare totum maius & ſuperius ſuis partibus, quum ſimpliciter, & abſolutè dicuntur vt Petro promiſſæ ſunt: quoniam verò ad partes applicantur, ſignificare tam claues ordinis, quam claues iuriſdictionis: vtręq; enim claues regni cælorum appellantur. Vnde acuti lectoris officium erit diſcernere quando doctores de clauibus regni cælorum abſolutè, & quando de clauibus regni cælorum applicatis ad ordinem vel iuriſdictionem loquuntur.

Ad tertium.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ ipſa Domini verba teſtantur ꝙ de apoſtolatus authoritate ſermo eſt, quum dicitur ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos: mittere.n. & mitti ad apoſtolatum ſpectat: iuxta illud Ioannis 13. Non eſt ſeruus maior domino ſuo, neq; apoſtolus maior eſt eo, qui miſit illum: & propterea hinc nó habetur niſi

betur niſi

betur niſi paritas quo ad huiuſmodi commiſsiones: Petro aũt ſupra hæc omnia promiſſum eſt, & q̃ foret eccleſiæ fundamentum, & q̃ ſibi darentur claues regni cælorum.

Ad authoritatem. Act. 8.

¶ His aũt quæ ex geſtis Apoſtolorũ adducuntur, faciliimè ſatiafit. Docent ſiquidẽ cõcorditer Theologi in primo ſententiarũ, nõ oportere miſſum minorẽ eſſe mittente, neq; ẽt eſſe ab illo: nã Filius miſſus eſt à Spiritu ſancto, quo nõ eſt minor: & a quo nõ eſt. Ad literã tñ dicitur, q̃ Petrus erat tantæ humilitatis, vt inter Apoſtolos ſe gereret, vt vnus ex illis: & non volebat vti poteſtate quã habebat: & proptereà tanquam vnus ex apoſtolis ab eiſdẽ cũ Ioanne miſſus eſt. Patet aũt manifeſtè huiuſmodi Petri humilitas Act. 11. quũ aduerſus illũ diſceptabãt alij fideles ex circuncisione: quod & Gregorius, & habet. 2. q. 7. ca. Petrus. notauit dicẽs, Petrus poteſtatẽ regni acceperat & tñ idẽ Apoſtolorũ primus querimoniæ contra eũ à fidelibus factæ, cur ad gẽtes intraſſet, nõ ex poteſtate officij quã poſſet dicere, Oues paſtorem ſuum nõ accuſent, nec reprehendant, ſed ex authoritate diuinæ virtutis, qua Gentiles acceperant Spiritum ſanctum, reſpondit.

Et per hæc poſſet ſimiliter dici in ſynodo de obſeruatione legalium, Petrum ſe habuiſſe vt vnum Apoſtolum. Veruntamen ſi res geſta rectè notetur, non fuit Petrus conſultatus, nec ſoli Apoſtoli: ſed Apoſtoli & presbyteri in Hieruſalem, & proptereà concluſio nec à Petro, nec à Iacobo facta eſt, ſed ab Apoſtolis & Senioribus cum omni eccleſia, ſcribentibus tamen nomine Apoſtolorum & ſeniorum. Vnde falſum eſt, q̃ Iacobus ſententiam protulerit: quoniã ſententia concluſio eſt, quam cõſtat ab omnibus factam: ſed dum Iacobus dixit, Ego iudicio, perinde eſt acſi dixiſſet, Hoc eſt iudicium meum. Vnde nõ introducitur Iacobus iudicans, ſed reſpondens: ſic. n. legimus. Et poſtquam tacuerunt, reſpondit Iacobus: imò Petrus paſtoris perſonam in principio geſsiſſe videtur: quoniam ipſe primus ſurgens allegans diuinam gratiam reprehendit eos, qui libertatem a legalibus vertebant in dubium. Legimus enim ſic, Quũ autem conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit, &c. vbi monſtratur Petri authoritas. Quod dexteras demum ſocietatis Petrus cum alijs dederit: hoc fecit q̃ quotidie Pontifex facit, omnes Epiſcopos nõ ſolùm, vt ſocios, ſed vt fratres habens.

¶ Ad authoritates denique Doctorum ſanctorum ſonantes æqualitatem Petri & aliorum Apoſtolorum, dicitur verificari de paritate eorum ſecundum apoſtolatum: fuerunt enim æquales omnes in authoritate apoſtolica. Et ſi inſtetur, ſub poteſtate apoſtolica comprehendi poſſe omnia, quæ Petrus poterat: in promptu reſponſio eſt ſatisfactiua: quòd dato quòd vera eſſet huiuſmodi comprehenſio: ex ea tamen non ſequeretur omnimoda æqualitas ad Petrum: eſſent enim eorum poteſtates æquales quo ad ea, quas facere poſſent: ſed non eſſent æquales extẽſiuè, neque quo ad modum. Apoſtoli ſiquidem poteſtatem à Chriſto acceperunt, vt Apoſtoli, hoc eſt, vt legati: Petro autem, ſuprà apoſtolatum promiſſa eſt (vt infrà manifeſtabitur) poteſtas vt ordinario paſtori eccleſiæ. Et hinc patet tam ſuperior gradus atque vnitas poteſtatis Petri quàm maior extẽſio: quoniam extendebat ſe ad ipſos etiam Apoſtolos vtpote Chriſti oues. Nec paruifacias differentiam penès modum habendi: magni ſiquidem lapſus periculum eſt ſi confundantur. Aliud quippe eſt habere claues vt Apoſtolos, & aliud habere claues vt caput & paſtorẽ ẽt ipſorũ Apoſtolorũ: illud nõ derogat Petri ſingulari excellentiæ: hoc aũt ipſum Petrũ ſuper oẽs ſtatuit, oĩbuſque præficit Apoſtolis ac toti eccleſiæ. Ad horũ differẽtiam modorũ ſpectat, q̃ Dñs ſoli Petro claues promittit. aliis autem nõ dat claues, ſed ea quæ ſunt clauium legat aut tribuit: ſiue Matth. 18. ſiue Ioan. 20. ſiue Matth. & Mar. vltimo. ſiue Luc. 22. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. Et vt allatæ primum authoritates manifeſtentur, patet. Cyprianus ita pares fateri Apoſtolos vt tamen ſuper vnum Petrum ædificari dicat eccleſiam (ex verbis Domini, Super hanc petram) & authoritate ſua Dominũ diſpoſuiſſe dicat vnitatem eccleſiaſticam ab vno Petro originem habere. Hieron. quoque verba Chriſti apud Matth. Tu es Petrus &c. ſoli Petro relinquens, ad alium ſe transfert locum, vbi ſimilia Apoſtolis data narrantur, tria numerans. Primò fundari eccleſiã ſuper Apoſtolos omnes: hoc enim fieri promulgatum eſt ad Epheſ. 2. Super ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum: ſecundum verò quòd ſcilicet cuncti Apoſtoli claues regni cælorum accipiant. Matth. 18. Quæcunque alligaueritis: & Io. 20. Quorum remiſeritis. habetur. tertium autem & ex æquo ſuper eos eccleſiæ fortitudo ſolidetur, & ea relatis textibus: ſcilicet Matth. & Mar. vlti. & Luc. 22. Ioan. 10. aut etiam ex aliis ſimilibus textibus ſumptum eſt: vnde patet ex iam dictis æqualitatem Apoſtolorũ quatenus Apoſtoli ſunt, & in fundando eccleſiam, & in clauibus iuriſdictionis & ordinis & in robore doctrinæ, miraculorum & vitæ, eccleſiæ fortitudinem ſolidantiũ (quã Hier. affirmat) nihil officere Petri ſingulari authoritati, qua ſolus cunctæ præponitur eccleſiæ. Vnde & Hier. ibi ſubiungit ſtatim, Propterea tamen vnus inter 12. eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio. Vbi manifeſtè vides ita ex æquo apoſtolatus pares dixiſſe Apoſtolos, vt tamen Petrus electus & conſtitutus à Chriſto ſit caput omnium: hoc ſiquidẽ eſt quod tuemur. Hoc ad differentiam modi habendi ſpectat, quoniam hinc habes omnes hæc habuiſſe vt Apoſtolos, præter hunc autem modum, Petrum ſingulariter habuiſſe vt caput omnium. Ex duabus autem his authoritatibus declaratis facilè eſſe putamus reliquas rectè interpretandas iuxta ſenſum prædictarum. Manifeſtatur autẽ hũc eſſe verum ſenſum doctrinæ ſanctorum tripliciter. Primò ex eo quòd patres dicunt Apoſtolos: non ſolum poteſtate, ſed honore: quod niſi ad Apoſtolatum referatur, conſtat eſſe falſum: quum Petrus primatũ honoris manifeſtè habuerit ſecundũ omnes: Secundò ex textibus euangelicis, quos Sancti afferunt ad probandã huiuſmodi æqualitatẽ: afferunt. n. iſtos quos nunc diſcuſsimus: ex quibus cõſtat non plus haberi quàm æqualitatẽ ſecundũ Apoſtolatum. Tertio ex rõne, qua vtuntur: quia ſ. Petrus in perſona eccleſiæ vnus accepit claues, &c. vt vnitas eccleſiæ hinc probaretur. Vbi propter ſchiſmaticos ſiſte pedẽ: & ſcito dupliciter poſſe intelligi vnitatem eccleſiæ per Petri vnitatem cõmendatam, primò, vt ſignificata ſit eccleſiæ vnitas in Chriſto capite vno, vnitateque articulorum fidei, ſacramentorũ eccleſiæ & ſpei ac charitatis. ſecũdò, vt ſignificata ſit eccleſiæ vnitas ſimpliciter & abſolutè vnitæ in capite vno Chriſti in terris vicario, Petro, ſ. Primũ ſenſum eligũt ſchiſmatici ex Sãctorũ vera ac ſancta doctrina ſæpe vnitatẽ eccleſiæ per ea q̃ in primo numerant, ſenſu explicãte: verè quidem, ſed non totaliter, niſi ſub vnitate capitis, ſ. Chriſti intelligatur ipſe Chriſtus in ſe & in ſuo in terris vicario, ipſe Chriſtus vt caput: Petrus autem vt vicecaput. Quod proptereà quandoque tacitum eſt: quia acceptato capite, intelligi conſuetum eſt acceptari ipſum in ſe & in ſuo vicario, dum abſens fuerit.

¶ Secundus autem ſenſus, (in quo clauditur primus adiuncta vnitate capitis in terra) catholicis omnibus cõis eſt, comprobaturq; quadrupliciter. Primò: quia ad deſignandam vnitatẽ eccleſiæ in ſuo

capite cæleſti Ieſu Chriſto, non congruit vnitas Petri ſed & ſufficiebat & decentiſſimè congruebat vnitas ipſius Chriſti: quam Dominus hic non tacuit, ſed expreſſit dicens, Ego dico tibi: & rurſus, Aedifi. eccleſiã & iterum, Dabo claues. Diuinam autem ſapientiam, (quæ eſt Chriſtus.) diſponentem omnia ſuauiter, conuenientiſſimè per vnitatem Petri, vnitatem eccleſiæ in capite terreſtri loco Chriſti ſignificare nullam habet difficultatem. Secundò, ex eo ꝙ hiſtoriæ fides periclitaretur: nam quaſi ſimilis eſſet Petrus in his paruulo, quam Matth. 24. aduocans ad ſe Dominus ſtatuit in medio diſcipulorum dicens, Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruulus, &c. ſicut enim paruulus ille aſſumptus eſt ad exemplum, ſeu ſimilitudinem humilitatis, ita Petrus nominatus eſſet ad exemplum, ſeu ſimilitudinem vnitatis: ac per hoc ſicut ad fidem hiſtoriæ curæ non eſt, quis fuerit paruulus ille: ita nihil aut parum curandum eccleſiæ eſſet, an fuerit Simon Petrus, cui dictum eſt, Tibi dabo claues regni cælorum &c. quod tamen Doctorum omnium & totius eccleſiæ aures offendit. Sanctorum propterea ſenſus eſt, ꝙ ſecundùm hiſtoriæ fidem res ita geſta eſt, quòd vni Simoni Petro claues ſunt promiſſæ, vt res rem ſignificaſset, vt vnus Petrus primò accepturus claues vnitatem ſignificaret eccleſiæ. Tertiò, ex eo quòd oportet ſaluare non ſolùm ſignificationem, ſed etiam deriuationem: hoc eſt non ſolum vt vnitas eccleſiæ ſignificetur per vnitatem Petri, ſed etiam vt vnitas eccleſiæ proficiſcatur ab vnitate Petri: vt Cypr. in authoritate allata dicit, Loquitur Dominus ad Petrum, Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: ſuper vnum ædificat eccleſiam. Et quãuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatam tribuat: dicens, Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum: tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem authoritate ſua diſpoſuit. Vbi manifeſtè vides ex hoc, ꝙ Dominus authoritate ſua diſpoſuit originem vnitatis eccleſiæ ab vno incipientem non ſolam ſignificationem vnitatis ab vno, ſed derinationem vnitatis ab vno affectam. Nam ad eam ſignificandam authoritate non erat opus: ſed ad hoc quòd initium habeat eccleſiæ vnitas ab vno Petro, authoritate Chriſti opus fuit; poterat enim ſi voluiſſet instituere vnitatem eccleſiæ à multitudine apoſtolorum proficiſci. Quartò, quia vnitas eccleſiæ catholicæ non ſolum opponitur hæreſi, ſed ſchiſmati. Si verò vnitas eccleſiæ attenderetur ſolum penes vnitatem cæleſtis capitis, illiuſque ſacramentorum, ac rei ſeparatæ, creditæ & amatæ, vnitas eccleſiæ non opponeretur ſchiſmati: nam cum huiuſmodi vnitate ſtat ſchiſma: vt patet ex eo, quòd ſchiſmatici habentur qui ab vnitate apoſtolicæ ſedis ſeparati ſunt. Ex hoc igitur, quòd vnitas eccleſiæ per Petrum vnum ſignificatur, non excluditur, imò magis ex modo quo per Petrum ſignificatur, includitur, quòd Petrus vnus claues accepit, vt eccleſiæ vnitatem non ſolum ſignificaret, ſed etiam inchoaret ac conſeruaret. Et ſi perſpectum acutius fuerit hoc, ꝙ aſt eccleſię vnitatem accipere claues, verius perfectiuſque & fit, & ſignificatur accipiendo claues in ſuo vno capite Petro, quam ſi non in petro, ſed abſolute eccleſia illas acciperet: quoniam vnitas capitis claues accipiens, vnitatem eccleſiæ non ſolum ſignificat, ſed conſtruit, ſicut & conſeruat: quibus omnibus careret eccleſia ſi de vno non fuiſſet illi capite prouiſum à Chriſto Domino. Et hinc habes vnde innumeras Sanctorum authoritates rectè intelligere queas.

CAPVT VI.

Solum Petrum accepiſſe claues, conſonat ei, quod eſt, eccleſiam accepiſſe claues.

Occurrit poſt præmiſſa ſatisfaciendum his, qui quærunt quonam pacto ſtant hæc duo ſimul, Solus Petrus accepit claues, & eccleſia accepit claues. Apparet enim, ꝙ ſi ſolus Petrus, ergo non eccleſia: & ſi eccleſia, ergo non ſolus petrus. Augeturque quæſtio ex Aug. verbis ſuper loco recitatis. 24. quæſtione prima, quodcunque. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis: ſi hoc petro tantum dictum eſt, non hoc facit eccleſia: ſi autem & in eccleſia fit, petrus, quando claues accepit, eccleſiam ſanctam ſignificauit. — Oppoſitio vni. Confirmatio.

Huic enim Quæſtioni ſatisfieri, facilè poteſt ab exercitatis in ſacris literis: ac ſcientibus has duas veritates ſic connexas, ꝙ ſecunda non ſolum conſentit primæ, ſed præſupponit & dependet à prima, ſecundum Sanctorum doctrinam. conſiderandum ſiquidem eſt eccleſiam inchoatam dupliciter referri ad petrum, ſcilicet vt ſignificatam & vt catholicam: Petrus enim & ſignificauit eccleſiam vniuerſalem, & inchoauit eandẽ, quemadmodum caput principium eſt corporis. Inter has autem duas reuelationes duplex ad propoſitum eſt differentia. prima eſt, ꝙ ſignificatio pertinet ad ſenſum myſticum, quo petrus ſignificat eccleſiam: inchoatio autem pertinet ad ſenſum literalem, quo inſtitutus eſt petrus paſtor totius eccleſiæ. Secunda eſt, ꝙ penès ſignificationem non attenditur dependentia rei à re, ſed dependentia ſignificationis à ſignificante: penès inchoationem autem attenditur dependentia rei à re, hoc eſt corporis à capite. Vnde eccleſia dupliciter accepit claues in petro: nam & accepit eas vt ſignificata in petro, & accepit eas, vt inchoata in petro: & ſecundum vtrunque accipiendi modum oportet præſupponere hanc priorem ueritatem ad literam, ſolus petrus accepit claues: Ad ſignificationem ſiquidem ſpectando, quum ſignificatio iſta non ſit per modum parabolæ, ſed per modum rei geſtæ (quia non petrus parabolicus, ſeu parabolicè accipiens claues: ſed petrus ſecundum rem geſtam ſignificat vniuerſam eccleſiam) oportet fateri unum ſolum petrum ſecundum hiſtoriam accepiſſe claues: vt ex re geſta ſignificetur unam ſolam eccleſiam catholicam habere claues: iuxta illud Ambroſ. certum eſt quòd eccleſiæ vtrunque ius, ſcilicet ſoluendi & ligandi licet hæreſis vtrunque non habet. Si enim ſolus petrus ſecundum hiſtoriam non accepiſſet claues: nequaquam per modum rei geſtæ figuram gereret unius ac ſolius eccleſiæ uniuerſalis. Dependet ergo catholicæ eccleſ. ſignificatio figurata in petro ex ueritate rei geſtæ. quòd ſolus petrus acceperit claues, & non contrariatur illi. Si ad inchoationem quoque ſpectetur, nulla eſt opus declaratione, quoniam manifeſtum valde eſt corpus dependere à capite & quod conuenit capiti conuenire quoque corpori in ſuo capite, & ideo ſolum Petrum accepiſſe claues, eſt ſolam eccleſiam, cuius petrus eſt caput, accepiſſe claues in ſuo capite. Quocirca ſolum petrum accepiſſe claues, non excludit, ſed infert uniuerſalem eccleſiam illas accepiſſe, ut ſignificatam & inchoatam in petro. Eſſe autem hãc ſanctorum doctrinam, perſpicere potes ex Cypriani uerbis in præcedenti capitulo declaratis, ubi utrunque modum, ſcilicet ſignificationis per modum rei geſtæ, & originis eccleſiæ a petro docuit: dum dixit, Super unum ędificat eccleſiam, & ſubdit, Et unitatis eiuſdem originem ab vno incipientem authoritate ſua diſpoſuit. Et rurſus exordium ab vnitate proficiſcitur, ut eccleſia chriſti una monſtretur: ut prædeclaratum eſt. — Accepit petrus claues verè et hiſtoricè, tamquam caput, eccleſia verò in Petro vt in capite corpus, & vt in quo inchoatur, et ſignificata fuit.

Auguſtini autem verba inducta eundem confirmare ſenſum paret ex duob. primò ex eo ꝙ aduerbio tantùm vtitur ad excludendam extenſionem Petri ad eccleſiam: dixit.n. Si Petro tantùm, perinde ac ſi dixiſſet, Si Petro ſecundum ſeipſum tantùm, & non ſecundum ꝙ ſe extendit ad eccleſiam ſignificandam vel figuratè vel connotatiuè, vt caput ſignificat corpus, cuius eſt caput. Vnde non intulit Aug. ex ſecunda veritate, ſ. eccleſia habet claues, negationem primæ, ſ. ſolus Petrus accepit claues, ſed expoſitionem ipſius, ſ. quòd Petrus accipiens claues ſignificauit eccleſiam: perinde ac ſi dixiſſet, quòd non accepit ſecundum ſeipſum tantùm, ſed vt extenditur ad eccleſiam vniuerſam ſignificando illam: hic enim planus eſt ſenſus verborũ Auguſtini. Secundò, ex eo quod ſubiungit, Si ergo in perſona Petri ſignificati ſunt in eccleſia boni, & in Iudæ perſona ſignificati ſunt mali in eccleſia. Hinc.n. patet, quòd de ſignificatione per modum rei geſtæ loquitur: nã Iudam inter Apoſtolos ſignificare per modum rei geſtæ malos in eccleſia, dubium non eſt.

Modus authoritatis clauiũ ſuſceptus ab eccleſia ex Petro totã in capite per ſucceſſionẽ quã in membris per participationẽ.

¶ Intendit ergo Auguſtinus Petrum ſecundum rẽ geſtam accipientem claues, inferre eccleſiam quoque per ipſum ſignificatam accipere claues. Modus autem quo eccleſia per Petrum vſque ad conſummationem ſeculi accipit claues eſt ſuauiſſimè diſpoſitus à diuina ſapientia: nam vniuerſalis eccleſia ſicut diſtribuitur in caput & membra, ita diſtribuitur in ſuaui acceptione clauium, vt in capite quidem accipiat per ſucceſſionem, in membris autem per participationem. In capite namque habet claues regni cælorum ſecũdum actus clauibus adæquatos: in membris autem hoc eſt partialibus eccleſiis, claues habet ſecundum actus ordinis, & partialis iuriſdictionis.

Ad obiectionem.

¶ Vnde patet oppoſitum eſſe eius quod apparebat proponendo quæſtionem quum enim dicimus, Solus Petrus accepit claues regni cælorum, ſocij compares excluduntur: non illius corpus eccleſia, non illius ſucceſſor excluditur: imò tam eccleſia quàm ſucceſſor in ſolo Petro includitur: quia ex hoc quòd ſolus Petrus accepit claues regni cælorum, infertur eaſdem accepiſſe eccleſiam inchoatam, ac ſignificatam in ſuo capite: ac propterea eandem ſemper claues habere, in capite quidem per ſucceſſionem, in membris autem per participationes: vt ſic verè vnum ſit corpus tota eccleſia ſub vno capite. Nec fallaris antiqua ſchiſmaticorum inuectione in catholicos, tanquam monſtra fingẽter, dum eccleſiæ caput Petrum dicimus: quando quidem Chriſtus eſt caput corporis eccleſiæ (vt dicitur ad Colo. 1.) & ſi Petrus quoq; caput eccleſiæ ponitur, duo capita vni corpori non ſine monſtro iunguntur. Frigida ſunt hæc quoniam Petrus alia ratione caput eccleſiæ dicitur, ab ea ratione, qua Chriſtus eſt caput eccleſiæ: Chriſtus enim eſt caput ratione ſui ipſius, Petrus autem ratione Chriſti. Vnde Chriſtus eſt ſimpliciter & abſolutè caput: Petrus autem ideo caput, quia eſt vicæ caput: eſt enim loco Chriſti in cælis reſidentis, caput in terris. Vnde totius eccleſiaſtici corporis vnum tantum ponitur caput ſimpliciter & abſolutè, id eſt Chriſtus, loco cuius in terris Petrus nõ aliud caput, ſed vicecaput conſtitutus eſt. Vnde nulla interuenit monſtruoſitas in eccleſiaſtico corpore, niſi apud nolentes intelligere eccleſiaſtica nomina in ſenſu, in quo dicuntur omnibus ferè manifeſto. Libet autem innueri hoc in loco omnibus huiuſmodi obuiationibus commune eſſe vnum errandi iter: inter omnes ſiquidem diſcuſſas poſitiões prima ex affirmata iuſtitiæ qualitate, negauit ſubſtantiæ perſonam: ſecunda ex affirmata eccleſia ſignificata, negauit perſonam Petri ſignificantẽ: tertia ex affirmata Petri principaliter negauit eius ſingularitatẽ: quarta ex affirmato cõi parique Apoſtolatu negauit vnitatem paſtoralis officij in Petro: quinta ex affirmatis eccleſiæ clauib. negauit ſolum Petrum accepiſſe claues. ſexta ex affirmato vnico eccleſiæ capite Chriſto, negauit Petrũm eſſe caput loco Chriſti & ſimile inuenies inferiùs, quum ex affirmata charitate Petri Paſtoris, negabitur perſona Paſtoris ſiue charitatẽ, & ex affirmato paſcendi opere, negabitur Paſtoris authoritas. Aperiatur itaque lectorum oculi, & laqueos deprehendant.

CAPVT VII.

Promiſſum eſſe Petro totius eccleſiæ Pontificatum in antedictis promiſſionibus.

QVatuor promiſſa eſſe Petro à Domino, Mathæus euangeliſta in ſuprà allatis refert verbis: quorũ duo vltima, Quodcunq; ligaueris, & quodcunq; ſolueris, communicata quoq; à Domino aliis Apoſtolis idẽ teſtatur: prima verò duo, Super hanc Petrã ædificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum, propria Petro perſeuerarunt. In quibus promitti Petro totius eccleſiæ Pontificatum declarandum eſt Poſtq̃ ante promiſſiones amplius dilucidatæ fuerint.

Dixit Chriſtus Petro, Aedificabo eccleſiam meã, nõ eccleſias meas: nõ aliquã, nõ eccleſiam nõ eccleſias, nõ aliquid addẽdo, ſed eccleſiam meam.

¶ Quocirca in prima promiſſione notanda ſunt ſex: ſignificantius enim vide primò, eccleſiam meam, non, eccleſias meas: ſecundò, eccleſiam meam, non aliquam eccleſiam meam: tertiò, eccleſiam meam non omnem eccleſiam meam: quartò, eccleſiam meam, non indefinitè: quintò, eccleſiam meam, ſingulariter ſeu vnicam: ſextò, eccleſiam meam, ſine additione aliqua. Attendo ſigillatim, non dixit eccleſias meas, ſed eccleſiam meam, ut una eccleſia ſignificaretur: quæ quamuis multas comprehendat partiales eccleſias, nõ propterea ſcinditur, diuiditur, aut multiplicatur eccleſia: ſed unitate numerali retenta multas habet partes, ſicut unum corpus multa habet membra: iuxta verbũ Apoſtoli ad Col. 1. ipſe eſt caput corporis eccleſiæ. & Cant. 6. Vna eſt columba mea. Dixit non aliquam eccleſiam meam, ſed eccleſiam meam: ut non de parte eccleſiæ, non de particulari aliqua eccleſia, ſed de integra, ſeu tota eccleſia intelligeres. neque enim decebat diuinam ſapientiam aliquam eccleſiam ædificare ſuper unum Petrum & aliquam non: Dei ſiquidẽ perfecta ſunt opera. Non dixit, omnem eccleſiam meam: tum quia multitudinem eccleſiarum ſupponeret diſtributiuum ſignum, contra Domini ſententiam Ioan. 10. Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet unum ouile, & unus paſtor. Tum quia ſingulare diſtribui uniuerſaliter, implicat contradictoria, niſi uniuerſalitas referatur ad partes integrantes ipſum, quod eſt extra propoſitum, & inferiùs nihilominus declarabitur, quomodo partes eccleſiæ ædificatæ ſunt ſuper hanc Petram. Dixit, eccleſiam meam: non indefinitè, uagum relinquendo intellectum ad quærendum quæ eſſet eccleſia Chriſti ædificanda ſuper hanc Petram: ſicut ne dubium reliquit intellectum, quum in cœna dixit, Vnus ueſtrum me traditurus eſt: certificari enim ſumus per hæc uerba quòd unica tota Chriſti eccleſia ædificata eſt ſuper hanc petram, & non ſumus ſuſpenſi relicti. Dixit ergo, eccleſiam meam, ut ſingularem unicam, ſolamque ſuam eccleſiam integram (de qua in ſymbolo dicitur, quòd eſt una eccleſia catholica) intelligeres. Vnde per ſolum pronomen, meam determinauit illam, ut perciperemus, quòd de illa una eccleſia loquitur, quæ eſt Chriſti eccleſia, ſine additione aliqua (quælibet nanque partialis eccleſia uocatur Chriſti eccleſia cum aliena additione) putà Romana, Antiochena, Conſtantinopo-

litana, &c. Et hoc non ſolùm ſecundum modernum vſum, ſed ſecũdum ſacras Scripturas: vt patet in principio vtrinſque Epiſtolæ ad Corin. vbi dicitur Eccleſiæ quæ eſt Cor. & in principio ad Gala. Eccleſiis Galatiæ: & ad Theſſal. Eccleſiæ Theſſalonicenſium, &c. Habes igitur quid intelligere debeas per eccleſiam meam: idem ſcilicet quod intelligis per vnam eccle-

Obiectio. ſiam catholicam. Non deſunt tamen ſophiſticæ importunitates, ex eo quòd quælibet particularis eccleſia verè eſt Chriſti eccleſia arguentes. De illa eccleſia Chriſtus loquitur, de qua verificatur quòd eſt eccleſia mea, id eſt Chriſti: ſed de qualibet particulari eccleſia verificatur, quòd eſt eccleſia mea: ergo de qualibet particulari eccleſia Chriſtus loquitur, quum dixit, Su-

Solutio. per hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Poteſt ſiquidem facilè detegi fallacia argumenti, ad rẽ ſpectãdo, & dicẽdo, ꝙ q̃libet particularis eccleſia eſt quidẽ eccleſia Xp̃i, ſed nõ tota, nec ſine additione aliqua, ſed talis, puta Mediolanẽ. nec ita eſt eccleſia quin ſit pars eccleſiæ: Chriſtus autem loquitur de eccleſia integra, quæ non eſt eccleſia aliqua, ſed eſt abſolutè ipſius eccleſia. Nihilominus dicẽdum eſt, quòd eo modo quo quælibet eccleſia eſt eccleſia mea, id eſt Chriſti, illo eodem modo verificatur de ea quòd eſt ædificata ſuper hanc Petram.

¶ Quod ut planius intelligas, perſpice differentiã in mõ, quo eccleſia catholica eſt Chriſti, & quo quælibet particularis eccleſia eſt Chriſti: conueniunt ſiquidem omnes partiales eccleſiæ cum eccleſia catholica in hoc, quòd ſunt Chriſti (nam quælibet partialis eſt Chriſti eccleſia & eccleſia catholica eſt Chriſti eccleſia) ſed differunt in modo: quia eccleſia catholica eſt Chriſti vt totum, quælibet autem eccleſia eſt Chriſti vt pars. & propterea eccleſia catholica eſt ædificata vt totum ſuper hanc petram: quælibet autem eccleſia particularis eſt ædificata ſuper hanc petram vt pars. Illo igitur modo, quo verificatur de eccleſia particulari, quòd eſt eccleſia mea, eodemmet modo verificatur de illa, quòd eſt ædificata ſuper hanc petram, & propterea quia eſt eccleſia mea vt pars, eſt quoque ædificata, vt pars ſuper hanc petram: eccleſia verò catholica, quia eſt eccleſia mea vt tota, eſt quoque ædificata vt tota ſuper hanc petram. Et quia totum comprehendit quamlibet partem, & ad partes ſe habet vt perfectum ad imperfecta & vnitas & integritas eccleſiæ pari paſſu currunt: ideo verbum Chriſti ad literam intelligitur de eccleſia vna catholica, ratione cuius intelligitur quælibet particularis eccleſia, vt pars vnius eccleſiæ catholicæ ædificata ſuper Petrum, ſicut ratione vnius eccleſiæ catholicæ quælibet partialis eccleſia vocari poteſt à Chriſto eccleſia mea, tanquam pars eccleſiæ catholicæ, nec aliter verificaretur: quoniam ſi ab vnitate eccleſiæ diuiſa eſſet, non eſſet eccleſia Chriſti. Nec putes aduerſari hæc ſacris canonibus, aut Sanctorum dictis: quæ ſonare videntur eccleſiam Roma. ædificatam eſſe à Chriſto ſuper hanc petram. Appellatione ſi quidem Roma. eccleſiæ, (vt multi putant) ex verbis concilij Conſtantien. in condemnatione articulorum Ioannis Vuiclec, intelligitur quãdoque eccleſia catholica: & ſecundum hunc ſenſum nulla eſſet in propoſito quæſtio niſi de nomine. Sed quoniam ſenſus hic non conſonat intentioni ſcribentium de Roma. eccleſia intelligentium ipſius nomine quandam particularem eccleſiam diſtinctam contra alias particulares eccleſias: ideo aliter dicendum eſt Rom. eccleſiam ædificatam eſſe à Chriſto ſuper hanc Petram verificari, non per proprietatem, ſed per appropriationem. Quod ex conuenientia & differentia inter eccleſiam Rom. & alias manifeſtatur: commune ſiquidem eſt cuilibet particulari eccleſiæ eſſe partem. Et hinc fit quòd non per proprietatem verificatur de quacunque particulari eccleſia, ſed tantummodo de eccleſia catholica, quòd eſt ædificata ſuper hanc petram: de ipſa enim ſola ad literam loquitur Chriſtus, dicens, Super hanc petram ædificabo eccleſiam meã: in qua tamen omnes partiales Chriſti eccleſiæ clauduntur, vt partes in toto. Differt autem Rom. eccleſia ab aliis partialibus eccleſiis propinquitate ad caput eccleſiæ catho. nã eccleſia Ro. in ſuo proprio capite nõ ſolùm proxima, ſed eadem facta eſt cum capite eccleſiæ catholicæ: ex facto enim Petri vnus atque idem factus eſt pontifex Rom. & pontifex eccleſiæ catholicæ: ſecundum ſeipſam verò immediatè hæret Pontifici eccleſiæ catholicæ. Alia autem quæcunque partialis eccleſia nec ſecundum ſeipſam immediatè iungitur paſtori eccleſiæ catholicæ, nec ſecundum ſuum caput coincidit cum capite eccleſiæ catholicę. Ob hãc igitur proximitatem & coniunctionem eccleſiæ Ro. ad paſtorem eccleſiæ catholicæ, appropriantur verba Chriſti ad Rom. eccleſiam potius, quàm ad alias: non quòd illi ſint propria, ſed eccleſiæ catholicæ, vt dictũ eſt. Promiſit igitur Dominus Petro prima promiſſione, ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, futurum ipſum fundamentum eccleſiæ catholicæ.

Claues regni cælorũ Petro promiſſę, plena fuit eccleſiæ poteſtatis quatuor genera diuiſa: in eã quæ eſt iuridõnis, Gubernationẽ, & eã, quę ad purgatorium extenditur.

¶ Per ſecundam autem promiſſionem, (Tibi dabo claues regni cælorum,) plenitudinem poteſtatis eccleſiaſticæ eidẽ promiſit: quod manifeſtatur. Primò, ex ipſa re ſignificata per claues regni cælorum: poteſtate ſcilicet aperiendi & claudendi cælorum regnũ, non his vel illis, ſed abſolutè: vt comprehendantur omnes viatores, quibus claudi vel aperiri regnum cælorum poteſt. Huiuſmodi ſiquidem poteſtas quadruplex poteſtatis genus ſub ſe comprehendit: hoc eſt iudiciariam tam in foro pœnitentiæ, quam in foro eccleſiæ: quoniam omnis eccleſiaſticus iudex vtriuſque fori, ſoluendo, vel ligando aperit, vel claudit regnum cælorum illi, qui ſoluitur vel ligatur. Poteſtatem quoque gubernatiuam eccleſiæ catholicę, nam prouidendo, gubernando, inſtituendo, diſponendo, & cæt. eiuſmodi faciendo; nihil aliud fit quàm aperitur vel clauditur regnum cælorum. Poteſtatem etiam ad purgatorium extenſam comprehendit: vbi nota quòd licet Chriſtus non dederit Petro iudiciariam poteſtatem ſuper purgatorium: dedit tamen illi claues regni cælorum, aperiendi etiam vel claudendi his, qui ſunt in purgatorio. Et propterea de poteſtate iudiciaria loquens appoſuit locum, ſcilicet ſuper terram dicens, Quodcunque ſolueris ſuper terram, & quodcunque ligaueris ſuper terram, eximens per hoc eos, qui ſuper terram amplius non ſunt, à iudiciali poteſtate Petri. Loquens autem de clauibus regni cælorum, nullum exemit viatorem, cui per eccleſiam poteſt aperiri vel claudi regnum cælorum, ſed abſolutè & illimitatè dixit, Tibi dabo claues regni cælorum, ut poſſet Petrus cuicunque viatori regnum cælorum aperire poſitiuè, claudere verò ſaltem negatiuè. Hæc autem dicentes, nequaquam Auguſtinum, ſacroſq; canones poteſtatem Petri ad excõmunicandum etiam defunctos, tuẽtes oppugnamus, imò hinc quod dicimus, confirmamus. Nam eccleſiaſtica cenſura in defunctos quatenus ſoluit aut ligat, ad id reſpicit, quod ſuper terram eſt, hoc eſt viuos, qui ligãtur ne communicent, aut ſoluuntur ut communicent defuncto, quatenus verò aperit aut claudit regnũ cęlorũ, ad defunctorũ aĩas reſpicit, quib. verè hinc aperitur, aut clauditur regnũ cælorũ. Terminatur ergo iudiciaria poteſtas ſup terram, claues autem regni cælorum ad omnes viatores ſe extendunt. Poteſtatem demum imperatiuam vniuerſis ad eccleſiam quomodolibet ſpectantibus in ordine tamen regnum cælorum, exigit ſiquidem recta ratio, ut poteſtas, quæ ſupremum

ſortita

ſortitus eſt finem, reliquis omnibus imperet in ordine ad ſupremum finem: vt facile manifeſtatur inducendo, tam in artibus, quàm in rectoribus, ducibus, & principibus. Quilibet nempè artifex, rector, dux, princeps, ſuperiorem ſortitus finem, ordinat, alios artifices, rectores, duces, principes ad ſuum finem, ac per hoc illis quatenus ad ſuum diriguntur finem, præcipit. Conſtat autem regnum cœlorum ſupremum eſſe finem, poteſtatique clauium Petro promiſſarum reſpondere: reliqua verò omnia temporalia ad hunc finem quandoque oportere diſponi. Sub hac igitur Petri poteſtate comprehenditur poſſe imperare regnis & principibus omnibus in ordine ad regnum cœlorum: nec enim huiuſmodi imperiũ aliud eſt quàm aperire & claudere regnum cœlorum, vt de ſe patet. Ex re igitur promiſſa perichoes regni cœlorum, patet primò, quòd plenitudo poteſtatis eccleſiaſticæ Petro promiſſa eſt à Christo, dicente, Tibi dabo claues regni cœlorum. Declaratur deinde idem ex modo loquendi ſacræ Scripturæ. Iſa. quidem 22. de Eliachim ſummi Sacerdotis plena poteſtate, dicitur, Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat. In nouo quoque Teſtamento Apoc. 3. de Christi poteſtate dicitur, Qui habet clauem Dauid, aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.

Excluſio obiectionis. Nec obſtat ſi obijciatur, in textu Euangelij non haberi, quòd ſi Petrus aperiat, nemo claudit, & ſi claudat, nemo aperit: quia etſi non habentur hæc verba, habetur tamen idem ſenſus. Ex eo ſiquidem quòd de minoribus actibus clauium in Euangelio habetur: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis: manifeſtè habetur, quòd ita Petrus ligat, quòd nemo ſoluit, & ita ſoluit, quòd nemo ligat: quod enim in terra ligatum, in cęlo quoque ligatum eſt, conſtat ita eſſe ligatum, quòd nemo ſoluit: & ſimiliter quod in terra ſolutum in cœlis quoque ſolutum eſt, conſtat ita eſſe ſolutum, quòd nemo ligat. Ex hoc autem ſufficienter habetur, quòd ita Petrus aperit regnum cœlorum, quòd nemo claudit, & ita claudit, quòd nemo aperit: æquum eſt enim, vt nõ minus, ſed potiori modo poſsint claues Petri adæquatos ſibi actus, quàm actus minores exercere. Et aduerte, ꝙ verba illa Iſa. 22. dicta ſunt de Eliachim in perſona Christi: vt gloſa ibi dicit. In cuius ſignum Ioã. Euangeliſta eadem reperit de Christo, tanquam monſtrans illum eſſe in Eliachim ſignificatum: & ipſemet Iſaie 9. cap. de Christo ſcripſerat, & factus eſt principatus ſuper humerum eius: vt oſtendatur clauis ſuper humerum eius, principatus ſuper humerum eius: ac per hoc vndique percipiamus per claues regni cœlorum plenitudinem poteſtatis ſignificatam. Accedit autem ad hoc teſtimonium à conſuetudine: in ſignum enim ſummæ poteſtatis claues regni regi offeruntur. Quocirca iungendo ambas promiſsiones, quum ex prima Petrus futurus ſit fundamentum eccleſiæ catholicæ (vbi in Petro officium ſuſtinendi eccleſiam catholicam in fidei ſoliditate ſtatuitur, & pariter eccleſię catholicæ authoritas inhærendi Petro vt fundamento imponitur: ædificationis enim ratio expoſcit, vt ædificium neceſsitatem habeat inhærendi Petræ, ſuper quam fundatum eſt) ex altera verò Petro eccleſiæ poteſtatis plenitudo pollicita ſit, manifeſtè liquet promiſſum huiuſmodi verbis Petro eccleſiæ catholicæ pontificatum eſſe: hæc enim duo præcipua eſſe in totius Chriſtianæ eccleſiæ Pontifice conſtat. Ex Matthæi Euangeliſtæ igitur verbis, Tu es Petrus, &c. collatis cum alijs Euangelijs, ac diſcuſsis, manifeſtatum credimus ſoli Petro Pontificatum eccleſiæ catholicæ eſſe promiſſum à Christo.

CAPVT XXVIII.

Perſonæ Petri, quamuis charitate qualificatæ, dictum eſſe, Paſce oues meas.

Expedito Tractatu de promiſsionibus ſoli Petro factis à Domino apud Matth. tractãda occurrit commiſſio, quam Saluator Petro fecit apud Ioãnem, quum toties ei dixit, Paſce oues meas. Vbi ſicut in antedictis, quatuor dilucidanda occurrunt: hoc eſt, quòd perſonæ Petri, quòd ſoli dicta hæc intelliguntur, ita quòd nuſquam alijs cæteris ſimilia dicta ſunt, quòd tota eccleſia paſcenda commiſſa eſt Petro, & quòd per hæc pontificatus eccleſiæ catholicæ datus eſt Petro.

¶Quoniam autem ſoluere neſcit, qui nodum ignorat, quæ rem dubiam reddere poſſunt, in horum ſingulis afferenda ſunt. Ex duobus in primis apparet, quòd non perſonę, ſed qualificatæ perſonæ dictum eſt, Paſce oues meas. Primò, ex cognominatione Petri: dum appellatus eſt Simon Ioannis, hoc eſt obediens gratiæ: neque enim fruſtra (vt Beda hic dicit) ſic eum Dominus appellauit: ſed ad hoc myſterium inſinuantem. Primò. Deinde ex trina interrogatione, Diligis me? vbi manifeſtè amanti dixit, Paſce oues meas. Ex his enim apparet, ꝙ non perſonæ, ſed perſonæ qualificatæ obedientia diuinæ gratiæ & amore ipſius Chriſti dictum eſt, Paſce oues meas. Secundò.

Hoc in loco obſeruandum eſt ne in extremos derlinemus errores, ſed media incedamus via quum enim de qualificatæ perſonæ officio agitur, quatuor occurrunt, ſcilicet perſona, qualitas eius, vſus officij, & rectitudo eius. Quæ omnia licèt diuerſa ſunt, hæretici tamen nolentes diſcernere inter poteſtatis vſum & rectitudinem vſus, totum qualitati tribuunt: malos Chriſti miniſtros cognoſcere recuſantes: quia qualificati Chriſti charitate non ſunt: tanquam poteſtas & rectus poteſtatis vſus idem ſint, vel ſaltem vtrunque qualitati, hoc eſt charitati commiſſum ſit: vnde latius aberrantes, cuilibet iuſto eccleſiaſticam arrogant poteſtatem. Stolti autem (quorum infinitus eſt numerus) rectitudinem vſus paruipendentes, ſi perſonæ eccleſiaſticam tribuunt poteſtatem, quicquid ſit de charitatis qualitate, feciſſe putant ſatis. Recta verò ac catholica ratio mediam amplectitur viam, perſonæ qualificatæ datam & dari debere eccleſiaſticam poteſtatem cenſens, ea tamen ratione, vt perſonæ poteſtas ſeu poteſtatis vſus, qualitati verò rectitudo vſus reſpondeat. Senſus huius capitis hic eſt. Sic enim vterque vitatur error, dum ſapienter qualificatæ perſonæ committitur, vt rectè vtatur eccleſiaſtico miniſterio: & ſi contingit malos eſſe miniſtros, eccleſia ambiguitatis, aut fallaciæ periculo non ſubſit, ſed per malos etiam bona ſuſcipiat. Et ſi ſapiens quicunq; qualificatæ debet perſonæ committere rectum vſum officij, hoc maximè decuit Sapientiam incarnatam. & propterea tertiò à Petro exigit qualitatem charitatis, commendando ei actum optimum, ita ꝙ exacta charitas bonitatem actus reſpicit, & ipſa rectitudo ſeu bonitas actus charitati tribuitur: vt omnes communiter Doct. ſonant. Patet autem actum optimum à Saluatore Petro commiſſum dicendo, Paſce oues meas, ex ſingulis trium dictionum: paſcere enim eſt conferre nutrimentum, quo oues nutriuntur, augentur, multiplicantur, & viuunt. Oues dixit, non hœdos, non boues, non lupos, & id generis homines, luxurioſos, ſuperbos, rapaces, inuidos, maledicos, &c. Meas addidit, vt proprio amore ſubtracto, amor Chriſti ratio paſcendi oues ſignificata explicetur. Ex quibus tribus ſimul iunctis perſpicuum fit, quòd actum optimum

committebat Petro dicens, Paſce oues meas: & quia (vt dictum eſt) actus optimus non poteſt niſi à charitate Chriſti prodire, ideo perſonæ qualificatæ charitate à Domino commiſſus eſt. Ex hoc autem non ſequitur (vt hæretici fingunt) quòd qualitati commiſſum eſt paſtorale officium: ſed charitati quidem commiſſa intelligitur bonitas, ſeu rectitudo vſus officij paſtoralis: ipſe autem vſus perſonæ commiſſus intelligitur. Vnde & Dominus hoc in loco ter exacta charitate nõ dixit, Charitas tua paſcat oues meas: ſed perſonam ter alloquitur dicens, Paſce tu agnos, ſeu oues meas. Et ſicut apud Matth. perſona Petri deſcripta eſt nomine proprio, & nomine proprio patris carnalis quò ad corpus, & internæ reuelationis gratia quò ad animam, vt ex his ſingulariter Petro conuenientibus perſonam eius intelligeremus: ita quoque hoc in loco non ſemel, ſed ter eodem nomine proprio & patris carnalis perſona Petri ſecundum carnem deſcribitur, Simon Ioannis, ſeu Ionæ (vt correctiores codices habent) & & ſecundum animam ex propria humiliatione, qua cor Chriſti ſcientiæ ſubmittit, ter repetens, Domine ſcis, quia amo te: & ex propria contriſtatione, contriſtatus eſt Petrus, &c. vt ex his ſibi proprijs, Petri perſonam apertè intelligeremus eſſe illam, cui Chriſtus dixit, Paſce oues meas: ac proinde non dono charitatis, ſed perſonæ commiſſum officium paſtorale perciperemus: ea exacta autem charitate intelligeremus charitati committi rectitudinem vſus officij paſtoralis: nemo enim ſine charitate poteſt officio paſtorali rectè vti. Et hæc ſecundum literalem Euangelij ſenſum ſunt: ad myſticum verò ſenſum (vnde efficax nõ poteſt argumentum trahi) ſpectat quòd Simon Ioannis interpretatur, Obediens gratiæ. Vnde patet, quòd Chriſtus non qualitati, ſed perſonæ Petri qualificatæ charitate dixit, Paſce oues meas: ac proinde ſi decidiſſet Petrus à charitate, nõ amiſiſſet paſtorale officium, ſed rectum vſum illius: quoniam à charitate pendet non officium, ſed rectitudo vſus: vt planum eſt apud quemlibet catholicum Doctorem, & ſolos habet hæreticos contradictores.

Exclusio obiectionum.

CAPVT IX.

Soli Petro ita, quòd non alijs Apoſtolis, dictum eſſe, Paſce oues meas.

QVòD Autem ſoli Petro dictum ſit à Chriſto, Paſce oues meas, textus ipſe clarè manifeſtat, tum ex nomine proprio ſuo & patris carnalis tertiò repetito, tum ex comparatione appoſita ad alios, Diligis me plus his? cõparatiuè enim diuerſitatem monſtrat ipſius ad alios Apoſtolos præſentes, quibus comparatur, tum ex propria Petri paſſione, qua contriſtatus deſcribitur ex tertia interrogatione memor negationis Chriſti prædictæ ſibi olim ipſo parato mori: ita vt locus dubitationi non relinquatur. Et quoniam hæc fuerunt Petro data poſt reſurrectionẽ Domini, & alijs Apoſtolis, nec antea, nec poſteà inuenitur ſimile quid dictum, reſtat vt omnino ſoli Petro dictũ ſit, Paſce oues meas. Nec obſtat, quòd eccleſia Apoſtolos oẽs vocat paſtores dominici gregis in præfatione (quos operis tui vicarios eidem contuliſti præeſſe paſtores) quando hoc ad Apoſtolatũ manifeſtè refertur: & propterea eo modo dicuntur paſtores dominici gregis, quo ad Apoſtolatum ſpectat paſtoralis cura: vt autem apoſtoli nomen teſtatur, paſtorale exercitium ad Apoſtolos ſpectat, vt ad legatos Chriſti: & ſic hoc eſt, vt legati Chriſti dicuntur paſtores dominici gregis. Petrus autem (vt ex ſupradictis & dicendis patebit) conſtitutus eſt, vt ordinarius paſtor etiam ipſorum Apoſtolorum: & hoc ſignificãt Chriſti verba, Paſce oues meas.

CAPVT X.

Petro ſoli vniuerſam committi eccleſiam, per hæc verba Chriſti, Paſce oues meas.

VNIVERSAM autem committi eccleſiam Petro per hæc verba, Paſce oues meas, ſophiſticè in dubium vertitur ex ſex.

Primò, Quia non dicitur, Paſce oues meas omnes: ſi enim tota eccleſia comprehenſa eſſet, dici debuiſſet, omnes oues meas: ſicut dictum eſt: Docete omnes gentes, Matth. vlt.

¶ Secundò, Quia nihil impoſſibile commiſſum eſt à Chriſto, vniuerſam autem per orbem eccleſiam paſci ab vno eſt impoſſibile. Et ſi dicatur, quòd vnus per alios poſſet paſcere totum orbem: contra, quia Dominus dixit, Paſce, & non dixit fac paſcere oues meas: hoc enim etiam ethnicus poſſet facere, committere, ſcilicet alijs, vt paſcerent oues Chriſti.

¶ Tertiò, Quia peccaſſet Petrus ſi non omnes ſolus paujſſet, ſi omnes ſoli commiſſæ ſunt.

¶ Quartò, Quia Petrus nullum Apoſtolum miſit: & quilibet Apoſtolus ordinauit epiſcopos abſque Petri authoritate.

¶ Quintò, Quia confitemur Apoſtolos in diuerſas mundi partes tanquam ſuas portiones diſtributos.

¶ Sextò, Quia Petrus circumciſionis tantùm oues ſortitus eſt: vt patet ad Gal. 2. Vbi dicit Paulus, Quum vidiſſent, quòd creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut & Petro circumciſionis: qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatu circumciſionis, operatus eſt mihi inter Gentes.

QVOD Manifeſtè autem exorbitent hæc à vero Euangelij ſenſu, non eſt difficile aperire, dicendo ſiquidẽ, Paſce oues meas: oportet aut omnes, aut iſtas, aut nullas, vel vagè oues committi paſcendas. Et quidem quòd non has vel illas determinatè commiſerit, verba ipſa teſtantur: quòd verò nullas, veritati aduerſatur: quòd autem vagè reliquerit, & Chriſti ſapientiæ derogat, & veritati pronominis adiuncti contrariatur. ſapientis enim gubernatoris & potentis diffinitè prouidere, non eſt vagam relinquere prouiſionem ſuam. Et conſtat, quòd ex hoc ipſo, quòd ſolo pronomine Meas, demonſtrat oues, non vagè, ſeu indefinitè loquitur, ſed ex hoc ipſo quòd nullas ſuas eximit, omnes ſuas comprehẽdit dicendo, Paſce oues meas. Et obſerua peruerſitatẽ exponentium, quando apud Matth. dicitur, Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam, de omni eccleſia Chriſti intelligendum putant, vt vnam ſolam eccleſiam ſuper petram ædificatam fateantur: quando verò apud Ioannem Petro dicitur, Paſce oues meas, indefinitè exponunt, ne oues Chriſti ſub vno paſtore cõprehendantur. Ibi rem ſingularem, vnam ſcilicet eccleſiam catholicam, contra omnem rationem diſtribuunt vniuerſaliter, hic res diuerſas, multas ſcilicet oues diſtribuere vniuerſaliter recuſant: vt hinc videas falſos eſſe eorum ſenſus: falſum enim etiam à ſeipſo diſſonat. Et per oppoſitum: quia verò omnia conſonant, eccleſiaſticus ſenſus ſicut habet, quòd ibi ita vnica intelligitur eccleſia catholica, vt comprehendantur omnes Chriſti particulares eccleſiæ in ea tanquam partes in toto: ita hic oues Chriſti ita intelliguntur explicatè per pronomen meas, vt nulla relinquatur, quæ ſub pronomine meas comprehenditur.

ET PROPTEREA Non oportuit apponere omnes: quia quæcunque oues, ad quas extenditur pronomen, meas, comprehenduntur: quum dicitur, Paſce oues meas: ſicut Io. 10. omnes comprehẽſæ ſunt Chriſti oues, quum dixit Dominus, Animam meam pono Ad primam.

pro

pro ouibus meis:& rurſus, Oues meæ vocem meam audiunt, &c. Vnde ly meas, vniuerſalis ſigni ſupplere effectum alteri ratione neceſſariò appoſitum patet:& propterea non eſſe ſimile iudicium de hoc tex. & illo, Docete omnes gentes: ibi enim tam ſuas, quã non ſuas per electionem gentes docendas mandauit, hic verò, oues ſuas paſcendas commiſit ſufficienter, per ly meas, comprehendens omnes: vt ratione & teſtimonio Scripturæ monſtratum eſt clariſsimè conſtare ex eodem Euangeliſta. Et hinc confirmatur ſenſus catholicus: quoniam quod ibi Chriſtus promiſit, hic exhibuit:& propterea quia ibi totam eccleſiam promiſit, hic omnes oues commiſit. Et confirmatur rurſus ex verbis domini Io. 10. Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili,& illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile & vnus paſtor: ſi enim ex ouibus omnibus ouile vnum conſtare debet ſub vno paſtore, conſequens eſt: vt quum vnus paſtor inſtituitur, & dicitur, Paſce oues meas, illius vnius ouilis cura committatur. Dubitandum enim fortè fuiſſet ſi plura haberet Chriſtus ouilia, de quibus ſuis ouibus loqueretur: quum autem vnum tantum ouile ſe habere teſtetur, dubitari non poteſt, quas ſuas oues committat: niſi quis adeo deſipiat, vt de parte tantum ouilis curam committat. Et confirmatur rurſus hic ſenſus ex Sanctorum expoſitione, quorum authoritates latiùs inferiùs afferẽtur. Vnde Theophilus hic dicit, finito prandio commiſſionem ouium mundi Petro commendat, non alij.

Ad ſecundam. ¶ Ad ſecundam verò obiectionem dicitur, quòd non eſt impoſsibile, ſed neceſſarium atque vtile, omnes Chriſti oues paſci ab vno catholicæ eccleſiæ cap. In hoc autem paſcendi modo, ſcilicet vt à capite catholicæ eccleſiæ, clauditur quòd Chriſti oues diuerſis coadiuuantibus membris paſcuntur à capite: ſicut totum corpus à capite regitur coadiuuantib. alijs mẽbris. Vnde non eſt dicendum, quòd Petrus paſcit, id eſt facit paſcere: ſed quòd ipſe vt caput per alia commẽbra coadiuuantia paſcit omnes Chriſti oues, quod non poſſe per principem laicum, aut quemcunque alium, qui non eſt caput eccleſiæ, fieri conſtat. Tantò que poſsibilius eſt à Petro paſci omnes Chriſti oues, quantò Petrus vicarius eſt Chriſti viuentis, regnantis & aſsiſtentis ad dirigendum, inſpirandum atque adiuuandum.

Ad tertiã. ¶ Vnde patet ſolutio tertiæ obiectionis: commiſſum eſt enim Petro ſoli, non vt ſolus omni modo, ſed vt ſolus tanquam caput catholicæ eccleſiæ paſcat omnes Chriſti oues, & propterea non peccat ſi per commembra adiuuatur ad paſcendum Chriſti oues, ſed peccaret ſi concaput eccleſiæ catholicæ ſtatueret.

Ad quartã. ¶ Ad quartam dicitur, Petrum nullum miſiſſe Apoſtolum, quia præuentus eſt à Chriſto domino, qui miſit Apoſtolos, Ioan. 20. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Et propterea poterant authoritate Apoſtolatus epiſcopos ordinare abſque habita à Petro facultate.

Ad quintã. ¶ Ad quintam dicitur, quòd diſtributio Apoſtolorum ad apoſtolatus exequutionem ſpectat: & nihil penitus obſtat paſtorali officio Petri, ſicut in nullo eius authoritas imminuta eſt ex hoc, quòd Chriſtus Apoſtolos miſit, hoc enim ad legationem, illud verò ad exequutionem pertinet.

Ad ſextam. ¶ Et per hoc etiam ſoluitur ſexta obiectio: nam quantum ad exequutionem apoſtolatus Paulus loquitur: vt ipſa verba clarè teſtantur, Qui operatus eſt in apoſtolatu. Cum his enim diuerſis exequutionibus euidenter ſtat vnitas paſtoralis curæ apud Petrum.

CAPVT XI.

Petro per hæc verba, Paſce oues meas, commiſſum à Chriſto pontificatum totius eccleſiæ eſſe.

Eccleſiae Totius pontificatum Petro per hæc verba collatum inficiantur aliqui.

Primò. ¶ Primò, Quia paſcere non ſignificat principari, aut eſſe primum.

Replica. ¶ Secundò, Quia verbum Chriſti vel exhortatorium, vel præceptorium ad paſcendum, nõ ad ſubiiciẽdum oues. Et ſi dicatur, paſcere non poteſt niſi ſuperior, quid ad me? quære locum vbi verba ſunt conferentia Petro poteſtatem ſuper eccleſiam: hic enim ſolummodo paſcere committitur.

¶ Verum difficile nõ eſt pontificatũ monſtrare ſub his verbis datum. Paſcere ſiquidẽ Chriſti oues, actus eſt authoritatis in paſcente, vtilitatis in ouibus, finis in Chriſto. Eo nanq; ipſo quòd Chriſtus ſuos vt oues paſcendas Petro commiſit, meridiana luce clarius patet, quòd ipſum præfecit alijs vt paſtorem ouibus.

Ad primã. ¶ Non oportet ergo alium quærere locum, vbi Petro poteſtas data eſt ſuper eccleſiam: quoniam hic locus eam atteſtatur datam: niſi quis vſque adeò deſipiat, vt Petro dictum putet, Paſce oues meas, non officio paſtoris, ſed officio mercenarij. Quæ etiam inſipiẽtia confutatur ex trina exactione charitatis Chriſti à Petro: cui enim amore Chriſti paſcendæ oues cõmittũtur, procul abeſt amor mercenarius. Vñ etſi paſcere nõ ſignificat principari, ſignificat tñ actũ eccleſiaſtici principis, & rurſus ſi non ſignificat principari, præſupponit tamen principatum, quia præſupponit paſtorem. Vnde & benè reſpondebatur, quòd paſcere non poteſt niſi ſuperior. Et quum dicitur, Quid ad me? reſpondetur multum profectò ex ipſa ratione connexorum: habẽt enim hoc vt altero collato reliquum tributum intelligatur. Quo fit vt ſi paſcere non poteſt niſi ſuperior, cui datum eſt paſcere, datum quoque eſt eſſe ſuperiorem: vnde ex hoc etiam capite liquet, quòd non eſt alius quærendus locus Scripturæ, vbi Petrus factus eſt ſuper eccleſiam: quoniam hic clarè habetur.

Ad ſecundam. ¶ Affirmamus autem Chriſti verbum præceptoriũ eſſe: nam ſi Apoſtolo Paulo væ eſt, ſi non euangelizauerit, multò magis Petro væ eſt, ſi non pauerit oues Chriſti. Sed non præceptorium ſolummodo eſt Chriſti verbum, ſed inſtitutorium: nam, ſi in conditione primæ partis vniuerſi verbum Dei inſtituit creaturas præcipuas, & ſimul proprium earum opus præcepit (iuxta illud, Statuit ea in æternum & in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit, & non præteribit) par eſt, vt in creatione Chriſtianæ eccleſiæ primum eius membrũ eodem verbo perfecerit, præcipiendo ſummum pontificatus opus, & inſtituendo ipſum pontificatum. Eo verò ipſo, quo Petro, vt paſcat Chriſti oues, committitur, Chriſtianus populus, vt oues, iubetur ſe habere ad Petrum: fruſtra enim committerent vt oues paſcendæ à Petro, niſi vt oues exhiberentur eidem à communi Domino. Vnde neceſsitas non ſolùm paſtus, ſed ſubiectionis in verbis Domini ſignificatur, quum dicitur Paſce oues meas. atteſtante etiam hoc Aug. hic exponente, paſcere non ſolùm docere, ſed regere, dum dicit, oues ipſas paſcendas, hoc eſt docendas regendaſque committit. & Chryſoſt. Paſce oues meas, fratrum curam ſuſcipe: & gloſſa ex alchui. Paſcere oues eſt credentes in Chriſto, ne à fide deficiant, confortare: terrena ſubſidia, ſi neceſſe eſt, ſubditis prouidere, & exẽpla virtutis cum verbo prędicationis impẽdere, aduerſarijs obſiſtere, errãtes ſubditos corrigere. Quocirca etſi paſcere nõ ſignificat principari: ſignificat ſũ

Chriſti oues regere, in quo clauditur principari. etſi non ſignificat principari, trahit tamen ſecum principatū, ſicut trahit ſecum requirere, reducere, alligare, conſolidare, cuſtodire & ſanare: quorum meminit Dominus Ezech. 34. vndè & Petrus princeps Apoſtolorum, & princeps ſuper plebem Chriſti conſtitutus dicitur: & iuxta Greg. verba ad Mauri. Cura ei totius eccleſiæ & principatus committitur.

¶ Et ſi quæratur quare Dominus commiſit pontificatum Petro non ſub vocabulo prælationis, ſeu authoritatis, vel dignitatis, ſeu actus paſcendi ſuas oues? In promptu ratio eſt, & ex parte rei, quia prælatio, ſeu authoritas eſt propter paſcere oues Chriſti, & non èconuerſo. Et ex parte appetitus regulandi, quia non locus ſuperior, non dignitas, aut authoritas ambienda eſt, ſed paſtus ouium Chriſti appetendus in pontificatu, iuxta quod Apoſtolus poſtea dixit, Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Et ex parte Scripturæ adimplendæ: dixerat enim ante paſſionē Lucæ vigeſimoſecundo, Reges gentium dominantur eorū, & qui poteſtatem exercent in eos, benefici vocantur: vos autem nō ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor. Hinc enim à miniſteriali actu paſcendi Chriſti oues ſignificauit pontificatum tacitum tanquam annexum quid, & non æſtimandū niſi propter vtilitatem ouium Chriſti: cuius oppoſitum contingit in regibus & dominis gentium: qui ad hoc vt regnent & domini ſint omnia ordinant.

¶ Porrò commiſſum inter actus pontificios opus præcipuum, Petri monſtrat pontificatum: paſcere ſiquidem electos præcipuus eſt pontificis actus. Nam ſicut ad ſupremam diuinæ prouidentiæ partem ſpectat cura electorum (ad quorum fœlicitatem non ſolùm cæli motum ordinauit: teſtante Ioan. in Apoc. capitul. 6. Dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc modicum tempus, donec impleatur numerus conſeruorum eorum: ſed etiam ipſemet deſcendit de cælis, & homo factus crucifixus, mortuus, ſepultus, &c. omnia ſuſtinuit propter electos) ita ad ſummam eccleſiaſticā curā, quam pontificatum vocamus ſpectare oportet, paſcere electos. Conſtat autem ſolos electos ſignificari, quum dicitur, Paſce oues meas: teſtante hoc ipſo Domino Ioan. 10. dicente, Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Nec propterea Petri pontificatus quaſi ad ſolos electos ſe extendat, reſtrictus eſt: ſed ſubordinatur electorum paſtui hinc eſt omnis circa alios pontificatus actus. Sicut enim ſecundum vniuerſi ordinem vnicus cæli motus propter implendum numerum eſt electorum, & idem tamen etiam ad propagandos non electos ſe extendit: & ſecundum ordinem gratiæ ſummæ bonus paſtor Chriſtus animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, hoc eſt electis, & tamen eadem mors pro totius mundi vita fuit: ita in ſacris myſteriis ſummus pontificatus propter paſcendos eſt electos, & idem non electos comprehendit. Nec immeritò: quoniam eiuſdem eſt cura finis & diſpoſitio eorum, quæ ſunt ad finem: ita autem electorum finis eſt gubernationis aliorum. Omnia, inquit Apoſtolus ſecundæ Timothei ſecundo ſuſtineo propter electos, & ad Romanos octauo, Omnia electis donata teſtatur: & ſuper omnia bona Domini conſtituendi affirmantur electi Matthæi vigeſimo ſecundo. Nec ſilentio innolatos propterea dixerim præſcitos: quoniam ſub agnorum nomine comprehendi aliquos præſcitorum non inconuenit: ſunt enim Chriſtiani multi imperfecti ſemper diſcentes & nunquam ad perfectionem ouis peruenientes: quos Dominus paſcendos ſimul cum ouibus hoc eſt electis, commiſit Petro. Vnde bis commiſit agnos, & tertiò oues: non ſolùm quia imperfecti maiore egent cura, ſed vt ipſo numero diuerſitatem inſinuaret agnorum ſuorum, hoc eſt Chriſtianorum communem vitam ducētium, dum alij reprobi, alij electi ſunt. oues autem ſemel & vltimò committuntur: quia omnes Chriſti oues inter electos ſunt, & creſcens oratio ad ſummum terminatur. Et quum omnes paſtorali Petri curæ committantur, ſoli agni & oues paſcendæ committuntur: lupi ſiquidem leones & vrſi commiſſi intelliguntur cauendi, fugiendi, aut exterminandi. Vnde nullus à Petri pontificatu exemptus relinquitur: etiam ſi ſolùm fuiſſet illi commiſſum: Paſce oues meas propter quas ſiunt omnia, vt pote quibus omnia cooperantur in bonum: vt Apoſtolus ad Ro. 8. teſtatur. Fit autem rurſum huius excellentia commiſſi operis manifeſtior, diſcurrendo per paſtoralia pontificiaque opera: nam ſex illos actus paſtorales Ezech. 34. poſitos (ſcilicet requirere quod perierat, reducere quod abiectum erat alligare quod confractum fuerat, conſolidare quod erat infirmum, ſanare quod erat ægrotum, cuſtodire quod pingue & forte, ad paſtum ouium ordinari teſtatur Dominus, arguens de his paſtores dicens, Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis & lanis operiebamini, &c. Vbi rationem omiſſionis manifeſtè reddit ex eo quod non oues, ſed ſemetipſos paſtores mali paſcant, tanquam omnium horum operum ratio ſit vacare ad paſcendum ipſas oues. Actus quoque iudiciales, qui in eccleſia fiunt tam in foro pœnitentiæ, quàm in foro contentioſo, ad paſcendas Chriſti oues ordinari non eſt dubium. Aperire demum & claudere regnum cælorum ad paſtum ouium ſic ſpectant, quia aperire regnū cælorum eſt paſcere oues Chriſti claudere autem illud, ad paſtum earundem ordinatur: è quidem ad bonum refertur electorum, quibus omnia cooperantur in bonum. Conſtat igitur, ſi colligantur cuncta ſignificata per hanc promiſſionem, Paſce oues meas, commiſſum Petro eſſe totius eccleſiæ pontificatum. Nec vt noua hæc cudimus, ſed a patribus, quæ didicimus, proferimus, eorundem atteſtatione Petri pontificatū firmantes: vt in vltimo patebit ca.

CAPVT XII.

Petrum habere ex Chriſti inſtitutione ſucceſſorem in pontificatu eccleſiæ catholicæ.

FIRMATO Petri pōtificatu eccleſiæ catholicæ: oportet de ſucceſſore eius tractare. Et vt intelligatur manifeſtè differentia inter catholicos & ſchiſmaticos prænotandum eſt in quo conuenimus, & in quo diſſentimus. Concorditer ſiquidē fatemur Petrū Apoſtolorū Principem, &c. fuiſſe Roma. pontificem, ſicut Iacobus Apoſt. fuit pontifex Hieroſolymitanus: & propterea quemlibet Roma. Epiſcopum ſucceſſorem eſſe Petri in pontificatu Ro. Eccleſiæ, ſicut quilibet Hieroſolymitanus Epiſc. ſucceſſor eſt Iacobi in pōtificatu Hieroſolymitanæ Eccleſiæ. Concorditer quoq; affirmamus, Hieroſolymitanum Epiſ. non ſuccedere Iacobo niſi in Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopatu: non. n. ſuccedit Iacobo in authoritate Apoſtolatus. Sed ſtatim diſſentimus, quū inferre conantur Ro. Pont. non ſuccedere Petro niſi in Epiſcopatu Ro. Eccleſiæ. fatentur. n. catholici Rom. pontificem ſuccedere Petro non ſolùm in epiſcopatu Rom. eccleſiæ, ſed etiam in Pontificatu eccleſię catholicæ. Vbi ſi perſpicaciter ſcrutati fuerimus, videbimus duo ſupereſſe tractanda: an. ſ. Petrus habeat diuino iure ſucceſſorem in pontificatu eccleſiæ catholicæ, & an huiuſmodi ſucceſſor ſit Ro. Pontifex.

pontifex. Schiſmatici enim negant Rom. pontificem epiſcopum eſſe eccleſiæ catholicæ: & pernegant oportere inſtitutione diuina aliquem vnum ſuccedere Petro in regimine totius eccleſiæ: & ante omnia negant Petrum inſtitutum à Chriſto pontificem eccleſiæ catholicæ. Quum autem iam declarauimus huiuſmodi Petri pontificatum, ſupereſt ut primò an habeat aliquem ſucceſſorem, & demum an ille ſit Rom. pontifex, tractemus.

Non catholicæ eccleſiæ ſit aliquis Petri ſucceſſor.

ET Iuxta præfixum modum afferenda cenſui argumenta, quibus contra vnicum Petri ſucceſſorem in pontificatu eccleſiæ catholicæ inſurgitur.

Primò.

¶ Arguitur ergo primò ex coniunctis, Si hæc verba Chriſti ad Petrum, Tibi dabo claues regni cælorum, Matth. 16. &, Paſce oues meas Io. vlt. extenduntur ad ſucceſſorem, par eſt vt verba antecedentia concomitantia, & ſubſequentia dicta Petro à Chriſto, intelligantur quoque dicta non ſoli Petro, ſed ſucceſſori. ſed hoc conſtat eſſe falſum: vt patet ſigillatim diſcurrendo. Nam apud Matt. Dominus præmittit, Tu es Petrus: & poſt ſubiungit reprehendendo Petrum, Vade poſt me Sathana, quia non ſapis quæ Dei ſunt. ſimiliter apud Ioan. præmittitur, Diligis me plus his? & ſimilia concomitanter interponuntur cum Petri reſponſionibus: & poſtea ſubiungitur, Quum eſſes iunior, cingebas te, &c. nihil autem horum ſpectat ad ſucceſſorem ſecundum literalem ſenſum: ergo nec illa verba, Tibi dabo, &, Paſce oues meas, ſunt ad literam dicta Petro & ſucceſſori: ſed ſicut reliqua myſticè applicantur ad ſucceſſores, ita & hæc.

¶ Secundò ex ſimilibus. Verba Chriſti Luc. 22. Ego rogaui pro te, &c. non ſunt ad literam dicta Petro & ſucceſſori: ergo nec iſta, tibi dabo claues, & Paſce oues meas, &c. ſunt dicta Petro pro ſe & ſucceſſore. Conſequentia tenet à ſimili: præſertim quum iſte text. a ſacris Doctoribus afferatur pro ſoliditate ſucceſſionis Petri in fide. Antecedens verò manifeſtatur ex eo, quod ibi dicitur. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, ſi enim de quolibet ſucceſſore hæc dicta ſint, oporteret ſucceſſorum quemlibet auerſum quandoque eſſe vel fuiſſe, vt de ipſo poſsit verificari, & tu aliquando conuerſus: ſicut Petrus auerſus fuit negando Chriſtum cum periurio, & poſtea conuerſus confirmauit fratres ſuos.

¶ Tertiò ex alijs eidem Petro à Domino dictis, putà, Antequam gallus cantet, ter me negabis, Matt. 26. &, Vade ad mare & mitte hamum, &c. Matth. 17. cur enim huiuſmodi ſoli perſonæ Petri ita quòd non ſucceſſori dicta exponuntur? illa autem, Tibi dabo, &, Paſce, ad ſucceſſorem referuntur? voluntariè enim hoc fieri videtur.

¶ Quartò ex omiſsis. Nullibi ſiquidem dixit Chriſtus ſe loqui in illis verbis Petro pro ſe & ſucceſſore: quum tamen debuiſſet hoc docere, quum hoc ut vnum de neceſſariò credibilibus proponatur eccleſiæ: & ipſe Iſa. 5. dixerit, Quid eſt quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? ſi enim totum quod debitum erat, effecit ſynagogæ Iudæorum, multò magis totum effecit eccleſiæ Chriſtianæ.

Et augetur hoc argumentum ex hoc, quod Dominus Matth. vlt. dicit, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Vbi quia ſe fore in toto hoc tempore cum eccleſia nos certificare voluit, dicendo, Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi; manifeſtauit quod ad diſcipulos pro ſe & ſucceſſoribus eorum loquebatur. Hinc enim arguitur, quod ſi Petro & ſucceſſori intendiſſet hæc dicere, explicaſſet aut inſinuaſſet ſucceſſorem, ſicut inſinuauit ibi ſucceſſores diſcipulorum.

¶ Quintò ex coapoſtolis. Quænam ratio eſt, vt nullus aliorum Apoſtolorum habeat ſucceſſorem in Apoſtolatu, & ſolus Petrus habeat? Et rurſus quæ ratio eſt, ut Apoſtolorum ſucceſſores ſint, & dicantur epiſcopi (quos conſtat eſſe æquales: vnde & fratres vocantur) & vnus tantùm epiſcopus ſucceſſor ſit Petri ſuper totam eccleſiam? Et rurſus vt prætactum eſt, quæ ratio ſuffert, vt epiſcopus Hieroſolymitanus ſuccedat Iacobo in epiſcopatu illius eccleſiæ, & non in apoſtolatu: ſucceſſor autem Petri ſuccedat ei in apoſtolatu ac pontificatu totius eccleſiæ? hoc enim non niſi humana ratione aut voluntate factum videtur: quum Scripturæ deſit authoritas.

¶ Deinde arguitur ducendo ad inconuenientia multa. Et primò, Si ad ſolùm Petrum refertur Chriſti verbum: ergo non ad ſucceſſorem: & iterum, ergo cum Petro claues venerunt, & abierunt. Et probantur ſequelæ: quia non poteſt ad plures pertinere quod ad vnum tantùm dicitur. *Primò.* Secundò: Quia ſi ad ſucceſſorem extenditur. ergo neceſſaria ratione, & ad alios Apoſtolos: quia tunc erant præſentes, ſucceſſores autem Petri nondum erant. *Secundò.* Tertiò: quia ridiculum eſſet, quòd omnium eccleſiarum idem Baptiſma, eadem Euchariſtia, eadem Confirmatio, idem Verbum Dei, idem Sacerdotium, eadem Pœnitentiæ, Vnctionis, Matrimonij, & reliqua ſacramenta, eadem fides, ſpes, charitas, gratia, mors, vita, gloria eſſet, vna hæc temporalis potentia vni tributa eſſet ſucceſſori Petri per Verbum Dei quod commune eſt omnibus. *Tertiò.* Quartò, Si vnus epiſcopus iure diuino cæteris præfertur, manifeſtè Hier. in epiſtola ad Euandrum, quæ habetur. 93. diſtin. ca. legimus. hæreſim docet, non ſolùm ipſe, ſed Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas, quos inducit irrefragabiles authores. Patet enim ibi epos eoſdem eſſe cum presbyteris, & epiſcopos æquales eſſe. *Quartò.* Quintò: quia idem Hiero. ſuper epiſtolam ad Tim. & habetur 95. diſt. ca. olim. dicit, Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos: ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine, quàm diſpenſationis dominicæ veritate presbyteris eſſe maiores, & in commune debere eccleſiam regere. Non ergo diuino iure vnus Petri ſucceſſor epiſcopus maior eſt alijs. *Quintò.*

¶ AD Huius rei euidentiam conſiderandum eſt, triplici via manifeſtum fieri hæc Chriſti verba toties repetita, Petro, non ſolùm pro ſe, ſed pro ſucceſſore ſuo dicta eſſe. Prima via ex ipſis verbis Domini, quum dixit, Paſce oues meas, procedit. Nam dicendo, Paſce oues meas, vnum ouium ſuarum paſtorem inſtituit (vt ipſa verba teſtantur, abſque vlteriori probatione) Paſtor autem ſignificat ordinarium rectorem ouium; ut patet tum ex ipſius nominibus Paſtoris & Ouium, tum ex ipſa ratione paſcendi: tum quia oportet eum, qui ordinariè gerit curam ouium, vel mercenarium vel paſtorem eſſe, ſed mercenarius non eſt, quia cùm videt lupum venientem fugit. & non pertinet ad eum de ouibus, quia mercenarius eſt: vt dicitur Ioan. 10. Relinquitur ergo quod is, qui ordinariè curam ouium gerit, paſtor eſt. Conſtat autem paſtorem vtpote ordinarium officialem, non finiri morte illius, qui paſtorale officium exercebat, ſed per ſucceſsionem oportere durare. Et hinc fit, ut inſtitutio Paſtoris ſit inſtitutio perpetui officij: ac per hoc quod in prima inſtitutione Paſtori tribuitur, pro quolibet ſucceſſore eidem datur. Vnde ex hoc ipſo, quod Dominus dicendo, Paſce oues meas, Paſtorem totius eccleſiæ inſtituit, paſtorale officium totius eccleſiæ ſtatuit ex tunc & in ſeculum ſeculi. & conſequenter, quod dedit tunc Petro, ſignificauit ſe dare cuilibet Petri ſucceſſori in Petro. Rurſus dicendo, Paſce oues meas, perpetuitatem paſtoris intelligendam ex alio capite monſtrauit: nam oues ſuas duraturas ſciebat, & dixit, vſque ad conſummationem ſeculi in præſentis miſeriæ ouili vno; & propterea eo

Non modò Petro ſed ſucceſſoribus dictum eſt, paſce oues meas.

ipſo

ipſo quo ouibus in vno ouili duraturis vſque ad conſummationem ſęculi prouidit de paſtore vno, dicendo Petro, Paſce oues meas, ſignificauit ſe prouidere de vno paſtore vſq; ad conſummationem ſęculi. Habemus ergo dupliciter ex ipſis Euangelij verbis à Domino inſtitutum eſſe quemlibet Petri ſucceſſorem paſtorem totius eccleſiæ in ipſo beato Petro.

¶ Secunda via ex rationibus fundatis ſuper ſacra ſcriptura procedit, tum quia deſipientis eſt putare Chriſtum prouidiſſe de paſtore ſuarum ouium pro parte temporis, & ea minima, qua ſcilicet vixit Petrus: & non pro toto & tam prolixo tempore vſque ad conſummationem ſęculi, quo durant ſuæ oues. Tum quia rationis eſt, vt vniuerſalitas temporis cointelligatur vniuerſalitati locorum: & proinde quia dicendo, Paſce oues meas, oues ſuas vbique terrarum comprehendit, conſequens eſt vt eaſdem pro quocunque futuro tempore comprehendat. Tum quia Chriſtus ſynagogæ dicēs, Quid vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? inſufficienter prouidiſſet Chriſtianæ eccleſiæ conſtituens eam vnum ouile ſine vno paſtore cōtento ouilis, conuerſante cum ouibus ſuauiter, hoc eſt ſenſibiliter ſecundum modum ipſarum ouium: vtpote, quæ viuunt non ſola ſpirituali, ſed ſenſitiua natura: quum tamen de ipſo ſcriptum ſit, Attingit à fine ad finē fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Sapien. 8.

¶ Tertia autem & ea optima pariter & certiſſima via procedit ex expreſſa diuina reuelatione facta eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Vt enim inferiùs de verbo ad verbum afferentur authoritates, manifeſtè habetur quòd in hoc ſenſu à Sanctis innumeris; & à ſacris concilijs vniuerſalibus intellecta eſt inſtitutio pontificatus Petri ſuper totam eccleſiam à Chriſto facta. Certo autem certius eſt illum eſſe verum Scripturæ ſenſum, quem concorditer tradentibus Sanctis, vniuerſalis ſynodi diffinitione accedente, habemus. Fatemur igitur abſque omni hæſitatione quemlibet Petri ſucceſſorem inſtitutum in beato Petro eſſe paſtorem totius eccleſiæ.

Ad primum. ¶ Ad primum ergo argumentum in oppoſitum de concomitantibus, dicitur, præcedentia concomitantia & ſubſequentia inueniri duplicia, vel pertinentia ad paſtorale officium, vel non pertinentia ad hoc. Et de nō pertinentibus quidē ad paſtorale officium (quale eſt illud. Vade poſt me Sathana: vt patet in ipſo Euangelij textu) non oportet eſſe ſolicitum an ſpectent ad ſucceſſorem: de pertinentibus autem dicitur, quòd eo modo, quo pertinent ad officium paſtorale, eodem modo pertinent ad ſucceſſorem. Vnde, vt ad ſingula deſcendatur, quia verba præmiſſa apud Matth. Beatus es Simon Bariona, &c. non ſpectant ad pontificatum, ſed ad confeſſionem, quam fecerat Petrus (vt declaratum eſt) nec ad ſucceſſorem pertinent. Quod verò dicitur, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. quia ad pontificatum totius eccleſiæ neceſſariò pertinet ad ſucceſſorem quoque pertinere oportet: neceſſe eſt enim ſucceſſorem Petri eſſe Petrum, id eſt in fide ſolidum, vt ſuper hanc petram Chriſtus ædificet eccleſiam ſuam. Difficultates autem, quæ circa hoc ſunt, in ſequenti tractabuntur cap. Quod autem dicitur apud Io. diligis me & amas me? quodammodo ad paſtorale officium ſpectat, & quodammodo non. Nam rectitudo paſtoralis officij amorem Chriſti exigit, ipſum autem paſtorale officium ſine Chriſti amore poteſt & haberi & exerceri: & propterea amor Chriſti ad ſucceſſorem quoq; ſpectat, quantum ad rectitudinē vtendi paſtorali officio: non autem quantum ad habendū vel exercendum ipſum paſtorale officium. Et ſimiliter ꝙ adiungitur, Quum eſſes iunior, licèt cum Petro finitum ſit, quantùm ad prophetiæ conſummationem: quantùm tamen ad inſinuatam præparationem animi paſtoralis ad ponēdum animam pro ouibus Chriſti, & frequentem euentum perſecutionum aut mortis pro Chriſti ouibus bono paſtori, ad ſucceſſoris rectitudinem atque fortitudinem pertinet.

Ad ſecundum. ¶ Ad ſecundum dr. ꝙ verba illa Domini iuxta regulam de pertinentib. uel impertinantibus ad officiū paſtorale (quia ad paſtorale ſpectat officium confirmare fratres) Petro pro ſe & ſucceſſore dicta intelliguntur. Vnde Theo. hoc dicit, Hoc aūt Petro dixit, eo ꝙ ſuperbire poterat in his, quæ promiſſa erant à Chriſto. Et rurſus, Poſtquam me negato ploraueris, ac pœnitueris, corrobora cæteros: quum te principem Apoſtolorum deputauerim: hoc enim decet te, qui mecum robur es & petra eccleſiæ. Cyrillus quoq; h.d. Omiſsis cæteris venit ad Petrum cæteris prælatum. Nec propterea oportet quemlibet Petri ſucceſſorem cadere à Chriſti charitate: hæc enim Domini verba non neceſsitatem, ſed poſsibilitatem auerſionis à charitate cū indeficientia fidei ſignificant: ſic vt ſi auerti cōtingat, conuerſus confirmet fratres ſuos. Indeficientia itaq; fidei in Petro & ipſius ſucceſsione impetrata aſſeritur, confirmatio fratrum imponitur, auerſio poſsibilis ſignificatur, conuerſio prędicitur. Et hoc inſinuat aduerbium, Aliquando: ex hoc enim, ꝙ non ſemper, ſed aliquando conuerſus prædicitur, auerſio quoq; ꝙ quandoque futura ſit, inſinuatur. Ad quod verificandū non oportet quemlibet ſucceſſorem auerti; ſed ſat eſt & nimis etiam, quòd quandoque ſucceſſor aliquis auertatur à Chriſti charitate.

Ad tertium. ¶ Ad tertium patere poteſt iam ſolutio; nam ſola ea quæ dicta ſunt Petro pertinentia ad paſtorale officium, dicta ſunt ſibi pro ſe & ſucceſſore ad literam: reliqua autem ad literam dicta ſunt ſibi ſoli.

Ad quartum. ¶ Ad quartum (ꝙ maximè vrgebat) iam patet reſponſio: ſignificauit.n. Chriſtus ipſe in Petro, cuilibet eius ſucceſſori ſe loqui, eo ipſo ꝙ inſtituit eum paſtorem ouium ſuarū, tum ex parte officij paſtoralis: tum ex perpetuitate ouium ſuarum, vt prædeclaratum eſt. Vnde non minus aperuit hic in Petro eius ſucceſſorem, quàm aperuerit apud Matth. in diſcipulis ſuis eorum ſucceſſores; ibi.n. ex vno tantum capite, ſcilicet diuturnitate ſucceſsionem ſignificauit, hic verò ex duobus, ſcilicet & ex officio paſtorali, & ex perpetuitate ouium ſuarum, vt prædeclaratum eſt.

Ad quintum. ¶ Ad quintum dr, ꝙ non eſt eadem rō de ſucceſsione in apoſtolatu, & de ſucceſsione in pōtificatu. Apoſtolus.n. vt ipſum nomen teſtatur, ſonat, ab alio miſſum, ſeu legatum (iuxta illud Apoſtoli 2. ad Cor. 5. Legatione pro Chriſto fungamur: & ad Ephe. 6. Legatione fungor in catena iſta) non eſt aūt legatorum vendicare ſibi ſucceſſores: ſed finitur legatio cū legato, niſi à dño alius mittatur. Paſtor aūt ordinarium officium ſonat: cuius eſt hēre ſucceſſorem, & propterea eccleſia nō hēt Apoſtolos qui ſucceſſerint in apoſtolatu, Chriſti Apoſtolis: ſed habet epiſcopos ſuccedentes Apoſtolis, non quo ad apoſtolatus authoritatē, ſed quantum ad epiſcopalem tam dignitatem, q̄ authoritatem. Vnde ſi formaliter & exactiſsimè loquendum eſt, nec Petrus habet ſucceſſorem in apoſtolatu tum quia apoſtolatum communem habebat cum reliquis Apoſtolis, pareſque in apoſtolatu oēs fuerunt, ac per hoc par eſt ratio in apoſtolatus ſucceſsione de oīb. tum quia experientia teſtatur nullius Petri ſucceſſoris libellos quantùmcunque ſanctos inter ſacras eſſe Scripturas: vſq; adeo, vt Epiſtola Pauli ad Philemonem, quamuis commendatitia vnius ſeruuli inter ſacras computetur Scripturas. Veruntamen quia ſucceſſor Petri ſuccedens ei in paſtorali officio ouium Chriſti (quod eſt pontificatus mundi) ex hoc ipſo ſuccedit in præcipuo apoſtolatus officio: quod, vt diuus Tho. dicit, erat gubernare catholicam eccleſiā: hoc.n. cōmuniter Apoſtolis omnibus

bus à Chriſto delegatum fuit hoc Petro ſingulariter paſtorali officio datum eſt, hoc ſolus Petri ſucceſſor hæreditat: ex hoc ipſo quòd ſuccedit Petro in pontificatu eccleſiæ catholicæ. Hinc igitur ſola ſucceſſoris Petri ſedes, vocatur, & eſt ſedes apoſtolica: vtpote ea, in qua ſola authoritas gubernandi eccleſiam catholicam (quæ inter facultates legatas apoſtolis ſummu tenet locum) reſidet: hinc ſucceſſor Petri apoſtolicus, hinc eius dignitas ſeu officium apoſtolatus, hinc eius authoritas apoſtolica vocatur: vtpote complectens ſupremam omnibus Apoſtolis tributam authoritatem. Vnde ſolutio patet omnium quæſitorum: & cur ſolus Petrus inter Apoſtolos habet ſucceſſorem in apoſtolica authoritate: quia ſcilicet ſolus inſtitutus eſt à Chriſto paſtor ouium ſuarum. Et quo pacto cum hoc ſtet, Epiſcopos omnes ſuccedere Apoſtolis in epiſcopali dignitate & authoritate, & quatenus Epiſcopos eſſe omnes pares: hoc enim nihil omnino obſtat veritati declaratæ. Et quare Epiſcopus Hieroſolymitanus non ſuccedit Iacobo in authoritate apoſtolica, Epiſcopus autem Rom. ſuccedit Petro apoſtolica authoritate: quia ſcilicet Petrus authoritatem apoſtolicam habuit, etiam vt ordinarius paſtor a Chriſto inſtitutus ſuper vniuerſo ouili ſuo: Iacobus autem eam habuit tantum vt Apoſtolus. Et hoc non ratione aut voluntate humana factum, ſed Chriſti veri Dei inſtitutione ordinatum eſſe mõſtratum eſt: dum Petrum ſolum paſtorem ſuarum ouiũ inſtituit dicens, Paſce oues meas.

Solutio quæſtionum.

Ad prim. & vltimo al. locum.

Ad argumenta deinde allata ducendo ad inconueniens, reſpondendo ad primum dicitur, ſequelas nihil valere. Ad probationem autem (quia non poteſt ad plures pertinere quod ad vnum tantum dicitur) reſpondetur ad innumeros ſucceſſores poſſe pertinere quod ad vnum tantum officialem inſtituẽdo dicitur: quoniam quod ſibi dicitur, cuilibet ſuccedenti intelligitur dictum. & propterea dictum Petro primo paſtori Chriſti ouium inſtituto, cuilibet ei ſuccedenti in huiuſmodi officio paſtorali dictum eſt. Et eadem eſt ratio de promiſsionibus eidem factis.

Ad ſecundum.

¶ Ad ſecundum ſimiliter dicitur, ſequelam nihil valere: nec neceſſe maiorem aut parem rationem, quòd extendantur hæc verba ad alios Apoſtolos, qui erant præſentes, quàm ad ſucceſſorem Petri: quoniam quilibet ſucceſſor, licet in ſeipſo tunc non eſſet: erat tamen in ipſo Petro ſed eadem officij forma: quo conſtat modo non fuiſſe alios Apoſtolos in Petro: quoniam nullus ſub eadem officij forma fuit, aut futurus fuit.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertium dicitur, quòd non ridiculum, ſed diuinæ rationi conſentaneum eſt, vt omnium eccleſiarum communicantium in eiſdem ſacramentis, &c. ſicut eſt vnum numero ouile inſtitutum à verbo Dei commune omnibus, ita ſit vnus numero paſtor illius vnius ouilis inſtitutus ab eodem verbo Dei communi omnibus: Hoc ſiquidem diligenter perſpectum, nõ eſt vni particulari eccleſiæ aut perſonæ cõſulere, ſed vnitati ouilis prouidere: ac per hoc ſicut vnitas ouilis communis eſt eccleſiis omnibus particularibus; ita vnitas paſtoris ad omnium eſt vtilitatem eccleſiarum. Et ſic optimè adimpletur quod Apoſtolus dicit 1. ad Corint. 3. Omnia veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas.

Ad quartũ & quintũ.

¶ Ad quartum dicitur ſimul & ad quintum, conſequentias nihil valere, vtpote ex impertinentibus ad propoſitum deductas. Dicta ſiquidem a Hier. in vtroque loco, impertinentia ſunt ad propoſitum: vtpote quæ de Epiſcopis & presbyteris quatenus Epiſcopi & presbyteri ſunt, dicuntur: æqualitas nanque ſeu identitas diuino iure inter Epiſcopos & presbyteros, ſiue ſit, ſiue non ſit, nihil refert ad vnitatem paſtoris totius eccleſiæ: non enim ideo vnus eſt paſtor totius eccleſiæ: quia Epiſcopus maior eſt presbytero ſed ideo quia vnus eſt ſucceſſor Petri, ſiue presbyteratus, ſiue epiſcopatus ſit maximus in eccleſia dei ordo. Aequalitas aũt diuino iure Epiſcoporũ inter ſe quatenus Epiſcopi ſunt, non eget probatione: quoniã illam aſſerimus, ſed impertinens eſt propoſitò, quoniã non ideo vnus eſt paſtor totius eccleſiæ: quia vnus Epiſcopus eſt ſacratior altero (omnes enim Epiſcopi ſunt æquales in epiſcopatus ordine, & non eſt magis aut plus Epiſcopus ſucceſſor Petri quam quicũque alius Epiſcopus: ſicut non eſt magis præsbyter, quàm quicunque alius presbyter) ſed ideo vnus eſt paſtor totius eccleſiæ, & reliquis prælatus epiſcopis atque presbyteris, quia vnus eſt ſucceſſor Petri. Vnde patet ex hoc, quòd diuino iure à Chriſto inſtituto vnus presbyter, ſiue epiſcopus Petri ſucceſſor cæteris epiſcopis & presbyteris. Imò toti eccleſiæ præfertur, nõ ſequi Hier. & allatos à Hier. Petrum, Paulum Ioannem, Lucam, hæreſim docere: vt arguentes audent inferre, ſed prudens lector intelligit dicta horũ impertinenter deducta ad propoſitum.

CAPVT XIII.

Romanum Pontificem ſuccedere Petro in pontificatu totius eccleſiæ.

SVPPOSITA Petri ſucceſſione, oportet monſtrare quis ſit ille ſucceſſor Petri in paſtorali cura totius eccleſiæ: habet enim proprias difficultates an is ſit Ro. Epiſcopus.

Obiicitur igitur in primis ex parte temporis. quia Rom. pon. natus eſt per multos annos poſt Petri pontificatum: quum prius Petrus ſederit Antiochiæ, & per multos annos ante abſque particulari aliqua ſede fuerit. *Primò.*

¶ Et confirmatur hæc ratio arguendo ſicut arguit Apoſtolus ad Rom. 4. vbi probat ex circunſtantia tẽporis & facti Abraham non ex circuncifione, ſed ex fide iuſtificatum, nulla alia ratione vſus; quàm quòd Abraham ante circuncifionẽ fuerit iuſtus apud Deũ per fidem. Si hoc eius argumentum valet neceſſe eſt valere & hoc; ſcilicet Petrus quando claues accepit à Chriſto, nondum erat epiſcopus vrbis Romæ, ſed erat vnus inter Apoſtolos: ergo claues non ſunt ei datæ, ſecundùm quod poſtea, vel factus vel mutatus eſt, vel loco, vel officio (ſicut Abrahæ non eſt iuſtitia reputata qualiſcunque poſt fidem factus fuerit) ſed prout fuit Apoſtolus tantùm.

¶ Secundò: Si Romanus Pontifex eſſet Petri ſucceſſor in cura totius eccleſiæ (de hac tantùm ſucceſſione, ne contingat idem ſæpius replicari, ſemper loquimur niſi quandoque explicemus de ſola ſucceſſione in epiſcopatu Romano nos loqui) oporteret de quolibet Romano Põtifice verificari verba Chriſti ſpectantia neceſſariò ad ſucceſſorẽ Petri, ſed non de quolibet Romano pontifice hæc verificari oportet: ergo Rom. pontif. non eſt ſucceſſor Petri. Probatur autem deſtructio cõſequentis, ex eo quòd Romanus pontif. poteſt labi in hæreſim, & ſic non verificabuntur de eo verba Chriſti, Tu es Petrus, id eſt, in fide ſolidus: neque ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: quoniã ſoliditas fidei in ipſo, ſuper quã ædificanda eſt eccleſia, non inueniretur: nec, Ego rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua: quæ omnia ad ſucceſſorẽ Petri dicta eſſe monſtratum eſt. Tertiò, quia non omnis Rom. pont. habet Chriſti charitatem, quã *Secundò.* *Tertiò.*

tamē tertiò Chriſtus exegit in inſtitutione officij paſtoralis:nō eſt ergo Petri ſucceſſor, qui exactè a Chriſto tunc in Petro charitati non ſuccedit. Quartò,

Quartò, quia non omnis Romanus pont.paſcit oues Chriſti, ſed multi eorū paſcunt oues ſuas, dum ad propriam gloriam, authoritatem,vtilitatem,& alia huiuſmodi pontificatum exercent. Dicente autem Domino, Paſce oues meas,ſignificauit Petri ſucceſſores,aut paſtores eſſe debere ouium Chriſti,ipſum amantes,& illas paſcentes doctrina,iuſtitia,& alijs huiuſmodi : aut ſi non amant & docent, nihil hoc verbum ad eos pertinere,ac per hoc,non eſſe petri ſucceſſores. Quintò,

Quintò, quia priſci Romani pont.recuſauerunt ſe vniuerſales appellari : Greg.enim ſenis epiſtolis hoc reprehendit,& narrat prædeceſſores ſuos hoc tenuiſſe. Si enim Greg. cum alijs noluit vocari epiſcopus vniuerſalis, conſequens eſt quòd nō erat aut non ſe credebat vniuerſalem epiſcopum. idem autem ſonat pontifex vniuerſalis ; & pontifex totius eccleſiæ. Non ſuccedit ergo Roma. ponti. petro in pontificatu totius eccleſiæ.

Sextò. Sextò concilium Nicenum (vt ſcribitur lib.10.ca.6.hiſto.eccleſiaſt.) ſtatuit ſic. Et apud Alexandriam, vel in vrbe Roma, vetuſta conſuetudo ſeruetur: vt vel ille Aegypti,vel hic ſuburbanarum eccleſiarum ſolicitudinem gerat. Si enim Romā. Ponti.ſucceſſor eſſet petri in pontificatu totius eccleſiæ, non præſumpſiſſet Nicenum concilium fines ſuæ ſolicitudini decernere in ſuburbanis eccleſijs.

Septimò. Septimò, ſi Rom.ponti. Chriſti inſtitutione præeſt toti eccleſiæ, vt Chriſti vicarius generalis,ſequitur peccaſſe,& peccare omnes qui non fuerunt,& qui non ſunt ſub Rom. pon. obedientia. Et hinc ſequitur primò primitiuā eccleſiam totam erraſſe, quum adhuc non eſſet Rom. pon. Sequitur deinde tot Sanctos & Martyres vſque ad 400. annos poſt Chriſtū,erraſſe: quum tunc non recognoſceretur Rom.pon.vt paſtor totius eccleſiæ. Sequitur poſteà Aſiam, Aphricam, atque Græciam in damnatione fuiſſe;vtpote non recognoſcentes Rom. pont. vt omnium caput. Sequitur demum Chriſtianos,qui hodie ſunt in Perſide, India, Scythia,totoq; Oriente, damnari: eo quòd non ſubſunt Rom.pon. Manifeſtatur autem hos non recognouiſſe Rom.pon.eo quòd non ab ipſo ſeu eius authoritate eorum epiſcopi ſunt inſtituti,eorum concilia ſunt celebrata.

Octauò. Octauò, Hier.de viris illuſt. ſcribit, quòd Achatius epiſcopus Cæſarienſis diſcipulis Euſebij pamphili, imperante Conſtantio liberium papam depoſuerit,& Felicem conſtituerit. Conſtat autem hoc repugnare primatui Rom.pon.ſi totius eccleſiæ Antiſtes eſſet.

Nonò. Nonò, Si vlla eccleſia eſt prima & mater omnium eccleſiarū, & à Chriſto Domino immediatè fundata,nō eſt alia niſi eccleſia Hieroſolymitana,quæ per multos annos fuit ante Romanam : vnde exierunt omnes Apoſtoli & epiſcopi ad vniuerſum orbem terrarum. In cuius ſignum ab omnibus eccleſijs etiam Romana collectæ ſoluebantur eccleſiæ Hieroſolymitanæ.

Romanus Pontifex non diuina inſtitutione, ſed facto Petri caput eſt vniuerſalis eccleſiæ, & Petri verè ſucceſſor.

Ad huius rei euidentiam conſideranda ſunt duo, primum vnde eſt, ſecundum vnde ſcitur Rom. pon. ſuccedere petro. Circa primū autem diſtinguendum eſt de ratione ſuccedēdi & ratione ſuccedentis: nam ratio ſuccedēdi eſt non euangelica inſtitutio,ſed ſubſequutum factum petri,quo eccleſia Rom.appropriata eſt Petro appropriatione firmata. Declaro ſingula, cautum reddendo lectorem in primis, quòd aliud eſt ſuccedere petro, & aliud eſt ſuccedere petro hunc,ſcilicet Rom.Pon. Ratio enim quòd Petrus habeat ſucceſſorem inſtitutio eſt euangelica : qua Dominus in Petro paſtorale totius mundi inſtituit officium, vt in præcedentibus manifeſtum eſt. Ratio verò, quod Petro ſuccedat hic,hoc eſt Rom. Pon.nō eſt inſtitutio euangelica,tū quia euangelica voce non eſt eccleſia Rom. appropriata Petro, ſed tota eccleſia commiſſa ſibi, dum dicitur, Paſce oues meas:& proptereà ſi Petrus perſeueraſſet vſque ad finem, vt incepit abſque appropriatione alicuius particularis eccleſiæ,nec Rom. pon.nec aliquis alius particularis epiſcopus eſſet Petri ſucceſſor:ſed migrante ad cælum petro fuiſſet vnus electus in epiſcopum catholicæ eccleſiæ, qui ſucceſſor fuiſſet petri. Tum quia ſi Petrus in ſede Antiochena, quam ſibi prius appropriauit, perſeueraſſet vſque ad mortem,non Rom pontifex,ſed Antiochenus ſucceſſor eſſet petri. Tum quia ſi petrus diſceſſiſſet ex Rom.non tantum loco,ſed ſede,ita quòd alibi ſedem elegiſſet,non ſucceſſiſſet Rom.pontifex petro ſicut nec modo ſuccedit petro Antiochenus: quia inde diſceſſit mutando non ſolùm locum,ſed ſedem.

Ex his enim patet, non ex euangelica inſtitutione ortū habere,quòd Rom.pontifex ſuccedat petro: euangelica ſiquidem inſtitutio de his mutationibus non ſe impedit : ſed ſubſequentibus factis diſponendum hoc reliquit: Quocirca ex eo, quòd appropriatione firmata. Rom.eccleſia petri pontificatui addicta eſt,inde ortum eſt,vt Rom.pōtifex petro ſuccedat. Appropriationem autem firmatam dicimus,quia petri morte firmata eſt:& quia Chriſti authoritate robur firmitatis obtinuit. Nam (vt eccleſia cantat, & Ambr.in oratione contra Auxentium, de Baſilicis tradendis, quam habes in lib.5.Epiſtolarum Amb.poſt.32. Epiſtolam aſſerit. & ante ipſum in lib.3.de excidio Hieroſolymitano,c.2.Egeſippus affirmat) volenti petro ex vrbe Rom. diſcedere obuiam Chriſtus iuſſit, vt Romæ mortem pateretur,eidem dicendo,Venio Romam iterum crucifigi, vt non nuda petri mors Romæ ſed mors iuſſa a Chriſto in vrbe Roma, firmaret Romanam ſedem in petri ſucceſſione. Si ad ortum itaq; atq; initium ſucceſſionis Rom.pontificis petro ſpectes, rationem ſuccedendi inuenies fuiſſe eccleſiæ Rom.appropriationem ad pontificatum petri, firmatam & petri morte & Chriſti mādato. Quum autem dicimus,petrum & Rom. pontificem & pontificem eccleſiæ catholicæ,non duos intelligas pōtificatus:non enim ſunt duo in actu,ſed in potentia tantum,hoc eſt, quia potuiſſent eſſe duo vt patet ex dictis. Vnde nō ſe habent ſicut duo Epiſcopatus vniti:non erat ſiquidem in Rom.eccleſia epiſcopatus ante petrum:ſed ipſe petrus Rom. eccleſiam curam in pontificatum,nō alium,quam ſuum,quem ſecum vehebat:ita quòd pōtificatus petri, quem a Chriſto habuit relatum ad eccleſiam catholicā, detulit ipſe petrus ad eccleſiam Rom. appropriando ſibi illam. Confert autem nonnihil hæc pontificatus vnitas ad hoc; vt idē ſit Romanus pontifex, & pontifex eccleſiæ catholicæ:non ſolùm vnitate perſonæ, ſed identitate pontificatus. In cuius ſignū nō dantur Romano pontifici duo pallia, ſed vnum tantùm: quum tamē plura dari conſtet habenti plures pontificatus,quibus debentur pallia. Si autem de ratione ſuccedentis ſermo,euangelica inſtitutio ratio inuenitur ſuccedentis. Rom.ſiquidē pon. petro ſuccedens authoritatem habet apoſtolicam ab euangelica Chriſti voce, Paſce oues meas: nā cuilibet petri ſucceſſori, in petro dicit Chriſtus, paſce oues meas. Licet itaq; apoſtolicam ſedem Rom. eſſe pont initium habuerit ex appropriatione eccleſiæ Rom ad petrum,ex quo tamē firmatum ſic eſt eo ipſo quo aliquis verus eſt Rom. pon.verus eſt pon.eccleſiæ catholicæ à Chriſto in beato petro inſtitutus. Manifeſtum eſt igitur, vnde Rom.pon.eſt petri ſucceſſor,ac totius eccleſiæ paſtor. Scitur autem hoc diuina reuelatione facta tū vniuerſali eccleſiæ, tum ſanctis Doc. innumeris,tum ſacris cōcilijs, Nullus ſiquidem Chriſtianus dubitare permittitur ex diuina prodire reuelatione

latione quicquid ad fidei Chriſtianæ rationem ſpectans (de quorum numero hoc cõſtat per Decr. vnam ſanctam eſse) conteſtatum inuenitur à præfatis. Communis Chriſtianorum & olim & nunc & ſemper confeſsio fuit, eſt, & erit, Rom. pon. ſedem ſolam eſse ſedem apoſtolicam: hoc autem nihil aliud eſt quã fateri Rom. pon. Petri ſucceſsorem eſse rectorẽ Cath. eccleſiæ. nam in Apoſtolica ſeda (niſi quis propriam ignoret vocẽ) clauditur apoſtolica authoritas: in apoſtolica autem authoritate facultatem regendi totam eccleſiam includit, intelligunt exercitati in ſacris literis. Et hoc vſq; adeo eſt clarum, ut concorditer dicatur Apoſtolicæ authoritati à Chriſto orbem commiſſum terrarum: ſic vt quilibet Apoſtolus vbicunque contingeret ipſum fore inſtituebat eccleſias, inſtituebat epiſcopos, & id genus reliqua faciebat: vt eorum etiam geſta teſtantur. Vnde quum 1. ad Cor. 12. dicitur, Poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos: dicit gl. interli. omniũ ordinatores & iudices: manifeſtans apoſtolicam authoritatem eſse omnium ordinatricẽ & iudicem. Confitentes igitur apoſtolicæ authoritatis ſedem, confitemur velimus nolimus ſedem ordinatricem & iudicem omnium. Hanc autem eſse intentionem confitentium, ex eo etiam comperitur, ꝙ ſolam ſucceſsoris Petri ſedẽ apoſtolicam confitemur. Extat ſiquidẽ Hieroſolymitana ſedes, in qua Iaco. Apoſtolus ſedit, cuius ſucceſsor eſt epiſcopus Hieroſoly. cur ſedes illa, in qua Iacobus Apoſtolus ſedit (quę prius tẽpore fuit, quàm quæcunq; alia partialis ſedes) non eſt ipſa quoq; ſedes apoſtolica, niſi quia in illa nõ eſt authoritas apoſtolica, & in iſta eſt? Nam ſi ex ſola ſucceſsione ad perſonam apoſtoli affirmaretur, à Chriſti fidelibus ſedes apoſtolica, dubium non eſt, ꝙ multæ eſsent ſedes apoſtolicæ: & Hieroſ. ſedes eſset apoſtolica, & Rom. ſedes eſset. modò autem. quia vnicam tantùm nouit Chriſtianus populus ſedẽ apoſtolicam, eamque Rom. pontif. ſedem eſse plena voce confitetur, clarum relinquitur, per ſedem apoſtolicam intelligi ſedem authoritatis apoſtolicæ. Et confirmatur: quia ſicut in epiſcopali ſede clauditur pontificia authoritas, & in Archiepiſcopali ſede authoritas archiepiſcopalis, & in ſede patriarchali autho. patriarchalis: ita in ſede apoſtolica clauditur autho. apoſtolica. ac per hoc quemadmodum Chriſtianus populus ad huiuſmodi ſedes recurrens, ad dictas authoritates recurrere intendit: ita ad apoſtolicam ſedem recurrens, aut ipſam quomodolibet venerans, authoritatem apoſtolicam confitetur. Porrò in profeſsione ſedis apoſtolicæ clauditur eius diuinæ inſtitutionis confeſsio, nam quia ſecundum veritatem, Apoſtolica tam ſedes, quàm authoritas à ſolo Chriſto eſt vel eſſe poteſt, à quo ſolo poſſunt Apoſtoli fieri (neque enim minus eſt apoſtolicam ſedem ac authoritatem, quàm apoſtolum inſtituere: ſicut non minus eſt epiſcopalem authoritatem ac ſedem facere, quàm epiſcopum) neceſſe eſt ut qui apoſtolicam confitentur ſedem, ab Ieſu Chriſto immediatè illius eſſe authoritatem fateantur, diuinoque proinde iure inſtitutam illam eſſe profiteantur. Et hinc habes ꝙ doct. confitentes Rom. pon. ſedem apoſtolicam aut apoſtolatum, aut authoritatem apoſtolicam, fatentur Rom. pontificem eſſe totius eccleſiæ rectorem: quod notandum valde eſt, & ſecundum ſe, & ne oporteat ſæpe repeti in authoritatibus ſanctorum, &c.

¶ ANTEQVAM autem authoritates ad feArantur, ad obiecta reſpondendum eſt. Ad primum ergo dicitur, nihil obſtare ſucceſsioni Rom. pontif. Petrum, quatenus Rom. pontif. fuit, natum eſſe poſt acceptas claues: ſufficit enim ſucceſſori natum eſſe ante mortem eius, cui ſuccedit. Ad argumentum autem formatum ad ſimilitudinem argumenti Pauli Apoſtoli de iuſtificatione Abrahæ reſpondetur, militare illud non contra noſtram ſententiam, ſed potiùs contra arguentes. Manifeſtatur autem hoc diſtinguendo, ſicut in Abraham reputationem iuſtitiæ à iuſtitia reputata, ita proportionaliter in Petro acceptationem clauium à clauibus acceptis. Nam quemadmodum reputatio ad iuſtitiã Abrahæ conuenit ex fide, & non ex circũciſione poſtea ſubſequuta: ita Petro acceptio clauium conuenit ex pontificatu eccleſiæ catho. (tunc enim datæ ſunt ei claues, quando factus eſt paſtor Chriſtiani ouilis) & non ex eccleſia Rom. ſeu pontif. Rom. poſtea ſubſequuto. Et ſimiliter quemadmodũ iuſtitia reputata Abrahæ, non eſt reſtricta ad ſtatum præputij: ſed eſt extenſa ad ſubſequutum ſtatũ circunciſionis (dicente Apoſtolo ibidem: ideo ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſsio omni ſemini, nõ ei qui ex lege eſt ſolùm, &c.) ita acceptæ claues extenſæ ſunt ad ſubſequutum poſteà Petri pontificatũ Ro. Rurſus quemadmodũ Abrahæ iuſtitia reputata appropriata eſt ſubſequutæ circunciſioni, ſeu ipſi Abrahæ, vt poſtea pater factus eſt circunciſionis, ſic, vt eius ſemen ex circunciſione prælatum ſit omnibus in conſummatione iuſtitiæ promiſsionum, & benedictionũ Abrahæ (dicente Apoſtolo ad Gal. 3. Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones & ſemini eius qui eſt Chriſtus: quẽ conſtat ex circuncіſione natum: ita acceptæ claues appropriatæ ſunt eccleſiæ Ro. ſeu Petro, vt factus poſtea eſt pon. Rom. ſic ut per ipſam aperiatur regnum cœlorum omnibus cognationibus terræ. Vnde patet ꝙ ex huiuſmodi argumento etſi habetur, ꝙ acceptio clauium non pertinet ad Petrum niſi ſecundum, ꝙ erat tunc quum accepit claues, (erat autẽ non ſolùm Apoſtolus, ſed paſtor ouium Chriſti) non tamen habetur, ꝙ acceptæ claues reſtrictæ ſint & concluſæ ad ſtatum illum præcisè: ſed ſubſequendo ſimilitudinem Abrahæ habetur, ꝙ claues acceptæ & extenſæ & appropriatæ ſunt ad pontif. Ro. ſecundum mutationem, qua & loco & officio appropriata eſt Petro eccleſia Romana.

Ad ſecundum. ¶ Ad ſecundum dicitur, poſſe dupliciter intelligi ſucceſſorem Petri, ſeu Rom pon. non poſſe eſſe infidelem, ſeu hæreticum. Vel de ipſius perſona in ordine ad eccleſiam catholicam: vel de ipſius perſona ſecundum ſeipſam. Et vtroq; modo verificatur: & vtrunq; expreſsit Dominus in Euangelio. Fidem enim ſolidã in Petro & ſucceſsoribus ſuis ſecundum proprias perſonas, ſignificauit Dominus, & dicens, Tu es Petrus: in præſenti, & dicens, Egò rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, in futuro. Fidem verò eiuſdem in ordine ad eccleſiam ſignificauit Dominus, & dicẽs, Super hanc Petram ædificabo eccleſiã meam: & dicens, Confirma fratres tuos. Nec obſtat perſonæ Rom. pon. fidei ſecundum propriam perſonam, ꝙ illa perſona poteſt eſſe hæretica: quoniam quam primùm deſinit eſſe fidelis, deſinit etiam eſſe Petri ſucceſsor ſecundum rei veritatem & apud Deum: apud cuius tribunal qui nõ credit, iam iudicatus eſt: vt dr̃ Ioan. 3. quicquid ſit ſecundum forum eccleſiaſticum. Ex quo tamen idem habetur: nam ex hoc ipſo, ꝙ ille homo qui vocatur Petri ſucceſsor, ex caſu à fide iudicio etiam inuitus ſubiicitur eccleſiæ, manifeſtatur ipſum non eſſe amplius Petri ſucceſsorem ſecundum veritatem: nam ſi verè eſſet Petri ſucceſsor, iudex eſſet totius eccleſiæ, & non eſſet illi ſubiectus inuitus. Ex ſoliditate autem in fide perſonæ Ro. pon. in ordine ad eccleſiam, prouenit vt errare non poſſit ſentẽtialiter diffiniẽdo de fide Chriſtiana: quoniam in huiuſmodi diffinitione conſtruitur fides vniuerſalis eccleſiæ, & per eam ædificatur eccleſia Chriſti ab ipſo Chriſto ſuper petram ſedis apoſtolicæ. Impoſſibile autem eſſe conſtat vniuerſalem eccleſiam errare in fide. Libet autem intueri quàm ſuauiter commendata ſit huiuſmodi fidei diffinitio voce

euan-

euangelica, fide ſiquidem conſtrui eccleſiam conſtat, quum ſit (vt ad Hebræ. 10. dicitur) ſperandarum ſubſtantia rerum, & ideo ædificandi & cõfirmandi actui reſpondet. vtrrq; enim ſubſtantiam ædificij reſpicit. Sed quoniam fides donum Dei eſt, idcirco Chriſtus ſibiipſi attribuit ædificationem eccleſiæ ſuper fidem apoſtolicam: dicens, Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. firmare verò fideles fluctuantes in ambiguitatibus & quæſtionibus, quæ circa fidẽ emergunt. quia miniſteriale opus eſt Petri & ſucceſſoris: ideo dr̃ Petro & ſucceſſori, Confirma fratres tuos: quicquid enim agit ſedes apoſtolica diffiniẽdo de fide, nihil aliud eſt quã declarare quid ſub fide à Chriſto data continetur: ſic enim cõfirmat fratres ſuos. Vnde & in Chalcedon. ſynodo dixerunt patres, ꝙ cõgregati in Conſtantinopolitano concilio doctrinam de Spiritu ſan. tradiderunt: non ꝙ minus eſſet in præcedentibus, qui apud Nicẽã congregati ſunt inferentes, ſed intelligendum aduerſus hæreticos declarantes. Et hinc oritur ut diffinitis de fide ab apoſtolica ſede ſubſit etiam ipſe Rom. pon. ſicut ſubeſt fidei: non enim alicui propterea de nouo ſubijcitur, ſed ꝙ implicitè credebat, tenetur explicitè credere, ex hoc ꝙ fides ſufficienter explicata eſt, quo ad hæc, quæ priùs explicata non erant fidei veritati ſubeſſe. At ſi cuiquam mira in hac reſponſione dicta apparebunt: meminerit ſcriptũ eſſe, Mirabilia teſtimonia tua, ſunt. n. hæc Ieſu Chriſti teſtimonia. Sed quid mirari fidelis debet de tali tantaque diuinæ gratiæ aſsiſtentia ſuo in terris Vicario: quum Caiphæ Pon. ſynagogæ minùs legitimo ac perſecutori ipſius Chriſti aſtiterit ad prophetandum ratione pontificatus: teſtante Io. Euangeliſta, dum dicit: A ſemetipſo non dixit, ſed quum eſſet pontifex anni illius, prophetauit ꝙ Ieſus erat moriturus pro gente, Ioannis 11. Cur enim Ioannes hoc docuit, cur hoc reuelauit, niſi vt diuinam aſsiſtentiam peculiarem Pontifici eſſe reuelaret? **Ad tertiũ** Ad tertium dicitur, ꝙ exacta trina dilectio à Petro rectitudinem reſpicit paſtoralis officij, & propterea, qui non ſuccedit Petro in dilectione Chriſti, nequaquam ſuccedit eidem in bonitate paſtoralis exercitij: ſed paſtor eſt officio & nomine, mercenarius autem ſtudio & exercitatione. **Ad quartum.** Ad quartum dicitur, ꝙ amare, & paſcere oues Chriſti, ſpectat ad ſucceſſores Petri ſub ratione cõmiſsi & debiti: Chriſtus enim commiſit, vt paſceret, oues ſuas, & ad hoc ſucceſſor tenetur, & ad hoc ſe obligauit ſuſcipiendo pontificatum. Vnde ſi nec amat nec paſcit, non proptereà locus iſte ad ipſum nõ ſpectat: nã multũ ad eũ ſpectat paſcere Chriſti oues: ad quẽ ſpectat vt præceptũ & ex officio debitũ. Exigit, quippe locus iſte paſcẽtẽ & amãtẽ. quia exigit ut amare & paſcere dẽat. Et quis nõ amãs nec paſcẽs indignus ſit paſtorali officio, & mereref illo priuari: non eſſe tamẽ proptereà priuatum, ex vtroque teſtõ dicimus. Ezechie. ſiquidem 34. reprehenduntur mali paſtores, qui non Dei gregem, ſed ſemetipſos paſcebant, appoſitis propheticis minis priuationis paſtoralis officij per ipſum Deum exercendæ: paſtores tamen relinquuntur. Matth. quoque. 23. Super cathedram, inquit Dominus, Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, quæcunq; dixerint vobis ſeruate & facite, ſecundũ verò opera eorum nolite facere. **Ad quintum.** Ad quintum dicitur, Greg. prædeceſſorum veſtigia imitatum refutaſſe ſe vniuerſalem appellari, ea ratione, vt ipſe millies dicit, quia ſi vnus vniuerſalis epiſcopus dicitur, ſolus ipſe epiſcopus videtur dici: & ſic cæteris epiſcopatus tolleretur. Non autem ea ratione, quòd Rom. Pon. authoritas reſtricta ſit, & ad vniuerſalem non ſe extendat eccleſiam: ſuperbum enim vocabulũ, vtpote reliquorum epiſcoporum iniuriam præ ſe ferens, horruit Greg. & nõ rem Apoſtolicæ authoritatis extẽdẽtis ſe ad vniuerſalẽ ecclſiã. Vnde poſt inferiùs ad Mauritium Imperatorem adferenda verba de Petri authoritate ſuper totam eccleſiam, ſubiungit de Petro, Cura ei totius eccleſiæ & principatus committitur, & tamen vniuerſalis Apoſtolus non vocatur. Vbi patet Greg. ſimul affirmari curam totius eccleſiæ, & negare vniuerſalis vocabulum. Propter quod poſteriores pontifices Ro. rem tenentes, nec a Greg. humilitate diſcedentes, Vniuerſalis nomen à recto in obliquũ tranſtulerunt: & ſubſcribunt ſe in hodiernum diem, Ego enim epiſcopus eccleſiæ catholicæ. **Ad ſextũ.** Ad ſextum dr̃, ꝙ aliud eſt loqui de authoritate, & aliud de executione: cum authoritate ſiquidem Ro. pon. ſuper totam eccleſiam, mos fuit laudabilis, ut non exequeretur Papa ea, quæ ad particulares aliarum eccleſiarum curas pertinebãt, niſi caſus aliquis id exegiſſet. Et hinc mos fuit, ut Epiſcopi ab Archiepiſcopis confirmarentur, curati ab epiſcopis darentur, & innumera ſimilia fiebant. Et hæc eſt illa vetuſta conſuetudo, cuius meminit Nicenum Conci. quod annuente Ro. pon. ibi per ſuos legatos præſente de obſeruatione huiuſmodi vetuſtæ conſuetudinis ſtatuit. Ex hoc autem non ſequitur ſtatutũ eſſe de authoritate Ro. pon. aut læſam fuiſſe illius authoritatem, ſicut nec hodie minuitur, aut læditur Ro. pon. authoritas ea eo ꝙ in multis prouinciis Ro. pon. obedičtibus, huiuſmodi executiones per prouinciales fiunt. **Ad ſeptimum.** Ad ſeptimum dicitur, ꝙ Ro. pon. Chriſti inſtitutione eſſe prælatum cæteris, poteſt dupliciter intelligi, vel quò ad rationem initij: & ſic falſum eſt, iuxta ſuperius declarata. Vel præſuppoſita appropriatione eccleſiæ Romanæ ad Petrum, & ſic veriſsimum eſt: & propterea conceditur ſequela, ſ. omnes peccare & peccaſſe, qui eum non cognouerunt vt prælatum. **Ad primã illatio nẽ.** Et quum infertur primò, ꝙ primitiua eccleſia erraſſet, negatur ſequela: quoniam tunc adhuc non fuerat appropriatio eccleſiæ Ro. ad Petrum: qua præſuppoſita pon. Rom. præeſt omnibus. Sufficiebat ſiquidem tunc, ꝙ tota eccleſia recognoſceret Petrum, ut totius eccleſiæ paſtorem: poſt appropriatam autem Rom. eccleſiam oportet recognoſcere Ro. pon. ſucceſſorem Petri paſtorem totius eccleſiæ, non quatenus eſt Rom. pont. ſed quatenus eſt ſucceſſor Petri per ſe, & formaliter loquendo. **Ad ſecundam.** Quum verò infertur ſecundò, ꝙ tot Martyres & Sancti ad quadringẽtos annos peccaſſent, quia non cognouerunt Rom. pon. reſpondetur falſum eſſe, huiuſmodi Martyres & Sanctos non recognouiſſe Rom. pon. à principio enim eccleſiæ Petrus recognitus eſt, & ſucceſsiuè Ro. pon. ei ſuccedẽtes vt ſubſequentes manifeſtant authoritates Sanctorum. **Ad tertiũ** Et ſimiliter quum tertiò infertur, Aſiam, Aphricam & Græciam erraſſe, quia non fuerunt ſubditæ Ro. eccl. manifeſtè erratur & quæ falſiſsima comprobantur inducuntur: plenum ſiquidem regiſtrum Greg. curis, Aſiæ, Aphricæ, & Greciæ, teſtatur oppoſitum.

Ad quartum. Quod demum inducitur Chriſtianos hodie Orientales nõ ſubeſſe Rom. eccleſiæ (niſi de ſchiſmaticis ſit ſermo) falſum eſſe, ex geſtis in cõcilio Floren. ſub Eugenio IIII. patere poteſt: ibi ſiquidem Iacubitæ Armeni, atq; Græci Romanum pontificem vt paſtorem totius eccleſiæ recognoſcere ſe confeſsi ſunt. Ad probationem autem ſubiunctam: quia nec epiſcopi ibi à Papa inſtituuntur, nec concilia eorum Papæ fiunt authoritate, iam patet quid dicendum eſt, ſ. ꝙ huiuſmodi exequutionum conſuetudo in quibuſcunq; prouinciis, Papæ nec tollit, nec lædit authoritatem. Veruntamen pluries noſtra ætate viſum eſt, ab Oriẽtalib. miſſum ad Ro. pon. pro ſurrogando epõ, ſeu confirmando electo: & tempore Alexandri VI. & Iulij II. **Ad octauum.** Ad octauum dr̃, nos de iure diuino loqui: arguentes autẽ obiicitur damnatum violẽtiæ factum: vt ipſamet verba Hiero. teſtantur: ait enim, Achatius in tantum claruit, vt in locum Liberij Felicem Arrianum ſubſtitueret.

ſubſtitueret. Vnde Felix ille in catalogo Pontificum non eſt computádus: vt teſtatur Aug. in Epiſtola ad Generoſum: & eſt Epiſtola 165. Ibi ſiquidem Augu. à Petro vſque ad tunc temporis Rom. pont. Anaſtaſiū ſingulos ſucceſsiuè recenſens, Liberio Damaſum ſucceſſorem ponit, non Felicem. Ad nonum dicitur Ro. eccleſiæ appellatione intelligi poſſe, vel ipſum corpus Rom. eccleſiæ ſecundum ſe, vel ſecundum ſuum caput, & quòd licet Rom. eccleſia ſecundum reliqua eius membra non ſit prima, nec mater omnium eccleſiarum, nec immediatè inſtitura à Chriſto: ipſa tamen eadem eccleſia Rom. ſecundum ſuum caput Petrum ac Petri ſucceſſorem, prima eſt et mater & magiſtra omnium eccleſiarum: & immediatè à Chriſto euangelica voce authoritatem ac firmitatem habēs, vt prædeclaratum eſt. Vnde tam Canonum quàm Sáctorum ſententiæ Romanam eccleſiam primam, magiſtram, matremq; eccleſiarum omnium, aut à Chriſto Domino euangelica voce fundatam firmatamq; ſonantes, veræ ſunt ratione capitis. Et hoc intendūt qui hæc ſcripſerunt: vt ex eo patet, quòd eorum ſententia fundatur ſuper verbis Domini ad Petrū, qui caput fuit, & in ſuis ſucceſſoribus eſt eccleſiæ Ro. Vnde nihil obſtant huic primatui quæ de Hieroſolymitana eccleſia afferuntur: nam illa non fuit prior Petro. ſed ſubdita fuit Petro. Collectæ autem eccleſiæ Hieroſolymitanæ non vt prælatæ, ſed vt indigenti ab aliis dabantur: vt patet ad Gal. 2. vnde impertinētes ſunt ad propoſitum.

Ad nonum.

CAPVT XIIII.

Authoritates Sanctorum antiquorum, & conciliorum affirmantes, in Petro, ac Ro. Pont ſucceſſore Petri totius eccleſiæ pontificatum inſtitutum.

RELIQVVM Eſt, vt illis quoque fiat ſatis, qui neſciunt à priſcis eccleſiæ Patribus in Aſia, Aphrica, & Europa veneratum eſſe Rom. pont. vt totius eccleſiæ patrem non humana, ſed diuina ratione, ſcilicet quia in Petro inſtitutus eſt rector eccleſiæ vniuerſalis. Afferendas propterea cenſui Græcorum ac Latinorum antiquorum eccleſiæ Patrum, ac Doctorum ſententias non omnes, nec omnium, ſed tot vt ſufficiant ad claram notitiam, quòd Ro. pont. Petri ſucceſſor eſt, & habitus eſt ſemper in Petro inſtitutus Paſtor & rector totius eccleſiæ. Et à Græcis incipiendo, Chryſoſt. homi. 55. ſuper Matth. exponens illud, Super hanc petram, dicit, Petrum eccleſiæ futuræ paſtorem conſtituit. Et infrà, Deus concedere ſolus poteſt peccatorum remiſsionē, & vt futura eccleſia tot, tantiſque fluctibus impetu irrumpētibus immobilis maneat: cuius paſtor & caput piſcator homo, atque ignobilis terrarum orbe reluctante adamantis naturam firmitate ſuperet. hæc inquam omnia. quæ ſolius Dei ſunt. ſe pollicetur daturum. Et infrà, Hūc, ſcilicet Petrum, vniuerſo terrarū orbi Chriſtus præpoſuit. Et licet ſuperius gloſſauerit, ſuper hanc petrā ædificabo eccleſiam meam, id eſt fidē atque confeſsionē inferiùs tamen ait, Ego dico tibi, Tu es Petrus, & ego ſuper te ædificabo eccleſiā meā. Et homi. vlt. ſuper Io. tractans illud, Simon Ioannis diligis me plus his, &c. dicit, Aliis omiſsis duntaxat Petrum affatur, fratrum ei curam committit: neque negotiationis meminit, neque exprobrat: tantum dicit, Si amas me fratrum curā ſuſcipias. Et infrà, tractās illud, Sequere me, ait, Inquit ei, Sequere me: quibus verbis iterum curam & familiaritatem in eum affectum oſtendit. Quòd ſiquis percontaretur quomodo Iacobus Hieroſolymis ſedem acceperit, reſponderem, hunc totius orbis magiſtrum præpoſuiſſe. Et infrà, tractans illud, Domine hic autem quid? dicit. Nam quum magna Dominus petro communicaſſet, orbis terrarum curam demandaſſet, martyriū prædixiſſet, & maiora, &c.

Græci cognouerūt Romanū pontificē Petri ſucceſſorem, & eum venerati ſuerunt.

Chryſ.

¶ Theophilus quoque Luc. 22. tractans illud, Et tu aliquando conuerſus cōfirma fratres tuos, ait, poſtquam me negato ploraueris, ac pœnitueris, corrobora cæteros: quum te principem Apoſtolorum deputauerim: hoc enim decet te, qui mecum robur es, & petra eccleſiæ. Et infrà. Quum eſſet Apoſtolus, denegauit: ac iterum per pœnitentiam obtinuit prærogatiuam, vt eſſet Antiſtes mundi. Et ſuper Io. vlt. ca. ſuper illud, Quum ergo prandiſſent, ait, Finito prandio commiſsionem ouium mundi petro commendabat, non alij. Et ſuper illud, Sequere me, ait. In hoc quod dicit Dominus petro, Sequere me, cunctorum fidelium prælaturā ei inſtituit. Et infrà. ſuper illud, Donec veniam, ait. Ideſt. dum hunc ſcilicet Ioan. volens dirigam ad prædicandum: te namque nunc dirigo ad orbis pontificatum, & in hoc me ſequere.

Theoph.

¶ Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in lib. Theſau. Sicut Chriſtus accepit à patre ſceptrum eccleſię gentium, dux ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum & poteſtatem ſuper omne quodcunque eſt, vt ei cuncta curuentur: ſic & petro & eius ſucceſsoribus pleniſsimè cōmiſit, & nulli alij, quàm petro Chriſtus quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit. Et rurſus, Pedes Chriſti humanitas eſt, ſcilicet ipſe homo cui tota trinitas pleniſsimam dedit poteſtatem: quē vnus trium aſſumpſit in vnitatem perſonæ, tranſuexit ad patrem ſuper omnem principatum & poteſtatem. vt adorent eum omnes Angeli Dei, quē in totū dimiſit per ſacramentum & poteſtatem petro & eccleſiæ eius. Et iterū, petro omnes iure diuino caput inclinant: & primates mundi tanquam ipſi Domino Ieſu obediūt. Et iterum, Ipſius Apoſtolici throni Romanorum pontificum ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, ſoluere, diſponere, & loco illius ligare, qui ipſum ædificauit.

Cyrillus.

¶ Maximus in Epiſtola Orientalibus directa, Omnes fines orbis qui Dominum ſyncerè receperunt: & vbique terrarum catholici veram fidem confitentes, in eccleſiam Romanorum tanquam in ſolem reſpiciunt, & ex ipſa lumen catholicæ & apoſtolicæ fidei recipiunt.

Maximus.

¶ Cyrillus Patriarcha Hieroſolymitanus, ex perſona Chriſti loquens dicit petro. Tu cum fine & ego ſine fine cum omnibus, quos loco tui ponam, plenè & perfectè ſacramento & authoritate ero ſicut ſum & tecum.

Cyrillus.

¶ Cōcilium Chalcedon.) vt in eius geſtis legitur) tempore ſancti Leonis & Martiani Imperatoris acclamauit Leoni papæ: Leo ſanctiſsimus Apoſtolicus & vniuerſalis. Et prius tempore Diocletiani & Maximiani Imperatorum (vt habetur diſt. 21. nunc autem) quum Marcellinus papa, & poſteà Martyr timore ductus thurificaſſet idolis, ſynodus epiſcoporum collecta huius rei gratia dixit, prima ſedes non iudicabitur à quoquā. Et longè antè Anacletus Martyr Traiani tempore natione Græcus, patria Athenien. ait. Sacroſan. Ro. & apoſtolica eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino & Saluatore noſtro primatum obtinuit: ſicut beato petro Apoſtolo dixit, Tu es petrus. & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meā: & tibi dabo claues, &c. vt habetur di. 22. Sacroſancta. Et rurſus. vt habetur diſt. 21. in nouo. idem dixit. In nouo Teſtamento poſt Chriſtum Dominum à petro ſacerdotalis cœpit ordo: quia ipſi primo pontifica-

Conciliū Chalcedonenſe.

tus

tus in eccleſia Chriſti datus eſt: Domino dicente ad eum, Tu es Petrus & ſuper hanc petram, &c. Et iterum, Electionem ſummorum pontificum ſibi Dominus reſeruauit. 79. di. electionem.

Marcellus. ¶ Marcellus Papa & Martyr tempore Diocletiani & Maximiani ſeu Conſtantij & Galerij qui imperij gubernacula ſuſceperunt, poſt Diocletianum & Maximianum in can. rogamus vos. 24. quæſt. 1. ait de Petro. Ipſe eſt caput totius eccleſiæ: cui Dominus ait, Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. &c.

Cyprianus. ¶ Cyprianus quoque Martyr in tract. de Simplicitate prælatorum dicit ea quæ referuntur 24. q. 1. loquitur Dominus, quæ breuitatis cauſa non duxi repetenda. In illis ſiquidem Petri pontificatus ſatis patet, vt declaratum ſuperiùs eſt.

Ambroſius. ¶ Ambroſ. in ſermone 47. de fide Petri Apoſtoli, & habetur diſt. 50. can. fidelior. dicit de Petro, Tanquam bonus paſtor tuendum gregem accepit: vt qui ſibi infirmus antè fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ſe interrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei ſoliditate fundaret. Denique pro ſoliditate deuotionis eccleſiarum petra dicitur: ſicut ait Dominus, Tu es Petrus, & ſuper hãc petrã ædific. eccleſ. meam: petra enim dicitur, eo quòd primus in nationibus fidei fundamenta poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem molemq; contineat. Et idẽ in hymno Dominicali Petrum petram eccleſiæ appellat, dicens, Hæc ipſa petra eccleſiæ canẽte culpam diluit. Teſtatur ſiquidem Aug. in lib. 1. Retrac. c. 21. hunc hymnũ Amb. eſſe. Et in ſerm. 11. de mirabilibus: Hanc igitur ſolam eccleſiæ nauem aſcẽdit Dominus, in qua Petrus magiſter eſt cõſtitutus: dicente Domino. Super hanc petram ædific. eccleſ. meam. Quæ nauis in altum ſeculi iſtius ita natat, vt pereunte mundo omnes, quos ſuſcipit, ſeruet illæſos. Cuius figurã iam in veteri videmus Teſtamẽto. Sicut. n. Noë arca, naufragante mundo, cunctos, quos ſuſceperat incolumes reſeruauit: ita & Petri eccleſia conflagrante ſeculo, omnes quos amplectitur, repræſentabit illæſos. Et ſicut tunc tranſacto diluuio ad arcam Noë columba ſignũ pacis detulit: ita & tranſacto iudicio ad eccleſiã Petri Chriſtus gaudium pacis referet: quia ipſe columba, vel pax eſt. Et idem ſuper Epiſt. 1. ad Tim. c. 3. tractans illud, Vt ſcias quẽadmodum oporteat te in domo Dei cõuerſari, quæ eſt eccleſia Dei viui, &c. ait: Quam totius mundus Dei ſit, eccleſia tamen domus eius dicitur, cuius hodie rector eſt Damaſus: mundus n. in præuaricatione eſt diuerſo turbatus errore: ideo illic neceſſe eſt dicatur eſſe domus Dei & veritas, vbi ſecundum voluntatẽ ſuã timetur. Et in lib. de exceſſu fratris ſui nomine Satyri, narrat, cõmendat, ac tuetur cautelã ac ſapientiã eiuſdẽ in peregrinis partibus percontantis, ſi epiſcopus eſſet catholicus, hoc eſt cũ Ro. eccleſ. cõueniret: dicẽs c. 7. Aduocauit ad ſe epiſcopum, nec vllam putauit veram niſi veræ fidei gratiam: percunctatuſq; ex eo eſt, vtrũ nam cum epiſcopis catholicis, hoc eſt cum Ro. eccleſ. conueniret. Cum Ro dixit, non Hieroſolymitana, nõ Antiochena, nõ Cõſtantinopolitana, &c. cur hoc, niſi, quia Ro. communis eſt omnibus catholicis, proculdubio vt caput? Simile ſiquidem apud Hieron. reſi-gi..m inuenies, ſcribentem ad Damaſum Epiſtola 7. Ego interim clamito, Si quis

Hieronymus. cathedræ Petri iungitur, meus eſt.

¶ Hieronymus, ſuper Mat. ait Simoni, qui credebat in petram Chriſtum, Petri largitus eſt nomen; ac ſecundum metaphoram petræ rectè dicitur ei, Ædificabo eccleſiam meam ſuper te.

Rurſus ad Damaſum: & habetur vigeſimaquarta quæſtione prima, quoniã vetus. Ego nullum primũ niſi Chriſtũ ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, cathedræ Petri communionem conſortior, ſuper illam petrã ædificatam eccleſiam ſcio. Et infrà, Quicunq; tecum non colligit, ſpargit: hoc eſt qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Vbi nota Hier. pro eodem computare Chriſtũ & Papam quantum ad ea quæ ſunt fidei: de his enim eum loqui clarè patet videnti Epiſtolam 4. Idẽ quoque 1. lib. contra Iouinianum capitulo 14. ait, Inter 12. vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio. & loquitur proculdubiò de electione Petri non ab Apoſtolis, ſed à Chriſto, vt patet ex ſolutione ſubiunctæ mox quæſtionis, ſed cur non Ioannes virgo electus eſt? ſoluit enim, Ne magiſter bonus, qui dixerat, Pacem meam do vobis, &c. in adoleſcentem, quem dilexerat, cauſam præbere videretur inuidiæ. Idem in ſua Epiſtola 2. ad Damaſum 1. & habetur 24. quæſt. 1. Hæc eſt fides, ait, Si hæc noſtra confeſſio apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare voluerit, ſe imperitum vel maleuolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit. Vbi quia vides, ex ſedis apoſtolicæ iudicio pendere eſſe, vel non eſſe catholicum, aut hæreticum, ſummum Chriſti in terris tribunal agnoſcere potes, ad quod de fide iudicium ſpectare conſtat.

¶ Aug. non ſolùm Petrũ principem Apoſtolorum affirmat: ſed quũ cõſuleretur ſedes apoſtolica de fide contra Pelagianam hæreſim, à duobus conciliis Carthaginen. & Mileuitano ſubſcriptus inuenitur. Et reſpondente Innocẽtio Papa ad Carthaginenſe quidẽ cõcilium. Petrũ inſtituta ſacerdotali cuſtodientes officio non cenſetis eſſe calcanda, quòd illi non humana, ſed diuina decreuere ſententia, vt quicquid de diſiunctis remotiſque prouinciis ageretur, non priùs ducerent finiendum, niſi ad huius ſedis notitiam perueniret: vbi tota huius authoritate iuſta, quæ fuerit pronunciatio, firmaretur, indeque ſumerent cæteræ eccleſiæ, velut de natali ſuo fonte aquæ cunctæ procederẽt, & per diuerſas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manarent: quid præcipere, quos abluere, quos velut in cœno inemundabili ſordidatos mundis digna corporibus vnda vitaret. Ad concilium verò Mileuitanum, Quoties fidei ratio ventilatur arbitror omnes fratres & coëpiſcopos noſtros non niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis & honoris authorem referre debere: velut nunc retulit veſtra dilectio, quòd per totum mundum poſſit omnibus eccleſijs in communi prodeſſe. Et idem ad Paulinum Epiſto. 106. referens hæc geſta, commendat Innocentij literas reſponſiuas ſubiungens. Ad omnia nobis ille reſcripſit eodem modo, quo fas erat atque oportebat apoſtolicæ ſedis Antiſtitem. Rurſus ſecundo lib. de Baptiſmo, contra donatiſtas cap. 1. (& habetur 2. q. 7. puto) Petri cathedram cuilibet præfert epiſcopatui, quum comparando Cyprianum Petro ait, Vereri debeo ne in Petrum contumelioſus exiſtam: quis enim neſcit illum apoſtolatus principatum cuilibet epiſcopatui præferendum? ſed & ſi diſtat cathedrarum gratia, vna tamẽ eſt Martyrum gloria. Idem in 2. lib. de Doct. Chriſtia. non longè verſus principium, decretales Epiſtolas apoſtolicæ ſedis inter canonicas habendas ſcripturas cenſet, dicens, In canonicis ſcripturis eccleſiarum catholicarum quàm plurium diuinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator, authoritatem ſequatur: inter quas ſanè illæ ſint, quas apoſtolica ſedes habere, & ab ea alij meruerunt accipere Epiſtolas. Qui enim Decretales fidei, quas apud ſe habent, vel alijs miſit apoſtolica ſedes inter canonicas eſſe habendas ſcripturas affirmat, ſupponit proculdubiò apoſtolicam ſedem, non ſolùm cunctis prælatam ſedibus: ſed diuinam yt porrò fidei magiſtram.

Greg. ¶ Greg. in regiſtri lib. 4. Epiſtola 32. ad Mauritium Auguſtũ ait. Cunctis Euangeliũ ſcientibus liquet, quòd

voce

voce dominica ſancto,& omnium Apoſtolorũ principi Petro Apoſtolo totius eccleſiæ cura commiſſa eſt: ipſi quippe dicitur, Petre amas me? Paſce oues meas. Ipſi dicitur, Ecce ſathanas expetiit cribrare vos ſicut triticum: & ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Ipſi dicitur, Tu es Petrus,& ſuper hanc Petram ędificabo eccleſ. meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam & tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Ecce claues regni cæleſtis accepit: poteſtas ei ligandi & ſoluendi tribuitur: cura ei totius eccleſiæ & principatus committitur.

Leo primus.

¶ Sanctus Leo primus in ſermone 3. de anniuerſario ſuæ aſſumptionis die ait, De toto mundo vnus Petrus eligitur qui & vniuerſarum gentium vocationi & omnibus Apoſtolis cunctiſq; eccleſiæ partibus præponatur, vt quamuis in populo Dei multi ſacerdotes ſint, multiq; paſtores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit Chriſtus. Magnum & mirabile, dilectiſſimi, huic viro conſortium potentiæ ſuæ tribuit diuina dignatio: & ſi quid cum eo commune cæteris voluit eſſe principibus, nunquam niſi per ipſum dedit quicquid aliis non negauit.

Beda.

¶ Venerabilis Beda ſuper illud Io. 1. Intuitus autem in eum Ieſus dixit, Vidit cordis eius ſimplicitatem, animi ſublimitatem: cuius merito cunctæ eſſet præferendus eccleſiæ.

Bernard.

• Bernardus nõ ſolùm pluries Ro. pon. Ieſu Chriſti vicariũ & totius eccleſiæ caput appellat: ſed in Epiſtola prima ad Eugenium Papam 237. in ordine Epiſtolarum ait, Locus in quo ſtas, terra ſancta eſt, locus Petri eſt, locus principis Apoſtolorũ, vbi ſteterunt pedes eius: locus illius eſt quẽ conſtituit Dominus dominũ domus ſuæ & principẽ omnis poſſeſſionis ſuæ: meritò tali paſtori, tali nutritio commiſſa eſt eccleſia, quum adhuc tenera adhuc in cunabulis eſſet. Et in Epiſt. 243. ad Ro. quando diſceſſerunt à Domino Papa, ait, Cur regem terræ, cur dominũ cæli furore tã intolerabili, quàm irrationabili in vos pariter prouocatis, dum ſacrã & apoſtolicam ſedẽ diuinis regalibuſq; priuilegiis ſingulariter ſublimatam, auſu ſacrilego inceſſere, ſuoq; minuere honore cõtenditis? Et in Epiſt. 131. ad Mediolanen. de plenitudine poteſtatis apoſtolicæ ait. Ro. eccleſia valde clemens eſt, ſed nihilominus potẽs: fidele conſiliũ & omni acceptione dignum noli abuti clementia, ne potẽtia opprimaris. Sed dicet aliquis, Debitam ei reuerentiã exhibebo, & nihil amplius. Eſto. Fac quod dicis: quia ſi exhibeas debitam, & omnimodam. Plenitudo ſiquidem poteſtatis ſuper vniuerſas orbis eccleſias ſingulari prærogatiua apoſtolicæ ſedi donata eſt: qui igitur huic poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Poteſt ſi vtile iudicauerit nouos ordinare epiſcopatus, vbi hactenus nõ fuerũt: poteſt eos, qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi dictauerit: ita vt de epiſcopis creare archiepiſcopos liceat, & è cõuerſo ſi neceſſe viſum fuerit. Poteſt à finibus terræ ſublimes quaſcunq; perſonas eccleſiaſticas euocare, & cogere ad ſuam præſentiam non ſemel aut bis, ſed quoties expedire videbit. Porrò in promptu eſt ei omnem vlciſci inobedientiam, ſi quis fortè reluctari conatus fuerit.

¶ In geſtis concilii Conſtan. inter damnatos articulos Io. VViclef, & Io. Huſſ reperiũtur hi duo, ſcilicet Petrus non eſt nec fuit caput ſanctæ eccleſiæ catholicæ, non eſt de neceſſitate ſalutis credere Rom. eccleſiam eſſe ſupremam inter alias eccleſias. Et ſubditur, Error eſt, pro quanto negatur primatum ſummi Pon. ſuper alias eccleſias particulares.

¶ Sanctus Tho. in 4. contra Gen. ca. 76. poſtquam multipliciter probauit vnum epiſcopum prælatum à Chriſto, toti eccleſiæ, ſubdit, per hoc autem excluditur quorundam præſumptuoſus error, qui ſe ſubducere nituntur ab obedientia & ſubiectione Petri, ſucceſſorem eius Romanum Pon. vniuerſalis eccleſiæ paſtorem non recognoſcentes.

¶ In cõcilio quoque vniuerſali Florentiæ ſub Eugenio 4. vbi Grecorum, Armenorũ, & Iacobitarum cum Ro. eccleſia facta legitur vnio, habẽtur hæc verba, Diffinimus ſanctã apoſtolicam ſedẽ, & Ro. pont. in vniuerſum orbẽ tenere primatum, & ipſum Rom. pont. ſucceſſorem eſſe beati Petri principis apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſque eccleſiæ caput & omniũ Chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere: & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernãdi vniuerſalem eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis ęcumenicorum conciliorum & in ſacris canonibus continetur, hæc ibi. Vbi nõ nouiter ab hac ſynodo inuentam fuiſſe hanc diffinitionem, ſed ipſam contineri in aliorũ vniuerſaliũ cõciliorum geſtis, & propterea hoc vnũ conciliũ ſufficit pro omnibus ad firmandam fidem huiuſmodi veritatis.

¶ Prætereo turbam Canonum & doctorũ (quam dinumerare nemo poteſt) idem ſentientium. Tam euidenter ſiquidem ex his, quæ attulimus, clarũ eſt Rom. pon. Petri ſucceſſorem, à Chriſto in Petro inſtitutum eſſe totius eccleſiæ paſtorem, vt locus dubitationi nullus relictus ſit. Si quis autẽ poſt hæc hæſitãs inuenitur, aut rudis & ineptus, aut cum hæreticis ſeu ſchiſmaticis ſapit, aut certè Chriſtianus nõ eſt, ineruditus quippe valde & indocilis eſt quiſquis certitudinẽ mathematicam in omnibus quærit, vt Philoſophi tradunt. Hæreticorum atq; ſchiſmaticorum propriũ eſt ſacra vti ſcriptura, ſecundũ ſenſum tamen quo ipſi faciunt illam ſonare. Chriſtianorum autem, qui verè catholici ſunt, ſapiẽtia ſacrã ſcripturam intelligit ſecundum ſenſum, quem ſancti Doctores, quem ſacra concilia, apoſtolica authoritate roborata interpretantur. Hunc ſciendi Chriſtianã veritatẽ modum quiſquis repellit Chriſtianus nõ eſt. ab hac via qui recedit, infidelis inuenitur. Nam licentia exorbitãdi ab hac via ſi admittitur, trinitatis vnã ſubſtantiam reuocare in dubiũ cũ Arrio fas eſt: Spiritum quoq; ſanctum procedere à filio, ambiguum adhuc cum priſcis erit, panem in ſacramento altaris conuerti in corpus Chriſti dubitat. Hæc enim omnia nulla alia via, aut authoritate ſunt Chriſtianis reddita certa & indubia fide tenẽda, niſi interpretatione ſacræ ſcripturæ, iuxta Sanctorum documenta, & ſacrorum Cõciliorum authoritate apoſtolica firmatorum diffinitionem. Quocirca quum textus euangelici ad propoſitum adſint, & Sãctorum doctrina conformis in propoſito pateat, nullo penitus Sanctorum reluctante, ſacrorumq; cõciliorum cum Apoſtolica authoritate inueniatur definitio, omniſq; Chriſtianorum ætas à Petro huſcuſq; in ſancta eccleſia catholica hoc confeſſa inueniatur, reliquorumq; Doctorum teſtimonia innumera ſint: certum ita redditur Ro. pon. Petri ſucceſſorem in Petro à Chriſto inſtitutum totius eccleſiæ paſtorem, vt certior fides haberi non poſſit. Amen.

¶ Romæ, anno Chriſtianæ ſalutis. 1521. ætatis verò propriæ 52. die 17. Februarij.

TRACTATVS QVARTVS
De Attritione & Contritione in quatuor Quæſtiones diuiſus.

SVMMARIVM.

1 *Num Attritio poſſit fieri contritio.*

2 *Nũ Cõtritio debeat eſſe ſingulorũ peccatorũ.*

3 *Num peccator teneatur ad contritionem quandocunque recordatur ſuorum peccatorum.*

4 *Num contritio non modo culpam, ſed pœnam debitam peccatis remittat.*

PROLOGVS.

INTENTIO Mea in ſubſequentibus, quæ ab authore tractanda erant ad perfectionem operis, eſt non aggredi ordinem per quæſtiones & articulos ſigillatim decidendo, quaſi complere vellem tertiam partem (impatem enim me tanto negotio & cognoſco & fateor) ſed dubia aliqua vtilia necnon diſcuſſione digna tractare, & iuxta ingenij vires diuina aſpirante gratia determinare. Seruaboq; ordinem ſacramentorum ſupra poſitam.

¶ De partibus igitur pœnitentiæ in ſpeciali tractandis primùm occurrit de prima parte pœnitentię dubiũ circa quidditatem eius: quæ ex differentia inter attritionem & contritionem faciliùs cognoſcetur.

QVAESTIO I.

An attritio poſſit fieri contritio.

ET Propterea quæritur primò, an attritio poſſit fieri contritio. Videtur enim quòd non. Tum quia contritio & attritio differunt penès principia: quoniã contritio eſt à charitate, attritio autem eſt voluntate ſine charitate. Tum quia imperfectio attritionis eſt de ratione eius: ac per hoc remota imperfectione non remanet attritionis actus, qui poſſit perfici per charitatem.

Ad euidentiam huius tria facienda ſunt, primò dicetur quid nominis: ſecundò manifeſtabitur quotuplex eſt tam attritio, quàm contritio, tertiò reſpondebitur quæſito.

Contritio & attritio diſplicẽtiã, non dolorem ſignificant, illa perfectam hæc imperfectam.

¶ Quòd ad primum, attritio ſonat imperfectam diſplicentiam peccati: contritio autem ſonat diſplicentiam perfectam peccati. Et eſt ſermo de peccato mortali. Notanter autem dico diſplicentiam, & non dico dolorem ſeu triſtitiam: quoniam contritio propriè ſignificat diſplicentiam quæ eſt cauſa triſtitiæ ſeu doloris, quamuis frequenti vſu dicatur, quòd contritio eſt dolor, ſignificando cauſam ab effectu. Quanta autem differentia ſit inter diſplicẽtiam & triſtitiam, quę eſt in voluntate, manifeſtat ſtatus cæleſtis patriæ, in qua ſanctis diſplicebant peccata olim ab eis commiſſa, nullam tamen triſtitiam de eis habebant. Ex hoc enim quòd in patria erit diſplicentia, & non erit triſtitia, manifeſtè patet quòd triſtitia ipſa, quæ eſt in voluntate, non eſt eſſentialiter diſplicentia, ſed ad diſplicentiam ſequitur triſtitia in iis, qui ſunt triſtitiæ capaces. Et hanc doctrinam habes ſuperiùs Ab authore in q. 84. art. 4. Hæc de primo.

Contritio & attritio duplex i perfecta.

¶ Quòd ad ſecundum, quia imperfectum dicit negationem perfecti, & negatio per affirmationem oppoſitam cognoſcitur: ideo inchoandum eſt à contritione, quæ eſt diſplicẽtia perfecta. Ex tribus ſiquidem conſtat huiuſmodi perfectam diſplicentiam: primum eſt ipſa diſplicentia peccati: ſecundum eſt propoſitum de cetero non peccandi mortaliter: tertium eſt quòd ſit charitate informata. Et ſiquidem primum defecerit totaliter, nec attritio, nec contritio eſt: quoniam diſplicentia communis eſt vtrique. Si verò defecerit ſecundum quid (putà quia adeſt peccati diſplicentia modica, ſeu leuis) tunc attritio eſſe poteſt, verùm vſque ad quem terminum quantitas diſplicentię limites habeat, ita quòd ibi ſint confines attritio & contritio, in tertia conditione declarabitur. Si verò ſecunda defecerit conditio (ſcilicet propoſitum de cętero non peccandi mortaliter) tripliciter hoc contingere poteſt. Vel per poſitionem contrarij propoſiti in actu: putà, quia actualiter intendit peccare mortaliter; & tunc non habet locum attritio. Vel per poſitionem contrarij habitualiter tantùm: putà quia non intendit actualiter committere peccatum mortale, nec intendit mutare ſtatum ſuum, quo detinetur in peccato mortali, vt patet in vſurarijs, concubinarijs, & alijs ſimilibus: qui confitentur peccata ſua, diſplicentque eis peccaſſe, habentque velleitatem relinquendi peccatum, non tamen deſerunt concubinatum, aut reſtituunt vſuras, &c. Et hæc diſplicentia cum huiuſmodi velleitate attritio dici poteſt, vel per negationem propoſiti expliciti. putà, quia pœnitens eſt ſic diſpoſitus quòd diſplicent ei peccata præterita, & non intendit peccatum mortale aliquod committere, & intendit tanquam in quodam confuſo cauere à peccatis: ita quòd duo prima, ſcilicet affirmatio diſplicentiæ & negatio intentionis peccandi, habentur explicitè: tertium autem ſcilicet affirmatio propoſiti de cætero non peccandi mortaliter, non niſi in confuſo habetur: pro quanto in voluntate non peccandi confunditur & tempus proximè futurum, & totum tempus vitæ ſuæ: ad quod non explicitè extendit ſe hoc debile propoſitum, de quo eſt ſermo. Et talis diſplicentia fortè eſt valde communis: & illa quæ communiter vocatur attritio. Circa defectum verò tertiæ conditionis aduertendum eſt, quòd in conditione illa clauduntur duo, quorum vnum eſt in poteſtate noſtra, & de eo certi eſſe poſſumus, alterum eſt ex diuina gratia, & nobis incertum. Horum primum eſt, diligere Deum ſuper omnia: ſecundum eſt, quòd huiuſmodi diligere ſit informatum charitate diffuſa à Spiritu ſancto in cordibus filiorum Dei. Et ſiquidem defecerit primum (ſcilicet dilectio Dei ſuper omnia) attritio non contritio eſt: ſi verò primum affuerit, contritio vocatur. Eſſe autem hanc dilectionẽ in poteſtate noſtra, ex eo patet: quòd ſicut in poteſtate noſtra eſt conſtituere nobis pro vltimo fine delectationem venereã, aut lucra, aut regnum: ita in poteſtate noſtra eſt, habere Deum etiam vt beatitudo eſt Sanctorum, pro vltimo fine: ita quòd intendamus & deliberemus præferre ipſum in voluntate noſtra omnibus, quæ deſiderari haberi ve poſſint. Quòd etiam huiuſmodi dilectio exigatur ad contritionem, & diſtinguat ab attritione, ex eo patet, quòd ſine huiuſmodi dilectione non poteſt eſſe informatio charitatis: ſubſternitur enim huiuſmodi dilectio acquiſita charitatis formationi, & tunc tam ſapientes, quàm boni fideles, tam ſeipſos, quàm alios habent pro contritis, quum hæc dilectio teſtimonium perhibet. Quòd demum huiuſmodi tam dilectio, quàm cõtritio poſſit eſſe ſine charitate, ex eo patet, quòd multi ſciunt ſe habere hanc dilectionem, & neſciunt ſe eſſe in charitate. Si enim huiuſmodi tam contritio, quàm dilectio non poſſet eſſe informis manifeſtè ſequeretur, quòd ſcire poſſemus euidenter, nos eſſe in Dei gratia: quia euidenter certi ſumus de nobiſipſis quòd habemus hanc voluntatem deliberatam præferendi omnibus Deum, &c. Et hæc eſt dilectio ſimilis charitati inf. ſe intantum quòd propter ſimilitudinem actuum cenſet diuus Thomas nõ diſcerni à nobis, an dilectio noſtra, qua Deum diligimus & proximum, ſit ex infuſa gratia, vel non Et ab hoc amore prouenire poteſt quòd Apoſtolus ait, Si diſtribuero facultates meas in cibũ pauperũ, & ſi tradidero corpus meũ ita, vt ardeã: charitatem aũt nõ habeam. &c. Et hinc habere potes terminos quantitatis tam diſplicentiæ peccati, quàm propoſiti non peccandi: quantificatur enim vtrunq; horum

ex quan-

Quātam oporteat eſſe peccatorum diſplicentiam in contritione.

ex quantitate amoris Dei: ita quòd ſicut amor Dei eſt ſuper omnia amabilia, ita propoſitum vitandi peccati debet eſſe ſuper omnia euitabilia, & ſimiliter diſplicentia peccati ſuper omnia odibilia. Ac per hoc diſplicentia peccati modica, quæ non peruenit ad diſplicentiam contritionis, eſt illa qua minus odio habemus peccatum, quàm aliquod aliud damnum, & ſimiliter propoſitũ illud eſt debile ac deficiens à propoſito contritionis, quo plus proponimus cauere ab aliquo alio malo, quàm à peccato mortali. Si poſtremò deficiat charitas ſtantibus reliquis conditionibus, contritio, vt dictum eſt vocatur, quamuis appelletur attritio ab illis, qui ſine charitate contritionem non nouerunt.

¶ Ex quibus omnibus colligere poſſumus duplicem eſſe attritionem & duplicem cōtritionem. Prima attritio eſt diſplicentia peccati cum velleitate nō peccandi, in ſtatu tamen peccati: & hæc eſt attritio meretricum, vſurariorum, & aliorum huiuſmodi: & hæc vocatur attritio impœnitentium. Secunda attritio eſt diſplicentia peccati cum non voluntate peccandi, & cum voluntate non peccandi in confuſo: & hæc eſt attritio pœnitentium, qui ſic in confuſo, tam totum tempus futurum, quàm comparationem peccati ad alia odibilia, quàm etiam comparationem Dei ad alia amabilia in voluntate ſua habent: & hæc vocatur attritio imperfectorum. Prima verò contritio eſt acquiſita diſplicentia peccati ſupra omne odibile, cum propoſito vitandi peccatum ſupra omne vitabile, ex amore Dei ſupra omne amabile: & hæc vocatur contritio informis. Secunda autem contritio eſt hæc eadem diſplicentia cū dicto tam propoſito, quàm amore, charitate informata: & hæc vocatur contritio formata. Hæc de ſecundo.

¶ Quò ad tertium, prænotandum eſt, quòd aliud eſt quærere an de attritio fiat contritus, & an attritio fiat contritio. Prima enim quæſtio clara eſt: quoniam cōſtat multos peccatores paulatim ad pœnitentiam conuerti, & ex imperfecta diſplicentia ac ex imperfecto propoſito imperfectoq; Dei amore ad perfectionem contritionis deduci ita vt verè contritionem charitate informatam aſſequantur. Secunda autem quæſtio (de qua eſt ſermo) non eſt vſque quaque clara: quoniam permanentia actuum interiorum in identitate numerali ſatis occulta videtur. Veruntamen dicendum eſt, quòd attritio impœnitentium non poteſt fieri contritio. Quod probatur non ſolùm ex eo quòd velleitas non eſt idem actus cum voluntate deliberata: & ſimiliter diſplicentia proportionalis velleitati nō eſt idem actus cum diſplicentia proportionali voluntati deliberatæ, ſed præcipuè ex eo quod actus vnius ſpeciei non tranſit in actum alterius ſpeciei: diſplicentia autem ſummi odibilis, quæ eſt contritio, & diſplicentia odibilis, non ſummi, quæ eſt attritio, differunt ſpecie: quia ſummum odibile ex ſuo genere ſpecie differt ab odibili non ſummo: & hoc tam in genere mali, quàm in genere odibilis. Et hæc intellige formaliter, id eſt quia attritio eſt diſplicentia peccati ſub ratione non ſummè odibilis, contritio autem ſub ratione ſummè odibilis. Cui enim offenſa Dei eſt ſummè odibilis, illi Deus eſt ſummè amabilis: & à quo Deus non ſummè amatur, illi offenſa Dei non eſt ſummè odibilis. Attritio quoq; imperfectorum non fit contritio eadem ratione, qua cognitio confuſa non fit cognitio diſtincta: ſed ſicut cognitio confuſa approximat intellectum ad cognitionē diſtinctam: ita diſplicentia cōfuſa, quæ attritio dicitur, ducit & appropinquat voluntatem, & diſplicentiā diſtinctam, quæ eſt contritio. De acquiſita autem contritione, quæ contritio informis dicitur, dicendum eſt, quòd poteſt fieri contritio formata: quoniam poteſt continuari idem numero actus acquiſitæ contritionis vſq; ad charitatis infuſionem incluſiuè & ſic charitate informari. Et quia huiuſmodi contritio antequam informetur charitate, vocatur etiam quandoque attritio: ideo hoc tertio modo ſumpta attritio poteſt fieri contritio. Et hoc iam habere potes a diuo Tho. ſuperiùs in q 89. vbi dixit, ꝙ contritio eſt vltima diſpoſitio ad charitatem.

¶ Sed occurrit hic non diſſimulandum dubium, per quid, ſeu quomodo huiuſmodi attritio ſeu contritio acquiſita ſit vltima diſpoſitio ad gratiam. Eſt enim quandoq; non vltima diſpoſitio: vt patet ex eo quòd poteſt eſſe informis. Si enim ſemper eſſet vltima diſpoſitio, quum Deus tam in naturalibus, quàm in gratuitis det ſemper vltimò diſpoſitis formam, pro qua ſunt vltimò diſpoſita, ſequeretur quòd homo habens huiuſmodi contritionē acquiſitam, certus eſſet ſe eſſe in gratia Dei. Quandoque autem eſt vltima diſpoſitio, vt diuus Tho. dixit, & ratio approbat: quia gratia perficit naturam, ac per hoc rationabile eſt, vt à nobis acquiſita diſplicentia peccati ſuprema, perficiatur quandoque gratuita charitate. Si dicatur, ꝙ huiuſmodi trāſitus fit per motum intentionis, ita ꝙ acquiſita huiuſmodi perfecta diſplicentia peccati, ſi eſt remiſſa, eſt attritio, & non habet rationem vltimæ diſpoſitionis ad charitatem ſi autem intenditur & creſcit, eſt contritio & vltima diſpoſitio ad charitatē: vt ſic verificetur quaſi commune dictum quòd contritio & attritio differunt ſecundum magis & minus. Contrà: Nam loquendo de attritione tam impœnitentium quàm imperfectorum, conſtat quòd differt à contritione non penès obiectum materiale: quia vtriuſque materia eſt peccatum mortale, ſed penes obiectum formale: quia contritio attingit mortale peccatum ſub ratione ſummi odibilis: attritio autem tam impœnitentium, quàm imperfectorū attingit mortale peccatum non ſub ratione formali ſummi odibilis. Et propterea neutra differt à contritione penès magis & minus, tum quia differentia ſecundum magis & minus, non eſt differentia formalis: tum quia quantumcunque creſceret diſplicentia mortalis peccati extra formalem rationem ſummi odibilis, nunquam eſſet contritio. Tertio verò modo ſumpta attritio, nec penès materiam, nec penès rationem formalem obiecti differt à cōtritione acquiſita: quia ſunt reſpectu eiuſdem mortalis peccati, & ſub ratione ſummi odibilis. Et quòd nec differant penes magis & minus, ex eo patet ꝙ minimus gradus huiuſmodi diſplicentiæ ſufficit ad charitatem operientem multitudinem peccatorum. Quod ex eccleſiæ teſtimonio comprobatur: credimus enim omnes tā nos metipſos, quàm alios eſſe in charitate, quum ad huiuſmodi diſplicentiam quantùmcunque remiſſam peruenimus. Vnde nec eſt verum contritionem & attritionem differre ſecundum magis & minus in eadem ſpecie, licet ſit verum ſecundum magis & minus in diuerſis ſpeciebus: ſicut album habet magis de luce, quàm viride. Nec allata reſponſio ſatisfacit quæſito. Aliter ergo dicēdum mihi videtur, ꝙ gratuita Dei motio eſt, quæ huiuſmodi acquiſitam cōtritionem efficit vltimam diſpoſitionem ad gratiam ſeu charitatem: ita quòd ex hoc ipſo, quòd Deus non per aliquod ſuperadditum donum habituale: ſed per gratuitam dilectionem, qua dignatur vti noſtra acquiſita cōtritione, vt diſpoſitione vltima ad ſuum proprium opus, quod eſt charitas, quæ infunditur, transfertur noſtra contritio in fore vltimam diſpoſitionem pro gratia habituali: iuxta illud Hiere. Ad Deum poſtquam conuertiſti me pœnitentiam egi. Hæc de tertio.

Ad argumenta in oppoſitum, pro quanto contra attritionem tertio modo dictam militant, reſpondendo dicitur: quòd quicquid ſit de diuerſitate penès principia in eſſe naturæ, diuerſitas tamē principiorum in genere motis, ſeu meriti non infert vnum eundémque actum non poſſe eſſe ſine tali principio, & cum tali

ex eo quòd contritio generalis virtualiter ſe extendens ad omnia mortalia, ſufficit ad remiſſionem eorũ concurrẽte charitate, &c. Probatur hoc: quia in inſtanti fit iuſtificato impij, & conuerti poteſt peccator ad Deum, ſcriptum eſt enim, In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Et ſi fortè obiiciatur contra hoc, dicendo, q huiuſmodi momentanea ac generalis contritio fert ſecum propoſitum ſpecialis contritionis de ſingulis mortalibus in ſeipſis, ſicut Baptiſmus flaminis fert ſecum propoſitum baptiſmi fluminis: & ideò contritio illa generalis vt potè imperfecta, concurrit ad remiſſionem peccati, vt tendens ad contritionẽ ſpecialem, quæ eſt perfecta. Aduertat hæc obuciẽs, q voluntariè opponitur iſte ordo contritionis perfectæ virtualiter ad cõtritionẽ perfectam formaliter: tum quia nec ex ſacra ſcriptura, nec ex ſacris Doctoribus traditus, communi ſententiæ ſuperiùs recitatæ aduerſatur: nam ſi contritio perfecta virtualiter remittit peccata, vt tendens in contritionem perfectam formaliter, ſequeretur q poſt omnes attritiones in ſpeciali, ſubſequuta vna contritio generalis perfecta virtualiter, nõ ſufficeret ad ſalutem: quoniam exigeretur, quòd poſt generalem contritionem perfectam virtualiter, ſequeretur contritio ſpecialis perfecta formaliter. Si enim perfecta virtualiter, fert ſecum propoſitum perfectæ formaliter, oporteret poſt illam hanc exequi, cuius cõtrarium pro certo habemus. Et bene nota, q aliud eſt dicere contritionem generalem perfectam virtualiter coexigere antè vel poſt deteſtationes ſpeciales peccatorum mortalium in ſeipſis: & aliud eſt dicere contritionem generalem perfectam virtualiter, coexigere antè vel poſt contritiones ſpeciales peccatorum in ſeipſis. Nos enim hoc ſecundum dicimus eſſe falſum tam nunc, quàm omnibus præteritis temporibus: primum autem ſacri doctores tradunt. Et verum procul dubio eſt tempore euangelicæ legis: in quo contritio fert ſecum propoſitum confeſſionis ſacramentalis, ratione cuius exiguntur ſpeciales deteſtationes peccatorum: ſiue vt præcedentes contritionem generalem virtualiter perfectam (vt contingit illis, qui ſæpiè odo. actualiter ſacramentum pœnitentiæ fiunt de attritis cõtriti) ſiue vt conſequentes ſæpe dictam contritionem, vt contingit illis qui ex toto corde ſtatim conuertuntur ad Deum habentes virtualiter ſaltem propoſitum confitendi ſuo tempore peccata ſua. Vtrùm autẽ hoc ſacrorum Doctorum dictum verum etiam ſit de contritione ſimpliciter & abſolutè, ex dictis apparere poteſt, quòd non. Nulla ſiquidem apparet ratio cogens ad huiuſmodi deteſtationes ſpeciales ſecluſo ſacramẽto pœnitentiæ: nam & voluntas poteſt perfectè mutari & exercitari in neceſſarijs virtutum actibus & pro peccatis poteſt perfectè ſatisfieri abſque huiuſmodi ſpecialibus deteſtationibus: vt patet ponendo peccatorem pœnitentem, qui totum ſe diuinæ dilectioni, eleemoſynis, ieiunijſque daret: hic enim priſco tempore perfectè ſatisfeciſſet pro peccatis abſque tot deteſtationibus. Et hinc patet quid dicendũ ſit ad quæſtionem tertio modo intellectam: ſcilicet an contritio exigat quòd terminetur ad omnia & ſingula peccata mortalia, non curando de modo terminandi. Ex dictis ſiquidem patet, reſpondendum eſſe affirmatiuè: quoniam non curando de modo, hoc eſt an formaliter vel virtualiter, certum eſt oportere ſub contritione comprehendi omnia mortalia peccata commiſſa: ſiue ſint ſibi ſibi cognita: ſiue incognita quoniam (vt dictũ eſt) impium eſt à Deo dimidiam ſperare veniam.

Ad primum ergo in oppoſitum dicitur, q propriiſſimè loquendo, contritio reſpondet abſolutioni, & deteſtationes reſpondent confeſſioni: & propterea deteſtationes ſunt æquales numero actibus confeſſionis: & ſæpe ſunt ſimul tempore, quando, ſcilicet pœnitens ſimul recordatur peccati, & confitetur illud. Vnde contritio ſecundum annexas deteſtationes, ad quas confeſſionem quo ad modum attingendi peccata, ſcilicet in ſpeciali, & non conuenit hoc contritioni ſecundum ſe.

¶ Ad ſecundum dicitur, q aſſumptum verum eſt de pœnitentia ſeu contritione relata ad ſacramentum pœnitentiæ: & ſimiliter intelligenda ſunt verba diui Thomæ.

Poteſt quoque & aliter dici iuxta differentiam vltimò explicatam inter perfectionem diſplicentiæ requiſitam ad remiſſionem mortalium, & requiſitam ad remiſſionem venialium, q remiſſio mortalium exigit generalem contritionem perfectam virtualiter, ſic quòd actualiter homo huiuſmodi diſplicentiam perfectam extenſiuè ad omnia & ſingula mortalia habeat: remiſſio autem venialium non requirit huiuſmodi extenſiuè perfectum diſplicentiam. Sed cùm hoc quod aliquis in ſolis venialibus conſtitutus nõ habuerit generalem diſplicentiam de omnibus ſuis venialibus, ſtat q ex aliquo feruore charitatis, in quo ſi occurrerent, diſplicerent contrariantia venialia, conſequatur remiſſionem venialium illorum, quæ diſplicerent: quod non ſufficeret dicitur ad remiſſionem peccati mortalis, niſi obliti: quia (vt dictum eſt) oporret actualiter, habere illam contritionem generalem perfectam virtualiter, ad remiſſionem mortalium.

QVAESTIO III.

An peccator teneatur ad contritionem, quando recordatur peccatorum ſuorum.

TERTIO Quæritur circa tempus contritionis, An peccator teneatur ad contritionem quando recordatur peccatorum ſuorum. Et quia quæſtionem hanc diſcuſſimus in quolibetis noſtris, ideo quære ibi. ſat ſit hic ſcire partem negatiuam eſſe veram.

QVAESTIO IIII.

An contritio remittat non ſolùm culpam, ſed pœnam debitam peccato.

QVARTO Quæritur circa effectum contritionis, An contritio remittat non ſolùm culpam, ſed pœnam debitam peccato.

¶ Videmur enim q non. Tum quia ad remiſſionem pœnæ ordinatur tertia pars pœnitentiæ, ſcilicet ſatisfactio: non ergo ad illam ordinatur contritio, niſi quatenus fortè habet ſatisfactionem annexam.

¶ Tum quia contritio ſufficiens ordinatur per ſe ad remiſſionem culpæ: nec apparet vnde habeat q pœnam ſenſus remittat.

Ad huius euidentiam ſciendum eſt, duplicem eſſe modum dicendi de hac re: quamuis omnium ſententia in idem tandem concurrat. Primus eſt; q alia eſt pœna, quę debetur incontrito: & eſt alia, quæ debetur contrito: nam incontrito debetur pœna inferni, contrito autem pœna temporalis. Et propterea quia contritio tollet pœnam inferni (nunquam enim contritus perſeuerans, ad pœnam infernalem ibit) dici poteſt, q contritio tollit totã pœnam peccato mortali priùs debitam. Alter verò dicendi modus eſt, q contritio nõ tollit totam pœnã, ſed cõmutat pœnã æternã in tẽporalẽ: nam incõtritus reus erat æternæ pœnæ; cõtritus aũt reus eſt pœnæ tẽporalis. Sed vterque dicendi modus deficit. Pri-

mus quidem tripliciter, ſcilicet & dicendo pęnam deberi contrito, nam non niſi per accidens hoc verificatur: Contritio enim vt ſic, non ponit reatum pœnæ; alioquin cuilibet contrito deberetur pœna: & dicendo alietatem pœnæ debitæ contrito & incontrito: nam, vt patebit, non alia pœna eſt quæ vtrique, ſi qua contrito alicui debetur, & inferendo, quòd dici poteſt totam pœnam incontrito priùs debitam per contritionem remitti: nam, vt patebit, pars quædam pœnæ ſibi priùs debitæ communiter remanet (ſcilicet pœna ſenſus) abſque æternitate tamen. Secundus autem modus deficit ponendo commutationem: nam idem eſt quòd Deus interiùs operatur in pœnitente, & quòd Dei miniſter ſacramentum adhibendo ſignificat: exterior enim ſacramentalis actus ſignificat interiorem Dei operationem. Sed ſacramentalis actio in ſacramento pœnitentiæ non ſignificat commutationem, ſed abſolutionem. ergo interior Dei operatio, quæ in contritione interuenit, non eſt commutatio, ſed abſolutio.

¶ Ad cuius planiorem intelligentiam aduertendum eſt, in pena inferni inueniri tria: pœnam damni, pœnam ſenſus, & æternitatem pœnæ: iuxta tria quæ ſunt in peccato mortali. Per peccatum ſiquidem mortale fit auerſio ab incommutabili bono, cui reſpondet pœna damni, ſeparans animam à Deo, & fit conuerſio ad commutabile bonum, cui reſpondet pœna ſenſus: & conſtituitur inimicus Dei, cui reſpondet æternitas pœnæ, inimicus enim quia eſt hoſtiliter exterminandus, eſt æternaliter puniendus. Quum autem peccator conteritur, quia charitate Deo coniungitur, tollit contritio pœnam damni, quæ ſeparationem à Deo ponebat, & quia per eandem charitatem amicus Dei conſtituitur, tollit contritio æternitatem pœnæ: amicus enim non eſt æternaliter puniendus. Et ſi nihil aliud efficit contritio, remanet contritus obligatus ad pœnã ſenſus, ad quam priùs tenebatur: ſed non æternaliter ſuſtinendam, ſicut priùs tenebatur. Et ſic licet contritus perſeuerans nunquam ad infernum iret, paſſurus totam pœnam inferni: nihil tamen prohibet obligatũ eum remanere ad partem illius pœnæ, quæ in inferno ſuſtinenda ab ipſo erat: ſcilicet ad pœnam ſenſus.

¶ Vbi vides, quòd non eſt alia pœna, quæ debetur alicui contrito, ab illa, quæ ſibimet incontrito debebatur: ſed eſt illamet pœna ſenſus relicta, & hoc contra primum modum dicendi. Nec interuenit commutatio pœnæ æternæ in temporalem: ſed expoliatio pęnæ ab æternitate, & hoc contra ſecundũ modum dicendi.

¶ Vt autem reſtans dubitatio (an, ſcilicet contritio remittat pœnam ſenſus) ſoluatur, ſciendum eſt, ꝙ hic certa ſunt duo, primum eſt, ꝙ quantò contritio eſt maior, tantò plùs tollit de pœna ſenſus peccato debita. ſecundum eſt, ꝙ tanta poteſt eſſe contritio, ꝙ tolleret totam pœnam ſenſus. Ambiguum verò eſt, an quãtulacunque contritio charitate informata (de tali enim eſt ſermo) tollat aliquid de illa pœna ſenſus, multi enim videntur de hoc dubitare: mihi autem apparet ꝙ pars affirmatiua eſt vera propter duas rationes: quarum quælibet veriſicata ſufficiens eſt. Poteſt enim contritio ex duplici capite tollere in toto, vel in parte pœnam ſenſus. Primò, ex pœnalitate ſibi annexa, diſplicentia enim commiſſi criminis non fert ſecum neceſſariò pœnalitatem: quum ſit in patria, vbi nulla eſt pœnalitas: ſed in ſubiecto ſuſceptiuo doloris ſeu pœnæ, fert ſecum naturaliter diſplicentia pęnalitatem quandam: dolemus enim communiter de noſtris, quæ nobis diſplicent. Et quoniam huiuſmodi pęnam parere, contritioni conueniret ſecluſa relatione ad ſacramentum pœnitentię: ideo ſecundum hoc caput dicendum eſt, ꝙ contritio quælibet ſimpliciter, & abſolutè ex annexa pœnalitate tollit aliquid pœnæ ſenſus: habet. n. ſatisfactoriam vim pœna voluntariè aſſumpta ſecundùm Deum. Secundò ex merito paſſionis Chriſti: eſt enim paſſionis Chriſti meritum remiſſiuum ſuis membris pœnæ pro peccatis debitæ, plus, & minus, prout illis coniungitur. Quod primò apparet in baptiſmo: vbi quia paſſio Chriſti totaliter communicatur baptizato, quaſi ipſe baptizatus paſſus eſſet, tota pęna tollitur. Apparet deinde & in ſacramento pœnitentiæ actualiter ſuſcepto, dum ex vi ſacramenti communicatur meritum paſſionis Chriſti ad remiſſionem aliquantæ talem pœnæ ſenſus. Et quia coniunctio ad meritum paſſionis Chriſti conuenit contritioni non ſimpliciter & abſolutè, ſed relatæ ad ſacramentum pęnitentiæ: ex hoc ꝙ contritio fert ſecum votum ſacramenti pęnitentiæ, coniungit merito paſſionis Chriſti per ſacramenta nobis communicato. Et ſecundum hoc caput dicendum eſt, ꝙ quæcunque noſtra contritio tollit aliquid pœnæ ſenſus ex merito paſſionis Chriſti: nam rationabile eſt, ꝙ plus pœnæ tollat charitas extenſa ad ſacramentum, quam nõ extenſa ad illud: ſed charitas non extenſa ad ſacramentum (qualis erat antiquorum pœnitentium charitas) tollebat ex vi quidem charitatis, & pœnam damni, & æternitatem pœnæ. ex annexa autem pœnalitate tollebat in toto, vel in parte pœnam ſenſus: ergo charitas pœnitentium in noua lege, quæ eſt charitas extenſa ad ſacramentum pœnitentiæ, plus pœnæ tollit. Minor huius rationis propoſitio clara eſt. Maior autem facilè ſuadetur, ex eo ꝙ pœnitentiæ ſacramentum actualiter exhibitum, eſt proculdubio remiſſiuum pœnæ ſenſus in toto, vel in parte: ex hoc. n. conſequens eſt, vt idem ipſum ſacramentum in voto charitatis exiſtens apud contritum, aliquid huiuſmodi pœnæ remittat. Simile enim quid perſpicimus in Baptiſmo: ꝙ ſcilicet id quod operatur Baptiſmus exhibitus, operatur etiam in voto charitatis habitus nõ ita copioſè. Nec excluditur maioris huius veritas: ſi dicatur, quòd charitas extenſa ad ſacramentum, habet ex extenſione ad ſacramentum, quòd tollat illamet, quæ tollebat charitas antiquorum pœnitentium abſolutè. Nam hoc non eſt charitatem extenſam ad ſacramentum efficere plus, ſed eſt efficere pluribus rationibus vnum & idem, extenſè ſiquidem charitas ad ſacramentum dupliciter ratione tollit pęnam damni, & æternitatem pœnæ, ſcilicet ex vi charitatis, & ex vi ſacramenti in voto. Sed hæc veritas non excludit quin verum quoq; eſſe debeat, ꝙ huiuſmodi extenſa charitas plus efficiat, plus pœnæ tollat: quia hoc ad vim ſacramenti ſpectat. Ex quibus omnibus patet dicendum eſſe ad quæſitum, ꝙ contritio ratione charitatis, qua formatur, non ſolùm tollit culpam, ſed & pœnam damni, & æternitatem pœnæ: ratione verò annexæ pœnalitatis tollit aliquid pœnæ ſenſus: & ratione ſacramenti in voto tollit rurſus aliquid pœnæ ſenſus. Et tam vehemens, inquit diuus Thomas in 27. c. 4. contra Gen. poteſt eſſe huiuſmodi coniunctio contriti ad meritum paſſionis Chriſti, ꝙ tolleret totam pœnam ſenſus.

Ad primum ergo argumentum in oppoſitum, dicitur, ꝙ ſatisfactio diſtincta eſt à contritione ſecũdum ea, quæ communiter in humano genere inueniuntur: communiter enim contriti non tam vehementer iunguntur paſſioni Chriſti, vt non ſit opus ſatisfactione ad arbitrium ſacerdotis. Traditur enim tam doctrina, quàm lex moralis ſecundum ea quæ vt in pluribus contingunt.

¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ iam ex dictis apparent duo capita, vnde quantulacunque contritio tollat aliquid pœnæ ſenſus, inter quæ capita coniunctio ad meritum Chriſti præcipuè perſpici debet quoniam illud eſt de ratiõe contritionis annexus autem dolor quaſi vicem ſatisfactionis tenere videtur.

TRACTATVS QVINTVS de Confeſſione in quinque quæſtiones diuiſus.

1 *Num omnes teneantur ad confeſſionem.*

2 *Num peccata mortalia totaliter occulta, vt in ſolo corde latentia ſint neceſſario confitenda.*

3 *Num oporteat confiteri ſingulas ſpecies ſingulorum peccatorum.*

4 *Num peccata ſemel rite confeſſa, ſubſecuta abſolutione, & ſatiſfactione poſſint iterum fructuosè confiteri.*

5 *Num infirmis confeſſio ſit iteranda.*

QVÆSTIO I.

An omnes teneantur ad confeſſionem.

De Confeſſione Quæ ſecunda eſt pars pœnitentiæ, quæritur primò circa eius neceſſitatem, an omnes teneantur ad confeſſionē. Et eſt ratio dubitandi, quia nonnulli ſunt viuantes abſque peccato mortali; & propterea in dubium vertitur, an omnes teneantur confiteri.

¶ Videtur enim quòd ſic: quia extra, de pœniten. & remiſ. expreſſè dicitur, Omnis vtriuſque ſexus quum ad annos diſcretionis peruenerit, &c. Et confirmatur, quia quum nullus excipiatur, ſequeretur quòd eccleſia in hoc ſtatuto præſupponeret omnes fideles ſingulis annis peccare mortaliter. Et patet ſequela, ſi ſola peccata mortalia præcipiuntur confitenda. Et rurſus confirmatur ex hoc, quòd abſque diſtinctione aliqua omnis vtriuſque ſexus ibidem obligatus eſt ſemel in anno ad confeſſionem, & ad communionem in Paſcha: ſed conſtat, quòd omnes vtriuſque ſexus, &c. ſiue peccauerit mortaliter, ſiue non, comprehenditur ſub illo præcepto quo ad communionem: ergo omnes etiam vtriuſque ſexus, &c. ſiue peccauerit mortaliter, ſiue nō, comprehenditur ſub eodem præcepto quo ad confeſſionem.

In oppoſitum eſt, quòd nullus tenetur confiteri venialia. Ad hanc quæſtionem reſpondetur diſtinguendo & benè, de neceſſitate, vel ſacramenti, vel præcepti eccleſiaſtici. Et dicitur, quòd de neceſſitate ſacramenti nullus tenetur confiteri, niſi peccatum mortale certum, vel dubium: quia poſt Baptiſmum non pōt aliter remitti mortale peccatum, niſi per ſacramentum pœnitentiæ in re vel in voto. De neceſſitate autem præcepti eccleſiæ duplex eſt opinio. Vna eſt, quòd carens peccato mortali tenetur confiteri ſemel in anno aliquod veniale, vt ſic impleat eccleſiæ præceptum. altera eſt, quòd carens peccato mortali, non tenetur confiteri aliquod veniale: quia non comprehenditur ſub eccleſiæ præcepto.

¶ Et licet prima opinio ſit tutior, ſecunda tamen eſt verior, imò ſola vera: quod probatur multipliciter. Primo ex ratione præcepti: ratio enim eccleſiaſtici præcepti non eſt præcipere confeſſionem, ſed præceptam diuino iure confeſſionem determinare, quo ad tempus executionis: & propterea ſub eccleſiæ præcepto non alia comprehenditur confeſſio, quàm illa, quæ à Chriſto eſt præcepta: ſed à Chriſto non eſt præcepta, niſi cōfeſſio mortalium: ergo ab eccleſia ſola peccatorum mortalium confeſſio præcepta eſt. Secundò, & eſt confirmatio præcedentis, patet idem ex verbis ipſius ſtatuti, dū dicit, Omnia ſua peccata. non enim hoc poteſt intelligi de peccatis venialibus: quum conſtet neminem quocunque præcepto teneri ad omnium venialium confeſſionem oportet ergo intelligi de mortalibus. Et propterea ex explicata materia confeſſionis, ſcilicet quòd ſint omnia ſua peccata, clarè patet quòd de ſola confeſſione præcepta ex diuino iure eccleſiaſticum ſtatutum loquitur: eſt enim materia confeſſionis à Chriſto præceptæ omnia pœnitentis peccata comprehendens: materia autem confeſſionis venialium non comprehendit omnia pœnitentis peccata.

Tertiò patet idem ex pœna ſubiuncta: ſcilicet quòd viuus arceatur ab ingreſſu eccleſiæ, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Huiuſmodi enim pœnæ non ſunt à pia matre eccleſia perfectioribus viris, quales ſunt viuentes ſine peccato mortali, pro omiſſione confeſſionis venialium, ad quam alii non tenentur, infligendæ: quinimo ex hoc ſequeretur, quòd meliores eſſent deterioris conditionis. Quartò patet idem ex ſubiuncta cauſa frequentis publicationis dicti ſtatuti: ſcilicet, ne quiſquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Hoc enim in huiuſmodi confeſſione venialium locum habere non videtur. Et confirmantur hæc omnia ex Clemen. ne in agro dominico, de ſta. mona. vbi menſtrua confeſſio nigris monachis imponitur, abſque explicatione materiæ: non enim dicitur, quòd cōfiteantur omnia ſua peccata, vt ex hoc intelligatur aſtringi illos, etiam ſi mortali peccato careant, ad confeſſionem ſemel in menſe, vnde non ſupradicta, ſed pœna regularis diſciplinæ ſubiungitur imponenda temerario violatori: ſicut enim religioſi ex ſuis ſtatutis obligantur ad alia, quæ abſolutè ſunt bona ſupererogationis, ita obligantur ad confeſſiones ſtatutas, etiam ſi mortali careant peccato. In cuius ſignum puniuntur in religionibus qui ſtatutis diebus non confitentur, quantumcunque nullum habeant mortale.

Ad obiectionem Ergo primam dicitur, quòd materia confeſſionis explicata per ly, omnia ſua peccata, reſtringit ly, omnis vtriuſque ſexus, ad indigentes confeſſione: ac per hoc excipit omnes carentes mortali peccato: ita quod ſenſus eſt, omnis vtriuſque ſexus indigens confeſſione, &c. Et ad primam confirmationē dicitur, quòd falſum aſſumit ſeu ſupponit: ſcilicet nullum excipi ab illa vniuerſali, omnis vtriuſque ſexus, &c. imo ideo eccleſia appoſuit ly, omnia ſua peccata, vt exciperet multos, quos credit ſine peccato mortali vitam ducere. Ad ſecundam autem confirmationem dicitur, quod quum duo prædicata exigant duo ſubiecta, enunciatio illa, qua omnis vtriuſque ſexus confiteri & communicare præcipitur, eſt enunciatio non vna, ſed plures: licet ſecundum vocem ſit vna. Vnde ſenſus primæ eſt, omnis vtriuſque ſexus indigens confeſſione, omnia ſua peccata confiteatur, &c. Senſus vero ſecundæ eſt, Omnis vtriuſque ſexus communicet in paſcha, &c. Et ratio diuerſitatis iam dicta eſt, quia ibi exprimitur materia reſtringens ly omnis vtriuſque ſexus, reſpectu confeſſionis, non reſtringens reſpectu communionis.

QVÆSTIO II.

An peccata mortalia totaliter occulta (vt ſunt peccata in ſolo corde) ſint neceſſariò confitenda.

Circa Materiam confeſſionis quæritur ſecundo, an peccata mortalia totaliter occulta (vt ſunt peccata in ſolo corde) ſint neceſſario confitenda. Videtur

enim q non. Tum quia non ſunt de neceſsitate eccleſiaſtica præcepti: non poteſt enim eccleſia de huiuſmodi occultis ſecundum ſe præcipere, aut iudicare. Et ſi dicatur quòd occultorum confeſſio cadit ſub præcepto eccleſiæ indirectè, ſcilicet ratione integritatis, pro quanto is, qui tenetur ſingulis annis alia peccata confiteri tenetur quoque ex conſequenti peccata cordis ſingulis annis confiteri, vt confeſſio omni anno ſit integra. Hæc inſtantia nihil valet: quoniam poſito homine, qui ſola peccata cordis mortalia haberet aliquo anno, ſequeretur, quòd illo anno non teneretur confitari: quoniam tunc non haberet locum ratio integritatis.

¶ Tum quia huiuſmodi occultorum confeſſio non eſt de neceſſitate ſacramenti: quoniam ſola illa peccata ſunt de neceſſitate ſacramenti, quæ ſub iudicio hominis commiſſo à Chriſto comprehenduntur: ſed nullum iudicium commiſſum homini à Chriſto extendit ſe ad huiuſmodi occulta: ergo occulta hæc, non ſunt de neceſſitate confitenda. Maior patet quoniam iudicium fori penitentialis homini commiſſum eſt à Chriſto, & non Angelis, aut quibuſcunque aliis. Minor verò probatur authoritate Apoſtoli, Nolite ante tempus iudicare, &c. Si dicatur, quòd duplex iudicium commiſſum eſt homini à Chriſto: alterum ſecundum poteſtatem iuriſdictionis (& hoc non ſe extendit ad huiuſmodi occulta: & de hoc loquitur Apoſtolus) alterum ſecundum poteſtatem ordinis, & hoc extendit ſe ad occulta: & eſt iudicium quod exercet eccleſia per ſuos miniſtros in foro pœnitentiali. contrà duplicitar. Primò: quia iudicium pœnitentiale licet exigat poteſtatem ordinis exigit quoque poteſtatem iuriſdictionis: quoniam ſolus ſacerdos ordinariam vel delegatam iuriſdictionem habens, eſt miniſter huius ſacramenti, vt patet in cap. omnis vtriuſque ſexus, & alibi. Secundò, quia vnumquodque recipitur in alio ſecundum modum recipientis: ac per hoc iudicium ſecundum poteſtatem ordinis à Chriſto commiſſum homini ex hoc ipſo, quòd homini commiſſum eſt, modificari oportet ſecundum conditionem ipſius hominis, quæ eſt non ſe extendere ad occulta cordium: hæc enim ſoli Deo ſunt reſeruata, non minus in iudicando, quàm in cognoſcendo. Et confirmatur hæc ratio ex hoc, quòd quum apud ipſum Dominum Ieſum Chriſtum reſideat vtraque poteſtas, ſcilicet ordinis & iuriſdictionis, non diminutè, ſed pleniſſimè: & vtranque inueniatur eccleſiæ ſuæ commiſiſſe non imperfectè, ſed latiſſimè (vt de poteſtate iuriſdictionis patet Matthæi decimo octauo, & de poteſtate ordinis Ioannis vigeſimo) ſicut poteſtas iuriſdictionis ex hoc ipſo, quòd commiſſa eſt homini, non extendit ſe ad occulta omnino, ita poteſtas ordinis ex hoc ipſo, quòd commiſſa eſt homini, non debet ſe extendere ad totaliter occulta.

Ad veritatem dubij huius pleniùs percipiendam, ſciendum eſt, quòd licet quidam ex huiuſmodi fortè rationibus, aut melioribus moti opinari videantur peccata omnibus occulta non eſſe neceſſariò confitenda ſacerdoti, ſed ſoli Deo, eorum tamen error ex tribus patet. Primò ex formali ratione materiæ confeſsionis ſeu (quod in idem redit) iudicij pœnitentialis, quum enim Dominus pœnitentiale iudicium inſtituerit ac commiſerit poſt reſurrectionem ſuam, dicens Ioannis vigeſimo. Apoſtolis iam ſacerdotibus. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: & materiam iudicij explicauerit quo ad ſubſtantiam tantum, dum remittendo vel retinendo explicauit peccata: & non poſſit intelligi ita nudè, vt ſonat littera (quoniam certum eſt, quòd per huiuſmodi commiſſionem non poſſunt nec potuerunt miniſtri noui Teſtamenti remittere peccata eis totaliter incognita, inconfeſſa, obſtinata) oportet aliquas ſubintelligere conditiones peccatorum remittendorum: & quia iudicium præſupponit cognitionem, & modus iudicij modum cognitionis: ideo communi catholicæ eccleſiæ ſenſu ſubintelligitur, ſpontanea confeſſione ad vos delata: ita quòd ſenſus eſt, Quorum remiſeritis peccata ſpontanea confeſſione reorum ad vos delata, remittuntur eis, &c. Vbi clarè patet materiam iudicij pœnitentialis eſſe peccata ſpontanea reorum confeſſione delata: hæc eſt enim formalis ratio materiæ huius iudicij, ad quam totam ſe extendit pœnitentiale iudicium: quoniam hæc omnia & ſola remittere vel retinere poteſt. Ex hac autem formali ratione materiæ huius iudicij habetur facilè quòd peccata quantùmcunque occulta ſunt materia huius iudicij: nam quantumcunque occulta peccata, comprehenduntur ſub iis, quæ ſunt ſpontanea confeſſione detegenda: nullum enim eſt ita latens, quod non poſſit eius, qui commiſit, confeſſione ſpontanea aperiri. Et confirmatur ratio hæc ex parte formalis materiæ ex ipſis verbis Domini. Differenter ſiquidem ſignificauit Dominus materiam iudicij pœnitentialis, ſeu poteſtatis ordinis, & materiam iudicij ſecundum poteſtatem iuriſdictionis: quoniam reſpectu poteſtatis ordinis explicauit pro materia peccata, dicens, Quorum remiſeritis peccata: reſpectu verò poteſtatis iuriſdictionis explicauit pro materia peccatū in alium, dicens, Si peccauerit in te frater tuus, &c. Ex qua differentia docuit nos diuina ſapientia, à materia iudicij pœnitentialis nullum peccatum excipi: ac per hoc comprehendi præcipuè peccatum in ſua primaria ſede reſidens, hoc eſt peccatum cordis: ſub materia verò poteſtatis iuriſdictionis non comprehendi peccatum omne, ſed exterius tantùm, quod ſolum poteſt alium offendere: & propterea ab illa excipi peccatum cordis, niſi pro quanto eſſet ratio exterioris commiſſionis vel omiſſionis.

¶ Secundò, ex ratione proprij finis ipſius confeſſionis, ex quo fine ſumitur formalis ratio eiuſdem confeſſionis, quatenus eſt actus pœnitentiæ: ordinatur enim confeſſio ad ſubijciendum voluntariè reum miniſtro Dei offenſi: vt ad arbitrium ipſius recompenſet. Et hinc confeſſio ipſa, quæ eſt actus veritatis, fit actus pœnitentiæ: dum reus veraciter proponendo in quo offendit, ſeipſum accuſat ac ſubijcit ad recompenſandum non de quibuſdam ſic, & de quibuſdam non, ſed omnes accuſando offenſas, vt de omnibus arbitrari poſſit miniſter offenſi. Hoc autem conſtat, quòd non fieret ſi omnino occulta peccata cordis non accuſarentur: vt igitur de peccatis cordis poſſit ad arbitrium offenſi recompenſare, oportet peccatorem offenſas cordis ſubijcere ipſius Dei offenſi iudicio, in perſona ſui miniſtri.

¶ Tertiò, ex vſu eccleſiæ. Nam communis animi conceptio Chriſtianorum eſt, peccata omnia ſiue occulta, ſiue manifeſta oportere in ſacramento pœnitentiæ confiteri. Et ad hoc eſt determinatio generalis concilij, primò Lateranenſis ſub Innocentio tertio Vbi dicitur, quòd omnis vtriuſque ſexus confiteatur peccata ſua omnia, nullum ergo excipitur peccatum. Et deinde in concilio Floreo. ſub Eug. quarto Vbi dicitur omnia ſua peccata, quorum memoriam habet, confiteatur, vbi patet etiam peccatum cordis non excipi.

Ad primam autem obiectionem in oppoſitum dicitur, quòd eccleſia poteſt præcipere, & præcipit ſingulis annis confiteri omnia ſua peccata mortalia, etiam ſi ſolùm peccatum cordis occultiſſimum haberet: non quia ipſa habeat iudicare de occultis, ſed quia ipſius eſt determinare præcepta Chriſti ad certum tempus. Hinc enim fit, vt præcipiente Chriſto confeſ-

ſto confeſſionem cuiuſcunque mortalis peccati poſt Baptiſmum, ſiue peccatum ſit ſolum in corde, ſiue ad extra prodierit, eccleſia determinans tempus confeſſionis ad ſingulos annos, obligat ad confitendum ſingulis annis omnem, qui pro tunc habet aliquod peccatum mortale, ſiue occultum, ſiue non. Nam determinatio eccleſiæ non minuit aut reſtringit materiam confeſſionis præceptæ à Chriſto: ſed tempus tantum confeſſionis determinat, relinquens materiam in ſuis limitibus.

¶ Ad ſecundam verò dicitur, quòd reſponſio ibi data vera eſt. Et ad primam illius impugnationem dicitur, quòd concurſus poteſtatis ordinis & poteſtatis iuriſdictionis non tollit aliquid à poteſtate ordinis & ideo cum hoc quòd poteſtas ordinis extendit ſe ad occulta cordium peccata, ſtat quòd cum ea occurrat poteſtas iuriſdictionis, quæ ſecundum ſe ad huiuſmodi occulta non ſe extendit. Et ſi perſpicacius fueris intuitus, videbis quòd quo ad forum pœnitentialem poteſtas ordinis concurrit, directè reſpiciens ipſa peccata: poteſtas autem iuriſdictionis concurrit, directè reſpiciens perſonam peccatoris: vt ſcilicet peccator ſit ſubditus ſacerdoti, vt habeat poteſtas ordinis, in quem exerceat actum ſuum remiſſionis, vel retentionis peccatorum. Ad ſecundam verò dicitur, quòd quia omne iudicium homini commiſſum intelligitur de cognitis, & diuerſus eſt inſtitutus à Deo modus cognoſcendi in vtroque iudicio: ideo ex huiuſmodi inſtituta diuerſitate modi cognoſcendi, prouenit diuerſitas iſta: ſcilicet quòd iudicium pœnitentiale extendit ſe ad omnino occulta peccata, iudicium verò iuriſdictionis purè extendit ſe ad externa tantum: ideo non eſt miranda diſparitas vtriuſque poteſtatis in homine. Quod enim iudicium omne commiſſum homini à Chriſto intelligatur cum cognitione cauſæ, probatione non eget: quum non ſit delegatum purum miniſterium, ſed commiſſa ſit authoritas iudicandi, remittendo, vel retinendo, abſoluendo, vel ligando. Quod etiam diuerſus modus cognoſcendi ſit vtrobique à Chriſto inſtitutus, patet: nam modus cognoſcendi in poteſtate iuriſdictionis eſt cognitio per teſtes: vt patet Matthæi decimo octauo, modus autem cognoſcendi in iudicio poteſtatis ordinis, eſt ſpontanea confeſſio ſecreta, &c. vt vniuerſalis eccleſia teſtatur. Quòd demum ex hac diuerſitate modi cognoſcendi, proueniat differentia dicta inter materiam & materiam, ex ſupradictis clare patet: quoniã ex hoc, quòd peccatum ſpontanea rei confeſſione accuſandum, eſt materia iudicij pœnitentialis, concluſum eſt ſub hac materia comprehendi peccatum cordis, quantumcunque occultiſſimum, & per oppoſitum, quia ſolum peccatum teſtificabile eſt materia iudicij exterioris: ideo peccata in ſolo corde manentia exempta remanent à materia eccleſiæ iuriſdictionis. Quum ergo obiicitur, vnumquodque recipi in alio per modum recipientis, admittatur. Et quum infertur: ergo iudicium ſecundum poteſtatem ordinis commiſſum homini, modificatur ſecundum conditionem hominis, conceditur, formaliter loquendo: quoniam nullum actum commiſit Chriſtus miniſtro ſacramenti pœnitentię, qui non exerceatur ab eodem ſecundum conditionẽ hominis: nã & audire peccata, & diſcernere inter ea, & interrogare circunſtantias peccati & peccatoris, & retinere ſeu remittere, facit humano more, vtendo diuina poteſtate. Et ideo quum vlterius infert, ergo nõ ſe extendit ad occulta, negatur illatio: quoniã abunde prouenit, ꝙ iudicium ſe extendat, puenit.n. ex modo accuſandi quo reus tenetur ſe accuſare, ſ. ſpõtanea confeſſione, &c. & hoc quia Chriſtus ſic inſtituit. Cognoſcere aũt & iudicare de occultiſſimis ſpontanea confeſſione accuſatis, non excedit modum conditionis humanæ, vtentis poteſtate diuina. Vnde ad cõfirmationem ea ſimili ratione in poteſtate iuriſdictionis, dupliciter dici poteſt (vt patet ex dictis) ꝙ non eſt ſimilis rõ de vtriuſq; poteſtatis iudicio. Primò, quia ipſe Dominus expreſſit diuerſimode vtriuſq; materiam, dum vnius materiam dixit peccata abſque limitatione aliqua: alterius verò dixit peccatum in alium, limitando peccatum in alium.

QVAESTIO III.

An oporteat confiteri in ſpeciali ſingulas ſpecies, & numerum certum peccatorum.

CIRCA Materiam rurſus confeſſionis quęritur tertiò, vtrùm oporteat cõfiteri in ſpeciali ſingulas ſpecies, & numerum certum peccatorum. Et eſt ratio dubij: quoniam pars affirmatiua communi authoritate Doctorum firmata videtur. Et ratione comprobatur. Tum quia circunſtantia varians ſpeciem peccati mortalis, eſt neceſſario confitenda: ergo à fortiori quælibet ſpecies mortalis peccati eſt exprimenda. Et ſimiliter numerus peccatorum, quum non ſit circunſtantia peccati, ſed multiplicatio eiuſdem, neceſſariò eſt exprimendus, prout memoriæ occurrit: quum non magis teneatur Pęnitẽs accuſare ſe de decimo, quàm de vigeſimo ſecundo peccato, vel econuerſo. Et confirmatur, quia non omnes ſpecies & omnia ſingularia oportet exprimere, conſequens eſt quòd aut nullas ſpecies nullaq; ſingularia, aut quaſdam ſpecies & quædam ſingularia, ſic & quaſdam ac quædam non, neceſſe eſt explicari: & quum non poſſit affirmari primum, oportet reddere rationem quare quędam ſic, & quædam non.

¶ Tum quia pœnitens tenetur explicare omnia quæ oportet cognoſci à confeſſore ad hoc, vt poſſit ſuo arbitrio adæquare pœnam culpæ: quoniam confitendo nihil aliud facit pœnitens, quam quòd ſubmittit ſe ſacerdoti in perſona Chriſti ad recompenſandũ ſecundum illius arbitrium. ſed confeſſor non poſſet arbitrari de æqualitate recompenſationis, niſi cognoſceret diuerſitatem offenſarum, quæ in diuerſitate ſpecifica conſiſtit, & numerum peccatorum: quoniam recompenſa adæquans centum offenſas, non adæquat mille. & ſic de aliis ergo, &c.

¶ Pro parte autem negatiua videtur eſſe vſus maioris forte partis confeſſorum, ac pœnitentium non curantium de huiuſmodi ſubtili diſcuſſione. Et confirmatur ratione: quia huiuſmodi diſcuſſio eſt moleſta, inutilis atque melioris boni impeditiua. Et moleſta quidem ſatis patet expertis. Quòd verò ſit inutilis, ex eo patet, quòd tam cum huiuſmodi diſcuſſione, quàm ſine ea pœnitentibus prouidetur eodem modo. Quòd autem ſit impeditiua maioris boni, teſtatur experientia: quoniam & confeſſores circa huiuſmodi diſcuſſionem ſoliciti impediuntur à multorum confitentium audientia, dum forte totum tempus conſumunt circa vnum: & pœnitentes minus deuotè confitentur implicati huiuſmodi diſcuſſionibus.

¶ Ad huius quæſtionis euidentiam ſciendum eſt, duplex eſſe iudicium: quoddam eſt, cuius actus eſt propter ſeipſum intentus: quoddam vero, cuius actus eſt propter aliud. Ad primum iudicium, quia ſpectat facere iuſtum abſolute, pertinet quoque cognoſcere ſingula peccata, vt ſingula poſſit adæquare puniendo. Ad alterum vero iudicium, quia non tẽdit ad punitionem ſecundum ſe, ſed in ordine ad aliũ

finem

finem, putà bonum cómune: ſicut ſufficit punire prout expedit illi fini, ita ſufficit cognoſcere quãtũ opus eſt ad illum finem. Inter præſentis autem vitæ tẽpus & futuræ hoc intereſt, quantum ad iudicium, quòd nullum præſentis vitæ iudicium tendit ad punitionẽ ſecundum ſe, ſed vt medicinalem, eo quòd præſentis vitæ tempus non eſt tempus punitionis, ſed in quo pœnæ ſunt medicinæ: vel ipſius qui punitur, vel aliorum. Iudicium autem futuræ vitæ eſt id, quod ad punitionem ſecundum ſeipſam tendet: quoniã ad adæquandam pœnam culpæ ordinatur: non ad bonum puniti, nec ad cautelam aliorum, ſed vt reus patiatur quod meretur.

¶ Nec putet aliquis iudicium quod in foro pœnitentiali exercetur, locari debere ſub iudicio primo modo, propterea quia iudicium hoc eſt magis diuinum, quàm humanum, & confeſſor in tantum perſonam Dei in actu illo tenet, vt neſciat ipſe quod ſcit, vt Deus. Falſa eſt imaginatio iſta. Tum quia iudiciũ pœnitẽtiale ad præſentis vitæ tempus ſpectat, ac per hoc non eſt exemptum à communiſsima ratione iudicij præſentis vitæ. Tum quia Saluator noſter hoc atteſtatur, dicens, Ioan. 3. Non enim miſit Deus filiũ ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Hinc enim apparet, quòd Chriſtus non venit in primo aduentu ad iudicandum mũdum per miniſtros ſuos, hoc eſt ad iudicium ſecundum ſe exercendum, ſed ad ſaluandum, hoc eſt quantum ad pœnitentiæ ſacramentum ſpectat ad iudiciũ ſalutare per ſuos iudices exercendum: Idem eſt autẽ iudicium ſalutare & iudicium medicinale, & pœnitentiale iudicium ad primum Domini aduentum ſpectat proculdubio, ad quem ſpectat ſacramentum pœnitentiæ. Eſt igitur pœnitentiale iudicium non iudicium abſolutè, ſed iudicium ſalutare, ſeu medicinale: ac per hoc non tendit ad punitionem ſecundum ſe, ſed in ordine ad ſalutem, non aliorum, ſed ipſius rei ſolius.

¶ Et quia hoc propriè eſt officium confeſſoris, ideo hinc perſpicere oportet, quanta debet eſſe cognitio peccatorum: oportet enim tantùm manifeſtari peccata, quantùm exigit huiuſmodi ſalutare iudicium. Si enim ad hoc ſalutare iudicium exigitur manifeſtatio omnium, & ſingularum ſpecierum, & certi numeri ſingularium, cõſequens eſt, quòd oportet pœnitentem hæc explicare iuxta poſsibilitatem ſuam: ſi verò huiuſmodi diſcuſsio non exigitur, conſequens eſt quòd non oporteat pœnitentem hæc explicare. Et ſi hæc negatiua admittunt, conſequens eſt vt declaretur, quæ & quanta diſcuſsio exigitur ad hoc ſalutare iudicium. Dicamus igitur, quòd iudicium huiuſmodi claudit in ſe duo, ſcilicet eſſe iudiciũ & eſſe ſalutare: ita quod ſecundum eſt finis primi: & propterea ex ſecundo manifeſtandum eſt primum: tantum enim debet concurrere de eo quod eſt iudicij, quantum expedit vel ſaltem opus eſt ad hoc, vt iudicium ſit ſalutare pœnitenti. Et quia ſalutare pœnitẽti iudicium à iudicio abſolutè differt (vt dictum eſt) quantum ad punitionem, in hoc quòd in iudicio abſolutè intenditur ad punitionẽ ſecundum ſe, in iudicio vero ſalutari intenditur punitio ſalutaris pœnitenti: conſequens eſt vt differentia quoque ſit quo ad cognitionem. Nam quia punitio ſecundum ſe conſiſtit in adæquatione pœnæ ad culpam, oportet in iudicio abſolutè cognoſcere exactè culpas omnes & ſingulas, vt æquari illis poſsit pœna. Et quia punitio medicinalis conſiſtit in commenſuratione pœnæ ad pœnitentem & illius ſalutem (ſicut medicina conſiſtit in commenſuratione tam ad infirmum, quàm ad ſanitatem acquirendam) & commẽſurata pœna tam pœnitenti, quàm ipſius ſaluti abſque exacta cognitione omnium & ſingularum culparum rectè iudicatur atque imponitur (vt patet quantum ad peccatorum ſpecies de ſuperſtitionis ſeu diuinationis, & ſimilibus ſpeciebus) abſque diſcuſsione harum, commenſurata tam pœnitenti quàm eius ſaluti punitio atque prouiſio fit. Quantum verò ad peccatorum numerum, ex eo quòd medicinalis tam punitio, quàm prouiſio idem habet iudicium, ſi certificatus fuerit numerus vicenarius & ſi incertus relictus ſit, an duobus demptis, vel adiunctis: & ſimiliter ſi certificatus fuerit centenarius, an dubium inter nonagenarium & decẽ ſupra centum: & ſic de aliis. Hæc enim & ſimilia manifeſtãt quòd ſalutare iudicium non exigit exactam omniũ, & ſingularum culparum cognitionem: ſed ex ſua formali ratione exigit omnes & ſingulas mortales culpas cognoſci vſque ad hoc, quòd notum fiat confeſſori, quæ, qualis, quanta, &c. pœna commenſurari debeat huic pœnitẽti rectè diſpoſito, & illius ſaluti. Dico autem rectè diſpoſito, & illius ſaluti, quia licet aliquis pœnitens ſit minus deuotè diſpoſitus, ac per hoc commenſurata ſit indiſpoſito pœnitentia erit forte oratio dominica ſemel: manifeſtatio tamen peccatorum in iudicio ſalutari debet perducere confeſſorem ad cognoſcendum, quanta, qualis, &c. pœna deberet ſibi commenſurari, ſi eſſet rectè diſpoſitus: huiuſmodi enim indiſpoſitio pœnitentis: quia eſt per accidens, nõ variat id quod per ſe exigit ſalutaris iudicij ratio. Notanter quoque dixi, iudicium ſalutare non requirit cognitionem exactam omnium & ſingulorum peccatorum mortaliũ, & non dixi quòd requirit imperfectam eorum cognitionem: quoniam nec exigit nec excludit plenam eorum cognitionem. ſub formali nanque ratione iudicij medicinalis poteſt materialiter quandoque contineri exacta notitia peccatorum.

Species quas peccatorum & quæ genera oportet confeſſorem in ſalutari pœnitentiæ iudicio cognoſcere.

¶ Et quoniam practica nimis eſt & valde communis notitia de cõfeſsione, idcirco ad particularia deſcendendo dicimus, quòd ſpecies peccatorum mortalium ſunt in duplici differentia. Nam quædã ſunt, quarum diuerſitas diuerſitatem iudicij ſalutaris inducit: aliter enim iudicandus eſt pro ſua ſalute blaſphemus, aliter adulter, aliter homicida, &c. & tales ſunt ſpecies peccatorum, quæ in communi habentur notitia: vt adulterium, fornicatio, furtum rapina, contumelia detractio, &c. Quædã verò ſpecies ſunt quæ nullam videntur facere in ſalutari iudicio differentiam, vt ſunt ſpecies diuinationis: idem eſt enim iudicium pœnitentiale ſi quis aqua vel terra abuſus fuerit: & ſic de aliis, & huiuſmodi videntur eſſe ſpecies gulæ, & vniuerſaliter omnes latentes: quas forte vix doctores diſcernunt. Et propterea explicare primas peccatorum ſpecies in cõfeſsione oportet: ſecundas verò ſufficit explicare in generibus ſubalternis: puta peccaui in necromantia: & ſic de alijs.

¶ Circa numerum verò peccatorum ſciẽdum eſt, quòd dupliciter accuſandus occurrit. primò ſecundum ſe, ſecundò vt circunſtantia peccatoris. Et ſecundum quòd eſt circunſtantia peccatoris, differentiam quodammodo inducit in iudicio ſalutari: & quodãmodo non inducit: nam aliter iudicandus eſt & medendus qui ſemel tantum, aut bis offendit. Sed quĩ toties quoties potuit offendit eodem modo iudicatur ac medetur ſi millies, & ſi centies millies offendit: nec hoc eget probatione: quoniam experientia teſtatur. Secundum ſe autem numerus peccatorum accuſandus venit, non vt facit differentiam in iudicio abſolutè, ſed vt facit differentiam in iudicio ſalutari, & propterea ſi neſcitur, ſufficit explicare illum craſſa quadam æſtimatione, nam ſalutaris iudicij ratio nõ variatur ex hoc. Verbi gratia, Commiſit quis furtum multoties, videtur ſibi quòd parum plus aut

minus

minus fuerit, quàm vigeſies, non eſt opus ſolicitari, forte fuerunt viginti duo, fortè 19. ſed ſat eſt, ita confuſè numerum explicare vt occurrit. Quocirca numerum peccatorum tam vt circunſtantiam peccatoris, quàm ſecundum ſe, ſi certus non eſt (nam ad certum numerum occultandum nulla conducit ratio) vel explicandus eſt ſub quodam veriſimili numero: vel quū conſuetudo peccandi præceſsit, explicato tempore, puta quòd per decennium fuit in hac mala conſuetudine & frequentia delinquendi, puta quod quotidie, aut ferè: ſeu quouis alio modo multitudine maxima ſeu frequentia manifeſta aperiendus eſt. Nec oportet in huiuſmodi numeris pœnitentem, aut confeſſorem multum ſolicitari: quoniam par eſt ſalutaris iudicij ratio. Et quandoque vtrique nocet ſolicitudo circa hoc: magis enim debet manifeſtari frequentia cum pronitate, quàm indagari veriſimilis certus numerus: puta ter centum, ſeu mille, &c. Vnde ſi meretrix audienda eſt ad pœnitentiam conuerſa, facillimè poteſt quo ad hæc expediri, narrando diſcurſum vitę ſuæ in annis meretriciis: nec oportet ſolicitari quoties cum coniugatis quoties cum clericis potuit peccare, ſed ex diſcurſu vitæ ſuæ diſcrete manifeſtato arbitretur & medeatur prudens confeſſor. Hæc ſunt quæ ex parte ſalutaris iudicij exprimenda videntur in confesſione. Quibus ſi adiunxeris, quòd ex parte pœnitentis tenetur reus ipſe accuſare ſe de omnibus, vt reconciliatio amicitiæ fiat, dicendum eſt, quòd pœnitens debet habere intentionem explicandi omnia mortalia: ac per hoc ſub quocunque modo dicendi debet intendere comprehendere omnia: ita quòd explicare ſpecies, vel indiuidua tali, vel tali modo, non exigitur à pœnitente, aut confeſſore ad occultandum aliquid, ſed ad faciliorem modum explicandi omnia. Et ſic dicendo euitatur error putantium, quòd ſufficit explicare numerum in communi: puta dicendo quòd pluries furatus ſum. hoc enim non ſufficere manifeſte patet, ex eo, quod aliter iudicandus eſt & medendus qui bis tantùm, & qui centies furatus eſt. Et vitatur moleſtia ac ſolicitudo reducendi incertum numerum ad certū: media ſiquidem via incedendum eſt, vt ſalutaris iudicij ratio habeatur: quod medium eſt inter purum iudicium & certum iudicium. Et vtraque pars quaſi aliqualiter eſt vera, & authoritati doctorum & vſui confeſſorum ac pœnitentium ſimul defertur.

¶ Ad obiectiones Tamen primò allatas, pro quanto contra concluſa militant reſpondendum eſt. Et ad authoritatem quidem Doctorum dicitur, quòd intelligitur quando certus eſt numerus peccatorū: ex quo enim pœnitens intendit omnia dicere, & certus eſt de numero peccatorum, nulla apparet ratio quare non debeat numerum illum explicare: de incerto autem numero in ſolis forte verbis ab aliquo doctore diſcordare credimus. De ſpeciebus verò dicitur, quòd de cōmuniter notis ſpeciebus verificatur eorum dictum: alioquin non relinqueretur in eccleſia Dei milleſimus quiſque confeſſor, non errans: quum huiuſmodi latentes ſpecies rariſsimæ ſint manifeſtæ.

¶ Et per hoc patet ſolutio ſequētis obiectionis & ſuæ confirmationis: nam non dicimus quædam ſingularia eſſe confitenda, & quædam non: nec dicimus quaſdam ſpecies peccatorum eſſe manifeſtandas, & quaſdam occultandas: ſed dicimus alio modo aperiri quaſdam ſpecies, ſcilicet communiter notas: & alio modo aperiri quaſdam alias ſpecies, ſcilicet quarum diuerſitas eſt latens: illas in ſpeciali, iſtas in vna earū, ſeu aliquo huiuſmodi. Et ſimiliter dicimus omnia ſingularia confitenda, ſed non eodem modo, nam certa in numero certo, incerta autem non, exceſsiuæ tamen multitudinis in numero veriſimili (etiam ſi aliqualiter craſſa fuerit æſtimatio) ſeu frequentia idem inſinuantes: incerta autem exceſsiuæ multitudinis ſufficit in confuſo ſignificare, vt prudens confeſſor intelligat. Et ratio diuerſitatis eſt diuerſa habitudo ad ſalutarē iudicium, hinc enim omnia pendent. Et quia non omnes confeſſores ſunt æqualis perſpicacitatis ac prudētiæ, ideo aliquis applicandi modus ſufficit apud aliquem confeſſorem, perpēdentē inde totum quantum ſufficit ad iudicium ſalutare, qui alteri non ſufficeret. Similis quoque accidit quandoque diſparitas ex parte pœnitentium, quibuſdam ſcientibus ante confeſſoris oculos breuisſime & clare omnia ſua peccata, vt ipſimet ſciunt, proponere: quibuſdam autem inuoluentibus, aut laborantibus in ſingulorum explicatione.

¶ Ad rationem autem magis vrgentem dicitur q̃, vt iam dictum eſt, adæquate pœnam culpæ contingit dupliciter, vel ſimpliciter propter ſe, vel quodammodo in ordine ad aliud. Et quòd primo modo exigit exactam cognitionē cuiuſque tam culpæ quàm pœnæ. quia in æqualitate pœnę ad culpam conſiſtit: ſecundo autem modo non exigit exactam cognitionem culpæ & pœnæ: quia non conſiſtit in vtriuſque æqualitate, ſed exigit cognitionem commenſurationis pœnæ ad finem. Et quoniam primo modo non eſt actus iudicij præſentis vitæ, ideo ad confeſſorem non ſpectat actus iſte: & quum potentia ſit propter actum, non eſt eſt opus vt confeſſori ſic exactè nota fiant peccata, vt poſsit pœnam culpæ adæquate ſimpliciter & abſolute. Sed quia ad confeſſorem ſpectat cōmenſurare pœnam pœnitenti in ordine ad ſuam ſalutem (quoniam hic eſt actus iudicij ſalutaris ſibi commiſsi) & huiuſmodi commenſuratio in quadam proportione media inter pœnitentem & illius ſalutem conſiſtit: ſicut medicinam oportet eſſe proportionatam & ſanitati recuperādæ & infirmo (ſunt enim medicinales pœnæ præſentis temporis) ideo & vera eſt doctorum ſententia dicentium, quòd confeſſor debet poſſe adæquatam pœnitentiam arbitrari, ſaluatur enim commenſurationis adæquatio, licet non interueniat æqualitas inter culpam & pœnam. Et verum eſt, quòd peccatorū notitia non exacta ſufficit ad adæquatam pœnitentiā arbitrandam à confeſſore.

QVAESTIO IIII.

An peccata ſemel ritè confeſſa, ſubſequuta abſolutione & ſatisfactione, poſsint iterum fructuosè confiteri, &c.

QVæritur quartò adhuc circa materiam confesſionis, an peccata ſemel rite confeſſa, ſubſecuta abſolutione & ſatisfactione, poſsint iterum fructuoſe confiteri, &c. Videtur enim quod non.

¶ Primò, quia nulla forma ſacramenti eſt iterabilis ſuper eadem numero materia: peccata autem ſunt materia in hoc ſacramento: ergo.

¶ Secundo, quia oportet ſaluari veritatem efficacē in formis ſacramentorum, quæ in hoc caſu non ſaluaretur: falſum nanque diceret ſacerdos, dicendo, Abſoluo te à peccatis tuis, &c. quoniam non abſoluitur niſi ligatus: hic autem præſupponitur abſolutus.

¶ Tertiò, quia hoc ſacramentum quum miniſtretur per modum iudicij, exigit cognitionem vinculi: quæ in propoſito non haberetur, ſi confitens denuo, peccata alias confeſſa ſolummodo exprimeret: lateret enim confeſſorem iſtum eſſe aliàs ab his abſolutum: ac per hoc lateret ipſum, pœnitentem hunc vinculis horum peccatorum aſtringi, vel non aſtringi, quod eſt inconueniens.

¶Quarto,

¶Quartò, quia ſi replicatio confeſſionis eorūdem eſſet fructuoſa, ſequeretur quòd aliquis eidem cōfeſſori replicando ſolummodo in communi confeſſionem, puta, dico meam culpam de his, quæ aliàs dixi, &c. fructum ſacramenti perciperet: & ſic in vno die centies replicando, centies fructum ſacramenti perciperet: quod eſt ponere ſacramenta in ridiculum.

¶Quintò, quia iudiciū ſemel latū ſine errore à cōfeſſore Deus ſic ratificat, quòd eſt irreuocabile. Ergo rationabile eſt, inquit, Sco. quòd etiā ſi ratificat quòd ſit irreiterabile quò ad fructum.

¶Et confirmatur ex his, quæ videmus in foro litigioſo: nam ſententia diffinitiua abſolutoria accuſati innocentis, non replicatur: nec ſi replicaretur, abſolueret: quia non eſt amplius obligatus, vt abſolui poſſit.

¶In oppoſitum videtur eſſe communis opinio. Ad euidentiam huius ſciendū eſt contineri hic duo quæſita, ſcilicet an iterare eorundem confeſſionem ſit licitum, & an ſit fructuoſum. Et eſt ſermo de confeſſione non mixta, quæ ſcilicet continet quædam peccata aliàs confeſſa, & quædam nunquam confeſſa, ſed de confeſſione continente ſolummodo aliàs confeſſa. Et ſimiliter eſt ſermo de fructu ex parte ſacramenti ſeu clauium, & non de fructu ex parte pœnitentis, ſcilicet erubeſcentia & ampliori ſatisfactione & huiuſmodi. Nullus enim dubitat eiuſmodi erubeſcentiam ac ſatisfactionem eſſe fructuoſam: & ſimiliter nullus dubitat confeſſionem iſtam eſſe licitam & fructuoſam, ſaltem ea ratione, quia vtile per inutile adiunctum non vitiatur.

¶De primo igitur quæſito non memini legiſſe me aliquem tenentem eſſe illicitum iterare eorundem puram confeſſionem. Et quæ circa hoc ingerere poſſent ambiguitatem, in primis argumentis tanguntur, ex quorum ſolutione manifeſtum erit, licitum eſſe eadē peccata pluries confiteri puré.

¶Et quia ratio, quam in ſecundo quæſito adducemus hoc idem concludit, ideo tranſeo ad ſecundum quæſitum. In quo inuenio Sco. in 4. ſen. di. 18. reſpondendo ad primum, tenere partem negatiuam eſſe probabiliorem: ita quòd ſentit iteratam confeſſionē non eſſe fructuoſam ex parte clauium, hoc eſt nec remittere culpam (quæ iam dimiſſa, ſupponitur) nec remittere partem aliquam pœnæ. Mouetur autem ex argumento quinto loco allato cum ſua confirmatione. Sed reuera non ſolum minus probabilis, ſed falſa eſt eius opinio. Quod ſic patet: Quicunque ſuſcipit quodcunque eccleſiæ ſacramentum ritè ac dignè, concurrentibus omnibus requiſitis ad ſacramentum (puta forma, materia, partibus omnibus, miniſtro idoneo, &c.) non ſolùm licitè recipit ſacramentū, ſed etiam recipit fructum ſacramenti: ſed in caſu propoſito pœnitens ritè ac dignè ſuſcipit ſacramentum, &c. ergo eſt illi fructuoſum ſacramentum: quod eſt intentum. Maior eſt per ſe nota: poſitis enim omnibus tam ex parte agentis, quàm ipſius ſacramenti, quàm ſuſcipientis, non eſt intelligibile, regulariter loquendo, non eſſe fructuoſum ſacramentum. Et patet inductiue in ſingulis ſacramentis. Minor autem facile patet diſcurrenti per ſingula requiſita ad ſacramentum pœnitentiæ, tam ex parte miniſtri, quam ſuſcipientis, quam ipſius ſacramenti. Vnde dicendum eſt, quòd fructus iteratæ confeſſionis, præſuppoſito fructu primæ, eſt augmentum gratiæ & remiſſio aliquantæ pœnæ, ſi tota prius non eſt remiſſa. Similem enim fructum habet prima confeſſio, ad quam heri contritus hodie acceſſit: augmentauit enim gratiam, & remiſit aliquantam partem temporalis pœnæ, ſi pœnitens adhuc debitor illius erat.

¶Ad prima ergo argumenta, quæ contra primum militant quæſitum, reſpondendo dicitur, quòd materia ſacramenti pœnitentiæ exiſtente duplici, ſcilicet remota, & propinqua (nam remota eſt peccatum: propinqua verò eſt ipſe actus pœnitentis, ſcilicet confeſſio) non inconuenit ſuper eadem materia remota, diuerſa tamen exiſtente materia propinqua iterari formam ſacramenti. Et propterea quia confeſſio non eſt eadem, licet ſit eorundem peccatorum, poteſt licitè replicari forma, imò rectè loquendo, ſicut materia propinqua eſt alia numero, & non eſt replicatio eiuſdem: ita forma eſt alia numero, & non eſt replicatio eiuſdem.

¶Ad ſecundum dicitur, quòd hoc argumentum petit difficultatem communem huic quæſito, & alteri quæſito, quid ſcilicet ſoluit quando totaliter contritus & ſolutus à culpa & pœna accedit prima confeſſione ad ſacramentum pœnitentiæ, eadem eſt enim vtrobique difficultas. Et eadem reſponſione ſatisfit vtrique, dicendo, quod quia ſacramētum eſt exterius ſenſibile ſignum, ſecundum ea, quæ exterius geruntur, ab eccleſia iudicatur & miniſtratur, ac per hoc quia pœnitens proponit peccata ſua, vt expiabilia, ac ut ea, quibus ſeipſum alligauit: ideo eccleſiæ miniſter abſoluit, id eſt ſacramentum abſolutionis impēdit licitè profitenti alligationem. Et quia in ſacramento efficitur intus quod ſignificatur extra, ideo intus communiter fit abſolutio peccati, ſaltem quo ad aliquam partem pœnæ. Et licet hoc ſufficere videatur, quia ad id quod communiter inuenitur, leges reſpiciunt: ſubiungendum tamen eſt ſtringentibus caſum ad immunes etiam a pœna, quod ipſa gratia augmentata, quæ per ſacramentalem abſolutionem confertur, habet rationem magis abſolutorij. Quia enim ſacramentum pœnitentiæ ex propria ratione habet quod ſit medicinale, & curatiuum infirmitatis peccati actualis: & peccati actualis infirmitas conſiſtit non ſolūm in culpa, & vocata pœna ſiue æterna, ſiue temporali, ſed in multis aliis malis (vt clarè patet in augmento vulnerum originalium) ideo abſolutio ſacramentalis, non ſolùm extendit ſe ad culpam, & pœnam, ſed ad alia ex peccato actuali incurſa mala. Ita quod gratia per ſacramentalem abſolutionem ſignificatā & collata, quatenus eſt ſacramentalis huius ſacramenti, eo ipſo, quod extenditur ad amplius ſanandū a morbo peccati actualis, habet rationem magis abſolutorij a peccato, ſicut gratia baptiſmalis, ſi baptizaretur quis plenè prius cōſequutus baptiſmalem gratiā ex baptiſmo flaminis, eſſet magis ablutiua a peccato, dum a peccati reliquiis magis mundaret. Cuilibet ſiquidem Chriſtiano ſicut conuenit orare, Amplius laua me Domine ab iniquitate mea: ita conuenit orare, Amplius, ſana Domine: & amplius, Abſolue Domine, &c. Nec putes nouam me introducere de effectu ſacramenti pœnitentiæ doctrinam. Vide ſuperius diuum Thoā in articulo 1. quæſtione 65. dicentem, extrema vnctio ordinatur contra reliquias peccatorū, quæ, ſcilicet nō ſūt ſufficiēter per pœnitentiam ſublatæ, aut ex negligentia, aut ex ignorantia. Et percipe ex his ſacramentum pœnitentiæ ad tollendas etiam reliquias peccatorum ſe extendere, ſi ignorantia, aut negligentia ex parte noſtra non impediat ſufficientem illarum ablationem.

¶Ad tertium dicitur, quòd quia confeſſio fit de actibus peccatorum, & non de eſſe ſub peccato (debemus enim confiteri, quod fecimus tale & tale peccatum: an autem adhuc detineamur illius peccati vinculo, vel ſi ſub peccato non ſimus, ſub confeſſione non cadit) ideo ſatis eſt confeſſori cognoſcere pœnitentem confitentem, ſe perpetraſſe tale peccatum, & paratum ad pœnitentiam, &c. ſufficit enim quòd ſubiiciat ſe iudicio, accuſando ſeipſum, &c. Et confirmatur, quia pœnitentiam egiſſe de talibus peccatis, pertinet ad circunſtantias alleuiantes ſententiam iudicis, quas conſtat non eſſe opus confiteri.

¶ Ad quartum dicitur, quòd quia præcipuus ſacramenti effectus eſt gratia prima, vel eius augmentum: ideo frequentia ſacramenti illis ſolis conuenit, qui ſe ipſos paratos reddunt ad gratiæ augmentum. Et proptereà non ſequitur, quòd fructus ſacramentorum exponat ea ridiculò: non ſunt enim frequentanda quantumcunque fructuoſa ſint, niſi à diſpoſitis ad præcipuum eorum effectum: communiter autem huiuſmodi diſpoſitio non tam frequenter inuenitur in hominibus, vt totiens expediat confiteri.

¶ Ad quintum dicitur, quòd ſequela nihil valet: quoniam irreuocabilitas ſententiæ pertinet ad firmitatem iudicis, & iudicij, infructuoſitas autem ſuppoſita iterabilitate præ ſe fert, aut infirmitatem, aut minorem largitatem iudicis vel iudicij: iudicis quidem, ſi non vult, aut non poteſt virtutem dare ſimilem iterarato iudicio. iudicij autem ſi iudicium ipſum ſecundum ſe non eſt virtuoſum, quale eſt humanum iudicium in foro litigioſo. Et per hoc patet reſponſio ad confirmationem. Notanter autem dixi, ſuppoſita iterabilitate: quoniam ea hoc ipſo, quòd Deus iterabile inſtituit ſacramentum pœnitentiæ ſuper eiſdem peccatis, conſequens eſt, vt fructuoſum replicet. Secus autem eſt in non iterabilibus ſacramentis: huiuſmodi enim eo ipſo quòd ſunt non iterabilia, vana ſunt, ſi iterantur.

QVAESTIO V.

An confeſſio informis ſit iteranda.

CIRCA Qualitatem confeſſionis quæritur an confeſſio informis ſit iteranda: videtur enim quòd ſic. Primò quia inſtrumentum oportet moueri à principali agente, alioquin inſtrumẽti ratio non ſaluatur: ergo iudicium pœnitentiale oportet à miniſtro exerceri, prout mouetur à Deo: ſed confeſſione exiſtente informi non exercetur iudicium pœnitentiale ſecundũ motionem diuinam: ergo oportet denuò confiteri vt exerceatur pœnitentiale iudicium vt inſtrumentum motum à Deo, principaliter abſoluente.

¶ Secundò, confeſſione exiſtente informi, deeſt vna pars ſacramenti, quæ eſt contritio: ergo ſacramentum non valet, ſed eſt iterandum: vt patet in aliis ſacramentis quando deficit aliqua pars.

¶ Tertiò, quia confeſſione exiſtente informi, neceſſe eſt peccatum aliquod mortale ſubtrahi à materia abſolutionis, ac per hoc neceſſe eſt confeſſionem non eſſe integram & conſequenter eſſe reiterandã. Aſſumptum probatur. tum quia communiter confeſſio informis accidit propter aliquid non explicatum in confeſſione. Tum quia peccatum illud, quod dum abſolutio fit, à pœnitente committitur, irreuerenter ſuſcipiẽdo ſacramentum, non eſt materia abſolutionis: quoniam non poteſt ſimul pœnitens peccare & abſolui ab illo peccato.

¶ Quartò, quia fructus ſacramenti pœnitentiæ eſt remiſſio peccati ex coniunctione paſſionis Christi per ſacramentum ad pœnitentem: ſed confeſſione exiſtente informi non fit huiuſmodi coniunctio, nec habetur hic fructus: ergo vanum fuit huiuſmodi ſacramentum, & conſequenter iterandum eſt.

¶ In oppoſitum eſt authoritas diui Tho. in quarto ſen. diſtin. 17.

¶ Circa hanc difficultatem (quæ propter diuerſas opiniones adhuc ſub iudice videtur eſſe) ſciendum eſt, quòd vitandi ſunt duo extremi errores. Alter eſt, quòd omnis confeſſio informis eſt valida, ita vt non ſit iteranda: clarè ſiquidem patet confeſſionem illius, qui propter verecundiam peccatum aliquod mortale tacuit, eſſe informem & reiterandam. Alter eſt, quòd nulla confeſſio informis eſt valida, ita quòd non ſit iteranda. Nam clarè conſtat neſcire nos an aliqua noſtra cõfeſſio fuerit formata, quia neſcimus nos eſſe in gratia, & cum hoc dubio non curare nos amplius de memoria peccatorum, vt denuò confitendorum: quum tamen oportet nos eſſe ſolicitos ad pluries confitendũ, vt quandoque fieret confeſſio formata: & ſic nunquã finis imponendus eſſet confeſſioni, vt tutior pars eligeretur: quod conſtat vniuerſalis eccleſiæ aures offendere. Ex vtroque autem errore perſpiciendum eſt, quòd non ad ipſam informitatem, ſed ad informitatis cauſam reſoluere oportet validitatem, vel non validitatẽ informis confeſſionis: ex eo enim, quòd aliqua informis confeſſio eſt valida, non ex ipſa informitate, ſed aliunde, puta ipſius informitatis cauſa prouenire debet, quòd aliqua ſit valida, & aliqua non. Et quoniã cauſa hæc ſe tenet ex parte pœnitẽtis, cuius duo ſunt actus vſque ad abſolutionem, ſcilicet contritio & confeſſio: ideo hinc ſcrutandum eſt quid veri appareat. Ex parte igitur confeſſionis certum eſt confeſſionem ex propoſito non integram propter verecundiam, aut aliquid huiuſmodi, eſſe inualidam ac reiterandam: & in hoc nulla eſt quæſtio.

¶ Ex defectu autem contritionis tota oritur difficultas, quæ, vt clarius eluceſcat, diſtinguendus eſt contritionis defectus: habet enim multos gradus. Minimus autẽ contritionis defectus eſt ipſa abſentia charitatis: qui enim ſunt ita attriti, quòd dolent de præteritis omnibus, vt de ſummo odibili, & proponunt vitare mortale peccatum vt ſummum vitabile, ſi confeſſionem ſubeunt informem, non tenentur iterare confeſſionem, ſed eſt eorum confeſſio valida. Nec alia hoc eget probatione, quàm ſuperiùs adducta ex vniuerſalis eccleſiæ teſtimonio: omnes enim ſapientes & timorati viri ſic diſpoſitis mandant imponendum eſſe confeſſioni finem. In inferiori autem gradu incontritionis ſunt ſic attriti, vt doleant quidem de omnibus peccatis, non tamen aſcendunt vſque ad hoc, vt doleant de eis tanquam ſummo odibili: & ſimiliter præponũt cauere de futuro: non tamen tanquam à ſummo vitabili. Et hoc bifariam contingit. Primò ſine diſcuſſione talis defectus: quia ſcilicet non diſcutit pœnitens dolorem ſuum de commiſſo mortali, an ſit tanquam de ſummo vitabili, & ſimiliter propoſitum ſuum vitãdi mortale, an intendat vitare tanquam ſummum vitabile: ſed occurrit tantùm eis dolere de peccato & cauere de futuro: ſicut ſi offendiſſet vnum hominem & doleret de offenſa præterita, & intenderet amplius illum non offendere: in eorum tamen animo non ita dominatur affectus tam vitandi offenſam in futuro, quàm deteſtandi commiſſam in peccato, vt pro ſummis malis hæc habeant. De horum numero vtinam non maxima pars Chriſtianorum pœnitentiũ ſit, quos non ſicut primos puto virtute clauium de attritis regulariter fieri contritos: ſed in ſua attritione abſolui & communicare. Cuius ſignum eſt, quod charitas ſicut poſitiuè præfert Deum omni amabili, ita facit apud habentem ipſam offenſam Dei odibiliorem omni odibili, & magis vitandam omni alio vitabili, operatur enim hæc magna amor Dei, ſi eſt: & ſi hæc non operatur, non eſt charitas Dei. De iſtorum confeſſione intelligo doctrinam diui Tho. quòd confeſſio informis per defectum contritionis eſt valida, ita vt non ſit iteranda: & erit eis fructuoſa quando aſcẽdent ad cor altũ, vt habeant peccatũ pro ſũmo odibili & ſũmo vitabili, & cõfitebũtur fictionẽ ſuam hãc, qua ut contriti ſacramentum ſuſceperunt: quum in veritate contriti non eſſent. Quare autem huiuſmodi confeſſio ſit valida, inferiùs declarabitur. Si verò huiuſmodi attri-

ſupina conſcientiæ diſcuſſione, aliquorum peccatorũ mortalium confeſſio omittitur, vt materialis violatio integritatis in formalem reducatur, tanquam dimidiationis incurſus ille, qui pro nihilo æſtimatus eſt, intentus fuerit. Vnde tales ad reiterandam confeſſionem inducendi ſunt. In quorum numero videntur eſſe illi, qui cum ſola velleitate abſtinendi a peccato confitentur & abſoluuntur, tacentes huiuſmodi peccatum & impedimentum, quod etiam mulierculæ nouerut, & conſueuerunt explicare.

¶ Ad quartum dicitur proportionaliter ſicut ad primum quòd licet ſacrilegè, ſacramentum tamen coniunctionis fructuoſæ ſecundum ſe paſſionis Chriſti ad pœnitentem exercetur: cuius fructus etſi non tũc, quando tamen erit diſpoſitus pœnitens, percipietur. Vnde nõ fuit ſacramẽtum vnum quod Deus adeò acceptat, vt non exacta repetitione ſacramentalem gratiã conferat, quamprimum pœnitens fuerit diſpoſitus, quam per ſacramentum præſens erat daturus, ſi tunc pœnitens fuiſſet diſpoſitus.

TRACTATVS SEXTVS,

de Satisfactione pœnitentiali in duas quæſtiones diuiſus.

1 *Num pœnitentialis ſatisfactio de aliàs debito fieri poſſit.*

2 *Num pro contrito & confeſſo peccato impoſita ſatisfactio ſi exoluatur in peccato mortali ſit iteranda.*

QVAESTIO I.

An ſatisfactio pœnitentialis poſſit eſſe de aliàs debito.

Circa Satisfactionem pœnitentialem quæritur primò, an poſſit eſſe de alias debito. Et videtur quod non. Primò ex ipſa ratione ſatisfactionis: nam ſatisfacere eſt facere eſt facere æquale debito: non fieret autem æqualitas, ſi alias id, quòd fit, eſſet debitum. minus enim fieret quam deberetur. Et confirmatur hoc ex ſimili in reliquis ſatisfactionibus.

¶ Secundo, quia ritus eccleſiæ hoc habet vt pœnitentias iniungat non de ieiuniis & orationibus, quæ ſunt in præcepto.

Tertio, quia ſecundum Anſel. in lib. Cur Deus homo, per illa fit ſatisfactio, quæ non poſſent ab homine exigi niſi peccaſſet: ſed præcepta poſſent ab homine exigi, etiam ſi non peccaſſet: ergo de præceptis nõ poteſt fieri ſatisfactio pœnitentialis.

¶ In oppoſitum eſt, quod in caſu quo martyrium eſt in præcepto, ſatisfactio per illud fit: non derogat ergo ſatisfactioni pœnitentiali eſſe alias debitum.

¶ Ad huius euidentiam ſciendum eſt, plures tenuiſſe doctores partem negatiuam quæſtionis propter argumenta inducta. Et quoniam pars affirmatiua mihi videtur vera, ideo eius veritas monſtrãda eſt, aſſumendo pro fundamento, quod vnum & idem opus a diuerſis directum ſeu aſſumptum principiis, multiplicis eſt efficaciæ in his, quæ ſunt iuſtitiæ mixtæ, qualis eſt inter hominem & Deum. Sub qua conſtat cõprehendi ſatisfactionem pœnitentialem: quoniã nulla noſtra ſatiſfactio eſt ſufficiens ſecundum æquiualẽtiam exactam a pura iuſtitia, ſed ſecundum diuinam acceptationem. Probatur ergo primo intentum ſic: Eadem pœna ſi a minori charitate procedit, eſt minus ſatisfactoria, & a maiore charitate procedens eſt magis ſatisfactoria: ergo pœna alias debita, ſi procedat à maiore charitate, vel à virtute elicitum, erit plus ſatisfactoria, quàm ipſa ſecundum ſe, vt erat alias debita ergo pœna alias debita põt aſſumi in ſatisfactionẽ pœnitentialẽ. aſſumptũ eſt notum, & approbatũ de excellentia ſatisfactionis in paſſione Chriſti propter excellẽtiſſimam illius charitatem, a qua procedebat. Conſequentia autem eſt per ſe euidens, & tantò euidentior, quantò in ſatisfactione pœnitentiali plus penſatur quantitas ex diuina acceptatione, quam ſecundum ſubſtantiam operis ſeu pœnæ, quam pura iuſtitia conſideraret.

¶ Præterea vnum & idem opus cum hoc, quòd eſt alias debitum Deo, eſt meritorium de condigno æternæ vitæ: ergo poteſt eſſe etiam ſatisfactorium pœnæ pro peccatis debitæ. Aſſumptum patet: quia honorando parentes (quod eſt opus præceptum) mereor, ſi ex charitate illos honoro, vitam æternam de condigno. Conſequentia probatur, ex eo quòd ratio alias debiti non minus officit ad conſtituendum ius futuræ mercedis, quam ad conſtituendum ius recõpenſandi peccatum debitum: opus ſiquidem alias debitum, ſi poteſt cum hoc efficere, vt exigente iuſtitia merces ſibi debeatur tam excellẽs qualis eſt æterna fęlicitas, multò magis ſufficiẽs eſt, vt cõſtituat ius ſoluti pretij debiti tam minimi, quale eſt temporalis pœna. Et confirmatur: quia tribus exiſtentibus virtutibus, ſcilicet charitate, gratificatione, & pœnitentia, & actus alias debitus poteſt ex charitate efficaciam meritoriam, ex gratificatione efficaciam gratiarum actionis ſortiri: cur non aſſumptus a pœnitentia vim ſatisfactoriam ſortietur? nunquid diuina acceptatio tam larga in merito & gratificatione, manca eſt in ſatisfactione? an fortè plus iuſtitiæ locum habet in amico circa ſolutionem pœnæ quam circa gratiarum actionem, aut meritum?

¶ Præterea, ad particularia deſcendendo, & diſcurrendo per conſilia, quando ſunt in præcepto, idem apparet: in caſu enim quo tenetur quis eleemoſynam facere, cur non poteſt pœnitens ordinare illam pro ſatiſfactione pęnitentiali? & ſimiliter in caſu quo præbere alteram maxilam, vel angariari, vel eſurire, aut ſitire, penuriam pati, aut huiuſmodi aliquid eſſet in præcepto, quia ſapiens prohibeat pœnitentem offerre hæc Deo in ſatisfactionem, aut neget ſolui per hæc pœnã debitam pro peccatis? an fortè huiuſmodi opera debita ex præcepto, poſſunt ab ipſo quidem pœnitente aſſumi in ſatisfactionem pœnitentialem, ſed per confeſſoris miniſterium non poſſunt hæc in pœnitentiam dari. Hoc enim eccleſiæ clauibus eſt derogare maioremque virtutem humanæ intentioni, quam Chriſti clauibus tribuere: tanquam humana intentio quædam poſſit pro ſatisfactione aſſumere, ad quæ claues non ſe extendunt: quod a fidelium æſtimatione longe ſit. in cuius ſignum laudabilis multorum confeſſorum conſuetudo antiqua abſoluendo pœnitẽtem dicit, Quicquid boni feceris & facere intendis, & mala quæ ſuſtines, & ſuſtinebis, ſint tibi in remiſſionem peccatorũ, &c. & non dicit, Quicquid ſupererogationis boni feceris aut mali ſuſtinebis.

¶ Ad primum ergo in oppoſitum dicitur, quòd aliud eſt loqui de ſatisfactione infra limites puræ iuſtitiæ, & aliud eſt loqui de ſatisfactione ſapiente magis naturam amicitiæ quam iuſtitiæ: argumentum enim procedit de ſatisfactione infra limites iuſtitiæ concluſa, de qua nõ eſt hic ſermo. Vnde & pœnitẽtia poſita eſt a diuo Thoma differens a iuſtitia vindicatiua: quia illa ius attendit, hæc autem voluntatem offenſi & offendentis, quòd amicitiæ magis eſt, quam iuſtitiæ.

¶ Ad ſecundum dicitur, quia eccleſiaſticus mini-

ſter

ſtet homo eſt,(qui non intuetur cor,quem latet pœnitentis charitas,) ideo prouidè ad tutiorem partem iudicium ſuum declinat: & id quod eſt amicitiæ prætermens,ad id quod eſt iuſtitiæ ſe conuertit. Et quoniam ex parte iuſtitiæ ſatisfactio habet,quòd ſit de non aliàs debito, ideo confeſſores non imponunt ieiunia alias debita, ſed opera ad quæ aliàs pœnitens non tenetur: cum quo ſtat,quòd ſi opera, ad quæ aliàs pœnitens tenetur,imponeret in ſatisfactionem peccatorum, prodeſſet ſaltem virtute clauium pœnitenti ſatisfactio huiuſmodi ea charitate adimpleta.

¶ Ad tertium dicitur, quòd authoritas non videtur adduci ad propoſitum,quoniam ea illa nihil aliud habetur,niſi quòd ſatisfactio fit per pęnalia:hæc enim ſunt quæ ſi homo non peccaſſet,ab eo non exigerentur. De hoc enim nulla eſt quæſtio:ſed an huiuſmodi pœnalia ſint ſatisfactoria.ſi ſint alias debita,de quo nihil dicit authoritas allegata. Verumtamen ſcito, quòd opus hoc,quod eſt honorare parentes(quòd etiam ſi homo non peccaſſet,præceptum fuiſſet)ſi in præſenti ſtatu exercendum cum pœnalitate aliqua occurrat, illud vnum opus præceptum,quatenus eſt pietatis eſſet meritorium,vt eſt à charitate,& gratiarum actio Deo,vt eſt à ſuperexcellenti gratitudine vocatur religio, & eſſet ſatisfactorium,quatenus eſſet à pœnitentia: & ſimile eſt in aliis. Vnde habes, quòd etiam per ea quæ ſi homo non peccaſſet, eſſent exacta,alio tamen modo poſt peccatum exercita ſatisfactio fit.

QVAESTIO II.

An pro contrito & confeſſo peccato impoſita ſatiſfactio, ſi exoluatur in peccato mortali ſit iteranda.

SEcundò Circa ſatisfactionem pœnitentialem quæritur, an pro contrito & confeſſo peccato impoſita ſatisfactio, ſi exoluatur in peccato mortali, ſit iteranda. Videtur enim quòd non.

¶ Primò ex ipſa ratione iuſtitiæ. Ex quo enim ſecundùm plenam iuſtitiam punitiuam ſemel impoſita eſt pœna temporalis pro peccato, de quo verè pœnituit, nunquam pro illo debebitur,niſi pœna temporalis: & illa ſoluta nulla.Et confirmatur hoc in actibus humanis.Si enim alicui culpæ præciſè correſpondeat ſecundùm legem abſciſsio manus,non debet ſecundum iuſtitiam manu abſciſſa exigi maior punitio:ergo à ſimili ſi quis remanet debitor præciſè temporalis pœnæ (puta quatuor dierum) non debet ſecundum diuinam iuſtitiam illa ſoluta plus exigi.

¶ Præterea, Si huiuſmodi ſatisfactio extra charitatem dicatur non ſufficere, ſententia nimis dura & occaſio peccandi videtur: quoniam pœnitens quum hoc audierit,poſt lapſum in peccatum mortale nõ proſequetur executionem pœnitentię,vtpote inutiliter:& ſic incidit in nouum peccatum mortale, tranſgrediendo preceptum eccleſię & vicarii Dei in illo actu. Et hinc formatur, inquit Sco, talis ratio. Si poſt lapſum non exequatur quis ſatisfactionem priſtinam ſibi impoſitam peccat mortaliter:ergo ſi exequatur, bene facit: quia actum obedientiæ facit: ſed non facit actum obedientiæ niſi inquantum illud eſt ſibi impoſitum, tanquam pars ſatisfactionis:ergo,&c.

¶ Præterea, Sequitur aliud inconueniens, ſcilicet quòd huiuſmodi peccator ſi damnaretur, æternaliter puniretur pro peccatis ſemel dimiſsis: ac per hoc dimiſſa peccata redirent ſimpliciter: quia redirent quo ad pœnam æternam. Et vlterius ſequitur,quòd ita ęternaliter punitur quis pro peccatis dimiſsis,ſicut pro nõ dimiſsis.

IN OPPOSITVM Eſt, quòd ſatisfactio mortua non eſt ſatisfactio, ſicut nec homo mortuus eſt homo. Hæc quæſtio ſub iudice ab omnibus communiter videtur derelicta,quum ipſe Scotus,qui partem negatiuam tenet(cuius ſunt argumenta inducta) non audeat eam aſſerere: ſed dicat ſe abſque præiudicio loqui in prima quæſtio.diſtinct.15.4.ſenten. & diuus Tho. varia videatur ſentire: Durandus ſoluat ad vtranque partem, &c. Quocirca vt radicales rationes examinentur,& rationabilior pars eligatur, hanc mouimus. Et quoniam rectum, eſt iudex ſui & obliqui, hinc incipiendum reor, quòd ſecundum omnes nulla noſtra pœnitentialis ſatisfactio apud Deum eſt ſufficiens ſine charitate: quia nulla eſt ſufficiens ſecundum æquiualentiam ſimpliciter, ſed quæcunque eſt ſufficiens,ex diuina acceptatione eſt ſufficiens:acceptabilem autem charitas reddit. Ex hoc communi principio oportet doctrinam procedere per ſe, abſque diuerſione ad ea,quæ ſunt per accidens, aut extranea alioquin doctrina magis erit voluntarium dogma, ꝙ vera doctrina. Ex hoc autem principio manifeſtè deducitur, nullam ſatisfactionem ſufficere niſi charitas reddat eam acceptabilem: nec oportet in hac deducti ne laborare: ſed tantummodo ſubſumere ſed hæc eſt ſatisfactio:ergo. Vnde quum reliqua iſta de qua quæritur ſatisfactio:ſit verè ſatisfactio pro peccati pęna, & nullam habeat conditionem diminuentem rationem ſatisfactionis,mirum,vt non dicam voluntarium,videtur ex mere huiuſmodi ſatisfactionem à communi regula ſatisfaciendi: aut enim oportet negare illud vniuerſale ac commune principium,aut illo conceſſo oportet vniuerſaliter dicere, nullam ſatisfactionem pœnitentialem ſufficere niſi ſecundum acceptationem: quæ extra charitatem non inuenitur. Et confirmatur ex caſu ſimili,ponendo hominem poſt contritionem ſuorum peccatorum, & aliquot dies pœnitentiæ,extra tamen confeſſionem,relapſum, & nihilominus conſequi actus pœnitentiales pro peccatis priſtinis. Hoc enim ſic ſe habente, quæratur an huiuſmodi actus pœnitentiales per relapſum ſint ſatisfactorii,an non. Si dicitur quòd ſunt ſatisfactorii, ſequitur quòd non oportet recurrere ad determinationem pœnæ factam per punitiuam iuſtitiam claue non errante, &c. quum in hoc caſu huiuſmodi determinatio per claues non interuenerit: & vltra hoc videtur negari communis doctorum ſententia. Si verò non ſunt ſatisfactorij, quum ſola temporalis pœna pro priſtinis peccatis in vtroque caſu remanſerit ſoluẽda, nulla eſt ratio, quare ſolutio vnius extra charitatem valeat,& alterius non: ſi enim iniuſtum eſt plus exigere in primo caſu, iniuſtum quoque eſt plus exigere in ſecundo:quoniam ſecundum diuinam iuſtitiam vtrobique debitum ſolius pœnæ temporalis remanet. Et ſi illa ſoluitur extra charitatem,nullius reſtat pœnæ debitum:ſi autem charitas exigitur ad hoc, vt ſolutio ſit ſufficiens,neutrius ſolutio aliquid valet. Concludendum igitur ex communi hoc principio videtur, quòd nulla ſatisfactio pœnitentialis eſt ſufficiens, niſi ſecundum diuinam acceptationem, quam conſtat (vt ſæpe dictum eſt) extra charitatem non inueniri. Et confirmatur hoc ex ipſo modo remiſsionis peccatorum, fit enim remiſsio mortalis peccati per mo-

dum amicabilis reconciliationis; ex hoc enim modo fit, vt peccator ex proprio demerito hoſtiliter puniendus, amicabiliter compenſandus reſtet: hoc eſt enim auferri reatum pœnæ æternæ, & tranſire in reatum pœnæ temporalis. Ex hoc autem quod peccator de hoſtiliter puniendo, tranſit in amicabiliter puniendum hic, vel in purgatorio, ſequitur quod niſi amicabiliter pœna exoluatur, nunquam ſoluetur: quia quod amicè debeo nunquam exoluo niſi amicè tribuam.

¶ Ex eodem quoque principio deducitur, exceptionem aliquam de ſatisfactionibus relinquentibus poſt ſe effectum, non eſſe vſquequaque veram: ſed ex famoſa apparentia humanaque compaſſione proceſſiſſe videtur diſtinctio inter ſatisfactiones relinquentes poſt ſe effectum, & ſatisfactiones non relinquentes poſt ſe effectum: ita vt licet vtræque extra charitatem factæ ſint mortuæ, effectus tamen primarum remanens poteſt viuificari per ſubſequentem charitatem: & ideo primæ non ſunt reiterandæ, ſecundæ autem quia totaliter tranſierunt, ſunt reiterandæ. Fauorabilis ſiquidem magis, quam vera videtur interpretatio hæc. Nam opus ſatisfactorium relinquens poſt ſe effectum (puta ieiunium, vel eleemoſyna extra charitatem) ſi eſt ſic per ſequentem charitatem viuificabile, vel hoc habet ex ſacramentalitate ſola & hoc non: quia ſic etiam conueniret ſatisfactionibus non relinquentibus effectum: quoniam ipſæ etiam ſunt ſacramentales. Vel hoc habet ex relicto effectu ſolo: & hoc non: quia conueniret ſimilibus ſatisfactionibus factis ante contritionem & confeſſionem quod omnes negamus, dicentes cum Aug. quod peccator non eſt dignus etiam pane quo veſcitur, & cum Apoſtolo. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, &c. Vel hoc habet ex vtroque ſimul, ſcilicet ſacramentalitate & effectu relicto, & hoc non: tum quia ad hoc, quod opus ſacramentale ſortiatur effectum per ſequentem charitatem, non requiritur relictus effectus vt de confeſſione informi patet. Tum quia huiuſmodi relictus eſt tunc non eſt ſacramentalis, quoniam non eſt effectus operis ſatisfactorij, vt eſt ſacramentale, aut morale, ſed ſecundum naturam operis, afflictio enim carnis non eſt effectus ieiunij, vt eſt actus moralis, aut ſacramentalis, ſed vt ſubtractio cibi. Et ſimiliter diminutio boni exterioris non eſt effectum eleemoſynæ, niſi ſecundum naturam operis, puta quia ſubtrahit illud à ſe: vnde effectus iſte eſt valde remotus à ſacramentalitate. Tum quia vacillans, aut claudicans inuenitur hoc verum: nam non eſſet verum vniuerſaliter, ſed in ſolo illo caſu quo relictus effectus duraret vſque ad aduentum nouæ charitatis, vt ſic inuenius poſſit à charitate verificari. Nam ſi non perduraret, non poſſet per illam viuificari pluſquam tranſit ea quæ præterit oratio, & ſic ſi quis extra charitatem ieiuniorum iniunctam pœnitentiam peregiſſet, & debilitatis ſeu afflictionis derelictus effectus non duraret, poſt duos menſes (quia interim pœnitens bene ſe confortauit) & noua charitas non fuiſſet recuperata vſque ad quartum menſem, iteranda eſſent prædicta ieiunia.

¶ Q V I A I D I T V R natura via ſolidè fundata videtur, occurrit media via incedendum, dicendo tria. Primum eſt, quod omnis pœnitentialis ſatisfactio à confeſſore impoſita etiam ſi extra charitatem fiat, ſufficiens eſt quo ad forum militantis eccleſiæ. Probatur hoc, quia ſatisfactio huiuſmodi eſt ſacramentalis, eſt enim tertia pars ſacrati, ac per hoc ſatisfacit eccleſiæ, ſi eſt informis, ſicut confeſſio informis. Et hinc oritur, vt non ſolum ieiunia & eleemoſynas, verum etiam orationes non ſit ſolita eccleſia iterum imponere pœnitentibus, qui eas ſemel ſoluerunt, quamuis iuniores nonnulli trepidantes vbi non eſt timor, & adinuenerint quandam momentaneam ſatisfactionem aliam pro pœnitentia ſacramentali & deinde arbitrantur, quaſi condignam pœnitentiam, quæ tamen non eſt pœnitentia ſacramentalis, aut ſi eſt, ob hanc monſtrat eorum timorem. Nec hoc facere ſunt educti à ſancta catholica eccleſia, & propterea reprenſione magis dignum eſt, quàm vſu. Secundum eſt, quod quæcunque ſacramentalis ſatisfactio ſi extra charitatem fit, nihil tunc valet ad expiationem pœnæ pro peccato debitæ apud Deum. Hoc ex ſuprà dictis ſatis probatum eſt, & à Magiſtro ſentent. multis authoritatibus in 4. diſtinctio. 4. firmatur. Tertium eſt, quod dormiens ſatisfactio ſacramentalis ſi extra charitatem fit, valere incipiet quando recuperata charita pœnitens ad cor redibit, &c. Probatur hoc ex quod regulariter opus ſacramentale vtpote opus Dei recedente fictione ſortitur effectum (vt de Baptiſmo, confeſſione, & extrema vnctione dictum eſt) ſatisfactio autem ſacramentalis pars ſacramenti eſt, vimque habet ex clauibus: ſi eſt informis ſortietur poſtea recedente fictione effectum. An autem totum effectum ſortiatur poſtquam ſortita fuiſſet ſi in charitate peracta eſſet, non facile dixerim. Videtur tamen mihi, quod non totum ſatisfactionis effectum ſortiatur poſtea: quia ſacramentalis ſatisfactio plus tenet ex parte humani operis, quàm ex parte diuini, hoc eſt ſacramenti. Cuius oppoſitum accidit in alijs: vt patet in Baptiſmo, in quo totum opus eſt Dei, & hominis eſt ſolum miniſterium: in ſatisfactione verò ſacramentali opus eſt præcipuè pœnitentis, & tam parum habet ſacramenti, vt multi doctores negent ipſam eſſe partem ſacramenti. Et propterea rationabile videtur, quod ſatisfactio ſacramentalis informis aliquem effectum poſtea ſortiatur ex illa parte qua ſacramentalis eſt: non totum autem ex illa præcipua ſui parte qua humanum opus interitum habuit.

¶ A D P R I M V M Ergo in oppoſitum dicitur, quod obiectio confecta eſt ex lana & lino, quoniam orſa eſt ex amicitia, & contexta eſt ex mera iuſtitia. Supponit enim pœnitentem ſecundum meram iuſtitiam debere pœnam ſolummodo temporalem, & cum hoc reconciliatum eſſe ex gratia, quaſi poſt reconciliationem ſatisfactio ſit ſufficiens ſecundum æquiualentiam ſimpliciter, & non ſecundum acceptationem. Et quoniam ſatisfactio ſecundum æquiualentiam ſimpliciter, non conſonat ſatisfactionis amicabili & poſſibili inter hominem & Deum: ideo, vt prædictum eſt, reperitur, dicendo ſatisfactionem impoſitam temporalem pro pœna peccati ſiue impoſita ſit à ſacerdote, ſiue non, eſſe amicabiliter ſoluendam: & ſi amicabiliter non ſoluitur, nunquam ſoluitur. Et propterea quæ de mera iuſtitia & humanis punitionibus adducuntur extra propoſitum ſunt: quoniam de vindicatiua loquuntur iuſtitia, in qua attenditur æqualitas rei ad rem: nos autem de ſatisfactione pœnitentiali loquimur, in qua attenditur æqualitas ſecundum acceptationem Dei offenſi.

¶ Ad ſecundum dicitur, quod ſententia hæc non eſt pura, ſed dulcedine amicitiæ diuinæ plena, nec eſt occaſio peccandi, niſi forte accepta. Et ad formam rationis dicitur primò, ipſam valde errare: vt patet applicando eam ad peccatorem communicaturum in Paſchate, dicendo, Si non communicat peccat nouo peccato: ergo ſi communicat, bene facit obediendo. Quod patet eſſe ridiculum.

¶ Et quia multiplicare inconuenientia, non eſt ſoluere, dicitur ſecundò, quod huiuſmodi rationi in quacunque materia ſit reſpondendum eſt ſic. Si non exequitur peccat, admittitur: ergo ſi exequitur condignè, bene facit: alioquin negetur ſequela: quoniam & communicando & non communicando in Paſcate peccat nouo peccato indignus. Dicitur tertio quantum ad mate-

materiam quæ tangitur de nouo peccato mortali omittentis pœnitentiam iniunctam à confeſſore pro mortalibus, quòd nulla ratione apparet omiſsionem huiuſmodi eſſe peccatum mortale, vt patet diſcurrendo per omnia concurrentia ad huiuſmodi actum, iniuncta ſiquidem à confeſſore pro mortalibus ſatisfactio, quatuor habet capita. primum eſt, quòd eſt iudicata & præcepta è Chriſti vicario: & hinc ſatisfactio fit actus iuſtitiæ cuiuſdam & obedientiæ, & hinc ſatisfactionis omiſsio non habet peccati mortalis rationem, ſi de ſit contemptus, qui cõtrariatur præcepto: & abijcere gratiam iudicij facti. Secundum eſt ex parte pœnitentis, quod eſt actus pœnitentiæ & charitatis: & hinc nulla eſt in omiſsione ratio peccati mortalis, niſi actus iſtæ iuſtitiæ, pœnitentiæ & charitatis ſit neceſſarius ad ſalutem. Quod conſtat eſſe falſum: quia actus iſte non eſt neceſſarius ad dilectionem Dei, aut ſuiipſius, aut proximi: quoniam verſatur circa ea, quæ ſunt ad finem, ſcilicet ſolutionem pœnæ temporalis: quam poteſt pœnitens reſeruare ſibi in purgatorio abſque mortali offenſa Dei. Tertium eſt ex parte finis. quòd eſt expiatiua pœnæ pro peccato debitæ: & hinc, vt nunc monſtratum eſt, non habet omiſsio, quòd ſit mortale peccatum, ſed quòd ſit reſeruatio luendæ pœnæ. Quartum eſt, quòd eſt pars ſacramenti: & hinc, quòd omiſsio non conſtituat ſacrilegium ex eo apparet, quòd eccleſia vtitur pœnitentiæ ſacramento quandoque abſque hac tertia parte (vt patet de pœnitentibus in fine, quibus non imponitur ſecundum canones ſatisfactio) & ex eo quòd ſi quis ſua ſponte ante confeſſionem ſatisfeciſſet, non eſſet imponenda ſatisfactio aliqua à confeſſore. Nec deſunt dicentes poſſe pœnitentem malè paratum ad ſuſcipiendam ſatisfactionẽ in hac vita, abſolui reſeruata ſatisfactione in purgatorio: ex his enim omnibus habetur, quòd omiſsio huius partis ſacramenti nõ eſt peccatum mortale ex ſuo genere. Vnde quum ſatisfactio à confeſſore non imponatur, niſi vt deſcripta eſt, & vt ſic illius omiſsio non habeat ex ſuo genere rationem peccati mortalis, concludendum eſt peccare quidem omittentem iniunctam ſatisfactionem (quum agat præter obedientiam & alias virtutes) non tamen mortaliter, deficiente contemptu, quum nec contra obedientiam, charitatemue omittat.

¶ Ad tertium dicitur, quòd diſtinctio inter per ſe & per accidens euitat hæc inconuenientia: pœnam ſiquidem temporalem fieri per ſe æternam eſt inconueniens; per accidens autem æternari non inconueniens. Sic autem eſt in propoſito: quoniam temporalis pœna amicè ſoluenda propterea ordinatur in inferno, quia nunquàm amicè ſoluitur. Vnde nec propterea redeunt ſimpliciter dimiſſa peccata, nec æquè punitur pro peccato dimiſſo & pro non dimiſſo, ſi enim redirent ſimpliciter deberetur per ſe pœna æterna: & ſimiliter peccato non dimiſſo deberetur per ſe pœna æterna. In propoſito autem æternitas pœnæ inuenitur per accidens; non tamen ſicut in pœna venialium. ratio enim proxima æternitas pœnæ perſeuerantium venialium in inferno eſt æternitas culpæ: perſeuerante enim culpa ſemper debet perſeuerare pœna. Ratio autem æternitatis pœnæ in propoſito eſt defectus acceptabilitatis, quia ſcilicet ſolutio pœnæ nunquam eſt acceptabilis, quia nunquam ſoluitur amicè.

TRACTATVS SEPTIMVS de Miniſtro ſacramenti pœnitentiæ, cuius vnicum eſt Quæſitum.

QVAESTIO VNICA

An ſacramenti pœnitentiæ miniſter poßit eſſe ſacerdos abſque iuriſdictione?

Circa Miniſtrum ſacramenti pœnitentiæ quæritur an poßit eſſe ſacerdos abſque iuriſdictione. Et eſt ratio dubij. Tum quia confeſſor ſummi pontificis miniſtrat ei ſacramentum pœnitentiæ ſola poteſtate ordinis: quum poteſtatem iuriſdictionis ſuper eum habere nequeat. Tum quia videtur communiter dici, quòd ſola poteſtas ordinis ſufficit ad abſoluendum à peccatis venialibus. Tum quia videtur etiam communiter dici, quòd poteſtas ordinis ex ſe ſe extenderet ad omnes abſoluendos, niſi per eccleſiam eſſent limitatæ iuriſdictiones.

¶ IN OPPOSITVM eſt decretal. omnis vtriuſque ſexus.

¶ Ad euidentiam huius ſciendum eſt, quòd licet multa doctorum verba ſonare videantur, ſolam ordinis poteſtatem quandoque ſufficere ad hoc ſacramentum, ſecundum tamen rei veritatem nunquam ſufficit. ſed ſemper exigitur vltra poteſtatem ordinis, authoritas iuriſdictionis aliquo modo. Et hoc quidem non ſolum per eccleſiam determinatum eſt, ſed ex ipſa ſacramenti natura habetur. legitimus enim in concilio Flo. ſub Eugenio 4. quòd miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos habens authoritatem ordinariam vel delegatam. Ex quo patet quòd ſacerdos ſola ordinis poteſtate fultus, non eſt miniſter huius ſacramenti. Et quum in propoſito non habeat locum diſtinctio illa de miniſtro ex officio vel in articulo neceſsitatis ſicut in Baptiſmo, oportet dicere, quòd ſi ſacerdos ſola ordinis poteſtate abſoluat, ſacramentum nullum eſt, quia deficit miniſter. Eſt quoque ſacramentum hoc ex ſua natura iudiciale: quoniam forma eius conſiſtit in actu iudicis, vt ſic, actus autem iudicialis, etiam ſi fingendi detur licentia, non poteſt intelligi exerceri, niſi in ſubditum: igitur non ex eccleſiæ conſtitutione, ſed ex ipſius ſacramenti iudicialis natura exigitur poteſtas iuriſdictionis in hoc ſacramento. Dupliciter autem contingit haberi poteſtatem iuriſdictionis: primò ex parte principij iudicandi, ita, quòd poteſtas ipſa iuriſdictionis ſit principium calefaciendi, & in politicis poteſtas principis eſt principium puniendi, & in eccleſiaſticis poteſtas pontificia eſt principium excommunicandi, & in huiuſmodi. Alio modo inuenitur iuriſdictio ex parte eius, qui iudicandus eſt, ſicut contingit in iudicio arbitrorum, à partibus tantum poteſtatem habentium, ex hoc ipſo quòd illis ſe ſubmittunt, illa eſt. In miniſtro verò ſacramenti pœnitentiæ quum ordinaria vel delegata à ſuperiori poteſtate eſt miniſter, licet inueniatur poteſtas iuriſdictionis primo modo: ad miniſtrandum tamen ſacramentum pœnitentiæ ſufficit poteſtas iuriſdictionis ſecundo modo. Et ratio eſt: quia ſacramentalis abſolutionis principium non eſt poteſtas iuriſdictionis, ſed poteſtas ordinis. poteſtas autem iuriſdictionis concurrit quo ad hoc ſolum, quòd facit de peccatore ſubditum, vel ſimpliciter, vel quo ad talia peccata. Et hinc

ſi, vt

ſit,vt quicunque poteſt ſe ſubiicere in ſoro pœnitentiali cui vult,non egeat aliunde iuriſdictione in miniſtrãte ei hoc ſacramentum.

Et per hoc patet reſponſio ad primum : ex hoc enim ꝙ ſummus Pontifex nulli in terris ſubditus eſt , poteſt ſeipſum ſubdere in foro pœnitentiali cuilibet ſacerdoti,nec confeſſor ille habet,propriè loquendo,poteſtatẽ iuriſdictionis ſuper Papa pœnitente,à Chriſto , vel ab ipſo Papa tanquam à ſuperiore : ſed ex hoc ipſo ꝙ Papa ſe ſubdit illi. Et hic modus iuriſdictionis reductiuè ſpectat ad iuriſdictionem delegatam: quamuis propriè non ſit delegata.

¶ Ad ſecundum dicitur,quòd quia quo ad peccata venialia quilibet eſt liber reſpectu ſacramenti pœnitentiæ(eo ꝙ nullus tenetur confiteri venialia)ideo ſatis rationabile eſt , quòd quilibet poteſt ſe ſubdere cui vult ſacerdoti pro ſacramento pœnitentiæ venialium. Et ſic inuenitur hic non ſola poteſtas ordinis,ſed poteſtas iuriſdictionis reductiue:quæ quia non eſt propriè delegata,tacita videtur à dicentibus,quod ſola poteſtas ordinis miniſtrat ſacramentum venialibus:quum tamen ſecundum veritatem ſi nullo modo interueniret,nullum eſſet peccatum,vt dictum eſt. Caue tamen ne huiuſmodi iuriſdictionem extẽdas ad abſolutionem ab excommunicatione minori,etiam per peccatum veniale incurſa:nam quia excommunicatio minor vinculum eſt introductum à poteſtate iuriſdictionis,quæ eſt principiũ iudicii, impoſſibile eſt quòd ſine huiuſmodi poteſtate iuriſdictionis,quæ eſt principium actuum iudicialium, abſoluat quia ab excommunicatione minori.vnde quãuis habens venialia tantum poſſit à quocunque ſacerdote pœnitentiæ ſacramentum ſuſcipere ex hoc ipſo.ꝙ ſe ſubdit illi non poteſt tamen à quocunque ſacerdote abſolui ab excommunicatione minori,ſed ſi illam habet,oportet prius à proprio ſacerdote ab illa abſolui.

¶ Ad tertium dicitur,quòd illud dictum poteſt dupliciter intelligi vel vt omnes ſacerdotes à principio ex hoc ipſo,quòd erant ſacerdotes,poterãt omnes abſoluere:vel quòd omnes ſacerdotes inſtituebantur non ſolùm ſacerdotes communes : ſed iudices communes in foro pœnitentiali.Primus ſenſus eſt falſus: quia de neceſſitate ſacramenti iudicialis eſt iuriſdictio. Secundus ſenſus eſt verus,ſuppoſita veritate dicti,quoniam ante diſtinctiones parochiarum,&c.ſacerdotes vtranque poteſtatem accipiebant:ita quod tunc erant & ſacerdotes communes & iudices communes,poſtea autem ordinãtur quidam ſacerdotes communes,fiunt autem iudices proprij,aſſignando eis plebes proprias. Et multi relinquuntur ſacerdotes communes qui nunquam fiunt iudices,nec communes,nec proprii : vt patet de his , qui non ſunt expoſiti ad audientiam confeſſionum,nec aliquis ſe ſubdit eis quo ad venialia.

TRACTATVS OCTAVVS, de indulgentiarum Theſauro in quatuor Quæſtiones diuiſus.

1 *Num aliquis theſaurus ſit neceſſarius ad efficaciam indulgentiarum.*

2 *Num, & quibus ſatisfactionibus & meritis cõſtet theſaurus indulgentiarum.*

3 *Num ſatisfactiones ex quibus eſt theſaurus indulgentiarum ſint Chriſti merita,& ſanctorum.*

4 *Num theſaurus indulgentiarum ſubdatur Papæ abſque ſacramentorum collatione*

CIRCA Indulgentias poſt tractatum quendam alias editum , & plures quæſtiones in ſecundo quolib. poſitas,iam tertio ſcribendum occurrit tripertita conſideratione. Primo de theſauro. Secundo de cauſa. Tertio de ſuſcipientibus.

¶ Circa theſaurum occurrunt quatuor quærenda : primum , an aliquis theſaurus ſit neceſſarius ad efficaciam indulgentiarum. Secundo , ex quibus conſtat dictus theſaurus. Tertio,quorum ſint,vel fuerint repoſita in dicto theſauro. Quarto , an dictus theſaurus ſubſit diſpenſationi ſummi Pontificis.

QVAESTIO I.

Num theſaurus aliquis ſit neceſſarius ad efficaciam indulgentiarum.

CIrca primum(an theſaurus aliquis ſit neceſſarius ad efficaciam indulgentiarum) ſciendum eſt, ꝙ ex duplici capite dubitatio hæc oritur . Vel ex eo quod creditur Papam poſſe facere effectum indulgentiæ authoritatiuè, ſicut poteſt abſoluere ab excommunicatione:ſic quòd ita poteſt abſoluere a debito pœnarum temporalium, quas pœnitentes pro ſuis debent peccatis,ſicut poteſt abſoluere à vinculis ſuſpenſionis , interdicti & huiuſmodi . Vel ex eo creditur effectum indulgentiarum non eſſe aliud , quam ſolutionem eccleſiaſtici vinculi quod pœnitens alligatus eſt ad iniunctas pœnitentias . Ex vtraque ſiquidem opinione ſequitur nullo opus eſſe theſauro ad efficaciam indulgentiarum , vt manifeſte patet.

¶ Prima autem opinio eſt Franciſci Maironis in 4 diſtin.19. Et fundatur ſuper verbo Chriſti. Quodcunq; ſolueris ſuper terram,&c. Hinc enim vult Papam veluti principem Chriſtianæ R.ipub. conſtitutum : & poſtea ex regulari poteſtate principum,qua quilibet princeps habens plenariam poteſtatem,poteſt remittere debita peccatoribus in ſua politia,infert Papam poſſe remittere debita pœnarum temporalium,quas pœnitens tenetur in hac vita, vel in purgatorio exoluere. Firmãque hoc,inducendo quod ſacerdos abſoluendo traſfert pœnam æternam in temporalem:ac per hoc de foro inferni in forum temporalem , &c. Sed hic dicendi modus tripliciter errat.Primo in hoc,quod non diſtinguit inter forum pœnitentialem & forum extrinſecæ iuriſdictionis eccleſiaſticæ.Papa enim,licet ſit quaſi princeps in foro eccleſiaſticæ iuriſdictionis exterioris (cuius ſignum eſt, quod eſt ſolutus eccleſiaſticis pęnis & legibus,vt princeps (in foro tamen pęnitentiali eſt ſubditus : vnde & poteſt & ſolui & ligari a ſacerdote in foro pęnitentiali , & poteſt & debet ſibi negari abſolutio,ſicut & reliquis ficte accedentibus ad ſacramentum pęnitentiæ . Pęna autem temporalis pro peccatis actualibus poſt contritionem & confeſſionem debita non ſpectat,ad extrinſecum forum , ſed ad forum pęnitentialem. Quod etiam ex eo patet , quod eſt eiuſdẽ rationis cũ ſuis ſatiſpaſſionibus,quæ remiſſæ ſunt ex virtute clauium vel per ſatiſfactionem pęnitentialem,vnde quo ad hoc non habet Papa a Chriſto poteſtatem tanquam princeps,ſed tanquam miniſter. Secundo errat in hoc quod non diſcernit inter cauſam debitorum : nam ſi princeps nõ poſſet remittere cauſam debiti, nec ipſum debitum remittere poſſet. Vnde quum Papa non poſſit remittere cauſam debiti) quoniam cauſa debiti eſt peccatum : Papa autem non poteſt etiam veniale remittere peccatum) non igitur ad poteſtatem principatus eius ſpectat remittere pęnam ex peccato debitam. Tertio errat non diſcernens modum po-

tentiæ, aliud eſt enim Papam poſſe remittere huiuſmodi pœnas, aliud eſt Papam poſse tali modo remittere huiuſmodi pœnas. Dato enim, quòd Papa poſſit, ſicut & ei veritas eſt, quod poteſt ex illo Chriſti uerbo, Quodcunque ſolueris. &c. non tamen ſequitur, poteſt hoc tali modo, puta ſolo iuſſu, ſtat enim ꝙ pôt hoc alio modo, puta per eccleſiaſtici theſauri diſpenſationem. Et hoc patet in ſimili, nã ſicut Chriſtus dixit Petro, Quodcunque ſolueris, &c. ita dixit diſcipulis, Quorum remiſeritis peccata, &c. & ſicut non valet, Diſcipuli ſeu ſacerdotes poſsunt remittere peccata, ergo poſsunt ſolo iuſſu ſeu authoritate (ſed ſtat, quòd poſſunt alio modo ſcilicet miniſtrando ſacramentum pœnitentiæ) ita non valet, Papa poteſt quodcunque ſoluere ſuper terram, ergo ſolo iuſſu ſeu authoritate hoc poteſt, ſtat. n. quòd hoc poſsit diuerſimodè, quo ad exteriora ſiquidem ſolo iuſſu, quo ad intima verò, peccata ſcilicet & eorum pœnas, apud Deum mediante ſacramento quo ad peccata, mediante verò diſpenſatione theſauri, quo ad dictas pœnas. Nec ſacerdos aliter quàm per ſacramentum transfert pœnam æternam in temporalem.

¶Secunda autem opinio verborum ſonum habens pro ſe (pro quanto indulgentiæ ſonant pro iniunctis pœnitentiis) fundatur ſuper hoc, quòd pœna debita à penitente apud diuinam iuſtitiam eſt reſeruata ſuperiori tribunali, ſcilicet ipſius diuinæ iuſtitię, ac per hoc non poteſt ab inferiori (qualis eſt Papa) remitti, niſi Papa poſſet ſupra ius diuinum, quod conſtat eſſe falſum. Et hæc opinio tripliciter errat. Primò diminutiſſimè exponendo remiſſionem iniunctarum pœnitentiarum, dum exponit pro remiſſione ſolius vinculi, quum enim ipſa uerba ſonent remiſſionem ipſarum iniunctarum pœnitentiarum, & non ſolius uinculi iniunctionis, non enim dicitur, quod relaxamus iniunctionem, ſed quod relaxamus iniunctas pœnitentias. Secundò, quod impietatem tribuit eccleſiæ, nam ſi indulgentia liberaret à ſola iniunctione pœnitentiæ, impiè ageret eccleſia dando indulgentias, quoniam abſoluendo à uinculo iniunctionis, transmitteret pœnitentes ad pœnas purgatorii, à quibus liberati fuiſſent exequendo iniunctas pœnitentias. Vnde magna impietas eſſet, dicere ſe facere gratiam dando indulgentiã. Tertiò errat in hoc, ꝙ non diſcernit inter poſſe remittere miniſterialiter, & poſſe remittere authoritatiuè. Licet enim Deo debita ſolus Deus authoritatiuè remittere poſsit, homo tamen miniſter Dei, diuina authoritate ſibi conceſſa poteſt Deo debita remittere miniſterialiter, nec ſolùm debita pœnarum, ſed etiam debita culparum, ut patet in ſacramento pœnitentiæ. Nec hoc eſt poſſe ſupra ius diuinum, ſed eſt miniſterialiter fungi authoritate diuina.

His igitur excluſis opinionibus, quia ex fine neceſſitas medii ſumitur, finis autem & effectus in huiuſmodi coincidunt (ſanitas enim eſt finis, & effectus medicinæ) ideo ſtabiliendus eſt effectus indulgentiarum ex his quæ certa ſunt. Et quoniam certum eſt, omni hoc atteſtante eccleſia, indulgentias ſuccedere loco iniunctarum pœnitentiarum, conſequens eſt, quòd idẽ eſt effectus indulgẽtiæ, qui erat futurus effectus iniunctæ ſatisfactionis pœnitentialis. Conſtat autem ꝙ per iniunctam ſatisfactionem penitentialem dignè exequutam ſoluitur pœna temporalis pro actuali peccato debita apud diuinam iuſtitiam (hoc enim uniuerſalis credit eccleſia) igitur per indulgentiam loco ſatisfactionis ſuccedentem, ſi ueraciter ac digne acquiſita fuerit, ſoluetur quoque tantum de pœna temporali pro actuali peccato debita apud diuinam iuſtitiam, quantùm apud eandem æquiualet indulgentia acquiſita. Et hæc ratio non eget ampliori confirmatione, quum iam determinatum ſit per eccleſiam Romanam id, quod communis doctorum opinio ſentiebat, ſcilicet effectum indulgentiarum eſſe remiſſionem pœnę temporalis pro peccato actuali debitæ apud diuinam iuſtitiam: ſed hinc ſumenda eſt neceſsitas quæſiti theſauri. Vnde conſiderandum eſt, quòd remiſsio peccatorum, vt tota clamat ſcriptura, effectus eſt paſsionis Chriſti: ita quòd cuicunque remittitur peccatum, ſiue quo ad culpam, ſiue quo ad pœnam, ex virtute paſsionis Chriſti remittitur. Credimus autem in huiuſmodi remiſsione ſicut & in vniuerſis viis Domini non ſolùm miſericordiam, ſed etiam iuſtitiam inueniri: miſericordiam quidem in hoc, ꝙ miſeriam peccatoris computat Chriſtus quaſi ſuam: iuſtitiam verò in hoc, quòd meritum ac paſsio Chriſti communicatur peccatori, quaſi peccator ipſe pateretur: vt ſic peccator debitum Deo ſoluat de ſuo, non per ſeipſum ſed per Chriſti cõmunionem acquiſito: vt patet in Baptiſmo: in quo propterea fit plenaria peccatorum remiſsio, quia pleniſſimè commoritur & conſepelitur Chriſto baptizatus. Ex quibus formatur talis ratio. Ad remiſſionem peccatorum, ſiue quo ad culpam, ſiue quo ad pęnam per ſacramenta habendam, exigitur theſaurus aliquis, puta meritorum paſſionis Chriſti remanentium in diuina acceptatione: ergo à fortiori ad remiſſionem peccatorum quo ad pœnam tantùm per indulgentiam, exigitur aliquis ſimilis theſaurus. Antecedens patet diſcurrendo per ſacramenta, & eccleſiæ doctrinam, quã diximus. Conſequentia verò ex ſe eſt ſatis euidens: quoniam omnis ratio expoſcit quòd diuina prouidentia ſi ſubiicientibus ſe ſacramentis ordinauit, non remitti pęnam peccatorum, niſi computando pęnã Chriſti pro his, quibus remittitur, multò magis ordinauit non remitti pęnas peccatorum per indulgentias, niſi computando alienas pęnas pro acquirentibus indulgentias: quandoquidem ſubmittere ſe indulgentiis, multo minus eſt, quàm ſubmittere ſe ſacramentis. Eſt igitur ad efficaciam indulgentiarum theſaurus aliquis neceſſariùs non minus, quàm ad efficaciam ſacramentorum.

QVAESTIO II.

Ex quibus conſtet theſaurus, vnde fiunt indulgentia.

Circa ſecundum quæſitum (ex quibus conſtet theſaurus, vnde fiunt indulgentiæ) ratio dubitandi eſt: quoniam interdum merita, interdum paſsiones, interdum ſatisfactiones dicuntur eſſe ea, quæ ſunt in hoc theſauro repoſita. Veritas autem (vt patebit) formaliter explicatur per ſatisfactiones ſuperfluas.

AD CVIVS euidentiam non aliunde quam ex fundamento prius poſito procedendum eſt, ex hoc ſcilicet, quòd indulgentiæ ſuccedunt loco pęnitentialium ſatisfactionum. Hoc enim dictum oportet cum grano ſalis ſumere. In pęnitentiali ſiquidem ſatisfactione dignè exequuta (puta ieiunio) conſiderandum eſt quadruplex officium habet enim huiuſmodi opus quatuor officia, ſcilicet bonificandi, medendi, merendi, & ſatisfaciendi. Nam ex eo quòd eſt opus bonum bonificat operantem, & diſponit illùm ad alia bona opera. ex eo verò quòd eſt tale opus (puta ieiunium) medicinam præbet contra carnis concupiſcentiam, ſicut eleemoſyna contra auaritiam, &c. ex eo autem quòd à charitate procedit, meritorium eſt vitæ æternę, & ex eo demum quòd pęnale ſatisfactorium eſt pro pęna temporali pro peccato debita: ſoluitur enim pęna abſque omni con-

tradictione

tradictione per opus pœnale vt ſic:indulgentia autem non ſuccedit loco ſatisfactionis pœnitentialis,niſi quo ad vltimum officium quod eſt ſatisfacere: nam ex vi indulgentiæ non fit homo bonus,nec medicatur, nec meretur,ſed ſolummodo ſoluit pœnam,quam per pœnitentiam ſoluiſſet. Et propterea doctores conſulunt, aſſequentibus indulgentias, adimplere nihilominus ſuas pœnitentias:& meritum longè melius eſſe prædicant quàm indulgentiam, Nec propter hoc tamen vilipendendæ ſunt indulgentiæ: quoniã ſalutares ſunt tollendo pœnam quæ impediret ingreſſum cæleſtis patriæ. Notanter autem dixi ex vi indulgentię,quoniam ſi indulgentiæ mixtum cointelligatur opus ſanctum, quo acquiritur indulgentia,puta eleemoſyna, aut aliquid huiuſmodi, ſic mixta intellecta indulgentia melior eſſe poteſt, quàm ſatisfactio pœnitentialis. Nam nullum officiorum inuentorum in ſatisfactione pœnitentiali ſibi deficit, eſt enim dignè data eleemoſyna pro acquirenda indulgentia,reddens bonum,& diſponens ad bona opera dantem illam, & præbet medicinam contra cupiditatem pecuniæ,& eſt meritoria vitæ æternæ,& eſt ſatisfactoria ex propria pœnalitate: & vltra hæc ſuperuenit ſibi ſolutio pœnæ, ſeu ſatisfactio per indulgentiam. Ex hoc igitur, quòd indulgentia pura ſuccedit ſatisfactioni pœnitentiali ſolummodo quo ad vim ſatisfactiuam,manifeſtè ſequitur,quòd theſaurus indulgentiarum,theſaurus eſt ſatisfactionum, quæ quia per opera pœnalia, & meritoria ſunt,ideo idem dicitur theſaurus paſſionum & meritorum; quatenus ſatisfactoria ſunt. Rationabile autem vltra dicta in præcedenti articulo monſtratur eſſe, debere eſſe theſaurum hũc theſaurum ſatisfactionum,ſeu meritorum quatenus ſatisfactoria,ex eo quòd vnus pro alio & in temporalibus,& in ſpiritualibus ſatisfacere poteſt: nõ medicatur autem nec fit bonus, nec meretur vnus pro alio. ſunt igitur ea quæ ſunt repoſita in hoc theſauro, ſatisfactiones. Quòd autem non quæcunque ſatisfactiones, ſed ſolæ ſuperfluæ in eodem reconditæ ſint, ex eo patet,quòd ſatisfactiones illæ, quibus ſatisfaciẽtes indiguerunt pro ſeipſis, iam ceſſerunt in ſolutionẽ pœnarum debitarum pro propriis peccatis: & propterea nõ poſſunt pro aliis ſoluere. Et ſimile eſt iudicium de ſatisfactionibus, quæ pro quibuſdam determinatè oblatæ ſunt: ſunt enim & ipſæ ſortitæ ſuum effectum. Quia igitur oportet ſatisfactiones in theſauro repoſitas pro alienis pœnis ſoluendis offerri poſſe, oportet huiuſmodi ſatisfactiones eſſe ſuperfluas,ita quòd nec pro his,qui illas gerunt,nec pro aliis hactenus ſatisfecerint: hoc enim eſt merita, ſeu opera eſſe ſuperflua, quo ad officium ſatisfaciendi.

Obiectiones autem,quæ ingerere videntur plus requiri ad recondita in hoc theſauro,puta quòd non ſolum ſint ſatisfactiones ſuperfluæ,ſed etiam non plenè remuneratæ,in ſequenti articulo monſtrabuntur vanę. Et ideò cõcludendum eſt,theſaurum indulgentiarum eſſe theſaurum ſuperfluarum ſatisfactionum,ſeu meritorum,quatenus ſuperfluunt quo ad officium ſatisfaciendi pro pœna actualibus peccatis debita.

QVAESTIO III.

Quorum ſint ſatisfactiones, ex quibus conſtat theſaurus, vnde ſiunt indulgentiæ.

Circa tertium de theſauro quæſitum (ſcilicet quorum ſint huiuſmodi ſuperfluæ ſatisfactiones) dubitandi ratio eſt, quia dicitur,quòd ſunt Chriſti & Sanctorum: multis tamen doctoribus aduerſantibus. Dum quidã nec in Chriſto, nec in Sanctis ſuperfluas concedunt ſatisfactiones; quidem autem eſſi in Chriſto concedunt, de Sanctis tamen dubitant. Franciſcus igitur Maironis in quarto diſtinct. 16. negans omni ex parte huno theſaurum, dicit nulla eſſe Chriſti ſuperflua merita: quoniã omnia ſunt plenè ſibi remunerata: iuxta illud: Exinaniuit ſemetipſum,factus obediẽs vſque ad mortem,propter quod & Deus exaltauit illum,& dedit ei nomen,&c. Durandus verò in quarto diſtinct. 20. Chriſti quidem ſuperflua merita in theſauro eſſe affirmat, de ſanctorum verò ſuperfluis meritis dubitat duplici ratione. Prima communis ſibi & Franciſco: quia merita Sanctorum ſunt pleniſſimè remunerata, imò vltra cõdignum: quoniam non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam.

Secundò, quia ad hoc quòd ſatisfactio vnius valeat pro alio, exigitur intentio dirigens,& applicans ſatisfactionem illam ad alium: de nullo autem ſanctorum authentice conſtat,quòd habuerit intentionem ſatisfaciẽdi pro nobis: non igitur ſanctorum ſunt merita ſatisfactoria ex quorum theſauro ſiunt indulgentiæ.

¶ Sed horum opinio tam in rationibus,quàm in cõcluſione,falſa & irrationabilis inuenitur. Et à Chriſto inchoando, falſiſſimum eſt Chriſti merita eſſe remunerata: quum Chriſtus meruerit nobis,& continue remuneretur in membris ſuis: vt patet in baptizatis,qui non proprio, ſed Chriſti merito ad cæleſtem perueniunt patriam. A ratione quoque hoc alienum eſt: quoniam Chriſtus eſt caput myſtici corporis,quòd eſt eccleſiæ,ac per hoc gratia eius eſt gratia capitalis & proinde meritum eius ita ſe habet ad membra eius ſicut meriti priuati hominis ſe habet ad corpus ſuũ:& propterea ſicut quilibet homo meretur nõ ſolũ animæ,ſed ẽt corpori ſuo: ita Chriſtus non ſolum ſibi, ſed aliis meruit Imò maius quid meruit nobis, quam ſibi: quia nobis meruit beatitudinem, quã ſibiipſi non meruit ſed ſine merito a principio conceptionis ſuæ habuit Authoritas autem Apoſtoli non dicit,merita Chriſti fuiſſe plene remunerata in ſeipſo ſed duo illius præmia narrat,ſcilicet exaltationẽ ipſius,& excellentiã ſui nominis,meruit enim præter hæc multa alia Chriſtus. vt patet ex ſupradictis à diuo Thom. De Sanctorum autem remuneratione duo dicenda ſunt. Primum nõ curando de proprietate vocabuli,ſed communicando in vocabulis cum arguentibus,deinde propriè loquendo de remuneratione. Loquendo ſiquidem de remuneratione communiter,ſiue ſit propriè remuneratio, ſiue non, diſtinguendum eſt quòd merita Sanctorum quo ad aliquid, ſunt totaliter remunerabilia in ipſis Sanctis quo ad aliquid verò non ſunt totaliter remunerabilia in ipſis Sanctis: & quo ad hoc ſuperfluunt in ipſis Sanctis, & ponuntur in theſauro remanentia in diuina acceptatione, remuneranda in aliis. Merita ſiquidem Sanctorum, licet ſecundum reliqua officia ſua poſſint remunerari in ipſis Sanctis: ſecundum tamen hoc officium, quòd eſt ſatisfacere pro pœna temporali peccatis actualibus debita, remunerari non poſſunt in ipſo Sancto ſi non eſt debitor alicuius temporalis pœnæ pro ſuo peccato actuali: ex hoc enim ipſo, quòd Sanctus ponitur non debitor talis pœnæ neceſſariò ſequitur quòd non ſit capax talis remunerationis, ſcilicet quòd ſatisfactio ſua valeat ſibi ad ſolutionem pœnæ pro ſe. Si ſupponamus ergo (quod poſtea probabitur) Sanctos plus ſatisfeciſſe, quàm pro propriis peccatis erant debitores: oportet conſequenter dicere, quòd ſatisfactiones ſuæ inquantum excedunt ſua debita, non ſunt remuneratæ in ipſis Sanctis: quia ipſi non indigebant ſolutione pœnarum: quæ eſt ſeu dicitur remuneratio ſatisfactionis, abuſiuè (vt dictum eſt) de remuneratione loquendo. At ſi propriè loquendũ eſt de remuneratione, dicẽdũ

eſt, quod merita Sanctorum omnia ſunt pleniſſimè remunerata ſibi: ita quòd etiam ipſæ eis ſuperfluæ ſatisfactiones ſunt pleniſſimè remuneratæ, vel remunerandæ in ipſis Sanctis: quoniam quicquid inde meruerunt, totum eorum erit, ſiue ſit præmium eſſentiale, ſiue accidentale. Sed pleniſſima remuneratio non minuit vim ſatisfactiuam pro aliis: quoniam ſoluere pro ſe vel alio, non eſt meritum, aut merces, aut remuneratio quæcunque. Actus enim ſatisfaciendi, quia Sanctis proceſſit, pro quanto fuit mereri remuneratus eſt vita æterna, &c. Et curſus pro quanto fuit tale opus pœnale ſibi, remuneratus eſt gaudio accidentali: gaudebit .n. de hoc, quòd plus paſſus eſt, quàm peccata ſua demeruerint: vnde & laureola datur quibuſdam generibus operum ex ipſa exequutione. Sed propter huiuſmodi & quaſcunque alias remunerationes non perdit actus ille officium ſuum, quòd eſt ſoluere pro pœna temporali actualis peccati proprii vel alieni: imò quum contingit ſuperfluam ſatisfactionem Laurentii ſoluere pro pœna debita Ioanni pœnitenti, gaudium quoddam accidentale Laurentius in cœlo habebit de hoc quòd ſatisfactio ſua ſoluit pro Ioanne. Interuenit igitur in huiuſmodi ratione ſuper plena remuneratione meritorum fundata, error in hoc, quòd ſatisfacere ſeu ſoluere pœnam temporalem pro actuali peccato debitam inter remunerationes ſeu remunerabilia computatur: quum longè ſit à genere tam meriti, quàm mercedis, vt etiam atteſtantur doctores, tenentes huiuſmodi reſiduas pœnas ſi contingat inueniri in damnatis, poſſe ſolui in inferno, vbi conſtat non inueniri meritum aut mercedem. Atteſtatur etiam & communis doctrina, tenens in purgatorio ſolui huiuſmodi pœnas: & tamen in huiuſmodi ſolutione non mereri neque remunerari. Quia ergo pleniſſima remuneratio quantumcunque vltra condignum, non tollit à meritis Sanctorum ſuperfluens officium ſatisfaciendi pro pœna temporali actualium peccatorum, ſi conſtat Sanctorum merita plus eſſe ſatisfactoria, quàm ipſi eſſent debitores, nihil obſtabit ratio de plena remuneratione. Quod autem ſancti plus ſatisfecerint, quàm demeruerint, teſtatur Iob 6.c. dicens, Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quã patior in ſtatera: quaſi arena maris hæc grauior appareret. Vbi clarè liquet Iob plus paſſum fuiſſe, quàm pro peccatis ſuis debuerit pati, in ſuperabundantia ſatisfactionum. vt patet ea antedictis. Simile autem eſſe de multis aliis iudicium, nemo dubitat. De intentione vero Sanctorum, quod ſcilicet fuerit pati pro nobis, teſtatur Apoſtolus ad Coloſ.1. dicens, Adimpleo ea quę ſunt paſſionum Chriſti, in carne mea, pro corpore eius quod eſt eccleſia. Vbi manifeſtè patet, diuinam prouidentiam diſpoſuiſſe paſſiones aliquas in carne Sanctorum, ſpectare ad complementum paſſionum Chriſti pro corpore eius quod eſt eccleſia, & hanc diuinam ordinationem Sanctos adimplere ſuis paſſionibus ſuperabundantibus.

Ex quibus Omnibus patet, argumenta ſupradictorum doctorum falſa eſſe. De concluſione autem non eſt amplius dubitandum, quoniam iam per Romanã eccleſiam determinatum eſt indulgentias fieri ex theſauro ſuperabundantium meritorum ſeu paſſionum Chriſti & Sanctorum. Quæ etiam concluſio quo ad ſuperabundantiam paſſionum Chriſti pro nobis fundamentum habet in Scriptura primæ Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed totius mundi. Ex qua authoritate patet paſſionem Chriſti ſufficienter ſatisfacere pro toto mundo: & per hoc quum exequutiuè pro paucis tantum ſatisfaciat, infinitum theſaurum ſatisfactionum Chriſti ſupereſſe in ſacramentis, quibus eadem Chriſti paſſio ſatisfacit. De ſanctorum autem ſuperabundantibus meritis quo ad officium ſatisfaciendi pro nobis, fundamentum eſt in Scriptura in locis allegatis ex Iob et Apoſtolo. Vnde apparet quàm rationabiliter eccleſia Rom. determinauerit.

¶ Et ſi quæratur, ad quid vtilis erit tanta ſuperabũdantia ſatisfactionum Chriſti & Sanctorum, quanta ſecundum prædicta ſupererit poſt vniuerſale iudicium quando nulli amplius proderit, dum pro nullo amplius ſoluere poterit pœnam pro peccato debitam, dicendum eſt, quod hoc ipſum quod eſt materia Chriſti & Sanctorum, vt ſatisfactoria tam excellenter ſuperare omnes quæ ſoluendæ fuerant, pœnas, non eſt vanum, ſed ad gloriam Chriſti, & Sanctorum, & ad commendandam libertatem ſaluationis electorum. Hæc enim ſuperabundantia meritorum atteſtatur quod nõ ex inſufficientia ſatisfactionum Chriſti & Sanctorum damnati ſunt reprobi, quaſi ſolis electis illa ſuffeciſſent, ſed ex propria iniquitate damnati ſunt reprobi, pro quibus ſufficiens remanet ſatisfactio, ſi diuina miſericordia ad illos eam applicare vellet.

¶ Si autem quæritur, ad quid ſuperabundans ſatisfactio Sanctorum ponitur, quum Chriſti ſatisfactio ſufficientiſſima ſit pro toto mundo, reſpondendum eſt hoc propterea eſſe, vt Chriſti membra ſimillima eſſent capiti, videmus enim diuinam prouidentiam diſpoſuiſſe, ꝙ Chriſti membra præſertim præcipua, ſibi aſſimilarentur quantum fas eſt. Vnde ſicut ſunt Sancti quidam aliorum curatores, quidam aliorum doctores, quidam qui pro aliis merentur, de congruo tamen quidam qui pro aliis impetrant, ita quidam ſunt alienarũ pœnarum ſatisfactores, ita vt aſſimilentur Chriſto etiã in hoc ꝙ pro aliis paſſus eſt, dum & ipſi qui patiuntur, plus quàm demerentur, pro aliis ſatisfaciunt.

QVAESTIO IIII.

An hic theſaurus ſubditus ſit diſpenſationi Papæ aliter, quàm per ſacramentorum collationem.

CIrca Quartum de theſauro quæſitum (an ſcilicet theſaurus hic ſubditus ſit diſpenſationi Papæ aliter, quàm per ſacramentorum collationem) ambiguitas magna eſt, quoniam conferre effectum ſacramenti ſine ſacramento, ſpectat ad claues excellentiæ, quas conſtat non eſſe communicatas Papæ, ſed reſeruatas ſoli Chriſto, remiſſio autem pœnæ temporalis pro actuali peccato debitæ, eſt effectus ſacramenti, quoniam hoc ſit per Baptiſmum, & per tertiam partem ſacramenti pœnitentiæ, quæ eſt ſatisfactio.

IN hac Quæſtione ſciendum eſt, totam difficultatem conſiſtere non in hoc, an theſaurus iſte ſit diſpenſabilis per Papam, ſed in hoc, an aliter quàm per ſacramentorum collationem poſſit Papa theſaurum iſtum communicare, quoniam nulla authoritate Scripturæ, nullave ratione haberi videtur, quod diſpenſatio talis ſit credita Petro. Authoritates ſiquidem illæ, Quodcunque ſolueris ſuper terram, & quorum remiſeritis peccata, intelliguntur proculdubio ſecundum ſubiectam materiam, vt ſcilicet ea, quæ ſpectant ad remiſſionem peccatorum, commiſſa ſint ſoluenda & remittenda mediantibus ſacramentis. Ratio quoque communiter allata, ſcilicet quod communia bona eccleſiæ ſunt diſpenſabilia per præſidentem eccleſiæ, eandem patitur difficultatem. Declaratur enim, quod communia eccleſiæ bona ſpectantia ad remiſſionem peccatorum, ſunt quidem diſpenſabilia per præſidentem,

tem eccleſiæ, ſed non quomodolibet: ſed certo modo, hoc eſt per collationem ſacramentorum. Ratio demum ducens ad inconueniens, puta quòd ſuperfluę ſatisfactiones Sanctorum fruſtrà repoſitæ eſſent in theſauro: quia illæ non communicantur per ſacramenta, ſicut ſatisfactiones Chriſti, nec poſſunt diſpenſari ſine ſacramentis: ergo vanæ ſunt in theſauro eccleſiæ. Hæc inquam ratio faciliter ſoluitur, dicendo quòd ſunt in theſauro eccleſiæ, vt à Chriſto diſpenſentur membris eccleſiæ militantis, & quòd hoc fit quotidie, dum meritis Sanctorum petimus remiſſionem peccatorum, & exaudimur. Ita quòd ſecundum has difficultates, huius theſauri diſpenſatio aliter, quàm per ſacramentum, reſeruata videtur ſummo Sacerdoti Chriſto, qui ſolus nouit merita cauſarum circa remiſſionem peccatorum.

Licet autem difficilis ſit notitia quæſtionis huius: quia tamen vniuerſalis eccleſiæ facto declaratur, eccleſiæ prælatos poſſe huiuſmodi theſaurum, ſine ſacramentis diſpenſare (dum Epiſcopi omnes indulgentias dant non crudeliter loco ſolius vinculi iniunctionis tranſmittendo ad pœnas purgatorii: ſed gratioſè loco ipſarum ſatisfactionum iniunctarum (ex hoc enim) vt in ſuperioribus manifeſtatum eſt (oportet dicti theſauri diſpenſationẽ interuenire: quum non poſſint aliter fructuoſæ huiuſmodi indulgentiæ ſuccedere pœnitentiis iniunctis) ideo abſque heſitatione aliqua etiam, ſi nulla adeſſet ratio, fatendum eſt dicti theſauri diſpenſationem, non ſolùm per ſacramẽta, quo ad merita Chriſti, ſed aliter quàm per ſacramẽta quo ad merita Chriſti, & Sanctorum commiſſam eſſe prælatis eccleſiæ, & præcipuè Papæ. Et hoc tantò magis fatendum eſt, quantò per Leonem 10. determinatum eſt. Suffragatur autem huic veritati ratio, tantò acceptabilior, quantò magis ſoluit omnes difficultates accidentes in hac re. Eſt autem ratio hæc. Communia præſentis eccleſiæ bona communicabilia aliter, quàm per ſacramenta, ſunt à Præſidente eccleſiæ diſpenſabilia aliter, quam per ſacramenta: ſed merita Chriſti & Sanctorum vt ſuperabundanter ſatisfactoria, ſunt communia bona præſentis eccleſię communicabilia aliter, quàm per ſacramenta: ergo ſunt à Pręſidente eccleſię diſpenſabilia aliter quam per ſacramenta. Maior propoſitio nullam videtur habere inſtantiam. Minor autem ex ſupradictis clara eſt, excepta vltima particula, ſcilicet, quòd hæc bona ſint communicabilia aliter, quàm per ſacramenta. Quę particula manifeſtatur ex eo, quòd hęc eadem bona potuiſſent, ſi voluiſſent Sancti communicare, non per viam ſacramenti aliis membris eccleſiæ in particulari: ex hoc enim quòd ipſi potuiſſent hoc efficere aliter, quàm per ſacramenta, ſequitur, quòd ſatisfactiones iſtæ ſuapte natura ſunt communicabiles aliis aliter, quàm per ſacramenta. Hinc quoque monſtratur validam eſſe ad propoſitum authoritatem. Quodcunque ſolueris: nam verus illius intellectus eſt, Quodcunque ſolueris eo modo, quo illud eſt ſolubile. & ſic in omni materia currit, & ad propoſitum efficax inuenitur. Eſt enim ſic practicanda, Quodcunque per ſacramentum ſolubile, ſolueris per ſacramentum: & ſimiliter, Quodcunque aliter, quam per ſacramentum ſolubile, ſolueris etiam aliter, quam per ſacramentum, &c. Et ſic ſubſumendo, quòd pœna temporalis pro actuali peccato debita, eſt ſolubilis & per ſacramentum & per alienam ſatisfactionem ſine ſacramento applicatam, infertur quòd huiuſmodi pœna poteſt à Petro ſolui, non ſolũ per ſacramentum, ſed etiam per alienam ſatisfactionem ſine ſacramento applicatam. Per hoc etiam ſaluatur ratio communis de poteſtate præſidentis eccleſiæ: quoniam vera eſt reſpectiuè intellecta, hoc eſt, quòd bona communicabilia per ſacramenta ſolum, poteſt per ſacramenta communicare: bona autem communicabilia & aliter q̃ per ſacramenta pot aliter, q̃ ſacra cõicare. Illud verò quod gloſando, ſeu reſpondendo dicitur, ea quæ ſpectant ad remiſſionem peccatorum cõmiſſa eſſe prælatis eccleſiæ mediantibus ſolummodò ſacramentis. Verum eſt de ſpectantibus ad remiſſionem peccatorum ſimpliciter: non autem de his quæ ſpectant ad remiſſionem ſecundum quid, de quorum numero eſt remiſſio pœnæ temporalis pro actuali peccato debitæ: præſupponit enim peccatum ſimpliciter remiſſum, & ſecundum minimum quid tantum, puta temporalem pœnam remittendum.

Et per hoc patet ſolutio principalis argumenti. Nã ſine ſacramento conferre ſacramenti effectum ſimpliciter, ſeu totalem, ſpectat ad claues excellentiæ: conferre autem ſine ſacramento id, quòd partialiter poteſt eſſe effectus ſacramenti poteſt pertinere ad claues miniſterii. Sic autem eſt in propoſito: quoniam remiſſio pœnæ temporalis pro actuali peccato debitæ, nullius ſacramẽti ẽ ſĩpliciter, ſeu totalis effectus: licet ſit partialis Baptiſmi effectus, & poſſit eſſe partialis aliorum ſacramentorum effectus, & poſſit etiam ſine ſacramento effici, & ſine actu clauium. Quia conſtat, quòd poteſt, vel per proprios actus pœnitentis, vel per amicorũ ſatisfacientium pro eo actus fieri: vt patet quũ aliquis mortificat ſeipſum ieiunando, peregrinando, &c. pro peccatis ſuis: vel amicus ſimilia facit, vt pro amico ſatisfaciat.

TRACTATUS NONUS de cauſa Indulgentiarum in duas quæſtiones diuiſus.

1 *Num neceſſaria ſit aliqua rationabilis cauſa indulgentiarum.*

2 *Num cauſa in bulla indulgentiarum expreſſa ex hoc ipſo ſit rationabilis.*

QVAESTIO I.

Utrum neceſſario requiratur rationabilis cauſa indulgentiarum.

Circa cauſam indulgentiarum dubium duplex occurrit, primum, an neceſſariò requiratur cauſa rationabilis: ſecundum, an cauſa expreſſa in bulla, ex hoc ipſo, quòd expreſſa ſit rationabilis.

Circa primum videtur pars negatiua vera, quoniã indulgentiæ indiſcretæ, licet peccet concedens, ſunt efficaces. Dicuntur autem indulgentiæ indiſcretæ, quæ ex cauſa non rationabili procedunt.

¶ Præt. diſpenſatio miniſteriorum Dei in eccleſia præſenti, eſt valida etiam ſine cauſa rationabili facta: ergo diſpenſatio indulgentiarum etiam ſine cauſa rationabili facta, debet eſſe valida. Antecedens patet in promotione indignorum: ſi enim indigni aliqui promoueantur ad epiſcopatum: prioratum, Abbatiam, &c quamuis promotor peſſimè diſpenſet huiuſmodi miniſteria, facta tamen tenent. Conſequentia vero probatur: quia ſicut credita eſt Papæ diſpenſatio indulgentiarum, ita & diſpenſatio miniſteriorum Dei, iuxta illud, Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorum Dei.

In oppoſitum autem eſt, quòd indiſcretæ indulgentiæ eneruãt ſatisfactionẽ pęnitentialẽ, vt dr̃ extrà, de pęnit. & remi. c. quũ ex eo. nõ eneruarẽt aũt, ſi eſſent validæ, ſed supplerent, adimplentes in veritate, quod

per ſatisſactionem pœnitentialem agendum erat.

¶ In hac quæſtione aliquid ſupponitur, & aliquid quæritur, ſupponitur enim cum doctrina communi, quòd vnum requiſitorum neceſſariò ad efficaciam indulgentiæ, eſt cauſa rationabilis. Quod etiam manifeſtatur ex eo quòd ſi daretur indulgentia ob cauſam prophanam (puta pro eundo ad theatrum) conſtat quòd indulgentia eſſet nulla. Hoc autem ſuppoſito in quæſtionem vertitur, an quemadmodum ad collationem indulgentiæ requiritur rationabilis cauſa, ita neceſſariò quòd ſine illa indulgentia non eſt valida, ita ad efficaciam tantæ indulgentię (puta centum vel mille annorum, &c.) exigatur ſimili neceſſitate rationabilis cauſa tantæ quantitatis indulgentiæ, ita quod ſine huiuſmodi rationabili cauſa tanta quantitas indulgentiæ eſt inualida.

¶ Ex communibus autem explicatis ad hoc, non eſt difficile concludere partem affirmatiuam veram, ſcilicet ad efficaciam tantæ indulgentiæ exigitur rationabilis cauſa quantitatis indulgentiæ, ita quod ſine illa non eſt valida. Nam ſi vt ſupponitur & communiter confitemur, rationabilis cauſa eſt ſic neceſſaria ad indulgentiam neceſſariò ſequitur, quòd ad tantam indulgentiam eſt etiam ſic neceſſaria rationabilis cauſa illius quantitatis. Et probatur ſequela inductiue.

¶ Verùm ad minus communia deſcendendo conſiderandum eſt, quòd licet poteſtas Papæ ſuper communia eccleſiæ bona tam ſpiritualia, quàm corporalia ſit diſpenſatiua: iuxta illud Apoſtoli. Diſpenſatio mihi credita eſt: res tamen ſubiectæ huiuſmodi poteſtati, diuerſimode illi ſubduntur & diuerſimodè ab illa attinguntur. Et quantum ad propoſitum ſpectat, diſtinguenda ſunt in duo genera, ſcilicet validorum ex ſolo imperio: ſunt enim quædam in Dei eccleſia, quæ quamuis adhoc quòd rectè fiant, vltra Pontificis imperium exigant rectam regulam voluntatis imperantis, ſi tamen abſque recta regula ſolo Pontificis imperio fiant, valida ſunt: de quib. iura dicunt, quòd multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. De quorum numero ſunt diſtributiones beneficiorum diſpenſationes matrimoniorum in caſibus diſpenſabilibus, & ſimilia Secundum autem genus, ſcilicet inualidorum ex ſolo imperio, adhuc ſubdiſtinguitur: nam quædam inualida ex ſolo imperio, attingi cum hoc poſſunt a Pontifice verbo & opere per viam facti: quædam verò ſunt inualida ex ſolo imperio quæ cum hoc per viam attingi non poſſunt opere, ſed verbo tantùm. In primo membro huius ſubdiuiſionis continetur dilapidatio bonorum eccleſiæ. ſi enim Pōtifex pro ſuo libito eccleſiæ terras, &c. donaret, donatio eſſet inualida: quoniam ipſe non eſt dominus bonorum eccleſiæ. & ſi facto & bullis poneret eos, quib. donauit in poſſeſſionem, non propterea transferret dominium rerum illarum in illos. In ſecundo autem membro continetur diſpenſatio votorum: ſi enim votum caſtitatis ſolo imperio à papa diſpenſetur: conſtat diſpenſationem eſſe nullam: & circa voti vinculū propterea per viam facti nullum actum Pontifex haberet niſi verborum: executio enim cuiuſcunque operis Pontificij ex ſolo imperio emanans, non attingit aliquid circa voti vinculum. Tribus igitur exiſtētibus generibus rerum ſubiectarum diſpenſatiuę poteſtati Pontificis, facilè patere poteſt, quod primum genus dupliciter à poteſtate pontificia attingitur, ſcilicet diſpenſatione regulata, & diſpenſatione non regulata. Secundum autem à poteſtate quidem pontificia vnico modo attingitur, ſcilicet diſpēſatione, hoc eſt rationabili operatione: ſed ab ipſo Pōtifice aliter de facto attingitur, puta diſſipatione, dilapidatione, &c. Tertium verò ſola diſpenſatione: id eſt rationabili operatione (ſecluſis verbis, ſicut & in ſecundo) attingi poteſt tam à poteſtate pontificia, quàm ipſo Pōtifice. In quo autem horum generum indulgentiæ cōtineantur, facilè eſt diſcernere. Quod. n. non ſint ſub primo genere (quæ, ſcilicet ſunt valida ex ſolo imperio) ex eo patet, quòd Papa non poteſt dare indulgētias, hac ſola ratione, quia vult, & ſi pro ſolo libito daretur indulgentia, non eſſet valida: vt ex cōmuni doctrina ſupponimus, & aliqualiter probatum eſt. Et iterum probatur ex hoc, quòd communia eccleſiæ bona temporalia non poteſt Pontifex donare donatione valida, ex hoc ſolo quia vult: non minus enim pretioſa ac chara eccleſiæ ſunt bona communia ſpiritualia quàm temporalia: & propterea ſi illorum donatio ex ſolo imperio eſt inualida, multò magis inualida erit horum effuſio ex ſolo imperio. Nec ſoluitur hæc ratio, dicēdo, quòd donatio temporalium eſt cum damno eccleſiæ: donatio verò horum ſpiritualium eſt damno eccleſiæ: nam habere damnum annexum, vel carere annexo damno, per accidens ſe habet ad poteſtatem diſpenſatiuam: vt patet ex hoc, quòd etiam in quibuſdam habentibus annexum dānum eccleſiæ, donatio ex ſolo imperio eſt valida: vt teſtatur diſtributio prælationum. Vnde non penes damnum vel non damnum attenditur vis poteſtatis diſpenſatiuæ.

¶ Quia igitur communia eccleſiæ bona, ex quibus efficaces ſunt indulgentiæ, non continentur ſub primo genere, & à ſecundo genere ex hoc diſtant, quòd per viam facti nullum operis ſed ſolius verbi actum Papa habere poteſt circa illa (non enim poteſt transferre poſſeſſorium de facto horum bonorum ſicut poteſt reſpectu temporalium) reſtat, vt ſub tertio genere theſaurus contineatur indulgentiarum. Ex quibus pōt formari talis ratio, Theſaurus indulgentiarū: non pōt veraciter attingi à poteſtate pontifica. niſi actu veræ diſpenſationis: ergo tam indulgentia, quàm tanta indulgentia data ſine cauſa rationabili tantæ indulgentiæ eſt inualida. Antecedens probatum eſt, & ſupponitur ſecundum communem doctrinam. Conſequentia verò quo ad ſecundam partem probatur: tum quia eiuſdem rationis eſt actus dans indulgentiam tantam: ac per hoc ſi ſolus actus veræ diſpēſationis poteſt attingere theſaurum indulgentiæ, ſolus etiam verę diſpenſationis actus poterit attingere theſaurum tantæ indulgentiæ: tum quia ſi quantitas indulgentiæ attingitur aliter, quam per veram diſpēſationem, oportet alium actum fingere, puta actum imperij ſeu liberæ donationis reſpectu talis quantitatis: & tunc aut iſte actus attingit theſaurum via facti, aut via iuris: non via facti, quia ad iſtum theſaurum nullus eſt humanus acceſſus per viam facti: nec via iuris, quia de iure ſola diſpenſatio credita eſt papæ. Sicut ſunt ergo inualidæ indulgētiæ quæ ex cauſa rationabili non fiunt, ita non eſt valida tanta indulgentia, puta mille annorum, niſi fiat ex cauſa rationabili tantæ quantitatis: ſcilicet mille annorum.

¶ Ad primum autem in oppoſitum dicitur, quòd ſententia illa ſcilicet indulgentiæ indiſcretæ ſunt validæ, verificatur de indiſcretis quo ad euentum: non autem de indiſcretis quo ad cauſam. Sunt enim indulgentiæ indiſcretæ ratione euentus, quando indulgentiæ alias bene conceſſæ patiunt propter earum multitudinem quaſi contemptum, aut ipſarum aut ſatisfactionum pœnitentialium: & tales ſunt validæ. Sed ſi ſunt indiſcretæ, quia carent rationabili cauſa, aut omnino, aut quo ad tantam quātitatem, ſunt inualidæ.

¶ Ad ſecundum iam patet reſpōſio ex dictis nam miniſteria ſunt in alio genere diſpenſabilium, & indulgentiæ ſunt in alio diſpenſabilium genere: illorū

enim

enim efficacia ex ſolo pendet imperio, horum autem efficacia abſque vera diſpenſatione eſſe nequit. Et propterea non eſt ſimilis ratio.

QVAESTIO II.

An ex hoc ipſo, quòd in bulla exprimitur aliquid pro cauſa indulgentiæ, ſit rationabilis cauſa tantæ indulgentiæ.

CIRCA Secundum de cauſa rationabili indulgentiarum quæſitum (an ex hoc ipſo quòd in bulla exprimitur aliquid pro cauſa indulgentiæ, ſit rationabilis cauſa tantæ indulgentiæ) pro parte affirmatiua occurrit multiplex argumentum. Primò, quia aliter prædicatio eccleſiæ eſſet falſa. Secundò, quia doctrina Romanæ eccleſiæ periclitaretur. Tertiò, quia non eſſet vniuerſaliter vera illa communis ſententia, indulgentiæ tantum valent quantum ſonant. Quartò, quia aliter deciperetur Populus ab eccleſia: audiens tantam indulgentiam pro tali opere, & exequens illud, vt habeat indulgentiam, & tamen non acquireret illam in veritate.

Quæſtio hæc non eſt mota propter difficultatem, quam in ſeipſa habeat, ſed ad excitandos illos qui ſciunt in vniuerſali, & deficiunt in ſingulari. Vnde diſtinguendo de rationabili præſumpto, vel vero duo dicenda ſunt. Primum, Cauſa indulgentiæ expreſſa in bulla, niſi manifeſtus ſit error, eſt ſemper rationabilis, loquendo de rationabili præſumpto: nam ſicut ſententia à iudice lata, niſi errorem contineat manifeſtum, præſumitur iuſta: ita cauſa à principe expreſſa in diſpenſationibus præſumitur rationabilis, niſi, vt dictum eſt, error ſit manifeſtus. Secundum eſt, Cauſam indulgentiæ tantæ expreſſam in bulla, non oportet eſſe rationabilem in veritate. Et ratio in promptu eſt multiplex: tum quia Papa poteſt in iſtis errare, quum non ſit hæc ſententia iudicialis de his, quæ ſunt fidei. Vbi ſcito, quòd licet acceſſus ad indulgentias & earum ſuſceptio ſit quædam Chriſtianæ fidei profeſſio, fides tamen Chriſtiana eo modo, quo eſt de indulgentiis, non eſt de hac vel illa indulgentia. Sed ſicut fides noſtra circa euchariſtiæ ſacramentum eſt, quòd ſub hoſtia ritè conſecrata continetur corpus Chriſti, non autem eſt, quòd iſta hoſtia ſit ritè conſecrata, neque eſt quòd ſub hac hoſtia, quæ proponitur adoranda, continetur corpus Chriſti (quoniam vtrunque eorum poteſt eſſe falſum: fidei autem Chriſtianæ non poteſt ſubeſſe falſum) ita circa indulgentias non curando pro tunc quomodo ſpectent ad finem, fides noſtra eſt quòd indulgentiæ ritè datæ ſunt validæ: & nõ ſpectat ad fidem, an iſta indulgentia ſit ritè data, an iſta cauſa eius ſit rationabilis, an iſta indulgentia ſit valida. Et ſimile eſt de aliis ſingularibus: quoniam hæc omnia poſſunt eſſe falſa: & propterea non ſpectant ad fidem noſtram, ſed ad humanam opinionem ſeu credulitatem, quæ eſt de his ſingularibus, & poteſt falli. Et propterea acceſſus ad indulgẽtias, in communi quidem eſt quædam fidei profeſſio: ſed acceſſus ad iſtam indulgentiam, procedit ex fide tanquam ex cauſa remota, & humana credulitate huius indulgentiæ, huius cauſæ, & huiuſmodi tanquam ex cauſa proxima. Et quia effectus ſequitur conditionem cauſæ proximæ ſicut cõcluſo minorem ſeu deteriorem præmiſſam: ideo poteſt concurſus iſte falli abſq; Chriſtianæ fidei detrimẽto. Tum quia nõ ſolùm poteſt papa errare in huiuſmodi, ſed etiam facilè poteſt errare, ſicut & in aliis ſimilibus actibus. Dare ſiquidem indulgentias, conſiſtit in actibus abſolutionis & diſpenſationis. abſoluuntur. n. per eas pœnitentes ab iniunctis pœnitentiis, & diſpenſatur theſaurus meritorum Chriſti & ſanctorum. ſed tam in actu abſolutionis, quàm in actu diſpenſationis facilè committi poteſt error, etiam ex propoſito: vt patet in diſpenſatione votorum, & in diſpenſatione bonorum temporalium eccleſiæ, & miniſtrorum eccleſiaſticorum, & in abſolutionibus à cenſuris & iuramentis in præiudicium aliorum, &c. ergo in hoc quoque ſingulari facto quo dat indulgentiam ſeu exprimit talem cauſam pro tanta indulgẽtia, errare facilè poteſt. Nec eſt recurrẽdum ad Spiritus ſancti aſſiſtentiam, & propterea piè debere credi, quòd non poteſt Papa in iſtis errare. Nam in maiori cauſa permiſit Spiritus ſanctus Romanos pontifices errare, ſcilicet in cauſa ſpectante ad ſacramentum matrimonii: in qua (vt habetur extra, de ſponſa duorum in ca. licet) Alexander 3. dicit, quamuis aliter à quibuſdam prædeceſſoribus noſtris ſit aliquando iudicatum; quòd longè plus eſt quàm dare indulgentiam indiſcretam ea cauſa: tum quia erat cauſa ſacramentalis: tum quia iudicaliter actum eſt: indulgentiæ autem poſſunt dari paſſim ſine concilio & ſine meditatione: ac per hoc ſine diſcretione. Quamuis igitur non ſpectet ad ſubditos diſcutere & iudicare de pontificiis indulgentiis, aut cauſarum meritis: dubium tamen non eſt poſſe etiam per Papam dari indulgentias indiſcretas, & quo ad cauſam, & quo ad euentum.

Ad primum Ergo in oppoſitum dicitur, quòd prædicatio eccleſiæ quo ad indulgentias, tripliciter ſe habet. Primò narratiuè: prout ſcilicet narrat contenta in bulla: & hic nulla eſt falſitas, quoniã narratio eſt. Secundò doctrinaliter: & hic ſubdiſtinguitur. Vel docendo doctrinam fidei, & ſic etiam nullum eſt periculum falſitatis: quoniam ſicut fides non ſe extendit ad iſtam indulgentiam, aut iſtam cauſam iſtius indulgentiæ, ita nec doctrina eccleſiæ extẽdit ſe ad hæc ſingularia. Vel docendo opiniones doctorum & ſic poteſt prædicare falſa, ſi opinio prædicata eſt falſa: & propterea ad præſeruandam prædicationem ab huiuſmodi falſitate, debent prædicatores aut opinatiuè aut recitatiuè opiniones prædicare.

¶ Ad ſecundũ dicitur, quòd aliud eſt loqui de doctrina romanæ eccleſiæ, ſeu Romani pontificis, & aliud eſt loqui de operibus eiuſdem. Docuerunt ſiquidem Romani pontifices multi indulgentias ex cauſis rationabilibus dari: in qua doctrina continetur quòd etiam tanta indulgentia debet procedere ex cauſa rationabili tantæ quantitatis, vt ſuperius deductum eſt. Factum autem, quòd in bullis indulgentiarum continetur, ſi quandoque periclitaretur, non propterea Romanæ eccleſiæ doctrina periclitaretur.

¶ Ad tertium dicitur dupliciter. Primò quòd illa ſententia communis intelligitur negatiuè, hoc eſt nõ plus valent quàm ſonant: diuulgata enim videtur ſententia illa ad excludendas extenſiones indulgentiarum ad ea quæ ſub earum tenore non continentur. Secundò dicitur, quòd vera eſt de indulgentiis diſcretis: non autem de indiſcretis quò ad cauſam. Poteſt & tertiò dici, quòd vera eſt in foro exteriori, in quo ſtatur præſumptionibus iuris.

¶ Ad quartum dicitur, quòd populus poteſt quidem decipi in huiuſmodi: ſed non decipitur ab eccleſia, ſicut etiam poteſt decipi adorando hoſtiam propoſitam à ſacerdote in miſſa. Si contingeret autem huiuſmodi populum falli, falleretur aut à propria credulitate, aut ab humanis opinionibus, aut ab indiſcreto facto dantis indulgentiam, vel ab omnibus ſimul: & non ab eccleſia, ad cuius doctrinam nõ ſpectant hæc ſingularia, ſicut nec ad eius fidem.

Quãquam indulgẽtiarum cauſa in bulla expreſſa, niſi manifeſtus ſit error, ſit rationabilis: tantæ tamen indulgentiæ, non oportet in veritate eſſe rationabilem.

TRAC

TRACTATUS DECIMUS

de ſuſcipientibus indulgentias, in duas quæſtiones diuiſus.

1 *Num præter gratiam ex parte ſuſcipientis neceſſaria ſit aliqua diſpoſitio.*

2 *Num tempore, quo fit opus pro indulgentia, oporteat operantem eſſe in gratia.*

QVAESTIO I.

An præter gratiam requiratur ex parte ſuſcipientis indulgentias aliqua alia diſpoſitio.

CIRCA Suſcipientes indulgentias dubium duplex occurrit. Primum, an præter gratiam requiratur ex parte ſuſcipientis aliqua alia diſpoſitio. Secundum eſt an tempore quo fit opus pro indulgentia, oporteat operantem eſſe in gratia.

Et in primo quidem dubio pro parte negatiua eſt authoritas doctrinæ communis tenentis ad indulgentiam ſufficere tria, authoritatem in dante, gratiam in ſuſcipiente, pietatem in cauſa.

¶ In oppoſitum eſt, quòd ad plenariam remiſſionem pœnæ per viam ſacramenti pœnitentiæ, non ſufficit gratia ex parte ſuſcipientis: ergo nec ad plenariam huiuſmodi remiſſionem per viam indulgentiæ ſufficit gratia ex parte ſuſcipientis. Antecedens eſt clarum, alioquin quilibet confeſſus in gratia, conſequeretur plenariam remiſſionem pœnæ. Conſequentia verò probatur: tum quia ſacramentum eſt potius, quàm indulgentia: & diſtributor theſauri per ſacramentum eſt longè liberalior, quàm quilibet pontifex: quoniam liberalitas diuina in infinitum excedit liberalitatem humanam.

In hac quæſtione, quia difficilè admittitur oppoſitum eorum, quæ conſueuimus, cenſorem deſidero intellectum mundum ab opinionibus. Videtur ſiquidem mihi rationabiliter dici quòd non ſufficit ſola gratia ex parte ſuſcipientis ad veraciter conſequendam indulgentiam coram Deo. Sunt ſiquidem confeſſi in gratia duplicis ordinis: quidam ſoliti ad ſatisfaciendum per ſeipſos pro peccatis ſuis, quidam negligentes ſatisfacere per ſeipſos. Primi condignas pœnitentias vel petunt à confeſſoribus ſibi imponi, parati eas implere: vel ſponte illas aſſumunt, dum continuè ſtudent per ſua ſancta opera ſatisfacere, ieiunando, orando, eleemoſynas dando, &c. ad hoc. Secundi verò paruiſſimam pœnitentiam aut tangunt, aut læti ſuſcipiunt: & quum illam impleuerint (quã ſciunt eſſe minimam) non curant amplius de ſatisfaciendo, reputantes ſibi ſufficere, quod non ibunt ad infernum. Et hi ſunt, quibus indulgentiæ non proſunt, iudicio meo. Et ratio quæ me mouet eſt: Nullus indignus aliena ſatisfactione pro pœna ſibi debita, conſequitur veraciter fructum indulgentiæ: ſed quilibet in gratia conſtitutus negligens ſatisfacere per ſeipſum, eſt indignus aliena ſatisfactione pro pœna propriis peccatis debita: ergo nullus conſtitutus in gratia negligens ſatisfacere per ſeipſum, acquirit fructum indulgentiæ. Maior propoſitio intelligentibus terminos eſt euidens: indulgentia enim per ſatisfactionem alienam (hoc eſt Chriſti, & Sãctorum) parit fructum, qui eſt remiſſio pœnæ temporalis pro actuali peccato debitæ: ac per hoc ſi eſt aliquis indignus aliena ſatisfactione, indignus eſt indulgentia. Indignos autem indulgentia non conſequi veraciter fructum illius, tam verum ac manifeſtum eſt, vt probatione non egeat, apud intelligentes, diſtributionem diuiniorum donorum in ſolis diſpoſitis habere locum: conſtat autem indignos non eſſe diſpoſitos, & diuina operatione remiſſiones fieri pœnarum per indulgentias humano miniſterio ritè conceſſas.

¶ Ad euidentiam autem minoris prælibanda ſunt duo. ſatisfactio pro pœna temporali, actuali peccato debita, eſt onus perſonale: tenetur enim ipſe qui peccauit, facere ſatis. Secundum eſt, quòd licet tam contritio quàm confeſſio ſit ita perſonalis, quòd non poſſit per amicum ſuppleri, ſatisfactio tamen quia per exteriora bona fit, inter quæ computantur amici, ita eſt onus perſonale, quòd capax eſt amicabilis adiutorij. Quibus præmiſſis probatur minor primò ſic: Indignus amicabili adiutorio eſt indignus aliena ſatisfactione, ſed conſtitutus in gratia, negligens ſatisfacere per ſeipſum, indignus eſt amicabili adiutorio: quoniam amicitiæ ratio poſcit, quod amicorum ſit idem velle & idem nolle: & propterea, ſi ego pro meipſo nolo ſatisfacere, par eſt vt amicus quoque hoc nolit, quin potius non amicè peterem vt me negligente ſatisfacere, ipſe pro me pateretur. Poſſentq; rectè huiuſmodi negligentes, quærenteſque per indulgentias ſatisfacere, verbo Domini reprehendi, Alligant onera grauia & importabilia in humeros hominum, id eſt, amicorum: digito autem ſuo nolunt mouere ea. Nec obſtat quod Sancti iam paſſi ſunt: quoniam ſimilis eſt ratio de paſſionibus præteritis & futuris, quia illis ſolis proſunt præteritæ, pro quibus patiendum fuerat: & ideo ſi pro huiuſmodi negligẽtibus non fuerat ab amicis patiendum, nec poſtea quod paſſi ſunt, illis amicorum proſunt paſſiones. Secundò probatur eadem minor ſimiliter ex habitudine ad communem eccleſiæ theſaurum: quia in qualibet bene ordinata repub. quantumcunque rationabilis adeſſet quandoque cauſa diſpenſandi communem theſaurum in ciues grauatos ære alieno, negligentes tamen ſoluere, indigni cenſerentur adiutorio theſauri: ex eo enim, quòd poſſunt de ſuo ſoluere, & non curant, indignos ſe reddunt tali ſubleuamine. Et niſi tales pro indignis haberentur, foueretur negligentia: quoniam alij horum exemplo ad ſimilem negligentiam prouocarentur: legis autem eſt facere non negligentes, ſed virtuoſos. Quum igitur eccleſia ſit à Deo ordinata, æquum non eſt, vt ſpiritualis diſpenſatio theſauri, negligentes ſatisfacere pro dignis habeat: hoc enim verè eſſet eneruare ſatisfactiones pœnitentiales. Non proſunt igitur indulgentiæ conſtitutis in gratia negligentibus ſatisfacere per ſeipſos: quoniam indigni ſunt indulgentiis: ſed oportet vltra gratiam diſpoſitos ipſos eſſe, vt digni ſint alienis ſatisfactionibus: fiunt autem digni per hoc, quòd ſunt parati per ſeipſos ſatisfacere: ſic enim ſunt digni amicabili adiutorio ad ſatisfaciendum: parati autem ad ſatisfaciendum per ſeipſos ſunt, non qui negligunt per ſeipſos ſatisfacere, ſed illi ſoli, quorum voluntas ſic eſt ad ſatisfaciendum parata, quòd non retardat opus niſi impedita. Confirmatur autem hoc ex antiqua forma indulgentiæ, quum dicitur, verè pœnitentibus. Pœnitens enim dupliciter dicitur, vel per excluſionem contrarij: quia ſcilicet nihil habet in ſuo animo contrarium pœnitentiæ: & hoc modo quilibet exiſtens in gratia, eſt pœnitens etiam ſi ſit negligens ad ſatisfaciendum. Vel per poſitionem virtualis pœnitentiæ: quia, ſcilicet vis affectus pœnitentialis in eo ſecundum veritatem viget: & hoc modo pœnitens non eſt niſi ſolicitus ad per ſeipſum ſatisfaciendum. Quum ergo dicitur, verè pœnitentibus,

niſi ſu-

niſi ſuperfluè, ſeu ad maiorem expreſſionem, appoſitum ſit ly, Verè, denotat indulgentias non conſequi pœnitentes negligentes, ſed pœnitentes ſolicitos, qui ſoli ſunt verè pœnitentes, ſignificante participio actum pœnitendi: qui non inuenitur apud negligentes, ſed apud ſolicitos. Manifeſtiùs quoque ſuadetur hoc idem ex alio verbo eiuſdem formæ, quum dicitur, de iniunctis pœnitentiis. conſtat enim communiter, quemlibet pœnitentem paratum eſſe ad iniunctam pœnitentiam peragendam, alioquin non acceptaſſet illam. Et propterea ex hoc verbo duo habentur, alterum eſt, quòd indulgentia niſi noua forma detur, non abſoluit niſi à pœnitentiis iniunctis: Alterum eſt, quòd indulgentia non prodeſt, niſi parato per ſe ſatisfacere: primum enim horum explicitè, ſecundum autem implicitè (inquantum paratus ad ſatisfaciendum ſupponitur) ex eodem verbo habetur.

¶ Et hinc ſequitur primò, quòd fruſtrà faceret quis ſibi iniungi magnas pœnitentias à confeſſore, non vt ipſas adimpleret, ſed vt per indulgentias ipſas ſolueret: quoniam hoc non eſt eſſe paratum ad ſatisfaciendum, ſed ad imponendum amicis iugum ſuum. Sequitur ſecundò, quòd ſi forma indulgentiæ mutaretur, & ad non iniunctas extenderetur pœnitentias, diſpoſitio tamen ſuſcipientis non propterea mutaretur, quoniam ea natura rei exigitur ex parte ſuſcipientis eſſe paratum ad ſatisfaciendum ſecundum vires per ſeipſum, vt declaratum eſt. Nec intelligo hanc præparationem ad ſatisfaciendum ita ſtrictè, quin per aliquid æquiualens, aut maius ſuppleri poſſit: vt patet ex hoc, quòd contingit quandoq; cauſam pro qua datur indulgentia tale, ac tantum exigere opus vt excedat præparationem ad ſatisfaciendum: puta, ſi detur plenaria pro actu quo ſe exponit morti pro Chriſto, aut perpetuæ mancipationi alicuius pij ſeruitij, aut aliquo huiuſmodi: & tunc cauſa indulgentiæ ex parte concedentis tenet locum cauſæ rationabilis tantæ indulgentiæ, & ex parte ſuſcipientis ſupplet locum diſpoſitionis reddentis dignum amicabili ſatisfactione. Secus autem eſt ſi daretur plenaria pro viſitante aliquam eccleſiam: nam dato quòd cauſa eſſet rationabilis ex parte concedentis, viſitatio tamen ipſa non ſupplet vicem præparationis ad ſatisfaciendum: quum nec illi æquiualeat, nec excedat.

Ad obiectionem autem in oppoſitum dicitur, quantum ad diuum Thom. ſpectat, quòd aliorum opiniones ſequutus eſt, vt ipſemet tria illa colligendo explicat in 4. ſententiar. diſtinctione vigeſima. quæſtione prima. articulo 3. quæſtione ſecunda. Quantum verò ad communem doctrinam: quia non niſi opinatiua eſt (cùm bona reuerentia dictum ſit) non inconuenit adinuentis ab ipſis aliquid noui ſuperaddi, quod ſub forma indulgentiæ latebat, & ratione probabili roboratur. Et ſcito, quòd iuxta hunc dicendi modum ſoluuntur omnes quæſtiones, tam de nimis largo Dei foro, quàm de omittendis ſuffragiis pro plenariè abſolutis in morte, quàm de admiratione ſapientum, & de obloquutionibus detrahentium: & excitantur Chriſti fideles ad pœnitentiæ opera. Nec aliquid admititur efficaciæ indulgentiarum: ſicut nihil adimitur efficaciæ ſacramentorum ex hoc, quòd oportet accedentes ad illa eſſe dignè diſpoſitos, ſi fructuoſa ſibi eſſe volunt: ſoli ſiquidem indigni indulgentia, ab illius fructu iuxta hunc dicendi modum excluduntur.

QVAESTIO II.

An tempore, quo fit opus pro indulgentia, oporteat operantem eſſe in gratia.

CIRCA Secundum verò quæſitum de cauſa indulgentiarum, ſciendum eſt, quòd dupliciter dantur indulgentiæ. Vel ita quòd tempus indulgentiæ & tempus operis ſit vnum & idem, vt quum datur indulgentia viſitanti eccleſiam. Et tunc non habet locum hæc quæſtio: quoniam conſtat tempus fructus indulgentiæ coexigere gratiam in percipiente illum. Vel ita quòd aliud ſit tempus operis, & aliud ſit tempus percipiendi fructum indulgentiæ: vt quum datur indulgentia ſemel in vita & ſemel in morte ſuſcipientibus crucem: & tunc habet locum propoſita quæſtio, an exigatur gratia tunc, quum ſit opus pro quo datur indulgentia.

¶ Videtur enim pars negatiua vera. Tum, quia abſque gratia tempore operis ſaluari poſſunt omnia requiſita ad fructum indulgentiæ: nam ſaluatur authoritas in dante, pietas in cauſa, gratia etiam ſolicita in ſuſcipiente tempore quo ſuſcipit illam: ergo, &c.

¶ Tum, quia non minus valet huiuſmodi opus pro ſe, quàm pro alio, ſed ſi pro alio (puta exiſtente in purgatorio) opus hoc quis faceret ſine gratia, indulgentia valeret pro illa anima, præſuppoſito, vt quandoque fit, quòd poſſit quis accipere indulgentiam pro defuncto, faciendo tale opus: ergo ad faciendum opus pro indulgentia non requiritur gratia.

In hac quæſtione videtur mihi non ſolùm tutior, ſed lõgè rationabilior pars affirmatiua, ſcilicet quod exigitur gratia etiam tempore operis. Probaturque hoc dupliciter. Primò ex antiqua indulgentiarum forma, quum ordinatè vtrunque exprimitur, ita quòd primo loco exprimitur gratia, & ſecundò exprimitur opus, non qualitercunque, ſed vt ipſa gratia afficiat operantem: dicitur enim ſic, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui viſitauerint talem eccleſiam, ſeu qui manus porrexerunt adiutrices, &c. Vbi manifeſtè patet, ex forma eccleſiæ conſueta haberi pœnitentiam ſeu gratiam coexigi ad tale opus, pro quo fit indulgentia. Deinde probatur hoc ratione. Sicut theſaurus ciuilis nõ niſi pro ciuili cauſa diſpenſatur: Ita theſaurus vitalis non niſi pro ſola vitali cauſa diſpenſatur, ſed theſaurus indulgentiarum eſt theſaurus vitalis, vt pote ex paſſionibus viuis Chriſti & Sanctorum conſtans. & vitæ æternæ impedimenta tollens: ergo pro ſola vitali cauſa communicatur: ſed opus extra gratiam non eſt viuum, ſed mortuum: ergo pro eo theſaurus indulgentiarum non communicatur.

Et confirmatur ex hoc, quòd reliqua requiſita ad diſpenſationem theſauri indulgentiarum ſunt viua: viuunt enim qui paſſi ſunt Sancti, viuæ ſunt & paſſiones eorum, viuit & ſummus Sacerdos qui eſt vt principalis diſpenſator indulgentiæ, viuit particeps indulgentiæ: ergo & viuam oportet eſſe cauſam indulgentiæ: quæ eſt enim conuentio lucis ad tenebras, & vitæ ad mortem?

¶ Nec obſtat quòd Pontifex dans indulgentiam, poſſit eſſe mortuus ſecundum vitam gratiæ: quoniã ipſe miniſter tãtùm eſt, & velut inſtrumentum Chriſti concurrit. Ad cauſam enim principalem reſpiciendum eſt: vt patet in ſimili: quum ſcilicet dominus in charitate exiſtens per reprobum diſpenſatorem eleemoſynas diſtribuit: eſt enim opus illud viuum non obſtante ſpirituali morte miniſtri. Oportet ergo viuum eſſe opus pro quo datur indulgentia.

Ad primam ergo obiectionem in oppoſitum, dicitur falſum eſſe, quod ſine viuo opere omnia requiſita ad indulgentiam ſaluantur: nã pietas in cauſa claudit in ſe vitam operis. Ex hoc enim quòd exigitur pietas in cauſa, hoc eſt in opere, pro quo datur indulgentia, conſequens eſt quòd exigatur etiam vita: nam pietas ipſa niſi ſit viua pietas, non eſt, quum nulla ſit Chriſtiana virtus ſine charitate.

¶ Ad ſecundum dicitur: quòd opus mortuum ſicut non

tur non ſufficit ad indulgentiam pro ſe pro tempore, quo erit in gratia: ita non ſufficit ad indulgentiam pro alio exiſtente in grã. Et ſi inſtetur, ꝙ eleemoſyna facta extra charitatem pro exiſtente in purgatorio, valet pro illo, ergo multò magis valet mediante indulgentia: reſpondetur quòd eleemoſyna talis non valet pro defuncto per modum ſatisfactionis, ſed per modum ſupplicationis: ſcriptum eſt enim: Abſcondite eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orat pro vobis. Peccatorum autem ſupplicationes quandoq; exaudiri Auguſt. teſtatur, reprehendens verbum cæci nati: Nos ſcimus quia peccatores Deus non exaudit. Ex hoc autem quòd valet per modum ſupplicationis mortuæ non ſequitur quòd valet pro indulgentia acquirenda: quoniam indulgentia habet vim ſatisfactionis viuæ, ſupplicatio autem mortua, ſoli miſericordiæ innititur Dei, cui ſupplicatur.

TRACTATUS UNDECIMUS
De modo tradendi, ſeu ſuſcipiendi ſacros ordines.

ARTICVLVS VNICVS.

Quomodo tradantur. vel ſuſcipiantur ſacri ordines.

CIRCA Sacramenta tam extremæ vnctionis, quam ordinis nihil mihi ſcribendum occurrit, niſi circa ſacramentum ordinis cautos reddere, ne pertinax quiſquam, aut leuis ſit circa modum tradendi, aut recipiendi ordines. Nam, ſi collecta fuerint quæ pontificales codices, quæve ratio authoritaſque doctrinæ tradidit, incerta valde apparebit, præsbyteratu excepto, reliquorum natura ordinum. Et de minoribus quidèm ordinibus & ſubdiaconatu Magiſter ſentent. in 24 diſtinctione 4. ſentent. dicit inſtitutos eſſe ab eccleſia. De diaconatu verò ambiguum magis eſt: quia non conſtat ex actibus Apoſtolorum diaconos altaris, ſed diaconos menſarum & viduarum inſtitutos eſſe ab Apoſtolis Actuum ſexto; quin potius oppoſitum ibi dicitur, quoniã diaconi altaris ad ad adorandum & prædicandum ordinantur (vt in pontificalibus patet) ibi verò dicunt Apoſtoli, Nos verò orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. Quo circa licet tunc non fuerint diaconi altaris inſtituti, videntur tamen ab Apoſtolis inſtituti, licet neſciatur quando, & vbi. Iungit ſiquidem diaconos epiſcopis Paulus ad Philippenſes ſecundo, dicens: omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis cum epiſcopis & diaconibus: & primæ ad Timotheum tertio, deſcripto Epiſcopo, deſcribit qualis debet eſſe diaconus. Et quia ambæ eccleſiæ: ſcilicet Philippenſis & Epheſina (cuius erat Timotheus epiſcopus) erant eccleſiæ Gentium, in quibus non legimus vixiſſe in communi Chriſtianos; vt Hieroſolymis, ac per hoc non egebant diaconis menſarum & viduarum: ideo diaconi altaris videntur eſſe iſti. Et confirmatur ex Dyo. ponente diaconatus ordinem in primitiua eccleſia: vnde diaconatum ab Apoſtolis credimus cepiſſe. Et quod magis vrget, nulla videtur certa forma in diaconatu: nam ſecundum antiqua pontificalia impoſitio manuum ſuper diaconum non habet certam verborum formam, niſi orationem illam: Emitte, quæſumus, in eos Sanctum Spiritum, &c. quæ ſecundum noua pontificalia poſt impoſitionem manuum dicenda eſt. Datio aũt libri Euangeliorum certã habet formã verborũ: ſed tũc non imprimi characterẽ ex eo videt, ꝙ anteq̃ Euangeliũ aliquod eſſet ſcriptũ, diaconi Apoſtolis videntur ordinati, non dicendo: Accipe poteſtatem legendi Euangelium, ſed vt creditur per impoſitionem manuum. Idem quoque apparet in ſubdiaconatu, in quo nullum pontificale habet niſi materiam ſine forma, ſcilicet traditionem calicis vacui, &c. Taceo de minoribus ordinibus, in quibus varietas multiplex inuenitur etiam inter antiqua pontificalia: ex quibus apparet quòd huiuſmodi ordines ſacramentalia quædam videntur magis quàm ſacramenta. Et ad hoc ducit ratio: quia per nullum dictorum ordinũ poteſt ordinatus actum aliquem, qui ſi ſine illo ordine fieret, eſſet nullus, vt patet diſcurrendo per ſingulos actus diaconi & inferiorum. Et per hanc rationem epiſcopatus videtur ordo, quia aliquem actum poteſt epiſcopus, qui a non epiſcopo factus nullus eſt, vt confirmare, præſuppoſita veritate decretalis extra de conſuetudine, cap. quanto.

Hæc Autem ſunt collecta non ea ratione, vt nouam velimus ingerere doctrinam de ſacramento ordinis, ſed vt doctus quiſque percipiat incertitudinem materiæ, de qua eſt ſermo, & non velit plus ſapere, quàm oportet ſaperẽ, ſed ſape ad ſobrietatẽ, hoc eſt, vt ſit cõtẽtus conſueto pontificali eccleſiæ, in qua ordinatur. Et ſi aliquid fuerit omiſſum eorum, quæ ex nouis pontificalibus ſunt addita, (puta quia non eſt datus ſubdiacono liber Epiſtolarum cum illis verbis, Accipe librũ &c.) non propterea ſuppleri oportet in alia ordinatione huiuſmodi omiſſum, huiuſmodi enim noua additio non facit legem nouam. Nec mihi aliquis obiiciat oppoſitum me alibi ſcripſiſſe, dum de ſimultate contractus in primo quolibeto ſcripſi. Hæc enim non aduerſantur illis, quoniam non niſi de his quorum contractus ſimul cum traditione in pontificali mandatur, locutus ſum.

¶ Tutius tamen eſſe conſtat ſequi antiqua pontificalia in tribus infimis ordinibus, quàm modernum, in quo oſtenſio materiæ prius mandatur cum verbis, & poſtea tactus materiæ. Et certe mirum eſt, quum corrector ille mutauerit miniſtrum materiæ in acolytatu, ſcilicet Archidiaconum in epiſcopum, vt tutiorem viã eligeret, quòd in præcedentibus ordinibus labori epiſcopi tantum pepercit, vt nimis tutám viam eligeret. In antiquis ſiquidem pontificalibus diuerſimodè de minoribus ordinibus habetur, nam alicubi de oſtiario & lectore habetur, Tradit ſibi claues vel librum epiſcopus, dicens, de exorciſta vero habetur, Accipiat librum de manu epiſcopi dicentis ſibi, de acolyto autẽ accipiat candelabrum, &c. de manu archidiaconi dicente ſibi epiſcopo. Vbi apparet ſemper ſimultas formæ & materiæ, & quod materia non eſt monſtratio, ſed traditio & acceptio. Alicubi verò habetur, vt in nouo pontificali tempore Innocentii octaui impreſſo legis.

TRACTATUS DUODECIMUS
de Contractu Matrimonij in tres diuiſus quæſtiones.

1 *Num matrimonium cõtractum per procuratorem ſit ſacramentum.*

2 *Num cõtractus matrimonij clandeſtinus ſit quandoque licitus.*

3 *Num matrimonij cõtractus nõ propter prolem, nec propter vitandam fornicationẽ ſit licitus.*

De ſacramento matrimonij Triplex quæſitum.

CIRCA ſacramentum matrimonij paucula tractanda occurrunt. Et primò circa ipſum matrimonij contractum tria occurrunt dubia. Primum eſt, an matrimoniũ cõtractũ per procuratorẽ ſit ſacrũ. Secũdũ, an cõtractus matrimonij clandeſtinus ſit quandoque licitus. Tertium eſt, an matrimonij contractus non propter prolem, nec propter vitandam fornicationem, ſit licitus.

QVAESTIO I.

An matrimonium contractum per procuratorem, ſit ſacramentum.

CIRCA primum ratio dubij eſt, quia matrimonium inter fideles verum & ratum eſt ſacramẽtum: contractus autem huiuſmodi per procuratores efficit matrimonium verum & ratum: ergo eſt ibi ſacramentum.

¶Præterea, Coniugium inter infideles eſt ſacramentum, vt dicitur extra de diuortiis. c. gaudemus: ergo à fortiori coniugium huiuſmodi quod eſt verum & ratum eſt ſacramentum.

In oppoſitum eſt, quòd nullum ſacramentum miniſtratur per procuratorem. Ad hoc dicuntur duo: primum, directè reſpondendo quæſito, quòd matrimonium contractum tantummodo per procuratorem non eſt ſacramentum eccleſiæ. Quod manifeſtatur dupliciter. Primò, quia nullum ſacramentum ſuſcipitur per procuratorem, quia receptio ſacramenti eſt paſſio perſonalis, quum ſit intus quidem receptio gratiæ ſacramentalis, foris verò exigat aliquam in ſua perſona ſenſibilem actionem vel paſſionem, vt patet ex cõmuni ratione in omnibus ſacramẽtis. Et confirmatur ex hoc, quòd ſacramentum pœnitentiæ non poteſt ſuſcipi per procuratorem: nam ſicut ſacramentum matrimonij conſiſtit in contractibus, ita ſacramentum pœnitentiæ conſiſtit in actibus iudicialibus, tam autẽ in iudicialibus quàm in contractibus nihil prohibet multa fieri per procuratorẽ, niſi ratio ſacramenti: poteſt enim quis iudicari, abſolui, ligari per procuratorem, ſed non ſacramentaliter: & ſimiliter poteſt quis contractum facere de propria perſona per procuratorem, ſed non ſacramentaliter. Et confirmatur rurſus: quia ſi per procuratorem poſſet ſuſcipi ſacramentum, ſequeretur, quòd dormientibus ambobus coniugibus dum procuratores contrahunt, coniuges ſacramentum ſuſciperent, & nihil omnino à ſeipſis aut miniſtro aliquo ſacramenti circa ipſos tunc fieret: quod non ſolùm eſt abſurdum, ſed non intelligibile, ſtante conſtantia ſacramenti ex materia & forma, &c. & vltra hoc ſequeretur, quòd dormiens peccaret mortaliter peccato ſacrilegij, ſuſcipiens ſacramẽtum in peccato mortali, ſi contigiſſet vt iuiſſet tunc dormitum in peccato mortali: non eſt ergo coniugium contractum inter fideles per procuratores ſacramentum, donec coniuges ipſi coram ratificent contractum: quod tunc fit, quum coram poſiti primò manifeſtant ſibi inuicem ſe habere vt coniuges.

¶Secundum eſt, quòd licet huiuſmodi cõiugium per procuratorem contractum non ſit ſacramentum: eſt tamen verum coniugium, dirimens quodcunque aliud poſteà contractum conſummatum, multò magis quàm primum coniugium inter infideles dirimit ſecundum: vt dicitur extrà de diuor. cap. gaudemus. Poteſt tamen faciliùs diſſolui de conſenſu partium apoſtolica authoritate matrimonium per procuratorem contractum, quàm per ſeipſos coniuges contractum: quoniam in illo deeſt ſacramentum, quod non deeſt huic.

Ad primam ergo obiectionem in oppoſitum, dicitur quòd coniugium dicitur ratum dupliciter, vel radicaliter, vel formaliter. Et quòd cõiugium fidelium per procuratores contractum eſt ratum in radice baptiſmi, non autem eſt ratum ex forma ipſius ſacramenti matrimonij: coniugium autem inter infideles neutro modo eſt ratum.

¶Ad ſecundam dicitur, quòd vel eſt loquutio intranſitiua, vt dicatur ſacramentum coniugij pro coniugio: vel latiori vocabulo ſumitur ſacramentum, & non propriè, vt reſtringitur ad ſignificandum ſacramentũ nouæ legis, de quo ſolo eſt noſtra quæſtio.

QVAESTIO II.

An matrimonij contractus clandeſtinus ſit quandoque licitus.

CIRCA ſecundum (an matrimonij contractus clandeſtinus ſit quandoque licitus) abſque argumentis dicendum eſt, quòd quum contractus clandeſtinus non ſit ſecundum ſe malus moraliter, ſed ratione accidentium ex illo conſequentium: ideo in caſu, quo ceſſarent omnia inconuenientia, licitum eſſet contrahere clandeſtinè, quoniam tunc etiam ceſſaret obligatio iuris poſitiui, quod propter huiuſmodi inconuenientia conſtat emanaſſe. Contingit autem de facto pluries caſus iſte, quãdo matrimonium contractum eſt in facie eccleſiæ & conſummatum, & tamen fuit in veritate nullum propter aliquod occultum impedimentum dirimens: putà quia præcognouerat conſanguineam vxoris. Tunc enim habita diſpenſatione per ſecretas vias poteſt & debet contrahi matrimonium ſine teſtibus ad euitãdum ſcandalum, imò nec coniugi debet impedimentum manifeſtare, ſed dulciter rogare vt pro conſolatione ſua velit ſe iterum acceptare in cõiugem, & parte aſſentiente ſufficit. Sic enim euitatur omnis infamia, & intentum habetur: & nullum poteſt inconueniens ſequi ex huiuſmodi clandeſtino contractu.

An verò ante contractum in facie eccleſiæ matrimonium accidere poſſit caſus, in quo licitus ſit contractus clandeſtinus, non mihi occurrit de clandeſtino per ſe, ſed poteſt contingere de clandeſtino per accidens, quòd ſit aut licitus, aut ſine mortali peccato. Licitus quidem, ſi contingeret carere teſtibus, & oporteret contrahere: vt ſi in bello, ſeu direptione ciuitatis ſolus fierent coniugati, poſſent perſonæ habiles contrahere & conſummare: vt vel ſic euaderent opprobria, &c. ceſſant enim omnia inconuenientia, & præter intentionem eſt clandeſtinum matrimonium. Abſque mortali verò, vt ſi puella ſub malignis tutoribus, ne tradatur viro imprudenti cum danno debitæ ſibi dotis, aut hæreditatis propriæ, oblata commoditate non valens habere teſtes præſentes, contraheret cum viro grato, prudente, &c. ſciens quod poſt factum publicabunt ipſa & vir contractum: & ſic præualebunt. Ex quo enim parati publicare, contrahunt præter intentum ex rationabili cauſa clam, excuſantur ſaltem à mortali.

QVAESTIO III.

An matrimonij contractus non propter prolem, aut vitandam fornicationẽ, ſit licitus.

CIRCA tertium verò, an matrimonij contractus non propter prolem, aut vitandam fornicationem ſit licitus: ratio dubij eſt, quia videtur ſacrilegiam,

gium, ſacramentum non ordinari ad finam proprium: finis autem proprius ſacramenti coniugij eſt proles educanda ad cultum Dei, & remedium concupiſcentiæ.

¶ In oppoſitum eſt coniugium inter beatam Virginem & Ioſeph, quod neutrum finem habuit ex parte virginis.

Ad hoc dicitur ꝙ in contrahendo matrimonium, multiplex finis poteſt inueniri: & quantum ad propoſitum ſpectat, quintuplex finis poteſt conſidarari. Primus eſt finis iſtius contractus ratione actus: & hic eſt proles, vel remedium concupiſcentiæ: hic enim eſt finis coniugij mediante concubitu: vt patet. Secundus eſt ipſius contractus ratione ſui: & hic eſt mutua poteſtas corporum: ad hoc enim fit hic contractus, vt neuter coniugum habeat poteſtatem ſui corporis, ſeu alter alterius. Tertius eſt einſdem contractus ratione ſacramenti: & hic eſt ſanctificatio coniugum, vt vnus quiſq; poſſit vas ſuum poſſidere in ſanctificationem. Quartus eſſet, ſi contractus iſte ordinaretur à contrahente ad aliud extranaum: puta ad aliquod maleficium. Quintus eſſet finis non contractus, ſed contrahantis tantummodo: hoc eſt quòd eſſet motiuum vt fini ad hoc, vt homo qui aliàs nollet contrahere matrimonium, applicaret ſe ad contradendum matrimonium, Verbi gratia, quum Dauid contraxit cum Abiſach Sunamite, non ordinauit coniugium ad calefaciendum ſe, ſed applicauit ſe ad contrahendum coniugium, vt per mulierem calefieret, quum non eſſet aliàs diſpoſitus ad contrahendum matrimonium.

Quibus præmiſſis dicenda ſunt, ad quæſtionem motam, duo. Primum directè reſpondendo quæſito, quòd contractus eſt licitus, quoniam ſufficit coniugio habere vtrunque finem ſuum proximum, finis autem proximus ipſius contractus ſecundum ſe eſt mutua poteſtas corporum: quatenus verò ſacramentum, ſanctificatio. Et propterea etiam ſi non intendant prolem neque remedium concupiſcentiæ, ſed ſolummodo eſſe coniuges, ſecundum eccleſiam contractus eſt licitus. Et ſic inter ſenes & quoſcunque non intendentes concumbere, poteſt licitè contrahi matrimonium.

¶ Secundum eſt, quòd communiter extranei ſeu accidentes fines altero duorũ modorum contingunt: vel vt ratio non coniugij, ſed coniugij cum tali: vel vt ratio applicationis ſed contrahendum coniugium. Ideo communiter huiuſmodi contractus ſunt liciti, quoniam vterque modus eſt licitus. Exemplum primi modi habetur inter Iacob & Rachelem: propter pulcritudinem enim ipſius, elegit contrahere potius cum Rachele, quàm cum Lia: dicens dicens ſocero, Seruiam tibi pro Rachele filia tua minore, &c. Exemplum ſecundi habetur inter Dauid & Sunamitem. Et primus quidem ſæpe contingit, & clarus eſt omnibus: ſecundus autem amplius manifeſtatur exemplo & ratione. Simile quidem eſt, ſi ſacerdos aliquis nollet hodie celebrare, ſuperueniente autem amico, vt illi morem gerat, applicat ſe ad celebrandum: ita ſi quis non intenderet matrimonio coniungi, ſuperueniente autem vidua promittente maria & montes, vt ſibimet vtile faciat, applicat ſe ad contrahendum matrimonium cum illa, intendens illam habere coniugem, &c. vtrobique enim aduentitius finis non ponitur finis celebrationis aut coniugij, ſed applicationis ad celebrandum ſeu ad contrahendum. Et hæc eſt ratio quare contractus non redditur illicitus.

Et per hoc patet reſponſio ad objectionem in oppoſitum. Nam ſicut ſacerdos aliàs non celebraturus hodie, vt morem gerat amico applicans ſe ad celebrandum, non conſtituit per hoc amicum finem celebrationis, ſed applicationis ſuæ: ita qui propter bona temporalia aliàs non contracturus mouetur ad contrahendum coniugium, non conſtituit bonum illud extrinſecum finem coniugij, ſed mutationis ſuæ, qua de non volente contrahere factus eſt volens contrahere: coniugium verò ipſum ſuſcipit cum fine ipſius coniugij, etiam ſi de fine ipſius nihil cogitet: ſicut dictus ſacerdos celebrationem ordinat in finem celebrationis, etiam ſi nihil cogitet de fine. Eoipſo nanque quod intendit coniugium, intendit ipſius finem quamuis forte ad illum non ſe diſponat: ſicut ſacerdos intendens celebrare, vult ex hoc ipſo finem celebrationis, quamuis fortè non ſe diſponat ad illum.

TRACTATUS DECIMUSTERTIUS De Vſu Matrimonij in duas Quæſtiones diuiſus.

1 *Num vſus matrimonij ante benedictionem ſit licitus.*

2 *Num vſus clandeſtinus coniugij ſit illicitus mortaliter.*

QVAESTIO I.

An vſus matrimonij ſit licitus ante benedictionem.

Circa vſum matrimonij, dubium primo occurrit, an ſit licitus ante benedictionem.

¶ Videtur enim ꝙ non. Tum quia ſit contra ſtatutum ac conſuetudinem eccleſiæ: vt patet. 30. quæſt. 5. in pluribus cap.

¶ Tum quia quum ſine cauſa rationabili hoc fit, non euaditur contemptus quem conſtat conſtituere peccatum mortale.

Ad hoc dicitur, quòd licet quibuſdam vſum fuerit diſtinguendum de reddente, aut petente debitum: & ſimiliter de loco vbi eſt vel non eſt conſuetudo huiuſmodi benedictionis: & ſimiliter de cauſa an ſit rationabilis, vel non: Mihi tamen videtur, ſimpliciter & abſolutè dicendum, ꝙ huiuſmodi actus non eſt peccatum mortale. Et ratio eſt, quia nullum apparet in iure præceptum obligans ad mortale: imò expreſſè in fine ca. noſtrates: enumeratis concurrantibus ad nuptias, ſubditur, quòd hæc omnia non ſeruare non eſt peccatum. Conſuetudo quoq; non obligat ad mortale plus quàm ſtatutum & tantò minus hæc conſuetudo obligat, quantò alicubi (vt in Germania) nobiles nocte præcedente benedictionem, conſummant matrimonium: alicubi verò (vt in Italia) pœna appoſita ab eccleſia maritis conſummantibus matrimoniũ ante benedictionem, tam leuis eſt, vt teſtetur minimum aut nullum eſſe peccatum. Ex parte vero benedictionis, quum nulla fiat ſibi iniuria (quoniã nec contemnitur, ſed ſuſcipitur etiam conſummato matrimonio) nec admiſcetur propterea aliquod falſum ſeu mendacium, quoniã nulla fit de virginitate ibi mentio, nulla habetur ratio mortalis peccati. Nec obſtat ſi dicatur quòd canones præſupponunt virginitatem in benedicendis, ſaltem in ſponſa: vt patet ibidem, cap. ſponſus. Quoniam hoc de congruitate, & ſecundum communiter accidentia intelligitur: vt patet ex hoc quòd puella corrupta ante coniugium ſecretè ab alio nihilominus licitè nuptialem benedictionem ſuſcipit. Et parte demum finis ipſius benedictionis idẽ apparet: quo-

paret: quoniam ad duo ordinatur, ſcilicet ad ſolẽnem traductionem vxoris (quam conſtat propterea non omitti) & ad diuinam obtinendam benedictionem ipſorum coniugum, quæ etiam non omittitur. Ex quibus omnibus poteſt formari talis ratio: Actus coniugij ante benedictionem, &c. quum non ſit illicitus, niſi quia præuenit benedictionem antè debitã, non plus habet illiciti, quam ex interdicto vel legis, ſeu conſuetudinis inhibentis, vel benedictionis ipſius ſeu eius ſinis contrahat: ſed ex nullo horum contrahit rationem peccati mortalis, vt declaratum eſt; ergo non eſt peccatum mortale. A veniali autem peccato non excuſari matrimonij conſummationem ex parte tam petentis, quàm reddentis ex eo patet, quod ordo ipſe ſtatutus lege vel conſuetudine non ſeruatur, dum ante benedictionem fit, quod poſt benedictionem agendum erat.

Ad primum autem in oppoſitum, dicitur, quod hoc argumentum nihil valet, Statutum ſeu conſuetudo eccleſiæ non ſeruatur, ergo eſt peccatum mortale: plus enim exigitur ad peccandum mortaliter, quàm violare ſtatutum, ſeu cõſuetudinem eccleſiæ: quoniam nec omne ſtatutum, nec omnis conſuetudo eccleſiæ obligat ad mortale.

¶ Ad ſecundum dicitur, falſum eſſe quod vbi deeſt rationabilis cauſa violandi ſeu non ſeruandi ſtatutum & conſuetudinem eccleſiæ ibi adſit contẽptus: ſtat enim quod ex infirmitate ſeu concupiſcentia veniali fiat tranſgreſsio, & ſic communiter videtur accidere in huiuſmodi caſibus: Et propterea quia communiter ex contemptu non fit communiter non eſt peccatum mortale.

QVAESTIO II.

An vſus clandeſtini coniugij ſit illicitus mortaliter.

SEcundo quæritur an vſus clandeſtini coniugij ſit illicitus mortaliter. Et eſt ratio dubij: quia ſi pars affirmatiua poneretur, aut hoc eſſet ratione annexi ſcandali, aut ratione inhibitionis eccleſiæ: ſed ſcandalum tollitur, ſi vſus eſt occultus, inhibitio autem eccleſiæ non facit peccatum mortale, quum in præcedenti et conclusum ſit vſum coniugij ante benedictionẽ non eſſe peccatum mortale, quamuis ſit contra inhibitionem eccleſiæ.

In oppoſitum eſt, quod vſus coniugij non legitimi eſt peccatum mortale: clãdeſtinum autem matrimonium quamuis ſit verum & ratum, conſtat non eſſe legitimum: ergo.

Ad huius euidentiam recolendum eſt, in coniugiis dupliciter inueniri illicitum & mortale, vel quia malum, vt coniugium cum parẽte: vel quia prohibitum, vt coniugium cum affinibus ſeu conſanguineis quarti gradus. Vſus autem coniugij clandeſtini vtroque modo illicitus inuenitur, & quia malus, & quia prohibitus. Et ſiquidem malus, non ſecundum ſe, ſed ſecundum ſibi annexa. Ad cuius pleniorem intelligentiam ſciendum eſt, quod licet clandeſtinum coniugium cum ſuo vſu habeat omnia requiſita ad ſubſtantialia cõiugij & eius actus, & propter hoc dicitur quòd neutrum eſt ſecundum ſe malum: ex natu ali tamen hominis proprietate, qua eſt animal ſociale atque politicum, prouenit turpitudo in clandeſtino coniugio & eius actu. Ex hoc namque, quòd homo eſt animal ſociale & politicum, prouenit quòd coniugium & ij ſius actus debeant ſic fieri vt ſint offenſa & periculo offendendi ſocietatem politicam: vſus autem clandeſtini coniugij annexum habet ſcandalum vitæ ſocialis, dũ ſcitur commiſceri perſonas quæ naſciuntur coniuges. nec etiam ſine ſcandalo appareret mulier grauida, & proles fieret, &c. Ipſum verò coniugium clandeſtinũ annexum habet periculum offendendi vitam ſocialem: quoniam poſſet alter coniugum noua inire connubia, dum ignoratur ligatus altero coniugio. Eſt igitur tam clandeſtinum coniugium quàm ipſius actus, etiam ſi prohibitio legis non eſſet, de genere malorum moraliter, non ſecundum ſe, ſed ſecundum ſibi annexa.

¶ Vtrum autem ſit mortale peccatum, conſiderandum reſtat ex vtroque principio: ſcilicet annexæ moralis malitiæ & legalis inhibitionis. Ex parte ſiquidẽ moralis iniquitatis diſtinguendum occurrit, & dicendum: quòd quando actus huiuſmodi actus habet annexam ſcandali turpitudinem, eſt peccatum mortale: quando verò caret annexa turpitudine, non eſt peccatum mortale. Et horum ratio eſt in promptu: quia ex qua ratio peccati mortalis conſurgit ex annexa turpitudine extante, illa ſit peccatum mortale: & illa non extante, non eſt peccatum mortale. Notãter autem dixi, actus huiuſmodi, ad differentiam vſus: quoniam frequens actus, qui vſum conſtituit, impoſsibile eſt, moraliter loquendo, quòd careat ſcãdalo: nam frequens ſecreta conuentio perſonarum, quæ poſſunt eſſe coniuges, ſemper eſt ſuſpecta, & experientia teſta videmus ſcandala maxima ex huiuſmodi vſu prouenire.
Ex parte autẽ inhibitionis eccleſiaſticæ mortale peccatum videtur: quoniam Euariſtus Papa (vt habetur 30 quæſtione 5. canone, aliter) damnat huiuſmodi coniugia: ita quòd non coniugia, ſed adulteria, vel contubernia, vel ſtupra, aut fornicationes eſſe non dubitat. Quod quia verum eſſe cõſtat in iudiciali foro, in quo clandeſtinum matrimonium non eſt matrimonium ex authoritate Papæ promulgatum, damnabilem conſtituit clandeſtini vſum matrimonij. Simpliciter igitur & abſolutè loquendo, vſus matrimonij clandeſtini peccatum mortale eſt: vt pote ſcandaloſus ſcandalo notabili, reddente vtrunque coniugem infamem, & à iure damnatus vt adulterium ſeu fornicatio. Quocirca caueant confeſſores viduarum nobiliũ, ne conſulant fornicatiæ, vt contrahat clandeſtinum matrimonium, quaſi licitè deinceps ſatisfacturæ voluptati ſuæ cum clandeſtino coniuge: tum quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, & multominus vt euitentur peiora: tum quia per hoc non euaditur peccatum mortale in vſu dicti coniugij: tum quia adiungitur periculum homicidij vtriuſque aut alterius coniugis: vt ſæpius vidimus noſtra ætate: conſanguinei enim multò magis vindicant talia coniugia, quam ſi fornicatio ſola fuiſſet.

Ad obiecta ergo in oppoſitum dicitur, quod licet actus vnus, ſeu aliquis poſsit eſſe ita occultus, quod careat ſecundum ſe omni turpitudine ſcandaloſa: frequens tamen actus, vt dictum eſt, eſſe non poteſt: & licet vnicus actus omnino occultus non caret periculo ſcandali: quia poſſet inde coniux concipere, & ſic ſcãdalum ſequeretur. Inhibitio autem eccleſiæ non ſimiliter ſe habet ad vſum coniugij ante benedictionem, & ad vſum coniugij clandeſtini, quoniam primum ſimpliciter inhibet: ſecundum autem non ſolùm inhibet, ſed damnat vt ſtuprum, ſeu fornicationem. Et ratio eſt diſparitatis: quia actui coniugali debetur thorus publicus, hoc eſt, publicè præparabilis ſeu præparatus: vnde & coniuges conthorales dicuntur: clandeſtini autem coniugij actui non poteſt publicè thorus præparari: quum coniugium ipſum publicè habeatur tanquam non ſit, quum probari non poſsit. Ante benedictionem verò publicis coniugibus poteſt publicè thorus præparari, imò & de facto nullies præparatur: & propterea actus coniugij clandeſtini meritò reprobatur ac damnatur: actus verò publici coniugij nõ reprobatur nec damnatur, ſed ſolius cæremoniæ defectu accuſatur: eſt enim præceptum cæremoniale de non præueniendo benedictionem,

nam,

nem, de non vtendo verò clãdeſtino, eſt præceptum propriè ſubſtantiale. Et hinc ſequitur, ꝙ non ſolum vſus ſed etiam actus vnus coniugij per ſe clandeſtini, etiam cum ſterili ſeu vetula, quæ non poteſt concipere quantumcunque occultus eſt mortale peccatum, ſicut & ipſe contractus clandeſtinus propter damnationem eccleſiæ damnantis omnem contractum & concubitum & clandeſtinum in ſua ſpecie: ac per hoc omnem concubitum & contractum clandeſtinum: & conſequenter niſi rationabilis cauſa ſubſit ꝯhendi clã deſtinè, aut clandeſtine conſummandi, damnationem ſuæ ſpeciei incurrit.

TRACTAT. DECIMUSQUARTUS De Delectatione moroſa in tria Quæſita diuiſus.

1 *Num voluntaria delectatio de cogitato actũ licito cõditionaliter ſit mortale peccatũ.*

2 *Num vidua, quæ voluntariè delectatur de coniugali actu præterito, peccet mortaliter.*

3 *Num voluntaria delectatio de viſa pulchra muliere ſit computanda inter peccata mortalia delectationis moroſæ.*

CIrca actum cõiugij, quoniam multa ſcripſimus in commentariis præcedentis libri in tractatu de luxuria, & quędam etiam in quolibetis, ideo ne eadem repetamus, pertranſeundum eſt. Incidenter tamen dubia aliqua, de delectatione moroſa ſoluendo.

DVBIVM I.

An voluntaria delectatio de cõgitato actu licito conditionaliter, ſit mortale peccatum.

EST Autem primum dubium, an volũtaria delectatio de cogitato actu licito conditionaliter, ſit mortale peccatum. Verbi gratia, cogitat quis de actu coniugali cum tali muliere ſi eſſet vxor ſua, & voluntariè delectatur de actu cogitato, an in hoc & ſimilibus ſit peccatum mortale. Et eſt ratio dubij: quoniam pro parte negatiua eſt quòd delectatio eſt de actu licito, intantum quòd conſenſus in huiuſmodi actum non eſt peccatum: ſi enim conſenſus in actum non eſt peccatum, à fortiori nec cogitatio de illo erit peccatum. Pro parte verò affirmatiua eſt omnis religioſa conſcientia, cauens huiuſmodi delectationem, vt peccatum mortale.

Ad hoc dicitur, quòd ſine dubio huiuſmodi delectatio voluntaria eſt peccatum mortale, quia eſt ſimpliciter de concubitu peccati mortalis. Ad cuius euidentiam diſcernendum eſt inter conſenſum & delectationem: quoniam tam conſenſus, quàm deſiderium ferri poteſt in obiectum vel abſolutè vel conditionaliter: poteſt enim quis deſiderare cibum abſolute, & poteſt rurſus deſiderare ipſum ſub conditione: puta ſi non eſſet dies ieiunij. Et quòd dicimus de actu, idem intellige de delectatione conſequente actum exterius exercitum: nam poteſt quis deſiderare delectationem cibi & abſolute & ſub conditione, puta velle delectari in comedendo, ſi non eſſet dies ieiunij. Delectatio autem voluntaria conſequens obiectum interius apprehenſum & concubitum ſiue abſolutè, ſiue conditionaliter, non poteſt diſtingui in delectationem conditionalem, vel abſolutam: ſed ex hoc ipſo quòd ineſt huiuſmodi delectatio voluntariè, eſt ſimpliciter & abſolutè delectatio. Vnde cum aliquis deſiderat actum coniugij cum aliqua conditionaliter: id eſt ſi eſſet ſua, non peccat: quoniam deſiderium obiectum habet rectæ rationi conſonum: ſed quum delectatur quia de huiuſmodi actu conditionali cogitato, delectatio ipſa non eſt conditionalis: quoniam conditionalis nihil ponit in eſſe: huiuſmodi autem delectatio ponitur in eſſe voluntariè. Et propterea delectatio ipſa non ſpectat ad obiectum deſideratum & cogitatum, quatenus eſt conditionale: ac per hoc redit ad naturam ſui generis; ſcilicet delectationis moroſæ de illicito concubitu. Ex nanque quòd actus vt conditionalis, non facit ipſam delectationem conditionalem: ſequitur quòd relinquat eam in genera delectationis voluntariæ de concubitu ſecluſa conditione, quæ ſola faceret illum licitum. Et hoc eſt nihil aliud dicere quàm relinquere illam in ſpecie delectationis voluntariæ de concubitu, ac ſi illa conditio non eſſet cogitata: & hoc eſt ꝙ timoratæ conſcientiæ vtrinſque ſenſus teſtantur.

Et per hoc patet ſolutio ad obiectum: quoniam nõ eſt idem iudicium de conſenſu, & deſiderio in actum exteriorem illiusque delectationem ſub conditione, & de præſenti delectatione voluntaria de eodem actu eademque delectatione cogitata. Nec eſt verùm, quòd præſens delectatio ſit de actu licito: quoniam non eſt de illo conditionaliter, actus autem non niſi conditionaliter non eſt licitus.

DVBIVM II.

An vidua, quæ voluntariè delectatur de coniugali actu præterito, peccet mortaliter.

SEcundum Dubium eſt, an vidua quæ voluntarie delectatur de actu coniugali præterito, peccet mortaliter. Et eſt ratio dubij ambiguitas ſcribentium.

Ad hoc dicitur, quòd formaliter loquendo, voluntaria delectatio de præterito actu coniugij non eſt peccatum mortale. Et ratio eſt, quia eiuſdem moris eſt delectari de præſenti, præterito vel futuro: huiuſmodi enim differentiæ non variant ſpeciem moris de bono in malum: & propterea ſicut ſimpliciter, & abſolute, viduæ conſenſu approbatiuo poteſt placere actus præteritus, ita poteſt delectari de illo. Et licet hæc ratio ſufficiat, manifeſtatur tamen ex ſimili: iudex enim functus officio poteſt voluntarie delectari de vindicta, quam exercuit occidendo perturbatores Reipublicæ: nec ſolum intus poteſt delectabiliter rememorari, verum poteſt etiam delectabiliter hæc enarrare: vt patet. Idem autem eſt iudicium de voluntaria delectatione in cogitatione, memoria, narratione & facto vindictæ, & cuiuſcunque alterius actus: memoria enim de iuſtis ſeu licitis, eodem more eſt delectabilis, quo & ipſa iuſta & licita fuerunt delectabilia.

¶ Aduertendum tamen eſt hic, quòd aliud eſt loqui de voluntaria delectatione præteriti actus liciti, & aliud eſt loqui de concomitantibus illam nam ſtat quòd ipſa delectatio de actu præterito voluntaria immunis ſit ſecundum ſeipſam à peccato mortali: & tamen ipſamet, vt annexum habet malum aliquod (puta pollutionem, uel delectationem interiorem, conſe-

quentem velleitatem actus ſimilis præterito, aut conſequentem inſurgentē concupiſcentiam) ſit peccatum mortale. Et quia venerea quantumcunq; licita, quum cogitantur, annexam habent concupiſcentiā carnis, notuſq; qui & non præcipiente intellectu inſurgunt (vt experientia teſtatur) ideò ſi viduæ delectatio periculū habet annexum pollutionis aut ruinæ animæ ad aliquē prauū cōſenſum huiuſmodi delectationū annexarū (vt communiter videtur accidere voluntariè immorantibus in memorijs talibus) tenet euitare huiuſmodi memoriā, ſicut tenetur fugere huiuſmodi pericula. Sine his tamen, huiuſmodi memoriæ communiter ſunt peccata venialia: quia carent pia neceſſitate & vtilitate.

DVBIVM III.

An voluntaria delectatio de viſa pulchra muliere, ſit computanda inter peccata mortalia delectationis.

TErtium eſt, An voluntaria delectatio de viſa pulchra muliere, ſit computanda inter peccata mortalia delectationis moroſæ. Et eſt ratio dubij, quia ſimile vī iudicium delectatione omnis ſenſus: ſed voluntaria delectatio de muliere tacta, ſpectat ad delectationem moroſam, ergo & de viſa.

Ad hoc dī ꝙ quū nulla ſenſatio naturalis ſit ſecūdum ſe peccatum (quoniā eſt à natura ipſa, cum conſequente delectatione) proculdubio niſi mulieris viſus aut tactus ſit mortaliter malus, delectatio volūtaria de ipſa viſa aut tacta nō eſt mala. Verùm inter tactus & alios ſenſus eſt quoad propoſitū differentia in hoc, ꝙ viſus mulieris pulchræ ſecundū ſeipſum delectabilis, nō eſt libidinoſus niſi ex parte videntis ad malū ordinetur: tactus aūt per oſcula & amplexus, vt eſt ſecūdū tactū talē delectabilis, eſt libidinoſus, ſicut & concubitus, niſi coniugij bono honeſtetur. Quoniā delectatio ſenſibilis ſecundū quendā tactū, ſcilicet oſculorum, amplexū huiuſmodi, eſt ſecundum ſe à natura ordinata ad venerea: delectatio aūt viſus nō eſt ſecundū ſe ad hoc ordinata. hinc. o. fit, vt illa ob ſolā delectationē exercitata ſint libidinoſa, viſus aūt minimè. Et propterea ſicut ſenſibilis delectatio oſculorū, &c. extra cōiugiū illicita eſt, & ſecundū ſe mortalis (vt in commentariis præcedentis libri diffuſe declaratū eſt) ita voluntaria delectatio de huiuſmodi cogitatis, mortale peccatū eſt delectationis moroſæ. Et per oppoſitū, quia videre mulierē pulchrā, non eſt ſecundū ſe ordinatum ad venerea, ideo delectabiliter videre mulierē pulchrā, & ex ſuo genere nullū eſt peccatū: ita per hoc delectabiliter cogitare de viſa muliere pulchra, niſi otioſè vel ob malū fiat, peccatum nullū eſt. Et hæc ſimiliter intellige de huiuſmodi actibus ſecundum ſe: nam ſecundum annexa pericula iudicandum eſt iuxta canones periculorum: multi enim ex aſpectu mulierum corruerunt: vt patet de Dauid, &c.

Et hæc ſufficiāt ꝓ hoc libro ſup tertia parte diui Thomæ per hoc pro commentariis integris ſuper tota ſumma eiuſdem: ad gloriā in primis omnipotentis Dei, deinde ipſius diui Tho. vtilitatem autem eccleſiæ. Sub correctione ſanctæ ſedis Apoſtolicæ (in qua nunc ſedet Leo decimus Pontifex Maximus) cui & ſcripta & ſcribenda omnia ſubmiſſa ſemper eſſe volo. Romæ die 19. decembris. Anno chriſtianæ ſalutis milleſimo quingenteſimo vigeſimo, ætatis autem meæ quinquageſimoſecundo. Amen.

AD REVERENDISS. AC ILLVSTRISS.

D.D. Iulium medicem S. Rom. Ecce. Presbyterum Cardinalem, ac Vicecancellarium: Tractatus de indulgentijs Thomæ de Vio Caietani Cardinalis ſancti Xiſti.

PROLOGVS.

SAtis Conſtat, pater ampliſſime, inter eos theſauros, qui ab apoſtolicæ poteſtatis throno ad animarum ſalutem nequaquam in extremo loco ponendas eſſe remiſſionū illas, quas trito iam nomine indulgentias appellamus. De quarum vi quum varias & pontificij iuris & theologiæ profeſſorum opiniones eſſe animaduerterem, libuit mihi pro mea conſuetudine, qui omnes meas lucubrationes ad eccleſiæ vtilitatem ſemper contuli, pro virili mea hic quoq; in ſummam compendiūq; redigere: quid illud deniq; ſit quod tanquam ratum certumq; de huiuſmodi remiſſionibus habeamus. Noſtrum verò de hac re opuſculum tibi iure optimo dedicandum cenſui, tum ſequutus illorum morem, qui principibus viris integritate, prudentia, fortitudine ac magnanimitate excultis (qualem te eſſe omnes gaudemus) libros ſuos nuncupare prægeſtiunt: vt ſub illorū auſpiciis honeſtati, gratiores in vulgus prodeant. Tum quia ſanctiſſimi Domini noſtri Leonis x. benignitate, in ſacrum Rom eccleſiæ Senatum aſcitus, inclytæ familiæ veſtræ in vniuerſum, ac ſeorſum & ſingulis veſtrum, tibiq; præſertim (quem præcipuum mihi patronum dominumq; elegi) & meipſum, & omnes ingenij mei fœtus dedicandos eſſe cognoſce. Addo etiam ꝙ quum tu Rom. eccleſię vicecancellarius diuo ſuffectus ſis Laurentio, cuius eſt officium ſedis apoſtolica tractare theſauros, ac diſpenſare, iure quodam ſuo noſtrum hunc libellum, in quo agitur de ſpiritualibus eccleſiæ theſauris, vt patronus ac præſes tibi vendicas & aſciſcis. Oro itaque amplitudinem tuam, vt ea benignitate nunc hoc quoque meum accipias, qua & meipſum maximo tuo beneficio honeſtatum dignatus es in clientelam accipere.

TRACTATVS DECIMVSQVINTVS.

De Indulgentiis in Decem Capita diuiſus.

1 Quæ à Priſcis conſtant de indulgentiis.
2 Quid ſit indulgentia.
3 Obiectiones contra aſſignatam indulgentiæ definitionem.
4 Quæſtiones tres contra aſſignatam definitionem indulgentiæ.
5 Soluuntur obiectiones in tertio c. poſitæ, num indulgentiæ ſpectent ad iuriſdictionem.
6 Solutio obiectionum 3. c. num indulgentia ſit abſolutio.
7 Solutio obiectionis 3. c. quòd indulgentia ſit de iniunctis pœnitētiis.
8 Reſponſio ad quæſtionem de indulg. cauſa 4. cap poſita.
9 Reſponſio ad 2. q. de tempore veræ pœnitentiæ 4. cap. poſitam.
10 Reſponſio ad 3. q. 4. cap. poſitam de tempore confeſſionis.

CAPVT I.

Quæ à priſcis conſtant de indulgentiis.

DE Ortu Indulgentiarum, ſi certitudo haberi poſſet, veritati indagandæ operā ferret: verùm quia nulla ſacræ ſcripturæ, nulla priſcorū doctorum Græcorum aut Latinorū authoritas ſcripta hunc ad noſtrā deduxit notitiā: ſed hoc ſolùm a trecentis annis Scripturæ cōmendatum eſt de vetuſtis Patribus, ꝙ beatus Greg. indulgētias ſtationū inſtituit, vt in 4. ſen. diui Thom. hī. Longè ſiquidē poſt Greg. legimus, ꝙ quidā indiſcretas & ſuperfluas indulgentias dabāt: vt Inno. 3. in c. quū ex eo. extra de pœ. & re. dicit. Et per 40. fortè annos antè ab Alexan. 3. ꝓpoſitā de indulgētiis datis ab epiſcopis quæſtionē ſolutā inuenimus ibidē in c. ꝙ aūt. Ex verbis quoq; Inno. 3. in c. excōmunicamus: extra de hære. § catholici apparet cōceſſā fuiſſe indulgentiā euntibus in ſubſidiū Terræ ſanctæ. Et quāuis nō inueniatur in iure, indubiè tn̄ tenetur cruciatæ expeditionē fultā fuiſſe indulgētia plenaria. & hoc haberi dī in parte deciſa decretalis ad liberādā. X de Iudeis.

¶ Ex his aūt textibus nō ſolùm hī, ꝙ indulgentiarum gratia antiqua eſt in Xp̄i eccleſia, & nō noua adinuentio, ſed habent clarè quatuor primò, ꝙ dare indulgētiā alicui eſt illū abſoluere. Secundò, ꝙ iſta abſolutio ſpectat ad forū pœnitētiale. Tertiò, ꝙ iſta abſolutio eſt a pœnitētiis iniūctis. Quartò, ꝙ quādoq; ſunt indiſcretæ. Et primū quidē eorū hī expreſsè in dicto c. quod aūt. ab Alexan. 3. ſcribente archiepiſcopo Cātuarien. quòd quia nullus poteſt liga-

rarum ſolui à non ſuo iudice, ideo indulgẽtiæ conceſſę ab aliquo epiſcopo, nõ ſe extendunt ad non ſubditos ſibi niſi de cõſenſu propriorũ iudicii. Hæc.n.ratio clarè docet, ꝙ quia indulgentia eſt abſolutio, ideo à proprio iudice vel de conſenſu proprij iudicis ab alieno ꝑt fieri tãtùm. Reliqua verò tria habenĩ ex concilio generali ſub Inno.3. in c.quũ ex eo.extra de pœ.& re. Quòd.n.ſpectet ad forũ pœnitentialẽ inde hĩ: quia ibi dĩ, ꝙ eneruat penitentialẽ ſatisfactionẽ indiſcreta indulgentia. Quòd ab iniunctis liberet pœnitentes, clarè ibi hĩ: & ſimiliter, ꝙ ſuperflue & indiſcretè quandoq; fiant.

CAPVT II.
Quid eſt indulgentia.

PRincipium igiĩ inueſtigãdæ quidditatis indulgentiæ ex his quæ conſtãt ſumendo, ab illius ſtabilito genere ex ſacris canonibus ordinamur. Et dicamus, ꝙ indulgentia eſt quædã abſolutio: niſi.n. per ſe & propriè indulgentia abſolutio eſſet, non reddidiſſet per ſe rationẽ iur, quare indulgentia non prodeſt non ſubditos: quia ligari abſoluiue non niſi ſubditus ꝑt. Si.n. ratio eſt per ſe oportet, indulgentiã conſiſtere in abſoluendo aut ligãdo: cõſtat aũt ꝙ indulgere non eſt ligare: igiĩ eſt abſoluere. Neceſſariũ eſt aũt aſſerere rationem canonis eſſe per ſe: quia ea quæ ſunt per accidens, repellunĩ à qualibet ſciẽtia. Eſt igitur eccleſiaſtica indulgentia (colligẽdo oĩa certa ex ſacris canonibus) abſolutio ab iniuncta pœnitentia in foro pœnitẽtiali. Et quis prima facie videãtur hæc non ſufficere ad indulgentiæ diffinitionẽ: ſcrutãdo tñ ſingula ſubtilius, apparebit ſufficiens. Differt ſiquidẽ imprimis indulgentia ab omnibus priuatis actionibus ex genere, ſub quo continetur abſolutio: eſt.n. abſoluere ſicut & ligare actus iuriſdictionis. Et ex hoc indulgentia differt tã ab actionibus priuatis (puta quũ vnus orat, aut facit pœnitentiã pro alio aut ſeipſo) quàm ab actionibus cõmunibus perſonis publicis & priuatis: puta cõpenſatione vnius ad alterum, aut ſubuentione dãdo alicui pretiũ, vnde ſoluat creditori. Nullus ſiquidẽ horũ actuum eſt actus iuriſdictionis: quilibet.n. abſq; quacunq; iuriſdictione põt huiuſmodi actus exercere, non ſolũ in profanis, ſed ẽt in ꝓpoſita materia: vt.n. in 4 ſen. Theologi dicunt: Vnus homo exiſtens in charitate, ꝑt facere pœnitentiã & ſatisfacere pro altero in charitate exiſtente. Quod eccleſiæ conſuetudine approbatur, ieiunia aliaq; operã ſatisfactoria eſſe ꝓ pœnis debitis animabus in purgatorio exiſtentibus affirmãte, ſi pro illis à perſonis in charitate exiſtentibus fiãt, vbi patet opera ſatisfactoria priuatarum perſonarũ abſq; vlla iuriſdictione eccleſiaſtica cõpenſari pro pœnis animarũ quæ purgãtur, & pro pœnitentiis iniunctis ſatisfacere: & eſt quaſi pretiũ, ꝙ priuatæ perſonæ animabus donãt, vnde quaſi ſoluãt & liberent. Differt deinde indulgentia ex hoc, quod nõ eſt quicũq; iuriſdictionis actus, ſed talis, ſ. abſolutio, ab actu diſtributionis, quo curã habens boni cõmunis diſtribuit illud partibus eiuſdẽ cõmunitatis: vt quũ diſtribuit princeps, aut cõmunitas honores Reip. inter ciues. Abſolutio n. eſt actus iudicis ad vnũ ſubditũ nulla habita rõne æqualitatis ad alterum, vt patet ẽt in hac materia. quũ datur indulgentia alicui vni: ꝙ quotidie per confeſſionale aut indulti fit. Diſtributio aũt, vt patet 5. Ethic. fit ſecũdũ æqualitatẽ ꝓportionalẽ: quæ ſine rõne ad alterũ fieri nõ ꝑt vnde quũ hoc intelligi nõ poſſit: vnde quũ vnus tãtũ q̃nq; honoratur in Rep. ſi iuſta diſtributione honor talis illi defertur, rõ iẽ illius habere ad alios eſt neceſſariũ: & quãtò aliis præſtat ſimpliciter vel rõe, quo ad hoc tãtũ nunc honoratur. Mõſtratĩ quoq; ex hoc, ꝙ indulgẽtia eſt abſolutio, & effectiua illius cã ſ. iudex: actus.n. iuriſdictionis operatio eſt iudicis: & ꝑ hoc monſtratĩ requiri tã authoritatẽ in dãte indulgentiã (nõ n. eſt iudex ſine authoritate q̃ rõnẽ: non.n. ꝓ libito, ſed rõne ſuadẽte abſoluit, aut ligat iudex, niſi cuius voluntas lex eſt: ꝙ ſoli Deo cõuenit. Et materialis. ſ. ſubditus, in quẽ exercetĩ: non.n. abſolui ꝑt niſi ſubditus: vt Alex. 3. ad hoc propoſitũ in alla canone dixit. Sed materia circa q̃ exercetĩ, per ſubiunctã particulã monſtratur, quũ ſubiungiĩ, ab iniuncta pœnitentia. Eſt ſiquidem indulgentia ſubditi abſolutio quo ad iniunctã ſibi pœnitentiã non in foro contentioſo, ſed pœnitentiali, ita ꝙ li, in foro penitentiali determinat duo, ſ. abſolutionem & iniunctã pœnitentiã. Et eſt ſenſus ꝙ indulgentia eſt abſolutio in foro pœnitentiali à pœnitentia iniuncta in foro pœnitentiali. Etenim indulgentia, quia actus eſt iudicis, ad aliquem forum ſpectat: liquet aũt ꝙ non contentioſi eſt fori, pœnitentialis igitur erit. Et hinc patet qualitas iudicis: forus.n. pœnitentialis ad eccleſiaſticum tãtùm iudicẽ ſpectat: & propterea eccleſiaſticum oportet eſſe iudicem, qui indulgentiã concedit. Verùm quum pœnitentialis abſolutio ſecetur in eã, quæ eſt ordinis, quæ ſacramentalis eſt (vt pote ſacramentũ pœnitentiæ perficiens ſacerdotis miniſterio) & eã quæ eſt iuriſdictionis tantum: quæ à legatis & electis tantum pontificibus exercetur: & illa directè & per ſe primò culpã reſpiciat (eſt enim abſolutio ab ipſo peccato) iſta autem culpæ remiſſionem præſupponat, & pœnã peccato debitã reſpiciat, non q̃cunq; quia non pœnam æternam (non.n. liberat indulgentia à pœna inferni) ſed temporalem: quæ hic, aut in purgatorio exſoluenda pro commiſſo peccato eſt: ideo ad differentiam ſacramentalis abſolutionis remittentis culpã & æternitatem pœnæ ſubiunctum eſt in diffinitione, ab iniuncta pœnitentia: iniuncta ſiquidem in foro pœnitentiali pœnitentia non niſi temporalis eſſe poteſt, & remiſſionem culpę preſupponit. Monſtratur nihilominus ex eadem particula qualitas ſubditi ei confertur indulgentia: ꝙ ſcilicet ſit vere pœnitens & confeſſus. Nam quia in ſacramento pœnitentiæ non ligat ad pœnam ſacerdos, iniungendo pœnitentiam, niſi abſoluẽdo à culpa: & prius natura abſoluit, quàm ligat (quia obligatio ad pœnam temporalem ſuppoſuit remiſſionem culpæ, abſolui autem à culpa ab eccleſiaſtico iudice nullus poteſt niſi vere pœnitens & confeſſus) ideo ex hoc ipſo, ꝙ indulgentia eſt abſolutio à pœna iniuncta in foro pœnitentiali, monſtratur quòd recipiens indulgẽtiam debet eſſe verè penitens & confeſſus: atteſtante conſueta forma indulgentiarum: in qua dicitur, vere pœnitentibus & confeſſis. Differt demum indulgentia à remiſſione pœnarum iudicialium ad forum contentioſum ſpectantium per eandem particulam: ſ. iniuncta in foro pœnitentiali: indulgentia ſiquidem non liberat à pœnis iniunctis in foro contentioſo, & vſq; adeo ab illis elongatur, vt diuus Thomas propterea dicat, religioſos per indulgentiam non liberari a pœnitentiis ſibi iniunctis in capitulo a ſuis prælatis. Ex quibus omnibus apparet, quòd diffinitio indulgentiæ collecta ex ſacris canonibus, cunctã complectitur quæ ad rationem indulgentiæ concurrunt. Eſt igitur eccleſiaſtica (de qua eſt ſermo) indulgentia, abſolutio a pœnitentia iniuncta in foro pœnitentiali.

CAPVT III.
Obiectiones contra aſſignatam rationem indulgentiæ.

QVAESTIO.
Num dare indulgentias ſpectet ad iuriſdictionem.

HAbet autem dicta diffinitio indulgentiæ difficultates multas & obiectiones, contra ea in illa contenta.

¶ Contra illud in primis dictum, ſ. dare indulgentias eſt actus iuriſdictiones, opponitur à Durando in 4. ſen. diſt. 20. Tum quia iuriſdictio exerceri poteſt in inuitum: indulgentiam autem nullus conſequi poteſt inuitus. Tum quia nullus poteſt vti actu iuriſdictionis in ſe ipſum: indulgentia autem aliis data poteſt concedens vti ſicut alii. Ab aliis verò: tum quia Archiepiſcopus poteſt in tota ſua prouincia indulgentias dare, vt patet in c. noſtro: extra de pœn. & re. & tamẽ cõſtat archiepiſcopũ non habere niſi in articulis quibuſdam poteſtatem in ſubditos ſuffraganeorum: extra de offi. or. c. paſtoralis. Tum quia indulgentiæ dantur etiam defunctis exiſtentibus in purgatorio: qui a iuriſdictione eccleſiæ ſunt exempti. vt pote extra hanc vitam: & quos eccleſia non poteſt ligare, cui data eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi ſuper terram tantùm.

Contra

Contra aliud deinde dictum, ſ. ꝙ indulgentia eſt abſolutio, non cõpenſatio, aut diſtributio, opponitur communi tã theologorũ, quã canoniſtrarum doctrina, canonizata à Clemente 6. in extrauagãti, vnigenitus: de pœ. & re. decernentium indulgẽtias fieri per modũ diſtributionis, & cõpẽſationis, ſeu ſolutionis. Dicũt.n. ꝙ theſaurus eccleſiæ, in quo ſunt recondita merita Chriſti & ſanctorũ, quatenus ſatisfactoria ſunt non ꝓ ſeipſis, diſtribuitũ per indulgentias in Chriſti fideles, ita ꝙ pœnitentiæ noſtræ cõpenſantũ per pœnas Chriſti & ſanctorũ, dum ex theſauro illo conceditur cuiq; quaſi pretiũ pęnale, vnde ſoluat Deo debitã pro ſuis peccatis pęnitentiã. Hæc aũt patet contrauenire ſententiæ, qua dĩ, ꝙ indulgentia eſt abſolutio: quum longè diſtet actus abſolutionis iudicialis ab actibus his: quoniã iſti actus omnes ſunt actus non iudicij proprij, ſed communes tã publicis quàm priuatis perſonis, exẽpto diſtributionis actu, cuius tamen differentia ab abſolutionis actu clarè liquet. Opponitur quoq; ꝙ ex illo canone Alexãdri 3. non hĩ niſi ꝙ dare indulgentiam eſt actus iuriſdictionis in ſubditum: ꝙ quidem poteſt verificari ponendo, ꝙ eſt actus diſpenſationis, ſeu diſtributionis. Nã hic actus eſt iuriſdictionis, & ſuper theſaurum diſpenſandum & ſuper eum, cui communicatur: quia commune bonum non niſi in partes communitatis diſtribuendum eſt: & ſic ruit tota diffinitio aſſignata. Poteſt quoq; & aliter exponi canon ille vt intelligatur cauſaliter indulgẽtiam eſſe abſolutionem, quia cauſat abſolutionem: diſpenſatio namq; theſauri dicti cauſat in illo, cui communicatur, abſolutionem à pœna peccato debita, & à ſacerdote iniuncta. Et ſic cadit ruina diffinitionis.

Contra tertium demum dictum (ſcilicet ab iniuncta pęnitentia) obiicitur. Tum quia diuus Thom cum multis theologis & canoniſtis dicit indulgentiam liberare hominem ab iniunctis, & non iniunctis pœnitentiis.

Tum quia indulgentiæ tantùm valent quantũ ſonant: vt communiter doctores conſtat aũt, ꝙ in plenariis indulgentiis non ſit mentio de iniunctis. Tum quia indulgentiæ, quæ dantur pro defunctis, non dantur pro iniunctis: nam non præſupponitur iniunctas eis pęnitentias nõ perfeciſſe eos, qui ſunt in purgatorio. Tum quia quum pęnitentiarius Romæ iniungeret pęnitentiam plenariã indulgentiã conſequutis accepit mandatum a Papa, vt non iniungeret pœnitentiam: vt refert Patrus de Pal. in 4. ſen. diſt. 20, quæſt. 4. in calce. Tum quia in forma plenariæ abſolutionis, quæ conceditur in morte, continetur reſtitutio ad innocentiam baptiſmalem, quæ non eſſet verè efficax, ſi ab iniuncta tantum pœnitentia abſolueret.

CAPVT III.

Quæſtiones tres circa aſſignatam diffinitionem indulgentiæ.

QVÆSTIO.

Num quæuis cauſa indulgentiæ ſit etiam cauſa quantæcunque.

SVNT Præterea circa dicta in ſupraposita diffinitione indulgentiæ tres quæſtiones. Prima omnium difficilima eſt circa cauſam effectiuã indulgentiæ. Dictum eſt.n. ꝙ oportet dãtem indulgentiã fultũ eſſe authoritate & ratione. In dubium aũt non parum vertitur, an quælibet rationabilis cã dandi indulgentiam, ſit etiam rationabilis cauſa quantæcunque indulgentiæ: an potius quædam ſit rationabilis cauſa tantæ indulgentiæ (puta vnius anni) quæ non eſſet rationabilis cauſa multò maioris indulgẽtiæ, puta viginti millium annorum. Eſt autem ratio ambiguitatis, quia pro prima parte, hoc eſt ꝙ cauſa legitima indulgentiæ eſt etiam ſufficient cauſa quantæcunque indulgentiæ, extat authoritas diui Tho. in 4. ſen. diſt. 20. expreſsè dicentis, ꝙ indulgentiæ ratio ſeu cauſa non exigitur ad menſurandam indulgentiam. Et probat hoc: quia eadem ſtante ratione eccleſia modo maiorem, modo minorem dat indulgentiam. Et tandem dicit quòd licet dans indiſcretè indulgẽtias, ita vt homines pro nihilo ab operibus pęnitentiæ retrahuntur, peccet: nihilominus conſequuntur homines plenam indulgentiam datam. Extat (& quam continua experientia Romæ docet) authoritas eccleſiæ dantis indulgentiam plenariam pro ſola viſitatione alicuius eccleſiæ ſine manibus: & in die ſancto Paſchæ data benedictione a papa ſuper plateas S. Petri, pronunciãt duo Cardinales indulgentiam plenariã omnibus præſentibus. Si enim hæc cauſæ ſunt legitimæ cãæ indulgẽtiæ plenariæ, nulla reſtat cã pia tã parua, quæ non ſit legitima cã quantæcunq; indulgentiæ. Extat & authoritas veritatis eccleſiaſticæ: ſecundum quã oportet indulgentias tantum valere quantũ ſonant autem quòd ſonant ex quacunque cauſa etiam plenariam indulgẽtiam.

In oppoſitum autem eſt: quia a ratione diſſonat indulgentiam exigere vltra authoritatem in dante & charitatẽ in recipiente, rationabilitatem in cauſa, ita quòd ſine legitima cauſa indulgentia eſt nulla, & tamen quantitatem indulgentiæ non exigere aliquid ex parte legitimæ cauſæ.

¶ Contra quoque rationem eſt, quòd poteſtas eccleſiæ quæ non niſi miniſtri & diſpenſatoris eſt, nulla ratione diſpenſandi arceatur in quantitate tam pretioſi theſauri. Et confirmatur: quia ſi in prophanis poſſunt eccleſiæ miniſtri ita diſpenſare, vt diſpenſatio ſit nulla (vt ſi papa donaret totum ſtatum temporalem eccleſiæ filio ſuo, quãtus eſſet rationabilis cauſa donandi ſibi aliquid) multò magis videtur quòd errare poſſit in diſpenſando theſaurum ſpiritualium bonorum, ita vt diſpenſatio ſit nulla, vtriuſque enim eſt diſpenſator non dominus, in ædificationem corporis Chriſti myſtici, non in illius diſſipationem. Accedit ad hoc authoritas apoſtolica Clementis 6. in dicta extrauagante, vnigenitus: de authoritate data a Chriſto diſpenſandi hunc theſaurum, dicẽtis, Quem quidem theſaurum per beatum Petrum cœli clauigerum, eiuſque ſucceſſores ſuos in terris vicarios commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum: & propriis & rationabilibus cauſis, nunc pro totali, nunc pro partiali remiſſione pęnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quam ſpecialiter prout cum Deo expedire cognoſcerent, verè pœnitentibus & confeſſis miſericorditer applicandum. Vbi patet quòd non ſolùm rationabiles, ſed proprias oportet eſſe cauſas quantitatis indulgentiarum.

Secunda quæſtio eſt, an vera pœnitentia exigatur tempore, quo indulgentia conceditur, aut opus exercetur, an extendatur ad tempus aliud, quo quis vult illa indulgentia vti. Verbi gratia, quo ad conceſſionem, dat Papa quinque annos de indulgentia omnibus præſentibus, quum infra miſſam in capella ſua ſingulis diebus dominicis aduentus & quadrageſimæ abſolutionem facit, ſi teneor tunc eſſe verè pœnitens, an ſufficiat quòd intendo verè pœnitere; & tunc vti iſta indulgentia quinque annorum. Et ſimiliter quo ad exercitium operis, dat Papa quòd dicens ſeptem Pſalmos, vel dans tantam eleemoſynam, habeat plenariam remiſſionem ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, an teneatur eſſe verè pœnitens tempore quo dicit ſeptem Pſalmos, aut dat eleemoſynam.

Tertia quæſtio eſt, an oporteat eſſe confeſſum, ita ꝙ nullum ſit in conſcientia mortale peccatum commiſſum non confeſſum tpe, quo acquirit quis, & vtitur indulgentia, an ſufficiat eſſe confeſſum ſecundum præceptum eccleſiæ: hoc eſt ſemel in anno. Et eſt ratio dubij: quia hinc apparet ꝙ verba iudicum ſunt ſecundum iura interpretanda, ac per hoc quòd ſint illo anno confeſſi. Inde vero apparet, quòd ſi non requireretur confeſſio alia, ſufficeret dicere pœnitentibus: quoniam in vera pœnitentia clauditur propoſitum obſeruandi præcepta Chriſti & eccleſiæ.

CAPVT V.

Soluuntur obiectiones in 4. cap. poſitæ, contra hoc, ꝙ dare indulgentiam, eſt actus iuriſdictionis.

NOn eſt aũt difficile ad obiecta, primo contra aſſignatam diffinitionem reſpondere. Falſum namq; eſt ꝙ Durandus dicit, omnem iuriſdictionis actũ poſſe in in-

nitũ exerceri, quum abſolutio ſacramentalis ſit actus non ſolum ordinis, ſed iuriſdictionis (vt pote à non proprio iudice ordinario vel delegato facta nulla exiſtens) & tamen nõ poteſt exerceri in inuitum. Sed quòd nullus poſſit exercere actum iuriſdictionis in ſeipſum abſoluendo & ligando ſe, verum eſt: & propterea licet alij aliter ſentiant, concedo ego, quòd dans indulgentiam alijs, non acquirit illam: quia abſoluens alios, non abſoluit ſe. Nec tamen eſt deterioris conditionis, quàm alij, quia & ſi non per iſtã viam: p aliã viã põt eandẽ indulgẽtiam conſequi, ſ. cõmittendo cõfeſſori ſuo: vt ſic abſoluat ipſum, ſicut ipſe abſoluit alios: hoc. n. mõ Papa ſubiicit ſe abſolutioni ſacramẽtali, & ſimiliter indulgẽtiæ eadẽ ratione. Archiepiſcopo quoq; poteſtas ſuper totam prouinciam, ea hoc ipſo, ꝙ in quibuſdam articulis affirma, manifeſtat ẽ extendi ad dandas indulgẽtias in tota ſua prouincia: quãquidẽ ille eſt vnus illorum articulorum, qui in iure numerantur, vt Panor. ibidem ſcripſit. Defunctos autem in purgatorio exiſtentes, extra iuriſdictionem eccleſiæ quidam negant: eo quòd ſicut ſunt medij inter nos & beatos (dum nos viatores ſumus quo ad meritum, vel demeritum, & quo ad pœnam & præmium, & beati extra viam totaliter ſunt qui purgantur autem quo ad meritum, vel demeritum extra viam, ſed quo ad pœnam vel præmium in via adhuc ſunt) ita ſunt quodammodo ſubditi, vicario Chriſti viatoribus dimiſſo: vt ſicut quo ad punitionẽ adhuc ſunt in via ita quo ad releuationem à pœna adhuc ſubſunt iudici viatorum. Sed hæc opinio multa vera dicens non infert efficaciter intentum: plura. n. requiritur ad ſubditũ iudici viatorum, quã adhuc participare aliquid de viã. Exigitur. n. ꝙ poſſit cã ſua quantum ad illud quod ſapit viæ, cognoſci à iudice viatorũ: nullus. n. poteſt eſſe iudex cauſæ omnino incognoſcibilis ab ipſo: cõſtat aũt à papæ cognitione omnino eſſe alienas cauſas exiſtẽtium in purgatorio: & ideo patet Papã non poſſe abſoluere aut ligare exiſtentes in purgatorio. Manifeſtatur quoque hoc idem ex verbis Domini, limitãtis Petri poteſtatem ſuper terrã: ita ꝙ licet effectus poteſtatis Petri penetret cælos, dicente Domino, Erit ligatũ aut ſolutũ in cælis: iuriſdictibilis tñ actus terminaĩ ad hoc vt ſit ſuper terrã, dicente Dño, Quodcunque ſolueris, aut ligaueris ſuper terrã. Scriptura aũt ſacra mortuos nõ eſſe ſuper terram vocat: vt patet Gen. 42. vbi de Ioſeph tanquàm de mortuo loquentes fratres & pater introducunĩ dicentes, ꝙ nõ eſt ſuper, ſed ſub terra eſſe ex eo patet, ꝙ Chriſtus deſcendit ad inferos: vbi erat limbus Patrum: neq;. n. fas eſt credere ꝙ de purgatorio exeuntes animæ ante Xpi mortẽ, & ad limbũ Patrũ euntes ad inferos à ſuperius deſcenderint: ſed econtra ex inferno inferiori ad infernũ ſuperius aſcenderent: quũ et ſecundũ Philoſophos ſunt quantò ſuperiora, tãto nobiliora ſint. Quo circa nõ dat papa defunctis indulgẽtiã authoritatiuè abſoluendo, ſed per modũ ſuffragij. quod et ipſæ apoſtolicæ literæ atteſtanĩ, clarè apponentes iſtã clauſulã. per modũ ſuffragij, quũ p defunctis danĩ indulgentiæ. Et potes videre ꝙ ea hoc ipſo diuerſo mõ dãdi indulgentiã viuis & defunctis, inſinuat interpretatiuã ea eo ꝙ non audens eccleſia defunctis authoritatiuè remittere pœnas ſicut viuis, ſuffragantis perſonã induit, concedendo defunctis indulgentiã, monſtrans ꝙ indulgentia ſimpliciter & abſolutè remiſſio eſt authoritatiuè ab eccleſia facta. Niſi enim eſſet authoritatiua remiſſio, ea applicatione eccleſiaſtici theſauri, non oporteret ad ſuffragij modũ deſcẽdere, quũ ad defunctos extẽdiĩ, quibus eccleſia ñ niſi ſuffragari põt.

CAPVT VI.

Solutio obiectionũ in tertio ea, cõtra hoc ꝙ indulgentia eſt abſolutio

AD Euidantiam autem ſpecificæ naturæ ipſius indulgentiæ oportet noſſe duo concurrere ad indulgentiã, abſolutionem a pœnitentia iniuncta, & diſpenſationem ſpiritualis theſauri, applicando pœnã Chriſti & ſanctorũ ad hunc, cui datur indulgentia. Et primum quidem probatum eſt ex canone Alex. 3. ſecundũ aũt nõ ſolùm ex cõmuni Sanctorũ doctrina, ſed ex allata extrauagante Clementis ſexti patet. Verum multum intereſt ad naturã indulgentiæ cognoſcendã, an primùm indulgentia ſit abſolutio, an diſpenſatio. Nam ſi indulgentia primò conſiſtat in abſolutione, diſpenſatio theſauri acceſſoriè cõcurrit ad indulgentiã: vt quia eccleſia non poteſt liberè relaxare debitã Deo pœnã pro peccato in illum commiſſo, ad hoc vt remiſſio ſua ſit efficax, iungit abſolutioni diſpenſationem pœnarum ſolutarum a Chriſto & Sanctis, applicãdo aliquid earum huic, & aliquid illi: vt ſic & remiſſio fiat efficax ea adiuncta ſatisfactione Chriſti & Sanctorũ pro iſtis quibus indulgentia datur, & Deo debita pro peccato pœna exoluta inueniatur. Si aũt primum indulgentia ſit diſpenſatio prædicti theſauri, abſolutio ab iniuncta pœnitentia acceſſoriè concurrit ad indulgentiã: ex nanq; ꝙ applicaĩ mihi per indulgentiã tantũ de pœna recondita in theſauro ſequiĩ ꝙ ſit abſolutus ab æquiualenti pœna, quam debebam Deo pro peccatis meis exoluere. Quid aũt horũ verius ſit, non ex rõne, ſed ex facto pẽdet. nã rõni conſentaneum eſt, ꝙ eccleſia vtroq; modo poteſt indulgentias facere: ſed an de facto indulgentias altero tãtum, & quo, aut vtroq; modo faciat, ſcire oportet ſi indulgentiæ natura cognoſcenda eſt. Apparet aũt prima facie inſpicientibus doctores & dictã extrauagantẽ Clementis, primũ in indulgentia locũ tenere, diſpenſationẽ eccleſiaſtici theſauri, & abſolutionẽ acceſſoriè comitari. conſarẽter verò poſteriores indulgentias priſcis, apparet eccleſiæ olim fuiſſe viã indulgentijs principaliter p modũ abſolutionis, quã neceſſariò comitaĩ diſpenſatio theſauri: a tẽpore aũt Bonifacij 8. primi authoris perennis Iubilæi vſã fuiſſe, principaliter indulgentijs diſtributione theſauri & concomitãter abſolutione a pœnitentia: quoniã tanta abundãtia indulgẽtiarum plenarum quãta via credi põt paſſim data ſup hoc fundari vĩ. Et ſecundum hoc diffinitio indulgẽtiæ collecta ex ſacris canonibus, quã aſſignauimus, nõ eſt diffinitio indulgẽtiæ quæ mõ fit ab eccleſia Rom. ſed illius quæ olim fiebat: quoniã ſacri can. loquunĩ de indulgẽtia, quæ erat cõſueta in eccleſia, & nõ de illa quæ poterat inueniri de nouo. Sunt. n. diuerſarum rationum iſtæ & illæ quo ad naturas: quãuis ſint vnius & eiuſdẽ rõnis quo ad vltimum effectum, qui eſt remiſſio pœnæ tẽporalis debitæ pro peccato. Et ſic dicẽdo cõcordia fieret inter noua & vetera. Sed hæc opinio ponẽs de facto indulgentias diuerſarum rõnum in eccleſia, diſſonat ab vſu eccleſiæ & doctorũ. Nã Bonifacius ipſe 8. indulgentiã Iubilæi inchoat ab indulgẽtijs magnis cõceſſis a prioribus, manifeſtãs p hoc corã ſe in capella põtificia, teſtani aperte ſe mõ priſcorum dare indulgẽtias: & apponẽdo ſemp explicitè clauſulã illã, In forma eccleſiæ conſueta, nulli dubitationi relinquunt locum ꝙ antiquã intẽdunt ſequi indulgẽtiæ formã, & nõ inducere indulgentiã alterius rõnis. Doctores quoq; oẽs ſiue theologi ſiue canoniſtæ quantum hactenus memini me vidiſſe, de indulgẽtia, vt de rationum tractãt. Vñ vnius rõnis de facto eſſe indulgentiã hoc nõ ecõtra: hoc eſt ipſã eſſe applicationẽ theſauri ad hunc comitatã abſolutione ipſius tanõ ſæpe dictus Alexãdri. 3. mõſtrãt & cõuincit. Nã ſi principaliter natura indulgentiæ cõſiſteret in diſpenſatione & applicatione theſauri eccleſiaſtici ad hunc, poſſet epiſcopus Bino. indulgentiã cõcedere alieno, quoniã ad communicandum alicui theſaurum non exigiĩ diſpenſatione, vt patet in diſpenſatione theſauri tẽporalis, Abſolutio autem a pœna, per viã ſequelæ comitaret abſq; aliquo alio actu iuriſdictionis, quia tã exoluiſſet pœnam debitam, ex pœna Chriſti & ſanctorum ſibi cõmunicata, ac per hoc alienus, qui ſolùm ad 40. dies pœnitentiæ tenerei, ab epiſcopo Bino per indulgentiam 40. dierum ſic abſolueretur, ꝙ ſaltẽ coram Deo ad nullã pro peccato pœnã teneretur, cuius oppoſitũ in canone hĩ, dũ dĩ, ꝙ alieno nõ prodeſt indulgẽtia niſi de cõſenſu proprij iudicis. At ſi quis dixerit, p quia indulgẽtia liberat eũ, cui dat pœ. & corã Deo & corã pprio iudice, quia liberat ab iniũcta pœni-

cta pœnitentia: & alienus epiſcopus licet communicando pœnam theſauri; non ſubdito pœnitentiam iniunctam pro illo exoluat coram Deo, non tamen coram proprio iudice, & ideo remanet ille adhuc ad pœnitentiā iniunctam obligatus corā proprio iudice (ſicut ſi ſine indulgentia aliqua per alia opera ſatisfactoria totam pœnam exoluiſſet peccatis ſuis debitam, & pœnitentiam iniunctam à ſacerdote non peregiſſet, remaneret obligatus in foro eccleſiæ ad pœnitentiam iniunctam peragendam.) idcirco Alexander 3. dixit ꝙ indulgentia non ſubdito non prodeſt, ſcilicet in foro eccleſiaſtico, in quo iura fiunt. Aduertat ſic dicens ꝙ ſi indulgentiæ natura principaliter conſiſtit in communicatione theſauri exoluentis pœnam coram Deo, & abſolutio iudicialis comes ponitur, non debebat conſultus Alexander reſpondere negatiuam ſimpliciter & abſolutè, dicendo quòd non prodeſt niſi de licentia proprii iudicis: ex quo oppoſitum verum eſt ſimpliciter & abſolutè: quia vnaquæque res ſimpliciter & abſolutè iudicatur ſecundum ſuam naturam, & non ſecundū concomitantia. Imò hæc ipſa reſponſio monſtrat intentum: quia duobus concurrentibus ad indulgentiam (altero pertinente ad eccleſiam & Deum, ſcilicet diſpenſatione & communicatione theſauri pœnam debitam exoluentis coram Deo: altero pertinente ad eccleſiam tantum, ſcilicet iniunctæ pœnitentiæ ſolutio in foro eccleſiæ) ſi indulgentia eſt principaliter & eſſentialiter illa theſauri communicatio, debebat affirmari quòd prodeſt non ſubditis, ex quo illam quo ad principale & eſſentiale conſequuntur. Et quia negatum eſt illis prodeſſe, dicimus inde quòd indulgentia principaliter & eſſentialiter eſt abſolutio, quā quia non ſubditus conſequi nequit, ideo indulgentia ab alieno non ſibi prodeſt tam quo ad Deum, quàm quo ad eccleſiam. Et hic eſt planus ſenſus illius decretalis abſque extorſione aliqua, vt patet intuenti. Eſt igitur indulgentia qua de facto olim vſa eſt, & nunc vtitur eccleſia vnius rationis: & eſt principaliter ac eſſentialiter abſolutio iudicialis in foro pœnitentiali, annexam habens communionem theſauri paſſionum Chriſti & Sanctorum. Et confirmatur hoc ex forma plenariæ indulgentiæ, quando per viam commiſſionis fit. Conceditur ſiquidem quòd poſsit plenariè abſolui in vita & in morte, conſtat enim ꝙ non eſt ſermo de abſolutione ſacramentali, ſed ſpectante ad indulgentias: & conſtat quòd per modū & verbum abſolutionis confertur. Et conſtat quòd eiuſdem eſt rationis indulgentia collata ſine miniſtro medio abſoluente, cùm Papa dat indulgentiam præſentibus, aut viſitantibus, &c. & quum per miniſtrum medium concedit, quòd ſemel in vita, & ſemel in morte plenariè abſoluatur. Tenet igitur abſolutio primum in indulgentiæ ratione locum.

¶ Ad obiecta Igitur ex communi doctrina fulta authoritate multorum Ro. pontificum, dicitur, quòd non contrariatur doctrina hæc aſsignatæ diffinitioni: quoniam non docet principaliter indulgentiā eſſe applicationem theſauri: ſed docet vnde eſt valor, & efficacia indulgentiæ ad remiſsionem pœnæ Deo debitæ pro peccato, videlicet ex theſauri ſpiritualis diſpenſatione. Et ad hanc efficaciam ſpectat modus ſolutionis, compēſationis, diſtributionis, communionis, diſpenſationis & ſimilium, quum dicitur quòd indulgentiæ valent, aut dantur per modum diſpenſationis, & huiuſmodi, & non ſpectant hæc ad principalem actum indulgentiæ, qui eſt iudicialis in foro pœnitentiali abſolutio: propter quem exigitur quòd indulgentia fiat à proprio iudice: & ſi eſt non à proprio iudice facta, nulla ſit: vt ex ſæpe dicti Alexandri 3. canone patet. Nec ſuſcepit canon ille obiectam prius expoſitionem, ſcilicet, quòd indulgentia eſt diſtributio inter ſubditos: quoniam diſtributio arctata ad ſubditos vt partes communitatis, eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ, exigens æqualitatem proportionalem in ſua forma: vt patet in 5. Ethico. quod alienum conſtat eſſe ab indulgentia ex ipſo eccleſiæ vſu tam moderno, quàm antiquo. Refutat quoque alteram dictus canon, deinde obiectam expoſitionem, ſcilicet quòd ſat eſt illi, ꝙ indulgentia eſt abſolutio cauſaliter: hoc eſt, ꝙ eſt diſpenſatio theſauri cauſans abſolutionem: quoniam ſi ſic eſſet, non eſſet opus proprio iudice ad conſequendam remiſsionem pœnæ peccato debitæ ab alieno epiſcopo indulgentiam concedente, quandoquidem abſolutio per viam ſequelæ comitaretur ex applicatione theſauri facta à potente diſpenſare theſaurum. Diſpenſatio ſiquidem theſauri non exigit iuriſdictionem ſuper perſonis, quib. donatur, ſed ſuper theſauro: ſat .n. eſt perſonis illis, vt ſint capaces communionis illius, quæ quidem capacitas in propoſito conſiſtit in hoc, ꝙ homo ſit verè pœnitens & confeſſus. Vrgetque tantò magis canon iſte, quantum creditur indulgentiam valere ad remittendas pœnitentias non iniunctas: conſtat enim quod reſpectu non iniunctarum pœnitentiarum nullus requireretur proprij iudicis conſenſus, ſi indulgentia eſſet eſſentialiter communicatio theſauri. Communicato ſiquidem mihi ab alieno epiſcopo theſauro, coram Deo ſoluiſſem, & coram proprio iudice non remanerem ligatus: quippe qui non eram ab eo ligatus ad aliquam iniunctam pœnitentiam. Quia igitur hoc eſt falſum, reſtat vt indulgentia ſit eſſentialiter abſolutio: cui annectitur diſpenſatio eccleſiaſtici theſauri ad hoc, vt abſolutio à pœna, ſit efficax, non ſolū quo ad eccleſiā, ſed ēt corā Deo. Et ſi perſpicaciter intuiti fuerimus ordinē manifeſtati vſus theſauri ad vſū indulgentiæ, videbimus ex eo intentum, ſcilicet quòd indulgentia eſt eſſentialiter abſolutio. Nam quum viderent doctores eccleſiam abſque ſacramentali medio remittere pœnas peccatis confeſsis debitas, nec ab eccleſia inſtructi eſſent quomodo huiuſmodi remiſſiones valerent, ſupponētes eccleſiam abſoluere à vinculo pœnitentiarum, in varias inciderunt opiniones de efficacia huiuſmodi remiſsionis, ſeu abſolutionis: quibuſdam neſcientibus hunc eccleſiæ militantis theſaurum: opinantibus abſolutiones has in foro tantum militantis eccleſiæ liberare à pœnitentiis, alijs non curantibus de hoc theſauro, putātibus ex poteſtate data Petro poſſe Papam remittere liberaliter pœnas peccatis debitas, ita ꝙ nec hic, nec alibi oportet illas exoluere; alijs dicentibus, quòd abſolutio, ſeu (quod idē eſt) remiſsio efficaciam habet etiam coram Deo ex applicato theſauro paſsionis Chriſti & Sanctorū: quorum dogma approbari meruit ab Apoſtolica ſede. Hæc ſiquidem manifeſtant, quòd pro certo ſupponebatur ab omnibus eſſentia indulgentiæ quòd eſſet remiſsio, & ad inueſtigandum ipſius efficaciam tot concurrerunt opiniones multiplicatæ valde, quas nunc omitto, quia ſat eſt propoſito omnes conuenire in præſuppoſito genere indulgentiæ, ſcilicet quòd eſt abſolutio, ſeu remiſsio.

CAPVT VII.

Solutio obiectionum in 3 cap. contra hoc, quòd indulgentia reſpicit pœnitentiam iniunctam.

NOn parua præterea intelligentia opus eſt ad euidentiam habendam de pœnitentia, à qua abſoluit indulgentia, dum ſacri canones non niſi de iniuncta mentionē faciunt: doct. aūt ad iniunctas & non iniunctas extēdunt. Et licet doctorū opinio, quā & ſequutū ſe

dicit diuus Tho. magnificanda ſit: quia tñ huius rei varitas ex facto pēdet, & in facto cōſiſtit, & ſacri canones ſolùm de iniuncta faciunt mentionem, ideo tenendo certum, & dimittendo incertum, diffinita eſt indulgentia, quòd eſt abſolutio a pœnitentia iniuncta. In concilio ſiquidem Lateran. ſub Inn. 3. determinatur poteſtas epiſcopalis circa indulgentiam, & expreſsè poſt tempora indulgentiæ decreta, ſubiungitur, De iniunctis pœnitentijs indulta remiſſio non excedat, in ca. quum ex eo: de pœ. & re. Vbi ſecūdum textum & omnes doctores epiſcopalis poteſtas dandi indulgentias, limitatur: ꝙ non eſſet, verum ſi indulgētia abſolueret a non iniunctis. Nam ſi indulgentia liberat ab iniunctis & non iniunctis pœnitentiis, & epiſcopalis poteſtas eſt reſtricta ſolum quo ad iniunctas pœnitentias, conſequens eſt, ꝙ reſpectu pœnitentiarum non iniunctarum non ſit limitata epiſcopalis poteſtas: ꝙ contra textum eſſe conſtat, obuiantem expreſsè indiſcretis indulgentiis ſimpliciter & abſolutè: & contra doctores ex illo textu affirmantes limitatam eſſe epiſcoporum poteſtatem circa indulgentias abſolutè. Quod etiam patet in ca. noſtro. eo. ti. Vbi archiepiſcopum dicit non poſſe excedere circa indulgētias ſtatutum illius capituli. Nec poteſt reſponderi ꝙ reſtricta poteſtate quo ad pœnitentias iniunctas, intelligitur & reſtricta quo ad non iniunctas: quoniam reſtrictio poteſtatis quo ad maiora, non infert reſtrictionem eiuſdem quo ad minora, quamuis è contrario reſtrictio, quo ad minora, a fortiori reſtrænet à maiori. Sed plus eſt remittere iniunctas, quam non iniunctas: tum propter vinculum duplex ibi, & ſimplum hic: tum propter forum eccleſiaſticum ibi, qui non interuenit hic: igitur ex hoc, quòd limitata eſſet quo ad iniunctas, epiſcopalis poteſtas, nō propterea limitata eſſet quo ad iniunctas, ſi indulgentia reſpiceret iniunctas & nō iniunctas. Nec poteſt rurſum dici, ꝙ quia pœnitentia iniuncta eſt principalis materia indulgentiæ de iniunctis infert prohibitionem etiam de nō iniunctis, quia acceſſorium ſequitur principale: & ſic materia indulgētiæ principalis quidē, ſed non ſola eſt pœnitentia iniuncta. Nam hæc reſponſio noſtrum infert intentum: & quòd rectè diffinita eſt indulgentia per iniunctam pœnitentiam, (vt pote principalem materiam) & quòd iniuncta pœnitentia ſic eſt principalis materia indulgentiæ, vt ipſa principali materia ſubtracta ſubtrahatur acceſſoria: ac per hoc ſi indulgentiæ non ſubſternitur iniuncta pœnitentia, intelligitur non ſubſterni eidem pœnitentiam non iniunctam, quod eſſet voluntarium: quum nullo canone, nulla ratione fultum inueniatur, ſi indulgentia liberat ab vtraque pœnitentia, quòd non liberet ab vna ſine altera. Eſt ergo iniuncta pœnitentia & principalis & ſola materia indulgentiæ ſecundum ſacros canones intellectæ. Seruauit quoque eccleſia multo tempore hunc ſtylum, vt exprimeret in literis relaxationem ab iniunctis pœnitentiis: intantum vt Durandus cùm dixiſſet in 4. ſen. quòd indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant, ſubiunxit, Sonant autem quòd ab iniunctis pœnitentiis liberant. Quocirca quando non exprimitur, an ab iniuncta vel non iniuncta pœnitentia liberat, intelligitur de iniuncta: quia verba iudicis ſunt intelligenda ſecundum formam iuris: in iure autem ſolùm fit mentio de iniunctis: igitur de iniunctis tantum pœnitentiis intelligenda eſt indulgētia data ſimpliciter & abſolutè. Expoſitio verò dicens, quòd ly ab iniunctis pœnitentiis intelligitur ſubintellecta coniunctione etiam (ac ſi diceretur etiam ab iniunctis pœnitentiis) non eſt expoſitio, ſed diuinatio: nam ſi liceret in textibus apponere, etiam, infiniti textus ſubiecti eſſent diuinationi quādoq; etiam contra textum: vt facilè patet diſcurrenti. Atteſtatur autem ſic eſſe intelligendum, Romanæ eccleſiæ conſuetudo in viridi obſeruantia conſiſtens: dum Rom. poñ ſingulis diebus Dominicis & Quadrageſimæ & Aduentus, dat omnibus præſentibus quinq; vel ſeptem annos & totidem quadragenas de vera indulgentia. Exprimendo ſiquidē tot annos, & totidem quadragenas, manifeſtat ſe loqui vt canones pœnitentiales loquuntur, taxantes pœnitentias per annos & quadragenas. Cumq; de illis taxatis per ſacros canones annis & quadragenis liberat illos procul dubio qui ad illos & illas ſunt obligati, monſtrat ab iniunctis pœnitentiis tantummodo indulgentias datas liberare. Accedit ad hæc, ꝙ communis forma indulgētiarum fit per tēpora: putà dies, quadragenas, annū vel annos: quia ſic taxatæ ſunt pœnitentiæ in ſacris canonibus. Nec obſtat quādo fit plenaria indulgentia: quoniā plenitudo & plenissima nō mutat ſubſtantiā, ſed auget quantitatem ipſius ſubſtātiæ: vt patet. Et propterea ſi pœnitentia, à qua liberat indulgentia, eſt ſubſtantialiter pœnitentia iniuncta, quantumcunque indulgentia ſit pleniſſima, non liberat niſi ab iniuncta. Et aliæ quidem liberant ab iniuncta vnius anni, vel tot annorum, aut dierum: pleniſſima aūt liberat à tota iniuncta, ſicut ſi per quotam data indulgentia eſt (putà remiſſionem tertiæ partis) liberat à tertia parte iniunctæ pœnitentiæ. Et ſi quæratur, an intelligatur hic de pœnitentia iniuncta tam à iudice, quàm à iure, an de iniuncta tantum à iudice; reſpondetur ꝙ quum à iure nulli ſit pœnitentia iniuncta, ſed taxata iniungenda, ideo dicendo ꝙ liberat ſolùm ab iniuncta, ſoluta eſt quæſtio. Et probatur ꝙ dicitur, quia ad pœnitentiam iniunctam ille, cui iniuncta eſt, tenetur: nullus autem tenetur ad pœnitentias taxatas in canonibus pœnitentialibus, niſi ſibi ſpecialiter imponātur: igitur pœnitentiæ illæ non ſunt iniunctæ. Sed eccleſia ſicut præſupponit homines cogere remiſſione pœnarum debitarum pro ſuis peccatis, ita præſupponit verè pœnitentibus & confeſſis iniunctas eſſe pœnitētias ſecundum ſacros canones, penſata tamen qualitate perſonarum & aliis meritò penſandis, & ſupponens illos eſſe obnoxios iniunctis pœnitentiis, dat illis indulgentiam ſeu remiſſionem iuxta formā canonum pœnitentialiū. Quocirca multū veriſimile ac rationi conſentaneum eſt, vt ortum habuerit indulgentia à pœnitentiū vinculis, quibus olim alligabātur à cōfeſſoribus iuxta canones pœnitentiales: hinc. n. perſeuerat vſq; hodie, vt dictum eſt, indulgentia tot annorū & tot quadragenarū: hinc indulgentia abſolutio eſt, quā à proprio iudice fieri iura teſtantur: hinc emanauit opinio illa, quamuis falſa, ꝙ indulgentię ſolùm valent quo ad forū eccleſię militantis: hinc omniū eſt conſonantia canonum. Cum his tamen ſcito, ꝙ licet indulgentiæ tam pro viuis quàm defunctis ſic ſint ſecundū iura interpretandæ: quum non ſint melioris cōditionis defuncti, quā viui quo ad cōſequendas indulgentias (imò ſint deterioris, quia ad eos nō perueniūt niſi per ſuffragia) ſi tamen Papa daret alio modo indulgentiā, ſcilicet non ſolū ab iniunctis, ſed etiam a quomodolibet debitis pœnis pro peccatis, dicendum ſecus eſſet: poteſt enim abſoluere a pęna debita licet nō iniuncta, dummodo culpa remiſſa ſit. Vtrum aūt hactenus pontifices ſic dederint indulgentiam, neſcio. Si enim verum eſt, quòd Petrus de Pal. refert (quod etiam Ioannes Monachus in extraua. ſũi Bonifacij 8. de Iubileo expoſitione refert) non ex litera, ſed ex intentione papę illius, ſcilicet Bonifacij 8. habetur, ꝙ non ſolùm ab iniuncta, ſed iniungenda intendebat liberare per illam indulgentiam pleniſſimam. Sed vereor, ne Bonifacius nō vt pontifex, ſed vt doctor & illius opinionis ſectator, illa dixerit verba. Nec inconueniens ipſum vt doctorē minus bene dixiſſe quā & dixiſſe reſe-

ſe referatur ab eodem ibidem, ꝙ indulgētia illa liberabat etiam à votis: quod conſtat nō niſi extortè poſſe bene intelligi, perſpecta illa Iubilei extrauagante. Quocirca propter huiuſmodi, quæ ea literis non conſtant apoſtolicis, non eſt recedendum à iuris tramite recto, quo confeſſor iniungere debet pœnitentiam, etiam ſi ipſemet vt miniſter indulgentiæ ſtatim abſoluturus ſit eundem pœnitentem plenaria à pœna.

¶ Ad id verò quod ea forma plenariæ abſolutionis obiicit, dr̄ ꝙ de authoritate talis formæ quicquid ſit, pōt dupliciter exponi. Primò, vt intelligatur edita ſecundum opinionem illam valde, vt vī, cōem, ſcilicet ꝙ indulgentia liberat ab iniunctis & non iniunctis pœnis. Nec mirum alicui videatur ſi eccleſiæ miniſtri in formis huiuſmodi vtantur opinatis: quum in præfatione communi vtatur eccleſia opinione dicentium cælos eſſe animatos, dum inter creaturas intellectuales cælos inſerit dicens. Maieſtatem tuam laudant Angeli, adorantq; dominationes, tremunt poteſtates, cæli, cælorumq; virtutes, ac beata Seraphim. Et ꝙ cum formidine aliqua vtantur eccleſiæ miniſtri opinione illa in hac forma, inſinuatur ex eo, ꝙ ibi apponitur, quantum ſe extendunt claues eccleſiæ in hac parte. Dubitantis n. ſunt verba hæc. Secundò, ꝙ intelligatur ex meritis indulgentiæ ita ꝙ reſtitutio ad puritatem baptiſmalem non intelligitur fieri ſimpliciter, & abſolute, ſed quantum eſt ex parte indulgentiæ, Præſumit. n. eccleſia arbitratas ac iniunctas eſſe vere pænitentibus & confeſſis condignas pœnitentias: ac per hoc abſoluendo ab iniunctis præſupponit ſe abſoluere ab omnibus pœnis illi debitis, & conſequenter reſtituere innocentiæ baptiſmali. Et hoc ſic eſſe intelligendum atteſtatur: quia proculdubiò præſupponit in hac forma eccleſia pœnitentem eſſe contritum de omnibus venialibus: alioquin reſtitutio ad puritatem baptiſmalem locum non haberet. Et quia vtraq; præſumptio eſt facti, & tenet ſe ex parte pœnitentis: ideo forma illa efficax quantum ex parte eſt indulgentiæ, ſi fiat in patiente bene diſpoſito per iniunctas pœnitentias, efficax ſimpliciter & abſolute inuenitur. Et ab affectu ſuo deficere poteſt, ſi de facto pœnitens non requiſita omnia ad hoc, vt abſolutio ab omnibus iniunctis, ſit abſolutio ab omnibus ſimpliciter debitis pro peccatis pœnis habeat: qđ tunc accidit, qn̄ non eſt per ſuſceptas condignas pœnitentias diſpoſitus. Quæ indiſpoſitio pœnitentibus meritò imputatur: quia ob communē pœnitentium imperfectionem, condignæ non dantur ſecundum ſacros canones penitentiæ. Nec debent pœnitentes ex imperfectione ſua reportare commodum indulgentiarum, vt ſcilicet valeant eis ac ſi iniunctas ſuſcepiſſent condignas pœnitentias: non enim debent æquiparari illis, qui condignas acceperunt ſecundū ſacros canones pęnitentias: quorum miſerta mater eccleſia indulgentiæ leuamen illis contulit. Et meritò quia iſti ſponte ſuſceperant peragendas hic cōdignas pœnitentias: quod cōſtat nō amplecti à modernis pęnitentibus, quibus pro multis & magnis peccatis exigua pœnitentia ſufficit. Cōſonat aūt hæc doctrina eccleſiæ Romanæ conſuetudini: quum in illa viua voce, Indulgentiæ concedantur appoſita ſemper clauſula iſta, videlicet in forma eccleſiæ conſueta: conſtat enim quòd forma eccleſiæ non poteſt melius interpretari quàm forma eccleſiaſtici iuris: ſecundum quam clauſula hæc non ſolùm denotat ly, verè pœnitentibus & confeſſis, ſed etiam ly, ab iniunctis pœnitentiis. Et confirmatur: quia cōſentaneum rationi eſt, vt iudex eccleſiaſticus iudicet non niſi de delatis ad ſuum iudicium, & non de relictis ab eodem ſe impediat, illa enim quæ ad eccleſiaſticum forum non ſunt delata (qualia ſunt peccata non confeſſa) rationabiliter ab eccleſiaſtici iudicis abſolutione aliena ſunt: vt ſicut nō ligat niſi pro cognitis in foro eccleſiæ: ita nō abſoluit niſi à cognitis in eodem. Oblata præterea ad forum eccleſiaſticum per cōfeſſionem, & à iudice minori pœnitentia punita, tanquā de relicta quo ad reliquam partem pœnitentiæ in foro eccleſiaſtico videntur, præſumit enim eccleſia confeſſores ritè arbitratos iudicaſſe pœnitētes eſſe ſibiipſis relinquēdos, quo ad reliquū ſatisfactionis, ac per hoc eccleſiaſtica cenſura pœnitentialis fori non ſe amplius impedit de illis. Quo fit, vt ſicut ad eccleſiaſticum iudicium non redit reliqua ſatisfactio quo ad vinculum, ita non radeat quo ad abſolutionem: vt par ligandi ſoluendiq; ritus paſſu currat. Ab iniuncta igitur tātummodo pœnitentia eccleſiaſtica indulgentia de iure communi liberat tam viuos, quam defunctos: idem eſt enim ꝙ per indulgentiam viuis & defunctis datur: licet modus dandi ſit diuerſus, vt patet ex dictis. Et ſic valet quantum ſonat ſanè intellecta ſecundum formam iuris: vnde nulla fraus ab eccleſiæ miniſtris in his committitur, ſi aliter quàm ſecūdum iura intelligant multi indulgentias, & ſic illis vtantur & cōſequi ſe illas credant: nulli ſiquidem noxiam opinionem permittere quid nocet? At ſi dixerit quiſpiam, cùm hodie non iniungantur frequenter pœnitentiæ indigentes tanto tempore, vanus erit acceſſus ad indulgentias: reſpondetur ꝙ propterea non eſt vanus: quia per indulgentias relaxantur pœnitentiæ iniunctæ, quæ ſunt factæ in peccato mortali: quæ etſi in foro eccleſiæ exolutæ erant, non tamen in foro Dei & propterea per indulgentias remittuntur, vt pote iniunctæ, & non adhuc Deo exolutæ. Doctrina igitur dicentium indulgentiam ad iniunctas & non iniunctas pœnitentias ſe extendere, vera eſt quātum eſt ex efficacia poſſibili conuenire indulgentiæ: nos autem dicentes indulgentiam remittere pœnitentias iniunctas tantum, verum quoque dicimus de indulgentia ſecundum iuris formam conceſſa.

Ab iniunctis tantū pœnitentiis liberat indulgētia tam defunctos, qui viuos.

CAPVT VIII.

Reſponſio ad quæſtionem de indulgentiæ cauſa primò propoſitam in capite quarto.

AD Difficillimam autem quæſt. de cauſa indulgentiæ propoſitam, reſpondere quamuis temerarium forſam cenſebitur dicendum tamen eſt ratione duce quid ſentiendum eſt de illa: oportet enim & eccleſiæ prædicationē ſaluare, vt vera eſt, & fideles paſcere pane intellectus. Dicendum eſt igitur ad quæſtionem, quòd non quæcunque cauſa ſufficit ad indulgentiam dandam: ac per hoc indulgentia data ſine legitima cauſa ad dandam tantam indulgentiam non valet quo ad quantitatem, in qua excedunttur limites legitimæ: Probatur hoc multipliciter. Primò authoritate concilij Latera. ſub Inn. 3. vt enim habetur extrà, de pœ. & re. ca. cum ex eo per indiſcretas & ſuperfluas indulgentias eneruatur pœnitentialis ſatisfactio. Ex hoc enim habeo, quòd indulgentiæ indiſcretæ & ſuperfluæ non adimplent ſatisfactionem pęnitentialem, ſed eneruant: niſi quis adeò deſipiat: vt idem putet adimplere & eneruare, quæ conſtat eſſe contraria. Et quum conſtet, ꝙ proprius fructus indulgentiæ eſt adimpletio ſatisfactionis penitentialis: conſequens neceſſariò eſt, vt per indiſcretas ſuperfluaſque indulgentias (quæ proculdubiò ſunt illę quæ ex quacunq; pia cauſa fiunt magnæ valde) nō cōſequatur pœ-

tur pœnitentialem ſatisfactionem à nobis debitã, adimpletam, eſſe pro nobis à Chriſto & Sanctis: nam ſi per indiſcretas huiuſmodi indulgẽtias hoc conſequeretur, non eneruaretur ſed adimpleretur pœnitentialis ſatisfactio. Sed dum indiſcretè huiuſmodi indulgentiæ infructuoſæ ſunt ſecundum veritatem ad ſatisfactionem pœnitentialem adimplendam, & pœnitentes putando ſibi eas prodeſſe, omittunt ſatisfactionem pœnitentialem, eneruatur in veritate pœnitentialis ſatisfactionẽ, vt facit canon dicit. Probatur idẽ ſecundò authoritate Cle. 6. in dicta extrauagante, vnigenitus, quoniam dicit. Et proprijs & rationabilibus cauſis nunc pro tali, nũc pro partiali remiſſione pœnæ temporalis, &c. vt allegatum eſt in c. 4. Si enim nõ ſolum rationabiles, ſed propriæ ſunt cauſæ nũc totalis, nunc partialis remiſſionis, ſequitur manifeſtè q non ſunt cõmunes omnes cauſæ indulgentiæ ad totalem & partialem remiſſionem, ſed aliqua pia cauſa eſt propria & rationabilis cauſa partialis remiſſionis, quæ nõ eſt totalis: alioqnin non eſſet cauſa propria remiſſionis partialis, ſed communis partiali & totali: cuius oppoſitum literæ apoſtolicæ ſonant. Probatur tertiò ratione idem: Legitima cauſa in indulgentiis requirit ſecundum omnes ad ſaluãdam intentionem Chriſti & Sanctorum: vt ſcilicet applicentur, conſequentibus indulgentiam paſſiones Chriſti ac Sanctorum, ac ſi pro iſtis ex intentione ſpecialiter illas ſuſtinuiſſent: ſed intentio Chriſti & Sanctorũ non ſaluatur ex quacunq; piã cauſa quo ad quantamcunq; quantitatem ergo, non quæcunque pia cauſa ſufficit ad quantãcunque indulgentiã. Probatur minor: quia intentio Chriſti fuit pati pro eccleſia in communi: eſt enim paſſio Chriſti cauſa vniuerſalis: intentio quoq; Sanctorum fuit pati vltra propriam expiationem pro eccleſia. Eſt enim eiuſdem rationis quo ad hoc, quòd eſt eſſe communem, paſſio Sanctorum cum paſſione Chriſti: quia paſſio Sanctorum eſt conſummatio paſſionũ Chriſti: teſtãte hoc Apoſt. ad Col. 1. dicẽte, Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius quod eſt eccleſia. Ex hoc quippe loco ſumptus eſt theſaurus eccleſiæ quo ad paſſiones Chriſti & Sãctorũ ab Aug. ſuper Pſal. 61. dicente ex hoc loco: Tu tũ ergo pateris, quantũ ex paſſionibus eius inſẽtendũ erat vniuerſæ paſſioni Chriſti: ad cõem hãc quaſi rẽp. quiſq; pro modulo nr̃o exoluimus quod debemus, & pro poſſe virium nſtarum, quaſi canonem paſſionũ inferimus: ſatisfactoria plena paſſionũ nõ erit, niſi quum ſeculum finitum fuerit. Quamuis quo ad paſſionem Chriſti ex infinitate perſonæ patiẽtis ſumi probetur, & ex authoritate Io. in 1. c. primæ ſuæ cano. dicentis: Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non autẽ pro noſtris tantùm, ſed etiam pro totius mundi: conſtat enim, quòd propitiatio pro peccatis totius mundi excedit omnes pœnas debitas à conſequentibus indulgentias. Ex quibus haberi facilè poteſt, intentionem Chriſti & ſanctorum quo ad pœnas in theſauro recõditas eſſe, ſicut bonum cõe eccleſiæ, ac per hoc q currant curſu boni cõis; cõſtat autem quòd bonum commune diſpenſandum ſuaptè natura eſt: diſpenſatio verò, ſicut aduerſatur donationi ad libitum ita contrariatur incommenſuratæ diſtributioni: diſpenſationis ſiquidẽ rationẽ abſq; menſura intelligere nequeo. Eſt igitur intentio Chriſti & Sãctorum, vt paſſiones ſuæ non pro libito applicẽtur huic, vel illi, ſed iuxta menſurã opportunã ad finem eccleſiæ diſpenſentur huic, vel illi: ſicut in reliquis cõitatibus cõium bonorũ diſpenſatio ex menſura opportunorũ ad bonũ, quod eſt finis illius cõitatis, ſumitur. Conſtat aũt manifeſtè, q nec omne opportunum ad bonum eccleſiæ eſt æquale, nec eccleſiæ finis exigit æqualiter quodcunque opportunum etiam vnum & idem diuerſis temporibus, vt patet, niſi igitur iuxta mẽſuram opportunitatis, ſeu opportunorum ad eccleſiæ bonum applicentur paſſiones in theſauro eccleſiæ reconditæ, nõ ſaluatur intentio Chriſti, & Sanctorũ. Et ſi adiũxeris, q variæ menſuræ opportunorũ ad eccleſiæ bonum, nõ oĩs pia cauſa reſpondet perſpicies quòd nõ quælibet pia cauſa ſufficit ad quantamcunq; indulgentiam. Et confirmatur: quia diſpenſatio credita Petro, & ſucceſſoribus imitari debet diſpẽſationem factam ab ipſo Chriſto: omnis .n. Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, imò ſic agendo formam inſtituit noſtrarum actionum: Cõſtat autem q Chriſtus eundem theſaurum diſpenſat commenſuratè iuxta concurrentes conditiones cauſarum mediarum: vt patet ex differenti diſpenſatione eiuſdem per ſacramentũ Baptiſmi, quo tota pœna exoluitur, & per ſacrũ pœnitentiæ, quo non tota pœna ſoluitur: ergo ipſius vicario cõmenſuratam quoq; applicationem dicti theſauri creditam eſſe, rõnabile eſt. Et eſt tantò probabilior hæc ratio, quantò actio ſacramentalis eminentior, & efficacior cauſa media eſt, quàm actio iuriſdictionalis, qua datur indulgentia. Et cõfirmatur rurſus: quia conſtat plãtos oẽs eccleſiæ nõ niſi miniſtros & diſpenſatores eſſe: tota igitũ eorum poteſtas ſupra theſaurum eccleſiæ infra limites diſpenſatiuæ potentiæ clauditur. Ex quibus habemus, q non ſaluatur intentio Chriſti, & Sanctorum in applicatione theſauri ſui, niſi diſpenſando applicentur paſſiones in illo reconditæ huic, vel illi.

Ad obiecta autem in oppoſitum dicimus, quòd inter duas extremas opiniones incedimus medij. Putantes enim efficaciam indulgentiæ quantificari ſecundum cauſam indulgentiæ extremi ſunt, contra quos diuus Thomas proceſſit: quia cauſa indulgentiæ non eſt propria cauſa remiſſionis pœnæ, quæ eſt fructus indulgentiæ: ſed propria cauſa remiſſionis pœnæ eſt paſſio Chriſti, & Sanctorum applicata huic. Exiſtimantes autem omnem legitimam cauſam indulgentiæ, eſſe legitimam cauſam quantæcunque indulgentiæ, extremi quoque ſunt, contra quos procedimus. Media autem via eſt opinari, quòd cauſam indulgentiæ oportet eſſe legitimam cauſam tantæ diſpenſationis: ita q cauſa indulgentiæ, quia non eſt propria cauſa remiſſionis pœnæ ideo non quantificat illam: & quia eſt propria cauſa diſpenſationis, ideo quantificat diſpenſationẽ: quantitas .n. effectus propriam cauſam conſequitur. Quòd autem cauſa indulgentiæ ſit propria cauſa diſpenſationis, ex hoc patet, quòd actus applicandi indulgẽtiam carens legitima cauſa indulgentiæ, non eſt diſpenſatio, & ſecundum cõem doctorum doctrinã non eſt indulgentia. Quia igitur concurrentibus reliquis ad indulgentiã requiſitis, ſola legitima cauſa deficiente actio dandi indulgentiam non eſt diſpenſatio: habemus, quòd cauſa legitima conſtituit actum dandi indulgentiam, in hoc quod eſt eſſe diſpenſationem. Et ſi ſubiũxeris, vt iam dictum eſt, quòd propria cauſa quantificat effectum, apparebit quòd ſicut diſpenſationẽ oportet cauſari à cã legitima, ita tantã diſpenſationem oportet ex cauſa legitima tantæ diſpenſationis procedere: alioquin diſpenſatio ipſa dependeret ex cauſa ꝓpria legitima, & quantitas diſpenſationis nõ dependeret ex propria cauſa legitima ipſius quantitatis. Quod ſecundũ Philoſophiæ proceſſus monſtrum eſſet: quoniam in reliquis magnitudo effectus magnitudini cãæ illius rei reſpondet: magnus .n. calor ex magnitudine calefacientis ꝓcedit, & ſic de alijs. Non dicimus ergo q remiſſio pęnæ attẽdatũ pęnes qn̈titatẽ cãæ ꝓ qua fit indulgẽtia: ſed dicimus, q actũs dãdi indulgentiã oportet q habeat cãm ſufficientẽ ad hoc, q tãta applicatio paſſionũ Chriſti & Sãctorũ ad hos nunc, &c. ſit verè diſpẽſatio earundẽ. Et quia diſpenſatio habet, vt pro-

priam

priam cauſam, bonum eccleſiæ ſeu pietatem, dicimus conſequenter, quòd non quodlibet eccleſiæ bonum, ſeu non quæcunque pietas ſufficit ad minorem diſpenſationem, ſufficiat etiam ad quantumcunque maiorem ſed quantitas diſpenſationis conſequitur ſuaptè natura magnitudinem ſuæ cauſæ. Magnitudinem autē cauſæ dico non ſecundum ſe, hoc eſt non ſecundum quantitatem, quam in ſe habet, ſed ſecundum relationem, ad eccleſiæ bonum, nam idem labor, eadem eleemoſyna, eadem deuotio, & huiuſmodi eſt quandoque vt parua ratio indulgentiæ, & quandoque vt maxima ratio indulgentiæ. Et ideo quandoque ex cauſa eadem ſecū dum ſe datur indulgentia parua & quandoque maxima: & apparet quòd ſit eadem cauſa totaliter, & non eſt eadem in veritate, ſed ſecundum ſe: eſt enim relata valde maior ſe ipſa abſolutè.

¶ Verbi gratia, viſitatio Eccleſiæ ſancti Petri æqualis eſt ſecundum ſe hodiè, & in anno Iubilæi, ſed non eſt æqualis relata ad bonum eccleſiæ: quoniam relata ad profeſſionem vnitatis eccleſiæ ſub vno capite Petri ſucceſſore (ad quod in anno Iubilæi refertur ab vniuerſo orbe terrarum) eſt immenſa cauſa indulgentiæ. Et ſimiliter manere in platea ſancti Petri in die Paſchæ pro benedictione, non eſt abſolutè ratio magna indulgentiæ: ſed quod profiteamur vnitatem eccleſiaſticam ſub vno capite, & vnam conſeruemus authoritatem vniuerſalem & pleniſſimam Rom. pont. immenſa eſt ratio indulgentiæ, & ſic de aliis. Et ideo non eſt mirum, ſi ex eadem ex ſe cauſa, nunc maior, nunc minor ſit indulgentia. Quamuis etiam hæc varietas poſſit aliunde prouenire: ex hoc, ſcilicet quòd cauſa legitima ſanctæ diſpenſationis non intelligitur ad modum puncti indiuiſibilis, ſed in latitudine quadam conſiſtit, infra quam etiam ſi indiſcrete prælatus indulgentiam det, ac propterea peccet, valet tamen. Ac per hoc habes quomodo verificare potes obiecta ex authoritate doctorum & Rom. eccleſiæ.

¶ Ad id verò quod obiicitur ex authoritate veritatis eccleſiæ (quia ſcilicet non valerent, vt ſonant) dicitur quòd quia cū indulgentia ſortitur magnitudinē ex relatione: & relationes huiuſmodi diſcutere ac penſare non eſt cuiuſque, ſed dantis indulgentiam: ideo eccleſia rationabiliter præſumit pro dante indulgentiam, vtpote iudice. Præſumitur enim de iure pro iudice ſemper, niſi manifeſtè appareat error, & ſupponens ex cauſa legitima datam iſtā indulgentiā, veritatē prædicat: ſicut abſque falſitate prædicat talem ſanctum, ſupponens illum rite canonizatum. Ita quod dato, quòd iſte canonizatus non eſſet ſanctus, ſed damnatus, eccleſiæ doctrina aut prædicatio non eſſet mendax aut falſa: quia hic non pertinentia ad fidem, non intelliguntur affirmari & prædicari niſi cum grano ſalis, hoc eſt ſtantibus communiter præſumptis. Præſumit enim, eccleſia canonizationē ritè factam, & ſimiliter indulgentiam rite datam: & ſic prædicat indulgentias valere quantum ſonant, Sed ſicut poteſt interuenire error humanus in canonizatione alicuius Sancti (vt ſan. Tho. dicit) ita poteſt interuenire error humanus in collatione indulgentiæ. Si quis autem putet Rom. pontif. non poſſe errare in iſtis particularibus actionibus (quales ſunt diſpenſationes honorum, tam temporalium quàm ſpiritualium eccleſiæ) putet quoque ipſum non eſſe hominem. Verùm quia nulla forte eſt tam parua ſecundum ſe ipſa cauſa, quæ non poſſit eſſe maxima ex aliqua relatione: ideo noli velle iudicare an iſta, vel illa cauſa poſita in indulgentia ſit ſufficiens, ſi non vis errare. Habes autem ex his duo. Primum, quomodo intelligenda ſit indulgentia, ſi fiat principaliter per modum diſpenſationis, communionis aut applicationis theſauri eccleſiaſtici: quoniàm hæc dicta ad huiuſmodi communicationem ſpectant. Deinde quare mentibus nonnullorum fidelium inſita ſit ambiguitas nonnulla de effectu indulgentiarum: quia. n. latet eos rationabilitas cauſæ tantæ indulgentiæ, ideo ſcrupulum incurrunt, & admirari non deſinunt quomodo verum ſit, quòd pro tam paruo actu conſequatur quis tam magnam indulgentiam.

CAPVT IX.

Reſponſio ad ſecundam quæſtionem de tempore veræ pœnitentiæ propoſitam in quarto capitul.

SEcunda quæſtio in 4. cap. propoſita de tempore veræ pœnitentiæ, facile ſoluitur, dicendo quòd tempus veræ pœnitentiæ proculdubio eſt tempus vſus indulgentiæ. Oportet enim, quando quis vtitur indulgentia, tunc eſſe vere pœnitentem: alioquin non reciperet remiſſionem pœnæ peccato debitæ. Sed quum ſint in propoſito tria tempora (ſcilicet conceſſionis, operis & vſus) quæ patet diuerſa eſſe quum Papa dat dāti eleemoſynā talem, ut ſemel in uita & ſemel in morte poſſit plenariè abſolui: tunc enim hodie conceſſio fit, & opus eleemoſynæ fit cras, & abſolutionis plenariæ uſus fiet forte hinc ad annum, conſtat, quòd hæc tempora concurrūt quandoque ſimul, ut quū pro actu præſenti datur indulgentia abſolute, ut quum datur indulgentia omnibus hic præſentibus. Et tunc quæſtio non habet locum: nam non eſt in poteſtate ſuſcipientis indulgentiam differre uſum illius, quum abſolute datur pro actu præſenti: quia intelligitur dari tunc pro tunc, ut ſonant uerba. Et ſimiliter dicunt aliqui de tempore operis, quando diuerſum eſt à tempore uſus eadem ratione: quia ſcilicet non abſoluitur tunc à pœna. Sed ſalua eorum reuerentia oppoſitum eſt uerum. Tum quia conſueta forma eccleſiæ quæ ſemper in indulgentiis ſubintelligitur (etiam ſi non exprimatur) continet expreſſe, quod opus fiat à uere pœnitentibus: ait enim omnibus igitur uere pœnitentibus & confeſſis, qui uiſitauerint uel dederint, uel fuerint. Vbi clare patet opus præſupponere uere pœnitentem. Tum quia cauſa indulgentiæ ex hoc ipſo quòd eſt ratio communionis paſſionum Chriſti & Sanctorum cum membris uiuis, oportet quòd ſit infra latitudinem operum uiuorum: quæ enim eſt conuentio tenebrarum ad lucem, aut mortis ad uitam? conſtat autem quòd opus factum à uere pœnitente eſt opus mortuum: non poteſt ergo eſſe legitima cauſa indulgentiæ: quam conſtat conſiſtere in communione uitali Chriſti & membrorum, non aridorum, ſed uiuorum. Vnde ſi datur indulgentia alicui, quòd dicendo ſeptem Pſalmos, uel uiſitando tot eccleſias, uel faciendo tale opus pium etiam ſi ſit eleemoſyna, niſi fiat in ſtatu charitatis, non acquiritur apud Deum indulgentia. Nā licet tunc non fiat remiſſio ſemper (puta quum abſolutio futura eſt) fit tamen tunc meritum remiſſionis quāuis mediate, hoc eſt mediante applicatione paſſionum Chriſti & Sanctorum. Adimpletio enim cauſæ indulgentiæ eſt meritum communionis remiſſiuæ, ita quòd nihil aliud exigitur ad remiſſionem niſi mera executio debetur enim adimplenti cauſam indulgentiæ communio remiſſiua pœnæ: Conſtat autem quòd meritum remiſſionis pęnæ peccato debitæ eſt opus uiuum: Oportet ergo uere pęnitentem eſſe conſequutum indulgentiam non ſolùm tempore vſus, ſed etiam tempore operis, quod eſt cauſa indulgentiæ: ut ipſa indulgentiæ uerba ſonant.

Tempus veræ pœnitentiæ eſt tempus vſus indulgentiæ.

CAPVT

CAPVT X.

Reſponſio ad tertiam queſtionem in cap. quarto propoſitam de tempore confeſsionis.

TErtia Quæſtio circa indulgentias propoſita de tempore confeſsionis, à multis ſoluitur dicendo, quòd ſufficit confeſſum eſſe illo anno: quia ſic intelligitur confeſſus ſecundum præceptum eccleſiæ. Et licet hæc ſolutio rationabilis multùm appareat propter dictam rationem, quia uerba iuris ſunt intelligenda ſecundum formam iuris: duo tamen ſibi obſtant. Primo: quia ſi iſta ratio eſſet in propoſito efficax, quum in forma indulgentiæ contineantur duæ conditiones ſimul: ſcilicet pœnitentiæ & confeſsionis, ſi tempus confeſsionis intelligitur ſecundum formam iuris, tempus quoque pœnitentiæ intelligendum eſt ſecundum formam iuris. Conſtat enim præceptum pœnitentiæ ſicut & confeſsionis affirmatiuum eſſe, & non obligare neceſsitatis articulo excepto, niſi pro loco & tempore: & eccleſiam iam determinaſſe tempus vtriuſque ad ſemel in anno. Non obligatur igitur ex forma indulgentiæ volens particeps illius fieri ad veram tunc pœnitentiam, ſi non obligatur tunc ad confeſsionem.

Secundum quod magis vrget, eſt: quia ſi intelligitur confeſſus ſecundum formam iuris, vel quod idem eſt, ſecundum præceptum eccleſiæ, ſequitur vnum maxime abſurdum: hoc eſt, quòd indulgentiæ non dantur niſi confeſsis, ſingulis annis: quia ſoli iſti ſunt confeſsi ſecundum formam iuris, & ſoli iſti ſunt confeſsi ſecundum præceptum eccleſiæ, vt patet. Et conſequenter quicunque aliquo vno anno quantumcunque præterito violaſſet præceptum eccleſiæ de confeſsione annua, non comprehenderetur ſub capacibus indulgentiæ datæ: conſtat enim hoc eſſe contra communem animi conceptionem omnium & ſapientum & fidelium. Quia igitur ſolutio iſta, vbi credidit extcadere indulgentiam, reſtrinxit multum illam ſi rationabiliter, & conſequenter loqui debet, ideò cùm bona tantorum doctorum venia omittenda eſt. Et dicendum eſt cum ipſis indulgentiæ verbis, & antiquiore, vt apparet, mihi doctrina, quòd tempus veræ pœnitentiæ, & tempus cõfeſsionis eſt vnum, & idem ad capeſſendam indulgentiam, quamuis diuerſa ratione neceſſarium: quia vera pœnitentia exigitur ex diuino, & humano ſimul iure, confeſsio autem exigitur ex humana tantùm authoritate: quia, ſcilicet ſtatuta eſt ſic indulgentiæ forma ab eccleſia, vnde Papa dare poſſet indulgentiam abſque actuali confeſsione. Dicere autem quòd forma indulgentiæ intelligitur de confeſsis non ſecundum formã iuris, aut præceptum eccleſiæ ſimpliciter & abſolutè, ſed anno illo, voluntarium eſt, quia nec ex forma iuris, nec ex forma iudicis, nec ex ratione hoc emanat. Nec ſurda pertranſeundi ſunt aures, detrahentes huic quamuis exiguæ vigiliæ, vanitatis eam accuſantes, eo quòd eras exiſtimantes quæſtum pietatem apoſtolicas pulſibunt aures. & indulgentias ad non iniunctas extendi pœnitentias, confeſsiſque anno illo modo verè pœnitentes ſint, conferri obtinebunt. Audiant hi primum non fruſtrà fuiſſe tantillum laborem, ſi occaſionem tanti fructus Chriſtiano populo contulerit: non enim ea ſcripſimus ratione, vt alios dirigeremus, ſed inter certa ambiguàque diſcernere ſat fuerit. Percipiant deinde, pias deuotaſque fidelium mentes, hinc potius excitandas ad petendas condignas ſecundum ſacros canones à confeſſoribus pœnitentias, vt vel indulgentiæ gratia ex paſsione Chriſti, & Sanctorum ſoluãt Deo pœnitentias, quas prompto animo à ſeipſis peragendas poſtulauerunt, atque ſuſceperunt. Redirent ſiquidem hoc pacto aurea pœnitentium patrum ſecula.

¶ Et hæc de indulgentiis dicta ſecundum proprii ingenioli vires, ſaluo omnium melius ſentientium iudicio, ſufficiãt. Romæ anno ſalutis 1517. pontificatus S. D. N. Leonis X I. quinto: ætatis verò meæ 48. die 8. Decembris.

Thomæ de Vio Caietani, Cardinalis Sancti Xiſti vigintiſeptem quæſtionum opuſculum.

TRACTATUS DECIMUS,

ſextus de Indulgentiis in ſex Quæſtiones diuiſus.

1 *Num indulgentiæ fiant de theſauro meritorum Chriſti & ſanctorum.*

2 *Num dare operam ad conſequendas indulgẽtias ſit imperfectionis.*

3 *Num occurenti pauperi negans eleemoſynã, quam tamen dat pro indulgentia conſequenda peccat.*

4 *Num indulgentia abſoluendo ad iniunctis pœnitentiis abſoluat à pœna debita peccatis apud diuinam iuſtitiam.*

5 *Num indulgentiis liberentur defuncti à pœnis purgatorii.*

6 *Num Papa authoritate clauium det indulgẽtiam animabus in purgatorio.*

QVAESTIO I.

De theſauro indulgentiarum.

VTrum Indulgentiæ eccleſiæ ſint de theſauro meritorum Chriſti & ſanctorum. Et videtur, quòd non.

Primò quia indulgentia non eſſet indulgentia ſeu remiſsio, ſed ſatisfactio & perſolutio vſque ad nouiſsimum quadrantem per aliorum opera. Et ſequitur vlterius, quod omnes negant, ſcilicet concedens oneret ſe ad ſatisfactionem. Et probatur ſequela: quia ſic Papa non remitteret, ſed ſatisfaceret per alios.

¶ Secundò, quia ſic virtute clauium non fieret abſolutio, ſed translatio operum, contra verbum Chriſti, Quodcunque ſolueris. et vlterius idem per claues ageretur quod de facto fit: quia ſi ſunt opera ſanctorum in theſauro eccleſiæ, non permittuntur otioſa à Spirituſancto, ſed de facto ſuccurrerent quibus poſſunt.

¶ Tertiò, Nulla Sanctorum opera ſunt relicta irremunerata: ergo. Antecedens probatur, tum quia non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam: tum quia ſecundum hoc opera ſupererogationis non remunerarentur in ſanctis, ſed in nobis: ac per hoc minora eſſent remunerata, & maiora non. et ſi dicatur, quòd eadem opera ſunt etiam in ipſis ſanctis remunerata. ergo nulla ſunt eorum opera irremunerata relicta.

¶ Quartò,

¶ Quartò, Nullus Sanctorum ſufficienter impleuit in hac vita mandata Dei: ergo nihil fecerunt ſuperabundans: ergo nihil reliquerunt pro indulgentiis. Antecedens probatur primò per illud Chriſti, Quum feceritis omnia quæ ſcripta ſunt, dicite: Serui inutiles ſumus: ſed ſeruus inutilis non vltra, ſed citra feciſſe intelligitur. Secundò, per illud Matth. 25. quod ſapientes virgines noluerunt communicare de oleo ſuo, timentes ne ipſis deficeret. Tertiò, Omnis ſanctus debitor eſt Dei diligendi quantum poteſt, imo vltra quã poteſt: ſed nullus id fecit aut potuit, ergo.

¶ Quarto, Sancti per martyrium (quod eſt opus perfectiſſimum) non faciunt vltra quàm debent, imo vix faciunt quod debent, ergo multo minus in aliis operibus plus fecerunt, quàm debuerunt.

¶ Quinto, quia ſine ſcripturis, doctoribus atque rationibus oppoſitum dicitur.

Probatur quoque idem authoritate Sanctorum. Primo Aug. omnibus ſanctis conuenit dicere, Dimitte nobis debita noſtra, ſed qui confitentur debita, non ſuperabundant: ergo.

¶ Secundo authoritate Hier. tractantis contra Pela. illud, Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: infrà, pro hac orabit omnis Sanctus in tempore opportuno. Quomodo eſt ſanctus, ſi pro impietate ſua orat? Et ſi eſt impius, non ſanctus. Itaque ſancti per orationem & confeſſionem ſuæ impietatis merentur ſibi non imputari peccatum.

¶ Tertio, Aug. lib. 1. retra. c. 19. Omnia mandata implentur, quando quicquid non impletur, ignoſcitur. Negat enim ſanctos impleſſe perfectè mandata Dei, dicens, Magis ignoſcente Deo quàm implente.

¶ Quarto. Auguſ. confeſ. lib. 9. Væ hominum vitæ quantumcunque laudabili, ſi remota miſericordia iudicetur: iuxta illud Iob: ſi etiam iuſtum quippiam habuero, iudicem meum deprecabor.

¶ Quinto, ſecundum Aug. nullus ſanctus in hac vita ſine peccato fuit: iuxta illud primæ Ioannis 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. ergo merita ſanctorum nulla ſunt ſuperflua.

¶ Et ſi dicatur quod ſanctis habentibus aliquod ueniale, potuerunt plura facere, quàm debuerunt. contra. Opus bonum optimè factum eſt ueniale peccatũ: ergo ſemper minus, quam debuerunt, fecerunt, & peccarunt. Antecedens eſt ex Aug. vbi ſupra, Omnia mãdata implentur, &c.

Deinde arguitur, quod dato quod ſint ſuperflua ſanctorum merita, non prodeſſent, quia vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum proprium laborem, non ſecundum alienum, vt ad Ro. 3. dicitur. Nec dignè ab eccleſia expenderentur: quia ſolutio pœnæ eſt viliſſimum eccleſiæ donum. Nec piè eccleſia ageret relaxando pœnas: caſtigare enim alios potius eſt pietatis, quàm remittere pœnas.

Denique probatur, quòd merita Chriſti non ſint theſaurus indulgentiarum. Primò, quia aſſertio illa eſt ſine authoritate ſcripturæ. Et ſi afferatur authoritas Rom. eccleſiæ, remaneret periculum exponendi eccleſiam hæreticorum irriſioni: dum non poſſemus reddere rationem de hac, quæ in nobis eſt fide, atque ſpe.

¶ Secundò, quia locum habent primò inductæ rationes etiam hic, ſcilicet quòd indulgentiæ non eſſent indulgentiæ, ſed ſatisfactiones per alium: & tamen canon dicit, per indulgentias pœnitentiales ſatisfactio eneruatur. de pœ. & re. cum ex eo. non dixit mutatur, ſed eneruatur. Et ſimiliter claues non ſoluerent, ſed transferrent pro alio: impium eſt autem dicere claues non ſoluere: ſi ſoluunt, totum tollunt, non transferunt. Et ſimiliter merita Chriſti de facto idem operantur, quia non ſunt otioſa.

¶ Tertiò, quia inſignis fieret irreuerentia meritia Chriſti, ſi ſolùm pro pœna relaxatione expenderentur, cùm ipſa per ea fuerit exemplum omnium martyrum, viliſſimum quippe eſt remiſſio pœnæ.

¶ Quarto, ſanctus Tho. & Bonauen. dicunt opera noſtra bona meliora eſſe quàm indulgentias, & merita Chriſti expendi per indulgentias. Et merita Chriſti eſſe multo meliora bona, q̃ opera nr̃a bona, cõſtat ergo meliores ſunt indulgentiæ quam noſtra opera bona, quod eſt contrarium primæ propoſitioni. Aut ergo indulgentiæ non ſunt merita Chriſti: aut omiſſis omnibus indulgentiæ ſectandæ ſunt, ſcilicet Chriſti merita.

¶ Quinto, Conſulitur communiter a doctoribus, quod poſt indulgentias nihilominus ſit ieiunandum: quia nemo ſcit vtrum odio, vel amore dignus ſit. Tunc ſic, Aut iſta ſententia eſt impia in Deum & eccleſiam: aut merita Chriſti non ſunt theſaurus indulgentiarum. Primo, quia ſic claues eccleſiæ nihil faciũt certi: quod eſt blaſphemia: & indulgentia eſſet incerta donatio: ac per hoc impia illuſio ab eccleſia fieret, aut poſt indulgentiam ex meritis Chriſti, & ſanctorum deberet quieſcere ab operibus ſuis. Secundo, quia ſi per indulgentias impenduntur merita Chriſti & adhuc incertus ſum de remiſſione peccatorum, aut credo opera Chriſti applicata & donata mihi eſſe ſufficientia ad remiſſionem, aut dubito. Si credo, iam non eſt amplius ieiunandum: quia non debeo mea opera meliora putare, quàm Chriſti opera: Si dubito, quid hoc dubio execrabilius? Et confirmatur, quia merita Chriſti nulla proportione bonitatis excedunt opera noſtra, ac per hoc aut ipſa non ſunt theſaurus indulgentiarum, aut indulgentiæ præferendæ ſunt omnibus operibus diuinorum præceptorum, niſi iniuria fiat meritis Chriſti. Sexto, quia ipſa appoſitio meritorum ſanctorum minus conſonat, quaſi merita Chriſti non ſufficiant.

Septimo: Nulli datur gratia contritionis, quin ſimul ei dentur merita Chriſti, ergo ſine indulgentiis habet quis theſaurum meritorum.

Octauo, Si meritum Chriſti eſt theſaurus indulgentiarum, ergo remittet mortem eiuſque pœnas. Probatur ſequela: tum quia alioquin eſſet infirmus, tũ quia potens eſt remittere pœnam æternam.

Demum arguitur, Si abſoluere in indulgentiis eſt diſpenſare theſaurum Chriſti, ergo aliæ etiam abſolutiones diſpenſabunt theſaurum Chriſti, & præcipue ab excommunicatione, quando quis particeps fit meritorum Chriſti & eccleſiæ.

¶ Præterea, Si abſoluere in indulgentiis eſt diſtribuere theſaurum Chriſti, ergo ligare eſt includere vel colligere theſaurum Chriſti, quod tamen non ſpectat ad poteſtatem clauium, quia ſine omni indulgentiarum actu hoc fit.

IN OPPOSITVM Eſt ſententia ſacrorum doctorum.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis monſtrandum eſt, merita Chriſti & Sanctorum eſſe theſaurum indulgentiarum, & qua ratione hoc notum ſit, & quid ſit, & propter quid ſit. Et quidem merita Chriſti & Sanctorum eſſe theſaurum indulgentiarum, authoritate apoſtolica tenemus, in extrauaganti ſiquidem Clemẽtis ſexti de pœn. & re. vnigenitus. dicitur de theſauro meritorum Chriſti. Quem quidem theſaurum per beatum Petrum cœli clauigerum, eiuſque ſucceſſores ſuos in terris vicarios commiſit fidelibus diſpenſandum, & propriis rationabilibuſque cauſis nunc pro totali, nunc pro partiali remiſſione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ, tam generaliter, quàm ſpecialiter prout cum Deo expedire cognoſcerent, verè pœnitentibus & confeſſis miſericorditer applicandum, ad cu-

ius cui-

ſus quidem theſauri cumulum beatæ Dei genitricis & omnium electorum merita adminiculum præſtare noſcuntur. Hæc ibi: poſt multa de ſuperabundantia meritorum dicta: Eſt autem ex duobus huius decretalis authoritas penſanda. Primò, ex decretis diſtinct. 19. in canonicis: vbi epiſtolis decretalibus Romanorũ pontificum primus authoritatis locus poſt ſacram Scripturam decernitur: & ibidem ca. ſi, vbi extrauagantes apoſtolicæ defenduntur. Secundò, ex eo, quòd de vna parte ſacramenti pœnitentiæ, ſcilicet ſatisfactione docet: conſtat namque extra de hæreticis, ad abolendam, nulli in materia ſacramentorum licere diſſentire ab eo quod Ro. eccleſia facit & prædicat: credendum eſt igitur, nec in dubium aut opinionem vertendum ſic eſſe. Nec ſomniauit aut finxit ſibi Ro. eccleſia theſaurum iſtum indulgentiarum, ſed ex Scripturæ ſacræ authoritate, certaque inde ratione ſacrorum doctorũ ſententia probata id habetur.

Meritum à ſatisfactione differt.

¶ Ad cuius claritatem non etiam differentia inter meritum & ſatisfactionem prælibanda eſt. Meritum condigni (de hoc enim ſermo eſt) appellatur opus, ex quo operans dignus eſt æterna beatitudine, ita quod debetur ſibi illa: iuxta illud Apoſtoli: Bonum certamẽ certaui, &c. & ſubditur, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus index. Satisfactio autem appellatur voluntaria ſolutio pœnæ: hoc enim debitor pœnæ facit ſatis iuſtitiæ, quando debitam pœnam exoluit: adæquando enim ſolutionem debito, ſatis proculdubio facit. Nec meritum & ſatisfactio adeò à ſe inuicem elongantur, vt non coeant ſæpè in vnum idemque opus: nam de operib. ex charitate procedentibus loquendo, quantum habet opus bonitatis, tantum habet meriti: & quantum habet mali pœnæ, tantum habet ſatisfactionis. Verbi gratia, ieiunium vt opus bonum eſt meritorium: idẽ que vt eſt pœnale eſt ſatisfactorium. Hæc eſt formalis differentia inter meritum & ſatisfactionem. Eſt & alia differentia quo ad efficaciam ſeu fructum: nam meritum non excedit perſonam quæ meretur ſolo Chriſto excepto, nullus enim poteſt mereri fœlicitatem æternam alteri, ſed ſibi ſoli, excepto Chriſto, qui meruit ſuis electis. Et ratio aſſignat, quia gratia Chriſto data eſt gratia capitalis ſeu vniuerſalis: gratia autẽ reliquorum, eſt gratia partialis: meritum enim Chriſti & non aliorum per ſacramenta communicatur nobis, & nos ſaluat. Proptereà Paulus dicebat, nunquid Paulus crucifixus eſt pro nobis, aut in nomine Pauli Baptizati eſtis? Satisfacere autem poteſt vnus pro altero, vt patet quum vnus implet ſacramentalem pœnitentiam pro altero. Et ex hac differentia prouenit, quod ſanctorum opera quatenus meritoria fuerunt, acceperunt mercedem ſuam in ipſis ſanctis: quoniam ipſis ſolis poſuerunt, quatenus verò ſatisfactoria fuerunt, primum quidem ſoluerunt debitam pro illorum peccatis pœnam, deinde ſi plus pœnalitatis habuerunt quàm pœna ipſorum peccatis debita exigeret, remanſit illud plus tanquã ipſis Sanctis ſuperfluum. Et hoc plus eſt illud, quòd à quibuſdam vocatur irremuneratum in ipſis Sanctis non propter defectum diuinæ largitatis, aut operis, aut ipſius Sancti ſed propter excellentiam ipſius perſonæ, quæ ſuperabundanter paſſa eſt voluntariè. Ex eo namque, quòd perſona patiens non habet propria pœnarum debita pro peccatis, prouenit quòd ſatisfactiones ſuperfluæ non poſſunt in ipſis remunerari, ſeu rectius loquando, non poſſunt in ipſis habere effectum ſolutionis. Et quoniam conſtat Sanctos multos multò plus paſſos, quàm ex peccatis ſuis debuerint pati conſequens eſt, vt multa ſatisfactoria remanſerint ſuperflua ipſis Sanctis. Patet autem Sanctos ſatisfactoriè plus exoluiſſe, quam debuerant pro peccatis ſuis. Tum quia beata Virgo nulla ſatisfactiõe pro ſuis peccatis eguit (quia nullum peccatum commiſit) & tamen ſatisfactoria multa ſubiit: eius enim vita cunctas illuſtrauit eccleſias: & de ipſius dolore ſcriptum eſt, Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Iob quoque teſtatur c. 7. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in ſtatera, quaſi arena maris hæc grauior appareret. Et quis eſt iam mentis inops, vt dicat Laurentium, Vincentium, reliquosque tanta paſſos martyres, omnibus illis pœnis indiguiſſe, vt ſatisfacerent pro pœna peccatis ſuis debita? Superfluunt igitur multa ſatisfactoria Sanctis vltra ingens pelagus ſuperfluentis ſatisfactionis Chriſti, qui pro totius mundi peccatis, vt Ioannes Euangeliſta teſtatur, ſatisfecit: vt etiam ex hoc patet, quòd ſi totus mundus poſt omnia peccata commiſſa baptizaretur, ſtatim meritorum ſatisfactione Chriſti auolaret ad cælum. Et tamen conſtat, quòd tãta hominum multitudo damnata indignam ſe, reddens Chriſti ſatisfactione, ſuperfluere illam teſtatur, quæ pro omnibus ſufficeret. Quocirca ex meritis Chriſti & Sanctorum quatenus ſatisfactoria ſuperfluis, theſaurum indulgentiarum conſtitui intelligito, ſi non vis errare. Et quidem quòd huiuſmodi opera Chriſti & Sanctorum ſatisfactoria remanſerint, declaratum eſt: quòd verò remanſerint pro nobis, & quòd remanſerint diſpenſanda per militantem eccleſiam, manifeſtari oportet.

Multa merita Chriſti & Sanctorum ſuperfuerũt, quæ nobis communicata, pro nobis ſatisfacere poſſunt.

¶ Et primum, ſcilicet quòd ad hoc remanſerint huiuſmodi ſatisfactoria, vt nobis communicata, pro nobis ſatisfacerent tanquam ſi ipſi Sancti viuentes ea intentione feciſſent, vt pœnas noſtris peccatis debitas ipſi exoluerent, monſtratur, tum ex eo quòd non inania aut inutilia huiuſmodi ſatisfactoria eſſe debẽt: eſſent autem vt ſatisfactoria infructuoſa, ſi proprio fructu (qui eſt ſatisfacere) eſſent priuata, non per accidens, putà quia deſunt hi, in quibus fructificet: ſed per ſe, quia ſcilicet ſuapte natura omnia ſatisfactoria ſupererogationis eſſent infructuoſa: quia nec in ipſis operantibus, nec in aliis effectum habere poſſent, eo ipſo quòd ſatisfactoria ſupererogationis ſunt. Tum quia vtilitas eccleſiæ exigit, vt quælibet ſuorum ciuiũ, quæ poſſunt eſſe vtilia reipublicæ Chriſtianæ, ordinata à Spirituſancto eccleſiam regente, ſint ad vtilitatem ipſius eccleſiæ. Conſtat autem ſatisfactoria ſupererogationis poſſe ad vtilitatem eccleſiæ cedere: vt patet ex eo, quòd per propriam intentionem ipſorum Sanctorum potuiſſent applicari hæc ad ſatisfaciendum pro iſto vel illo eccleſiæ membro, debente ſatisfacere pro ſuis peccatis. Conſentaneum igitur rationi eſt, quòd hæc ſatisfactoria ſupererogatoriè facta à Sanctis, ad vtilitatem aliorum membrorum eccleſiæ ordinata ſunt. Vtilitas autem propria eorum eſt ſatisfacere pro aliis, ex quo pro his, qui fecerunt, ſatisfacere non poſſunt, dixi autem vtilitas propria: quia non ex communibus, ſed propriis iudicandũ eſt de rebus. Tum maximè, quia Paulus Apoſtolus ad Col. 1. hoc de ſuis ſatisfactoriis teſtatur, dicens, Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt eccleſia. Vbi clarè videre potes, intẽtionẽ adimplentis in propria carne paſſiones deficiẽtes paſſioni Chriſti ad conficiendam menſam à Deo definitam pro eccleſia. Idem autem eſt iudicium de Paulo & aliis Sanctis: vt ex Auguſt. ſuper Pſal. 68. afferente dictã Apoſtoli ſententiam, patet.

¶ Secundum autem, ſcilicet quod theſaurus iſte meritorum, vt ſatisfactoria ſunt, diſpenſandus ſit per ſummum Pontificem, facilè manifeſtatur: quoniam commune omni Reip. eſt, vt illius princeps diſpenſator ſit communium bonorum illius Reip. nam ſine omni

contra-

cōtradictione, cui cura credita eſt ipſius Reip. eidem quoque credita intelligitur diſpenſatio eorum, quæ ad commune bonum illius ſpectant. Huiuſmodi autem ſatisfactoria conſtat eſſe velut bona quædam cōmunia ipſius eccleſiæ: vtpote pro ipſa facta & relicta, vt patet ex dictis. Conſequens igitur eſt, vt ad eū qui totius eccleſiæ curam habet, ſpectet diſpenſatio dicti theſauri. Et quia ſolùs Petri ſucceſſor præeſt toti eccleſiæ, ideo ad ſolum Rom. Pontificem ſpectat diſpenſare, non pro libito donare theſaurum iſtum. Et quoniam per indulgentias remittitur pœna temporalis debita pro ſatisfactione peccatorum (vt dicta extrauagans dicit) nec Papa poteſt illam remittere ſine ſacramentō eccleſiaſtico, niſi applicando ſatisfactoria aliorum ad iſtum, cui remittit, ideo apoſtolica ſedes in dicta extrauagante, & ſacri doctores theologi Spiritusſancti lumine illuſtrante concludunt & rationabiliter dictum theſaurum diſpenſari per indulgentias Chriſti fidelibus, qui per charitatem Chriſti mēbra ſunt. Vnde euidentiſſimè ſequitur, quòd indulgētia abſoluendo hunc a tanta pœna pro ſuo peccato debita, applicat illi tantum ex dicto theſauro, de ſatisfactoriis quantum æquiualet tantæ pœnæ, quæ relaxatur & ſimul ſit opus miſericordiæ, remittendo hanc pœnam: & opus iuſtitiæ, applicando huic ſatisfactionem aliorū pro eo, ſic enim terreſtris Hieruſalē deſcendit de cælo per imitationem: quoniam vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. Ex quibus patent omnia præmiſſa.

Ad primam obiectionem in oppoſitum dicitur, quòd indulgentia ſecundum diuerſos ſuos actus diuerſis rationibus exprimitur: nam ſecundum quòd eſt & remiſſio pœnæ, ſic iudicis actus eſt dicitur, ſecūdùm verò eſt quòd applicatio ſatisfactionis ad hunc, ſic diſpenſatio eſt & dicitur: & ſecundum quòd efficit exſolutionem pœnæ apud diuinam iuſtitiam per applicatam ſatisfactionem, ſic opus iuſtitiæ eſt & dicitur. Vnde breuiter reſpondetur, quòd indulgentia, vt reſpicit hunc, cui conceditur, eſt remiſſio & relaxatio: quantum verò reſpicit diuinam iuſtitiam, ſit ſolutio vſque ad minimum quadrātem. Eſt enim ſolutio, ſed non ab hoc, & iſtud eſt maximæ gratiæ, quòd ſoluatur debitum meum non à me. Nec hoc eſt mirum, aut nouum in myſteriis eccleſiæ: quum etiam in Baptiſmo omnia donari gratioſè concedamus, eodem modo, ſcilicet vt omnia ſoluantur nobis per Chriſti meritum, quod illi per Baptiſmum communicatur. Clericus dicam, Tanto vinculo iunxit Deus iuſtitiam miſericordiæ, vt peccatis noſtris parceret, ſic voluerit, vt tamen per vnigenitum ſuum Filium ſuæ iuſtitiæ ſatisfieret pro nobis, & hoc abundantioris gratiæ fuit vt non ſolùm debita remitteret, ſed ſatisfactorem daret. Nihil ergo ſecundum diuinæ ſapientiæ ordinem adimitur indulgentiarum gratiæ, ac miſericordiæ, ex hoc quod interuenit ibi etiam ſolutio per Chriſti & ſanctorum merita ſatisfactoria. Argumentum verò procedit, ac ſi hæc duo eſſent incompaſſibilia, quæ, vt dictum eſt, ſe conſequuntur ſecundū ordinem diſpoſitionis diuinæ, vt ex dictis clarè patet. Ad vlteriorem verò ſequelam (ſcilicet, ergo concedens obligat ſe ad ſatisfactionem) dicitur quòd nec apparentiam habet. Et quum probatur, quia hoc modo ſatisfacit per alios, reſpondetur, quòd ad bonum admittendo, quòd Papa dando indulgentias, ſatisfacit per alios, hoc eſt, applicat aliorum ſatisfactionem: hinc etiam nulla ratione apparenti ſequitur, ergo Papa obligat ſe ad ſatisfactionem: aliud eſt enim applicare huic alienam ſatisfactionem, & aliud eſt obligare ſe ad ſatisfaciendum pro illo, ſicut aliud eſt volare, & aliud ſedere.

¶ Ad ſecundam negatur, quòd ſic virtute clauium nihil fiat: fit namq; non ſolùm applicatio operum ſanctorum ad iſtum, ſed & abſolutio iſtius à pœna pro peccatis ſuis debita fit: vnde & verbum Chriſti, Quodcunque ſolueris, ad literā adimpletur. Et ſimiliter negatur, quòd ſic virtute clauium nihil fieret: niſi quod de facto fit. Et ad probationem, quia merita ſanctorum, ſi ſunt, non relinquuntur a Spiritu ſancto otioſa, reſpōdetur, quòd huiuſmodi ſanctorum merita ſatisfactoria ſunt facta pro eccleſia, & non determinatè pro hoc vel illo: & ideo non operantur in hoc vel illo particulari, niſi fuerint applicata ab ipſo Deo, vel eius vicario ad hunc vel illum. Non ergo de facto operantur abſq; applicatione: quia ſunt communia, nec ſunt otioſa: quia ad hoc ſuapte nō ſunt ordinata, & applicata, vt nō aliter operentur.

Bona ſanctorū opera tātum vt ſatisfactoria ſūt ſupererunt.

¶ Ad tertiam de operibus ſanctorum irremuneratis, dicitur quod communicando in abuſu vocabulorum, hoc eſt, accipiendo irremuneratum, prout ſumitur à ſic dicentib. hoc eſt, non ſortita ſuum fructum in ipſis ſanctis. Sic inquam loquendo reſpondendum eſt quòd opera bona ſanctorum dupliciter ſumi poſſunt, ſ. vt meritoria: & ſic omnia ſunt remunerata in ipſis ſanctis, vel vt ſatisfactoria: & ſic ea quæ ſupererogauerunt, non ſunt remunerata in ipſis ſanctis, ſed relicta ſunt remuneranda in nobis. Et contra hoc probationes non militant. Non prima, ſcilicet non ſunt condignæ paſſiones huius temporis: quia de paſſionibus noſtris ſecundum ſubſtantiam operis, ſeu, vt ſunt, ex libero arbitrio intelligitur: remuneratio aūt reſpicit opera & paſſiones vt ſunt ex charitate, ſeu gratia Dei. Non ſecunda, ſcilicet Deus præmiat vltra condignū, tum quia de præmio operum, vt ſunt meritoria, intelligitur ſententia illa: tum quia non ex defectu largitatis præmiantis, ſed ex excellentia ſancti operantis prouenit, quòd opus ſuum vt ſatisfactorium non remuneratur in ipſo Sancto, hoc eſt, non ſatisfacit pro ipſo: quia ipſe non eſt debitor pœnæ pro qua ſatisfactio fit. Nō tertia, ſcilicet, quòd opera ſupererogationis nōn remunerantur in ipſis ſanctis, ſed in nobis, &c. quoniam opera ſupererogationis vt ſunt meritoria, remunerantur in ipſis ſanctis iuxta verbum Samaritani, Quodcunque ſupererogaueris, ego cùm rediero, reddam tibi. Sed inquantum ſupererogant pœnalitates, ſic propter ipſorum ſanctorum excellentiam non poſſunt in ipſis ſanctis remunerari. Vnde patet nullum inconueniens ſequi, ſed omnia conſonare: habet enim rectus rationis ordo, vt quis prius pro ſe ſatisfaciat: & ſi ſupererogat ſoluendo quod non debet, non pro ſe, ſed pro alio ſoluat. Nec ex hoc, quòd diximus eadem opera eſſe remunerata in ſanctis & in nobis, ſequitur, ergo nulla ſunt ſanctorum opera irremunerata in ipſis. Nam quum dicitur, quædam eſſe ſanctorum merita relicta irremunerata, non fit diſtinctio operum quaſi, quædam fuerint eorum opera remunerata, & quædam alia relicta irremunerata: vt argumentum interpretatur, & malè: ſed fit diſtinctio conditionum etiam variarum eiuſdem operis. Et eſt ſenſus, quòd opera ſanctorum inquantum ſunt meritoria, ſunt remunerata in ipſis ſanctis: inquantum verò ſunt ſatisfactoria ſunt relicta irremunerata, quantum ad illud pœnalitatis quod ſupererogauerunt. Vbi patet abſque controuerſia omnia conſonare.

¶ Ad quartam dicitur, quòd vir ſanctus poteſt iudicari dupliciter, primò inquantum operatur ex ſuo libero arbitrio, & ſic nullus ſanctorum impleuit ſufficienter in hac vita mandata Dei. Alio modo inquantum operatur ex gratia diuina, & in exiſtente & aſſiſtente: & ſic quilibet ſanctus ſufficienter impleuit mandata Dei in his, quæ obſeruaſſe eos laudamus. Et ſi contra hoc probationes aſſiſtentis afferantur, reſpondetur. Et ad primam dicitur, quòd ſi verba Domini integrè afferantur monſtrant oppoſitum. nam Dominus dicit, Quum feceritis omnia quæ

cunque præcepero vobis, dicite, Quod debuimus fecimus, ſerui inutiles ſumus. Vbi vides, quòd dicendo, Quod debuimus fecimus, monſtrat eos impleſſe mãdata ſufficienter, alioquin non fecerunt quod debuerunt: nam debuerunt ſufficienter implere. Non eſt autem verum, ſeruum, qui fecit quod debuit, inutilem eſſe, vltrà feciſſe: quoniam ſi vltrà feciſſet, iam non feciſſet quod debuiſſet. Sed verum eſt, quòd vt ſic non ſupererogauit: & propterea inutilis dicitur qui enim non facit niſi quod debet, inutilis dicitur. Vnde eſt iſta authoritate nihil aliud habetur niſi ꝙ ſancti ex hoc, ꝙ impleuerunt præcepta Chriſti, non ſupererogauerũt, cum quo ſtat, & quòd ſufficienter mãdata Chriſti implere potuerunt, & ſupererogare, vt ſic non ſolùm fecerint quod debuerunt, ſed eſſent ſerui inutiles in domo Domini. Ad ſecundam dicitur: ꝙ oleum, quod ſapientes Virgines timuerunt ſibi non ſufficere, ad meriti conſcientiam ſpectat, & non ad pœnalitates. Ad tertiam dicitur, quòd falſum eſſe conſtat præceptum de Deo diligendo obligare hominem plus quam poſſit: Maledictus, inquit Hieron. dicens Deum præcepiſſe aliquod impoſſibile. Falſum quoque eſt ſub præcepto de Deo diligendo, cadere quòd homo diligat quantum poteſt: intelligendo ſic, ꝙ ſi dilectionis aliquem actum poſſibilem ſibi omittat quis, peccet, vt patet ex hoc, quòd multi dilectionis actus ſpectant ad opere ſupererogationis: vt benè velle, & benè facere inimicis in particulari extra neceſſitatis caſum perfectionis ſiquidam eſt hoc, non præcepti. Sed præcipit, ꝙ homo diligat Deum ex toto corde, & ex omnibus viribus, &c. ad hoc ſenſum, ꝙ nihil contrarium diuinæ dilectioni in corde ſuo, in mente ſua, in viribus ſuis, &c. admittat. Intellectum autem præceptum illud de actuali dilectione, vt ſonat non quid agere hic debemus, ſed quo tendere debemus, monſtrat ſecundum Augu. Vnde patet quòd ſancti impleuerunt hoc præceptum, & ſupererogauerunt. Ad quartam dicitur, quòd ſancti per martyrium extra neceſſitatis articulum faciunt plus quàm debent: quia ſupererogãt. Et rurſus in articulo neceſſitatis ad martyrium pro confeſſione fidei, ſupererogant ſæpe quo ad ſatisfactionem: dum plus patiuntur voluntariè quàm pro peccatis ſuis debeant. Ad quintam dicitur, quòd doctrina hæc, ſuper ſcripturas & rationes & authoritates Rom. eccleſiæ ſanctorumque doctorum fundatur. Et non ſolum temerariæ præſumptionis eſt contrarium dicere, verum indiſciplinatæ mentis eſt non acquieſcere tot allatis, vltra authoritatem ſanctorum Thom. & Bonauenturæ, & infinitorum doctorum ſequaciũ: oportet enim virum docilem in morali tam theologia, quam philoſophia non quærere certitudinem mathematicam: ſed niſi rationi conſentanea, ſimulque à communi doctorum ſententia probata in moralibus, vt certa habeamus, confundere neceſſe eſt omnia.

Ad ſanctorum dicta.

Ad probationes Deinde ex authoritatibus ſanctorum reſpondendo dicitur, quòd cùm hoc, quòd omnes ſancti aliquod peccati debitum habuerunt, pro quo quandiu viuunt orare poſſunt, non quòd oporteat eos ſemper peccatum habuiſſe cotidianum, quandoque enim ſine omni peccato fuerunt, ſed quia quandoque peccauerunt, ſtat quòd multa ſupererogationis meritoria, & ſatisfactoria fecerint: quia enim dimitti orat ſibi peccata, fatetur ſe debitorem. Et hoc in tota vita verificatur, quantum eſt ex parte noſtra: quamuis ſecus ſit ſi ſecundum adiunctam Dei gratiã ſancti iudicentur. Et ne ſæpius idem repetatur, diſtinguitur, quòd ſancti, & ſua opera dupliciter iudicari poſſunt. Primò ſecundum ſe, & ſecundum proprias vires & ſic ſunt ſemper debitores, & damnabiles, non implentes mandata Dei: iuxta illud Iſaiæ, Vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ. Alio modo ſecundum gratiam Spiritus ſancti in ipſis & operibus ſuis, tam informantem, quàm aſſiſtentem: & ſic implent mandata, & non ſunt debitores, ſed creditores, digni vita æterna ex ipſis ſanctis operibus ſuis, nihil damnationis habentes, &c. iuxta illud 1. Ioannis tertio, Omnis qui natus eſt ex Deo, non facit peccatum, quoniam ſemen ipſius in eo manet: & nõ poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. Et illud Apoſtoli ad Ro. 8. Nihil damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Et illud euiſdem ad Tim. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Vnde prudentis lectoris erit diſcernere, quando ſcriptura, vel ſanctorũ doctrina loquitur de nobis, aut operibus noſtris, ſecundum quòd ſunt noſtra, & ſecundum quòd ſunt diuinæ gratiæ: omnia enim mala verificantur de nobis, & noſtris ſecundum quòd ſumus noſtri, vel ſunt noſtra: & rurſus ſimul infinita bona verificantur de eiſdem, vt ſunt diuinæ miſericordiæ, ac gratiæ: vt patet ex his ſcripturæ locis & multis aliis, quæ afferri poſſunt. Et hinc habes ſolutionem huius & ſequentium, & ſimilium obiectionum: nam cum hoc, quod omnes ſancti ſunt ex ſe debitores, ſtat quòd ex diuina gratia operando, ſupererogant. Et ſimiliter, quòd ſint impij ex ſe: & orando ex diuina gratia merentur non imputari ſibi impietatem. Et ſimiliter Deo ignoſcente, hoc eſt gratiam dante, implent mandata: non homine ex ſeipſo implente. Et ſimiliter omnia mandata tunc implentur, quando quicquid non ex nobis impletur per gratiam impletur. Et ſimiliter væ vitæ hominum laudabili, ſi ſine gratia (diuinæ miſericordiæ effectu) iudicetur. et ſimiliter ſi quid iuſti habuero ſecundum humanam iuſtitiam, iudicem meum deprecabor. et ſimiliter omne opus bonum optimè factum, inquantum eſt ex nobis factum, peccatum eſt, ſicut pannus menſtruatæ: ſed quatenus ex Dei gratia eſt, nullum peccatum, ſed meritorium & ſupererogatiuum bonũ eſt. Vnde ſi in quinta probatione intenditur, ꝙ ſimpliciter & abſolutè & non ſecundum ꝙ ex nobis eſt, omne opus bonum optimè ex charitate factum, eſt peccatum veniale, non reſpõſione, ſed ſenſu, aut igne opus eſt, nam ſecundum hoc beata Virgo in omni opere ſuo peccauit venialiter, cui tamen Aug. dicit gratiam collatam eſſe ad peccatum ex omni parte vincẽdum. et ex hoc ſequitur cõtra Apoſtolum, indignitas operũ ſuorum ad coronam ſecundum iuſtitiam diuinam. at ex hoc ſequitur contra Ioannem Euangeliſtam, quòd etiam natus ex Deo facit peccatum. et ex his patet ſolutio omnium obiectorum ex authoritate Sanctorũ.

Ad obiecta Autem contra naturalem vtilitatem ex ſuperfluis Sanctorum meritis, reſpondetur. Et ad primum, Vnuſquiſque propriam mercedem, & ſecundum proprium laborem, dicitur, quòd vt patet, de mercede loquitur, merces autem merito reſpondet, & nos idem dicimus quòd quilibet ſibi ſoli meretur. Nos autem de pœnarum remiſſione loquimur dicentes quod vnus poteſt ſatisfacere per alium.

¶ Ad ſecundum (quòd non digne expenderet illa eccleſia) dicitur quòd digniſſime expendit dum ſatisfactoria pro ſatisfactore expendit, neque enim poſſunt dignius expendi. Et licet remiſſio temporalis pœnæ in comparatione ad dona ſpiritualis gratiæ ſit vile donum eſt tamen proportionatum & commenſuratũ donũ meritis Sãctorũ, inquantũ ſunt ſatisfactoria, quia vt ſic nõ niſi abſolutiua tẽporalium pœnarum ſunt.

¶ Ad tertium (quod non piè ageret eccleſia) dicitur, ꝙ piiſſime mater eccleſia filiis ſuis remittit, quos Deus ex rationabili cauſa in adoptionis filios computauit, non enim omni actu debet mater caſtigare filiũ, ſed omnia tempus habent.

Ad eos qui obiiciunt cō tra merita Chriſti.

Ad obiecta Denique contra theſaurum indulgentiarum ex meritis Chriſti, reſpondetur. Et ad primum iam patet ex dictis, quòd cum authoritate non ſolius Ro. eccleſiæ, ſed ſacræ Scripturæ, Sanctorum & doctorum hoc dicitur. Et ſi ſolius Rom. eccleſiæ authoritate diffinitiua diceretur ſufficeret ad rationem reddendam de ea, quæ in nobis eſt, fide, non minus, quã ſi authoritate generalis concilij diffinitum eſſet. Heretici autem ſicut refutare poſſunt Ro. eccleſiam, ita & concilium. Nec hoc ego ſomnio: ſed Hier. ad Damaſum Papam dicit. Si Apoſtolatus tui iudicio fuerit approbatum, hæreticum ſe experietur qui contradixerit. Et in concilio Floren. ſub Eugenio 4. acceptat profeſſio Armenorum, dicentium, Approbamus quod approbat Rom. eccleſia, & reprobamus quicquid reprobat Rom. eccleſia.

¶ Ad ſecundum iam dictum eſt, niſi ad ſubmoctã ex canone authoritatem malè allatam: quia textus nõ de indulgentiis, ſed de indulgentiis indiſcretis dicit, quòd ſunt enervationes rationne indiſcretionis.

¶ Ad tertium ſimiliter dictum eſt probatum, quòd nulla ſit irreuerentia.

¶ Ad quartum dicitur, quòd opera bona dicuntur eſſe meliora indulgentiis, hoc eſt, effectibus indulgẽtiarum: & non meritis Chriſti & Sanctorum, quæ nõ ſunt indulgentiæ, ſed ex eorum ſatisfactoria ſupererogatione eſt efficacia indulgẽtiæ. Vnde proceſſus illius argumenti aſſumit tot falſas propoſitiones, vel veras cauſaliter & non formaliter, vt non ſit mirum ſi ſeipſum interimit.

¶ Ad quintum dicitur, quòd cõcilium illud pium eſt, quòd claues eccleſiæ, ſicut & alia ſacramenta, facere aliquid certi vel nihil certi, poteſt intelligi dupliciter. Primò, quantum ex ſeipſis: & ſic dicitur quòd faciunt certò quid, & oppoſitum eſt impium. Alio modo per accidens, puta propter indiſpoſitionem materiæ, vel ſubiecti, & ſic contingit non ſolùm claues eccleſiæ, ſed & baptiſmum non habere certum effectũ: ut puta, ſi adultus ſuſcipiat ablutionem occulto animo non ſuſcipiendi Baptiſmum: tunc enim nec characterem recipit. Et ſi cum animo ſolum peccandi mortaliter accedat, licet characterem ſuſcipiat, gratiam tamẽ non ſuſcipit. Et ſic eſt in propoſito; quia propter ambiguitatem de diſpoſitione ſubiecti dubitamus de effectu clauium in eſto: & cum hoc ſumus certi quod clauës habent certiſſimum effectum in ſubiecto diſpoſito ad earum effectum: & ſimiliter indulgentia eſt certa donario diſpoſiti ad illam. Vnde nulla eſt illuſio, ſi applicatur verè pœnitentibus, nec inſufficientia meritorum Chriſti & Sanctorum: ſed ex dubio de diſpoſitione ſubiecti, quæ conſiſtit in facto non hominis ſolius, ſed Dei miſerentis, donando veram contritionẽ, prouenit ꝙ non quieſcimus à noſtris penitentiis poſt indulgentias. Et quum ſecundo adiungitur, Aut credo mihi merita Chriſti applicata per indulgentiã eſſe ſufficientia, aut dubito, reſpondetur ꝙ plus oportet addere, ſcilicet ſuſcepta in me, ſeu participata à me. Credo enim indubiè merita Chriſti applicata per indulgentiam mihi, & participata à me, ſeu ſuſcepta in me, eſſe ſufficienter exoluentia debitas à me pœnas tẽporales pro meis peccatis: ſed dubito an ſint à me participata, quia dubito an ego fuerim diſpoſitus pro participatione illorum, hoc autem dubium eſt ſanctum. Et rurſus ſi credo me participaſſe, volo etiam addere meas ſatisfactiones, nõ tanquam meliores ſatisfactione Chriſti: ſed quia melius eſt duplici via ſatisfacere, quàm vna tãtum: & plura bona ſunt ſatisfactio Chriſti & mea, quàm ſatisfactio Chriſti tantum. Ad confirmationem dicitur, quòd merita Chriſti non ſunt indulgentiæ, ſed cauſæ indulgentiarum efficaciæ: indulgentiæ enim, quas conſequuntur Chriſti fideles, nihil aliud ſunt quàm remiſſiones ſuarum pœnarum per merita Chriſti. Vnde ſicut remiſſiones pœnarum nõ ſunt præferendæ meritis Chriſti, nec præceptis Chriſti, aut eccleſiæ ita nec indulgentiæ: & tamen cum hoc ſtare liquet, quòd remiſſiones fiant per merita Chriſti.

¶ Ad ſextum dicitur, quòd appoſitio meritorum Sanctorum conſonat diuinæ diſpoſitioni, non quòd inſufficiens ſit Chriſti ſatisfactio, ſed vt plura ſint in Chriſti corpore myſtico ſatisfactoria. Sic enim docuit Apoſtolus: Adimpleo inquit ea quæ deſunt paſſioni Chriſti in carne mea pro corpore eius, quòd eſt eccleſia.

¶ Ad ſeptimum dicitur, quòd non eſt hæc eccleſiæ doctrina, vt theſaurus meritorum Chriſti & Sanctorum ita commiſſus ſit eccleſiæ diſpenſationi per indulgẽtias, ꝙ ſine ipſis non diſpenſet à Chriſto ſummo Sacerdote. Sed iſta conſequentia non valet, Theſaurus ille poteſt haberi ſine indulgentiis, ergo non habetur per indulgentias: ſtat enim quòd multis modis participari poſſit à Chriſti membris.

¶ Ad octauum dicitur negando ſequelam, non ex inſufficientia meritorum Chriſti: ſed propter diuinæ ſapientiæ diſpoſitionem ex parte Dei, qui non ordinat theſaurum eccleſiæ ad remittendum pœnam mortis: & propter diſparitatem pœnarum ex parte noſtri. Pœnarum quidem noſtrarum quædam ſunt pœnæ naturales & quædam perſonales: hoc eſt, quædã conſequuntur nos propter peccatum naturæ, quod eſt peccatum originale, & quædam ſunt nobis debitæ propter actualia peccata noſtra. Illæ pœnæ quas incurrimus propter infectam naturam, ſeruantur vſque ad renouationem naturæ, quæ in reſurrectione fiet ex merito etiam paſſionis Chriſti: quoniam ipſe mortem noſtram vtranque, ſcilicet animæ & corporis moriendo deſtruxit, & ideo non remittuntur per indulgentias: quoniam ſpectant ad tempus naturæ infectæ. Illæ vero, ad quas tenẽmur ex propriis peccatis actualibus, in hac vita remittuntur per indulgentias: præſens enim vita tempus eſt purgandi non naturalia, ſed perſonalia: vnde etiam in Baptiſmo perſona, non natura ſanatur. Et quia mors cum ſuis pœnalitatibus eſt pœna naturæ, ideo merita Chriſti per indulgentias applicata ad pœnam mortis non ſe extendunt. Vnde patet, quòd non ex infirmitate meritorum Chriſti, ſed ex natura pœnæ & ſtatus præſentis prouenit, quòd pena mortis non remittitur per illam in hac vita. Nec ex hoc quòd remittitur penam æternæ mortis ſequitur, ergo & temporalis mortis pœnam: tum quia æterna ſenſus pœna eſt de numero perſonalium pœnarum, mors autem de numero naturalium. Tum quia aliud eſt loqui de meritis Chriſti ſatisfactoriis abſolutè, & aliud de eiſdem, vt ſuperfluunt ſacramentis, vt per indulgentias diſpenſanda relinquuntur: ipſa enim abſolutè in ſacramentis tollunt penam damni & ſenſus æternam, potius per viam concomitantiæ, quam per ſatisfactionis. Reconciliando quippe hoſtem in Dei filium adoptiuum, ſequitur quod non hoſtili pena puniendus eſt, quod eſt tollere penam æternam, Soli enim hoſtes exterminatrice pœna digni ſunt: Filii enim caſtigãdi, purgandi ſuapte natura relinquuntur. Theſaurus autem indulgentiarum Chriſti merita vt ſatisfactoria exhibet

¶ Ad Demũ obiecta contra hoc ꝙ abſolutioni, quę fit per indulgentias anne ... diſpẽſatio theſauri meritorũ Chriſti & Sanctorũ, reſpõdet: Et ad primũ dr, ꝙ nõ eſt par ratio de actu abſolutionis in indulgẽtiis, & de aliis abſolutionib. ſiue cenſuris, ſiue aliis ſine ſacramenti exibitione. Tũ quia abſolutio iſta reſpicit tertiã ſacramenti pœnitentiæ partem, ſ. pœnitentialem ſatisfactionem (ſupplet enim eam) Chriſti autem merita di-

ta directè ad ſacramenta reſpiciunt: reliquæ autem abſolutiones non reſpiciunt partem aliquam ſacramẽti alicuius. Tum quia abſolutio iſta eſt a pœna debita apud diuinam iuſtitiam in hac vita vel alia, aliæ verò abſolutiones ſunt à pœnis in hac tantũ vita debitis. Hinc enim fit, quòd ad iſtas remittendas ſola poteſtas Papæ ſufficiat & efficiat: ad illas verò vltra poteſtatem in Papa exigatur & diſpoſitio ſubiecti per veram pœnitentiam, & meritorum Chriſti diſpenſatio, non ad libitum applicatio: quoniam miniſtri non eſt remittere pœnas principali debitas niſi diſpenſando. Sic enim nos exiſtimet homo (inquit Apoſtolus) vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd ſicut in ſacramento pœnitentiæ claues reſpectu peccatorum actum quidem ſoluendi exercent poſitiuè, ligandi autem negatiuè quo ad clauem potentiæ, quamuis poſitiuè ad vtrunque ſe habeat clauis ſcientiæ, ita in indulgentiis inuenitur, quòd clauis ſcientiæ poſitiuè decernit ſolutionem & ligationem: clauis verò poteſtatis poſitiuè quidem abſoluit, negatiuè autem ligat: quia ligare hic ſicut & in peccatis, non eſt aliud quàm non abſoluere ex iudicio & authoritate clauis ſcientiæ. Vnde nõ ſoluere abſolute non eſt actus clauis, qui eſt ligare: ſed ex iudicio clauis non ſoluere eſt ligare, qui actus eſt clauium. Et per hoc patet quòd licet effectus ſolutionis & ligationis ſit ſine clauibus: ipſum tamen ſoluere, vel ligare non eſt in militanti eccleſia ſine clauium exercitio. Auguſtæ die 7 Octob. an. 1518.

De acquiſitione indulgentiarum.

QVAESTIO II.

Num dare operam ad conſequendas indulgentias ſit imperfectionis.

Quæritur vtrum dare operam ad acquirendas indulgentias ſit imperfectionis. Et videtur quòd ſic. Primò, quia actus non meritorius eſt imperfectionis: ſed acquirere indulgentiam, non eſt meritorium: ergo, &c.

¶ Secundò, quia indulgentiæ ſunt relaxationes pœnarum debitarum: perfectorum autem eſt pœnas amplecti, non fugere: quoniam ſitiunt crucem Chriſti: vt de ſanctis Andrea, Laurentio & Vincẽtio legitur.

¶ Tertiò quia ſecundum doctores ſacros, habens indulgentias melius facit ſi per ſeipſum adimplet iniunctam pœnitentiam, quam ſi propter indulgentias omittat illam: perfecti autem æmulantur chariſmata meliora: imperfectorum igitur eſt, indulgentiis incumbere.

¶ Quartò, quia indulgentiæ non proſunt, niſi ad relaxationem pœnarum canonicarum: ſed non niſi criminoſis publice imponuntur canonum pœnæ, quia ſunt publicæ pœnitentiæ partes, ergo non eſt niſi imperfectorum indulgentiis egere, ac per hoc dare operam ad eas acquirendas.

¶ Ad huius euidentiam ſciendum, ꝙ indulgentiarum fructus proprius eſt ſatisfacere diuinæ iuſtitiæ, quo ad pœnam temporalem propriis peccatis debitã ex pœnis Chriſti & ſanctorum, ſecundum traditionẽ Eccleſiæ Rom vt patet in extrauaganti Clementis 6. & multorum Romanorum Pont. Apoſtolicis literis. Hac autem ſuppoſitione facta (in alia quæſtione adhuc magis probanda, quàm in tractatu de indulgentiis firmauerimus) conſequenter dicendum eſt, ꝙ quũ actus iſte, qui eſt ſatisfacere per alium, non ſit ex ſuo genere malus, nullam enim deordinationem importat, nec habet imperfectionem moralem annexam: quoniam cum feruenti charitate & promptiſſima volũtate per ſeipſum ſatisfaciendi, ſtat quòd talis modo, ſ. per ſanctorum pœnas velit ſatisfacere, & nihilominus operibus ſanctiſſimis tanto magis intendere, quantò liberior à debita pœna, & gratior eſſe debet propter hoc cumulatum beneficium. Sed eſt actus de genere bonorum moraliũ: eſt.n. appetitu recto appetibilis vtpotè ablatiuus impedimẽtorum ad cæleſtem patriam. Pœnæ enim peccatis debitæ impediunt ingreſſum ad æternam beatitudinem, vnde tantum oportet animas in purgatorio morari, donec exolutis pœnis omnibus debitis pro ſuis peccatis, liberæ ab omni malo pœnæ, omnium bonorum aggregatione perfectum ſtatum aſſequantur. Nec ſolùm eſt moraliter bonus, ſed etiam meritorius, ſi fructuoſus eſt: quoniam nõ niſi exiſtentibus in charitate indulgentiæ proſunt vt ipſa conceſſionis forma monſtrat, dicendo verè pœnitentib.) omnes autem actus humanos ex charitate procedentes meritorios eſſe conſtat. Nec ſolùm eſt meritorius æternæ vitæ, ſed conſonus etiam perfectis viris: quoniam continuè ſuſpirantib. ad cæleſtem patriam, & cupientibus diſſolui, & eſſe cum Chriſto conſonant omnia recta acceleratiua cæleſtis ingreſſus: conſtat autem exolutionem pœnarum debitarum pro peccatis acceleratiuam eſſe cæleſtis itineris: quoniam impedimenta ingreſſus ad felicitatem tollit. Omni igitur ex parte apparet, quòd dare operam indulgentiis, eſt actus communis perfectis & imperfectis in charitate conſtitutis, ſi pœnis adhuc pro peccatis ſuis obnoxij ſunt. Et confirmatur: quia omnibus quantumcunque perfectis conuenit dicere quotidie, Dimitte nobis debita noſtra: in quorum numero conſtat eſſe debitum pœnæ pro peccatis, quod autem conſonat petere, conſonat & quærere. Conſonat igitur etiam perfectis quærere debitum pœnæ pro peccatis ſuis debitæ exolui per ſatisfactoria opera Chriſti & Sanctorum.

Ad primam autem obiectionem dicitur, ꝙ ſermo doctorum dicentium indulgentias non eſſe meritorias, eſt formalis, & verus formaliter intellectus: hoc eſt, quòd indulgentia, vt ſatisfactoria, non eſt meritoria. Commune eſt enim ſatisfactoriis omnibus (ſiue per ſeipſum homo ſatisfaciat, ſiue per alium viatorem, vel ſanctum) quòd meritoria nõ ſunt formaliter ſumpta, hoc eſt, vt ſatisfactoria. Et ratio eſt in promptu, quia ſatisfacere, non eſt aliud, quàm liberari à debito: ex hoc autem, quòd aliquis a debito liberatur, non meretur: vnde & in purgatorio quilibet ſatisfacit, & nemo meretur. Cùm hoc autem, quod indulgentia, quæ, quo ad fructum, ſatisfactionem per alium, hoc eſt, Chriſtum, & ſanctos ſonat, non eſt meritoria, ſtat, quòd aliquid facere pro indulgentia ſatisfactoria, ſit meritorium, non ſolùm ex genere operis (puta ſubuenire eccleſiæ, aut orare,) ſed ex intẽtione facientis, qui mouetur ex charitate, ad hoc, vt impedimenta ſui ingreſſus ad æternam vitam tollantur. Et hoc conſonare perfectis, manifeſtum eſt.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd perfectorum eſt pœnas promotiuas ſui vel aliorum ad æternam vitam amplecti. Pœnas autem ex propria culpa impeditiuas æternæ vitæ, non eſt perfectorum iterare, ſed quam citius fieri poteſt, liberare ſe ab illis: vt expeditus ſemper inueniatur pro cæleſtis patriæ ingreſſu. Cõſtat autem pœnas pro peccatis debitas eſſe ex propria culpa impeditiuas ingreſſus cæleſtis: & ideo à perfectis per ſe, vel per alium citius ſunt exoluendæ.

¶ Ad tertiam dicitur, quòd nihil obſtat dictis conſilium de meliori bono: quòd, ſcilicet melius facit cõſequutus indulgentiam, ſi per ſeipſum ſatisfacit. Nam proculdubio melius eſt duob. modis ſatisfacere, quã vno, ſcilicet per alium tantùm. Et rurſus, per alium ſa-

tisfa.

tiſſit, ſolum, ſed per ſeipſum, & ſati ſit & medela adhibetur: pœnitentia enim per ſeipſum impleta eſt non ſolum ſatisfactio, ſed medicina. Cùm his enim ſtat, ꝙ perfecti æmulando charismata meliora, ſectẽtur etiam indulgentias, vt expediti ſint ad vitã æternam.

¶ Ad quartam dicitur, ꝙ multa falſa continet. Primum eſt, quòd indulgentiæ non proſint niſi ad relaxationem pœnarum, quæ per canones pœnitentiales impoſitę ſunt: patet enim hoc eſſe falſum ex ipſa forma conceſſionis, ſonantis remiſſionem pœnarũ iniũctarum, iniunctæ autem ſunt ſiue ſecũdum canones ſiue ſecundum arbitrium confeſſoris. Aliud falſum eſt, ꝙ pœnę canonũ pro ſolis criminibus publicis imponi poſſunt: quum conſtet in foro pœnitentiali poſſe imponi, vt pro ſecretis ſecretè pœnitentiã agãt. Aliud falſum ſubintelligitur, reprobatũ in alia quæſtione, ſ. ꝙ ſub pœna canonica non includatur etiam pęna ſimpliciter debita peccato. Quod ex eo patet etiam eſſe falſum: ꝙ non iudicat Deus bis in idipſum: iudicaret autem bis, ſi ſemel per ſeipſum, & ſemel per ſuum vicarium, temporalem pœnam ſatisfactoriam pro peccato exigeret: quod contingeret, ſi pœnitentia à ſacerdote ſecundũ canones impoſita, non euacuaret pro ſua portione pœnam ſatisfactoriam apud Deum. Et hinc eſt quartum falſum, ſ. ꝙ remiſſio pę nitentiæ iniunctæ adepta per indulgentias, non ſit remiſſio pœnæ debitæ pro ſatisfactione peccati apud Deum: vt in alia quæſtione manifeſtauimus. Quocirca cuicunque obnoxio pœnæ temporali pro ſatisfactione cuiuſq; actualis peccati proſunt indulgentiæ, ſiue ſint iniunctæ ſecundum canones, ſiue confeſſoris arbitrio. Et etiam ſi non ſunt actu iniunctæ, dummodo eccleſia ſeruatis ſeruandis in forma indulgentiæ etiam ad non iniunctas pœnitentias extendat illam: vt aliàs hoc, ſ. de non iniunctis, manifeſtabitur. Et quia tam perfecti quàm imperfecti, tam ſani, quã infirmi, tam morituri, quàm diu victuri, tam impediti, quam non impediti in charitate conſtituti, rei poſſunt eſſe alicuius pœnæ temporalis pro ſatisfactione ſuorum actualium peccatorum: ideo nullus excipitur a fructu indulgentiarum, qui voluerit earum particeps fieri, rarique videntur eſſe adeò ſatisfacientes per ſeipſos, qui non egeant indulgentiis: qui tamen tutius agunt ſi per indulgentias etiam a debitis ſe abſolui curent. Auguſtæ die 2. Octobris, 1518.

QVAESTIO III.

Num occurenti pauperi negas eleemoſynam quam tamen das pro indulgentia conſequenda, peccet.

QVæritur vtrum occurrenti pauperi negans eleemoſynam, quã tamen dat pro indulgentia conſequenda, peccet. Et videtur ꝙ ſic.

¶ Primò, quia agit contra ordinẽ diuini præcepti: quo quis primò ſeruare tenetur præcepta, ſeu mandata Chriſti, quam acquirendis vacare indulgentiis vtpotè quia hoc non eſt mandatum, ſed voluntarium.

¶ Secũdò, quia talis agit contra illud Io. Si quis viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo. primæ Io. 3. Et ſi dicatur ꝙ ſola extrema neceſſitas obligat ad mortale: contra, tum quia ſecundum hoc charitas nunquam vel rariſſime locum haberet operandi, tum quia quilibet in neceſſitate conſtitutus, vellet non ſibi expectari neceſſitatẽ extremam, ſed prius ſubueniri: ergo hoc idem ſeruandũ eſt in aliis.

Ad euidentiã huius conſiderãdũ eſt, quoad hoc, ꝙ aliquis actus humanus ſit peccatũ, non ſufficit negatio bonitatis maioris, alioquin non daretur gradus in actibus bonis. ſed ſoli ſummè boni actus effugerent rõnẽ peccati, ſed exigitur ꝙ ſit inordinatus, niſi. n. à diuino ordine declinaret, peccatũ non eſſet. Deordinatio aũt actus effuſiuæ pecuniæ ſicut & cæterarum moralium actionum, tunc tantum eſt, quũ vel non ſua, vel ad id quod non debet, vel quum non debet, &c. impenditur pecunia, niſi n. aliquid quod debuerat adeſſe, deſit, aut quod debuerat abeſſe adſit, peccati rõ non ſoluatur, quocirca ad debitã rationẽ oportet ſpectare peccati iudicium. Et hinc fit, vt licet melius faceret qui pecunias ſuas in eleemoſynas daret, quam ſi expẽderet eas in humanis officiis defunctorũ, quæ ſunt conſolationes viuorũ, non tamen peccaret expendens eas pro honorabilibus exequiis, quia non tenetur illas pecunias dare pauperibus, & actus exequiarũ humanus iuxta ſtatũ perſonæ & patriæ morẽ non eſt deordinatus. Vnde in propoſito, quũ dare eleemoſynã ſit præceptũ affirmatiuũ obligans tantũ pro loco & tpe, ſi in caſu loquimur, quo præceptũ de eleemoſyna obligat, non eſt dubiũ ꝙ negans illã, vt det pro indulgentia peccet, non. n. ſunt facienda mala, vt veniant bona. Si aũt ſumus extra caſum, in quo præceptũ de eleemoſyna obligat, quamuis pauper occurrat petens eleemoſynã, licitè põt quis omittere eleemoſynã & dare pro indulgentia non minus, quã poſſet illã ſimpliciter omittere, & quàm poſſet pecuniam illam in vſus ſuos conuertere. Vnde Dominus Mariam à diſcipulis defendit, obiicientibus ꝙ pretioſum vnguentum, quo multis potuiſſet ſubueniri pauperibus in vnum humanum opus perderet, affirmãs ꝙ bonum opus operata eſt. Vbi ex ſubiuncta ratione, Pauperes, n. ſemper habebitis, &c. docuit, ꝙ concurrentibus duobus bonis, altero continuo, altero pro inſtante commoditate, licitum eſt omiſſo, pro tũc maiori ex ſuo genere bono, dare operam minori illo tempore occurrenti, ad hoc enim ſpectat, ꝙ pauperes ſemper adſunt, ipſe autem non ſemper.

Ad primam Autem obiectionẽ dr̃, ꝙ ordo præceptorum ad conſimilia eſt in præcepto tunc tantũ, pro quanto præceptum affirmatiuum obligat extra tempus, ſiquidem pro quo obligat, liberum eſt cuiq; conſilia ſequi. Sic autẽ eſſe in propoſito ſupponitur. Ad ſecundam negatur, ꝙ talis agat contra doctrinã. Io. Euange quia Ioannes loquitur pro quanto præceptum affirmatiuum obligat: certò autẽ certius cõſtat quòd non quælibet neceſſitas fratris viſa conſtituit tps, pro quo præceptum eleemoſynæ obligat. Vnde. gloſſa ibidẽ dicit in verbo neceſſitatem victus vel veſtitus. Multi aũt ſunt pauperes habentes victũ & veſtitũ, vt patet de Gabelo apud Thobiã. Et rurſus gloſſa ibidẽ de ſubſtantia ſuperflua exponit, dicẽs, ſi ſuperflua non potes dare fratri animã ſuã non potes ponere pro fratre. Nõ loquit̃ ergo Ioan de qualibet neceſſitate fratris, nec de quolibet habẽte ſubſtãtiã huius mũdi, ſed de ſuperfluã ſubſtantiã habente, iuxta verbũ Dñi, Quod ſupereſt, eleemoſynã date. Lu. 11. Nec propterea ego abundans teneor huic pauperi dare, quis teneat dare eleemoſynã, ſi recta rõ moralium actum regula eſt. Vtrùm aũt ſola extrema neceſſitas, tempus, pro quo præceptũ obligat determinet, alia quæſtio eſt, & alibi memini me ſcripſiſſe poſt Beatũ Th. quòd quantũ eſt ex parte neceſſitatis pauperis, ſola extrema neceſſitas determinat tẽpus pro quo præceptũ de eleemoſyna obligat ad peccatũ mortale. Sed extrema neceſſitas non intelligit, cũ prope mortem homo eſt, tunc enim non põt ſibi ſubueniri ſed quando eſt adhuc tempus vtiliter ſubueniendi, nec apparet alia via, qua illi ſubueniatur, ſi à me non ſibi ſuccurritur, tunc. n. neceſſitas eſt extrema, licet lõge ſit à morte, Rurſus licet neceſſitas non extrema non obliget ad peccatum mortale omittentẽ eleemoſynã, magna tamen neceſſitas viſa a potenti ſine ſuo

incommodo ſubuenire, rationabiliter tenetur, vt obliget etiam ad peccatum, quamuis non mortale. Sicut enim ſecundum Philoſophos in actibus bonis, ꝙ eſt propè medium, ad virtutis actum ſpectat: ita in oppoſitis non ſolum qui totaliter declinat, peccat, ſed etiam qui propè ad vitium appropinquat, & ſecundum Theologos non ſolùm qui contra præceptum ſed qui præter præceptũ facit, peccat. Et propter iſtã latitudinem, quia neceſſitas proximi viſa quandoque ad mortale, quandoq; ad veniale, quandoque ad nullũ obligat peccatum: Io. Euang. dixit. Quomodo charitas Dei manet in illo: & non manifeſte aſſeruit charitatem Dei non manere in illo. Quamuis aſſertiuè intellecta verba illa, ſecluſa ſuperfluitate bonorum, de extrema neceſſitate accipienda ſint: quoniam tunc tantùm debita negatur ſubuentio in notabile damnum proximi vergens: & propterea fit contra charitatem proximo debitam. Extra hanc autem neceſſitatem, aut ſubuentio non eſt ad hoc debita, aut non eſt illatiua damni notabilis proximo, & ſic non fit cõtra charitatem debitam, ſed aut præter eam, aut nec præter nec cõtra illam. Et quum contra hoc arguitur: primò, quia ſecundum hoc charitas nunquã, aut rarò haberet locum operandi: negatur ſequela, quoniam charitas etiã ſine præcepto operari poteſt, & frequentiſſimè eleemoſynæ opus operatur. Et quum dicitur ſecundò, quia quilibet vellet ſibi extra neceſſitatem extremam ſubueniri: conceditur, ſed negatur ſequela, ergo ſubuentio eſt in præcepto. Non enim omne ꝙ volumus nobis fieri, cadit ſub præcepto, vt alij nobis faciant: quilibet enim vellet nunquam ſibi mendacium dici, non tamẽ propterea ſequitur: ergo quilibet mentiens facit contra præceptum. & ſic de aliis. Auguſtæ die 7. Octobris. 1518.

De effectu indulgentiæ.

QVAESTIO IIII.

Num indulgentia abſoluendo ab iniunctis pœnitentijs abſoluat à pœna debita peccato apud diuinam iuſtitiam.

Quæritur Vtrum indulgentia abſoluendo ab iniunctis pœnitentiis abſoluat à pœna debita peccato apud diuinam iuſtitiam. Et vř ꝙ non. Primo, quia iniunctæ pœnitentiæ ab homine, ſicut non obligant niſi in foro eccleſiaſtico, ita earum abſolutio non eſt niſi in foro eccleſiaſtico.

¶ Secundò, quia pœnitentia voluntaria, de qua Chriſtus dicit, Pœnitentiam agite, eſt de præcepto Chriſti & de eſſentia pœnitentiæ ſpiritualis, et oĩno de neceſſitate ſalutis, & conſequenter non eſt in poteſtate ſacerdotis cuiuſque dimittere illã. Eſt. n. mortificatio paſſionem & crux portanda poſt Chriſtum

¶ Tertiò, quia poteſtas ligandi atque ſoluendi par eſt: ſed Papa non poteſt ligare niſi ad pęnã canonicã: ergo non põt abſoluere niſi à pęne canonica.

¶ Quartò, Satisfactio ſacramentalis non eſt ſatisfactio, quia ſatisfaciat pro culpa ſimpliciter, ſed quia ſatisfaciat ſecundum ſtatuta eccleſiæ: ergo abſolutio ab illa non eſt abſolutio à ſatisfactione ſimpliciter. Antecedẽs probatur: quia dicendo pro culpa ſatisfit, per pęnam mortificationis propriè, & huiuſmodi.

In oppoſitum Autem eſt cõis, Eccleſiæ ſenſus.

Ad euidentiã Huius ſciendũ eſt, ꝙ pęna canonice (hoc eſt iniuncta a ſacerdote in confeſſione ſacramentali) & pœna ſatisfactoria pro culpa ſecundum diuinã iuſtitiã, non ſe habent ſicut duæ pęnæ, ſed ſe habent ſicut pęna indeterminata & pœna determinate Sicut & præceptũ de cõfeſſione faciẽda editũ a Deo & ab eccleſia, nõ præcipit duplicẽ confeſſionẽ, ſed ſe habet eccleſiæ præceptu ad diuinũ vt determinatum ad indeterminatum. Illud. n. idẽ quod præcipit Deus præcipit eccleſia, ſed Deus præcipit, ꝙ confiteamur non determinando tẽpus eccleſia idẽ præcipiẽdo determinat tẽpus, ſ. ſingulis annis: vnde vna & eadem eſt confeſſio præcepta a Deo & eccleſia. Et procul dubio vnica confeſſione implet, quilibet præceptum Dei & eccleſiæ: ridiculum quippe eſſet ſemel confiteri, vt obediatur Deo, & iterum vt obediaĩ eccleſiæ Simile quid eſt videre in propoſito: nam pro peccato cõmiſſo (puta periurio) tenetur ex diuino præcepto homo ſatisfacere, ſed non determinatè per iſtã vel illã pœnã, nã põt ſatisfacere per eleemoſynã vel per ieiuniũ, vel orationẽ. Et pro eodẽ peccato teneĩ ex iniunctione ſacerdotis imponentis ſatisfacere per determinatã pœnã, puta ieiuniũ ſeptẽ annorũ. Nec tenetur pęnitens ad duas pœnas: alterã ſatisfactoriã apud Deum, & alterã ſatisfactoriam eccleſiæ: ſed implendo iniunctã ab eccleſia, ſatisfecit Deo & eccleſiæ: vel pro tota pęna debita illi peccato (ſi impoſita a ſacerdote adęquat debitã ſecundũ diuinã iuſtitiã) vel pro parte illa quæ correſpondet impoſitę, ſi pęna impoſita minor eſt illã, quæ ſecundũ diuinã iuſtitiã determinãda erat. Nec hæc volũtarie dicimus, ſed euidenter monſtramus diſcurrendo per omnes actus præceptos ab vtriſq; ſ. Deo & eccleſia: vt patet in præcepto de obſeruatione feſtorum & præcepto de obſeruatione ieiuniorũ. Vnum n. atque idem eſt quod a Deo eccleſiaque præcipitur, ab illo indeterminate, & ab iſta determinate: & dum eccleſiæ obeditur, nõ remanet homo obligatus ad Dei præceptum iterum implendum circa illud. Et ſimile eſt in aliis. Quocirca Deo eccleſiaq; idẽ præcipiente, vnus atq; idẽ actus fit debitus duplici vinculo, ſ. Dei & eccleſiæ. Et proptereà putari poteſt, ꝙ ſi iniuncta pęnitentia relaxatur per indulgentiam, non remittitur pœna ſatisfactoria ſimpliciter & abſolute, ſed ſolùm vt eſt debita ex vinculo eccleſiæ & propterea remanet, vt eſt debita ex vinculo diuinæ iuſtitiæ. Sicut quum Papa relaxat ieiunium alicui perſonæ, non concedit illi, ꝙ nõ impleat Dei, ſeu naturæ præceptum de ieiunio, ſed ꝙ non arctetur ex vinculo eccleſiaſtici præcepti ad ieiunium. Et ſecundum hanc viam ſicut ligat ſacerdos ad pęnam nouũ adiiciendo vinculum determinandoque: per qualem quantamque pęnã ſatisfacere debet pęnitens: ita abſolueret per indulgentiam tollendo vinculum eccleſiæ & determinationẽ ad talem pęnam. Fallitũ autem opinio hæc in hoc, ꝙ non diſcernit inter abſolutionem per viam indulgẽtiæ & abſolutionem per viam licentiæ. Abſolutio enim per viam licentiæ cõis eſt omnibus principib. eccleſiaſticis et ſecularibus: dum quilibet põt ſoluere, quæ ligauit, licentiã præbendo, vt non teneatur iuſſa a ſe implere: et de huiuſmodi abſolutione verificaĩ licentia ieiuniorum et ſimilium. Sed ꝙ nõ ſit talis abſolutio per indulgentias, patet ex eo, ꝙ innitiĩ illi priuilegio Chriſti, Quodcunq; ſolueris ſuper terrã: certum eſt. n. abſolutionem cõceſſam per hoc priuilegium, non eſſe illam, quæ cõis omnib. principib. eſt: ad q̃ non eſt opus priuilegio, ſed ſtatim vt quis eſt princeps, habet illam. Amplius abſolutio per modum licentiæ, extendit ſe indifferenter ad ſingula poſitiui iuris: poteſt enim ita relaxare obſeruationem vnius præcepti iuris ſicut alterius, vt patet. Abſolutio aũt Petro cõceſſa ex priuilegio Chriſti habet pro materia ea, quæ regni cęlorũ ſunt (dicente Chriſto

ſto. Tibi dabo claues regni cælorum) & ſpecialiter culpas (vt patet ex verbo Chriſti: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis) & pœnas pro culpa, vt patet ex verbo Chriſti Matt. 18. Vbi quum dixiſſet, Si eccleſiam non audierit, ſit tibi velut ethnicus ſubdit Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c. Amplius, ſi indulgentiæ non eſſent niſi relaxationes vinculi à ſacerdote vel canone impoſiti, decepta eſſet vniuerſitatis fidelium, credentium non ſolum vinculum, ſed ipſa pœnas remiſſas eſſe. Alio ergo modo abſolutionem per indulgentias fieri, ex eo conuincitur, quod indulgentia verè acquiſita, tenet communis eccleſiæ & doctorum ſenſus ſatisfeciſſe hominem illum, ac ſi pœnitentiam corriſpondentem illi indulgentiæ perfeciſſet. Ex hoc. n. manifeſtè ſequitur, quod indulgentiæ abſoluendo ab iniunctis pœnitentiis abſoluunt non ſolùm à vinculo per ſacerdotem, aut canonē appoſitum ſed ēt à pœna temporali debita ſecundum diuinā iuſtitiam peccato, quanta correſpondet illi acquiſitæ indulgentiæ. Nec eſt parui momenti ratio ſumpta a communi ſenſu eccleſiæ & doctorū ſanctorum: ſed eſt tantæ authoritatis, vt non niſi temerè liceat ſentire oppoſitum. Et confirmatur ſententia hæc: quoniam ſic verè relucet operatio priuilegii Petro conceſſi, Quodcunq; ſolueris ſuper terram: abſoluere enim a pœnis peccato debitis in foro diuinæ iuſtitiæ, non principis, non iuris humani, ſed diuinæ eſt poteſtatis Petro cōmunicatæ a Chriſto. Amplius, Clemens 6. tradidit expreſsè, quod indulgentia remittit pœnā tēporalē pro peccato debitā: vt patet in extrauagante ab orbe acceptata de iubilæo quinquageſimo quoque anno: & habetur in extrauagantium communium titulo, de pœ. & re. cap. vnigenitus. Non licet autem contra apoſtolicæ ſedis doctrinam ſentire.

Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd pœna iniuncta ab homine, ſeu canone eſt duplex: quædam ſimpliciter appoſita ab homine, vel canone, vt excommunicatio, carcer, & huiuſmodi: & hæ nō ligant niſi in foro eccleſiaſtico. Quædam verò ſunt appoſitæ ab homine ſeu canone, & appoſitæ ſolum quo ad quantitatem & qualitatem, vt ſuppoſitas pœnas euacuent. Et iſtæ obligant partim in ſolo foro eccleſiæ, pro quanto non tenetur niſi in hac vita implere illas qualitates: & partim ſimpliciter apud Deū: pro quanto ſi non ſecundum iniunctas qualitates ſatisfecit, tenetur ſatisfacere apud diuinam iuſtitiam in alia vita de tota illa pœna, quæ euacuata fuiſſet, ſi ſecūdū iniunctas ſatisfeciſſet. Vnde ſicut pœnitentia ſacramentalis obligat in foro Dei, ita abſoluit in foro Dei.

¶ Ad ſecundam dicitur, quod eccleſia poteſt abſoluere per indulgentias a pœnis debitis ex præcepto & vinculo diuino. Nec hoc facit eccleſia humana, ſed diuina authoritate ſibi conceſſa ex priuilegio. Quodcunque ſolueris: Petrus enim vt vicarius, & miniſter Chriſti agit authoritate Chriſti. Nec mirū, ſi pōt abſoluere a pœna debita ex præcepto Chriſti, & ad quā obligat interior pœnitentia, & quæ eſt de neceſſitate ſalutis, quia pōt abſoluere a culpa: que tantum excedit pœnā vt Iudæi dixerint, Quis pōt peccata dimittere, niſi ſolus Deus? Sacerdos. n. miniſterialiter abſoluit a culpa, & remittit peccata confitentium ſibi: dicente Chriſto: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Et multò magis pōt Chriſti miniſter abſoluere a pœnis: quum. n. culpa & pœna impedimēta ſint regni cœlorum (quia & nihil coinquinatum intrabit illud, & abſterget Deus oēm lachrymā, nec dolor erit vltra, &c.) Ad claues regni cœlorum ſpectare neceſſè eſt vtrunq; impedimentum tollere: alioquin aperire regnum cœlorum fidelib. nō ſufficerēt. Conſtat āt ſufficere in patiente diſpoſito, & reliquis concurrentibus requiſitis. Quocirca pœna, ad quā peccator ex Dei præcepto tenetur, & quā pœnitētia interior operatura erat pro peccato, & quæ de neceſſitate ſalutis æternæ habendæ implenda erat, per indulgētiæ abſolutionē verè acquiſitam ſublata, deſinit talis homo ad illā obligari, & ex diuino præcepto, & ex pœnitentia interiori, & ex fine ſalutis æternæ, quia iā ſatisfecit per aliā viam, ſ. per abſolutionē indulgentiæ, & hoc Chriſti authoritate per ſuum miniſtrum ritè exequuta. Quod autem dr̃, quod pœnitentia, ad quam tenetē peccator, eſt crux Chriſti, & mortificatio paſſionum tam a priſcis ſolutum eſt doctoribus dicentibus, quod pœnæ inquantum ſunt medicinæ paſſionum, nō ſupplentur per indulgentias: & propterea debemus ētin dulgentiis acquiſitis pœnitentiā agere, Vt medicinā paſſionum noſtrarum. Inquantum vero ſunt ſatisfactiuæ pro peccatis commiſſis, ſic ſupplentur per indulgentias. Et ſimiliter eſt diſtinguendum de cruce poſt Chriſtum portanda, & ſimilibus.

¶ Ad tertiā dr̃, quod propoſitio aſſumpta (ſ. ptās ligādi atq; ſoluēdi par eſt) eſt cum grano ſalis intelligenda: quia, etſi eſt par quantum ad materiā (quia vtrobique Dn̄s dixit, Quodcunque, ſicut n. dixit, Quodcunq; ſolueris, ita dixit, Quodcunq; ligaueris) non tn̄ eſt par quo ad modum. Nā & peccata ſacerdos miniſterio authoritatiuo tollit, ita quod abſoluendo facit de peccatore iuſtum: non pōt tn̄ miniſterialiter ligando facere de iuſto peccatorē. Ex hoc. n. patet, quod alio modo ſoluit quā liget Petrus quantum ad culpas: & ſimiliter fas eſt, vt alio modo Pontifex liget, quam ſoluat pœnas. Abſoluit enim miniſterialiter & per ſacramentalem abſolutionem, & per indulgentias a pœnis ſecundum diuinam iuſtitiam debitis: ligat autem ad pœnā ſicut, ad culpam. Nam ſicut ad culpam ligat, vel non remittendo, vel præcipiendo aliquid, cuius transgreſſio conſtituit peccatorem: ita ligat ad pœnam vel nō remittendo, vel agendo, vnde per ſeipſum quis incurrat debitum pœnæ apud diuinam iuſtitiam. Sub hac autem diſtinctione dicitur ad minorem, quod ſi ſermo ſit de poſſe quibuſuis modis, Papa poteſt ligare ad pœnam canonicam, & non canonicam, hoc eſt abſolutè apud Deum, (vt patet ex dictis) & ſimiliter abſoluere. Si verò ſermo ſit de poſſe tali modo, ſ. directè imponendo vel tollendo, ſic minor eſt falſa: quia nō æqualiter ſe habent quo ad modum claues in ligando & ſoluendo. Poteſt. n. directè abſoluere quod nō poteſt directè imponere: vt in culpa.

Poteſt & nihilominus ad maiorē aliter reſponderi dicendo, quod in canonica pœna quæ in foro pœnitentiæ iniungitur in ſatisfactionem, clauditur pœna debita peccato coram diuina iuſtitia quoniā eadē eſt pœna ſuppoſita, & qualificata ab homine vel canone: vt patet ex dictis. Et propterea ſicut ſacerdos ligando ad pœnam canonicam, ligat ad pœnam ſimpliciter veſtitā qualitatibus appoſitis ab homine vel canone ita abſoluēdo ab huiuſmodi pœna canonica, abſoluit & a pœna ſimpliciter. Nā abſoluēdo a pœna qualificata per hominē vel canonē, abſoluit & a pœna & a qualitate, qui. n. abſoluit a toto, abſoluit a qualibet illius parte, quia in toto includitur pars. Et ſic dato quod non liget niſi ad canonicā, nec abſoluat niſi a canonica, adhoc habetur intentum, quod ligat & abſoluit in pœnam ſimpliciter debitā in ſatisfactione pro peccato. Poteſt & tertio dici ad eandem, quod quia actus & potētia diuidunt ens, & quodlibet genus entis, & ad idē propterea genus ſpectat homo in potentia & homo in actu, & album in potētia & albū in actu: et ſic de aliis: ideo ēt pœna canonica diuidiē in canonicam in actu, vel in potentia, & vtraq; infra genus canonicæ pœnę clauditur. Et quod eccleſia non ſolum poteſt ſuper pœnas canonicas in actu, ſed etiam ſuper pœnas canonicas in potentia. Imò de facto eccleſia per cano-

nes pœnitentiales & per arbitrium confeſſorum, nihil aliud facit quàm ꝙ pęnas debitas ſimpliciter pro peccatis, quæ ſunt canonicæ in potentia facit canonicas in actu, adhibendo illis formam canonicam, puta tot dies ieiunij, &c. Ac per hoc eccleſia ex hoc ipſo, ꝙ poteſt ſuper pęnas canonicas tam actu quàm potẽtia, poteſt ſuper omnem temporalem debitam pro ſatiſfactione peccatorum: quoniam omnes tales pœnæ ſunt canonicæ aut in actu, aut in potentia: hoc eſt ſũt aut determinatæ per canones, aut determinabiles, ſunt iniunctæ per ſacerdotem, aut poſſunt iniungi. Et propterea licet eccleſia in indulgentiis non conſueuerit niſi iniunctas pœnas remittere, quia ita ſonant, poſſet tamen etiam non iniunctas remittare: ſequitur enim hoc ex nunc probatis, & fulcitur authoritate diui Tho. aliorumque doctorum. Ibid.

¶ Ad quartam dicitur, ꝙ ly ſimpliciter, in duobus ſenſibus ſumi conſueuit. Primò, vt æquiualeat ad ly totaliter, ſecundò, vt excludat additionem, vt Aethiops non dicitur albus ſimpliciter, ſed cum additione dicitur albus dentes: non autem quia dicimur albi ſine additione aliqua, dicimur albi ſimpliciter. In propoſito ergo ſi Simpliciter ſumitur, pro Totaliter, ſi ſatiſfactio ſacramentalis quandoque ſatiſfacit ſimpliciter, & quandoque non ſimpliciter, ſed partialiter, quia quandoque adæquat pœnam debitam peccatis, & quandoque non, & hoc eſt manifeſtum. Si autem ſumitur pro ſine additione, ſic ſatiſfactio ſacramentalis ſemper ſatiſfacit ſimpliciter, dummodo pœnitẽs agat illam rectè diſpoſitus: quia non ſolùm ſatiſfacit eccleſiæ, ſed Deo pro tanta pœna debita peccatis, quã ta correſpondet illi ſatiſfactioni ſacramentali. Nec hæc voluntariè dicimus, ſed probata efficaciter ſunt ex ſuperadictis. Auguſtæ die 29. Sept. 1518.

De indulgentia plenaria conceſſa defunctis, quibus, & quomodo proſit.

QVAESTIO VI.

Num indulgentijs liberentur defuncti a pœnis purgatorij.

QVæritur vtrum ob plenariam indulgentiam conceſſam pro defunctis, & acceptã à viuis pro certis defunctis, animæ illorũ defunctorum in purgatorio exiſtentes liberentur totaliter à pœnis purgatorij. Videtur enim ꝙ ſic: quia indulgentiæ tantùm donant quantum ſonant: ſed plenaria indulgentia ſonat remiſſionẽ omnium pœnarum, ergo: &c.

¶ Præterea, Indulgentia valet (vt dicunt doctores) per modum ſolutionis: ac per hoc indulgentia plenaria valet per modum ſolutionis plenariæ: ſed facta ſolutione integra alicuius debiti liber eſt debitor ab vniuerſo quod debebat: igitur habita indulgẽtia plenaria, liberatur anima à pœnis purgatorii.

¶ Præt. Doctorum ſententia eſt, ꝙ concurrentib. tribus, ſ. authoritate in dante, pietate in cauſa, & gratia in recipiente, indulgentia valet: ſed hic cõcurrunt omnia: ergo. Et confirmatur ex authoritate prædicationis eccleſiaſticæ: multi. n. prædicando hoc dicunt.

¶ Ad euidentiã huius difficultatis ſuppoſito (prout rei veritas eſt) indulgentias non niſi per modum ſuffragii prodeſſe defunctis, tria ſunt præmittenda: & poſtmodum reſpondendum quæſito. Primũ præmittendum eſt de iſta indulgentia in ſe, quid ſit plenaria indulgentia per modum ſuffragii. Secundum eſt de modo ſeu via quo modo perducatur indulgentia ad animas in Purgatorio. Tertium eſt de ipſarum animarum in purgatorio diſpoſitione ad percipiendum indulgentiæ fructum.

¶ Quo ad primum, a quid nominis inchoando, quia ſuffragiũ auxiliũ ſignificat, & in propoſito de eccleſiaſtico ſuffragio eſt ſermo, modus ſuffragii modũ eccleſiaſtici auxilii denotat: itaꝙ indulgentia per modũ ſuffragii ſignificat indulgentiam per modum eccleſiaſtici auxilii: hoc eſt per modum, quo nos per pia opera noſtra ſuffragamur, ſeu auxiliamur defunctis. Nequit autem intelligi modus iſte ſuffragii niſi eccleſiæ ſuffragia perſpecta fuerint, quoniam ad horũ ſimilitudinẽ indulgentia ſuffragii modũ induit. vt quũ triſariã noſtris operibus ſuffragemur defunctis (vel merendo bonis operibus de congruo tamen, defuncti alicuius liberationem a Purgatorio, vel impetrãdo noſtris orationib. illã, vel ſatiſfaciẽdo noſtris paſſionib. ſeu pęnalib. operib. pro illis) & indulgentiã ſupponamus fieri ex theſauro ſuperabundantium in eccleſia paſſionũ, ſeu pœnalium operũ, conſequẽs eſt, ſi ſingula ſingulis reddenda ſunt, vt indulgentia quæ pęnarũ ſolutionẽ eccleſiaſtica authoritate collatam ſonat, quũ ad modũ eccleſiaſtici ſuffragii determinat, nõ cuiuſcũq; eccleſiaſtici ſuffragii, ſed ſatiſfactorii ſuffragii modũ induat. Nã quũ indulgẽtia, inquãtũ indulgẽtia, nõ ſit neq; meritoria, neq; impetratoria, ſed ſatiſfactoria: cõſentaneũ rõni eſt, vt nõ induat modũ ſuffragii meritorii, neq; modũ ſuffragii impetratorii, ſed modũ ſuffragii ſatiſfactorii, ita ꝙ indulgẽtia per modũ ſuffragii, eſt conceſſa ex theſauro eccleſiæ, opus ſatiſfactoriũ per modum eccleſiaſtici ſuffragii ſatiſfactorii, hoc eſt per modum, quo noſtra ſatiſfactoria ſuffragia opem ferunt. Hæc de primo.

Indulgentiæ p modum ſuffragij p-ſunt defũctis ex diuina miſericordia & gratia.

¶ Quo ad ſecundum, qua ſcilicet via indulgentia per modum ſuffragii perueniat ad animas in Purgatorio, in promptu eſt, vnde manifeſtum fiat. Ex hoc n. ipſo, quòd indulgentia modum eccleſiaſtici ſuffragii ſatiſfactorii induit, vna eadẽ eſt via, per quã eccleſiæ ſuffragia ſatiſfactoria pro defunctis facta (vt ieiunia peregrinationes, & alia huiuſmodi) ad defunctorum animas perducuntur, & per quã indulgentia per modũ ſuffragii ad illas peruenit. Et via hæc non eſt via iuſtitiæ, ſed via gratiæ ſeu miſericordiæ, quoniã vniuerſa eccleſiæ ſuffragia diuinã efflagitãt gratiam, qua hæc accepta ſint pro animabus illis purgandis, quibus ſuffragari intendimus. Quod ex duobus ad propoſitum ſpectantibus declaratur. primò ex hoc, ꝙ pœnæ noſtræ (vt diuus Tho. docuit) ſunt alterius & deficiẽtia rõnis a pœnis animarum ſeparatarum, ſicut pœna pecuniaria eſt alterius ac deficientis rõnis a pœna ſeruitutis. Hinc enim fit, vt ſicut ſeruitus pecunia nõ redimitur ſecundum iuſtitiæ rigorẽ, ſed ſecundũ Domini acceptationẽ, ita pœnæ animæ ſeparatæ pœnis noſtris non redimuntur ſecundum iuſtitiæ rationẽ, ſed ſecundũ diuinæ miſericordiæ diſpenſationẽ. Secundò ex hoc, ꝙ alter eſt forus noſter, in quo nos patimur, & alter ac altior, in quo animæ ſeparatæ puniuntur, noſter eſt forus mitis, quaſi canonicus vel ciuilis, ille rigoroſus, quaſi ſanguinis & criminalis. Et propterea ſi quis hic ob debitã pecuniã in ſeruitutẽ reductus eſſet (vt olim fiebat) aut clericus in forũ ſanguinis decidiſſet, ſicut nõ ſufficeret amplius pecunia ad redimendum illum, nec pœnæ canonicæ ſufficerent ad redimendã clerici vitã, ita non ſufficiunt paſſiones noſtræ ad ſatiſfaciendum pro pœnis animarum in purgatorio, quæ tamen noſtræ paſſiones ſuffeciſſent ad ſatiſfaciẽdum pro eorundẽ delictorum pœnis in hac vita ſoluendis, antea. ſ. quam in pœnas alterius rationis eſſent tranſlatæ in foro iræ ac rigoris diuinæ iuſtitiæ, qualis eſt forus, in quo puniunt animæ ſeparatæ, ſpectãt. n. illarum pęnæ ad ſtatum pœnarũ inferni. Nec putes ꝓpterea eccleſiæ ſuffragia ſa-

tiſfactoria

tisfactoria ꝑ defunctis eſſe vana, aut incerta, ſed ſcito eſſe vtilia & certa: ſicut & vtilia ſunt & certa ſuffragia orationũ pro illis: quæ conſtat diuinæ miſericordiæ inniti. Bene ſiquidē nobiſcũ, & cũ illis agit̃, ſi diuina gratia acceptante, eccleſiæ ſuffragia ſatisfactoria ad releuamen animarũ, quæ in alia vita puniunt̃, deducuntur. Non eſt nobis via iuris aliqua adeundi forũ illũ ad alicuius redemptionē, ſed gratia opus eſt. Manifeſtius quoq; fit quod dicimus, locũ habere in indulgentiis pro defunctis, ex differētia inter modũ, quo conceditur defunctis, & quo conceditur viuis: nam defunctis conceditur per modũ ſuffragii: viuis aũt per modũ abſolutionis: vt patet extra, de pen. & re. ca. ꝙ aũt. Vbi videre potes, ꝙ eccleſiaſticus princeps vtrobiq; authoritatiuè habet actũ diſpenſandi theſaurũ eccleſiæ, ſed reſpectu viuorũ ſuperaddit actum abſolutionis, reſpectu vero defunctorũ nullum addit proprie loquendo, actum: latius tamen loquendo, addit actum modificatiuum, ad ſuffragia eccleſiaſtica. Et meritò ſic fit, quoniam nos, qui viuimus, ſumus ſubditi Pontifici, & pœnæ noſtræ ad forũ præſentis vitæ ſpectant: & propterea ſeruatis ſeruandis, indulgentia ad viuos defert viam iuſtitiæ per iudicis actũ, ſ. abſolutionē. Exiſtentes aũt in Purgatorio (vtpote extra eccleſiæ præſentis forum) à Papa abſolui non poſſunt, ſicut nec ligari, & ideo indulgentiam, quam authoritatiuè ex theſauro eccleſiæ confert illis per modũ auxilii, ad eorum ſubleuationem mittit confidēs in diuina miſericordia ꝙ acceptabitur ad ſubleuamen eorũ, qui in foro iræ & furoris Domini puniuntur purgandi. Et eſt ſimile ac ſi ſit princeps ciuitatis alicuius ex ærario publico liberaturus oẽs ciues ære alieno grauatos, quorũ aliqui ſub ſuo dominio, alii in alieno iã propterea ſeruituti addicti eſſent. In hoc. n. caſu princeps ex publico ærario authoritatiuè nũmos diſpenſaret pro iſtis & illis, ſed degētes ſub ſua iuriſdictione & iudicialiter abſolueret à debito: ad degētes aũt alibi ſeruos non poſſet niſi per modũ auxilii ſubuenire cũ pecunia illa, & alterius gratiã ac abſolutionē expectare. Simili mõ eccleſiaſticus princeps ex theſauro eccleſiæ, viuorũ ac defunctorum pœnas pro peccatis debitas ſoluturus, vtriſque theſauri opes diſpenſat: ſed viuis applicat abſoluendo illos, defunctis aũt applicat auxiliando, hoc eſt, vt eccleſiæ ſatisfactiua ſuffragia ad defunctorum liberationem dirigēdo. Notanter aũt dico, eccleſiæ: quoniã ſatisfactiones ex theſauro eccleſiæ diſpenſari intelliguntur, ſi propriè loquendum eſt: non ita vt ſint iſtorũ, quibus cōceduntur, tanquã ipſimet opera illa feciſſent, aut illi, qui fecerunt feciſſent ſpecialiter pro iſtis: ſed tanquam eccleſiæ cõia ſuffragia appropriãtur ſingularibus perſonis. Eſt ſiquidē inter ſacramentorum & indulgentiarum efficaciam differentia ad propoſitũ: in hoc ꝙ remiſſio pœnæ per ſacramentum fit ex intentione ipſius Chriſti, cuius eſt ſacri operatio: ita ꝙ iſte ſuſcipiens ſacramentum releuatur à tanta pœna, ac ſi ipſe paſſus fuerit patiente Chriſto: vt ſacramētum Baptiſmi teſtat̃: docente hoc Apoſt. ad Ro. 6. & diuo Tho. in tertia par. q. 69. Per indulgentiã aũt, remiſſionē pœnæ conſequimur, tanquã eccleſia pro nobis illa paſſa fuerit, quoniã abundantia paſſionũ Chriſti & Sanctorũ eccleſiæ diſpenſationi credita, intelligitur donata eccleſiæ, vt cõe ipſius eccleſiæ bonũ: ac per hoc per eccleſiæ rectores, vt ipſius eccleſiæ ſunt, ex intentione eccleſiæ applicãda his vel illis. Deuenerunt ſiquidē paſſiones iſtæ ad theſaurum eccleſiæ ex intentione Chriſti & Sanctorũ ad cõe eccleſiæ bonũ in generali, & cõmiſſa ſunt, vt ex intentione eccleſiæ ad hos vel illos. Et hoc explicatur in forma indulgentiarum pro defunctis, quum per modum ſuffragii proculdubio eccleſiæ conceditur. Deducitur igitur indulgentia ad defunctos non iuſtitia, ſed gratiæ diuinæ acceptatione duce. Hæc de ſecundo.

¶ Quo ad tertium prima fronte apparet, ꝙ indulgentiæ ſicut & alia cõia eccleſiæ ſuffragia omnibus in Purgatorio exiſtentibus pro quibus fiunt, proſint: quoniam oẽs tales inter valde malos & valde bonos medii ſunt: quibus ſecundum Auguſtini doctrinam eccleſiæ proſunt ſuffragia. Si tamen diligentius perſpexerimus, oppoſitum apparebit, ſectando Auguſtini doctrinam in enchiridio, & in libro de Cura pro mor. agen. recitatam à Gratiano 13. q. 2. Videt̃. n. ꝙ eccleſiæ ſuffragia ſaltem ſpecialia, & ſimiliter indulgentiæ, quę vt ſpecialia ſuffragia ſubrogantur, illis ſolis defunctis proſint, qui in hac vita meruerunt, vt in Purgatorio hæc illis prodeſſent. Et quoniã fructus, quē ex ſuffragiis animæ, quæ purgãtur percipiunt, ad præmium accidentale ſpectat, quum ſit pœnæ temporalis remiſſio: conſequens eſt ꝙ non ad eſſentiale, ſed ad accidentale meritum pertineat mereri in hac vita vt ſuffragia proſint in alia vita. Et ſi his adiunxeris, ꝙ huiuſmodi accidentalia merita non ſunt omnibus in gratia decedentibus ad Purgatorium ducendis: perſpicuum erit, ꝙ non omnibus in Purgatorio indulgētiæ & alia ſpecialia ſuffragia proſunt: quia non omnes hic meruerunt, vt hæc illis poſſint prodeſſe, quãuis omnes hic meruerint, vt hæc illis poſſint prodeſſe, quia hoc ſpectat ad meritum eſſentiale. Eodem n. merito, quo meruerunt vitam æternam tandem eis exhibendam, meruerunt vt Sanctorum communione iuuari in illa, & tandem frui poſſint. Videntur autem ad accidentalia hæc merita ſpectare, deuotio magna ad claues eccleſiæ indulgentiæ donantes: miſericordia, ſollicitudo ad ſatisfaciendum pro peccatis ſtudium ad ſuffragandum defunctis, & ſimilia. Et cõfirmatur quod dicimus, authoritate diui Tho. dicentis in tertia par. q. 52. ar. 8. ad primum. ꝙ in deſcenſu Chriſti ad inferos non ſolum liberati ſunt illi quorũ tempus purgationis aduenerat, ſed illi qui ob ſpecialem in hac vita deuotionem ad Chriſti aduētum, meruerunt, vt Chriſtu viſitante liberarentur. Vbi videre potes accidentali merito in hac vita tributum, vt pœnæ remiſſio in Purgatorio accelerata fuerit. Dicendum ergo videtur, ꝙ oẽs, qui in Purgatorio ſunt, poſſunt eccleſiæ ſuffragiis & indulgentiis iuuari: ſed de facto ſpecialibus ſuffragiis & indulgentiis non oẽs iuuantur, ſed illi ſoli, qui hic meruerunt, vt illi iuuarentur. Communibus autem ſuffragiis piè puto oẽs iuuari: plus tamen & minus ſecundum diuinæ diſpēſationis gratiã. Nã qui in hac vita defunctos obliuioni dant, ſatisfacereque propriis peccatis negligunt, & ſui ita ſunt, vt vix cum gratia diſcedant, alienos a fructu omniũ ſuffragiorũ ibi crediderim: quãuis multa pro eis hic fiant, diuina vlciſcente iuſtitia huiuſmodi duritiã cordis atque incuriam. Hæc de tertio.

¶ Ex omnib. aũt præmiſſis facilè patet reſponſio ad quæſitum. Liquet nanque non oẽs animas in purgatorio oportere liberari propter plenariã indulgentiã illis conceſſam: tũ quia multæ earũ ſunt forte de illarum numero, quæ hic non meruerunt, vt huiuſmodi indulgentiæ illis prodeſſent: tum quia non cõſtat, ſi huiuſmodi indulgentia per modum ſuffragii corã diuina acceptata ſit gratia pro illa anima.

Ad primum Ergo argumentum dicitur, ꝙ indulgentiæ tantum donant quantum ſonant, apud tamē aures doctas, apud quas indulgentia plenaria ſonat remiſſionem omnis pœnæ pro peccato actuali iniunctæ. Et ſi extenderetur ad nõ iniunctam, ſemper ſubintelligeretur modus ſuffragii, qui non minuit rationem plenariæ, ſed apponit modum, quo indulgentia plenaria ſit auxiliaris tantum.

¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ indulgentia plenaria

in præſenti foro eſt abſolutè indulgentia: & ideo valet per modum ſolutionis plenariæ. Sed indulgentia plenaria relata ad forum alterius vitæ, quia vt ſic induit modum ſuffragii, valet per modum ſolutionis plenariæ, ſuffragando tantum: ac per hoc expectando diuinæ gratiæ acceptationem. Et propterea licet indulgentia plenaria ſolueret: nihil tamen fieret niſi ſolutio acceptetur à principe, cuius intereſt.

Quamuis poſſit etiam dici vltra plenariam ſolutionem requiri, ꝙ ad debitorem perueniat fructus ſolutionis, qui poteſt impadiri ea hoc, ꝙ debitor non meruit in iſta vita quòd hæc plenaria ſolutio ei proſit, vt declaratum eſt.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ concurſus illorum trium propoſito nihil officit: quoniam non eſt hic ſermo de indulgentia ſimpliciter, ſed de ipſa per modum ſuffragii, qui modus licet non mutet indulgentiam, nec ipſius plenitudinem tollat: mutat tamen modum perueniendi ad eos, quibus prodeſt, quoniam ponit modum perueniendi per viam gratiæ. Hoc enim, vt declaratum eſt, importat modus ſuffragii.

¶ Ad confirmationem autem de prædicatoribus dicitur, quòd prædicatores, eccleſiæ perſonam agunt dum prædicant Chriſti & eccleſiæ doctrinam. Dum autem ex proprio ſenſu aut cupiditate dicunt ea quæ neſciunt, non agunt eccleſiæ perſonam: & ideo non eſt mirum ſi in iſtiuſmodi verbis errant, Romæ 20. Nouembris 1519.

QVAESTIO VI.

Num Papa authoritate clauium det indulgentiam animabus in Purgatorio.

VTrùm Papa authoritate clauium det indulgentiam animabus in Purgatorio. Et videtur ꝙ non. Primò, quia poteſtas Petro data non niſi ſuper terrã eſt: dicante Domino, Quodcunque ſolueris vel ligaueris ſuper terram.

¶ Secundò, quia ipſe ſtylus literarum indulgentię pro defunctis, expreſſè habet, quòd per modum ſuffragii indulgentia animabus datur: conſtat autem ſuffragium nõn ſpectare ad poteſtatem clauium, ſed ad ſuffragantium auxilium.

¶ Tertiò, quia hæc poteſtas non habetur ex ſacra Scriptura, nec ex ſacris canonibus: ergo, &c.

In oppoſitum Videtur authoritas literarum apoſtolicarum.

¶ Ad euidentiam huius ſciendum eſt, ꝙ quum actus clauium ſit aperire, conſequens eſt, vt actus clauium regni cęlorum Petro conceſſarum ſit aperira regnum cœlorum, proculdubiò ingreſſuris in illud, quos conſtat oportere eſſe membra Chriſti. Aperiri ſiquidem regnum, quum nihil aliud ſit quàm tolli impedimenta ingreſſus ad illud, ſicut duplicia ſunt impedimanta, ita dupliciter aperiri inuenitur regnũ cœlorum. Sunt enim quædam impedimenta naturæ hoc eſt ea peccato originali: & quædã impedimenta perſonæ, ex peccato actuali. Et quo ad impedimenta peccati originalis, aperuit Chriſtus per ſeipſum regnum cœlorum per paſſionem mortemque ſuam (in qua etiã portas abſtulit, vtpotè nũquam claudendas) & per Baptiſmum, in quo cœli aperti ſunt. Quo ad impedimenta vero perſonalia (quæ, ſcilicet ex peccatis noſtris actualibus ſunt: vt culpa & pęna pro actualibus debita) per Petrum aperire regnum cœlorum ſtatuit. Et propterea ſicut ad poteſtatem clauium Petri ſpectat tollere perſonalem culpam per ſacramentum pœnitentiæ: dicente Domino, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: ita ad clauium Petri poteſtatem ſpectat tollere perſonalem pœnam, quæ ſcilicet, pro actuali culpa eſt debita. Vtraque enim impedit ingreſſum hominis ad regnum cælorum: alioquin claues non ſufficienter apperirent dum non ſufficerent ad tollendum vtrunque genus perſonalis impedimenti ad regnũ cælorum ingreſſum. Et periclitaretur illa vniuerſalis à Domino data authoritas, Quodcunque ſolueris ſuper terram: nam ſi pœna excipitur actuali peccato debita, iam non ad quodcunque ſoluendũ extenderetur clauiũ ſubiunctus actus per dicta verba. Clauium igitur Petri actus, cùm ſit aperire regnum cælorum Chriſti membris, tollendo perſonalia culpæ & pęnæ impedimenta, conſequens eſt, vt quia indulgentiæ authoritate eccleſiaſtica datæ ſeruatis ſeruandis, tollunt pœnam pro actualibus peccatis debitã, ad poteſtatem clauium pertineãt. Et ſi his iunctum fuerit, ꝙ indulgentiæ omnes eiuſdem rõnis ſunt quo ad cãm & effectum (quia omnes ſunt ab eccleſiaſtica poteſtate diſpenſante theſaurum meritorum Chriſti & Sanctorum, quatenus ſatisfactoria ſunt: & omnes tollunt pœnam aliquam temporalem pro actualibus peccatis ſecundum diuinam iuſtitiam debitam) conſequens erit ꝙ indulgentia quæ pro defunctis conceditur, ad poteſtatem clauium ſpectet: ad quam ſpectat concedere indulgentiam pro viuis. Et confirmatur hoc ea ipſo Romanæ eccleſiæ ſtylo in literis indulgentiarum pro defunctis: duo. n. ibi dicuntur, & ꝙ apoſtolica authoritate indulgentia pro animabus in Purgatorio conceditur, & ꝙ indulgentia ipſa per modum ſuffragij opituletur animabus in remiſſionem ſuarum pœnarum. Docet enim per hoc Rom. eccleſia, ꝙ apoſtolica ſedes theſaurum meritorum Chriſti & Sanctorum pro animabus in Purgatorio diſpenſat authoritate clauium: ſola enim clauium poteſtas eſt apoſtolicã authoritate ſuper aperiendo cælorum regno ex meritis Chriſti & Sanctorum animabus Purgatorij tollendo earum pęnas impedientes illas ab ingreſſu regni cælorum, vt patet. Et ꝙ ad animarum in Purgatorio pœnas relaxandas indulgentiã conceſſã transfert per modum ſuffragij & non per modum abſolutionis: quo. ſ. abſolutionis modo indulgentiã impendit viuis: vt patet ea ita de pœ. & re. ca. ꝙ autem. Vnde patet ꝙ indulgentia conceſſa viuis & defunctis, hoc habet commune, ꝙ vtraque ex poteſtate clauium diſpenſante theſaurum meritorum pęnalium Chriſti & ſanctorum in remiſſionem pęnæ temporalis pro actualibus peccatis debitæ, conceditur. Sed modus, quo peruenit indulgentia ad vtroſq; diuerſus eſt: quia ad viuos, qui illam cõſequuntur veraciter, per modum abſolutionis peruenit, defunctos autem, qui etiam illam veraciter conſequuntur, per modum ſuffragij liberat.

Ad primã ergo obiectionem conceditur, ꝙ Papa non poteſt authoritatiue abſoluere animas exiſtentes in Purgatorio: ſed aliud eſt abſoluere authoritatiue illas, & aliud eſt diſpenſare authoritatiue theſaurum Chriſti & ſanctorum pro illis, vt per modum ſuffragij abſoluantur illæ. hoc enim Papa faciens, non excedit fines iuriſdictionis ſuæ: quia non ſoluit authoritatiue per hoc ſub terra.

Ad ſecundam dicitur, ꝙ ſtylus literarum apoſtolicarum continet quidem modum ſuffragij, ſed non tantùm: quoniam continet cum hoc authoritatiuam conceſſionem indulgentiæ. Et per ambo monſtrat, & authoritatem diſpenſandi, & modum ſuffragij in, perueniendo ad animas in Purgatorio.

¶ Ad tertiam dicitur, ꝙ hæc poteſtas ſatis habetur ex ſacra ſcriptura, dum ex ea habentur claues Petri: & ex conditrice canonum Romana eccleſia explicatum eſt, ꝙ modis diuerſis claues aperiunt regnum cælorum Chriſti membris viuis & defunctis: vt patet ex dictis Auguſtæ die 25. Octob. 1518.

TRACTATUS DECIMUSSEPTIMUS. de contritione vnica quæſtione contentus.

QVAESTIO I.

Num quando quis ſui peccati mortalis recordatur, teneatur habere de eo contritionem.

QVæritur vtrum quoties recordatur quis ſui peccati mortalis, teneatur habere contritionem. Et eſt ratio dubii: tum quia partem affirmatiuam multi tenere videntur ex verbis S. Tho. in 4 ſen. diſt. 17. q. 13. ar. 1. q. 4. dicentis: Ad contritionem tenetur homo quando peccata memoriæ occurrũt, quum præcipuè in periculo mortis exiſtit, aut in aliquo ar. &c.

¶ Tum quia ſicut, quoties occurrit peccatum mortale vt à ſe committendum, tenetur homo refutare commiſſionem, ita quoties vt à ſe commiſſum tenetur illud deteſtari.

¶ Tum quia nec per momentum licitum eſt ſtare in peccato mortali: ac per hoc ſtatim vt occurrit tenetus illud fugere iuxta illud Eccleſiaſtici 21. Quaſi à facie colubri fuge peccata.

In oppoſitum autem eſt. Tum quia ſequeretur, quod quotieſcunque aliquis de commiſſo peccato occurrẽte ſibi attereretur, peccatet mortaliter: quia non haberet contritionem. Tum quia efficax ratio non apparet præcepti ad contritionem pro tali tempore, ſcilicet memoriæ peccati.

Ad euidentiam huius dubitationis præmittẽdum eſt, quòd non eſt hic quæſtio de peccato mortali ſemel contrito, quoniam hoc iam deletum prima contritione eſt: & ſicut peccatũ ſemel ritè confeſſum non tenetur homo iterum confiteri, eadem ratione de peccato ſemel contrito non tenetur homo iterum cõteri. Non enim iudicat Deus bis in idipſum (vt dicitur Naum primo) tam quo ad vindictam exteriorem quam per confeſſorem exercet, quàm quo ad vindictam interiorem, quam per actum ipſius pœnitentis conterendo peccatum, exercet: ſufficit enim ſemel contrito, quod non placeant ſibi commiſſa a ſe peccata. Et hoc ſiue contritio fuerit de aliquo mortali in ſpeciali, ſiue in generali: dummodo fuerit contritio illa ſufficiens ad ſalutem vſque ad tempus confeſſionis, quando ſingula deteſtando in confeſſione conteretur in ſpeciali. Eſt autem contritio generalis ſufficiẽs ad ſalutem ad confeſſionem; illa, qua homo dolens de omnibus offenſis Dei, mutat libertatè cor ad præponendum Deum omnibus, etiam propriæ vitæ, intendens congruo tempore confiteri. Et eſt ſermo de contritione ipſius peccati ſecundum ſe, non ſecundũ ſuum effectum, qui eſt retardatio a fœlicitate, ratione cuius totum tempus præſentis vitæ eſt tempus contritionis: quia tempus peccato occupatum irreparabile effectum eſt pro fœlicitate. Nec eſt hic quæſtio de cõtritione in veritate, hoc eſt dolore charitate informato: quoniam, quum nemo ſciat vtrum amore vel odio dignus ſit, ſi exigeretur certitudo veræ contritionis, ſemper eſſet homo perplexus, aut nunquam ceſſaret obligatio contritionis: quod eſt falſum. Sed eſt quæſtio de contritione quantum eſt ex parte pœnitentis, hoc eſt quod quantum eſt ex parte conditionum requiſitarum ad contritionem ex parte penitentis eſt vera contritio, quamuis neſciatur, an ſit charitate informata: quia neſcitur præſentia charitatis. Et ſimiliter eſt quæſtio de peccato mortali a ſe commiſſo nunquam contrito, ſiue ſecundum veritatem, ſiue ſecundum æſtimationem.

¶ Quibus præmiſſis ſciendum eſt, præceptum habendæ contritionis & eſſe per ſe primò affirmatiuũ, & claudere in ſe præceptum negatiuum. Nam præcipit actum contritionis habendum, & per hoc eſt affirmatiuum. & præcipit non eſſe retinendum odiũ Dei, id quod ex peccato mortali incurritur, & per hoc eſt præceptum negatiuum. Et propterea primò tractandum eſt de vinculo eius, quatenus eſt affirmatiuum, & deinde quatenus eſt negatiuum: & demum quatenus eſt ex vtroque mixtum. Præceptorum igitur affirmatiuorum natura quum ſit obligare quidem ſemper, ſed nõ ad ſemper, ſed ad determinatum tempus, hoc eſt tempus neceſſitatis (vt diuus Tho. in quarto ſen. di. 17. q. 3. ar. 1 q. 4. dicit) conſequens eſt vt præceptum de contritione habenda non obliget niſi ad tẽpus vrgens ad contritionem, quod conſtat eſſe tempus tam mortis (quia ſumma eſt tunc neceſſitas contritionis: quoniam non remanet amplius tempus pœnitendi) quam tempus ante ſacramenti cuiuſque ſuſceptionem aut adminiſtrationem: quoniam niſi tũc eſſet contritus, mortaliter peccaret ſuſcipiens ſacramentum, aut exercẽs actum, quem ſine peccato mortali oportet exercere. Tempus autem occurſus, quia ſcilicet memoriæ occurrit commiſſum peccatum & practicè (puta vt deteſtandum ſeu conterendũ) nulla apparet ratione eſſe tempus neceſſitatis: quoniã cum tali occurſu ſtat hominem ſe habere circa cõmiſſum peccatum neutraliter, ac ſi non meminiſſet, ac ſi dormiret. Nam occurrente peccato commiſſo, vt materia deteſtationis habendæ à me, poſſum tripliciter me habere, vel conſentiendo in deteſtatione, vel aſpernando deteſtationem, vel nec amplectendo, nec contennendo, ſed vel nullum actum voluntatis circa illam exercendo, & tunc eſſem neuter, vel habendo actum velleitatis circa illam puta quia vellem habere contritionem, quamuis in veritate non velim, quia non intẽdo abſtinere, &c. Si occurrẽs ergo memoria non neceſſitat hominẽ ad articulum aliquẽ, quo oporteat ipſum actũ aliquẽ exercere (quo pacto tempus neceſſitatis conſtituit) & ſi rationẽ præceptorũ affirmatiuorũ perſpexerimus, apparebit occurſum non conſtituere tẽpus neceſſitatis, nã in præcepto Baptiſmi quantumcunq; memoriæ occurrat Baptiſmus, vt ſuſcipiẽdus cũ commoditate oblata, non propterea obligat o fit pro tunc ad Baptiſmũ. Et ſimiliter in præcepto confeſſionis, & in præcepto eleemoſynæ de ſuperfluo, non tenetur quis tunc confiteri aut eleemoſynã dare, quando memoriæ occurrit cum commoditate parata, vt patet ibidem ex diuo Tho. Si ergo in aliis affirmatiuis præceptis occurſus exercendi actus cõmodè nõ cõſtituit neceſſitatis tẽpus, cõſequẽs eſt, vt nec in præcepto cõtritionis habẽdæ occurſus peccati, vt conterendi cõſtituat tempus neceſſitatis. Oportet.n. oppoſitũ diuerſẽ ſõnẽ reddere, quare a cõ regula occurrẽtis actus & materiæ cum reliquis paratis in præceptis affirmatiuis excipiatur occurrens cõtritionis cũ ſua materia actus, vt ſcilicet ipſe ſolus habeat vim conſtitutiuã tẽporis vrgentis ad ſeipſum exercendũ, reliquis hanc vim non habentibus. Et quia nulla apparet exceptionis rõ, ſequamur generalem regulã, tãq cõem huic & aliis præceptis affirmatiuis. Negatiua verò præcepta obligant ſemper & ad ſemper, prohibent.n. mala, quæ nullatenus committenda aut incurrenda ſunt. Et licet omnia negatiua præcepta conueniãt in obligatione ad ſemper, quo ad eſſe illicitum differentia tamen quædã inter ipſa præcepta extenſo præcepti noĩe eſt in obligatione ad ſemper quo ad actum peccati. Nã negatiua præcepta de actibus peccatorũ obligãt ad ſemper nõ ſolũ quo ad eſſe illicitũ, ſed ẽt quo ad actũ peccati, quia prohibent actum peccati, puta mendacium, adulterium, blaſphemiã & ſimilia: quæ.n. non ſolum ſunt illicita, ſed qñ adſunt peccati actus committitur. Nullus.n. tranſgrediĩ præce-

pta hæc, Non mentieris. Non adulterabis, Non blaſphemabis, niſi qui mentitur, adulteratur aut blaſphemat actu exteriori, vel ſaltem interiori Negatiua autem præcepta de habituali ſtatu peccati obligant ſecundum ſe ad ſemper ſolum quo ad eſſe illicitum, & non quoad actum peccati: quia non prohibent actũ peccati, ſed perſeuerantiam in ſtatu peccati talis: vel ſimpliciter. Præceptum enim, verbi gratia, de non retinendo alienum inuito Domino, dupliciter intelligi poteſt: primò, de detentione habituali, qui non eſt actus, ſed effectus peccati. & ſic non eſt præceptum prohibens actum aliquem. Quod patet ex eo, ꝙ qui abſtulit etiam ſi dormiat, retinet alienum inuito Domino: ſed prohibet perſeuerantiam in ſtatu peccati talis. Similiter & præceptum de non retinendo habitualiter odium erga Deum non prohibet aliquẽ actũ puta actum odii diuini, ſed ſuppoſito, ꝙ homo peccãdo mortaliter odio habuerit Deum, ac per hoc perſeueret vſque ad contritionem in ſtatu diuini odii non ſolum paſſiuè, quia altiſſimus odio habet peccatores ſed ꝙ peius eſt, actiuè, quia perſeuerat in ſtatu peccati mortalis includentis in ſe diuinum odium propter contrarietatem ad dilectionem charitatis, prohibet perſeuerantiam in ſtatu peccati mortalis ſimpliciter: quo fit, vt quia ſtatibus, ſicut habitibus, non meremur, nec demeremur, ſed actibus, nullum nouum peccatum contra hoc negatiuum præceptum incurratur, niſi ſtatus talis de nouo acceptetur: puta ſi de nouo conſentiatur in perſeuerantiam talis ſtatus. Secundò de detentione actuali, quæ nihil aliud eſt, quam conſenſus efficax in detentionem habitualem, ſeu quæ eſt effectus peccati, & ſic præceptum eſt prohibens actum peccati: & conſtat ꝙ obligat ſemper & ad ſemper, ſicut reliqua negatiua, & ſic propriè habet vim & nomen præcepti: quoniam præcepta propriè de actibus ſunt. Diſcutiendo vero præceptum contritionis, vt mixtum ex affirmatiuo & negatiuo, ſicut præceptum de reſtitutione: inuenimus quòd obligat ad ſtatim habendam contritionem, ſicut præceptum de reſtitutione obligat ſtatim reſtituendum. Et ratio eſt: quia tempus huiuſmodi actuum dilatum annexam habet contrarietatem ad virtutem. Reſtitutio enim dilata annexam habet retentionem alieni inuito Domino, quæ contrariatur iuſtitiæ: & ſimiliter contritio dilata annexam habet retentionem diuini odii, quæ contrariatur charitati. Nec propterea huiuſmodi mixta præcepta exorbitant à communi regula præceptorum affirmatiuorum, ſed ſequuntur eam obligando tantum ad tempus neceſſitatis: nam implicatio inhibitę contrarietatis ad virtutem, determinat tempus neceſſitatis ad ſtatim: tẽpus quippè neceſſitatis exercendæ affirmationis eſt tempus ad actionem illam vrgens, ſic ꝙ niſi fiat, incurritur peccatum. Sicut igitur præceptum de reſtitutione propter implicitam detentionem alieni obligat ad ſtatim reſtituendum: ita præceptum de contritione propter implicitam detentionem odii contra Deum, obligat ad ſtatim conterẽdum. Et hæc proculdubio eſt veritas.

Sed exurgit difficultas, Quando peccatur contra hoc præceptum? Dicere enim, vt prima facie apparet, ꝙ contra præcepta affirmatiua obligantia ad ſtatim peccetur ſtatim (puta cõſummato furto, ſi non ſtatim fiat reſtitutio, peccatur contra præceptum reſtitutionis: omittendo ſtatim reſtituere: & ſimiliter conſummato peccato mortali, agitur contra præceptum contritionis, ſi non ſtatim contritio habetur) irrationabile videtur: quia huiuſmodi præcepta obligant ad ſingula ſtatim, & non ad primum ſtatim tantum, Vt patet ex eo, quòd tranſacto primo, Statim, non abſoluitur à vinculo præcepti, ſed remanet ſemper obligatus ad ſtatim, donec adimpleat præceptum. Si autem obligant ad ſingula, Statim, ſequitur, ꝙ infinities peccat mortaliter, non reſtituendo qui furatus eſt, & nõ reſtituit ſtatim, iuxta infinitas moras temporis intermedij inter furtum & reſtitutionẽ, ſi tandem fit. Magis autem rationi conſentaneum eſt, vt contra huiuſmodi præcepta tunc ſolum peccetur ex prætetitione temporis, quando non ſolum omittitur, ſed committitur actus peccati determinantis præceptum affirmatiuum ad Statim.

¶ Pro cuius clariori notitia aduertendum eſt, quod tripliciter inuenitur concurrere tẽpus vrgẽs ad exercitium præcepti affirmatiui. Primò, vt actus illius mẽſura ſimpliciter & abſolutè: ſicut tempus diei feſti determinat præceptũ de audiendo miſſam, & Quadrageſimæ ieiunij præceptum. Secundò, vt actus illius menſura ex præparatione ad aliũ: ſicut tempus præcedens ſuſceptionem vel adminiſtrationem ſacri determinat præceptum contritionis: non.n. tempus illud viget abſolutè ad conterendum, ſed ſi ſuſcipiendum, aut adminiſtrandum eſt ſacramentum. Tertiò, vt actus illius menſura ex cõnexione alterius actus: ſicut tempus ſignificatum per ly ſtatim, determinat præceptum reſtitutionis, quia actus differendi reſtitutionem, habet annexum actũ voluntariæ detentionis alieni interim. Inter hæc aũt tempora differentia vna ad propoſitum inuenitur: ꝙ ſi tempus vrget ad actum, vt illius menſura abſolutè, adueniẽte illo tempore ſi omittitur actus, ita ꝙ omiſſio ſit voluntaria priuatiuè (quia.ſ. potuit, & ſciuit exercere actum illum, puta audire miſſam, & non audiuit) incurritur peccatũ omiſſionis contra præceptum illud. Si verò tempus vrget ad actum, vt menſura illius ex ordine ad alterum actum, adueniente quocunq; tempore, niſi ille alter actus, propter quem tẽpus vrget exerceatur, nõ fit contra præceptum: quantuncunq;.n. aliquis ſit adminiſtraturus ſacrũ niſi adminiſtret illud, aut proponat adminiſtrare illud in contritione, nunquam agit propterea contra præceptum cõtritionis, vt patet. Et ſimili modo eadem rõne quantuncunq; aliquis non conteratur ſtatim, niſi ad hoc deueniat ꝙ commiſſionis peccato incurrat detentionẽ diuini odij, non peccat mortaliter quãuis perſeueret in ſtatu peccati mortalis: ſicut qui non ſtatim reſtituit, niſi ad hoc deueniat, ꝙ commiſſionis peccato incurrat detentionem alieni, non peccatur de nouo mortaliter. Contra præcepta nanque hæc de nõ detinendo odium Dei, vel alienum, quum ſint negatiua, commiſſionis peccato oportet ꝙ agatur ac per hoc ſi propterea peccatur cõtra præcepta affirmatiua de reſtituẽdo, vel conterendo, quia contra hæc negatiua agitur, non eſt omiſſio affirmatiui, niſi adſit commiſſio contra negatiuum. Et hæc abſq; omni ſcrupulo veritas amplectenda eſt.

¶ Ex his autem patet quid dicendum ſit ad motam quõnem principalem: patet nanq; ꝙ præceptum contritionis non determinatur ſecũdũ ſe ad tempus memoriæ, ſed ad ſtatim. Et propterea niſi memoria afferat vrgentem cauſam ad actum actualis detentionis odij Dei, non occurrit noua omiſſio contritionis, ſed antiqua perſeuerat. Nulla autem apparet ratio, quare memoria, aut occurſus commiſſi peccati vs deteſtandi, conſtituat tunc tempus neceſſariæ commiſſionis ad detinendũ odium Dei magis quàm ſi non occurreret, niſi fortè aut ad diuinæ inſpirationis ſequelam dicatur occurſum obligare (ſed aliud eſt præceptum de ſequela inſpirationis diuinæ, aliud de reſtitutionis aut contritionis tempore) aut occurſum ſeu memoriam tanquam appropincians materiã conſtituere dicatur tempus agendi: quia tempus agendi eſt, quãdo materia eſt præſens: ſed aliud eſt loqui de neceſſitate agendi, aliud de cõmoditate, ſeu congruitate agẽdi. Approximatio.n. ad agẽs liberũ, non conſti-

tuit

fuit tempus neceſſitatis, ſed commoditatis ad agendum, nos autem, vt patet ex dictis, tempus neceſſitatis agendi, ita q nisi agatur, nouum peccatum incurritur, quærimus. Vnde reſtat, vt recordatio peccati commiſſi quantumcunq; practica non obliget ad contritionem, ſicut nec in præceptis aliis occurſus materiæ obligat ad actum. Et hoc loquendo de memoria ſecundum ſe: nam ſi ſit ſermo de memoria ſecundum ſuum effectum, quem vt in pluribus habet (quia ſcilicet parit aut deteſtationem, aut approbationem peccati commiſſi occurrentis) ſic obligat ad deteſtationem, quæ tamen poteſt eſſe attritio vel contritio, ne in approbationem lapſus fiat.

Ad primam autem obiectionem in oppoſitum dicitur quòd vox dicentium, quòd homo tenetur conteri quando recordatur, verificatur ſecundum id quod vt in pluribus videtur accidere: quia ſcilicet communiter practica memoria in non dolente parere approbationem videtur. Diui autem Tho. verba ſi exactè teneantur, non dicunt hominem teneri ad contritionẽ, quando recordatur: ſed vnum quando determinant per alterum quando. Nam dicunt, quando peccata memoriæ occurrunt, quum in periculo mortis exiſtit, aut aliquo articulo vbi apparet quòd tempus memoriæ determinatur per tempus periculi mortis, vel per tempus alicuius articuli, &c. Nec obſtat quòd apponitur ly præcipuè, quoniam ly præcipuè, principalitatem denotat periculi mortis reſpectu alterius partis disiunctiuæ, ſcilicet aut alicuius articuli, &c. periculoſius enim omittitur contritio in periculo mortis: quia non reſtat locus pœnitentiæ. Vel ly præcipuè denotat principalitatem rationis obligatiuæ ad contritionem, ita quòd tempus memoriæ eſt quædam ratio conterendi: ſed quia non eſt ſufficiens ratio obligandi, dicendo quum præcipue periculum, aut articulus, &c. & redit eadem concluſio. Approbat autem hanc doctrinam communis peccatorum attritio, qua fatentur ſibi diſplicere commiſſa peccata, & dicunt, ſuam culpam, & confitentur quandoque citra abſolutionem, & velleitatem habent ſtatus ſine peccato. Hi enim actus boni ſunt & diſpoſitiui ad pœnitentiam, adeò vt eccleſia tales confeſſiones ſuſcipiendas dicit extra de pę. & re. quod quidem. & tamen ſemper peccarent mortaliter, omittendo contritionem, ſi tempus memoriæ eſſet tempus contritionis: quum iſti actus nõ ſint ſine memoria peccatorum. Nec obſtat, quòd iſti contriti nolunt ſuſcipere abſolutionem, dicentes ſe eſſe impœnitentes: quoniam narrare ſe habituali voluntate eſſe perſeuerantem in ſtatu peccati, non eſt peccatum: quoniam non approbatur: ſed narratur impœnitentia, nec proponit tunc meretrix peccare, ſed narrat tunc miſeriam ſtatus ſui cum voluntate illius. Nolle autem abſolui, actus bonus eſt indiſpoſito tunc ad abſolutionem.

¶ Ad ſecundam obiectionem dicitur, quòd etiam quando peccatum occurrit vt committendum, ſufficit non conſentire: nec tenetur homo diſſentire.

¶ Ad tertiam dicitur, quòd licet nunquam ſit licitum ſtare in ſtatu peccati: non tamen de nouo ſemper peccat perſeuerans in ſtatu peccati: vt patet ex dictis, Romę, 4. Martij, 1518.

TRACT. DECIMUSOCTAUUS

De Confeſſione, in quinque quæſtiones diuiſus.

1 *Num confeſſurus peccata ſua, id potiſſimum debeat cogitare, quid faceret, ſi non eſſet præceptum confitendi, an etiam vellet confiteri, & exinde iudicare cor ſuum.*

2 *Num præſumptionis ſit confiteri omnia venialia & mortalia.*

3 *Num circunſtantia diei feſti ſit neceſſariò confitenda.*

4 *Num fides ad fructuoſam abſolutionem neceſſaria ſit.*

5 *Num ſacramentalis abſolutionis effectus ſit remiſſio culpæ.*

QVAESTIO I.

Num confeſſurus peccata ſua, id potiſſimùm debeat cogitare, quid faceret, ſi non eſſet præceptum confiteri, an etiam vellet confiteri, & exinde iudicare cor ſuum.

VTRVM Confeſſurus peccata ſua, id potiſſimùm debeat cogitare, quid faceret ſi non eſſet præceptum confitendi, an etiam vellet confiteri, & exinde iudicare cor ſuum. Et videtur quòd ſic: quia niſi paratus ſit confiteri ſecluſo præcepto, iam non ex amore nouæ vitæ, ſed ex timore præcepti confiteretur.

Ad euidentiã huius conſiderandum eſt, quòd actuum humanorum eligibilium duplex eſt differentia. Quidam enim ſecundum ſe boni ſunt, & ideo eligibiles, vt diligere Deum, bene facere proximo, & alia huiuſmodi. Quidam verò ſunt propter aliud boni, & ſimiliter propter aliud eligibiles, vt ieiunare, peregrinari, & huiuſmodi, hæc enim nullus ſanæ mentis eligeret, niſi propter aliud, puta mentis eleuationem, carnis domationem, diuinum cultum & huiuſmodi. Actus autem iſte de quo eſt quæſtio (ſcilicet proponere ſibiipſi quid faceret ſi non eſſet præceptum de confeſſione) conſtat quòd non eſt ſub primo genere bonorum. Tum quia actus iſte ad malum & bonum eſt ſecundum ſe; eſt enim via ad bonum, ſi ad voluntatem bonam terminatur: & eſt via ad malum, ſi ad voluntatem malam terminatur. Tum quoniam actus iſte non propter ſe, ſed propter diſcuſſionem præparationis perſonæ exercetur ad inueniendum, an ſit ita præparatus homo ad confitendum etiam ſecluſo præcepto. Reſtat ergo, vt ſi eſt eligibilis, ſit propter aliud eligibilis. In his autem, quæ propter aliud eligenda rectè ſunt, oportet duo conſiderare, alterum eſt, vt conſona ſint fini bono: alterum eſt, vt conſonent eligenti. Videmus enim medicinas, vel quia non conſonant morbo pellendo, vel quia proportionatæ nõ ſunt complexionibus infirmorum, ſecundum rectam rationem repelli, &c. Et quidem, quòd actus iſte, ſcilicet proponere ſibiipſi quid faceret ſi, &c. diſſonet à diſpoſitione rudiorum (quales credimus communiter eſſe confeſſuros peccata ſua) ex eo patere poteſt, quòd actus iſte nihil aliud eſt, quàm tentatio periculoſa. Multi enim ſunt caſus, qui ſi tentarentur, vix grauitatem

tatem perderent: & multi abſtinent, qui ſi tentarentur, non abſtinerent,; & ſic de aliis. Non conuenit autem infirmis periculum; ergo actus iſte non conſonat diſpoſitioni confitentium. Quòd diſſonet etiam à fine, ſcilicet bono conſcientiæ, ex eo patet: quòd licet tentari vtile ſit ad bonum virtutis, tamen tentari à ſeipſo diſſonantiam importat ſecundum rectam rationem: quia eſt ſeipſum exponere abſque neceſſitate periculo peccandi. Et confirmatur hoc, tum quia imitari debemus in actibus noſtris Deum: Deus autem neminem tentat: vt Iacobus dixit, non ergo debeo meipſum tentare. Tum quia in exteris vitioſum eſſe conſtat tentare ſeipſum: ergo & in hoc. Antecedens patet. quia malè faceret, quis ſi proponeret ſibi quid faceret, ſi mulierem in lecto, &c. haberet, & ſimiliter ſi regnum mundi vno mendacio poſſet comparare, & aliis ſimilibus cōditionalibus ſeipſum tentaret. Tum quia officium diaboli eſt tentare: & huiuſmodi conditionalibus deiicere mentem humanam. Amplius tentare ſe huiuſmodi conditionalibus eſt ſuperfluum ergo peccatum. Antecedens probatur: quia perfecti non egent hac ſe tentatione diſcutere: quoniam ipſorum charitas eſt adeò radicata, vt dicere cum Paulo poſſint, Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? certus ſum enim, quòd neque mors neque vita, &c. Infirmis autem ſufficit ſi teſtimonium habent conſcientiæ ſuæ, quòd Deum ſuper omnia ament opere & veritate: hæc enim notitia humano more ſufficit hominibus ad accedendum ad ſacramenta eccleſiæ, quamuis non in hoc iuſtificentur. Et hæc in communi dicta ſint de huiuſmodi tentationibus conditionalibus: quas opera diaboli eſſe teſtatur infinita multitudo peccatorum, quæ fierent, ſi huiuſmodi conditionales ſibi homines proponerent in variis & diuerſis materiis: inciderent enim in velleitates innumeras, quæ proculdubiò eſſent peccata mortalia, vt de ſe patet. Vnde laudabiliter refertur prudens cuiuſdam reſponſum ad cōditionales huiuſmodi propoſitas, Scio quid facere deberem, ſed neſcio quid facerem. Optimè dixit: quia neſcimus, ſi diuina nobis tunc manus adeſſet ſuper caput noſtrum.

¶ Ad propoſitam autem conditionalem ſpecialiter deſcendendo, apparet ꝙ multò vanior eſt. Tum quia præceptum de confeſſione facienda, eſt de ſecundo ordine diuinorum præceptorum, ſcilicet de bonis, quia præceptum: ac per hoc ſublato præcepto, non teneretur quis confiteri. Sunt enim diuina præcepta duplicis ordinis. Quædam de prohibitis, quia mala, & præceptis, quia bona: vt ſunt præcepta de dilectione Dei & dilectione proximi: hæc enim ſunt præcepta, quia bona ſunt. Et ſimiliter de furto & falſo teſtimonio: ſunt enim hæc de prohibitis, quia mala ſunt. Alia verò ſunt de bonis, quia præcepta: vt præceptum de Baptiſmo; Baptiſmus enim niſi inſtitutus eſſet, non eſſet de genere bonorum: & potuit inſtitui à Deo, ita quodcunque aliud, ſicut Baptiſmus: ſed ex quo inſtitutus eſt, bonus eſt. Et ſimiliter ſunt præcepta de malis, quia prohibita: vt ſunt contraria ſacramētis non baptizari enim, & non communicare, & huiuſmodi, non ſunt mala, niſi quia prohibita ſunt à deo poſt tot temporum curricula, ſcilicet adueniente Chriſto: vt de ſe patet. Vnde ſi præcepta hæc ſecundi ordinis nō eſſent, ſicut ſtultè, inaniter, & ſuperſtitioſè ageret, ſiquis ad Baptiſmum propter æternam ſalutem iret: ita ſi quis confiteretur, & alia quæ nunc ſunt ſacramenta ageret. Et ſi conditionalem reſtringit, quòd ſacramento confeſſionis præſuppoſito, nullus eſſet obligatus ſub præcepto ad illud, tunc dicitur quòd inanis quoque eſt iſta tentatio, quid tunc faceret: nam conſentiens in hoc quòd non confiteretur, in nullo peccaret: quia non confiteri non eſt prohibitum, quia malum, ſed malum, quia prohibitum: & ideo ſublata prohibitione non remaneret mali ratio in nolle confiteri. Non ſolùm ergo confeſſurus peccata ſua non tenetur ad tentandum ſe tali propoſitione, quid faceret, ſi non eſſet præceptum confeſſionis: ſed debet alienus eſſe ab hac tentatione, & ſi fuerit ſibi ab alio illata, prudenter ſpernere illam, vt prædictum eſt.

Ad obiectionem autem in oppoſitum negatur ſequela: cum hoc enim quòd ſublato præcepto, non confiterer, ſtat, quòd ex quo video Deum hoc præcipere, amo & præceptorem, & præceptum, & finem præcepti, & amore moueor ad implendum illud. Nec hoc eget probatione: quia ex ſe clarè patet, & experientia teſtatur multa nos paterno præcepto impoſita ex amore implere, quæ niſi præcepta eſſent, nō faceremus: vt pote vel neſcientes Patris voluntatem, quæ per præceptum innotuit, vel ſcientes paternam amicitiam, non offendi ſi illud omitteremus, vt eſſet in propoſito ſi confeſſio eſſet non ſub præcepto ſed ſub conſilio. Falſum ergo ſignum ad diſcuſſionem amoris aſſumeretur ex hoc in ſimilibus, non operaretur quis ſine præcepto: ſed & in his quæ ſunt ſecundum ſe bona vel mala, & ideo præcepta vel prohibita, non eſt tali diſcuſſione ideo examinandum: quoniam ſufficit homini habere cor paratum ad implendum diuina præcepta ex amore Dei: non curando ſi Deus non præcepiſſet, & alia huiuſmodi incitamenta ad malum. Plena eſt enim ſacra Scriptura, ꝙ præcepta ſunt ſeruanda: & nunquam in ea legi præceptum mandatum aut conſultum, ſeruare præcepta Dei, ſi Deus non præciperet. Auguſtæ die 8. Octobris, Anno Domini, 1518.

QVAESTIO II

Num præſumptionis ſit confiteri venialia, & omnia mortalia.

QVæritur vtrùm ſit præſumptionis cōfiteri venialia & omnia mortalia. Et videtur quòd ſic. Primò, quia impoſſibile eſt, vt quis omnia mortalia cognoſcat: ad impoſſibile autem nemo obligatur.

¶ Secundò: quia in primitiua eccleſia ſolùm manifeſta mortalia confitebantur, vt patet primæ ad Cor.5. Si quis inter vos eſt fornicator, aut auarus, aut idolatra, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Et illud ad Gal.5. Manifeſta ſunt opera carnis, &c.

¶ Tertiò, quia nulla ſunt opera noſtra etiam bona, quin ſint peccata dānabilia, ſi Deus in iudicium intret nobiſcum: iuxta illud, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Item, Omnis homo mendax: ergo, &c.

¶ Quartò, quia dum volumus omnia peccata confiteri, nihil miſericordiæ Dei relinquere volumus ignoſcendum: quia non confidere in eo, ſed in confeſſione noſtra cupimus, & ſecuri eſſe volumus, nec eius timere iudicium.

Ad euidentiam horum ſcito, duo hic verti in dubiū: & an oīa mortalia. & an oīa venialia confiteri, ſit præſumptionis. Et de primo quidem clarè patere poteſt, quòd non præſumptionis, ſed neceſſitatis ac virtutis eſt confiteri omnia ſua peccata mortalia. Nam ex ſexdecim conditionibus ad confeſſionem requiſitis ſecun-

tis ſecundum communem doctorum ſentẽtiam, vna conditio neceſſaria eſt, quòd ſit integra quo ad peccata mortalia: non eſſet autem integra, ſi quædam mortalia eſſent confeſſa & quædam non. Eſt autem huius ratio: peccata mortalia quæcunque ſimul in vno homine ſunt, ſic ſe habent, quòd ſunt connexa ex parte auerſionis à Deo, ita quòd vnum non poteſt remitti ſine reliquis omnibus: iuxta illud Augu. Impium eſt à Deo, dimidiam ſperare veniam. Et propterea ſicut in prima pœnitentiæ parte, quæ eſt contritio, neceſſarium eſt, vt omnia mortalia concludantur (oportet enim hominem conteri de omnibus mortalibus, & non de aliquo tantum) ita in ſecunda, quæ eſt confeſſio, oportet omnia conteneri mortalia: ſic enim integrè homo ſubmittit ſe miniſtro Chriſti in confeſſione, ſicut ſubmiſit ſe integrè Deo per contritionem. Et ne alicui liceat ſentire contrarium, affero textum rotundum de pœ. & re. omnis vtriuſque ſexus. Vbi expreſsè præcipitur quòd quilibet omnia ſua peccata ſolus confiteatur proprio ſacerdoti. Et quum ly omnia, non diſtribuat pro venialibus (vt tota eccleſia atteſtatur) reſtat vt diſtribuat pro mortalibus, quæ ſunt materia neceſſaria confeſſionis, vt etiã ibi gloſſa dicit. Reſtringere autem ly omnia ad manifeſta tantum, temeritatis eſt: quia ſine ratione & ſine authoritate, & contra communem ſententiam doctorum, rationique conſentanea, ſit reſtrictio iſta. Imò in concilio Floren. ſub Eugenio quarto declarata eſt iſta particula, Omnia quorũ memoriã hẽnt.

¶ De ſecunda autem, ſcilicet confeſſione venialium, cogitari vix poteſt, quòd ſit actus præſumptionis: quum clarè liqueat, quòd accuſare ſe in confeſſione de venialibus, eſt actus & humilitatis, & iuſtitiæ vindicatiuæ in ſeipſum, ſeu pœnitentiæ. Et licet non ſit actus præceptus, eſt tamen conſultus: conſilium autem non datur de actibus præſumptuoſis, ſed de actibus virtutum, ſcilicet de bonis ſupererogationis. Teſtatur autem ſic eſſe communis bonorũ religioſorum conſuetudo: nam communiter de venialibus confitentur, & crebrò. magnæ autem præſumptionis eſt arguere approbatos mores tot religioſorum ac religioſarum. Laudabilis ſiquidem mos hic vltra vim ſatisfactiuam, acquiſitiuam gratiæ ex virtute ſacramẽti, hẽt vim cõſeruatiuæ hominis ĩ gratia Dei: nã qui minima negligunt, paulatim defluũt.

Ad primam autem obiectionem dicitur primò ꝙ eccleſia non præcipit, quòd quilibet cognoſcat, ſed quòd confiteatur omnia ſua peccata mortalia, quorum memoriam habet: hoc enim conſtat non eſſe impoſſibile. Dicitur ſecundò negando, quòd ſit impoſſibile hominem omnia mortalia cognoſcere: peccatum quippe mortale, quum ſit voluntarium, non ſecundum primos motus, ſed ſecundum rationem deliberatam, nullam habet in ſe cauſam quare ſit impoſſibile, vt cognoſcatur ab eo, qui commiſit illud. Si enim impoſſibile eſt, vt omnia cognoſcantur, aut hoc eſt, quia ſunt cognoſcibilia ſupernaturalis ordinis (vt de gratia & diuinis dicitur) & hoc non: aut quia ſunt adeò minimæ entitatis, vt cognoſci non poſſint, & hoc non: tum quia aliqua nos cognoſcere conceditur: tum quia non eſt quæſtio de cognitione, quid eſt, ſed de cognitione an eſt: nam ſufficit pœnitentem cognoſcere, quòd ipſe commiſit talem actum, puta rapinam, licet neſciat diffinitiuè quid ſit rapina, tum quia actus humani deliberati contra Dei legem non ſunt tam minimæ entitatis. Aut hoc eſt, quia ſunt in quolibet infinita peccata mortalia, & hoc eſſe falſum patet, ex eo quòd à primo die, quo quis habuit vſum liberi arbitrij, vſque ad quemcunque diem ſuæ confeſſionis, non fuerunt exercitati à quocunque infiniti actus deliberati, vt patet. Aut hoc eſt, quia ſunt infinita non ſimpliciter, ſed illi qui commiſit: & hoc etiam non eſſe neceſſarium ex eo patet, quòd multi ſunt, qui diarium operum ſuorum ſcribunt: ac per hoc finita ſunt eis omnia deliberata opera ſua contra legem Dei. Non eſt ergo impoſſibile hominem cognoſcere omnia ſua peccata mortalia: vel ſic quòd ſciat hæc eſſe mortalia, vel in ambiguis, quòd ſciat ſe commiſiſſe tale, de quo dubium eſt, an ſit mortale. Et ſcientia hæc ſufficit, & requiritur ad confitendum omnia mortalia, quorum memoriam habet: & communis eſt omnibus pœnitentibus bene inſtructis. Obligat enim eccleſia ad confitendum omnia peccata mortalia, quorum memoriam quis habet, facta ſecundum humanas vires collectione omnium ſuorum mortalium, ſiue ſint manifeſtè mortalia, ſiue ſint ambiguè mortalia, tenetur enim omnia confiteri certa pro certis, & ambigua pro ambiguis. Sic enim abſque noſtra voluntaria gloſſa, ſanè patet planus ſenſus canonis omnis vtriuſque ſexus: ſic teſtatur communis mos pœnitentium atq; confeſſiones audientium: omnes enim ambigua pro ambiguis confitentur. Nec ſatisfacere credimus confeſſioni eum qui opinatur ſe conſenſiſſe in ſacrilegium, licet non ſit certus ſi non confitetur de illo conſenſu vt opinato.

¶ Ad ſecundam autem obiectionem dicitur, ꝙ ex neutro illorum textuum habetur, quòd in primitiua eccleſia ſola manifeſtè mortalia confiterentur homines: nam text. illi non loquuntur de confeſſione, vt clarè patet.

¶ Ad tertiam dicitur quòd opera noſtra bona poſſunt dupliciter conſiderari. Primò, vt ex nobis ſunt: & ſic licet dicantur damnabilia, pro quanto indigna ſunt Deo & fœlicitate æterna: non tamen ſunt damnabilia vt peccata mortalia: quoniam in veritate etiã, vt ex nobis ſunt, non ſunt peccata mortalia: ſed indigna diuina retributione. Et propterea dicitur, non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, quantum eſt ex ſe. Et ad hunc ſenſum multa ſimilia inuenies ſcripta. Alio modo conſiderantur opera noſtra vt ſunt ex Deo in nobis operante per ſuam gratiam, & deſtinante in vitam æternam: & ſic ſunt merita ex condigno æternæ fœlicitatis. Nec ſunt damnabilia, ſed ſunt remunerabilia etiam ſecundum diuinam iuſtitiam, vt patet ex verbis Apoſtoli, Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddat mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius. vbi vides ſecundum iuſtitiam à Deo iuſto iudice reddendam coronam diligentibus ipſum Deum. Non ſunt igitur ignota nobis omnia noſtra mortalia: quia opera noſtra ſunt damnabilia, quantum eſt ex nobis. Oportet enim inſpicere ad opera noſtra bona ſimpliciter, vt ſunt in veritate qualificata: puta à charitate & gratia informata, &c. non ſecundum quid (putà vt ſunt ex nobis) quando iudicari debent, ſi ſunt peccata, vel non: quamuis ad beneficia diuinæ gratiæ, reuerentiam diuinam, gratiarum actiones, laudeſque diuinas exercendas conſiderata, omnia noſtra vt ſunt ex nobis multùm proſint: & non ſolùm in nobis, ſed etiam in beatis conſideratio hæc creaturæ vilitatem, ſeu nullitatem efficiat. Propterea enim de ſpiritibus beatis canit eccleſia, Tremunt poteſtates. In Auguſta Vindelicorum, die 29. Septembris. 1518.

QVAE-

QVAESTIO III.

Num circunſtantia diei feſti ſit neceſſariò confitenda.

QVAERITVR Vtrùm circunſtantia diei feſti ſit neceſſariò confitenda. Et videtur quòd ſic. Quia circunſtantia repugnans ſpeciali præcepto, eſt ſpecialiter explicanda ſecundum omnes, ſed tẽpus feſtiui repugnat præcepto de obſeruatione feſti: ergo. Minor probatur, tum authoritate Ambr. ſuper illud Lucæ 13. Archiſynagogus indignans, quia ſabbato curaſſet. lex enim inquit, in ſabbato non hominem curare, ſed ſeruilia opera facere, id eſt peccatis grauari prohibet. Tum authoritate San. Thom. in Secunda ſecundæ quæſt. 122. articul. quarto ad tertium. Magis, inquit, facit contra hoc præceptum qui peccat in die feſto, quàm qui aliquod corporale opus licitum facit: affertque ad hoc authoritatem Auguſtini in lib. de Decem Chordis

IN OPPOSITVM Eſt multorum modernorum opinio, tenens circunſtantiam temporis feſtiui non eſſe neceſſariò confitendam, niſi in contemptum feſti peccatum fuerit.

RESPONDEO. In hac quæſtione duæ ſunt opiniones. Vna eſt tenentium partem affirmatiuã, & hi mouentur ex ratione, quàm tangit San. Tho. ſcilicet, quia quum in feſto prohibeatur omne opus ſeruile, & peccatum mortale ſit magis opus ſeruile, quàm opus corporale (putà arare) magiſque contrarietur peccatum mortale ſanctificationi, ad quam ordinatur feſtum, quàm opus corporale: vt potè per ſe & directè excludens illam: conſequens eſt, quòd vtriuſq; prohibitio ſub præcepto comprehendatur. Aliorum vero opinio oppoſitum ſentit: & hi mouentur ex eo, quòd ex ſolo ſenſu literali ſecundum Dionyſ. & Auguſt. poteſt trahi efficax argumentum. Opera autem ſeruilia prohibita in feſto ad literam ſunt opera corporalia, quibus ſerui diſtinguuntur à liberis: & non peccata niſi myſticè: vt Sanct. Thom. expreſſè dicit in 3. ſentent. diſtinct. 37. articul. 5. quæſt. ſecunda ad 2.

¶ Et quoniam hæc opinio rationabilior eſt, ideo ad eius euidentiam ſciendum eſt, quòd quum obſeruatio feſti ad literam partim ſit moralis & partim ceremonialis, oportet aut ex morali, aut ecclesiaſtico præcepto innaſci quicquid obligationis in ea eſt. Ex morali quidem præcepto quòd obligatio talis non proueniat: patet propterea quia nulla certa temporis pars eſt, quam cultui diuino exteriori naturalis ratio dedicandam cenſeat: quamuis enim morale ſit in hoc præcepto, quòd aliquod tempus Dei cultui exteriori deputetur: non tamen quòd hoc vel illud tempus. Vnde quum ſingulę partes temporis poſſint ab hac dedicatione abſolui, quãdocunque peccatum committatur, nunquam tempus aliquod diuino dicatum cultui polluitur, aut impeditur à diuino cultu: poteſt ſiquidem alio tempore debitus cultus exolui. Et eadem ratio eſt de opere corporali: ſolùm enim peccatum omiſſionis debiti cultus, ex præcepto morali accideret. Ex eccleſiaſtico autem mandato non prohiberi ſpecialiter peccata in die feſto, ex eo habetur, quòd eccleſia non plus prohibet, quam id quod ex literali ceremonia antiquæ legis in Sabbato prohibebatur: imò minus, vt San. Thom. placet. Ex præcepto autem hoc ad literã ceremonialem triplex erat: ſcilicet certum tempus, putà dies ſeptem & certus cultus, ſcilicet memoria creationis mundi in ipſa quiete quaſi quietis ipſa eſſet profeſſio quædã diuinæ quietis à creando) & determinatio operum, à quibus ceſſandum eſſet, ſcilicet ab operibus ſeruilibus. Ex nullo autem horum peccatum ſpecialiter prohiberi conuincitur: ſed oppoſitum potius ratione ſuaderi poteſt. Tum quia, vt allegatum fuit, ad literam opera ſeruilia tantum ſunt opera, ad quæ ſeruos deputatos habemus. Tum quia ex hoc, quòd aliquod certum tempus dedicatur cultui Dei exteriori, nihil aliud ſequitur prohiberi niſi id, quod repugnat tali cultui illo tempore exhibendo: & hoc aut ratione cultus, aut ratione temporis. Sed nec macula, nec actus peccati mortalis repugnat aliquo modo cultui exteriori exhibendo in die feſto: non ergo cadit ſub hoc ſpeciali præcepto. Quòd enim macula, ei non contrarietur, patet, alioquin quilibet in peccato mortali exiſtens, tranſgrederetur præceptum hoc ſingulis diebus feſtiuis: quod ſuperſtitioſa adinuentione non eſt inducendum, cum his qui credunt contritionem eſſe in præcepto in die feſto. Tum quia finis præcepti non cadit ſub præcepto. Tum quia præceptum de interiori cultu D. (quo fide ſpe & charitate colitur) ſub hoc præcepto non cadit, ſub quo cultus exterior includitur & determinatur: ſed eccleſia videtur interioris cultus tẽpus determinaſſe, quando tempus ſacramenti pœnitentiæ & euchariſtiæ decreuit. Tum quia nec Doctorum nec eccleſiaſtica doctrina aut conſuetudo hoc habet: & tamen ſi eſſet præceptum de iure eſſet poſitiuo: vt ex dictis patet.

¶ Quòd verò actus moralis etiam non repugnet tali cultui, probatur ex eo, quòd ſi cultui Dei exteriori certo tempore ſtatuto repugnaret peccatum mortale illo tempore commiſſum, hoc non eſſet quandoq; ſic, & quandoque non, ſed vniuerſaliter: ſed apertè videmus, quòd ſub præcepto, quo Deus quotidie colendus à clericis horis canonicis ſtatuitur, non comprehenditur prohibitio ab actu peccati mortalis quocunque tempore, ergo nec in propoſito. Vterque ſiquidem cultus exterior eſt, & eundem habet finem. Et habens aliquid morale & aliquid ceremoniale, ſcilicet certum tempus & certum cultus modum, nec minus ſacer eſt ſecundus primo, aut minus ſub præcepto cadens. Nec obſtat ſi dicatur non eſſe aliquam certã horam diei ſub præcepto taxatam ad horas canonicas, ſicut totus dies feſtiuus deputatus eſt cultui diuino. Hoc enim nihil adimit efficaciæ proceſſui factor cuius vis non conſiſtit in determinatione temporis actu iam præcepta, ſed poſſibili, vel ſuppoſita, ac ſi eſſet. Si enim eccleſia certas horas ſub præcepto deputaret horis canonicis exoluendis, non propterea abſtinere ab actu peccati mortalis ſub tali præcepto comprehenderetur, ſed ſatisfieret temporibus debitis horas exoluendo: ſicut modo ſatisfit intra diem deputatum dicendo, quantumcunque alias peccetur. Vnde quum eccleſia ceremoniale legis præceptum mutando impleuerit, pro die ſeptimo Dominicum diem, & pro cultu miſſam, & quietem in memoriam reſurrectionis Dominicæ determinando, & ab operibus ſeruilibus non ſic arctè conſueuerit abſtinere: conſequens eſt, quòd non indicat ſpeciali præcepto quietem à peccato in die feſto, ſed opere corporaliter ſeruili. Et confirmatur, quia quum eccleſia non iudicet de actibus interioribus (in quibus ſolis plerunque committitur peccatum mortale) ſat eſt ſub eius prohibitione comprehendi illorum impedimentorum amotionem, quæ eccleſiaſtici fori ſunt: quia † vniuerſaliter non ſunt niſi opera ſeruilia corporaliter. Et quamuis magis repugnet ſatisfactioni, quæ eſt finis huius præcepti, peccatum mortale quam opus corporale licitum ſecundum ſe: quia tamen ſanctitas ipſa interior, quæ finis eſt, ſub præcepto hoc non cadit,

† Alias qualia.

con ſe-

conſequens eſt, quòd nec excluſio ipſius, quæ per peccatum mortale fit, ſub hoc præcepto comprehendatur: ſi enim affirmatio non præcipitur, ex ipſa non conuincitur, ꝙ eius oppoſita negatio prohibeatur, quamuis prohiberi poſſit.

Ad ea verò quæ in oppoſitum obiiciuntur, reſpondetur. Et ad authoritatem Amb. dicitur cum ſancto Thom. quòd ſenſum myſticum, & non literalem tangit.

¶ Ad authoritatem ipſius S. Tho. dicitur dupliciter. Primò, quòd loquitur de præcepto quo ad ſuum finem, qui ſub præcepto non cadit, & non de ipſo præcepto abſolutè; in tantum enim dicit repugnare huic præcepto peccatum mortale, inquantum excludit ſanctitatem & applicationem ad diuina, quæ eſt finis præcepti. Secundò, quòd loquitur de præcepto hoc indiſtinctè, ſ. & literaliter & ſpiritualiter intellecto, vnde eodem contextu de operibus ſeruilibus corporaliter & ſpiritualiter doctrinam tradit. Et tamen conſtat ibidem in reſponſione ad primum ceſſationem a peccato ſub ſenſu ſpirituali huius præcepti claudi: & ſic nó numerari inter præcepta decalogi, ſed tantum ſecundum ſenſum literalem, quantum ad id quod continet de iure naturæ. Ex hoc autem quòd aliquid repugnat præcepto huic myſticè, non poteſt trahi efficax argumentum, ſed rationabilis exhortatio, vt & a peccando in feſtis abſtineatur (ne de nobis dicatur, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt a me) & commiſſa confiteantur in fine confeſſionis perpetrata pro magna, vel tanta parte in diebus feſtis, quatenus reprehenſi tempora ſacra reuereantur. Mediolani, die vigeſimaquarta Aprilis, M. D.

QVAESTIO IIII.

Num fides ad fructuoſam abſolutionem ſacramentalem neceſſaria ſit.

QVAERITVR Vtrùm ad fructuoſam abſolutionem in ſacramento pœnitentiæ exigatur fides, qua pœnitens credat certiſſimè ſe eſſe abſolutũ à Deo. Videtur ꝙ ſic.

¶ Primò, quia oportet fidem habere in verbum Chriſti, Quodcunque ſolueris ſuper terram.

¶ Secundò, quia ſi per impoſſibile confeſſus non ſit contritus, aut ſacerdos non ſeriò, ſed ioco abſoluat, ſi tamen credat ſe eſſe abſolutum, veriſſimè eſt abſolutus: tanta res eſt fides in verbum Chriſti. Probatur aſſumptum ex eccleſiaſtica hiſtoria, quia beatus Athanaſius Iudeus cum pueris, baptizauit eos, ſicut viderat fieri à ſacerdotibus: & baptizatos eos iudicauit beatus Alexander epiſcopus. Item quidam mimus vt placeret Imperatori, ludicro baptiſmo eſt baptizatus.

¶ Tertiò, quia non ſacramentum, ſed fides ſacramenti iuſtificat: ſecundum illud Aug. Sacramentum abluit, non quia ſit, ſed quia creditur.

¶ Quartò, quia plus eſt à confitente requirendum an credat ſeſe abſolui, quàm an ſit verè contritus: quia contritio nunquam eſt vera ſatis: quod ſi eſſet vera, non tamen certa, & ſi certa, non tamen ſatis: fides autem & verbum Chriſti ſunt certiſſima veriſſima, & ſufficientiſſima.

¶ Quintò, quia non ſolùm attritus abſque obice actualis peccati vel propoſiti, ſed etiam contritus accedens ad ſacramentum, à gratia conſequenda eſt alienus, niſi crediderit in abſolutionem: quia ſacramenta eſſent in mortem, & damnationem etiam contrito.

¶ Sextò, quia ad ſacramentum pœnitentiæ accedit homo petens à Deo remiſſionem peccatorum: ſcriptum eſt autem, Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Et Iacobus dicit: Poſtulet autem in fide: nihil hæſitans: ergo.

IN oppoſitum eſt communis eccleſiæ ſenſus.

AD Euidentiam horum ſciendum eſt nouitatem ſuper exortam eſſe, quòd huiuſmodi fides adeò exigatur, vt plus quàm cõtritio requirenda ſit, & dãnandi ſint omnes, qui nolunt confidere ſe ſe abſolutos, donec certi ſunt ſe ſatis contritos. Fundatur autem phantaſia iſta, primò ſuper communiſſimis Scripturæ authoritatibus de fide ac ſpe in verbo Dei: putà, Memor eſto verbi tui, in quo ſpem dediſti: & ſimilia infinita. Secundò ſuper communibus de efficacia ſacramentorum, ſ. quòd fides eſt, quæ in ſacris operatur. Tertiò, ſuper ſpecialis Chriſti verbi ad propoſitum pertinentis efficacia certiſſima, Quodcunq; ſolueris ſuper terram, &c. Ex huiuſmodi ſiquidem efficaciæ certificatione deducitur oportere confitentem credere ſe abſolutum, ſi ſacerdos abſoluat, ſiue erret, ſiue non erret, ſicut etiam certus eſt ſe eſſe baptizatum, etiam ſi ſacerdos erraret, ipſum baptizando. Adiungunt, quòd dicendo, Quodcunque ſolueris dedit poteſtatem: dicendo, Erit ſolutum, excitauit fidem de effectu.

¶ Nouam autem hanc inuentionem alienam eſſe ab eccleſiaſtica doctrina, facilè patet diſtinguendo de duplici fide, quam habere poſſumus: ſcilicet vel acquiſita, vel infuſa. Nam ſi ſermo eſt de fide infuſa (quæ eſt vna de theologalibus virtutibus) cuius plena eſt ſacra Scriptura, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & per quam Sancti vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, conſtat, quòd illa eſt neceſſaria ad ſacramentum pœnitentiæ: quoniam ipſius non niſi Chriſti fideles baptizati capaces ſunt. Sed huiuſmodi fides, licet ad ſacramenta ſe extendat, vt patet in Symbolo: non tamen extendit ſe ad hæc ſingularia: putà quòd ſit ſacramentum, & quòd in hoc ſit effectus ſacramenti: verbi gratia, tenemur credere vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum: ſed non tenemur credere, quòd dum iſte ſacerdos abluit Ioſeph adultum Iudæum, dicens, Ego te batizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, ſit Ioſeph verè conſecutus gratiam Dei & characterem, quia ex intentione baptizantis vel baptizari poteſt occultè fuiſſe ſimulatio talis, quòd non intenderit ille facere, quod facit eccleſia, aut Ioſeph non intenderit ſuſcipere baptiſma, vt temporibus noſtris de facto contigiſſe ſibi quidam Iudæus coram me confeſſus eſt, & hæc quo ad characterem. Quo ad gratiam verò, quia poteſt eſſe, quòd Ioſeph cum propoſito deliberato fornicationem committendi, Bapteſma ſuſcepetit, ac per hoc gratiæ Dei obicem poſuerit. Similiter poſſet dari exemplum de Euchariſtia: quamuis enim teneamur ex fide credere in Hoſtià ritè conſecrata, eſſe verum corpus Chriſti, non tamen ad fidem infuſam ſpectat credere, an iſta Hoſtia ſit ritè conſecrata: tum propter intentionem miniſtri, tum etiam propter incertitudinem materiæ, & ſimiles particulares defectus humanos. Ratio autem vniuerſalis, quare ſub fide infuſa non cadunt huiuſmodi particularia, eſt quia fidei infuſæ (vt pote diuinæ veritati innixæ) non poteſt ſubeſſe falſum, eſt enim non minus circa verum, quàm quæcunque ſcientia acquiſita, quæ nonniſi verorum eſt. Eſſet autem quandoque circa falſum, ſi extenderet ſe ad hæc particularia, vt patet ex infinitis ſimilibus, quæ poſſunt afferri in medium. Non ſpectat igitur ad fidem infuſam credere abſolutionis effectum

in hoc

in hoc particulari, putà in meipſo, ſed ad fidē ipſam infuſam pertinet credere abſolutionem ab eccleſiaſtico miniſtro ritè factá, efficacem eſſe, & in ſuſcipiente dignè gratiam operari. Hac ſiquidem fide nullus poteſt errare, ſed credendo effectum in me vel in illo determinatè, poſſum errare: quia poteſt adeſſe impedimentum aliquod ex parte mei ſeu illius. Sicut in aliis ſacramentis credimus & verbo Dei & ſacramentis: & ſpecialiter efficaciam certiſſimam illius verbi, Quodcunque ſolueris ſuper terram, in ſubiecto diſpoſito: ſed non habemus infuſam fidem: ꝙ in me effectum ſortiatur, quòd ego ſim ſubiectum diſpoſitum: quia poteſt in me inueniri impedimentum ignotum. Et quo autem non debet ſubeſſe falſum fidei) quæ non niſi verorum certiſſimorum eſt) excitatur, imò certificatur fides infuſa per illud verbum: Erit ſolutum in cælis, de effectu abſolutionis in ſubiecto diſpoſito, & non in me qui forte non ſum diſpoſitus: & ſic fides eſſet falſi. Erronea igitur inuenitur opinio dicta de fide infuſa intellecta: quia ſequitur, quòd infuſæ fidei poſſet ſubeſſe falſum.

¶ Si autem dicta opinio intelligatur de fide acquiſita, erronea quoque inuenitur: nam licet acquiſita fides circa huiuſmodi particularia verſetur (tali nanque fide credimus hanc hoſtiam rite conſecratā eſſe, & hunc rite baptizatum, & ſimilia) ſed hæc fides non eſt illa qua in Verbo Chriſti confidimus, quæ in ſacramentis operatur, qua credimus efficax eſſe Chriſti verbum, Quodcunque ſolueris ſuper terram: & reliqua, quæ fidei ſunt Chriſtianæ. Et propterea ex illis authoritatibus, quæ de fide infuſa loquuntur, non poteſt acquiſita fides concludi: nec poteſt fides iſta de obiecto (ſcilicet me eſſe abſolutum etiam per abſolutionem in effectu coram Deo) eſſe certa infallibiliter: quia quilibet eſt dubius in hac vita: ſecundum communem legem neſcit, an ſit in gratia Dei. Nec aliquis eſt qui certus ſit ſe eſſe ſufficienter diſpoſitum per gratiam Dei, quæ per abſolutionem conceditur: iuxta illud Iob 10. Et ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Amplius, fides iſta poteſt eſſe in ſchiſmatico vel hæretico aliàs bene confitente: eſſet igitur iſte verè abſolutus, ſi errans ſacerdos ipſum abſolueret, & conſequenter iſta ſimul eſſet in gratia Dei (quia verè abſolutus coram Deo) & in peccato mortali, quia hæreticus vel ſchiſmaticus: quod eſt impoſſibile. Amplius ſi fides iſta eſt, qua quantum credis, tantum habes, cum fides iſta ſit opus humanum (quia iſta eſt acquiſita) conſequens eſt vt in opere ſuæ fidei confidentia ſuæ pœnitentiæ conſiſtat: quod eſt alienum à Chriſtiana veritate. Amplius, Quum nec ex ſacra Scriptura, ſacris canonibus, eccleſiæ traditione, ſacriſque doctoribus, diſpoſitionis iſtius neceſſitatas in ſacramento pœnitentiæ habeatur, & rationi aduerſetur, non videtur præſumptione, aut ignorantia iſta excuſari.

Ad obiectiones infinitas de fide, vt reſpondeas, habeto præ oculis hanc diſtinctionem: ſcilicet vel ex parte ſacramentorum vel ex parte ſuſcipientis. Et dicito, quòd fides certiſſima eſt, & eſſe debet etiam de effectu ſacramenti particulari in me, quantum eſt ex parte ſacramenti: ſed ex parte mei ſuſcipientis licitum eſt dubitare de illius effectu in me. Et hoc eſt quod eccleſia docet, dum in orationibus poſt communionem petit ſacerdos, quòd ſuſceptum ſacramentum non ſit ad reatus pœnam, non ad iudicium, &c. Conſequenter etiam docet omnem quantumcunque credentem poſt confeſſionem & abſolutionem, Domine non ſum dignus, &c. & non aduertere ad diſtinctionem hanc, eſt, vt puto, cauſa dictæ nouitatis.

Ad primam ergo obiectionem dicitur, ꝙ in verbo Dei & Chriſti ſufficiens fides habetur, quum quis credit omnes articulos fidei. nec fides infuſa, quia credimus in Deum, &c. eſt de effectu horum verborum me, vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd peccat argumentum ſecundum non cauſam, vt cauſam, quo ad ſacramentum Baptiſmi. Nam non ideo illi fuerunt vere baptizati, quia credebant ſe baptizatos, imo credebant forte nihil recipere gratiæ: ſed ideo Baptiſmus iocoſe factus eſt vere Baptiſmus, quia intentio iocoſa non ad Baptiſmum, ſed ad exercitium Baptiſmi refertur. Simile eſt enim delectandi cauſa Baptizare & Baptizari, ſicut ſi auaritiæ cauſa quis baptizaret, aut baptizaretur: vtrobique enim eſt verum Baptiſma: quia delectatio & auaritia non Baptiſmi, ſed quòd iſte exerceat vel ſuſcipiat & Baptiſmum, cauſa eſt. Secus autem eſſet, ſi intentio iocandi ad Baptiſmum referretur, ſic quòd non baptizare, ſed ſimilitudinem Baptiſmi exercere, aut ſuſcipere, intenderet ioci aut auaritiæ gratia: tunc enim nullum eſſet Baptiſma. Quod autem aſſumitur, quòd non contritus ſi abſoluitur credens ſe abſolui, eſt vere abſolutus, niſi ſit ita attritus, quòd ſaltem virtute clauium de attrito ſecundum quoſdam fiat contritus impoſſibile eſt. Nam ex eo quòd ponitur incontritus, & virtute clauium non factus de attrito contritus, oportet ꝙ aut ſua fide acquiſita ſit iuſtificatus, quod eſt erroneum: aut quòd ſimul ſit incontritus & abſolutus apud Deum, quod eſt impoſſibile.

¶ Ad tertiam dicitur, quòd ſacramentum abſoluit, non quia ſit, hoc eſt non ſecundum ſubſtantiam facti: ſed quia creditur, hoc eſt ſecundum virtutem creditam in eo, & non quia creditur à ſuſcipiente effectus ſuus in eo certiſſime ab hoc. Et nota quòd nō dicit, quia credit miniſter aut ſuſcipiens, ſed impersonaliter quia creditur, hoc eſt propter rem creditam: nam niſi intendat quis facere quod facit eccleſia, nō baptizaret. In hoc autem quod eſt imitari in illo actu eccleſiam, includitur res credita: quamuis nec à ſuſcipiente, nec à baptizante: vt patet, ſi infidelis baptizaret infantem, aut adultum, dicentem, Valeat quantum valere poteſt.

¶ Ad quartam dicitur, quòd aſſumptum non ſolum falſum, ſed & præſumptuoſum eſt valde, contra vniuerſalis eccleſiæ ritum, contritio enim eſt ſumme neceſſaria. Iſta autem fides acquiſita de effectu ſacramenti in ſeipſa eſt impoſſibilis: quia ſemper eſt, & debet eſſe ambigua, nec eſt requirenda à confitente: qui niſi crederet ſe abſolutum, abſolutioni ſe nō ſubmitteret. Nec obſtat, quòd contritio ſit incerta: iuſſit enim Deus ipſe, vt cum noſtra hac incertitudine accedamus ad ſacramenta. Quod autem dicit, quòd nunquam eſt vera ſatis falſum eſt: vt patet in multis cum vera & ſufficienti contritione confitentibus, quamuis incerta eis. Et quum ſubditur, quòd fides Chriſti eſt veriſſima & certiſſima & ſufficientiſſima reſpondetur, quòd talis eſt de rebus ſubiectis fidei infuſæ, ſed non de impertinentibus ad ipſam, vt ſunt ex parte noſtri ſingulares ſingulorum effectus ſacramentorum. De his enim nec certa, nec incerta eſt fides infuſa: quia non eſt eorum: eſt enim fides infuſa de gratia per ſacramenta certiſſime conferenda ſuſcipientibus digne illa: vt in concilio Florent. ſub Eugenio IIII. determinatum eſt. Et ea Apoſtolo aſſumptum eſt, dicente, Qui manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit. Vbi etiam Apoſtolus, ſecundum quid reputare ſe homo debeat dignum vel indignum, præmittit dicens, Probet autem ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat. Vbi ex ſubiunctis, ꝙ ſi noſmetipſos iudicaremus,

non vti-

non vtique à Domino iudicaremur, patet quòd probare ſeipſum eſt ſeipſum iudicare, contra ſe vindictā exercere: quod vocatur contritio communi vſu eccleſiæ & doctorum: & propterea falſum ac temerarium eſſe conſtat, quòd plus eſt à pœnitente requirendum, ſi habeat credulitatem de effectu in ſe futuro ſacramenti, quàm de illius contritione: probare enim ſeipſum (quod eſt conteri) iuſſit Apoſtolus, iubet eccleſia, exigunt omnes communiter confeſſores. Credere autem ſe pœnitētem omnino effectum habiturum nouitatum exigit dogma.

¶ Ad quintam dicitur, quòd duorum, quæ ibi tanguntur, primum, quòd attritus non ponens obicem, non conſequitur gratiam abſolutionis niſi credat (vt iam patet ex dictis) voluntariè dicitur, apponendo nouellum, & impertinens accidens pro diſpoſitione neceſſaria ad gratiam Dei per abſolutionem ſacramentalem. Secundum autem, quòd contritio in damnationem ſunt ſacramenta, niſi credat ſe abſolui, nō eſt reſponſione, ſed correctione dignum: quoniā ſacramentum pœnitentiæ ab eccleſia ſufficienter traditum per confeſſionem, contritionem & ſatisfactionem, damnabile conſtituitur ſine quarto, ſcilicet certa fide effectus in ſuſcipiente. Hoc enim eſt nouam eccleſiam cōſtruere.

¶ Ad ſextam de oratione dicitur primò, quòd ratio digreditur ad accidentia, quæ ſunt extra eſſentiā ſacramenti: oratio enim conſtat quòd à ſacramentis diſtinguitur, imò ponitur ſub ſatisfactione, quæ eſt tertia pars ſacramenti pœnitentiæ. Verumtamen de oratione ipſa etiam dicendum eſt, quòd fides de effectu orationis dupliciter haberi poteſt. Primò ex parte ipſius diuinæ miſericordiæ, gratiæ, potentiæ, prouidentiæ, promiſſionis, &c. & hæc fides debet eſſe in oratione abſque hæſitatione aliqua. Alio modo ex parte eius, qui orat, vel pro quo oratur: & ſic niſi piè quandoque dubitaret de effectu petito, plerunq; fides inueniretur falſa, vt patet in Paulo orante, qui abſq; hæſitatione credendo, quòd acciperet id quòd peteret, iuxta Domini doctrinam, Rogauit ter, vt ſtimulus carnis à ſe diſcederet, & non eſt conſecutus effectum petitum: vt patet 2. ad Corin. 12. Hic enim patet quòd fides, quòd accipiamus quicquid petimus, non refertur ad rem petitam accipiendam ſimpliciter & abſolutè, ſed quantum eſt ex parte diuinæ miſericordiæ, &c. alioquin eſſet quandoque falſa, & Pauli fides fuiſſet falſa: poteſt enim aliunde ex aliqua ex parte noſtri ratione fieri, vt illud non accipiamus. Vnde Saluator de hac fide docens præmittit, habete fidem Dei, & ſubdit, Amen dico vobis, &c. oſtendens per hoc, ꝙ firmitas noſtræ fidei de effectibus particularibus debet eſſe de illis, quantum eſt ex parte Dei & non ex parte noſtri. In Auguſta Vindelicorum 26. Septembris, 1558.

QVAESTIO V.

Num ſacramentalis abſolutionis effectus ſit remiſſio peccatorum.

QVAERITVR Vtrùm ſacramentalis abſolutionis effectus ſit remiſſio culpæ. Et videtur quòd non. Primò, quia ſolius Dei eſt remittere culpam, vt omnis Scriptura & eccleſia fatetur.

¶ Secundò, quia culpa eſt remiſſa à Deo proponenti confiteri antequàm pœnitens à ſacerdote abſoluatur: iuxta illud, Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

In oppoſitum eſt, quòd ſacramenta nouæ legis conferunt gratiam, ſecundum communem eccleſiæ doctrinam.

Ad euidentiam huius quæſtionis, ſcito antiquā eſſe hanc quæſtionem: & in 18. diſtinct. 4. ſent. tractati. Vbi quia obſcurè ſatis ſunt authoritates antiquorum doctorum applicatæ ad hoc, Magiſter ſent. concludit ſacerdotem euangelicum abſoluere, hoc eſt declarare abſolutum à Deo, & ad eccleſiæ cōmunionem admittere. Nouitia autem quædam opinio addit ſuper hoc effectu pacem animi: quoniam ante abſolutionem inquieta eſt anima de remiſſione ſuorum peccatorum, accepta autem abſolutione cum fide, quòd verè abſoluatur, fit ſecura anima de remiſſione peccatorum percepta, & in pace quieſcit, tantique fit fides de gratia præſenti miniſterio ſacerdotis, quòd peccatum maneret, niſi remiſſum crederet: non enim ſufficit remiſſio peccati & gratiæ donatio, ſed oportet etiam credere eſſe remiſſum.

¶ Verùm ſi Domini verba diligentius perſpecta fuerint quum poteſtatem ſacramentalem dedit: aliter ſentiendum eſt, non enim dixit, Quorum declaraueritis remiſſa peccata, ſed dixit, Quorum remiſeritis peccata: & ſimiliter dixit, Quodcunq; ſolueris. neq; dixit, Remittuntur eis, aut ſolutum erit, quo ad eccleſiam: ſed ſolutum erit, in cælis, & remittuntur eis, ſimpliciter & abſolutè. Ideo ſi verba Domini ſunt vera in ſenſu proprio, conuincunt eccleſiæ miniſtros habere poteſtatem remittendi peccata authoritate Chriſti: par enim ratio eſt, quòd verba hæc Domini ad ſacramentum pœnitentiæ ſpectantia in proprio ſenſu verificentur, & quòd verba eiuſdem ad ſacramentum euchariſtiæ pertinentia (ſcilicet hoc eſt corpus meum) in proprio ſenſu verificentur. Nulla enim eſt ratio quare iſta in proprio ſenſu vera eſſe fateamur, & illa à proprio ſenſu aliena faciamus: præſertim quum maius miraculum ſit, quòd de pane fiat corpus Chriſti miniſterio ſacerdotis. Vnde ſi verba euchariſtiæ à ſacerdote prolata, vt vera ſint, cōpulerunt vt fateamur hoc, id eſt contentum ſub hac ſpecie, eſt corpus meum ſcilicet Chriſti: non minus compellimur ad verificandum hæc Domini verba, (Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & Quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis) in ſenſu proprio, credere quòd ſacerdotis miniſterio remittuntur peccata, abſoluuntur peccatores à culpis ſuis. Nec enim minus operatorius eſſe debet ſermo Chriſti per os ſacerdotis, dicentis, Abſoluo te à peccatis, quàm eiuſdem Chriſti ſermo per os ſacerdotis dicentis, Hoc eſt corpus meum. vterque igitur operatorius eſt eius, quòd ſignificat ſeruatis ſeruandis, ſcilicet concurrente ex parte miniſtri authoritate (non enim quilibet homo, ſed ſacerdos ordinariam vel delegatam authoritatem habens eſt miniſter ſacramentalis abſolutionis) & ex parte pœnitentis debita diſpoſitione, vt ſcilicet ſit abſolutione dignus. Alioquin extremus rediret error à Hiero. damnatus: vt pro noſtro arbitrio damnare innoxios & abſoluere noxios poſſemus, ſicut etiam in ſacramento altaris non quamcunque materiam, ſed panis triticei tantum, conſecrari per illa verba, non diaconi, ſed ſacerdotis miniſterio prolata conceſſum credimus. In cuius ſignum Dominus quum daret poteſtatem remittendi, retinendique peccata, præmiſit, Accipite Spiritum ſanctum ſubiungendo, Quorum remiſeritis peccata, &c. tanquam diceret, Spiritu ſancto dirigente, Quorum remiſeritis peccata, re-

cata, re-

cata, remittuntur eis, & non ſpiritu veſtro inſtigante. Mouet & dirigit proculdubio Spiritus ſanctus ad abſoluendum vel ligandum, quum ſeruatis vndiq; ſeruandis miniſter Chriſti abſoluit, vel ligat. Credendum eſt igitur & contendum, quòd effectus ſacramentalis abſolutionis ritè factæ (ſcilicet a debito miniſtro, debita forma, ſuprà diſpoſitam materiam, ſcilicet peccatorum cõfitentem dignum abſolutiõne) eſt peccatorum remiſſio, quàm authoritatiuè quidem ſolus Deus facit: miniſterialiter autem miniſter ipſe Chriſti ſacramento mediante efficit. Sic enim ad literam impletur illud, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: non quòd prius ecclesia remittat, quàm Deus, tanquàm Deus eccleſiæ iudicium ſequatur. Non enim dicit, Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, in futuro: ſed remittuntur in præſenti: ad denotandum, quòd ipſa per miniſtrum remiſſio eſt vna atque eadem cum remiſſione, quàm facit Deus. Illam quippe vnam & eandem remiſſionem peccati, quàm ſacerdos miniſterialiter facit, efficit & Deus authoritatiuè: ſicut eandem conuerſionem panis in corpus Chriſti, quàm ſermo Chriſti per os ſacerdotis operatur, efficit Deus authoritatiuè. Et licet olim dubia fuerit hæc quæſtio, hodie tamen determinata eſt in concilio Florent. ſub Eugenio 4. Vbi dicitur, Effectus huius ſacramenti eſt abſolutio à peccatis. Abſolutio inquit non declaratio, non pœna. Et rurſus, effectus ſacramenti huius, dixit, non effectus ſolius Dei. Et hinc patet, quòd ſacerdos abſoluendo ſeruatis ſeruandis & in veritate abſoluit a peccatis, & per viam ſequelæ declarat pœnitentem abſolutum, & certificat (humana tamen coniectura) peccatorem de peccatorum remiſſione. Remanet enim ſemper ſecundum communem legem peccator ambiguus de conſecuta apud Deum remiſſione: quia ſemper reſtat ambiguum nobis, an ea vel cum infuſa charitate ſacramentum ſuſceperit penitentiæ. Quocirca nouitia opinio relata, non opinio, ſed error eſt: pro quanto efficaciã adimit ſacramento penitentiæ ſine credulitate effectus in ſeipſo, & nulli conferri veniam remittente ſacerdote dicit, niſi credat ſibi remitti: & quòd intolerabilius eſt, nec intelligibile, manere ſcilicet peccatum etiam remiſſione facta, & gratia donata, niſi credat penitens peccatum remiſſum. Indigna nempe ſunt hæc non ſolùm eruditorum, ſed quorumlibet Chriſtianorum auribus. Et quo ad illorum impugnationem ſeruandum eſt illud Philoſophi, Quolibet proferente contraria, ſolicitum eſſe, ſtultum eſt. Conſtat enim Baptiſmum remittere peccata abſq; tali ſuſcipientis credulitate, vt patet in infantibus. Conſtat omnes ferè tremore Domini refertos ſemper dubios de diuina in ſe gratia, & penitentiæ & euchariſtiæ ſacramenta ſuſcipere, & ſic ambiguos perſeuerare. Imò & hoc ſacri doctores laudãt: & eius oppoſitum præſumptioni communiter aſcribitur, aut ignorantiæ.

Ad primam ergo obiectionem dicitur, ꝙ diuerſus remittendi modus omnes huiuſmodi authoritates manifeſtat. Solus enim Deus peccata remittit authoritatiuè: cum quo ſtat, quòd miniſter euangelicus authoritate à Deo conceſſa, peccata remittat miniſterialiter, mediante Chriſti ſacramento ad hoc ab ipſo Chriſto inſtituto.

¶ Ad ſecundam dicitur, ꝙ ſacramentalis abſolutio dicitur operari remiſſionem peccatorum dupliciter, vel in voto, vel in executione. Nam qui ante confeſſionem remiſſionem conſequitur, ex ſacramentali abſolutione in voto conſequitur (iuxta illud, Dixi, confitebor, & tu remiſiſti) proculdubio mediante confeſſione, ad quam tendens, Dixi, Confitebor, alioquin non oportuiſſet dicere, Dixi, confitebor: ſed ſat fuiſſet diſcere, Dixi aduerſum me iniuſtitiam meam Domino. Et ſiquidem ante abſolutionem conſequitur penitens remiſſionem peccatorum, per ſequentem abſolutionem augetur gratia remiſſiua peccatorum: ſi verò non prius conſequutus eſt veniam, conſequitur per abſolutionem, ſi tamen (vt dictum eſt) dignus abſolutione tunc eſt. Nec hæc ex proprio arbitrio dicimus, ſed ab vniuerſa eccleſia accipimus, confitente vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum: per omnia ſimiliter intelligendo, vt diximus, ſcilicet ꝙ Baptiſma in executione remittit peccata in illo, in quo inuenit peccata non remiſſa ex Baptiſmo in voto, & dignè ad Baptiſmum accedit: in quo autem remiſſa ea ipſo in voto inuenit, gratiam auget. Hæc enim varietas non ex defectu ſacramentorum, ſed ex varia diſpoſitione participantiũ ſacramenta prouenit. Auguſtæ die primo Octobris, 1518.

TRACTATUS DECIMUSNONUS
De Excommunicatione, cuius eſt vnica.

QUAESTIO I.

Num excommunicatio priuet à participatione interiori fidelium.

VTRUM Excommunicatio priuet à participatione interiori fidelium. Et videtur quòd non. Primò: quia excommunicatio non tollit plus quàm eccleſiaſtica authoritas iuriſdictionis poteſt conferre: eſt enim excommunicatio actus poteſtatis, non ordinis, ſed iuriſdictionis: quàm non dedit Chriſtus maiorem in auferendo, quam in concedendo, quum ipſe ſit magis pronus ad inferendum bona, quàm mala. Sed eccleſiaſtica huiuſmodi poteſtas non poteſt dare fidem, ſpem, & charitatem, per quas quilibet fidelis participat interius aliorum fidelium bona: ergo non poteſt tollere huiuſmodi participationem interiorem.

¶ Secundò, quia excommunicatio communiter ſe habet ad iuſtam & iniuſtam: eſt enim vtraq; efficax ad ligandum: quia, vt Greg. dicit, & habetur 11. quæſt. 3. ſententia Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda: ſed excommunicatio iniuſta non priuat excommunicatum communione interiori, ſed ſolùm exteriori: ergo excommunicatio ſimpliciter non priuat niſi externa communione fidelium. Et confirmatur: quia in ſacra Scriptura nunquam inuenitur excommunicatio niſi pro priuatione ab externis actibus, ſeu cum ſola extrinſeca pœna, vt patet diſcurrenti per epiſtolas Ioãnis & Pauli, in quibus nihil aliud inuenitur prohibitum niſi extrinſeca communio: nã quum tradebantur Satanæ, ſolùm extrinſecè vexabantur, vt patet ex eo, quod ibi dicitur, Vt ſpiritus ſaluus fiat, primæ ad Cor. 5. Non niſi voluntariè ergo dicitur, ꝙ excommunicatio priuet ſpiritualibus ſuffragiis eccleſiæ.

IN OPPOSITUM Eſt Magiſter ſentent. in 4. diſtin. 4. quem communiter doctores in hoc ſequi videntur.

¶ Ad euidentiam quæſt. huius ſciendum eſt, ꝙ oportet extremum vtrunque vitare, ne in errorem incidamus. Tria ſiquidem inueniuntur in communione fidelium, quatenus fideles ſunt. Vnum eſt cõmunio extrinſeca in ſimul orando, vt ſit conueniendo in eccleſia ad miſſarum, aliorùmque diuinorum

officiorum

officiorum ſolẽnia: & hoc eſt vnũ extremum. Aliud eſt Sanctorum cõmunio, quę fit per charitatẽ vnien tem Christi membra ſecundũ idẽ formatam capiti Chriſto, & reliquis Chriſti mẽbris ſimilibus: & hoc eſt alterũ extremũ. Tertiũ eſt cõmunio fidelium ſecundum cõmunia ſuffragia, quæ in eccleſia ex inſtitutione eccleſiæ fiunt, vt patet in orationibus & miſſis: & hoc eſt mediũ. Dupliciter ergo contingit in propoſito errare, vel dicendo ꝙ excõmunicatio aufert ſolã intrinſecã cõmunionẽ, vel dicendo ꝙ excõmunicatio tollit directè omnem communionem, vtrũque enim eſt falſum, vt patebit. Verum autem eſt, ꝙ excommunicatio tollit extrinſecã & intrinſecam quo ad communia ſuffragia communionem fidelium, & ſupponit ablatam cõmunionẽ Sanctorum per charitatem. Pro quorum intellectu (quia de externa cõmunione non eſt dubium) videnda eſt primò differentia inter dictas duas cõmuniones internas: & monſtrandum eſt deinde, ꝙ altera earum per excõmunicationem aufertur. Cõmunio fidelium quum conſiſtat in conferendo & recipiendo: oportet ꝙ interna etiam communio conſiſtat in collationibus & receptionibus. Et collatio quidem fit meritis, orationibus, atq; ſuffragiis apud Deum adiuuantibus & intercedentibus pro aliis. Receptio aũt fit ſuſcipiendo ex aliorũ ope vel gratiã, vel gratiæ augmentum, vel protectionẽ diuinæ aſſiſtentiæ à malis preſeruantis, vel ad bonũ promouentis, & huiuſmodi. Verùm collationes horum ſpiritualium auxiliorum ex duplici oriuntur cauſa. nam quandoq; oriuntur ex charitate immediatè, vt quum in charitate cõſtitutus ex priuata intentione orat, operatur, affligitq; ſe pro aliis, & impetrat illis vel gratiam, vel gratiæ augmentum, vel adiutorium contra tentationes, & huiuſmodi. Vel ex charitate mediante inſtitutione, vel actione eccleſiæ, vt quũ ex miſſis diuiniſq; officiis aliquis adiuuatur ad bonum operãdum, vel ad malum vitandũ, hæc. n. ex charitate, ſancta matre eccleſia inſtituente ſunt, & pro cõi eccleſiæ bono ordinata, & pro ſingulis eius membris agit ea, iuxta ſingulorum fidem deuotionemq; offerentium. Et ad hoc collationum genus, ſpectat ſacramentorũ collatio, quæ Chriſti fidelibus diſpenſantur, quoniam actione eccleſiaſtica conferuntur. Quocirca inter communionem internam ſecundum charitatem immediatè, & communionem internam mediante eccleſiæ inſtitutione, ſeu actione, ex parte receptorum non eſt differentia ſecundũ ſubſtantiã, ſed ſecũdum magis & minus, niſi quo ad gratias ſacramentales, quoniam oĩa illa ſpiritualia dona, quæ ego poſſum recipere ex vna cõione, poſſum recipere ex alia, & econtra, excepta (vt dictũ eſt) ſacramentali gratia, vt putà charactere in ſacramento confirmationis, & ſimiliter in ſacramento ordinis, hæc. n. non põt quis accipere ex communione ſolius charitatis: ſed oportet interuenire communionem ſecundum eccleſiaſticã ſacramenti actualẽ ſuſceptionem. Communio ſiquidem in ſacramentis in voto tantũ, ſtat infra limites communionis charitatis: ſed cõmunio in ſacramentis ſecundum rem, ad communionẽ actionis eccleſiaſticæ ſpectat. Et hinc patet, ꝙ recepta differunt ſecundum magis & minus: quia conſtat, ꝙ maior gratia hĩ, quũ ſacramenta actualiter ſumuntur, quàm cum in voto tantum. Ex parte aũt collationis inuenitur magna differentia ſecundum ſubſtantiam, quoniam interna cõio charitatis immediatæ, in meritis, orationibus, ſuffragiiſque priuatis conſiſtit. Communio autem charitatis ad intima penetrans mediante eccleſiæ actione, ſeu inſtitutione in meritis, orationibus, ſuffragiiſque cõibus (hoc eſt in ipſius eccleſiæ & ſacramẽtis & ſacramentalibus) vt in actionibus conſiſtit. Orat. n. eccleſia, ſuffragaẽ, meretur, ſacramenta dat & ſacramentalia, ex charitate proculdubio: & his efficit apud Deum, vt non ſolum eccleſia, ſed ſinguli fideles bonum gratiæ, aut augmentum, protectionem, & reliqua bona habeamus, niſi obicem ponamus. Ad primã cõmunionẽ ſpectat illud, Particeps ego ſum omnium, timentiũ te: Ad vtranq; ſimul ſpectat articulus fidei, Sanctorũ communionem, quoniam ad illum ſpectat communio in ſacramentis. Prima communio nõ eſt propriè niſi exiſtentis in charitate: ſecunda autem ad Chriſtianos etiam in peccato mortali exiſtentes ſe extendit: nam & pro peccatoribus eccleſia orat (& frequenter exauditur) etiam prouentis ex hoc quòd miſſas celebramus pro conuerſione peccatorum. Hæc aũt dicta ſunt adeò nota, vt nulla egeant probatione: quoniã ex ritu eccleſiæ apparet eorũ veritas.

¶ His aũt præmiſſis manifeſtum eſt, ꝙ excõicatio quia extra eccleſiæ cõionẽ ponit, ab actionibus, in quibus eccleſiaſticæ charitatis communio conſiſtit in actionibus, ſeparat: & conſequenter à receptionibus, quæ ex illis actionibus proueniunt, ſegregat. Et quia inter hæc multa ſunt interiora bona animæ, conſequens eſt, vt excõicatio à communione multorum internorum bonorum ſeparet excommunicatum. Quòd autem excommunicatio extra eccleſiæ communionẽ ponat, quo ad actiones eccleſiæ (ex quæ extera pendent) manifeſtatur ex eo ꝙ eccleſia non orat pro excõicatis. Conſtat enim ꝙ non licet celebrare pro excõicatis: imò, vt Bernardus dicit, vide quàm mala ſit excõicatio, ꝙ in Paraſceue eccleſia pro Iudæis & Paganis orat, ſed non pro excõicatis. Probaturq; hoc radicaliter ex euangelica doctrina: conſtat. n. ꝙ eccleſia non orat ſecundum cõmunem legem niſi pro fratribus noſtris: ſed excõicati non ſunt noſtri fratres: ergo, &c. Minor patet ex eo, quòd Saluator noſter Matth. 18. (vbi excõicandi authoritatem eccleſię dedit) dixit de excõicato, Sit tibi ſicut ethnicus, id eſt Gentilis. VB. manifeſtè apparet, ꝙ excommunicatio ex fratre facit nobis ſicut Gentilem: vnde Aug. dicit: Noli illum iã reputare in numero fratrũ tuorũ: ergo. Amplius, Si excõicatus extra eccleſiã ponitur quo ad externa tãtum, ſequitur ꝙ excõicatio non egeret authoritate Chriſti quoniã quilibet princeps, quælibet ciuitas, quælibet communitas poteſt externã ſuam communionẽ ponere. Conſtat autẽ Chriſti authoritate excommunicationem fieri, Matth. 18 vbi ſubiungit, Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis ſuper terrã (gloſſa, vinculo anathematis) vbi Chryſo. dicit, Vide qualiter duplicibus colligauit neceſſitatibus: & pœna, q̃ hic eſt, ſ. proiectione ab eccleſia, ſit tibi ſicut ethnicus: & ſupplicio futuro, ꝙ eſt eſſe ligatum in cœlo. Amplius, Eccleſia extra ſeipsã excõicatũ eiiciendo, ab oĩbus his ſeparat, quæ ſuis membris confert: ſed ipſa eccleſia ſua inſtitutione & actione cõfert membris ſuis cõeis orationes, ſuffragia, & huiuſmodi: ergo hæc tollit excõicãdo, & ad hæc admittit reconciliãdo. Maior patet ex eo, ꝙ excõicatio eſt ſuprema pęna eccleſiæ, nõ eſſet aũt ſuprema: ſi non tolleret totũ ꝙ eccleſia dedit, quoniã adhuc maior ſupereſſet pena. ſi adhuc reſtaret ſeparãdus excõicatus ab his, quæ dedit & dat continue ipſa ſuis membris. Minor probat. quia eccleſia inſtituit miſſas non ſolum pro eccleſia in cõi, ſed pro ſingulis, vt patet in canone miſſæ, vbi dĩ ꝓ eccleſia tua ſancta catholica, quò ad primum, & omnibus orthodoxis, atque catholicæ & apoſtolicæ fidei cultoribus, quò ad ſecundum. Inſtituit ẽt in Memento pro aliquis ſingularibus orari, inſtituit horas canonicas, & orationes pro fidelibus, vt patet. Hæc omnia eſſe ſuffragia & ab eccleſia & in perſona eccleſię quis dubitat, ñ eget rõne, ſed ſenſu. Et ſic patet

excommunicatū eſſe alienum ab actionibus communibus, quibus eccleſia communicat ſuis fidelibus. Et patet conſequenter alienum quoq; eſſe à fructu illarum actionum: hoc.n. manifeſtè ſequitur. Et quia fructus actionum illarum ſunt adiuuari ad gratiam, vel gratiæ augmentum, ad bene operandum, ad declinandum à malo, ad reſiſtendum diabolo, &c. ideo patet ꝙ à multis internis bonis excõicatio ſeparet. Et cõfirmatur authoritate Aug. de verbis Apoſtoli, ſermo. 68. Omnis Chriſtianus qui à ſacerdotibus excõmunicatur, Satanæ traditur. Quomodo? quia. ſ. extra eccleſiam diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica communione remouetur. Vbi habes quomodo extra eccleſiam intelligit Aug. non eccleſiam materialem, non extrinſecam communionē. ſed extra Chriſtum. Repliãdo autem dicit, quaſi diabolo traditur: quia non traditur diabolo poſſidendus. ſed corripiēdus. Ad idem eſt authoritas Hierony. Quorum dimiſeritis peccata, &c. id eſt, quibus eccleſia interdixerit, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis ianua regni cæleſtis clauſa erit. Et habentur 11. q. 3. ambæ authoritates. Ex quibus patet ꝙ excõmunicatio ab internis bonis excludit (quæ regni cæleſtis ianuā aperiunt) pro quanto priuat excommunicatum à cõmunibus eccleſiæ ſuffragijs: per quæ interna bona à diuina miſericordia ſuauiter omnia diſponente ad nos deſcendunt.

¶ Ad obiectionem Ergo primam in oppoſitum dicitur, ꝙ licet omnia ſuffragia ex charitate prodeāt non tamen omnia eodem modo à charitate ordinata procedunt. Sed quædā procedunt immediatè per ſolas priuatas intentiones ſeu actiones fidelium: & horum communio ſpectat ad charitatem: & iſta non tolluntur directè per excommunicationem, ſed præſuppoſitiuè tolluntur per eam, quia excommunicatio non incurritur abſque mortali peccato tollente charitatem, & conſequenter communionem iſtam. Quedam autem ſuffragia procedunt ex charitate per eccleſiæ actionem vt ſunt communia ſuffragia, quæ in perſona eccleſiæ fiunt: & horum cõio ſpectat ad fideles omnes ab eccleſia non præciſos: ſunt.n. hæc communia fidelibus omnibus etiam exiſtētibus in peccato mortali, vt probatum eſt. Et hæc eſt dña inter hominem fidelem exiſtentē in mortali peccato abſque excõicatione, vel cum excõicatione. ꝙ non excõmunicatus adiuuatur à pia matre communibus eccleſiæ ſuffragiis: excõmunicatus autem non adiuuatur per illa, ſed ſibiipſi relinquitur vt gentilis, iuxta domini præceptum: non tamen omnino deſerit illos mater eccleſia: quia requirit illos, vt reſipiſcant: nec ſalutē eorum ſicut nec Paganorum negligit, vt Aug. vbi ſuprà ſubiungit. Et ad hanc ſolicitudinē vltra perſonale onus ſpectat, ꝙ eccleſia obligat clericum excõicatum ad horas canonicas, ſicut & omnes excõicatos ad ieiuniū ab eccleſia inſtitutū. Conceditur igitur ꝙ excõicatio non niſi præſuppoſitiuè tollit cõmunionē charitatis: ſed cum hoc ſtat, ꝙ directè tollit communionem ſuffragiorū cõmunium eccleſiæ: ac per hoc internorū bonorum, quæ ſunt illorum ſuffragiorum fructus: quia iſta nõ ſpectant ad cõionem charitatis immediatè: de qua ſola dictū eſt, Particeps ego ſum omniū timentiū te: quãuis hæc verba verius intelligenda ſint in perſona veri mēbri eccleſiæ non præciſi ab ea: hic.n. verè dicit, Particeps ego ſum, &c. quia omnium ſimpliciter eſt particeps. Ad ſecundam dr̄, ꝙ propriè loquendo excõmunicatio iniuſta quo ad ipſam, (puta pro non crimine,) non eſt excõicatio ſimpliciter & abſolutè. ſed ſecundum quid tantum, hoc eſt in foro iudicia.i. Et ꝙ non ſit ſimpliciter excõicatio, patet ex illa vniuerſali, Iniuſtū iudiciū non eſt iudicium: excõicatio.n. quoddam iudicium eſſe ſic manifeſtatur facilè: quia excõicatio actus iudicis eſt: actus autem iudicis eſt ius dicere: conſtat autem ꝙ dicere iniuſtum non eſt dicere ius. Et ſimiliter excõicare eſt ius tale dicere, iniuſta autem excõmunicatio eſt iniuſtum tale dicere: nõ igitur eſt excommunicatio, ſi iniuſta eſt ſecundum ſubſtantiam excommunicatio. Secus autem eſt de iniuſta ex parte motiui: puta, quia ille poteſt excõmunicari ex ſuo crimine, ſed tamen ego non moueor niſi ex odio ad excõicandū. Hæc.n. communicatio eſt iuſta ſecundum ſe, quãuis ſit iniuſta ex parte motiui: & ideo eſt verè excõicatio, & omnes excõicationis effectus ſecum fert. Sed excommunicatio ſecundū ſe iniuſta, non fert ſecum excommunicationis effectus, niſi in foro exteriori: non eſt.n. ſic cõmunicatus priuatus ſuffragiis eccleſiæ ſecundum veritatē: quia non eſt verè excõicatus in cælo: quia non eſt eccleſiæ non auditor, ac ꝑ hoc non ſicut ethnicus, Vñ Aug. de verbis Dñi Matth. 18. cœpiſti habere fratrē tuum tanquā publicanum, ligas illum in terra, ſed vt iuſtè alliges, vide: nam iniuſta vincula diſrumpit iuſtitia. Parere tñ excommunicationi debet, ab extrinſeca communione ſe abſtinendo: quia in foro extrinſeco ligat. Et hoc eſt quod Gregorius docet, dicens, ꝙ ſententia paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda. Secus autem (vt communiter dr̄, & bene,) eſſet, ſi ſententia eſſet nulla, hoc eſt inualida etiam in foro exteriori: ita ꝙ inter excommunicationem iniuſtam, & nullam non eſt differentia, quia illa excommunicatio ſit, & iſta non, (neutra enim eſt excommunicatio abſolute) ſed quia illa eſt excommunicatio in foro exteriori, hæc autem in nullo foro, & ideo nulla dicitur. Et eſt quando continet errorē intolerabilem vel in facto, puta ſi excommunicatur quis, quia non tenet concubinam, vel in iure vt ſi excommunicetur poſt legitimam appellationē ab eodem, & huiuſmodi: vt habes in gloſſa dicti cã. Non ergo communiter ſe habet excommunicatio ad excommunicationem iuſtam & iniuſtam: ſed ly iniuſta eſt conditio diminuens rationem excommunicationis: ſicut homo non ſe habet communiter ad hominem verum & pictum. Et propterea non eſt de natura excommunicationis iudicandum, ſecundum ꝙ ſalnatur iniuſta: ſed ſimpliciter & abſolute, prout eſt in ſua integra ratione & efficacia, quam ſolum ſignificat excõicatio, proprie & formaliter loquendo, quoniam actus eſt iudicis dicentis ius. Ad confirmationem dicitur, ꝙ ex ſacra Scriptura habetur excommunicatum priuatum eſſe ſpiritualibus bonis & regno cælorum, Matth. 18. Ex eo.n. ꝙ eccleſiæ ſit vt ethnicus, priuatur eccleſiæ ſuffragiis: ſicut Gentilis expers eorum eſt. ex eo autem quòd ligatus eſt in cælo, priuatur bonis ſoluentibus vincula cæleſtia. Habetur quoque idem ex ipſa forma ſoluentibus vincula cæleſtia. Habetur quoque idem ex ipſa forma excommunicationis: nã ea, quæ extra fiunt ab eccleſia, ſunt ſigna eorum quæ ſunt intus, ſi error non interuenit. Et propterea ex hoc ipſo, ꝙ eccleſia ab eccleſiaſtica communione exterius ſeparat hominem excommunicando, ſignificat illum ab interna communione eccleſiæ ſeparari. In cuius ſignum in primitiua eccleſia etiam ſenſibiliter poteſtati dæmonum excommunicati tradebantur, quaſi à Chriſto exciſi. Nec eſt verum ꝙ in primitiua eccleſia ſola externa pœna excommunicati mulctabantur: ſed vltra internas addebantur externæ pœnæ à diabolo: ſicut vltra interna bona in primitiua eccleſia boni viſibiliter viſitabantur à Spiritu ſancto, Loquentes linguis, &c. Nec obſtat quod dicitur, Vt ſpiritus ſaluus fiat: quoniam hoc ſpectat ad finem. conſtat autem quòd excommunicatio priuat etiam ſuffragiis eccleſiæ, & relinquit

hominem ſibiipſi, vt reſipiſcat, vt ſpiritus ſaluus fiat: eſt.n. velut medicina quædam in ea. quoniam medicina lr. da ſen. excõ. li. 6. Auguſtæ, die 29. Octobris 1518.

TRACTATVS VIGESIMVS.
De Iniunctis pœnitentiis vnica quæſtione contentus.

Num pœnitentia iniuncta a confeſſore ſi non impleatur in hac vita, exoluenda ſit in alia.

QVAERITVR Vtrùm pœnitentia ſecundum canones impoſita à confeſſore, ſi nõ impleaẽ in hac vita, exoluẽda ſit in illa vita. Et vr̃ ꝙ non: quia nec canones pœnitẽtiales, nec ſentẽtiæ hominis intelliguñ ĩponi, niſi in hac vita, vt patet diſcurrẽdo. Et cõfirmanẽ, quia mortui ſunt extra territoriũ humani iuris: conſtat aũt impunè poſſe non pareri extra territorium ius dicenti.

¶ In oppoſitum eſt communis eccleſiæ ſenſus.

Ad euidentiam huius ſciendũ eſt, ꝙ pœna ritè impoſita, quæ in hac quæſtione nuncupaẽ pœna canonica, duo in ſe cõtinet. Alterum eſt id ꝙ ꝓ culpæ ſatisfactione debeẽ: quoniã niſi pœnitens remaneret debitor ad ſatisfaciendũ diuinæ iuſtitiæ nulla deberet ei pœna ĩponi Claues.n. eccleſiæ ſicut nõ ſoluunt in veritate niſi dignos abſolutione, ita non ligãt ſecundũ rei veritatẽ niſi alligatione dignos: ſic.n. & nõ aliter confeſſor exhibet ſe Xp̃i miniſtrum, vtendo claue poteſtatis. Vnde ad diſcernendum dignos ab indignis, data eſt ei altera clauis, ſ. authoritatis diſcretiuæ. Alterum eſt id ꝙ cõfeſſor apponit, ꝙ ſe hẽt ad primum ſicut determinatum ad indeterminatũ, & ſicut qualitas ad ſubſtantiã, ſ. vt accidentale ad ſubſtantiale. Nã ad ſatisfactionẽ ꝓ peccato, ſubſtantialiter exigiẽ, ꝙ pœna ſufficienter exoluaẽ: an aũt tali vel tali pœna ſatis à ſuo fieri dẽat ꝓ indeterminato habeẽ donec à Deo vel hõie determineẽ: putà ꝙ ieiunet, peregrinetẽ & huiuſmodi. Et quoniã poſſunt etiã hæ determinationes mutari (vt patet quum impoſita pœnitentia cõmutaẽ), & ſubſtantiale debitum ſatisfactionis, ꝙ erat quaſi veſtitum priori qualitate pœnitentiæ induit ex cõmutatione nouã qualitatem: putà, ſi prius erat ſub forma orationis, & poſteà mutaẽ in forma eleemoſynæ) ideò vt accidentale ad ſubſtãtiale, & vt determinatio ad determinabile ſe habet ꝙ apponiẽ à cõfeſſore ad id, ꝙ pro peccati ſatisfactione exoluendum reſtat. Importat ergo canonica pœna, non ſolas qualitates appoſitas ab homine ſecundum canones, nec ſolã ſuppoſitã penã peccato debitã, ſed vtrunq;. Ita ꝙ inter pœnã debitã pro ſatisfactione peccati ſimpliciter & abſolutè, & pœnã canonicã, hæc eſt differentia, ꝙ illa primo modo ſignificaẽ nuda: ſecundo aũt, hoc eſt per pœnam canonicam, ſignificatur veſtita per determinationes à cõfeſſore canonicè appoſitas.

Pœna canonica pœnitentibus iniungẽda.

¶ Quocirca ad propoſitã quæſtionem rñdendum cum diſtinctione eſt, vt vterq; extremus error viteẽ. Nã ſi dicaẽ ꝙ pœnitens non remanet poſt hãc vitã obligatus, errabunt multi, inferentes ex hoc ꝙ mors abſoluit omnes à penis debitis pro peccatis dummodo hic fuerint impoſitæ à confeſſoribus & acceptatæ, quamuis non exoluerint omnes. hoc.n. clarè cõſtat eſſe erroneum. Et rurſus ſi dicaẽ: ꝙ pœnitens remanet obligatus poſt hãc vitã errabunt fortè aliqui, ſumentes ex hoc alterum extremum, ſ. ꝙ mortui tenentur ad ieiunia, peregrinationes, &c. ꝙ eſt ridiculum.

¶ Dicaẽ ergo ſecundum diſtinctionem iã dictam & probatã, ꝙ pœna canonica non remanet exoluenda quãtum ad qualitatem ab homine appoſitam, & ex hoc ſequiẽ, ꝙ non teneanẽ ad ieiunia, & alia huius vitæ opera mortui. Remanet autem quo ad ſubſtantialem pœnã. & ideò ſequiẽ, ꝙ poſt mortem tenenẽ exoluere ꝙ hic non ſoluerunt. Ratio autem quare remanet quoad ſubſtantiale eſt, quia ſatisfactio ſubſtantialis erat debita ex ipſo peccato, ſecluſa impoſitione canonis & ſacerdotis: & nunquã eſt ſoluta in hac vita. Ex hoc.n. conuinciẽ primò, ꝙ aut nunquam exolueẽ: & ſic peccatum remanebit abſq; ſatisfactione (ꝙ eſt impoſſibile in his qui ſaluanẽ) aut ꝙ exolueẽ poſt hanc vitã: ꝙ eſt veriſſimum, & à catholica eccleſia cõfeſſum. Conuinciẽ ſecundò, ꝙ non eſt eadẽ ratio de remanſione poſt hanc vitam pœnitentiæ ſacramentalis quo ad ſubſtantiale, & de aliis pœnis vel operationibus impoſitis à iure humano, vel ab homine: putà ꝙ dicamus horas canonicas, ꝙ ieiunemus in Quadrageſima & huiuſmodi. Manifeſta ſiquidẽ eſt diuerſitatis ratio, ex hoc quòd pœnitentia ſacramentalis claudit in ſe pœnam debitam ſimpliciter pro ſatisfactione peccati ratiõe cuius remanet: quia pœna ſimpliciter debita peccato, non hic tantum, ſed aut hic aut in futuro exoluenda eſt, ſi in patriã cæleſtem ingreſſus patebit. pœnæ autem & operã alia ſolũmodo p̃ſentis vitæ exercitationes debitas cõtinent: & ideo cum vita præſenti totaliter ſpirant.

Et per hoc patet reſponſio tam ad primam obiectionem, quàm ad ſecundam: vtraq; enim loquitur de vinculo canonum quo ad id, quòd ex ſolo humano vinculo pendet. Pœnitentiam autem ſacramentalem remanere conſtat non ex canonis vinculo, ſed ex eo quòd ipſa clauditur pœna ſimpliciter peccato debita hic, aut in futuro, tã hominis, quàm canonis arbitrio ſecluſo. Auguſtæ die 30. Septembris. 1518.

TRACTATVS VIGESIMVSPRIMVS.
De Sigillo Confeſſionis vnica quæſtione contentus.

QVAESTIO I.

Num confeſſor teneatur occultam ſeruare deliberationem, confitentis ſe omnino occiſurum regem, aut Pontificem ſummum.

QVAERITVR Vtrùm confeſſor teneatur occultam ſeruare deliberationẽ confitentis ſe omnino occiſurum Regem, aut Pontificem ſummum.

¶ Videtur enim quòd non. Tum quia confitens non habet contritionem, aut attritionem de tali deliberatione, & conſequenter non eſt occultanda à ſacerdote, ſicut nec à Deo occultatur. Tum quia peccatum cadens ſub ſigillo confeſsionis eſt commiſſum, non committendum: cum confeſsio non ſit de futuris. Sed homicidium eſt futurum: igitur licitum eſt reuelare, vt caueat.

In oppoſitum autem eſt authoritas Theologorũ in 4. diſtin. 21. ibi enim communiter tenent, quòd in nullo caſu etiam infectionis hæreſis licet reuelare peccatum in confeſsione detectum: vt patet in ſancto Tho. Sco. Petro de Palude.

Hęc quæſtio mota eſt occaſionaliter quidem propter quendam reuerendiſsimum dominum Cardinalem, qui hoc percontans iuſsit, vt ſcriberem, complectiue autem propter opinionem Panormi. in ca. omnis vtriuſque ſexus. de pen. & remiſ. Vnde duo facienda ſunt. Primò fundabitur illius opinio. Secũdo confutabitur, oſtendendo quid ſentiendum, & ſic ſatisfiet obiectis.

Quò ad primum, Panorm.ex quibuſdam Innocentij verbis in eodẽ ca. motus dixit, q̃ cõfeſſor põt reuelare ne eueniat tantũ malum: dixitq; hoc ſentire Innocentiũ, & fundatq; ſe ſuper rõnibus in principio adductis. Sed vt melius veritas eluceſcat, fundatur opinio iſta ſic iuxta verba Innocentij. Illa tantũ cadunt ſub ſigillo confeſſionis, quæ à pœnitẽte, inquantũ pœnitens eſt, dicuntur. Sed obſtinatio ſua ad occidendũ, non dr̃ ab eo, inquantũ eſt pœnitens: quia implicat eſſe obſtinatũ & pœnitentẽ reſpectu eiuſdem: ergo. Præterea, ex parte peccati & in idem redit. Illa tantum cadunt ſub ſigillo confeſſionis, quæ reuelantur vt occultabilia ſacramento confeſſionis. Sed obſtinatio ad futurũ homicidium non reuelatur, vt occultabilis per ſacramentũ: quia implicat proponere, vt abſolubile, & vt pertinax: ergo. Et ſimiliter põt fundari ex parte cõfeſſionis. Quia ſcilicet ad illa tantũ ſe extendit ſigillum, ad quę ſe extendit miniſteriũ confeſſoris actu vel potentia: ſed ad obſtinationem nullo modo ſe extendit: ergo. Hæc de primo.

Quo ad ſecundũ. Iſta opinio tripliciter errat, primò à veritate: ex triplici.n.capite oſtendit, talẽ obſtinationem ſub ſigillo cadere confeſſionis. Primò, quia eiuſdẽ rõnis eſt cõfiteri peccatũ vt abſoluendũ, & confiteri impedimentũ prohibens abſolutionẽ, vt patet ex eo, q̃ ad eundẽ iudicem & in eodẽ foro ſpectat noſſe vtrunq; quid abſoluendum ſit, & an adſit impedimentũ aliquod, alioquin nõ poſſet niſi caſualiter rectè abſoluere. Sed obſtinatio in peccato, reuelatur & cognoſcitur vt impedimentũ prohibens abſolutionẽ: ergo eiuſdem rationis fori & iudicis ſunt: ſed conſtat peccatum reuelari à pœnitente miniſtro Dei: ergo & obſtinatio. Et per hoc patet defectus fundamenti opinionis aduerſæ, quoniã pœnitens in quantũ pœnitens non ſolùm dicit ea, quorũ pœnitet, ſed impedimenta veræ pœnitentiæ, & ſic dicit ſe obſtinatũ. Et ſimiliter non ſolũ q̃ proponitur vt occultabile per abſolutionem, ſed q̃ apponitur vt impedimentum abſolutionis, infra ordinẽ occultabilium clauditur. Et ſimiliter ad miniſteriũ confeſſoris pertinet non ſolùm abſoluere, ſed impedimẽta abſolutionis cognoſcere. Secundò, quia ſermones, circunſtantiæ, & vniuerſaliter quicquid dictum pandit hoc peccatum cõmiſſum & cõfeſſum huius perſonæ, cadit ſub ſigillo confeſſionis. Sed manifeſtare homicidiũ hoc committendũ, pandit peccatũ iã commiſſum, ſ. voluntatẽ, qua deliberauit ſe homicidium commiſſurum: ergo cadit ſub ſigillo confeſſionis. Et ex hoc ruit ſecunda ratio in principio adducta ex Panor. Nõ enim vidit, q̃ in cõfeſſione illius obſtinationis reuelantur duo connexa.ſ.cõmiſſum propoſitũ, & cõmittendum factũ: & q̃ ſimiliter in reuelatione q̃ faceret confeſſor, non ſolũ reuelaret cõmittendũ factũ, ſed cõmiſſum propoſitũ. Tertiò, quia ſi obſtinatio huiuſmodi poſſet reuelari, ergo quantũ eſt ex natura ſacramenti, nulla obſtinatio de mortali caderet ſub ſigillo cõfeſſionis: & tunc ergo nõ eſſet reus violati ſigilli cõfeſſionis, quicunque reuelaret aliquem obſtinatũ in odio, in luxuria, in ſuperbia, &c. quæ ſunt manifeſtè contra communem eccleſiæ doctrinam: ergo. Et propterea S. Thomas vbi ſupra hanc opinionem erroneam reputauit in reſponſione ad primum.

¶ Errat ſecũdò à cõi Theologorũ doctrina in 4. vbi ſuprà, vbi & ſi aliquis obſtinatus in hæreſi cum periculo infectionis aliorum cõfiteretur, occultãdus de neceſſitate ſacri dr̃. Et ratio eſt: quia cõfeſſio immunda nihilominus cõfeſſio eſt ſacr̃alis, ſicut & Baptiſmus immundus verum ſacrũm eſt. Et tantò deteſtabilior eſt error iſte, quãtò materia hæc theologalis nõ canonica eſt, niſi per accidens, quia canoni inſerta: ſicut & materia de trinitate. Errat tertiò ab ipſo Innocentio, cui hanc imponit opinionẽ: vt.n.ex plana verborum Innocẽtij ſerie apparet, duæ ibi diſtinctiones ponuntur: altera de confeſſione, altera de fine confitentis. De confeſſione quidẽ: quia primo ponitur confeſſio ſacr̃alis, ſecundò confeſſio per modum ſecreti: ſ. Dico tibi hoc in pœnitentia, ſeu in cõfeſſione. De fine autẽ, quia aut propter partẽ pœnitẽtiæ ſuſcipiendã, & orationum ſuffragia & conſilium aĩæ ſuæ: aut propter auxilium vel conſilium nõ eius, ſed ad alia. Et dicit ibidẽ Innocentius de confeſſione primo modo propter finem ſpiritualẽ, q̃ cõfeſſor tenetur occultare, & q̃ nõ placet ſibi reſponſio dicentium, q̃ non reuelãtur vt miniſtro. Deinde addit de confeſſione ſecundo modo propter finem ſecularẽ: dicit q̃ tenetur manifeſtare non obſtante confeſſione. Ex quibus apparet, q̃ oppoſitum concludit eius, q̃ Panormitanus ſomniauit. Nec prima ratio in principio adducta de incontritione aliquid valet. Quia (vt patet ex dictis) & ſufficit q̃ manifeſtetur vt impedimentum contritionis, & confeſſio immunda verè ſacramentalis confeſſio eſt, &c. Vnde tu ſimplex confeſſor caue à ſumma angelica in hoc paſſu: quia neſciẽs quid diceret, ſcripſit ſibi placere opinionem Panormitani. Romæ die 13. Septembris 1504.

TRACTATVS VIGESIMVS SECVNDVS

De pollutione ex auditione Confeſſionis proueniente, vnica Quæſtione contentus.

QVAESTIO I.

Num confeſſor cognoſcens ex his quæ audit in confeſſione, ſequi in ſeipſo emiſſionem ſeminis ſibi diſplicentem, peccet mortaliter audiendo, vel proſequendo tales confeſſiones.

QVÆRITVR Vtrùm confeſſor cognoſcens ex his quæ audit in confeſſione, ſequi in ſeipſo emiſſionem ſeminis ſibi diſplicentem, peccet mortaliter audiendo, vel proſequendo tales cõfeſſiones. Et videtur q̃ ſic. Primò, quia omnis voluntaria ſeminatio extra matrimonium eſt peccatum mortale: ſed hæc eſt huiuſmodi: ergo. Probatur minor quia in poteſtate iſtius ſtat auferre cauſam pollutionis talis: voluntaria.n. eſt auditio talium, vt patet.

¶ Secundò, Quia ſicut tentatio carnis ex his proueniens, non excuſatur à peccato veniali (dicente Aug. q̃ nonnullum peccatum eſt cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum) ita ſeminatio ex eiſdẽ proueniens non excuſatur a mortali: eſt.n. huiuſmodi ſeminatio ſecundum ſe mortalis, ſicut tẽtatio venialis. Præterea, ſi excuſaretur à peccato mortali, hoc eſſet quia ſic eſſet voluntaria cauſa, quòd non eſſet voluntarius effectus. Sed hoc eſt impoſſibile in cauſis, ad quas naturaliter ſequitur effectus, & ſequela eſt cognita: quicunq; enim vult antecedens, vult conſequens neceſſarium naturali neceſſitate & cognitum quamuis diuerſimodè, quia antecedens directè, conſequens verò indirectè.

In oppoſitum vr̃, & eſt multorum opinio, quia ex retractione confeſſoris ab huiuſmodi, ſequeretur ſcandalũ cum pluribus inconuenientibus: putà q̃ bonus confeſſor non poſſet vacare ſaluti animarum, imò q̃ curatus, qui tenetur ad audiendas confeſſiones, teneretur omittere curam animarum, & quandoq; (ut puta in Paſcha) eſſet perplexus audiendo, vel omittendo, propter præceptum, quo alligatur pœnitens, &c.

Ad

Ad euidantiā huius dubitationis, primò manuducendus eſt intellectus ad cōcluſionē. Deinde intētio rōne firmāda eſt. Et ſic demū ſatisfiet obiectis.

Quo ad primum ſcito, quòd aliquid eſt dupliciter voluntarium. Primò in ſeipſo: cū ſcilicet aliquis vult illud facere, putà dormire. Alio modo in ſua cā, putà, cum aliquis vult bene comedere & bibere, quę ſunt cauſa ſomni: quamuis nō hoc velit vt dormiat. Voluntarium autem tantum in cauſa, nō refert quo ad bonitatem vel malitiam moralem, an in ſomno an in vigilia fiat: ex quo enim ſecundum cauſam tantum habet rationem voluntarij, in ea quoq; tantum oportet habere rationem boni vel mali moralis: & ſi in cauſa tantum conſiſtit moralitas, cætera erunt per accidens, & conſequenter per accidens erit, vtrùm in ſomno, vel vigilia effectus expleatur. Ex hoc ante ſequitur ꝙ quando pollutio eſt voluntaria in ſua cauſa tantum, non refert vtrùm pollutio ſequatur in vigilia, vel ſomnō, ac per hoc, ſi talis pollutio in ſomno non eſſet peccatum mortale, nec auferret virginitatem: ſi etiam eueniat in vigilia non auferret virginitatem nec erit mortale peccatum. Cùm autē in quæſtione propoſita ſeminatio non ſit voluntaria ſecundum ſe ipſam, ſed in ſua tantum cauſa, idem eſt iudicium de tali pollutione, ſi cognoſcitur quòd ſequitur ſtatim & vigilando, & ſi cognoſcatur ꝙ ſequetur nocte ſequenti dormiēdo. Ad hoc ergo quæſtio omnis venit, ꝙ ſi talis pollutio in ſomno non eſſet peccatum mortale, nec in vigilia, & ſi in vigilia, ꝙ & in ſomno. Nec obſtat his ſi dicatur ꝙ hoc non ſequitur quia in ſomno homo non pōt peccare, quia hoc non eſt verum niſi de peccato voluntario ſecundum ſeipſum, & quo ad actum electionis ſeu imperij: quia ſcilicet non poteſt tunc illud imperare vel eligere. Peccatum autem voluntarium in cauſa & in ſeipſo, poteſt homo committere in ſomno vt exequens. Mulier enim quæ ideò obdormit, vt à cō ſanguineo quaſi neſcia opprimatur, inceſtus rea eſt, & virginitatem vtráq; perdit, ſi ab eo dormiens cognoſcitur: electus eſt enim tunc ſomnus vt medium cōueniens ad perpetrandum peccatum. Nec minus reus eſt vtens ſeipſo dormiente ad peccādum, quam vtens miniſtri alicuius opera ad explendum homicidium, ꝙ cōtingit compleri dormiente eo qui præcepit. Pari igitur, imò eadem exiſtentem ratione boni vel mali in ſomno vel vigilia in propoſito cùm conſtet ex ſancto Tho. in 4. ſen. di. 9. quòd pollutio in ſomnis accidēs, cùm ſecundum ſe non eſt voluntaria, ſecundum cauſam conſideranda iudicandaq; eſt, & ꝙ pollutio proueniēs in ſomno ex cogitatione diſputatoris vel prædicatoris de materia venerea non eſt peccatum, proueniens verò ex cogitatione tali & delectatione abſque conſenſu eſt peccatum veniale: ſequitur ꝙ ſi pollutio ſecundum ſe non voluntaria in vigilia ex eiſdē contingat cauſis, eodem quoq; modo, aut non ſit peccatum aut ſit veniale. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ ſequela futura in ſomno, aut neſcitur, aut non conſideratur: ſequela autem, quæ tunc eſt, in vigilia, & ſcitur & conſideratur. Quoniam ſequela in ſomnis ſciri poteſt: tum quia naturalis cauſa eſt vt in pluribus, multiplicata enim imaginatio venereorum, naturalis eſt cauſa ſeminationis, vt experientia teſtatur: tum propriæ naturæ cognitione, tum quia ſi ſciret aliquis ſequelam futurā in ſomnis, non propterea peccaret. Et idem eſt iudicium de cōſideratione: poteſt enim quis conſiderare hoc actualiter: & ſi conſideraret, non propterea peccaret. Non enim cauſa quare talis prædicator aut diſputator non peccat aut non niſi venialiter peccat, aſſignatur: quia neſcit talem ſequelam, aut quia non aduertit: ſed quia cogitatio talis nullum peccatum eſt, delectatio verò ſine conſenſu veniale. Et confirmatur hoc: quia aliter non redderetur ratio de diſputatore & prædicatore abſolutè: ſed tali, ſcilicet ignorante aut inaduertente: cùm tamen de eis abſolutè ſit ſermo. Ex his igitur patet iam hoc demonſtratum eſſe, ꝙ huiuſmodi pollutiones, quæ ſecundum ſe non ſunt volũtariæ, ſed diſplicēt, ſiue in ſomno, ſiue in vigilia, tantum habent boni vel mali, quantum in ſua cauſa ſortiuntur. Si ergo auditio talium in confeſſione vel extra ſine peccato eſt, ipſa quoque ſequens pollutio ſine peccato eſt: & ſimiliter ſi cum peccato veniali ipſa quoque venialis eſt: & ſi cum merito, ipſa quoq; cum merito eſt. Cùm igitur confeſſor non ſolùm qui tenetur (vt curatus,) ſed quilibet vacans animarum ſaluti, ſine peccato quandoq; & quandoq; cum veniali tantum, & quandoque cum merito audiat falſa, interroget reſpondeatque: conſequens eſt, vt patiendo talem pollutionem quandoque non ſolùm non peccet, ſed mereatur, ac per hoc nec virginitatem perdit, ſi virgo eſt, nec eccleſiam polluit, ſi in eccleſia hoc accidit, quemadmodum nec perſonam ſuam ſacram polluit: ſicut nec ſi in ſomnis hoc pateretur. Hæc de primo.

Quo ad ſecundum: iam habetur ex dictis vna ex communibus ratio, ſ. ꝙ voluntarium in cauſa tātum, menſuratur in bonitate & malitia morali, ſecundum bonitatem vel malitiam cauſæ tantum: ſed hæc pollutio, (de qua eſt quæſtio,) eſt voluntaria in cā tantum, ergo, &c. Cum igitur cauſa quādoque nō mala quandoque bona ſit moraliter reſtat vt pollutio ipſa mala moraliter non ſit. Ex proprijs autē probatur dicta cōcluſio, & cætera, Voluntariū indirectè, id eſt, quia eſt in poteſtate voluntatis, nō imputatur voluntati ex eo quia pōt facere & non facit, ſed ex eo, ꝙ poteſt & debet facere, & non facit: vt patet in Prima ſecundæ Sancti Tho. quæſtione ſexta articulo tertio in cor. ar. vbi ſic dicit in forma. Voluntariū dr̃ ꝙ eſt à voluntate. Ab aliquo autē dr̃ eſſe aliquid dupliciter: vno modo directè, quòd .ſ. procedit ab aliquo, in quātum eſt agens, ſicut calefactio à calore. Alio modo indirectè, ex hoc ipſo quòd non agit, ſicut ſubmerſio nauis dicitur eſſe à gubernatore, inquantum deſiſtit à gubernando. Sed ſciendum, ꝙ non ſemper, id quod ſequitur ad defectum actionis, reducitur ſicut in cauſam in agens ex eo ꝙ non agit, ſed ſolùm tunc cùm poteſt & debet agere & non agit. Si enim gubernator non poſſet nauem dirigere, vel nō eſſet ei cōmiſſa gubernatio nauis, non imputaretur ei nauis ſubmerſio, quæ per abſentiam gubernatoris contingeret, &c. Hæc ille in forma. Voluntarium igitur indirectè, id eſt quia eſt in poteſtate voluntatis, nō imputatur voluntati ex eo quia pōt facere & non facit, ſed ex eo ꝙ pōt & dēt facere, & non facit. Sed in propoſito pollutio hæc non cadit ſub voluntario niſi indirectè (quia. ſ. volūtas non diuertit ab auditione, quæ eſt eius cā) & volūtas quamuis poſſit, non tñ debet diuertere à tali actu auditionis, cogitationis, & ſimilium: ergo hoc non imputatur voluntati. Declaratur minor, quia nullus artifex debet omittere inchoationē, aut proſecutionē operis propter defectus conſequentes ex neceſſitate materiæ ſtultè. n. aliquis omitteret conſtructionē ſerræ aut gladij ex eo, ꝙ rubiginē contrahent: propterea quia ex ferro fiunt: & ſic de aliis. Pollutiones autē & ſtimuli carnis in propoſito contingunt ex neceſſitate materiæ: ex eo enim quòd res venerea eſt materia purganda, lauanda, diſputanda, prędicanda, cogitanda eandem ex tali ſequela, ſequitur commotio carnis, &c. Teſtatur autem hoc non ſolùm experientia, ſed doctrina tertij de anima, vbi in capit. de motiuo principio vult Ariſt. quòd quandoque intellectu non præcipiente, ex imaginatione moueatur pars aliqua corporis,

&c. Non igitur debet homo propter defectus contingentes ex neceſſitate materiæ venereæ, omittere non ſolùm neceſſaria, ſed vtiles cogitationes, locutiones, auditiones &c. nam alioquin oporteret aut angelos, aut viros valde priuilegiatos tantum, de huiuſmodi diſputare, audire, &c. cuius oppoſitum eccleſiaſtica habet conſuetudo, & ratio docet.

¶ Animaduertendum tñ in re hac quatuor, primum in mente, ſecũdum in imaginatione, tertium in ore, & quartum in corpore. In mente quidem, ne ex auditione huiuſmodi multiplicetur tentatio in mente, aliud eſt.n. tentare in mente, & aliud in carne tantum, hæc.n. (vt dictum eſt) ex neceſſitate prouenit materiæ, & contra voluntatem ſuſtineri præſupponitur, illa autem ad voluntatem currit, & ad conſenſum trahit. Si enim aliquis ex his periculo cõſenſus proximus ſit, omittere debet tã inchoationẽ, quàm perſecutionem, quoniam ad mortale peccatum nulla ratione properandum eſt. In imaginatione verò, ne timeat commotiones carnis, quoniam ſicut imaginaria lapſus pedum, facit labi (quia excitat motũ circa partes imaginatas) ita imaginatio huiuſmodi cõmotionum, quæ magna eſt in timentibus, vt vnde credunt obuiare cõmotionibus, inde excitẽt. Et hoc dicò de timore habente pro obiecto huiuſmodi cõmotiones, timor aũt habens pro obiecto Dei offenſam cum eleuatione ab imaginatione talium, valde iuuat cõtra huiuſmodi cõmotiones. Vnde huiuſmodi confeſſores ſaluti aĩarum vacare ſic debent, vt de huiuſmodi cõmotionibus quas patiuntur, quãtum poſſunt nõ cogitent, quamuis ſentiant, ipſa.n. cogitatio in cã eſt. In ore autem, ne ſuperfluas faciant interrogationes in hac materia, & quantum poſſunt celeriter hæc pertranſeant: agentia namque naturalia magis videntur agere ex mora, quàm ex magnitudine virtutis. In corpore demum ne putent omnem effluxum humoris eſſe ſeminationem: eſt enim præter vrinam & ſemen, tertius quidam humor, qui ex calefactione ſeu ex inflammatione carnis fluit: de quo niſi cum rebellione carnis veniret, non magis curandum eſt quàm de ſudore videtur. Nunc autem non ratione ſui, ſed tentationis cauenda eſt, non tamen tanquam pollutio: vnde non excedit limites peccati venialis. Hæc de ſecundo.

Quo ad tertium. Pro ſolutione obiectorum memor eſto duarum diſtinctionum iam poſitarũ, altera eſt de voluntario in ſeipſo, & voluntario in ſua cauſa tantum. Altera eſt de voluntario in ſua cã tãtum, aut quo ad cõditionẽ electam in cauſa, aut ex neceſſitate materiæ eiuſdem. Seminatio enim voluntaria in ſeipſa, extra matrimonium eſt peccatum mortale: voluntaria autem ſecundum cauſam, & non quatenus eſt electa, ſed ex neceſſitate materiæ, non eſt peccatum, imò meritoria quandoque.

¶ Et per hoc patet reſpõſio ad primum & tertiũ. Idem.n. eſt iudicium de cã & effectu & antecedente & conſequente. Quamuis etiam poſſit ad vtrunque argumentum aliter diſtingui de voluntario in cã, ſeu indirectè: quia quoddam eſt ꝙ voluntas põt, & debet in ſua cauſa vitare, quoddam eſt quod põt quidem, ſed non debet, & ꝙ primum eſt peccatum, ſecundum non. Et quia pollutio in caſu propoſito eſt voluntariè in cauſa tantùm ſecundo modo, ideo quamuis ſit quoddammodo voluntaria, non tamen eſt voluntaria imputabilis.

¶ Ad ſecundum verò dr̃, ꝙ licet omnis concupiſcentia carnis aduerſus ſpiritum ſit cum peccato: nõ tamen habet rationem peccati ex hac parte, qua procedit ex cogitatione vtili, & quandoq; meritoria: vnde hæc eã excuſat quãtum eſt ex parte ſui, & à mortali pollutione, & à veniali tentatione, Sed quia pollutio aliunde nõ habet rationem mortalis, ideò ſimpliciter reſtat ſine mortali, cõcupiſcentia autem carnis aliunde põt habere rationem venialis: & ideò non concluditur, ꝙ concupiſcentia carnis interueniens ſimpliciter non ſit veniale peccatum. Et hæc de quæſtione hac dicta ſufficiant. Florentiæ in ſancto Marco, die 13. Octobris, 1519.

TRACTATVS VIGESIMVSTERTIVS

De Purgatorio in duas quæſtiones diuiſus.

1 Num in purgatorio poſſit eſſe meritum.

2 Num omnes animæ in purgatorio exiſtentes ſint certæ de ſua ſalute.

QVAESTIO I.

An in purgatorio poſſit eſſe meritum &c.

VTRVM In Purgatorio poſſit eſſe meritum aut charitatis augmentum. Et vr̃ ꝙ ſic. Primò, quia vna ex pœnis Purgatorij eſt timor ex imperfecta charitate procedens, qui deſinere nõ põt niſi charitate perfecta, quæ foras mittit timorem, primæ Ioan. 4. Probat aſſumptum, quia horror mortis, qui imperfectè annexus eſt charitati, peccatum eſt, quia qui voluntariè non moritur, non obedit Deo vocante niſi inuitus, huiuſmodi autem horror animam ſequitur in Purgatorium proportionaliter.

¶ Secundò, quia animæ in Purgatorio ſunt in via, impoſſibile autem eſt eſſe ſtatum in via in qua non progredi reuerti eſt, vt Hiero. dicit.

¶ Tertiò, quia virtus in infirmitate perficitur, primæ ad Cor. 12. in Purgatorio autem eſt maxima infirmitas.

¶ Quartò, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ad Rom. 8. igitur & his qui ſunt in Purgatorio.

¶ Quintò, quia impoſſibilis eſt vlla creaturis perſeuerantia niſi accipiat magis atq; magis: igitur non perſeuerarent in charitate, qui ſunt in Purgatorio, niſi magis ac magis acciperent.

Ad euidentiam huius ſciendum eſt, ꝙ quia ſtatus Purgatorij eſt à nobis remotus, & parũ de eo in Scriptura ſacra hr̃, oportet non ex opinatis, ſed ex certis inueſtigare ꝙ quærimus. Certũ aũt eſt in primis, ꝙ ſtatus ille medius eſt inter noſtrũ & beatorũ ſtatum, dũ nos, eſuo in via, beati autem in termino fœlici, illi verò, qui in Purgatorio ſunt, nõ totaliter in via, aut extra viã, & ſimiliter nõ totaliter in termino, aut extra terminũ ſunt. Et quidẽ ꝙ non totaliter in via ſint, ex eo patet, ꝙ extra viam cõem ad inferos & ſuperos, non poſſunt incurrere amplius ſuppliciũ æternũ, Et ſimiliter ꝙ nõ totaliter ſint extra viã, ex eo patet, ꝙ adhuc non peruenerunt ad patriã cæleſtẽ, pro qua aſſequẽda purgant. Et hinc patet quoq; ꝙ non ſunt totaliter in termino, ad quẽ cõtinua purgatione appropinquant, nec ſunt totaliter extra terminũ, in quo ſunt ſic diuina confirmatione fixi, vt ab illo diuertere nequeant. Hæc de Purgatorij ſtatu, vt certa cõmuniq; eccleſiæ ſenſu cõfeſſa habemus, ex quibus clare patet an Purgatoriũ ſit vt via vel vt terminus quo ad ad meritũ. Sed quoniã ſtatus Purgatorij nõ eſt ꝑ ſe, ſed per accidẽs medius inter viæ & patriæ ſtatũ (vt patet ex hoc ꝙ mediũ per ſe eſt in ꝙ oportet ex altero procedentẽ extremo, primò peruenire q̃ in extremũ, vt patet 5. Phy. & 10. Meta. cõſtat aũt, ꝙ ex hac peregrinatione multi in cæleſtẽ patriã peruenerunt abſq; tranſitu per Purgatoriũ, nõ igit̃ eſt purgatorij ſtatus per ſe medius inter, noſtrum & beatorũ) & propterea ex ratione medij ñ proceſſerimus.

facilè

facilè fallemur. contingit.n.in his quæ ſunt per accidens, etiã ſapiẽtes falli. Quocirca oportet videre penès quid eſt medium Purgatorium, vt ſic veritatem quęſiti ſciamus. inuenimus autẽ ab eccleſia diffinitum Purgatorium eſſe medium quo ad ſatisfactionẽ pro actualibus peccatis, tunc tantum quando homo in charitate decedens nõ plenè ſatisfecit pro illis in hac vita, ita quòd ſi homo in charitate decedẽs ſatisfecit hic, non tranſit per Purgatorium, & ſi nõn ſatisfecit hic, tranſit per Purgatorium. Ex qua determinatione iuxta regulam non Topicorum, ſed Poſteriorum Analyticorum: ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio negationis, & ècõtra in cauſis proprijs, habemus ꝙ Purgatorium per ſe & propriè nõ eſt niſi ad ſatisfactionem debitam pro actualibus peccatis exoluendam. Nã affirmatio ſatisfactionis adhuc debitæ in decedente in charitate, eſt cauſa affirmati tranſitus per Purgatorium: & negatio debitæ ſatisfactionis in decedente in charitate eſt cauſa negati tranſitus per Purgatoriũ. Habetur autẽ hæc determinatio in concilio Flo. ſub Eugenio 4. inter definita pro concordia Græcæ & Latinæ eccleſiæ: vbi ſic legit. Si verò pęnitẽtes in Dei charitate deceſſerint, anteq̃ dignis pœnitentiæ fructibus de cõmiſſis ſatisfecerint & omiſſis: eorum animas pœnis Purgatorii poſt mortẽ purgari. Vbi apparet affirmationẽ debitæ pro actualibus peccatis ſatisfactionis, eſſe cauſam purgatoriæ pęnæ: & ſubdit, Illorũmq; animas, qui poſt Bapriſma ſuſceptum nullã omnino peccati maculã incurrerunt, illas etiã quæ poſt contracti peccati maculã, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperiùs dictum eſt, ſunt purgatæ, in cęlum mox recipi & intueri clarè ipſum Deum trinũ & vnũ ſicuti eſt. Vbi patet negationem debitę ſatisfactionis poni cauſam negationis Purgatoriæ pœnæ: dũ & baptizatos ſine adiuncta decedẽtes culpa, & eos, qui in ſuis corporibus ſatisfecerunt, mox in cælũ recipi & intueri clarè Deũ ſicuti eſt diffinit. Ex his ſiquidè patet, ꝙ nec ꝓ fomite purgãdo, (qui etiã in baptizatis remanet,) nec pro reliquis quibuſcunq; niſi ſatisfactione debita ꝓ cõmiſſis vel omiſſis, pœnæ ſunt purgatoriæ. Et ſimiliter nec pro merito augendo: quoniam ſatisfacere pro peccatis, nec meritũ, nec cum nouo merito oportet eſſe: quia nihil aliud eſt quã exoluere pœnas debitas. Credẽdũ eſt igit & ꝓ determinato habẽdum, ꝙ aĩę in Purgatorio nõ ſunt in via quò ad meritum. Et cõfirmat authoritate Aug. in Enchi. c. 110. de Purgatorio loquendo dicentis, ꝙ illis proſunt eccleſiæ ſuffragia, qui hic meruerũt, vt eis prodeſſent. Et rurſus, nemo ſperet ꝙ hic neglexerit, cùm obierit à Domino ſe promereri, quo poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiam. Ex quibus abſque alia probatione patet, ꝙ ponere meritum poſt hanc vitam, contradicit ſententiæ beati Aug. apertiſſimè. Et in literis apoſtolicis vbi datur indulgentia pro defunctis, dicitur de illis: Quò magis aliorum egent ſuffragiis, & quò minus ſibiipſis proficere valent. Conſonat autem hoc etiam rationi rectæ: quia ex eo ꝙ conſtat illos, qui in Purgatorio ſunt, nõ poſſe demereri (alioquin poſſent damnari) conſequens eſt, vt non poſſint mereri.

Quocirca conſequenter ad determinationẽ eccleſiæ loquendo dicendũ eſt ex ſimilitudine in naturalibus, ꝙ quẽadmodũm naturalia corpora extra propria loca genita, (putà ſi lapis genitus ſit in loco ſuperiori) hñt determinationẽ ſui ad propriũ locum, à quo impediunt propter aliquod prohibẽs motũ: ita decedentes in charitate hñt determinationẽ ſui ad cæleſtẽ patriã, ad quã ſtatim irent, niſi prohibens pœna debita temporalis pro peccatis adeſſet. Et proptereà ſublata pęna vel per propriã exolutionẽ, vel per aliorum ſuffragia, ſtatim cælum adit: ſicut graue remoto prohibẽti, tendit deorſum. Et ſicut nihil acquirit graue ex remotione prohibentis, (ſed iuxta priſtinam grauitatem tendit ad proprium locum) ita anima ex remotione prohibentis, iuxta ſeruatã prius charitatem, in cæleſtis patriæ manſionem ſibi paratã intrat. Et hæc exẽplariter ſint expoſita: & vt nouitij intelligere poſſint, qualiter aĩa in morte ſortit diffinitionem ſui ſtatus quò ad meritum & demeritum: & cum hoc ſtat ꝙ impeditur à conſequutione regni cęleſtis propter debitam pœnam: quæ abſque merito exoluitur, & aufertur à ſuffragantibus, velut à remouente prohibens. Conſonare ſiquidè diſcurſum hũc determinationi eccleſiæ de Purgatorio pro ſola ſatisfactione neceſſariò, cuilibet exercitato facilè patere põt. Quod tãtò magis approbandũ eſt, quãtò illi oĩa conſonare videnť, q̃ de Purgatorio hñť: legit.n. 2. Mach. 12. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. Solui enim vinculi abſolutionem importat: detinenť.n. pœnalibus vinculis ſuorũ peccatorum. Nec obſtat ſi in textu hoc nõ inuenit: quia maior eſt eccleſię authoritas, ex Hiero. hoc docẽtis. Purgatorij quoq; nomẽ ideo accidit, ꝙ à peccatorũ pœnalibus immũditiis animã purget, vt idonea ſit ciuis cæleſtis patriæ. Et quia ſtatus augmenti charitatis ad ſtatũ meriti euſdem ſpectat (quã augmẽtũ charitatis terminat illius meritũ) eadem ratione, qua charitas in Purgatorio extra ſtatum eſt meriti, a ſtatu quoq; augmenti excluditur.

Ad primũ in oppoſitũ dr̃, ꝙ conceſſo in Purgatorio timore nõ damnationis, ſed durationis magnę futuræ pœnæ (vtpote quia incerti ſunt de affuturis ſuffragiis diminutiuis pœnarum) non proptereà ſequitur ꝙ oporteat charitatem augeri ad excludendum timorem: quoniam poteſt aliunde timor auferri, ſcilicet ex certificatione temporis & quantitatis pœnæ. Sed argumentum falſum aſſumit, ſcilicet ꝙ timor omnis, aut ille ex imperfecta procedat charitate: poteſt enim cum perfectiſſima charitate ſtare timor: vt patet de timore Chriſti. Nec obſtat, ꝙ perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam non vniuerſaliter, ſed particulariter intelligitur ſecundum gloſ. de timore, ſcilicet ſeruili, vel initiali inquantum initiali. Falſum quoque eſt, ꝙ horror mortis ſit peccatum: quoniam naturalis eſt: & ſi cum imperfecta charitate ſit, non tamen ex illa, ſed ex naturali fuga mortis. Et licitũ eſt inuoluntariè voluntate naturali mori, Et ſimiliter voluntariè voluntate rationali mori: dicendo cum Chriſto: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Vbi monſtrat ſe nolle mortem, & ſubmittere tamen ſe voluntati Dei: talis autẽ eſt diſpoſitionis quicunq; in charitate decedit. Huiuſmodi autẽ voluntas naturalis fugiens naturaliter pœnas, comitatur animam, ſi ad Purgatorium accedit, & facit animã triſtari de pœnis: quia triſtitia eſt de his, quæ nobis nolentibus accidunt: ſecundum Aug. Nec vnquam ſeparat ab anima, niſi ipſa poſſet ſeparari à ſeipſa: ſed actus eius (putà triſtari, timere) ceſſant ceſſantibus eorũ materiis ſeu cauſis, ſcilicet malis pęnæ. Et ideo non oportet creſcere propterea charitatem: ſed deſinere obiecta triſtitiæ & timoris, quæ ſtante æquali charitate, tolli poſſe conſtat. Quamuis etiã ſi anima ſecum aliquod timoris vel alterius paſſionis peccatum deferret, non proptereà oporteret nouum in illa meritum ponere ad delendum illud peccatum, vt patet Matth. 12. in gloſ. ſuper illo verbo, Neq; in futuro, dicente: quædam culpæ paruæ, ſ. in futuro laxantur, quæ quidem poſt mortem grauant, ſed & dimittuntur, ſi homo bonis actibus in vita vt ſibi dimittantur, promeruit. Hæc illa.

¶ Ad ſecundũ dr̃, ꝙ aĩæ in Purgatorio eo mõ, quo ſunt in via, progrediunť: ſunt.n. in via quò ad ſatisfaciendum

tiendum: & continuè progrediuntur ea oluendo per ſe vel per alium.

¶ Ad tertiū, dī ꝙ ad literam Apoſtolus loquitur in hac peregrinatione: in qua virtus in infirmitate perficitur, non directè (infirmitas enim non eſt virtutis perfectiua) ſed occaſionaliter. Non eſt autem in Purgatorio huiuſmodi occaſione opus, vbi non eſt ſtatus perficiendi.

¶ Ad quartum dicitur, quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum cæleſtis beatitudinis: & ſic omnia in Purgatorio cooperantur animabus in bonum cæleſtis patriæ: quia in maiorem appropinquationem in illud.

¶ Ad quintum dicitur, quòd ly magis ac magis poteſt referri vel ad rem acceptam, vt ſit ſenſus, niſi maiorem rem accipiat: & ſic falſum aſſumitur: conſeruatur.n. res ſine augmento ſui. Vel ad acceptionem: vt ſit ſenſus, niſi maior extenſiue ſit acceptio: & ſic eſt verum: nam niſi conſeruatio continue carendatur, deſineret res eſſe: omnia enim in nihilum redigerentur, niſi ea manus omnipotentis conſeruaret, inquit Gregor. Vnde ex hoc non habetur augmentum charitatis: ſed conſeruatio eius. Auguſtæ die 17. Octobris, 1518.

QVAESTIO II.

Num omnes animæ in purgatorio ſint certæ de ſua ſalute.

QVAERITVR Vtrùm animæ omnes in Purgatorio ſint certæ de ſua ſalute æterna. Et videtur quòd non. Primò, quia pœnæ inferni & purgatorij ſunt eædem, ac per hoc tantus eſt pauor & horror aliquarum animarum, vt impediat eas, vt neſciāt in quo ſtatu ſint.

Præterea, quia multæ defunctorum animæ apparuerunt neſcientes ſtatum ſuum, tanquam Deus ſic eas iudicauerit: ſuſpenderit tamen promulgationem ſententiæ reſpectu illarum.

¶ Tertiò, quia nulla ratione aut authoritate Scripturæ aut eccleſiæ inuenitur, ꝙ omnes animæ in Purgatorio ſint certæ de ſua æterna ſalute, &c.

¶ In oppoſitum eſt communis eccleſiæ doctrina.

Ad euidentiam huius quæſtionis ſciendum eſt, ꝙ quum quælibet anima à corpore ſeparata videat ſeipſam, & omnes ſpecies ſeu habitus in ſeipſa exiſtentes, (quoniā directè intuitus eius fertur in ſeipſam, non impeditam à corpore, vt in hac vita contingit) conſequens eſt, vt anima exiſtens in purgatorio videat charitatem ſeu gratiæ habitum in ſeipſa exiſtentem, ac per hoc ſciat, ꝙ eſt in ſtatu gratiæ, & conſequenter eſt certa de ſua ſalute æterna. Et confirmatur: quia in omni anima ſeparata, quæ purgatur, remanet fides & certa cognitio, quàm hic habuit, ꝙ omnes in purgatorio ſunt de numero electorum: & ſcit ſe eſſe in purgatorio: ergo eſt certa de ſua ſalute. Probatur quòd ſciat ſe eſſe in purgatorio: quia retinet certam fidem, quam hic habuit: ſecundum quòd non datur quartus gradus animarū ſeparatarum baptiſatarum, ſed aut beatæ, aut damnatæ, aut purgādæ ſunt ſtatim poſt mortē: & ſcit ſe eſſe Baptiſatam, & extra hanc vitā corpoream, & non beatā nec damnatam: ergo purgari ad æternam ſalutem. Et confirmari idē poteſt ex parte ſpei: remanet ſiquidem in omnibus animabus purgatorij virtus non ſolùm charitatis & fidei, ſed etiam ſpei, non otioſè, ſed tunc maximè accenſè ad ſuum obiectum, ꝙ eſt beatitudo æterna. Et quum ſpes ſit certa expectatio futuræ beatitudinis, quam in damnatis impoſſibile eſt eſſe: ſequitur idem quod prius.

Ad primam ergo obiectionem dicitur primò, ꝙ licet aliquæ pœnæ ſint communes inferno & purgatorio, non tamen eodē modo ex parte patientium: quia patientes in inferno, diuerſiſſimo modo ſunt diſpoſiti à patiētibus purgatorie: vt patet. Quia qui purgantur habent voluntatem rectam & coformen Dei voluntati, amantes iuſtitiam Dei & ſperantes in Deo, ac Ieſu Chriſti ſalute: damnati verò oppoſito modo ſe habent. Et proptereà ignis communis inferis & purgandis non eodem modo ſuſcipitur à damnandis & purgandis, & ad modorum diuerſitatem ſectat horror. In inferno.n. horror eſt & diuinæ iuſtitiæ & pœnarum propter peruerſam voluntatem eorum, in purgatorio verò dolor quidem pœnarum, ſed non horror eſt: quia amant diuinam iuſtitiam, & libenter ſuſtinent pœnas propter diuinam iuſtitiam. Dicitur ſecundò, ꝙ ſicut horror maximè in damnatis non impedit eos à perceptione ſui ſtatus, multò minus impediret purgandos à perceptione ſui ſtatus: nō enim horror maior in purgatorio quàm in inferno eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ doctrina eccleſiæ non innititur incertis viſionibus: quales ſunt iſtæ, quas eccleſia non approbauit: & fortè fuerunt ſomnia, aut extaſes, aut ſyncopæ, aut illuſiones dæmonum ad noua dogmata inducenda.

¶ Ad tertium patet ex dictis, ꝙ certa ratione habetur omnes animas in purgatorio certas eſſe de ſua æterna ſalute. In Auguſta. 25. Septembris. 1518.

TRACTATVS VIGESIMVSQVARTVS
De pœnarum Timore, in duas quæſtiones diuiſus.

1 *Num imperfecta charitas neceſſariò deferat ſecum poſt mortem timorem pænalem.*
2 *Num iuſtus timendo pænam, peccet.*

QVAESTIO I.

An imperfecta charitas neceſſario deferat ſecum poſt mortem, timorem pænalem.

VTRVM Imperfecta charitas neceſſariò deferat ſecum poſt mortem, timorem pœnalem. Et videtur quòd ſic: quia imperfecta charitas, quandiu homo eſt in hac vita habet ſecum timorem, quoniam de ſola perfecta charitate ſcriptum eſt primæ Ioan 4. Perfecta charitas foras mittit timorem, ſed ex ſola morte non perficitur, ergo neceſſariò fert ſecum timorem: ſed timor pœnam habet vt ibidem dicitur: ergo.

IN OPPOSITVM Eſt: quia ſi ſic eſſet, oporteret vt quilibet imperfectæ charitatis tranſiret per purgatorium: quoniam nullus ingreditur cælum cum timore pœnali, ſicut nec cum quacunque alia pœna.

Ad euidentiam huius ſciendum eſt quòd quia de ſtatibus vitæ futuræ id tenere debemus, quod Scripturæ ſacræ, aut eccleſiæ authoritate didicimus, idcirco oportet hic ſupponere eccleſiæ diffinitionē: ſcilicet, ꝙ ſi aliquis baptizatus moriatur, antequam culpam aliquam committat, ipſum in cælum mox recipi, & intueri clare ipſum Deum trinum & vnum, ſicuti eſt: vt ſub Eugenio 4. in concilio Flor. patet. Ex qua diffinitione ſequitur, ꝙ charitas imperfecta

non

non neceſſario fert ſecum poſt mortem, timorem pœnalem. quoniam cõſtat baptizatum hodie Ioannem adultum, & ſtatim abſque commiſſo peccato aliquo defunctum, non oportere habuiſſe charitatem perfectam. Imò communiter baptizati ſortiuntur charitatem imperfectam, quia incipientium, † & deinde proficiunt, & demum ſunt perfecti: charitas enim meretur augeri, & aucta meretur perfici ſecundum Auguſt. Non conſonat igitur eccleſiaſticæ doctrinę charitatem imperfectam ferre ſecum neceſſariò poſt mortem timorem pœnalem: à ratione quoque diſſonat huiuſmodi neceſſaria connectio. Habes quoque ex dicta diffinitione Floren. concilii, animas non retardati à viſione Dei & beatitudine, ex hoc ꝙ quandiu vixerunt in corpore ſomitem cum imperfecta charitate habuerunt: nam ſi retardatæ eſſent, nõ ſtatim baptizati, qui poſt nõ peccauerunt, beati migrantes eſſent. Nam quum timor ſeruilis, à quacunque minima charitate excludatur (quoniam per charitatem filii ſumus Dei. & non per Spiritum ſeruitutis in timore: ſed Spiritum adoptionis filiorum Dei accepimus, in quo clamamus Abba pater ſecundum Apoſtolum) timor quicunque alius compoſſibilis charitati non neceſſario ponitur in actu ex ſola imperfecta charitate: ſed oportet aliam poſitiuam cauſam apponere: puta aliquod malum imminens. Sed ſtat ꝙ homini imperfectę charitatis nihil imminentis mali occurrat poſt mortem: puta quia eſt in ſtatu, in quo ſatisfecit plenè pro omnibus peccatis ſuis: ergo charitas illius nullum pœnalem ſecum ducit timorem: ſed ſtatim perficitur perfectione patriæ cœleſtis. Et ſic licet in toto tempore præcedente charitas compaſſa fuerit aliquem timorem, ratione tamen ſtatus illius hominis (quia ſcilicet nulli culpæ nulliuſque pœnæ malo pro peccato ſubiacere tunc inuenitur) in primo inſtanti quo non viuit hic, ſed ibi charitas illa perficitur perfectione patriæ: vt dictum eſt, & nõ niſi timorem illum ſecum retinet, qui permanet in ſeculum ſeculi.

Alias, incipiunt,

Ad obiectionem dicitur, ꝙ gloſſ. ibidem exponit de timore ſeruili, qui nec cum perfecta, nec cum imperfecta charitate manet. In cuius ſignum textus dicit vtrunque, & quod timor non eſt in charitate, & ꝙ perfecta charitas foras mittit timorẽ. Aliter exponit primũ de timore ſeruili, & ſecũdũ de timore filiali. Aliter & altius poſſet exponi de timore ſimplr̃ & charitate ſimplr̃: vt ſit ſenſus, Timor non eſt in charitate: quia ſcilicet non neceſſariò comitatur charitatem. Et ratio redditur, quia perfecta charitas (quæ ſcilicet eſt perfectio & perfecta ſimpliciter) foras mittit timorem: quia timor pœnam habet. Charitas autem ſimpliciter ſine omni etiam paſſibili malo & pœnæ & culpæ eſt: charitas enim quum ſit vna ex perfectionibus ſimpliciter, communis eſt Deo, & creaturis; & in ſolo Deo inuenitur perfecta, ſicut & ſapientia & bonitas: in quo nullum compati timorem ſiue naturalem, ſiue reuerentialem, manifeſtum eſt. Et hæc expoſitio licet ſit quo ad textum illum noua, eſt tamen in ſe vera, & non aliena à textu illo incipiente ibi, Deus charitas eſt, &c. & ex charitate Dei perfectionem charitatis in nobis imitandam proponente & docente. Sed ad propoſitum ſufficit expoſitio duplex inducta ex glo.

¶ Ad id verò quod dicitur, ꝙ per ſolam mortem charitas non perficitur, reſpondetur quòd ſola mors non perficit charitatem: ſed ſolus Deus glorioſus inueniens hominem in morte liberum à culpa & pœna peccatis commiſſis debita, perficit charitatem, lumen gloriæ illi infundendo, & ad viſionem fruitionemque ſuæ maieſtatis illum admittendo. Auguſtæ die 24. Octobris, 1518.

QVAESTIO II.

An iuſtus timendo pœnam peccet.

VTRVM Iuſtus timendo pœnam, peccet. Et videtur quòd ſic. Primò, quia iuſtus, nihil timere debet niſi ſolum Deum. Tum ſecundò, quia timor pœnæ eſt ex amore ſui, qui eſt peccatum: charitas enim non quærit quæ ſua ſunt: primæ ad Cor. 13. & ab Apoſtolo vituperantur 2. ad Timot. 3. Homines ſeipſos amantes: & infinitæ ad hoc ſunt authoritates. Tum tertiò: quia ratio ſuffragatur: quia odio habens pœnam plus amat ſuam quietem, quàm Dei iuſtitiam & voluntatem: hoc autem conſtat eſſe iniquum. Quartò, quia timor omnis ex diffidentia eſt: iuxta illud, Confidite, nolite timere, & ſimilia; diffidentia autem peccatum eſt: ergo, &c.

Ad euidentiã huius quæſtionis ſciendum eſt, ꝙ timor & dolor conueniunt in materia hac, ſcilicet malo pœnæ vt patet: & vtrunque eſt de his, quæ nobis nolentibus accidunt (vt Aug. dicit) quamuis differẽter: quia dolor de præſenti timor de futuro eſt malo. Vnde ſicut contingit rectè & non rectè dolere de præſenti malo pœnæ, ita contingit rectè & non rectè timere futurum malum pœnæ, nam ſi dolor, quãtuncunque magnus ſit, voluntatem hominis a diuinis præceptis nõ auertit, rectè triſtamur & dolemus de malo, quod patimur. Et vtrunque clarè videmus in Domino Ieſu, qui ait. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Et rurſus, O vos omnes qui tranſitis per viam, videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut meus. Et ſimiliter timor futuri mali pœnæ quantuſcunque ſit, ſi nõ auertit hominem a diuinis præceptis, rectus eſt, & hoc etiam eſt videre in domino Ieſu, qui cœpit pauere & tædere, Mat. 14. Tunc autem tantum tam dolor, quam timor malus eſt, quando hominem abducit a Dei mandatis, vt patet in his, qui dolore & timore fidem negant, vel quicquam aliud mandatorum omittunt. Ex quibus clarè patet, ꝙ nec dolor de præſenti malo pœnæ, nec timor de futuro, eſt ſecundum ſe malus, alioquin nunquam eſſet rectus. Nec diſſonat ab homine mortali quantuncunque perfectiſſimo, alioquin non inuentus fuiſſet in Chriſto omniũ perfectionum fonte. Et hinc prouenit quòd timor pœnæ quandoque vituperatur, & quandoque non, ſed naturæ teſtis eſt bonæ. Et propterea iuſtus timendo pœnam infra limites naturæ ac rectæ rationis, nullo modo peccat, niſi Chriſtus peccauerit, quod eſt blaſphemia.

Ad obiectionem Primam in oppoſitum dicitur, quòd naturalis timor mali pœnæ infra limites rationis rectæ conſiſtens, non eſt timor, alterius quã Dei vt infligentis pœnam, quoniam non eſt malum pœnæ in ciuitate, quod non fecerit Dominus. Timor enim ſolius Dei, vt punitoris, non excludit timorem rectum pœnarum, vt patet.

Amor ſui abſq; peccato non nunquam eſt.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd amor ſui duobus modis in ſacris literis ſumitur. Primò pro amore ſui ſecundum id quod eſt ex naturalibus, ſiue gratuitis Deo donis: & ſic amor ſui eſt de præcepto naturæ. Et ad huius ſui amoris imitationem præcepit Deus, Diliges proximum tuum ſicut teipſum & ſecundũ hoc Apoſtolus dicit, Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, & Dominus, Dedi dilectam animam meam in manus, &c. Alio modo ſumitur pro amore ſui ſecundum id quod ex peccato habet, puta proſ

tatem ad malum, auerſionem à Deo, & huiuſmodi: & ſic amor ſui non eſt rectus: debet enim homo odiſſe in ſe quicquid mali habet, inquantum eſt malum amor enim non niſi boni eſt.

Quocirca ſi timor ex amore ſui ſecundum Dei in ſe dona naturalia vel gratuita procedit, & infra rationis rectæ limites ſiſtit, nullum peccatum eſt: ſed teſtis eſt bonæ naturæ, bonitatiſque diuinorum effectuum amabilium. Si autem prouenit ex amore ſui ſecūdo modo, ſic eſt peccatum: ſicut & ipſe ſui amor qui eſt fundamentum ciuitatis diabolicæ. Vnde prudentis lectoris erit diſcernere, quando Scriptura catholica vel doctorum loquitur de amore vel odio ſui primo modo, & quando ſecundo modo: & ſic non falletur. Quod enim dicitur: Erunt homines ſeipſos amantes, de amore ſui, quantum ad id quòd peccati eſt, refertur: & ſic de aliis vituperatis amoribus ſui. Quod autem dicitur, Charitas non quærit quæ ſua ſunt, multipliciter à glo. exponitur. Primò referendo communiter ad ea quæ ipſius charitatis eſſe poſſunt materia: & exponit apponendo ly tantum: hoc eſt charitas non tantum quærit quæ pro ipſa in habente ipſam ſunt: ſed etiam quæ pro aliis ſunt: ſecundò, exponendo de temporalibus bonis, & ſic vel non repetit ablata, vel non eſt amatrix pecuniarum. Aug. autem in regula exponit de eiſdem temporalibus: quia cōmunia propriis, non propria communibus anteponit Ex quibus omnibus patet, quòd in nullo obſtat hæc authoritas dictis.

¶ Ad tertiam dicitur, ꝙ maior eſt vniuerſaliter falſa: Chriſtus enim teſtatur & ſe nolle mortis pœnā & ſe tamen plùs velle Dei voluntatem quàm ſuam, cum dixit, Veruntamen non ſicut ego volo, quò ad primum: ſed ſicut tu vis, quò ad ſecundum. Et ſimiliter accidit in omnibus rectè triſtibus & timentibus: habent enim ſimul nolle ſeu odium reſpectu malorum ex amore naturali quietis à malis (& quo ad hoc Auguſtinus dixit, quòd ſunt de his quæ nobis nolentibus accidunt) & velle reſpectu diuinæ voluntatis, iuſtitiæ & præcepti: alioquin non ſiſteret triſtitia aut timor infra limites rectæ rationis. Et propterea falſum eſſe liquet quòd odio habens pœnam & appetens non pati, plus amat ſe & ſuam quietem, quàm Dei iuſtitiam, præceptum aut voluntatem.

¶ Ad quartam dicitur falſum eſſe, ꝙ omnis timor ſit ex diffidentia: quamuis enim timor, quia ſpei opponitur, minuatur ex confidentia, & ex diffidentia augeatur: non ſemper tamen ex diffidētia oritur: vt patet de timore Chriſti, in quo nulla fuit diffidentia. Et de timore Hiero. ad Euſtochium dicentis, Ego ille qui timore gehennæ tali me carceri damnaueram: & tamen tunc maximè confidebat de Diuina gratia. Vnde autem oriatur vniuerſaliter timor, alterius eſt negocii: ſat eſt ꝙ non eſt opus culpabilem ſemper eſſe. Auguſtæ die 12. Octobr. 1518.

TRACTATUS VICESIMUS quintus. De Obligatione, & obſeruatione præceptorum tam in Religione, quàm extra, in duas quæſtiones diuiſus.

1 *Num quodlibet præceptum obliget ad mortale.*

2 *Num religioſus factus epiſcopus ad obſeruantias regulares ex debito legali teneatur.*

QVAESTIO I.

Num Quodlibet præceptum obliget ad mortale,

QVAERITVR Vtrum omne præceptum obliget ad peccatum mortale. Et videtur ꝙ ſic, quia communis animi conceptio eſt, quicquid ſub præcepto poſitum eſt, ad mortale peccatum obligare, intantum quòd percunctantibus de aliquo actu an cadat ſub præcepto, vbi reſponſum eſt affirmatiuè, ſtatim intelligitur obligatio ad mortale peccatum.

In oppoſitum Autem eſt, quia ſequeretur omnem actum cuiuſcunque virtutis eſſe peccatū mortale: quod conſtat eſſe falſum. Et patet ſequela: quia cuiuslibet actus cuiuſcunque virtutis cadit ſub præcepto.

Ad euidentiam huius dubii ſciendum eſt, quòd præceptum contra conſilium diſtinctum in hoc à cōſilio differt, quòd conſilium eſt de bonis, quorum oppoſita non ſunt mala: datur enim conſilium de Virginitate, quam ſi quis noluerit ſeruare, non peccat: vt patet primæ ad Corinth. 7. & ſimile eſt de aliis. Præceptum autem de his bonis, quorum omiſſio mala eſt mortaliter: ſoli enim illi virtutū actus ſub præcepto cadunt, quorum omiſſio peccatum eſt: vt patet diſcurrendo. Et propterea Apoſtolus ibidem dicit, de Virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. & ſubdit, quòd ſi nupſerit virgo, non peccat. Habet ergo præceptum pro materia actum bonum, cuius oppoſitum eſt peccatum, & ècōtrario omne peccatum opponitur alicui commiſſioni, vel omiſſioni præcepti. Quod ex eo patet, quòd trifariam diuiſis actibus (quia aut præcepti, aut conſulti, aut indifferentes ſunt) neque contra indifferentia, neque contra conſulta agendo vel omittēdo peccatum incurritur, reſtat igitur, vt quod peccatum ſit, opponatur commiſſioni vel ommiſſioni præcepti. Quo fit, vt euidenter hinc ſequatur, non quicquid clauditur ſub præcepto, vinculum habere mortale, niſi quia patet omne peccatum eſſe mortale. Si enim omne peccatum opponatur alicui præcepto, & non omne peccatū eſt mortale, clarè ſequitur, ꝙ aliquod peccatum eſt contra præceptum, quod non eſt mortale. Sed quomodo hoc ſit, declarandum reſtat. Sciendum ergo quòd præceptorum moralium (de quibus ſolis eſt ſermo) quædam habent pro materia bonos actus quorum contrarii contrariantur charitati, vt patet de præceptis fidei & iuſtitiæ. Sunt enim de credendo articulos fidei, & de tribuendo vniquiq; quod ſuum eſt, quorum contraria (vt infidelitas & iniuſtitia) contra charitatem ſunt, illa contra dilectionem Dei, iſta contra dilectionem proximi. Quædam verò habent pro materia actus bonos, quorum contraria non contrariantur charitati, vt patet de præceptis abſtinentiæ, affabilitatis, vrbanitatis, & ſimilium. Sunt enim de obſeruandis modis debitis in ſumendo cibum, aut conuerſando, aut iocando, quorum contraria (vt ſpecies gulæ & ruſticitatis) non ſunt contra charitatem Dei & proximi, quamuis mala & peccata in genere moris ſint. Spectandum eſt ergo ad charitatem,

ſitatem, quum diſcernendum eſt præcepti vinculum ad mortale peccatum: quia ſolùm per mortale peccatum charitas tollitur & omne peccatum mortale charitatem tollit. Si enim præcepti violatio charitatem tollit, ad mortale peccatũ obligat: ſi aũt nõ tollit charitatẽ, quãuis tollat quãcunque aliã virtutem, ad mortale peccatum non obligat. Charitas enim eſt animæ vita: quæ quia per peccatum mortale tantùm tollitur, ideo peccatum tollens ipſam, mortale appellatur: tolli autem charitatem ſolummodo conſtat per id quod contrariatur dilectioni Dei, aut proximi. Et propterea duo ſunt genera moralium præceptorum, quædam habentium vinculi peccati mortalis: & ſunt illa ſola, quæ præcipiunt aliquam commiſsionem neceſſariam ad dilectionem Dei vel proximi. Neceſſariam autem dico vel ſimpliciter: vt in quibuſdam præceptis naturalis iuris: vt Deum eſſe colendum, non eſſe adulterandum, & huiuſmodi. Vel ex ſuppoſitione: vt in quibuſdam præceptis diuini, vel humani iuris: vt, ſuſcipiendum eſſe Baptiſmum obſeruandos eſſe tales dies feſtiuos, & huiuſmodi: ſunt enim hæc neceſſaria ad ſalutem, quia ſic inſtituit Deus, vel Eccleſia. Quædam habentiũ vinculum peccati* venialis tantum: & hæc ſunt, quorũ violatio ſtat cum charitate Dei & proximi. Siue ſint de iure naturæ: vt, non eſſe mentiendum, eſſe affabilem & huiuſmodi: ſiue ſint de iure poſitiuo, vt, benedicendam eſſe menſam à clericis, & huiuſmodi. Peccant enim violantes hæc præcepta, ſed non mortaliter. Vnde patet, quòd non omne præceptum habet vinculum peccati mortalis. Et ſi ad hanc diſtinctionem aduertiſſent priores, non concluſiſſent aliquid eſſe de conſilio, ex eo quòd non eſt in præcepto habente vinculum peccati mortalis. Crediderim quoque ego multa nos habere hodie ſecundum animi communem conceptionem pro præceptis habentibus vinculum peccati mortalis, quæ ſi a patribus cũ hac diſtinctione fuiſſent interpretata, non haberemus hodie hæc ſub præcepto vinculi mortalis: vt eſt præceptum de ieiunio, &c. Multa enim ſunt & opinione mea, infinita poſitiui iuris præcepta moralia abſque vinculo peccati mortalis. Sub huiuſmodi ſiquidem morali non mortali præcepto cadit tota regula beati Augu. ex eo ꝙ in principio dicitur, Hæc ſunt quæ vt obſeruetis, præcipimus in monaſterio conſtituti, & ꝙ monachi carnes non comedant. de cõſe. diſt. 5. carnem, &c.

Aliàs habebatur, mortalis, ſeu moralis.

Ad obiectionem ergo in oppoſitum dicitur, quòd quia nominibus vtendum eſt, vt plures vtuntur, Præcepti nomen dupliciter viuanitur. Primò ſecundum proprietatem ſignificationis ſuæ, & ſic præceptum in Politicis ſeu Moralibus diſtinctum contra conſiliũ in duo ſecatur genera, vt declaratum eſt. Alio modo per antonomaſiam, & ſic præceptum antonomaſicè dicitur ſolum illud, quod habet vinculum peccati mortalis. Et hinc orta videtur iſta communis vox. Romæ, die 14. Februarii. 1518.

QVAESTIO II.

Num religioſus factus Epiſcopus ad obſeruantias regulares ex debito legali teneatur.

QVæritur an religioſus factus Epiſcopus teneatur debito legali ad obſeruantias regulares. Et videtur ꝙ non: quia in Decretis. 18. quæſtio 1. capit. vnico: dicitur, quòd monachus factus epiſcopus electione canonica, eſt abſolutus à iugo regulæ profeſsionis monaſticæ; conſtat enim abſolutum à iugo legis, non teneri debito legali ad legis obſeruationem. Et confirmatur ex glo. ibidem dicente, ꝙ non tenatur ad ieiunia: ſimilis enim ratio eſt de aliis.

In oppoſitum autem eſt authoritas & ratio S. Th. in Secunda ſecundæ. q. 185. ar. 8. dicentis, ꝙ tenetur ad omnia non repugnantia epiſcopo, quia diſpoſitio nõ tollitur adueniente perfectione, ſed magis perficitur. Et confirmatur hoc, quia aliter ſequeretur, ꝙ monachus epiſcopus gauderet beneficio capituli explicati, extra de obſer. ieiu. vbi conceditur in die natalis Domini eſus carnium etiam feria 6. eis, qui nec voto, nec regulari obſeruantia ſunt aſtricti ad abſtinentiam à carnibus. Conſequens autem videtur falſum, quia conſtat exceptionem illam comprehendere monachos, quibus regularis inſtitutio carnes inhibet, abſque tamen peccati mortalis nota.

Ad Euidentiam Huius dubitationis ſciendũ eſt ꝙ dupliciter aliquis tenetur ad aliquid obſeruandũ, vel ex debito legali, vel ex debito morali tantum. Dico autem tantum, quia debitum legale, claudit in ſe morale debitum, & addit ſupra illud legalitatẽ. Appellatur autem, & eſt debitum morale, vinculum ex recta ratione, debitum verò legale eſt vinculum ex lege. Ita ꝙ vis obligatiua in debito morali, ex ſola recta ratione, vt à coactiua virtute proficiſcitur, ſiue habeat aliunde occaſionem, ſiue nõ. Tenetur enim quilibet ex debito morali ad non mentiendum, quia naturalis ratio ſic dictat veritatem ſectandam, vt contrarium ſecundum ſe prauum diffiniat, & ſimile eſt de vinculo ad vitanda quælibet vitia. Tenetur quoque princeps ad obſeruationem legis communis ex debito morali (iuxta illud, Patere legem, quam ipſe tuleris, extra de conſti. ca. quum omnes, & Dominicam reprehenſionẽ, Matth. 23. Dicunt & non faciunt) quamuis non teneatur ad legis obſeruationem ex debito legali, quoniam lex non habat vim coactiuam ſupra principem. Verum huiuſmodi debitum morale ex naturali ratione ſola, vt a virtute coactiua vim habens, occaſionaliter ortum habet e lege extante, nam niſi lex maneret in ſuo robore, ratio naturalis non obligaret principem ad illius obſeruationem, ſicut nec ſubditos, quos lex primò, & recta ratio ſecundò obligat, vt vis coactiua ad legis eiuſdem obſeruationem. Debitum autem legale eſt, quòd a lege * vt a coactiua virtute eſt, lex enim niſi habeat coactiuam virtutem, lex non eſt, ac per hoc reſpectu illius ſupra quem non habet virtutem coactiuam, lex non eſt ſimpliciter & abſolutè, ſed ſecundũ quid ſcilicet vt directiua. Et propterea dicitur & bene, ꝙ princeps ſolutus eſt legibus, quia ſcilicet lex ſimpliciter & abſolutè non eſt ſupra eum, quia non ligatur coactiua virtute legis. Et quia vis coactiua legum per legis actum punitiuum exercetur, vt proprium actum, quia pœna eſt proprium legis medium per quod ad ſui obedientiam inducit, vt San. Tho. docuit in Prima ſecundæ. quæſt. 92. ar. 2. ideo illi ſoli ſubſunt virtuti coactiuæ legis, qui legum pœnas incurrunt, contrafaciendo. Qui autem ſuapte natura non ex priuilegio, legum pœnam non incurrunt, quantũcunque contra præcepta legum agant, virtuti coactiuæ legis non ſubiiciuntur. Quocirca quia religioſus factus epiſcopus non ſubiacet pœnis regulæ aut ſtatutorum regularium (quod ex eo patet, ꝙ ſi puniendus eſt, non punitur ſecundum regularia inſtituta, ſed ſecundum ſacros canones, ſicut reliqui epiſcopi) conſequens eſt, vt religioſus factus epiſcopus non teneatur ex debito legali ad obſeruantias regulares. Et quia cenſurarum & peccati mortalis pœna ad vim coactiuam legis ſpectat, ideo non incurrit cenſuras aut mortale peccatum, ſi huiuſmodi ex regula, aut

Aliàs. &

conſtitutio-

conſtitutionibus tantum prohibeantur, oppoſitum faciendo, quamuis peccet mortaliter aliquod trium eſſentialium votorum transgrediendo: quia ad illorum obſeruationem pꝫ ea voti vinculo, ceſſante lege tenetur. Tenetur tamen ex debito morali religioſus factus epiſcopus ad ſuæ religionis regulares obſeruantias non contrarias, aut diſſonas epiſcopo: quia ex aſcenſu ad perfectionis ſtatum non debet deficere à fructu prioris vitæ: vt ratio ſancti Th. monſtrat. Perderet autem, ſi ea, quæ etiam non conferunt ad perfectionem epiſcopalem, per quæ ad illam peruenit, diſereret. ſimile quidem accidit iſtis regularibus bonis in epiſcopo, quod accidit in naturalibus & diſciplinabilibus diſpoſitionibus. Videmus enim ad generationem ignis perueniri per calorem diſponentem ad ignem: & propterea igne genito, calor non minor manet, aliter tamen: quia prius inerat per virtutem quaſi coactiuam agentis: poſtea ineſt vt conſequens naturam geniti. Et ſimiliter frequens meditationis ſtudium ad doctoratum ducit: & propterea doctor niſi cancri more retrocedat amplius meditatur, licet aliter: quia prius quaſi pædagogo cogente, poſtmodum tanquam actum connaturalem exercens. Ita & religioſus profitendo per regulares obſeruantias, ad epiſcopalem perfectionem deducitur: qua adueniente, regulares obſeruantiæ epiſcopum decentes magis aſſumit: aliter tamen, quia prius tenebatur ad illas ex virtute coactiua legis: modo vero ex recta ratione dictante laborem viæ non debere petere in termino, & pꝫ per eadem bona perfectio conſeruari debet, per quæ acquiſita eſt.

¶ Ex quibus patet, vtranque opinionem verum diuerſo modo dicere, & pꝫ tenetur ad regulares obſeruantias, & quòd non tenetur: nam tenentur ex debito morali & non tenetur ex debito legali. Et hic patere poteſt, pꝫ monachus factus epiſcopus, licitè poteſt carnibus veſci in ſexta feria, quando natiuitas Domini in illa euenit: quarum à debito legali, quo ſub iugo prohibentis regulæ aſtringebatur, abſolutus eſt, & debitum morale tunc non habet locum. Quia conuenientiſſimum eſt, inquit diuus Tho in Tertia parte, quæſt. 40. arti. 2. vt qui cum aliquibus conuerſatur, ſe eis in conuerſatione conformet: ita pꝫ in cibo & potu conformiter ſe ſicut alii habeat: conſtat enim monachum epiſcopum ad conuerſandum cum eccleſia ſua, & ſpecialiter clericis ſuis tranſlatū. Et hoc præcipuè locum habet in tanta ſolennitate: in qua & ſancti viri abſtinentiæ detrahunt: decet. n. tantam internæ lætitiæ cauſam foris erumpere ad lætas menſas.

Fit monachus factus epiſcopus feria 6 natiuitate Dñi in ea adueniente.

Ad primam Ergo obiectionem pro parte negatiua ex decretis: dicitur, quòd monachus factus epiſcopus abſoluitur à regulari iugo, quod coactionem importat, ſed non abſoluitur à morali debito operis regularis. Et ſimiliter glo. verificanda eſt, pꝫ abſoluitur à iugo ieiunii & non à ieiunii debito morali. Ad obiectionem primam pro parte affirmatiua ex authoritate S. Th. dicitur, quòd intelligendus eſt debito morali, & non de legali. quod patet tum ex ratione ibi reddita, quæ non niſi debitum morale cōcludit: tum ex eo. quòd iuxta illam doctrinam religioſus factus epiſcopus etiam Romanus, tenetur ad regulares obſeruantias non dedecētes ipſum: & tamen conſtat ipſum non teneri debito legali, ſed morali tantum ad huiuſmodi. Ratio enim literæ illius non magis militat pro aliis epiſcopis, quàm pro Romano: cum iſte teneatur eſſe perfectior cæteris.

Ad ſecundam obiectionem dicitur, pꝫ canon ille Honorii 3. explicando reſtringens eſum carnis in natalis Domini ad eos, quæ nec voto nec regulari obſeruantia ſunt aſtricti, intelligitur de aſtrictis ex debito legali ad regularem obſeruantiam, & non de his qui ex debito morali ſubſunt regulari obſeruantiæ. Et ratio eſt, quia in qualibet ſcientia nomina ſunt interpretanda ſecundum vſum illius ſcientiæ: conſtat autem ſolos aſtrictos debito legali appellari in iure ſtrictos leges, & non aſtrictos legali debito appellari ſolutos a lege, princeps enim ſolutus dicitur legibus, qui tamen ſecundum morale debitū ſubeſt legibus. Et quod magis viget ad propoſitum monachus epiſcopus à iugo regulæ monaſticæ profeſſionis abſolutus dicitur, c. ſtatutum. 18. q. 1. non cōprehenditur igitur monachus epiſcopus in iuris diſpoſitione inter aſtrictos regulari obſeruantia: ſed inter abſolutos a iugo regularis obſeruantiæ, ſi iuris textum vnum ſecundum eiuſdem iuris textum alium intelligere debemus. Et tu lector memento ſcripta noſtra de huius quæſtionis materia in Commentariis ſuper Secunda ſecundæ ad hæc referre ſubtilius diſcuſſa. Romæ 13. Februarii 1518.

TRACTATUS VICESIMUS ſextus de Sacri ordinis Collatione vnica Quæſtione contentus.

QVAESTIO I.

Vtrùm in collatione ſacri ordinis ſufficiat tactus corporalis poſt completam prolationem verborum, in quibus conſiſtit forma.

Qvaeritvr, An in collatione ordinis ſufficiat tactus corporalis poſt completam prolationem verborum, in quibus cōſiſtit forma. Et videtur quòd ſic Primò, quia de facto ritus hic ſeruatur alicubi abſque reprehetione, vt a fide dignis dicitur. Porrigitur ſiquidem ab epiſcopo dicente ſemel tantum formæ verba in numero plurali, Accipite poteſtatem &c. calix præparatus: & quotquot ſunt ordinandi in ſacerdotes, ſigillatim accedunt ad contactum calicis epiſcopo non repetente, neque continuante verba, ſed deinceps ſilente, abſurdum eſt autem damnare tantū multitudinem, ergo, &c.

¶ Secundò, quia vbi eſt diuerſitas opinionū, non eſt diffinitiuè aſſerendum, niſi liquidè manifeſtata ſit veritas: ergo multò magis vbi nihil inuenitur etiā opinatum, non eſt damnanda altera pars, ſed quilibet ſenſui ſuo relinquendus. Sed de ſimultate contactus corporalis in ſacrorum ordinum ſuſceptione, nihil apparet etiam opinatum, quin potius de contactu ipſo corporali diuerſæ ſunt opiniones, vt S. Th. in 4. ſenten. diſt. 24. dicit. Non ſunt igitur damnandi, qui tetigerint quidem calicem præparatum, &c. quamuis non ſimul cum prolatione verborum.

¶ Tertiò, quia ſi contactus & verborū prolatio deberent eſſe ſimul tempore, hoc eſſet, quia verba formæ aliter non verificarentur. Sed hoc non accidit in propoſito, nam in verbis imperatiui modi ſatisfit, ſi incontinenti obeditur ſecundum intentionem imperantis. Epiſcopo autem porrigenti & dicē ti, tot ordinandis. Accipite, obeditur incontinenti ſecundum eius intentionem, quoniam epiſcopus etiā explicitè dicit, Ego intendo omnibus conferre ordinem ſic ſucceſſiue venientibus, ergo, &c.

Re-

RESPONDEO In hac difficultate, primo declarabitur veritas de neceſsitate contactus ſecundo, de ſimultate contactus & verborum, tertiò ſatisfiet oppoſitis.

Quo ad primum ſcito, quod non opinatiuè, ſed aſſertiuè dicendum eſt, quod contactus corporalis neceſſarius eſt ſacramento ordinis, non ſolum quia ſimile eſt in cæteris ſacramentis, in quibus adhibetur extranea materia (Baptiſmus enim ſine contactu aquæ, confirmatio ſine contactu manuum, vel chriſmatis, & extrema vnctio ſine contactu olei non fit: &c.) ſed quia propria ratio formæ ſacramẽti ordinis hoc exigit, vt diuus Tho. in præallegato loco docuit. Oportet ſiquidem verba, in quibus conſiſtit forma ordinis, verificari ſic, quod actus ſignificati impleãtur: alioquin ineſficacia vanaque ſunt: ſed in verbis formæ præcipitur actus ſuſceptionis corporalis: ergo oportet impleri tale imperium per corporalem acceptionem, Probatur minor: quia cum dicitur, Accipe, aut imperatur ſolus actus interior, aut cum exteriori acceptione. Non interior ſolus, quia de interioribus ſolis eccleſia non ſe impedit: ergo iunctis exteriori acceptioni. Et confirmatur: quia cum ſacramenta conſiſtãt in rebus & verbis ſenſibilibus (vt patet in principio quarti ſenten.) demonſtrationes iuſſioneſque ſacramentales ad ſenſum impleri oportet. Propter quod ſicut dum in forma euchariſtiæ dicitur, Hoc eſt corpus meum, oportet fieri demonſtrationem nõ ad intellectum tantum, ſed ad ſenſum: ita cũ in forma ordinis dicitur, Accipe, oportet fieri iuſſionem ad ſenſum: Et ſicut ibi oportet monſtrare contentũ ſub his ſenſibilibus ſpeciebus panis, &c. ita hic imperari acceptionem ſenſibilem, quæ contactu corporali perficitur, &c. Et hæc ratio non ſolum infert, quòd oportet corporalem ſuſceptionem interuenire in illis traditionibus, quibus imperatur explicitè acceptio alicuius rei corporalis, (puta cum dicitur, Accipe librum vel claues, &c.) ſed etiam cum dicitur, accipe poteſtatem, vel accipe Spiritum ſanctum: idem enim eſt vtrobique iudicium, quia idem eſt in vtriſque imperatum. Meminiſſe enim oportet, quod ſicut in conſecratione ſanguinis Ieſu Chriſti, non demonſtratur ex vi verborum id quod continetur ſub ſpecie vini, quod tamen deberet demonſtrari ſicut in cõſecratione corporis: ſed demonſtratur calix continẽs illas ſpecies, dicendo, Hic eſt calix, &c. & iuxta tropum metonymiæ ponitur continens pro contento, ad inſinuandum, quòd conuerſio fit in ſanguinem, vt potabilem: ita in ſacramento ordinis iubetur ex vi verborum quandoque acceptio ſpiritualis rei (puta poteſtatis ſeu Spiritus ſancti) & iuxta eundem tropum ponitur* quòd dicitur pro eo quòd fit, id eſt acceptio poteſtatis, pro qua acceptio corporalis fit, loco ipſius acceptionis incorporalis, quæ in rei veritate imperatur. Oportet enim (vt dictum eſt) iuſſionem ſicut & demonſtrationem ſacramentorum ad ſenſum impleri, &c.

*Aliter quòd dicatur.

¶ Amplius. Non minus oportet impleri quòd fit in ſacramento, quàm quòd dicitur. Sed in ſacramento ordinis ſi fit traditio calicis actiuè, & non accipitur, conſtat quod non impletur quod fit: nulla enim actio impletur ſine paſſione, vnde epiſcopus & verbo (vt dictum eſt) iuxta tropum prædictum, & facto, ipſa ſcilicet porrectione calicis, vel actiua manuum impoſitione, imperat corporalem ſuſceptionem. Propter quod ſicut non ſufficit epiſcopum manus imponere actiuè tantum: ſed oportet corporaliter tangi ordinandum, & obedire, contactum corporalem ſuſtinendo: quamuis ex vi verborum Spiritus ſanctus accipiendus iubeatur in illa impoſitione: ita non ſufficit calicem cum verbis porrigere, ſed oportet ordinandum obedire, ad corporalem tactum accedendo quamuis ex vi verborum poteſtas accipienda dicatur imperatiue, &c. Confirmatur quoque hoc authoritate decretalis de ſa. non ite. capite preſbyter. Vbi expreſſe apoſtolica traditione tactum corporalem debere interuenire Gregor. 9. dicit, &c. Nec deeſt quoque authoritas S. Tho. & Petri de Pa. & rubricarum librorum pontificalium, &c. Hæc de primo.

Quo ad Secundum ſcito, quod oportet corporalem contactum fieri cum prolatione verborum, in quib. conſiſtit forma ſimul tempore in toto, vel in parte, &c. quoniam nulla oratio verificatur, aut adimpletur, niſi ſignificatum ponatur in tempore conſignificatu. Tempus autem conſignificatum per orationẽ, quæ eſt forma ſacramenti, non ſe extendit extra totum tempus prolationis eius: ergo intra tempus prolationis verborum oportet acceptionem ſignificatã impleri, &c. Maior eſt per ſe euidens; minor autem continet duo: vnum eſt quòd tempus conſignificatum ſit præſens: alterum verò quòd tale tempus præſens non extendatur extra tempus prolationis verborum: his enim duobus euidẽter habitis, tota ratio clara erit, ac efficaciter inferens intentum. Primum autem horum euidens fit ex conditionibus verbi imperatiui: nam inter præſens indicatiui & præſens imperatiui, & futurum eiuſdem (verbi gratia, accipis, accipe, & accipito) conuenientia eſt in ſignificatione: ſingula enim acceptionem ſignificant. In modo autem ſignificandi differentia eſt, quoniam ly, accipis, ſignificat acceptionem indicatiue, ly vero, accipe, & accipite, ſignificant acceptionẽ imperatiuè. In tempore verò differentia eſt, ſed aliter quàm tã ly accipis, quàm ly accipe, ſignificat acceptionem in præſenti, ly verò accipito, ſignificat acceptionem in futuro. Vnde inter ly accipis, & ly accipe, neque in ſignificato, neque in tempore eſt differentia aliqua, ſed in modo tantum quoniam dicendo, accipis, acceptionem præſentem io te indico: dicendo verò, accipe acceptionem præſentem tibi impero, &c. Et ex hoc ſequitur, quòd ſicut verum non eſt dicere, accipis, te in præſenti nõ accipiente (indicatur ſiquidem eſſe in præſenti, quod non eſt) ita efficax non eſt dicere, accipe, te nõ in præſenti accipiente, imperatur ſiquidem eſſe in præſenti quod non eſt. Ex proprietate igitur conſignificati temporis in forma ſacramenti ordinis conſiſtente in verbo imperatiui præſentis temporis, apparet quod oportet impleri quod iubetur in præſenti tẽpore. Quòd autem tale præſens non extendatur vltra tempus prolationis verborum, probatur. Primò ex ipſa ratione temporis conſignificati.

¶ Ad cuius euidentiam aduerte tria. Primum eſt quod differentia temporis verborũ non tenet ſe ex parte prolationis, neque ex parte proferentis, ſed ex parte ſignificati; nã ſi ad tempus prolationis ſuſpicias, ita mẽſuratur tempore præſenti accipiam, & accepi, ſicut accipio, &c. ſimiliter ſi ad intentionem huius, vel illius proferentis aduerteris, ita poteſt intendere præſens tempus vnius anni, menſis, vel diei, &c. ſicut huius, nunc, &c. ſed ſi ſignificationem verbi perſpexeris, & menſuram durationis eius conſignificatam conſideraueris, inuenies, quod tempus conſignificatum vt menſura ipſius actus ſignificati ex vi talis verbi intelligitur. Secundum eſt, quod conſignificatum tempus eſt, & dicitur præſens, præteritum, vel futurum in reſpectu ad tempus, quo verbum ipſum ſignificatiuè profertur, quilibet.n. fatetur ſe falſum dicere ſi dicendo, credo, non habeat in ſe credulitatem quando hoc dicit. Et ſimiliter ſi dicendo, credidi, ſcit ſe nũquam niſi tunc, quãdo dicit, habuiſſe credulitatem, falſum dicit, &c. Et verba igitur præſentis temporis ſignificant actum coexiſtentem ipſis verbis quãdo dicuntur

tur

tur,& præterita præteritum,& futura futurum. Tertium eſt, ꝙ licet ſecundum veritatem nihil de tẽpore ſit vnquam præſens niſi inſtans,apud Grammaticos tamen tempus præſens dicitur & conſignificatur,quod cuicũque parti orationis coexiſtit,propter quod in ſacramentorum actionibus apud Theologos effect is quidem,quia in inſtanti fit,in fine prolationis verborum fit. Actus autem ſacramentalis tã actiuè,quàm paſſiuè in quacunque parte menſurantur prolationem verborum coexiſtat,ſufficit. Ex proprietate igitur conſignificati temporis euidenter patet, quòd tempus præſens conſignificatum in forma ſacramentorum non extenditur vltra menſuram prolationis eorum. Et confirmatur,quia ſicut in Euchariſtiæ conſecratione cum dicitur, Hoc eſt corpus meum,ly eſt,non conſignificat tempus extra prolationem verborum,ita in ſacramento ordinis,cum dicitur,accipe,non conſignificatur tempus extra menſuram prolationis verborum, vtrobique enim eſt verbum præſentis temporis, & non differunt niſi in modo,indicatiuo,ſcilicet,& imperatiuo. Menſura autẽ non ex parte modi ſed temporis ſe tenet, & propterea eadem eſt vtrobique ratio. Ex hoc habes non ſolum,quòd ex proprietate verbi ſe tenet,ſed quòd talis rigoroſa proprietas in ſacramentis eccleſiaſticis ſeruatur, intenditur & exigitur, idem enim eſſe de omnibus iudicium debet. Et confirmatur, quia niſi tempus præſens conſignificatum intelligatur præciſè terminari cum prolatione verborum, nulla eſſet certitudo quantum hoc præſens duraret,& ſic poſſet aliquis ſemel dicendo decem millibus hominũ, Ego vos baptizo,&c. per totum diem effundere aquam ſuper ſingulos,& eſſent baptizati, quod conſtat eſſe falſum. Hæc de ſecundo.

Quo ad Tertium,ad primum in oppoſitum dicẽdum eſt,quòd non eſt mirum, ſi Spiritusſanctus permittit aliquos epiſcopos errare in iſtis,quoniam manifeſta apparet in eis demeritoria cauſa, quia ſcilicet non ſubmittunt actus ſuos rubricis pontificalibus, ſed ſenſum proprium ſectantes euaneſcunt in cogitationibus ſuis:& dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Epiſcopi tamen mutantes numerum ſingularem in pluralem,& dicentes,pluribus ſimul tangentibus,accipite,in nullo errant:ſicut nec baptizãs plures ſimul aſpergendo & dicendo,Ego vos baptizo,&c. Illi quoque qui inter dicendum ſemel verba formæ pluribus ſucceſſiue tangentibus porrigunt, dicendo,accipite,ſatisfaciunt ſacramento: quia etiã ſi vni tantum traderent dicendo,accipe, non exigitur quòd à principio formæ vſque ad finem ſemper adſit contactus: ſicut etiam in Baptiſmo non oportet ablutionem vnius durare:quandiu durant verba formæ ſed ſat eſt ſi in aliqua parte verborum durante fiat hic ablutio,fiat ibi contactus,&c. Illi autem qui ante vel poſt prolationem verborum tangunt: nihil ſuſcipiunt:ſicut nec eſſent baptizati,qui ante vel poſt prolationem verborum abluerentur.

¶ Ad ſecundum verò dicitur,ꝙ authoritas rubricarum pontificalium, expreſſe ſtatuentium contactum & eius ſimultatem cum prolatione,& rationes authoritateſque ſupradictæ, excludunt huiuſmodi opiniones,& determinant.

¶ Ad tertium autem iam patet, quòd non ſaluatur veritas ſeu efficacia orationis imperatiui præſentis temporis, niſi illo tempore præſenti fiat quod imperatur:& quòd ſacramentorum efficacia certa exigit tempus præſens,non ad libitum miniſtri, ſed ſecundum naturam ipſius ſacramenti intelligi. Vnde intentio epiſcopi etſi in his, quæ iuriſdictionis ſunt poſſit præſens ampliare: in his tamen, quæ ordinis ſunt,non poteſt:ſed oportet ipſum in captiuitatem reducere intentionem ſuam in obſequium Chriſti, & eccleſiæ,&c. Nec obſtant his dicta doctorum ſententium, quòd ſacerdotes noui in ſua ordinatione formam conſecrationis Euchariſtiæ proferunt, & omnes referunt intentionem ſuam ad inſtans, quo terminatur prolatio formæ conſecrationis euchariſtiæ ab epiſcopo. Hoc enim non eſt intelligendum,quòd fiat ea vi intentionis nouorum ſacerdotum, quaſi ipſi poſſint ſuſpendere effectum verborũ in aliud tempus, hoc enim non minus poſſent perfecti ſacerdotes. Sed quia ſic fit in eccleſia à Spirituſancto gubernata,vt omnium conſecratio efficax inueniri poſſit, humana ratio tentauit ſuadere,adhuc tamen non perſuaſit,ſed in captiuitatem ducto intellectu actus fit. Et hæc dicta ſufficiant. Pilis,die 20. Nouembris, 1519.

TRACTATUS VICESIMUS ſeptimus. De Diſpenſatione Matrimonij in Occidentali eccleſia, Quæſtione vnica contentus.

QVAESTIO I.

Vtrùm ſummus Pontifex poßit diſpenſare cum ſacerdote occidentalis eccleſiæ,vt accipiat vxorem.

QVæritur Vtrùm ſummus Pont. poſſit diſpenſare cum ſacerdote Occidentalis eccleſiæ,vt accipiat vxorem.

¶ Videtur enim, quòd non. Primò quia traditum alteri non poteſt abſque iniuria ab eo tolli:ſed corpus ſacerdotis occidentalis traditum eſt diuinis obſequiis in caſtitate:ergo,&c.

¶ Præterea, Secundum S. Thomam in Secundã ſecundæ,quæſtio.88.artic.2.dicitur,ꝙ ſummus Pont. non poteſt diſpenſare religioſum ad contractum matrimonii:ergo nec ſacerdotem.

In oppoſitum eſt, quia caſtitas annexa eſt ordini ſacerdotali ex ſtatuto eccleſiæ, ergo per eam poteſt tolli.

In hac quæſtione iuxta tria quæ apparent in ſacerdote Occidentali,diſcutienda ſunt tria,vt plenius ſatisfiat,& cuiuſdam reuerendisſimi domini Cardinalis votis,& Pariſiis nuper exorta quæſtio clarius appareat.

¶ Videndum eſt igitur primò de ſacerdotio abſolute,quomodo ſe habeat ad matrimonium:ſecundò de annexo voto continentiæ:tertiò de ſtatuto eccleſiæ. Ex his enim, & non aliunde impediri contingit ſacerdotem à matrimonio.

Quo ad primum ergo duo dicuntur. Alterum affirmatiuum ſcilicet ꝙ ſacerdotium impedit matrimonium contrahẽdum alterum negatiuum, ſcilicet ꝙ non dirimit contractum. Et primum quidem intelligendum eſt de congruo: quoniam nec ratione, nec authoritate probatur, ꝙ abſolute loquendo ſacerdos peccet contrahendo matrimonium, quin potius & ratio ad oppoſitum ducit: quoniam,vt patet in 37 diſt.4. ſcu nec ordo inquantum ordo,nec ordo ſacer inquantum ſacer eſt impeditiuus matrimonij: & in eccleſia occidentali olim diaconi poterant contrahere matrimonia,vt dicitur capit. diaconi. diſtin.28. Manifeſte

feſtè quoque in 31.diſt.in canone, alter: dicitur, ꝙ Orientales in ſacramentis conſtituti copulantur matrimonijs. Nec admittenda eſt gloſſa exponens, copulantur: id eſt, copulato vtuntur: quoniam manifeſtè ſeries textus de contractu matrimonij loquitur, vt confirmat etiam aduerſatiua ſubiuncta, ſcilicet ꝙ Occidentales non ſortiuntur coniugia, & cætera. Secundum verò dictum intelligendum eſt, quòd non dirimit matrimonium cõtractum ſiue ante, ſiue poſt. Et hoc (vt dixi) ſeclusis omnibus legibus eccleſiaſticis, ſtando tantum in his quæ à Chriſto & Apoſtolis habemus. Et confirmatur vltimò vtrunque horum ratione. Si ordo ſacerdotalis ex natura ſua impediret matrimonium contrahendum (ita quòd contrahere eſſet peccatum) aut dirimeret contractum, ſequeretur quòd in nullo caſu quantæcunque neceſſitatis, aut vtilitatis per eccleſiam militantem poſſet diſpenſari cum aliquo ſacerdote, quòd contraheret matrimonium. Hoc conſequens eſt & contra Theologos, & contra Canoniſtas & contrà authoritatem, qua de facto vtitur Ro. eccleſia. Conſequentia autem manifeſte patet ex exercitatis in Philoſophia ſaltem rationali: quoniam quod eſt ſecundum ſe prauum, nulla ratione poteſt fieri licitum. Hæc de primo.

Quo ad ſecundum, duo diſcutienda occurrunt. Alterum eſt, an ſecundum veritatẽ ſacerdos voueat caſtitatem: alterum eſt de efficacia illius voti. Quidã putant ſacerdotes Occidentales in hoc differre à religioſis, quo ad debitum ſeruandi continentiam: ꝙ religioſi aſtringuntur voto ſolenni: ſacerdotes autem non voto, ſed ſtatuto eccleſiæ. Verùm hi manifeſtè errant: quoniam expreſſè mandatur epiſcopis, ꝙ neminem ordinent, niſi voueat caſtitatem, vt patet diſt. 28. in c. nullum. ex quo formatur talis ratio. Aut omnes epiſcopi occidentales ſunt tranſgreſſores præcepti Apoſtolici, aut non. Non eſt dicendum primum, cum conſtet multos eſſe viros timoratos & ſanctos nec reprehendi ſe à conſcientijs proprijs, quòd in actu ordinandi ſint tranſgreſſores huius præcepti, ergo obſeruant hoc præceptum, ergo ſuſcipientes ordines ſacros intelliguntur vouere caſtitatem ipſo facto, non verbo, ſed facto, ſuſcipientes ordinem ſacrum Occidentali ritu. Nec putes Scotum, Durandum, & Petrum de Pal. his aduerſari, eo quòd dicunt, quòd non poteſt quacunque eccleſiaſtica authoritate, annecti votum ex facto extrinſeco, quia votum eſt actus voluntatis intrinſecus & liber. Stant enim hæc ſimul cum prædictis, quoniam ex iam dictis habetur, quòd ſuſcipientes ordines ſacros, abſque peccato perſonis voueant caſtitatem. Ex hoc autem habetur, quòd abſolutè loquendo poſſunt ſuſcipere ordinem ſacrum abſque voto caſtitatis quia voluntas non compellitur, ſed tamen (vt dictum eſt) cum peccato fictionis, mentiuntur. n. facto profitentes ſe vouere, & interiori actu oppoſitum intendentes.

¶ De efficacia autem ſolennis voti, diuerſa eſt Theologorum opinio. Scotum nanque eſt Pet. de Pal. in 4. diſt. 38. putant eandem vim habere ſimplex & ſolenne votum quo ad Deum, ac per hoc nullum ex natura ſua dirimit matrimonium contractum. Poteſtque eorum poſitio fundari ſuper hoc quòd ſi ſolenne votum ex natura ſua dirimeret matrimonium poſt contractum, nullo caſu poſſet diſpenſari. San. Thom. autem & Ricar. vbi ſuprà tenent votum ſolenne dirimere ex propria natura matrimonium ea ratione, quia ponit ipſum Deum, ſeu eccleſiã in poſſeſſionem proprij corporis. Addit tamen in ſecunda ſecundæ San. Tho. 88. aliam rationem ex parte conſecrationis, quia ſcilicet quod ſemel ſanctificatum eſt Deo, non poteſt in alios vſus conuerti. Nec valet reſponſio Scoti ad primam rationem, ſoluentis, eam per interrogationem, dicendo quòd non plus ponit in poſſeſſionem votum ſolenne quam ſimplex, eo ꝙ nihil intrinſecum voto habet ſolenne, quo careat ſimplex, vt patet in actu interiori voluntatis, cuius eſt vouere. Hæc inquam deriſio deriſibilis, eſt quoniam manifeſte patet, ꝙ vouens votum ſolenne, non ſolùm promittit, ſed mutat de facto ſtatum, ac per hoc vouens ſolenniter vt ſic, acceptat interiori actu mutationem ſtatus, promittens viuere de cætero in illo, &c.

¶ Videtur autem mihi rationabilior via Sã. Tho. ſi tamen rectè intelligatur. Puto enim quòd ad mentem eius, & ſecundum veritatem diſtinguendum ſit cum ipſo in Secunda ſecundæ, vbi ſuprà quòd ſolenne votum eſt duplex. Quoddam per ſe ſolenne, vt profeſſio religioſorum, & quoddã per accidens ſolenne, vt votum caſtitatis annexum ordini ſacro. Eſt autem ratio huius differentiæ, quia ſolennitas, ſiue conſiſtat in exhibitione, ſiue in conſecratione, per accidens coniungitur voto ſuſcipientis ordinem ſacrum. Quoniam talis exhibet ſeipſum, & conſecratur non ad caſtitatẽ ſed ad actus ordinis. Religioſus verò benedicitur & exhibet ſe ad religionis ſtatum, qui importat per ſe negationem propriæ voluntatis, corporis, & bonorum. Hac verò diſtinctione ſtante duas dico propoſitiones. Altera eſt, quòd votum annexum ordini ſacro, per ſe non dirimit matrimoniũ contractum, & ratio eſt, quia eſt ſolenne per accidẽs. Nec etiam per accidens fit ibi exhibitio corporis proprij ad aliquid repugnans matrimonio, ſed promiſſio tantum, vt patet in c. nullum. diſtin. 28. Altera eſt, quòd votum religionis per ſe dirimit matrimonium contractum, tum quia in eo fit exhibitio corporis ad ſtatum repugnantem matrimonio, tum quia tanta vis eſt, vt ſoluat matrimonium prius legitime contractum & non conſummatum, non ex ſtatuto eccleſiæ, ſed ex propria natura. Et hanc rationem bene notabis contra Doct. diſcrepantes à San. Tho. ipſimet enim vtuntur voto profeſſionis, vt morte ciuili cum ad matrimonium prius contractum diſputatio trahitur, cùm verò ad ſequens matrimonium dirimendum ſermo conuertitur, dicunt profeſſionem non plus efficaciæ habere, quàm votum ſimplex, manifeſte inſinuantes viris doctis doctrinæ ſuæ ruinoſum fundamentum. Eadem ſiquidem ratione & efficacia, qua profeſſionis votum dirimit prius contractum, eadem dirimit poſt contractum, imo minor vis requiritur ad dirimendum conſequens matrimonium; quàm antecedens, vt patet in ordine ſacro dirimente conſequens matrimonium, quàm antecedens, vt patet in ordine ſacro dirimente conſequens & non antecedens. Non enim poſt contractum matrimonium per verba de præſenti, ſi quis inuita vel conſentiente ſponſa Sacerdos fiat, propterea ſolutum eſt matrimonium, ſed illa non poteſt alteri nubere, cum tamen conſtet, quod ſi religioſus fuiſſet factus, ſoluta eſſet a vinculo coniugali. Nec obſtat, quod in libro 6. de voto & voti redempt. dicitur, ꝙ ſolennitas voti per ſolã eccleſiæ conſtitutionem eſt adinuenta. Hoc enim verùm eſt, quemadmodum etiam conſecratio calicis per ſolam eccleſiæ conſtitutionem adinuenta eſt. Cùm hoc nanque ſtat, quod quemadmodum nec conſecratio calicis in ſolo eccleſiæ ſtatuto conſiſtit ſed in diuina benedictione, ita ſolennitas quoque voti in diuina benedictione conſiſtit, vt in Secunda ſecundæ. quæſt. 88. dicitur, iuxta illud Nume. 6. Inuocabit nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis. Et rurſus, ſicut calix iam conſecratus ex propria natura repugnat profanis vſibus, ſic profeſſus ſolenniter, ex propria na-

natura

tuiate pugnat proprietati rerũ,& actibus venereis,& exteris. Cum his tamen teneo,quòd apud San. Tho. poteſt eccleſia diſpenſare in vtroque voto,ſcilicet religionis & ordinis, pro aliqua maxima neceſſitate. Et quod eccleſia quidem poſſit,nolo aliter probare, quàm ex facto,quia ſcilicet ſummus Pontif. Regem Aragonum(vt Per.de Palu.refert)diſpenſauit , imò compulit, vt religione dimiſſa vxorem duceret, &c.propter regni illius diſpoſitionem. Quòd autem hoc ſit de mente San. Tho.manifeſtè concipi poteſt ex initio & fundamento poſitionis ſuæ in contrariũ in Secunda Secundæ,loco allegato. Ibi ſiquidem volens concludere , quòd Papa non poſſit diſpenſare cum religioſo,pro radice poſitionis aſſumit authoritatem Decretalis,dicens, Sed quia Decretalis , cum ad monaſterium manifeſtè dicit,&c. & deinde vt cõformaret ſe Decretali adinuenit illam adaptationẽ de conſecratione,vt ibi patet. Ex quibus omni paſſione ſemota,quilibet perſpicacis ingenii eliciere poteſt,quòd ſi tempore ſuo ſummus Pont.dixiſſet oppoſitum verbo vel facto(vt poſtmodum fecit) quòd ipſe quoque accommodaſſet rationem inobediantię ſedis apoſtolicæ. Et propterea illa opinio non eſt ſua, niſi pro quanto ſuſtentabatur ab illa Decretali.

Poteſt igitur ad rationes ſupratactas,quæ videntur concludere indiſpenſabilitatem voti ſolennis religionis reſponderi. Et ad illam quidem de conſecratione,poteſt cum aliis dici,quòd ſemel ſanctificatum Deo,non poteſt in alios vſus paſſim conuerti,ſed bene in magnæ neceſſitatis articulo. Liceret ſiquidem bibere in calice conſecrato, vbi aliquis nõ poſſet aliter bibere,&c.

¶ Ad aliam verò de exhibitione,eodem modo dici poteſt,quòd quamuis res alteri tradita dono non poſſit regulariter ab eo auferri,poteſt in caſu neceſſitatis , quo ablatio eſſet magis vtilis , quam poſſeſſio propter commune bonum, quod præeminet bono particulari.

¶ Ad aliam verò,quę adducta eſt pro fundamento poſitionis aliorum doctorum , dici poteſt , quòd magna differentia eſt inter aliquid eſſe per ſe tale & poſſe per ſe tale quid. Quod enim eſt per ſe tale , nullo caſu,nullaque diſpenſatione poteſt non eſſe tale,ſed quod poteſt per ſe in aliquid,contingit impediri,vt effectum intentum non producat, vt patet in agentibus naturalibus. Dico ergo in propoſito,quòd votum religionis eſt potens per ſe in hunc effectum, id eſt dirimere matrimonium ſequens,contingit tamen(& hoc rariſſimè)vt intentum effectum non habeat propter concurſum alterius cauſæ,ſcilicet eccleſiæ authoritatis, & publicæ vtilitatis non paruæ. Hęc de ſecundo.

Quo ad tertium(ſcilicet de eccleſiæ ſtatuto)e ſtat iam,quòd hodie ex eccleſiaſtico ſtatuto tam ordo Sacer , quam votum profeſſionis in aliqua approbata religione,impedit matrimonium contrahendum,atque dirimit contractum. Et quoniam ordo Sacer nõ dirimit poſt contractum ex natura ſua,nec ex natura voti ſimplicis (quia non eſt ſolenne niſi per accidens vt patet ex dictis)ſed ex ſtatuto eccleſiaſtico, idcirco cum ſummus Pontifex poſſit ad libitum relaxare ſtatuti vinculum,ſequitur neceſſariò,quòd ſi Sacerdos Occidentalis contrahat matrimonium de licentia sũmi Ponti.abſque vlla rationabili cauſa , quòd matrimonium ipſum eſt verè matrimonium,& contrahentes ſunt verè coniuges , & proles eſt vere legitima . Quamuis contrahendo tale matrimonium ſic peccet mortaliter vterque contrahens,contra votum caſtitatis agens abſque rationabili , aut dubia ſaltem cauſa licentiatus, & conſequenter nec ipſe Pontif. a mortali excuſaretur; ſed ſi cauſa rationabilis diſpenſandi in voto caſtitatis adſit, contrahens diſpenſatiue tute contrahit,ac contracto vtitur . Ex hinc patet , quod cum rationabilis cauſa diſpenſandi in voto caſtitatis poſſit eſſe non ſola vtilitas publica ciuilis aut eccleſiaſtica,ſed aliquod aliud maius bonum nunc hic,& ab hoc,& extera ,quam ſeruata caſtitas , conſequens eſt quòd ſummus Pontifex non ſolum poteſt, tutè et ſalua conſcientia poteſt diſpenſare cum Sacerdote Occidentali,quòd contrahat etiam ceſſante cauſa publicæ vtilitatis. Et propterea præſumptuoſa fuit quorundam determinatio,dicens abſolute,quod abſque tali cauſa Papa non poteſt. Cum tamen , vt oſtendimus, Papa abſque cauſa vlla poſſit , peccando tamen , & cum cauſa rationabili quacunque abſque peccato,& vtrobique matrimonium eſt validum. Romæ die 12. Aprilis,1505.

TRACTATUS VICESIMUS quintus de Matrimonio, vnica Quæſtione contentus.

QVAESTIO VNICA.

Num matrimonium legitime contractum inter Chriſtianos per verba de preſenti poſſit ante carnalem copulam dirimi authoritate Papæ abſque religionis ingreſſu.

QVæritur vtrum matrimonium legitime contractum inter Chriſtianos per verba de præſenti , poſſit ante carnalem copulam dirimi authoritate Papæ abſque religionis ingreſſu. Et arguitur quod non. Primo , ex ipſius natura, Quandocunque eſt aliqua res tranſiens,ad cuius poſitionem per ſe ponitur aliquid concomitans, impoſſibile eſt poni rem illam tranſeuntem,& non poni illud concomitans,quia quod conuenit alicui per ſe , conuenit neceſſario & inſeparabiliter. Sed ſacramento matrimonii coniungitur indiuiſibilitas & inſeparabilitas perſonarum,quæ fiunt coniuges , quod probatur , quia hoc ponitur in diffinitione matrimonii. Ergo ſi matrimonium poſitum eſt actu , & tranſit , impoſſibile eſt quin reſtet inſeparabilitas , ſed nulla diſpenſatio poteſt ſuper impoſſibili,ergo.

¶ Secundo ex parte inſtitutionis , Matrimonium eſt de iure diuino , vtpote inſtitutum a Deo in paradiſo(dicente,Creſcite,& multiplicamini)ſecundum quod eſt officium naturæ , & a Chriſto ſecundum quod eſt ſacramentum eccleſiæ ſicut cætera ſacramẽta,vnde Matthæi 20.dicitur,Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet,& ad Ephe.5. Sacramentum magnum in Chriſto & eccleſia. Papa autem non poteſt ſupra ius diuinum,ergo.

¶ Tertio ex parte ipſius ſacramenti. Non minoris efficaciæ eſt ſanctificatio veri ſacramenti ſanctificatione conſecrationis eccleſiaſticæ. Sed res conſecrata,puta calix,non poteſt diſpenſatione Papæ deſinere eſſe conſecratus,quandiu eſt calix ,ergo vir & mulier ſanctificati coniuges ipſo ſacramento matrimonii,non poſſunt quandiu viuunt,deſinere eſſe coniuges.

ges. Et confirmatur, quia ſicut Papa non pôt facere, quòd hoſtia ſemel conſecrata deſinat eſſe conſecrata, ita non poteſt facere, quòd vinculum matrimonij ſemel contractum deſinat eſſe inter perſonas, inter quas eſt contractum.

¶ Quartò ex parte talis ſacramenti, Matrimoniū inquantum ſacramentum ſignificat coniunctionem ſpiritualem Chriſti & eccleſiæ, vt patet per Magiſtrum ſen. in 4. diſt. 26. Sed coniunctio ſpiritualis inter Chriſtum & eccleſiam eſt inſeparabilis, quoniā ſcriptum eſt Matth. vlti. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Ergo matrimonium inquaotum ſacramantum, eſt inſeparabile.) Et confirmatur hæc ratio authoritate San. Tho. in 4. diſt. 33. q. 2. articulo 1. ad tertium, dicentis, quòd matrimonium ex quo inſtitutum eſt vt ſit ſacramentum eſt indiſpenſabile, niſi fortè à Deo. Et confirmatur, quia tria ſunt bona matrimonij fides, prolea, & ſacramentum, id eſt indiuiſibilitas.

¶ Quintò ex authoritate. Quia iſta videtur communis ſententia Theologorum.

In oppoſitum eſt authoritas Canoniſtarum vt patet in capitulo ex publico de conuerſione coniugatorum.

In hac dubitatione intendo Theologaliter veritatem inquirere & concludere præcipuè ſecundum doctrinam San. Tho. vnde tria agenda ſunt. Primò oſtendetur in quo ſtat ratio ambiguitatis. Secundò ipſa ratio tractabitur. Tertiò ſatisfiet oppoſitis.

Quo ad primum, ſciendum eſt, quòd cum matrimonium dupliciter conſideretur, (ſcilicet vt eſt officium naturæ, & vt eſt ſacramentum eccleſiæ) ſi attendamus in omnibus & ſingulis conditionibus, quas habet, ſecundum quòd eſt naturæ officium, quæſtio hæc clara eſt, quia conſtat matrimonium eſſe diſſolubile etiam poſt conſummationem, vt patet de coniugio infidelium. Vnde à præſenti diſputatione reſecanda ſunt quæcunque ſpectant ad matrimonium, inquantum eſt naturæ officium. Et proptereà rationes omnes ex inſtitutione in paradiſo, & ex traditione mutuæ poteſtatis in corpus proprium, & ex commixtione carnali, & ex inſeparabilitate his annexa, non conuincunt intellectum ad confitendum indiſpenſabilitatem: hæc enim omnia ad matrimonium, ſecundum quòd eſt naturæ officium, ſpectant, & de naturæ iure ſunt, recipere tamen diſpenſationem in aliquo caſu patet, & 1. ad Corint. 2. & à ſancto Tho. in 4. diſt. 33. quæſt. 2. art. 1. & 2. Si verò conſideremus matrimonium, ſecundum quòd eſt eccleſiæ ſacramentum, tunc diſtinguere oportet ſingulas eius conditiones. Sunt autem hæ quatuor: ſcilicet ſacramentum tantùm, res & ſacramentum, res tantùm ſignificata & contenta, & res ſignificata & non contenta: vt patet ex 4. ſent. Sacramentum tantùm, vocantur actus ſenſibiles, quibus contrahitur matrimonium, non abſolutè (ſic enim ſpectant ad naturæ officiū) ſed vt ex diuina inſtitutione ſignum & cauſa ſunt inuiſibilis gratiæ, Res & ſacramentum vocatur ipſum vinculum coniugij, non abſolutè, (quoniam ſic ſpectat ad naturæ officium) ſed vt ex inſtitutione ſignificat aliquid ſanctum (putà coniunctionē ſpiritualem inter Deū & animam) & diſponit ad gratiam. Res tantum ſignificata & contenta, eſt gratia gratum faciens, quæ in hoc ſacramento confertur ad ſanctè poſſe vti cōiugio. Res autem ſignificata & non contenta, triplex aſſignatur, ſcilicet coniunctio ſpiritualis per charitatem inter Deum & animam, & coniunctio etiam per charitatem inter Chriſtum & eccleſiam, & coniunctio per vnionem perſonalem inter verbum & humanam naturam: quæ vocatur conformitas in natura Chriſti ad eccleſiam. Si igitur ex nullo horum habetur indiſpenſabilitas, diſſolubile erit: ſi autem ex his habetur inſeparabilitas, diſpenſari nō poteſt. Si diligenter autem inſpiciamus, nihil inuenitur in omnibus his ſuprà ea, quæ ad naturæ officium ſpectant, niſi ſignum & ſignatum, & cauſa & cauſatum: hæc enim tantum addit ſacramenti ratio ſuprà naturæ officium. Et ex parte quidem cauſæ & cauſati, manifeſtè patet non haberi omnimodam inſeparabilitatem matrimonij: quoniam nihil in hoc ſacramento cauſatur indelebile, cùm non imprimat characterem, ſed ſit iterabile etiam viuentibus coniugibus: vt patet ſi alter religionem profiteatur: gratia quoq; hic cauſata amitti poteſt, imò quandoque ſit ſacramentum hoc ſine gratia, cum ſcilicet celebratur in peccato mortali incontrito. Ex ratione igitur ſigni & ſignati oportet inſeparabilitatem hanc eſſe, ſi ex ſacramenti vi ſit. Et ſi quidem ſacramentum hoc, primò ſignificatum habet inſeparabile, oportet inſeparabilitatem ſequi: ſi autem primarium eius ſignificatum, non eſt inſeparabile, ipſum quoque ſeparari poteſt. Notāter autem dixi primo ſeu primarium eius ſignificatum: quoniam didici S. Tho. vbi ſuprà, quòd contra prima præcepta ſacramenti, non admittitur diſpenſatio, niſi fortè à Deo. Prima autem præcepta ſigni, circa primarium ſignificatū conſtat attendi: ſicut vniuerſaliter prima præcepta cuiuſcunque gradus vel officij circa principalem illius finem. Ad hoc igitur tota quæſtio hæc reducitur, an ſacramentum matrimonii ſignificat primo aliquid indiſſolubile. Et hæc de primo.

Quòad ſecundum Duos ego in hanc rem inuenio dicendi modos. Magiſter ſiquidem ſenten. in 4. diſtinct. 20. expreſſe tenet, quòd matrimonium contractum, eſt ſignum coniunctionis ſpiritualis inter Chriſtum & Eccleſiam. Et quoniam coniunctionē hanc conſtat eſſe inſeparabilem, oportet ſecundum ipſum, & eius ſequaces, ꝙ matrimonium ratum etiā non conſummatum, ſit omnino indiſpenſabile. Hanc opinionem videntur ſequi omnes Theologi qui partem negatiuam quæſtionis tenent, ponentes tertium bonum matrimonii (quod ſacramentum dicitur) indiſſolubilitatem coniugii, non abſolute, ſed inquantum ſignum indiſſolubilitatis inter Chriſtū & eccleſiam ponit.

¶ Sed hæc opinio (ſalua tantorum virorum reuerentia, falſa videtur, ꝙ dupliciter oſtenditur. Primò. Si matrimonium contractum ac ratum, ſacramentum eſſet coniunctionis inter Chriſtū & eccleſiā, ſequeretur ꝙ maritus relictæ ante conſummationem matrimonij eſſet vere bigamus, hoc eſt falſum: ergo. Probatur ſequela: quia ratio bigamiæ eſt defectus ſacramenti: quia ſcilicet non eſt vnicus vnius: ſicut Chriſtus vnus vni tantū vnitus eſt eccleſiæ. Hic autem defectus manifeſtè adeſt ſecundo coniugio, ſi matrimonium ex ſolo contractu, ſacramentum eſt coniunctionis Chriſti & eccleſiæ. Falſitas conſequētis patet ex determinatione eccleſiæ, extra de bigamis, capitulo debitū. Et ſcio, quòd ſumpta eſt hæc ratio ex illa decretali, & conuincit me quoniā à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis eſt optimus & neceſſarius proceſſus. Et atteſtatur eidē ipſe magiſter ſen. quoniā ſicut tenet antecedēs, ita ēt affirmauit cōſequens in 27. diſt. 4. Vnde à nobis ſicut nō ſuſtinet in cōſequente, ita nec in antecedente tenendus eſt, quin potius eccleſia determinādo oppoſitum conſequentis, determinauit oppoſitum antecedentis: cōnexa quippe ſunt hæc. Vnde inaduertēter loqui videntur qui in materia bigamiæ dicunt bigamiā non fieri ante conſummationē

ſeu inconingentium, & in materia matrimonii di cunt matrimonium non conſummatum ſacramentum eſſe coniunctionis Chriſti & eccleſiæ: hæc.n. (vt à ſenſu patet) haberet contradictionē implicitā. Secundò ſi matrimonium ſolo contractu ſignificat coniunctionem inſeparabilem inter Chriſtum & eccleſiā, ſequeretur ꝙ nec etiā per ingreſſum religionis naturaliter ſolueretur, hoc eſt falſum: ergo. Conſequentia probatur: quia non ſunt facienda mala vt veniāt bona. Violatio autem ſacramenti coniunctionis inter Chriſtū & eccleſiā, malum eſt non paruum, ſacrilegiū. Et fieret per huiuſmodi ingreſſum: quoniā ſolueretur matrimonium & cōſequenter ſacrum ſignum, & conſequenter daretur intelligi, ꝙ ſignificatum eſſet ſolubile. Falſitas autem cōſequentis ex eo patet, ꝙ non diſpenſatiuè, ſed regulariter licet cuilibet ante conſummatum matrimonium ire ad religionem: imò ſecundum San. Tho. dantur coniugibus duo menſes ante cōſummationem ad hoc: & (vt in c. ex publico de conuer. coniug. patet) Papa non diſpenſando, ſed ſequendo eccleſiæ morem determinat matrimonium ſolui per religionis ingreſſum. Sunt etiam contra hoc authoritates: quæ infra afferentur.

¶ Alij igitur ſequentes determinationem in prę allegato c. de bigamis factā, dicunt ꝙ matrimonij ſacramentum, quo ad ſignificationem, non eſt completum vſq; ad carnalem copulā incluſiuè: ita ꝙ matrimonii contractum ſignificet coniunctionē Dei ad animā per charitatem, conſummatum verò coniunctionē Chriſti ad eccleſiā. Et inquātum prima coniunctio eſt ſolubilis, ſecunda nō: ideo matrimonium contractum tātum ſolui poteſt, conſummatū aūt minimè: vnde Dom. Matth. 19. non dixit, Quos Deus coniunxit homo non ſeparet, niſi poſt illa verba, & erunt duo in carne vna. Et apoſtolus ad Ephe. 5. non dixit, Hoc ſacrum magnū in Chriſto & eccleſia niſi poſt illa verba, Et erunt duo in carne vna. Et ideo Leo papa (vt refert Magiſter in 4. diſt. primi, & Gratia. 27. q. 2.) ait, Societas nuptialis ita eſt à principio inſtituta, vt præter commixtionē ſexuū non habeat Chriſti, & eccleſię ſacramentum. Hæc ille. Vbi clarè vides aſſertum à tāto doctore, ꝙ probare laborauimus nos. San. Tho. quoq; in 4. di. 27 q. 2. art. 3. q. 2. expreſsè dicit duo notāda ad propoſitū. Primum eſt in reſponſione ad primum, ꝙ quia matrimoniū contractum ſignificat coniunctionem ſpiritualem inter Chriſtum & animā, & hæc eſt ſolubilis, ideo religionis ingreſſus aufert ſacramentum. Secundum eſt in reſponſione ad tertium, ꝙ quia matrimonium contractum tātum non eſt perfectum, ideo non habet omnimodam indiuiſibilitatem. Ex his etiam confirmātur omnia dicta. Et colligere potes hanc rationē ſic. Si matrimonii ſacramentum non cōſummatum eſſet indiſſolubile authoritate Papæ, hoc eſſet, quia omnimoda indiſſolubilitas eſſet de ratione eius, ſed hoc eſt falſum, ergo. Probatur falſitas conſequentis, quia eſt de ratione eius, inquātum eſt officiū naturę, & non inquantum eſt ſacramentum, ſed neutrum eſt, vt probauimus, ergo. Poteſt quoque idem probari ſic, De ſacramentis eccleſiæ illud tenendum eſt, ꝙ Romana eccleſia tenet, ſed Ro. eccleſia diſpenſat de facto apoſtolicis literis ſuper huiuſmodi matrimonia cōtracta, ergo. Minor patet in Martino 5. & Eug. 4. quorū bullas ſuper hoc refert Archiepiſcopus florētinus ſe vidiſſe. & noſtris temporibus pluries hoc factum videtur. Non deeſt etiā naturalis ratio, ꝙ ſit diſpenſabile. Videmus enim in vniuerſo tria genera rerum, quædā enim ſunt neceſſariæ ſimpliciter, quas. ſ. impoſſibile eſt aliter ſe habere, vt ſunt motus cœleſtes, & quędā ſunt contingentes ſimpliciter, vt ea voluntariæ, & quędā neceſſariæ non ſimpliciter, ſed vt in pluribus, vt naturalia iſtorum inferiorum. Et inter hæc manifeſta eſt hęc differentia, ꝙ neceſſaria non poſſunt impediri, contingentia poſſunt fieri, vt libet, neceſſaria verò vt in pluribus poſſūt quidem impediri, ſed raro. Cum aūt indiſſolubilitas ſacramenti matrimonii non ſit de genere contingentiū (vt patet, quia non pōt ad libitum diſſolui) nec ſit de genere neceſſariorum ſimpliciter (quia pōt quādoque impediri, vt patet, ſi alter cōiugum ingrediatur religionem) reſtat vt ſit de genere neceſſariorū vt in pluribus. Et verè ſic eſt, eſſentia namque matrimonii annexā habet indiuiſibilitatem poſſibilē impediri ex concurſu alterius cauſæ. Et hoc dupliciter, vel cauſæ quaſi eiuſdem ordinis, & hæc eſt profeſſio regularis, vel ſuperioris ordinis, & hæc eſt authoritas apoſtolica cum cā aliqua rationabili. Vtrùm aūt diſcordia orta inter coniuges huiuſmodi ſine ſpe remedii, ſit rationabilis cauſa diſpenſandi, crediderim quòd ſic, conſenſu cōiugum accedente. Tum in fauorem animarum, ne ſcilicet in adulteria adoleſcentes ruant, aut permanēre quaſi cogantur, dum ſeparati perpetuò manerēt. Tum ad euitāda homicidia, quæ à deſperatis coniugibus facilè procurari poſsūt, præſertim, cum hac de cā Moyſes libellum repudii permiſerit. Tum ad bonum pacis reſtituendum inter eos, ſublato hoc vinculo, ꝙ cauſa diſcordiæ eſt; præſertim quia coniugii finis vnitas eſt. Et hæc de ſecundo.

Quoad tertium, Reſpondetur ad primā obiectionem, & dicitur, ꝙ in diffinitione matrimonii non ponitur indiuiſibilitas ſimpliciter, id eſt omnino, ſed quantum eſt ex ſe, id eſt niſi impediatur. Et propterea poſito matrimonio, ponitur indiuiſibilitas perſonarum ſic non omnino, indiuiſibilitati autem ſic non repugnat impediri.

¶ Ad ſecundum verò iā patet ex dictis, ꝙ inſtitutio refertur ad ſacramentum perfectum in ſignificādo, & non inchoatum tātūm. Quāmuis poſſet etiā dici & bene, ꝙ Deus non inſtituit matrimonium indiſſolubile omnino, ſed quātum eſt ex ſe, vt dictū eſt. Et ideo Papa nō diſpenſat contra inſtitutionem diuinam, ſed vtitur poteſtate ſua, qua pōt impedire aliā cauſam impedibilem inſtitutam etiam à Deo.

¶ Ad tertium dicitur, quòd coniuges non aliter ſanctificantur hoc ſacramento, quàm per gratiā gratum facientem, & repræſentationē Chriſti & animę per charitatem vnitorum. Vnde cum vtrunq; ſit ſeparabile, nulla eſt hic ſanctificatio habēs effectum perpetuum. Vnde quāmuis non poſſit fieri ꝙ coniuges non fuerint ſanctificati, poteſt tamen auferri vtraque ſanctitas ab eis. Et propterea non eſt ſimile de his & de calice conſecrato, à quo non poteſt conſecratio auferri. Nec eſt propterea minoris efficaciæ ſacramentum quam ſacramentale, quoniā longe maius eſt facere ſanctum formaliter, etſi amitti poſſit illa ſanctitas, quàm facere ſanctum miniſterialiter, & ſecundum quaſcunque alias huiuſmodi denominationes. Vnde ſacramēta omnia, quia gratiam conferunt, magis ſanctificant cæteris conſecrationibus, licet nō ita diuturnos habeant effectus propter variā diſpoſitionem ſubiecti, effectus enim conſecrationum & benedictionum non exigunt niſi conſtantiam ſubiecti, gratia autem & ſignificatio vltra ſubſtantialem conſtantiam ſubiecti, exigunt immutationem voluntatis & ſtatus, & propterea mutatis his deſinunt. Ad confirmationem autem dicitur, ꝙ peccat ſupponendo id quod probare debet, & quod in dubium vertitur, hic enim nihil aliud dubitatur, niſi an vinculum ex ſacramento matrimonii cōtractū ſemel, ſit inſeparabile à perſonis,

quæ

quæ ante exceunt, & argumentum hoc ſupponit, quia ſupponit, quòd ſe habeat ad perſonas ſicut corpus Chriſti ad ſpeciem panis ſemel conſecrati, quod conſtat ſe habere inſeparabiliter. Vnde neganda eſt ſimilitudo, quia vinculum matrimonij non habet neceſſariam connexionem cum perſona, ſicut corpus Chriſti ad hoſtiam, neceſſaria nanque conuerſio eſt, quæ impedit diſpoſitionem.

¶ Ad quartum patet reſponſio ex dictis, negamus, ſcilicet ſignificari coniunctionem Chriſti ad eccleſiam per contractum matrimonij. Poſſet quoque dici, quòd coniunctio ſpiritualis Chriſti ad eccleſiam poteſt conſiderari dupliciter. Primò ſecundum ſuam rationem, & ſic eſt ſolubilis, quia eſt coniunctio per charitatem viæ. Secundò, ſecundum externa, inter quæ eſt, ſcilicet Chriſtum & eccleſiam, & ſic eſt inſolubilis. Et quia primo modo vnio ſpiritualis conſideratur per ſe, ſecundo per accidens, ideò poteſt dici, quod vnio illa eſt ſolubilis, vnio autem in conformitate naturæ eſt omnino inſolubilis, quoniam eſt ſecundum eſſe diuinum hypoſtaticum. Hæc reſponſio licet quod ad ſolubilitatem ſuſtineri poſſit, non tamen euadit inconuenientia de vnitate, & propterea non eſt totaliter ei innitendum. Ad confirmationem vero ex authoritate Sancti Tho. dicitur, quòd loquitur de matrimonio conſummato, vt manifeſtè patet, & ex articulo præcedente in reſponſione ad ſecundum concluditur. Ad alteram autem confirmationem de bono ſacramenti, dicitur quòd propriè & formaliter loquendo, ſacramentũ quod eſt tertiũ bonum matrimonij, inuenitur quidem in matrimonio contracto, ſed imperfectè, quia non niſi cauſaliter, inchoatiuè & impeditiuè, vt patet ex ſupradictis. In conſummato autem inter fideles inuenitur formaliter, complete, & ac neceſſarium ſimpliciter, & propterea conſummato repugnat diſpenſatio, vt San. Tho. docuit.

¶ Ad [illegible] authoritates tenentium oppoſitum neſcio quid dicam, niſi quòd ſi diligentius hæc animaduertiſſent, forte ſententiam mutaſſent. Romæ die 24. Ianuarii 1507.

TRACTATUS VICESIMUS
Nonus. De Reddendo debito inter coniuges, altero eorum exiſtente adultero, vnica quæſtione continens.

QVAESTIO

Num vxor teneatur ſub peccato mortali abſtinere à carnali commercio viri publici concubinarij.

QVæritur, An vxor teneatur ſub peccato mortali abſtinere à carnali commercio viri publici concubinarij. Et vi quod ſic. Vir tenetur ad abſtinendum ſe ab vxore publice adultera, ergo econtrario. Antecedés patet in Scriptura, quia pátronus eſt turpitudinis qui crimen celat vxoris, vt in cap. quemadmodum de iureiurando dicitur, & in ſacris canonib. extra de adul. cap. ſi vir. & 32. q. 1. ca. 1. & ca. ſi quis vxorem. & ſacris doctoribus in 35. diſtin. quarti ſenten. Conſequentia autem probatur, quia vir & vxor ad paria iudicantur circa fidem, libertatem, & debitum matrimonii.

In oppoſitum Autem eſt, quia vxor non tenetur ad correctionem viri, ſicut econtrario, quia vir eſt caput mulieris, vt dicitur prime ad Corin. 11.

Ad euidentiam huius ſciendum eſt, quod actus coniugii, quum ſecundum ſe licitus ſit, ad hoc quod reddatur illicitus ex alterius crimine, oportet vinculum aliquod oriri inde ad innocentem deriuari ad hoc, vt teneatur abſtinere. Crimen autem mariti publici adulteri quadrupliciter poteſt conſiderari, primò in quantum offenſiuum vxoris, ſecundo in quantum emendabile pro bono ipſius mariti, tertiò in quantum punibile pro bono communi, quartò inquantũ quandam mali ſpeciem in coniugem ducit. Si primo modo ſumatur crimen propoſitum, ipſum quidem virũ in lege coniugii errantem fidem violando priuat iure exigendi, non petendi actum coniugii. Iuſtũ quippe eſt, vt iniuriam faciens matrimonio, & à fide recedens, ius cogendi alterum ad ſeruandum ſibi promiſſum perdat, ſimplici tamen petitione actum coniugii poſtulare non prohibetur à volente ſibi conſentire, ſicut in alijs debitis, quamuis extinctis iure poteſt creditor petere à voluntario debitore, qui non vult iuris rigore vti. Sed ex hac ratione vxorem offenſam in nullo ligat, non eſt enim addẽda afflictio afflicto, ſat eſt quòd quatenus offenſiuum eſt, ipſam affligat. Si ſecundo modo, vxor innocens non tenetur ad abſtinentiam actus coniugii, niſi vt habet rationem remedii curatiui criminis viri, & hoc quia non tenetur ad hoc niſi ratione præcepti de correctione fraterna, ac iuxta mandatum Domini Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. ſi monitio verbis facta per ſe vel alios non ſufficit (quum ipſa non poſſit verbere virum adducere ad pœnitentiam, ſicut econtrario) tenetur adhibere pœnalem medicinam, abſtinendo ab eo, & denuntiare eccleſiæ, ſi hoc non ſufficit. Sed quoniam præceptum de correctione fraterna non habet locum, vbi non eſt ſpes pœnitentiæ, (quoniam finis eius eſt bonum ipſius peccatoris,) ideo, ſi vxor non ſperat pœnitentiam per hoc remedium, non tenetur ad illud faciendum, & tantò minus ſi credit quòd peior fiet. Si tertio modo, ſic quũ procurare bonum commune in huiuſmodi ſit per viam accuſationis, non tenetur vxor ex ſolo crimine adulterii viri, quum hoc ſit in corruptionem ſpiritualem vel corporalem boni communis, niſi annexam haberet corruptelam ſidei Chriſtianæ, vel proditionem patriæ, & huiuſmodi. Si quarto modo, tunc pro tanto habet ſpeciem mali, (vt communiter affirmatur,) quòd innocens miſcetur adultero publico, pro quanto videtur illius peccato conſentire, correctionem debitam non opponendo. Conſtat autem, quòd ſi non eſt ſpes pœnitentiæ per huiuſmodi abſtinentiam, correctio hæc non eſt debita ſecundum veritatem, & quod ſi notum eſt, quòd vxori hoc valde diſplicet, & propterea ducit in amaritudine animam ſuam, (vt communiter accidere videtur) ceſſat ratio apparentiæ mali & ſcandali actiui in vxore. Ex omnibus igitur conſiderationibus opportunis concluditur, quòd vxor innocens, & in amaritudine animæ poſita de viri adulterio publico, non ſperans per abſtinentiam actus coniugii emendationem viri, non tenetur ad abſtinendum ab eo, ſed licitè poteſt matrimonio vti tam petendo, quàm reddendo.

Et ad obiectiones in oppoſitum dicitur, quod nec vir tenetur ad abſtinendum, niſi ſubſit ſpes correctionis futuræ & ratione ſcandali. Sed quia ad virum ſpectat corrigere vxorem etiam facto, ideo tenetur ad vtendũ omnibus remediis vtilib. ſibi tamẽ

conuenientibus, puta ad verberandum eam, ſegregandamque à practica, & huiuſmodi, inter quæ remedia computatur abſtinentia à thoro illius, quando credunt expediens. Tenetur quoque magis ad euacuandum à ſe ſcandalum actiuum, quia non facilè creditur vxorem publicè adulterari ſine tacito conſenſu viri. Propter hæc nanque duo omnes authoritates allatæ damnant virum non ſeparantem ſe ab adultera, vt patronum turpitudinis. Nec ſacri canones intelligendi ſunt condidiſſe nouum ius, ſed applicaſſe doctrinam diuini iuris ad materiam matrimonii, vnde & patrocinium peccati & patronatus turpitudinis & huiuſmodi quæ diuini iuris ſunt, afferunt. Et hæc de quæſtione hac ſufficiant. Romæ die 14. Martii, 1533.

TRACTATUS TRICESIMUS De Vſu ſacrarum Scripturarum ab Eccleſia vnica quæſtione contentus.

QVAESTIO VNICA.

An apoſtolica ſedes in ſacris canonibus abutatur verbi ſacræ Scripturæ.

CHaritate Ieſu Chriſti cogente, quæritur an apoſtolica ſedes in ſacris canonibus abutatur verbis ſacræ Scripturæ. Et videtur quòd ſic. Primo, quia Clemens ſextus in Extrauaganti, vnigenitus, de pœ. & re. abutitur authoritate Prouer. capi. 7. dum ad theſaurum, ex quo fiunt indulgentiæ, applicat eam, dicens, quòd eſt theſauros, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Conſtat enim quòd per indulgētiarum gratiam non fit homo particeps amicitię Dei, ſed ſolummodo ſatisfacit pro pœna debita.

¶ Secundò, quia Pelagius Papa in Decre. diſtin. 21. ca. quamuis, probat ſedem Apoſtolicam eſſe prælatam cunctis Eccleſiis Euangelica voce. Mat. 16. Tu es Petrus, & quodcunque ſolueris, &c. Et tamen cōſtat per aliam Domini ſententiam non eſſe Petrum prælatum cæteris.

Tum quia verba illa dicta ſunt Petro in perſona omnium, ſicut ipſe Petrus reſpondit pro omnibus. Vnde & ſacri doctores intelligunt ibi non vni, ſed vnitati æqualitatis omnium dictum. Quodcunque ligaueris, &c. Tum quia ipſe Dominus replicauit in plurali eandem ſententiam, Quæcunque alligaueritis Mat. 18. Tum quia Dominus dicit, Quod vni dico omnibus dico. Mar. 13.

¶ Tertio, quia extrà de conſti. ca. tranſlato, affertur authoritas Apoſtoli, Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt tranſlatio legis fiat. Et decretalis ſententia eſt, ſacerdotium eſt tranſlatum à Moyſe in Chriſtū, & à Chriſto in Petrum, ſic interpretantur Iuriſtæ: & Pontifex permittit ſeu approbat. Conſtat autem impium eſſe dicere ſacerdotium tranſlatum à Chriſto in Petrum: abuſiuè ergo apoſtolica ſedes in ſuis decretalibus ſacram Scripturam affert, vimque illi infert.

¶ In oppoſitum eſt ipſius apoſtolicæ authoritatis dignitas.

Quæſtio Hæc mota eſt charitate vrgente, ne hi, qui minus eruditi ſunt legentes, vulgatas has iniurias apoſtolicæ ſedi illatas, putent veras eſſe. Et ſi forte hi, qui nouitatibus iſtis ſtudent, diſcant ſapere ad ſobrietatem, aut ſaltem cohibeant linguas ſuas. Dedecet ſiquidem paſtori & doctori omnium Chriſtianorum Ro. pontifici & iam ſi quandoque tranſumptiuè vteretur aliqua authoritate Scripturæ, vt crebro doctores ſacri faciūt, detrahere, non modo contumeliam irrogare, publicè ſcribendo, quòd abutitur ſacra Scriptura, quòd vim infert ſacro eloquio. Nunquam hoc ab Auguſtino Hiero. Ambr. aliiſque ſanctiſsimis doctoribus didicimus. Si quis, inquit Iacobus Apoſtolus, putat ſe religioſum eſſe non refrenās linguam ſuam &c. huius vana eſt religio. Reducendus quippe eſt potius aut intellectus, aut ſermo in captiuitatem in obſequium Chriſti in ſuo vicario quando videntur nobis minus conſona eius verba, modo fides ſalua ſit: nec ponamus os in cœlum, præſertim quòd humanum ſæpe fallitur iudicium, & quòd vnus putat abuſiue dictum, alter intelligit propriè dictum. Et quia ſic accidit in propoſito, nulla ſiquidē inductarum authoritatum abutuntur ſacri canones, ſed in proprio ſenſu illarum qualibet vtuntur, vt ſigillatim manifeſtabitur, ideo paruulum hunc laborē non ſubterfugi.

¶ Clemens in primis VI. non abuſiue, ſed propriè vtitur authoritate Scripturæ: quoniam theſaurus, de quo loquitur Scriptura, eſt theſaurus diuinæ ſapientiæ: eſt enim theſaurus meritorum Chriſti, qui eſt ipſa diuina ſapientia, & fons ſapientiæ. Et quicūque theſauro hoc verè vſi ſunt, efficaciter conſequendo indulgentias, cum perſeuerantia ſine qua quocūque theſauro vane vtimur, verè participes fiunt amicitiæ Dei conſummatæ. Cuius nullus poteſt eſſe particeps, quamdiu obnoxius eſt pœnæ alicui pro quocunque peccato: quoniam Dei amicitia conſummata non niſi in cæleſti patria habetur, in quam nihil pœnæ ſubiectum ingredi poteſt. Quia igitur indulgentiæ tollunt ab homine impedimenta diuinę amicitiæ conſummatæ, verè & propriè dicitur theſaurus indulgentiarum eſſe, quo qui vtunē, participes fiunt amicitiæ Dei. Nec valet argumentum, Theſaurus diuinæ ſapientiæ fuit ante indulgentias, & illo poteſt quis vti ſine indulgētiis. ergo indulgentiæ non ſpectant ad illum: quoniam theſaurus diuinæ ſapiētiæ continet multa in ſe diuinæ ſapientiæ opera: vt ſunt actus ſapiēdi ſecūdū Deum, & merita Chriſti vt meritoria, & eadem vt ſatisfactoria, & multa alia. Et vt theſaurus ipſe prior indulgentiis, non dependēt ab indulgentiis: ſed econtra indulgentiæ dependēt ab illo. Et poteſt aliquis vti theſauro illo diuerſimode: propterea poteſt quis vti illo ſine indulgentiis, & per indulgentias. Et ſimiliter poteſt aliquis fieri particeps diuinæ amicitiæ conſummatæ, & ſine indulgētiis. Non docet ſiquidem Romana eccleſia indulgētias eſſe medium, ſine quo non poſſit diuinę amicitia conſummata haberi: ſed eſſe medium, per quod poteſt haberi, tanquam remouens prohibens, vt declaratum eſt.

¶ Quod autem ſecundò obiicitur de authoritate euangelica, perſpicaciter intentum Pelagio pontifici abſque abuſu ſuffragatur: nam quòd illa Domini verba ad ſolum Petrum dirigantur, ex multis habetur. Primò ex hoc, quòd eidem facta eſt promiſſio, cui exhibita eſt promiſſa res, ſed ſolum Petrum conſtat à Domino conſtitutum caput eccleſiæ, vt patet Ioann. vlti. vbi Dominus poſt reſurrectionem Petro vt diſtincto ab aliis apoſtolis, dixit, Paſce oues meas fecit enim comparationem Petri ad alios, dicens, Diligis me plus his? & ſtatim ipſius, non ipſius & aliorum martyrum, paſtoralis officii fructum ſubdidit, Quum eſſes iunior, & cætera. Et hoc ibidem confirmat Chryſoſto. Prætereuns, inquit, Dominus alios Apoſtolos, ad Petrum dixit, Si amas me, &c. Secundo ex eo, quòd Dominus dixit, Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis &c. certum eſt enim, quòd ex hoc Dominus non beatos, dixit omnes Apoſtolos, nec

los, nec quòd ſingulis Pater reuelauerit quòd Petro reuelatum eſt. Et confirmatur, quia inter diſcipulos erat tunc Iudas, qui non erat beatus nec in re, nec in ſpe, quum eſſet fur: vt Ioann. Euangeliſta teſtatur. Tertiò patet ex hoc, ꝙ Dominus inchoauit ſententiā à Petro, vt ab aliis diſtincto dicendo, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc, &c. conſtat autē ꝙ nec de Andrea nec de Ioanne, nec de Iacobo, &c. verificatur, Tu es Petrus. Verba igitur textus Euangelii manifeſtant, quòd Petro ſingulariter dictum eſt, Tibi dabo claues regni cœlorum: ac per hoc Pelagius Papa non abuſiuè ſed propriè vſus eſt authoritate illa ad probandum Petri ſedem à Domino voce & ſenſu cæteris eſſe prælatam. Nec fuit Pelagius primus, qui hac eadem authoritate vſus eſt ad idem probandum, quoniam Anacletus martyr ſub Traiano hoc idem dixerat, vt habes in decreto. di. 22. cap. ſacroſanct. Ad primam obiectionem reſpondetur, ꝙ Petrus dicitur reſpondiſſe pro omnibus, quia Dominus communiter interrogauit, Vos autem quem me eſſe dicitis? ſed ſicut reuelatio, teſte Domino, ſoli Petro dicitur facta: ita reſponſio non ex conſilio aliorum, ſed ex diuina reuelatione à ſolo Petro facta eſt. Sed quia omnibus placuit reſponſio pro omnibus reſpondiſſe dicitur: frequentiſſimè ſiquidem accidit, ꝙ multis collegis præſentibus quod vnus optimè dixit, tanquam ab omnibus fuerit dictum habetur: laus tamen ſolius eſt illius, qui ſapienter reſpondit. Sacri autem doctores accipientes hæc verba nō pro vno ſed pro vnitate nō obſtant: quia vera ſunt. Nec aduerſantur dictis, quia de vnitate eccleſiaſtica loquuntur, quæ eſt vnitas ordinis, caput vnum habens. Imò interpretatio hæc, Pelagii ſenſum confirmat, quoniam verba illa dum vnitatem eccleſiæ reſpiciunt, caput vnum deſignant: per quod vnitas eccleſiæ claues habeat regni cœlorum, & ordine quodam a Petro ad alios in partem ſollicitudinis aſſumendos poteſtas abſoluendi atque ligandi deriuetur. Et propterea nō vnus Petrus in perſona, ſed in omnibus ſucceſſoribus ſuis, nec vnus Petrus cum ſucceſſoribus ſolus ſuſcepit claues, vt ſolus retineat, ſed vnitas eccleſiæ per vnum ſuſcepit, dum Petrus ſuſcepit communicandas in vnitate eccleſiæ. Quod autem affertur in argumento de vnitate æqualitatis, falſum eſt, nec eſt Sanctorum ſententia de vnitate æqualitatis, ſed eccleſiæ, quā conſtat eſſe vnitatem ordinis. Et adde, quòd non ſolùm gloſſa ordinaria, ſed Cyrillus inter priſcos Patres Orientales nulli ſecundus in libro Theſauri de Petro & ſucceſſoribus in Ro. eccleſia, hoc intelligit, vt in cath. au. Matth 16 habes. Ad ſecundam verò obiectionem dicitur, ꝙ Dominus non replicauit de clauibus regni cœlorum, quum omnibus communiter dixit, Quæcunque alligaueritis, in hoc diſcernendā relinquens excellentiam Petri ſuper alios. Et rurſus ordo ipſe, dum primò ſoli Petro, & deinde communiter aliis loquitur, inſinuat, quòd prius Petro, deinde aliis Epiſcopis authoritas conuenire debebat abſoluendi atque ligandi. Ad tertiam autem, Quod vni dico, omnibus dico, reſpondetur, quòd Dominus non dixit, Quod vni do, omnibus do, (non enim omnib. diſcipulis dedit apoſtolatus dignitatem, nec etiam omnibus dedit dignitatem Septuagintaduorum) in propoſito autem non eſt quæſtio de Dicere, ſed de Dare; Tibi, inquit Dominus, Dabo claues, &c. Vnde patet extra propoſitum eſſe, quòd vni dico, omnibus dico, quòd de doctrinali dicere ad literam voluit cœleſtis Magiſter intelligi, vt inſtructio quam vni impendebat, omnibus impenſa oportuerit.

¶ Ad tertium argumentum principale de authoritate Pauli Apoſtoli dicitur, ꝙ Decretalis illa nec ſomniauit vnquam quòd ſacerdotium ſit tranſlatum à Chriſto in Petrum, quum Petrus non niſi Chriſti ſacerdotii miniſter ſit, & Chriſti vicarium eſſe decretales clament. Vnde nulla culpa eſt Pontificis, ſi iuriſtæ malè eam intellexerunt, niſi quis adeò deſipiat, vt Pontifici imputet omnes errores doctorum, quia non reprobat eos. Admiratione profectò dignum eſt, ꝙ in Papam, in Decretalem, ſenſum alienum retorquent arguentes iſti, niſi manifeſtior lapſus teſtimonium eorū ſtudio perhiberet, ſubdunt enim pluſquam octingentorum annorum Chriſtianos totius Orientis, ac Africæ nunquam fuiſſe ſub Romano Pont. fuiſſe. Nam ſi Chalcedonenſem ſynodum (vnam ex quatuor, quas ſicut ſanctum Euangelium Greg. excipit) perlegiſſent, Patrum que decreta ac geſta librâſſent, vidiſſent contigua omnium ætatum teſtimonia, primatum Ro. eccleſiæ præferentia, falſiſſimumque eſſe Africæ Orientiſque Chriſtianos Ro. eccleſiæ ſubditos non fuiſſe. Ad quod pro nunc ſufficiant duo teſtes ante annos mille ferè. Alter eſt ex Græcis, Cyrillus, ſcilicet in libro Theſau. vt habes in cathena au. Matt. 16. dicens, Secundum hanc Domini promiſſionem eccleſia apoſtolica Petri ab omni ſeductione hæretica atque circumuentione manet immaculata ſuper propoſitos Epiſcopos, & ſuper omnes primates eccleſiarum & populorum in ſuis pontificibus in fide pleniſſima & authoritate Petri. Alter ex Latinis, Gregorius ſcilicet ad Ioannem Epiſcopum Syracuſanum ſcribens, Conſtantinopolitanam eccleſiam, quis eam dubitet ſedi apoſtolicæ eſſe ſubiectam; vt habes in Decre. di. 22. ca. de Conſtantinopolita. Maguntiæ die 22. Martii, 1519.

TRACTATVS TRICESIMVS primus. Ad Leonem decimum Pontificem maximū de Septemdecem Reſponſionib. ad diuerſa præcipuè obiecta, quæ ꝑ Martini Lutheri aſſertionibus facere videbantur.

IN XVII. RESPONSIONES tractatus trigeſimiprimi, Summaria.

1 *De expoſitione quinque articulorum Lutheri reprobatorum. Primus articulus eſt, Verum eſt prouerbium, & omnium hominum doctrinis de contritione adhuc traditis præſtantius, quòd ſumma pœnitentia eſt non amplius peccare, & quòd optima pœnitentia eſt noua vita. Secundus, Nemini remittuntur peccata, niſi credat ſibi remiſſa eſſe, quando Presbyter remittit, &c. Tertius, Error illorum magnus eſt, qui vadunt ad communionis ſacramentum ſub hac confidentia, quòd ſunt confeſſi, & quòd cognoſcunt eſſe ſe ſine peccato mortali propter preces & præparatoria præmiſſa: &c. Quartus: Theſaurus eccleſiæ vnde Papa dat indulgentias: non ſunt merita Chriſti & Sanctorum. Quintus, Si Papa cum magna parte eccleſiæ ſic vel ſic ſentiret,*

illam opinionem & non erraret, tamen nec peccatum eſt, nec hæreſis contra ſententiam (præſertim in re nihil pertinente ad animæ ſalutem) donec alterum per generale concilium reprobetur vel approbetur.

2 *Quid ſentiendum de ſex propoſitionibus, in laudem beati Ioſeph à quodam Theologo prædicatis, prima, quòd Ioſeph fuit magni meriti, & pater putatiuus Chriſti; qui Chriſtum ipſum palpauit, & eo familiariter vſus eſt. Secunda quòd Ioſeph ſanctus fuit verus vir virginis Mariæ, iuxta illud, Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ. Tertia, quòd fuit verum matrimonium inter Virginem glorioſam, & ſanctum Ioſeph, quod non potuit eſſe niſi per mutuam corporis donationem, quæ fuit inter Ioſeph & Virginem. Quarta, quòd iſtud matrimonium fuit priuilegiatum, quoniam in iſto matrimonio Virgo non dedit vſum corporis, licet per matrimonium dederit corpus, edocta à Spirituſancto, vbi regulariter per contractum matrimonij datur corpus & vſus copulæ carnalis. Quinta, quòd Virgo Maria dando corpus ſuum Ioſeph, dedit & ſanguinem totius corporis, ex quo ſanguine fuit completum corpus Chriſti, Sexta, quòd hæc propoſitio eſt vera. Ex ſanguinibus Ioſeph fuit formatum corpus Chriſti, id eſt ex ſanguinibus proprijs Virginis Mariæ Ioſeph ſancto datis per contractum matrimonij, fuit formatum corpus Chriſti.*

3 *An matrimonium contractum à iuuene, poſtquam religionem poſt diſcretionis annos ingreſſus eſt animo mutandi omnino vitam, & intra nouitiatus tamen annum egreſſus eſt ad ſecularem vitam & habitum ſit validum.*

4 *An adulter ipſo facto ſit priuatus iure exigendi debitum à coniuge innocente.*

5 *Ad quatuor dubia. primum, An iuridicè inquiſitus de aliquo crimine teneatur, & debeat nominare complices, ſi non ſunt infamati, & ante correctionem fraternam. Secundum, An ſi ipſe tales nominauerit, poſſit iudex contra tales procedere ad inquiſitionem, Tertium, An iudex ſciens defectum alicuius à tribus, vel quatuor non per modum iudicij, poſſit ipſum cogere ad dicendum veritatem Quartum, An infamatus de aliquo poſſit de omnibus inquiri.*

6 *An ij, qui ex Iudæis originem ducunt, ſi in nullo culpabiles inuenti, nec aliter ſuſpecti niſi ratione originis ſunt, poſſit negari ingreſſus religionis, & ſi fuerint nouitij, negari poſſit profeſſio abſque peccato mortali, an ſit hoc contra præceptum charitatis.*

7 *An N. ingreſſus religionem quandam mendicantium, in quodam illius conuentu regularis vitæ, cum animo deliberato perſeuerandi vſque ad mortem in illa particulari religione, & in illo particulari conuentu in ſeruitium Beatæ Virginis, cui eccleſia illa dicata eſt, poſt quam multos menſes ibidem degit, poſſit obſcelera ibidem impunita ad ſeculum intra probationis annum redire.*

8 *An ij, qui in choro ſic diurnum officium perſoluit, quòd ſui chori verſus ſubmiſſe ſibiipſi ſoli dicit, alterius vero chori verſus audit tantummodo, ſatisfaciat præcepto eccleſiæ de perſoluendis canonicis horis.*

9 *Ad tres quæſtiunculas, primam. An vſura ſoluta ab accipiente ſine neceſſitate pecunias mutuo, ſit reddenda illi, qui ſoluit. Secundum, An pertinaci etiam vſque ad mortem in aliquo veniali, non ex contemptu, ſed quia eſt veniale, ſit deneganda abſolutio de cæteris peccatis. Tertia, Quomodo intelligatur delictum publicum, vt ſine peccato poſſit reuelari, an quia poteſt probari, an quia fuit de eo conuictus coram iudice, aut quouis alio modo.*

10 *An poſſit annua penſio ex beneficio eccleſiaſtico debita, pro certa ſumma pecuniæ ſemel perſoluenda, vendi.*

11 *An Petrus conſignans centum florenos apud Paulum mercatorem, vt eis pro parte lucri capitali ſaluo: aſſignet v. flo. reſiduo lucri ſibi reſeruato: licitè contrahat: & ad reſtitutionem illorum in foro animæ non teneatur.*

12 *Ad v. dubia. primum. An ſit ſimpliciter de neceſſitate ſalutis pœnitentem confiteri*

de ſingulis

de ſingulis peccatis numeraliter in eadem ſpecie, quando poteſt ea ſigillatim ad memoriam reducere. Secundũ, Quãdo circunſtantia loci ſacri ſit neceſſario confitenda. Tertium, An ſit tam venditor, quàm ſi res vendatur pro maiori, vel minori pretio. Quartum, An principes terrarum per conſuetudinem poſſint ſibi licite appropriare feras. Quintum, An dicti principes poſſint ita diſtrictè prohibere dictarum ferarum captionem, vt nullus ſubditus poſſit eas capere, quin grauiſſimè puniatur, etiam ſi capiat eas, vt ſe à dãno preſeruet, quod inferunt in bladis, vel huiuſmodi.

13 Ad vij dubia. primum, Quomodo ſtent hæc ſimul, licet vendere iudæis res quibus ipſi vtuntur in ſuis ſacrificijs, & non licet cooperari ad reædificationem ſynagogæ Iudæorum. Secundum. Quomodo ſtent hæc ſimul, occultiſsimè per accidens ſubiacent eccleſiæ cenſuris, & author homicidij occultus non eſt ſub iudicio humano, quia perſona eſt occultiſsima. Tertium, An hæc ſibi inuicem repugnent, nullo modo licet inducere ad minus malum etiam paratos, & licet inducere, vt peccent minus. Quartum, Quomodo hæc ſe compatiantur. Excuſantur qui omnino cænaturis tẽpore ieiunij exhibent cœnam, & non licet exhibere vinum volenti omnino ſe inebriare. Quintum, Quomodo hæc Sicut in alijs iniurijs ſufficit reſtituere, & non oportet petere veniam, ita nec in contumelia, & quãdo tranſlatio nõ eſt omnino voluntaria, oportet non ſolum reddere pretium agri, ſed aliquid correſpondens illi conditioni inuoluntariæ, ſicut ſemper in reſtitutionis faciẽdum eſt. Sextum, Cur neque in textu, neque in Commento totius Secundæ ſecundæ, tractatur de famoſo murmurationis vitio. Septimum, Quid importet ſcrupulus conſcientiæ, quo ſtante licitè operamur oppoſitum.

14 Ad quinque dubia. Primum, Cur permittitur ſimul ſtare bonitatem ſubſtantialem & ueniale peccatum. Secundum, Quomodo verificetur, quòd non oportet reſtituere cum damno in re ſuperioris ordinis, quum ex hoc videatur ſequi mulierẽ, quæ ex adulterio ſuſcepit prolem, non teneri ad ſe prodendum, quantumcunque veri hæredes inde damnificentur. Tertium, An hoc ſit ſolidũ fundamentum vtentem malitia alterius, ſemper petere debere aliquid abſq; peccato præſtabile. Quartum, An ſicut votum abſtinentiæ vxore, ſic & votum cõtinentiæ vir irritare poſſit, ſic vt vxor ſecura ſit atque tuta. Quintum, An ſit mens diui Tho. in 4. ſenten. diſt. 18. q. 2. ar. 2. q. 4. quòd excommunicatio iniuſta priuat ſuffragijs eccleſiæ.

15 Ad duo dubia. Primum, Quomodo ſuſtinetur, quòd votum eſt de meliori bono id eſt bono ſupererogationis, & quod religioſæ perſonæ venereis vacantes agant contra votum. Secundum, An in qui ad occidendum hominem pergit, quoties incorrupta cogitatione inter eundum remouet voluntatem peccandi, toties nouũ peccatũ cõmittat, an totum ſit vnum numero peccatum. &c.

16 Ad duo dubia. primum, Quomodo ſit vnus conceptus mentalis entis. Secundũ Quomodo hæc ſtent ſimul, analogum nõ abſoluitur ab his, quibus analogum dicitur, & ens habet conceptum vnũ ſimplicem, ad quem omnia prædicamenta & tranſcendentia addunt in quem reſoluuntur, qui eſt primo notus.

17 Ad quinque articulos circa emptionem rerum raptarum in bello iniuſto. Primus eſt, An huiuſmodi rapta etiam difficillimè reparabilia ſint iudicanda tãquam habita pro derelicto.

Secundus eſt, An rapta à piratis, poſsint licitè emi poſt diem ſeu certum tempus, vt nonnullæ leges admittunt.

Tertius eſt, An in huiuſmodi caſibus, in ementibus ſcienter tota reſolutio ſumẽda ex intentione vtilitatis propria, vel Domini, &c.

Quartus eſt, An dictum cuiuſdã doctoris dicentis ſic probabiliter credo, quòd totaliter emens paratus reddere verò Domino, ſi comparuerit, credens tamen quòd non comparebit, & conſequenter

ſperans pro ſe habiturum, non peccat, quia veriſimiliter poteſt de vero Domini voluntate præſumere, ſit in conſcientia tutum & aliis diuulgandum. Quintus eſt, An emat rectè quis ex pietate calices, & huiuſmodi ſacra dedignatus quòd maneant apud infideles, daturus propria authoritate ea occurrenti eccleſiæ habito pretio, & an Dominus talium ſit cenſendus omnino ignotus, ſtante notitia regionis, puta Hungariæ.

PEtri Apoſtoli veſtigiis inhærentes parati ſumus rationem reddere omni poſcenti nos de ea, quæ in nobis eſt fide. Quibuſdam proinde Chriſti fidelibus viris probis, piè trepidantibus circa quinque articulos in apoſtolicis literis cõtra Martinum Lutherum nuper reprobatos contentos, opem luminis ferre volentes, aperire intendimus, quare reprobati merito fuerint, ſubnectendo ſigillatim dictos articulos cum dubitantium obiectionibus, prout ad nos delati ſunt, & cuiuſque rationẽ reddendo.

RESPONSIO I.

Super quinque Martini Lutheri articulos, Primus Lutheri articulus, Vera pœnitentia eſt, non amplius peccare, & nouum prorſus ducere vitam.

PRimus igitur articulus eſt. Verum eſt prouerbium, & omnium hominum doctrinis de contritione adhuc traditis præſtantius, ꝙ ſumma pœnitentia eſt, non amplius peccare, & ꝙ optima pœnitentia eſt noua vita.

¶ Obiicitur, In hoc articulo omnes ſancti Patres videntur conſentire cum Luthero, & ideo nec error poteſt eſſe hic, nec hæreſis.

¶ Reſpondemus. Hunc articulum merito reprobatum tam ſecundum illius articuli ſenſum, quam ſecundum quod a Luthero prolatus eſt. Et quidem ſi ad proprium ſenſum verborum ſpectetur, falſus comprobatur, nam nec ſumma, nec optima pœnitentia eſt, qua non fit remiſſio peccatorum, promulgauit autem Saluator pœnitentiam Chriſtianam eſſe remiſſionẽ peccatorum, Luc. vlt. Oportet, inquit, prædicari pœnitentiam in remiſſionem peccatorum. Hæc autem duo in articulo poſita (videlicet, Non amplius peccare, & Noua vita) conſtat non ſufficere ad pœnitentiã in remiſſionem peccatorum, quandoquidem exigitur præter hæc & dolor de præterito peccato (Petrus enim poſt peccatum commiſſum fleuit amarè) & recurſus ad diuinam miſericordiam cum publicano Deus propitius eſto mihi peccatori. Vnde Eccleſ. 21 dicitur Fili peccaſti, ne adiicias iterum, ſed pro priſtinis deprecare vt dimittantur tibi. Vbi ſicut etiam Auguſt. notauit, non ſufficit dicere, Ne adiicias iterum, ſed adiuncta eſt, deprecatio pro priſtinis remittendis. Non eſt igitur ſumma pœnitentia, non amplius peccare, nec eſt optima pœnitentia, noua vita, quæ dolorem pro peccatis & deprecationem pro priſtinis inſe non claudit. Et videtur ꝙ præcipitem daret pœnitentem hic articulus, nam ſecundum eundem ſummè & optime pœniteret auarum, ſi ab auaritiæ actibus ceſſaret, & liberalem deinceps vitam ageret. Et ſimiliter accideret intemperato, ſi à paſtionibus intemperatis ceſſaret, & deinceps continenter viueret, & ſic de aliis, hoc enim ſignificat non amplius peccare & noua vita. Et ſi hæc ſummam, optimamque pœnitentiam conſtituunt, inanis fides noſtra tam de neceſſario fletu peccatorum, quam de recurſu ad Deum pro remiſſione eorundem inuenitur. Meritò igitur ſecundum ipſius ſenſum articuli reprobatus eſt.

¶ Si autem idem ſpectetur articulus vt à Luthero manauit, reprobatus quoque rationabiliter inuenitur, nam huiuſmodi prouerbium allatum comprobatur a viro negante duas partes pœnitentiæ, ſcilicet contritionem & ſatisfactionem. & ad hoc per huiuſmodi prouerbium tendit vt tam neceſſitatem contritionis, quæ præcipue conſiſtit in dolore pro peccatis quam ſatisfactionis tollat, vt patet in libris ſuis & aliis eius articulis damnatis. Non conſonat ergo dictus articulus a ſanctis Patribus tam ſecundum ſeipſum, quam vt a Martino manauit, quamuis ſi in ſanctis Patribus huiuſmodi ſententia inueniretur, pie eſſet interpretanda, & ad bonum ſenſum reducenda.

ARTICVLVS II.

His proculdubio remitti peccata certum eſt, qui ſibi remiſſa eſſe credunt presbytero illis remittente.

SECVNDVS Articulus eſt, Nemini remittũtur peccata, niſi credat ſibi remiſſa eſſe, quando presbyter remittit.

¶ Obiicitur, Hic articulus ſynceram videtur continere veritatem, vtpote quæ ſtabilimento fidei innitatur.

Reſpondemus credere ſibi eſſe remiſſa peccata abſoluente ſacerdote, contingit dupliciter, vel quantum eſt ex parte ſacramenti, vel quantum eſt ex parte ipſius, qui abſoluitur. Credere primo modo, neceſſarium eſt ad remiſſionem peccatorum, nam hoc credere eſt actus fidei infuſæ, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. Credere autem ſecundo modo, non eſt neceſſarium ad remiſſionem peccatorum, quoniam poteſt pœnitens, qui abſoluitur, pie dubitare de propria diſpoſitione, an ſcilicet digne ſuſcipiat illud ſacramentum. Verebar, inquit Iob, omnia opera mea, & Iſaiæ 64. dicitur, Vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ. Et cum hac pia dubitatione, ſtat ꝙ digne ſuſcipiat ſacramentum abſolutionis, & conſequatur remiſſionem peccatorum, quoniam huiuſmodi pia dubitatio non contrariatur ſtabilimento fidei infuſæ, ſed firmitati fidei acquiſitæ, ad quã conſtat, ꝙ ſpectat credere de ſeipſo an ſit, vel non ſit ſufficienter diſpoſitus. Sequitur igitur, articulum comprobari falſum ex hoc, quòd alicui remittuntur peccata, qui non credit, ſed pie dubitat ex parte propriæ diſpoſitionis remiſſa ſibi eſſe peccata abſque præiudicio ſtabilimenti fidei Chriſtianæ, quæ non eſt de hoc obiecto, ſcilicet mihi eſſe remiſſa peccata, ſed de hoc, quòd eſt, remiſſa eſſe peccata mihi digne ſuſcipienti ſacramentum pœnitentiæ. Sicut non eſt fidei Chriſtianæ, quòd ſub hac hoſtia eſt corpus Chriſti, ſed quòd ſub hac hoſtia concurrentibus vndique omnibus requiſitis neceſſariò ad ſacramentum euchariſtiæ, eſt corpus Chriſti. Non continet igitur hic articulus ſynceram veritatem, ſed meritò reprobandus fuit, vtpote falſus.

ARTI-

ARTICVLVS III.

Vana eſt illorum fiducia, qui ad communionis ſacramentum accedunt, putantes ſe ſine mortali accedere, cum ſint confeſſi, & cæteris externis actibus diſpoſiti.

TERTIVS Eſt, Error illorum magnus eſt, qui vadunt ad communionis ſacramenta ſub hac confidentia, quòd ſunt confeſſi, & quòd agnoſcunt eſſe ſe ſine peccato mortali propter preces & præparatoria præmiſſa, &c.

¶ Obiicitur, Et hic articulus nititur bona fide, & ob id non videtur erroneus, nedum hæreticus.

Reſpondemus, Etſi ad ſacramentum communionis accedere cum dicta fiducia tanquam iuſtificatrice magnus error eſt, cõtra apoſtolicam doctrinam dicentem, Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, accedere tamen cum eadem confidentia tanquam præſeruatrice à peccato indigni acceſſus ad ſacramentum euchariſtiæ, nullus eſt error, ſed conſilium apoſtolicum. Docens ſiquidem idem Apoſtolus, quo pacto quis ad dictum ſacramentum non indignè accedat, & ne ad iudicium ſibi manducet & bibat, inquit, Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Vbi manifeſtat eum qui probauit ſeipſum, ſecurè ad ſacramentum accedere, ita quòd non eſt reus & corporis & ſanguinis Domini, nec ad iudicium ſibi manducat & bibit. Et quoniam populus Chriſtianus frequenter vtcunque Apoſtoli doctrinam audit, & vt vnuſquiſque poteſt de ſeipſo teſtari, quilibet ante communionis ſacramentum probans ſeipſum contritione, confeſſione, oratione, &c. vtitur hac fiducia tanquam præſeruatrice à peccato indigni acceſſus, & non tanquam iuſtificatrice, ideo articulus iſte Lutheranus tanquam pernicioſus ſanctæ fiduciæ Chriſtianæ plebis, & ſcandaloſus, & inimicus apoſtolicæ doctrinæ reprobatus eſt.

ARTICVLVS IIII.

Indulgentiarum Theſaurus, non ſunt merita Chriſti.

QVARTVS Articulus eſt, Theſaurus eccleſiæ vnde Papa dat indulgentias, non ſunt merita Chriſti, &c.

¶ Obiicitur, In hoc articulo nulla authoritate Lutherus poteſt conuinci, hoc tamen facere decretum eſt, & bullam confirmare.

Reſpondemus prænotando non vno atq; eodem modo nec æqualiter cõuinci authoritate poſſe Chriſtianum hominem de eccleſiaſticis myſteriis, ſed licet quædam plus, quædam minus explicata inueniantur in ſacra Scriptura, conuinci tamen omnia authoritate affirmamus. Exempli gratia. Sacramentum Baptiſmi authoritate conuincitur, quia tam materia, quàm forma eius in ſacra explicatur Scriptura, ſacramentum verò confirmationis, quamuis nec materia, nec forma nec inſtitutio illius in ſacra explicetur Scriptura, conuincitur tamen ex authoritate, qua Apoſtoli imponebant manus, & eccleſia vtitur, & ſimile eſt in multis aliis. Proinde ſi in articulo de theſauro indulgentiarum, Lutherum non poſſe conuinci authoritate dicitur, quia non ita explicitè ſicut Baptiſmus in ſacra habetur Scriptura, verè dicitur, ſed delirat, quærendo æqualem certitudinem in omnibus eccleſiæ myſteriis. Si autem piè quæritur authoritas, qua Lutherus poteſt de Theſauro indulgentiarum conuinci, non eſt difficile reſpondere, dicendo, conuinci poſſe Lutherum authoritate ſacræ quidem Scripturæ radicaliter, vniuerſalis verò eccleſiæ implicitè, Romanæ autem eccleſiæ & multorum ſanctorum Doctorum explicitè. Ex ſacra quidẽ Scriptura habetur theſaurus ſupereffluentium paſſionum Chriſti & Sanctorum, quatenus ſatisfactoriæ ſunt. Et quòd Chriſtus quidem plus patiendo ſatisfecerit, quàm exigat ſatisfactio omnium illorum, quibus quandoque applicatur paſſio Chriſti, & ſecundum ſe liquidum eſt, & ex ſententia Ioannis Euangeliſtæ habetur, Ipſe eſt, inquit, propitiatio pro peccatis noſtris, & non pro noſtris tãtùm, ſed pro peccatis totius mundi. Conſtat enim ex eo quòd paſſio Chriſti quo ad effectum non ſatisfacit pro peccatis totius mundi, quòd tota illa ſatisfactionum multitudo, quæ poſſet ſatisfacere pro his, qui pereunt, ſuperabundat. De paſſionibus verò Sanctorum quòd. ſ. plus paſſi ſunt multi eorum, quàm ſatisfacere pro propriis debuerint peccatis, teſtatur Beatus Iob dicens, Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in ſtatera, quaſi arena maris hæc grauior appareret. Simile eſt autẽ iudicium de Iob & multis aliis Sanctis, præcipue martyribus, qui tot ſuperauerunt tormenta, & Beatiſſima Virgine, quæ quum pro nullo proprio ſatisfactura eſſet peccato, ſuſtinuit tamen, iuxta Simeonis verbum, vt ſuam Chriſti gladius pertranſiret animam, vnde plusquam martyr iure dicitur. Nec inueniri tantum theſaurum iſtum ex ſacra habemus Scriptura, ſed ex eadem quoque habemus theſaurum iſtum ea intentione à Chriſto & Sanctis conditum, vt eccleſiæ vtilitati prodeſſet, teſtante hoc Apoſtolo ad Coloſ. 1. quum ait, Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt eccleſia. Simile eſt autem iudicium de Paulo & aliis Sanctis plus patientibus, quàm ſatisfacere debeant pro propriis peccatis. Nec huic tam ſanctæ ſentantentiæ obuiat alia eiuſdam Apoſtoli ſententia, qua ait, Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad ſuperuenturã gloriam. Nam paſſiones Sanctorum, quatenus meritoriæ ſunt, & ad præmium reſpiciunt, ſunt proculdubio non condignæ, & remunerantur à Deo ſupra condignum, & hoc explicatur quum dicitur, quòd non ſunt condignæ ad gloriam ſuperuenturam. Eædem tamen paſſiones Sanctorum quatenus ſatisfactoriæ ſunt, ſæpe ſuperabundant, quotieſcunque ſcilicet plus patiuntur pro Chriſto ſancti, quàm ſit pœna debita propriis peccatis actualibus. Ex hoc enim ipſo, quòd ipſimet incapaces ſunt huiuſmodi ſuperabundantium ſatisfactionum, vt ſatisfactoriæ ſunt (quia carent peccato, pro quo ſatisfaciant) relinquuntur ſuperabundantes, ac per hoc, vt Apoſtolus promulgauit, pro corpore Chriſti, quod eſt eccleſia, relinquuntur.

¶ Conuinci igitur poteſt Lutherus ex authoritate ſacræ Scripturæ, & quòd in eccleſia Dei eſt theſaurus meritorum Chriſti & ſanctorum, quatenus ſuperabundanter ſatisfactoria fuerunt, & quod his theſaurus eſt pro corpore Chriſti, quod eſt eccleſia. Et ſi his adiunxeris, quòd vniuerſalis eccleſia probat indulgentias, vt pia matris eccleſiæ dona ſuccedentia loco ſatisfactionis pœnitentialis, quæ eſt tertia pars ſacramenti pœnitentiæ perſpicuum fiet, quòd indulgentiæ inueniuntur apud diuinam iuſtitiam ſatisfactrices pro pœna actualibus peccatis debita, quam exoluiſſet apud eandem diuinam iuſtitiam pœniten-

pœnitentialis ſatisfactio. Ex hac autem vniuerſalis eccleſiæ approbatione oportet alterum horum fateri, aut quòd indulgentiæ ex ſola authoritate huiuſmodi vim ſatisfactiuam habeant, aut quòd ex dicto theſauro fiant. Et primum quidem horum, quoniã tanquam abſurdum non admittitur, teſtatur vt ex dicto theſauro indulgentiæ vim ſatisfactiuã habeant, quod authoritate ſanctæ Romanæ eccleſiæ omniũ eccleſiarum magiſtræ expreſſum eſt pluries. Nec deſunt authoritates Sanctorum, Thomæ, Bonauenturæ, &c. Intelligat ergo eruditus quiſque falſum eſſe ꝙ nulla poteſt Lutherus authoritate conuinci de theſauro indulgentiarum.

ARTICVLVS V.

Papam poſſe errare hanc vel illam opinionem habendo vel ipſe, vel cum maiori parte eccleſiæ, non eſt hæreſis.

QVINTVS Articulus eſt, Si Papa cum magna parte eccleſiæ haberet hanc, vel illam opinionem, & non erraret, tamen nec peccatum eſt, nec hæreſis contra ſentire (præſertim in re nihil pertinente ad animæ ſalutem) donec alterum per generale concilium reprobetur, vel approbetur.

¶ Obiicitur, Qui hunc damnarunt articulum, ſentiunt Papam eſſe ſuper concilium generale ꝙ nunquam vlla bona authoritate Scripturæ probari poteſt, vt apertè declarat Patriarcha Antiochenus in libello de comparatione Pont. maximi ad ſacroſanctum concilium.

Reſpondemus, falſò creditum ab obiicientibus eſt damnationem huius articuli procedere ex opinione ſuperioritatis Papæ ad concilium. Nulla ſiquidem cura huius quæſtionis habita, damnatio huius articuli procedit aliunde, ex hoc.ſ. ꝙ ſummus Pontifex habet authoritatem determinandi quæſtiones fidei. Quam authoritatem in ſummo reſidente Pontifice ſacri canones clamant, Hiero. ad Damaſum teſtatur dicens, Quòd ſi hæc noſtra confeſſio apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare voluerit, ſe imperitum vel maleuolum vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit. Et Dominus aperuit dicens Petro, Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Articulus igitur iſte propter latens venenum in ly, donec, aliquam per generale concilium, &c. reprobatus fuit, vt poſtè dogmatizantis, ſummi Pontificis diffinitiuam in quæſtionibus fidei ſententiam non ligare ſed contra ſentire nec peccatum, nec hæreſim eſſe. hoc enim infert ly, donec approbetur, vel reprobetur per concilium generale. Et quoniam magiſtra rerum experientia teſtatur, multas hæreſes damnatas à ſede eſſe apoſtolica ſine generali concilio, idcirco articulus iſte meritò reprobatus eſt.

¶ Hæc ſunt pater beatiſſime, quæ inter tot aduerſas corporis valetudines obedientiæ tuæ gratia ex prompto animo ſub apoſtolatus tui cenſura protuli. Tacitis obiicientibus, vt nemine accuſato, cuiuſque in pectus, liberum habeat veritas aditum. Romæ die ſexto Iulij, 1521.

RESPONSIO II.

Super quædam dicta in laudem S. Ioſeph.

Ad reuerendiſſimum Dominum Nicolaum de Fliſco S. Romanæ eccleſiæ Cardinalem.

QVIDAM Magiſter in theologia in commendationem ſanctiſſimi Ioſeph, & in laudem eius, dixit ſuum ſermonem habetet ad populum Latino ſermone, quæ ſequuntur.

¶ Primò, quòd Ioſeph fuit magni meriti, & pater putatiuus Chriſti, qui Chriſtum ipſum palpauit & eo familiariter vſus eſt.

¶ Secundò, quòd Ioſeph ſanctus fuit verus vir Virginis Mariæ, iuxta illud, Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ.

¶ Tertiò, quòd fuit verum matrimonium inter virginem glorioſam & ſanctiſſimum Ioſeph, quòd non potuit eſſe niſi per mutuam corporis donationem, quæ donatio fuit inter Ioſeph & Virginem.

¶ Quartò, ꝙ iſtud matrimonium fuit priuilegiatum, quoniam in iſto matrimonio Virgo non dedit vſum corporis, licet per contractum matrimonij dederit corpus, edocta à Spiritu ſancto, vbi regulariter per cõtractum matrimonij datur corpus & vſus copulæ carnalis.

¶ Quintò, quòd Virgo Maria dando corporis ſuum Ioſeph, dedit & ſanguinem totius corporis, ex quo ſanguine fuit completum corpus Chriſti.

¶ Sextò dixit, quòd hæc propoſitio eſt vera. Ex ſanguinibus Ioſeph fuit formatum corpus Chriſti. quam propoſitionem ita expoſuit; Ex ſanguinibus propriis Virginis Mariæ, Ioſeph ſancto datis per cõtractum matrimonij fuit formatũ corpus Chriſti.

REVERENDISSIME Domine protector, vidi ſchedulam à dominatione veſtra reuerendiſſima mihi tranſmiſſam, ex dictorum à quodam magiſtro in theologia in cõmendationem ſancti Ioſeph. Et reſpondeo quod in tertio, quarto, quinto, & ſexto vnum eſt non perſpicaciſſime dictum, quia non plenè diſcuſſa eſt differentia inter copulam coniugalẽ & copulam carnalem, Si enim hæc nota fuiſſet, non dictum eſſet hic, quòd verum matrimonium eſſe non potuit ſine mutua donatione corporis, nam per copulam coniugalem non donatur corpus coniugi, ſed poteſtas vtendi corpore coniugis, iuxta illud Apoſtoli primæ ad Corinth. ſeptimo, Vir non habet poteſtatem ſui corporis, &c. Vbi nota, quòd dicitur, corporis ſui non alterius, & dicitur poteſtas in alio. Non datur ergo corpus quoad vſum per coniugalem copulam, ſed poteſtas vtendi mutuò tum, ſed per copulam carnalem datur corpus quoad vſum. Et ex hoc fundamento patet, quòd minus perſpicaciter in quarto dicitur, quòd regulariter per contractum matrimonij datur coniugi corpus & vſus, &c. Conſtat enim falſum eſſe, quia non per contractum abſolutè, ſed adiuncta conſummatione datur corpus & vſus, imò ſi puella contrahat verè matrimonium animo ingrediendi religionem, ſi Deus dederit ſibi Spiritum bonum, verum contrahit matrimonium nec perdit ex hoc virginitatem mentalem, quia conſentire in copulam coniugalem, non eſt conſentire in copulam carnalem, niſi in potentia, quæ eſt conditio diminuens, vt patet. Et propterea Beata Virgo non perdidit virginitatem mentalem ex conſenſu in copulam coniugalem, nec expoſuit ſe periculo perdendi propter priuilegium diuinæ reuelationis, ſicut modo propter ſtatutum eccleſiæ

eccleſiæ concedentis duos menſes ſponſis ad conſummandum matrimonium vel ingrediendum religionem, contrahentes matrimonium niſi intendāt conſummare, nec ſe exponunt periculo perdendi virginitatem, nec perdunt virginitatem mentalem. Ex eodē fundamento patet minus perſpicaciter in quinto dicto dictū eſſe, ꝙ ſanguis Beatæ Virginis datus eſt Ioſeph, & abſurdè dictu in ſexto, ꝙ corpus Chriſti fuit formatum ex ſanguinibus Ioſeph, quoniam ſanguis Beatæ Virginis non fuit datus Ioſeph, ac per hoc non fuit Ioſeph etiam vt datus, vt patet ex dictis. Quintus habeat & aliā diſſonantiā ex hoc, ꝙ ſanguis n dicitur alicuius ſimpliciter, niſi ſit ipſius vt pars, quæ.ſ.eſt, aut fuit pars eius (eo modo, quo ſanguis dicitur pars animalis) & non ex eo ꝙ eſt alicuius poſſeſsio, vt ager aut ſeruus aut quia poteſt vti eo, ſicut equus conductus. Videtur ergo mihi ꝙ vltimum dictum ſit ſimpliciter falſum: reliqua verò quo ad ſupra dicta minus perſpicacia, & breuiter ꝙ ſententiam teneat, linguam cohibeat, qui hæc dixit. Nihil tamen contra nos præter fidem hic apparet.

RESPONSIO III.

Quantum valeat matrimonium cōtractum à iuuene poſt religionis ingreſſum & egreſſum.

S V M M A.

Si quis iuuenis cōtrahat matrimonium poſt religionis ingreſſum, vel poſt egreſſum, dummodo tacitè vel expreſſè non fuerit profeſſus in termino anni probationis: validum eſt matrimonium.

MAGNIFICE Domine ſalutem, & commendationem. Ad caſum mihi propoſitum. An, ſ. matrimonium cōtractū à iuuene, poſtq̄ religionē poſt diſcretionis annos ingreſſus eſt, aſſumpto ibi diuino vitā, & intra nouitiatus tamen annum egreſſus eſt ad ſecularem vitā & habitum, ſit validum. Breuiter rūdeo, ꝙ abſq; dubio matrimonium illud eſt validum, quia, vt expreſsè dr̄ in 6. de voto. c. 1. ſolùm voti, vel ſacri ordinis, vel profeſſionis tacitè vel expreſsè, dirimit poſt contractum matrimonium. Conſtat autem ex capitulo nō ſolùm, de regularibus, libro. 6. ꝙ iſte caſus diſtinguitur contra caſum profeſſionis tacitæ, vel expreſſæ per notam disiunctionis, Vel: ergo iſte caſus non habet vim profeſſionis tacitæ vel expreſſæ, quo ad matrimonium dirimendum. Textus autem in oppoſitum ſoluuntur facilè ad literam: quia capitulum non ſolùm, & in fauorem animæ nouitij, & propter ius religionis noluit prohibere fratres ab impeditione iſtius ne redeat ad ſeculum: cùm etiā ſi votum ſimplex in ſeculo de ingreſſo religionis feciſſet, religio contra ipſum agere poſſet. Capitulum verò beneficium. ibidem (ꝙ tantum ponderatis) non obſtat: quia renunciatio beneficij, quā iſte nouitius ex facto ſuo præſumitur facere, dum manifeſtat ſe omnino vitam velle mutare, tunc ſufficit ad hoc, vt beneficium poſſit alteri conferri: quæ tamen non ſufficit ad profeſſionem tacitam, vel expreſſam. iſta ergo duo non paruificantur, nec æquiparantur in reatu.

Sed nec quo ad vacationem beneficij hic caſus æquiparatur: quia in profeſſione tacita vel expreſſa eſt vera renunciatio: hic autem eſt præſumpta, quare, &c. B. o. vale. Caietæ, die 22. Octobris, 1505.

QVAESTIO IIII.

De iure petenti debitum matrimonij ab adultero.

Ad R. Patrem Fratrem Cherubinum de Florentia diuini verbi concionatorem.

QVAESTIO Propoſita eſt, an adulter ipſo facto ſit priuatus iure exigendi debitum à coniuge innocente.

Et eſt ratio dubij diuerſa, vt videtur, ſententia doctorum.

S V M M A.

Adulter, quamuis non ſit ipſo facto priuatus iure exigendi debitum à coniuge innocente, in foro tamen conſcientiæ eo iure priuandus eſt.

IN hac Dubitatione præaduertenda ſunt tria. Primum eſt, ꝙ non eſt ambiguitas aliqua niſi in foro conſcientiæ: nā in foro iudiciali conſtat non ſtatim eſſe priuatum adulterantem coniugem. Secundum eſt, ꝙ ēt in foro conſcientiæ tā qn̄ adulterium eius publicum eſt quàm qn̄ occultum eſt, notum tamen & certitudinaliter innocenti, abſolutus eſt, ſi vult innocens, à vinculo reddendi debitum: ac per hoc adulter non poteſt exigere actum matrimonij, quamuis poſſit petere illum. Exigere ſiquidem importat coactionem, & eſt in propoſito petere actum matrimonij vt debitum, petere autem nudam petitionem actus ſignificat: petimus. n. & quæ gratioſè concedenda putamus. Tertium eſt, ꝙ tota hæc difficultas conſiſtit, quando adulterium commiſſum latet innocentem coniugem. Et eſt ratio pro parte affirmatiua, quia ſtatim ꝙ alter coniugum in adulterium declinat reliquus innocens ſecundùm rem eſt abſolutus à debito reddendo, & ſolùm deficit ſibi notitia facti perpetrati, ſ. adulterij. Si namq; ſciret factum, conſtat ꝙ eſſet abſolutus: notitia. n. non abſoluit, ſed factum ipſum ex notitia ſua, diſponente ſic iure naturali & diuino. Naturali quidem propter violatā fidem: diuino autem propter authoritatem Domini, Matth. 5. vbi excipitur fornicationis cauſa in præcepto de non dimittendo vxorem. Pro parte verò negatiua eſt communis (vt videtur) animi conceptio, ſ. ꝙ adulter occultus poſt pœnitētiam poteſt exigere debitum ab innocente, ex hoc nanque arguitur, ꝙ non ſtatim innocens coniux fuerat abſolutus à debito, ac per hoc nec adulter priuatus iure exigendi. Manifeſtatur autem hoc ſic: Poſt pœnitentiam occulti adulterii, innocens in eodem ſtatu eſt, in quo erat ante pœnitentiam adulterii: quoniā pœnitentia alterius non fecit ipſum de abſoluto ligatum. Si ergo poſt pœnitentiam alterius tenetur ſecundum rem reddere debitum, etiā ante tenebatur ſecundum rem: & ſi ante pœnitentiam non tenebatur ſecundum rem: ſequitur, ꝙ etiam poſt pœnitentiam illius, non tenetur ſecundum rem.

His præmiſſis narrandum eſt primò, quid appareat veritatis pro altera parte, deinde inueſtiganda eſt cauſa. Quum coniugium ergo ſocietas quædam ſit, ex aliis, natura vel voluntate contractis fœderibus, ſumere poſſumus negatiuam partem eſſe, ſ. ꝙ non ſit ſtatim priuatus, ſed priuandus iure exigendi. Inter patrem ſiquidem, & filium naturale ius eſt, ſic vt ſi filius patrē etiā occultè offendat, non teneat pater hæredem illum habere: ſimiliter inter patrem & filium adoptiuū ſimile ius eſt: inter ſocios quoq;

negociatores

ſu pri[illegible]atores, violata ab altero fide reliquus nõ tenetur. In his tamen omnibus, & ſimilibus apparet, q licet [illegible], qui fidem violauit, vel [illegible] ſocietatis illius: ſiquidem tã naturali, quàm ad propriũ iure perdit crimen in patrem grauiſſimum latens, Patrem, poteſt etiã in foro cõſcientiæ hæreditatem adire, & ſimiliter [illegible] modo damnum non intulerit. quia obligaretur ad reſtitutionem. Quo fit, vt adulter occultus, quamuis violati fœderis reus ſit, non prohibeatur à matrimonij iure, ſed prohibendus: ſicut in ſupradictis ſimilibus priuandus eſt violator fidei iure illo.

¶ Et quoniam hæc ita eſſe mihi videntur, ratio reddenda eſt. Occurrit autem mihi vna cõis horum ratio, & eſt, q pœnæ illæ, quæ in poteſtate partis, vel iudicis ſunt ita conſtitutæ, q iudice, vel parte ſciente & eodem modo ſe habente, vt prius, aliquis non puniatur, nõ incurruntur ipſo facto: conſtat aũt tales eſſe pœnas priuationũ iurium, de quibus eſt ſermo: ergo. Maiorẽ propoſitionẽ differentia pœnarum clarificat: pœnæ nanq; eccleſiaſticarum cenſurarũ non ſunt ita in poteſtate iudicis, aut partis, vt iudicis vel partis, vt prius perſeuerantia excuſet cõtra facientẽ ab incurſu cenſuræ, pœnæ aũt aliæ, ſiue cõuentionales, ſiue à iure, niſi pars, aut iudex ſciens velit, nõ ligant. Minor autẽ clara eſt, q a ſi innocẽs cõiunx ſciat adulteriũ alterius & patẽt offenſam filij, &c. & eodẽ modo ſe habeant cum eis, vt prius, nõ ſunt priuati. Cõſonat aũt hæc ratio ſpecialitati pœnæ conſequentis inceſtum cũ conſanguineis coniugis: ad huiuſmodi n. inceſtum comitatur ipſo facto priuatio iuris exigendi: nec eſt in poteſtate partis non imputare crimen hoc ad hanc pœnam, nec ẽt in poteſtate iudicis q̃uis poſſit diſpenſare. Ad adulterium aũt ſimplex priuatio cõſequens eſt in poteſtate partis, ſcil. offenſi coniugis, vt patet. Differentia igitur inter verũ q̃e adulterium eſt, q ille ſic inceſtuoſus eſt priuatus ipſo facto, iſte aũt adulter eſt non priuatus, ſed priuandus: alioquin nihil ſpeciale de adulterio ſic inceſtuoſo diceretur. Et hæc poſitio non diſſonat fortè ab aliquo doctorũ: nam illi qui videntur pro parte affirmatiua, ad hoc tendunt, vt, ſ. adulter priuandus ſit ab altero innocente in foro conſcientiæ: quum dicunt, dignus eſt vt non ſeruetur fides ei, vel aliquid huiuſmodi, alij aũt p parte negatiua volũt, q non ipſo facto ſit priuatus & vtrunq; eſt verum.

¶ Ad rationem autem pro parte affirmatiua, negatur q ſecundum rem innocens ipſo facto ſit abſolutus: eſt. n. ipſo facto habens ius, quo ſeipſum poſſet abſoluere in foro conſcientiæ, ſi ſibi conſtaret de facto. Romæ 20. Decembris, 1513.

RESPONSIO V.

Ad eundem.

De Nominandis Complicibus à Reo in aliquo iudicio, & de eorum ſententia.

LITERAS Tuis frater chariſſime perlectis, in quibus quædam dubia ſoluenda mihi propoſuiſti, reſpondere diſtuli aliquot diebus, occupatus in alijs; verùm ne omnino charitati tuæ deeſſem, hodiernum diem cenſui eximendum ab alijs.

SVMMA.

Non tenetur de aliquo crimine inquiſitus complices in crimine nominare, vel accuſare, niſi ipſorum crimen fuerit inquiſiti criminis per ſe circunſtantia, & in damnum publici, vel aliorum boni, & iudex ex zelo ſui officij iuridicè procedat.

AD PRIMVM Itaque dubium, an iuridicè inquiſitus de aliquo crimine, teneatur & debeat nominare cõplices, ſi nõ ſunt infamati, & ante correctionem fraternã: & ſimiliter ad ſecundum, an ſi ipſe tales nominauerit, poſſit iudex cõtra tales procedere ad inquiſitionẽ, & eorũ rationẽ quia conſuetudo ſecularium iudicũ habet, q tormentis cõplices requirũt, & q cõtra nominatos procedunt: in oppoſitũ tñ eſt ordo fraternæ correctionis (& occultũ cõplicis peccatum). Reſponderi vnico verbo põt, q hæ quæſtiones deciſæ videntur extra de confeſſis, c. quum monaſterium. Vbi dicitur, q ſecundum verſus. q; iuras ſtatuta de ſe confeſſi, ſuper aliorum conſcientiis interrogari non debent, crimine læſæ maieſtatis excepto: & q ſi contingat aliquos nominari, tales nominati nulli ſunt pœnæ ſubijciendi, ſi tñ infamia huiuſmodi nominati laborãt indicenda eſt purgatio tribus ſui ordinis adiunctis ſocijs. Quia in multæ fiunt exceptiones ab iſta regula, & multi multa dicunt, vt diffuſè habes à Panor. ſuper dicto c. videtur mihi in primo dubio, q triplici diſtinctione vtendũ ſit in propoſito, prima eſt, ſi nomen cõplicis eſt, vel non eſt circunſtãtia actus proprij illius, qui inquiritur. Secunda, ſi crimen de quo inquirit, pendet in perniciẽ publici boni, ſeu aliorũ. Tertia eſt, ſi iudex ex ſolius illius cãæ ritu, & meritis procedit aut ex zelo proprij officij. Nã ſi nomen cõplicis eſſet circunſtãtia proprij actus, quum quilibet iudex cognoſcens de aliquo actu habeat ex meritis illius cauſæ ẽt iudicare de illius circunſtãtijs, tunc iudex põt inquirere, & tenetur inquiſitus confiteri cõplicẽ, ſicut quãdo in foro pœnitentiali pœnitens non põt aliter exprimere peccatũ ſuũ niſi nominãdo cõplicem, debet reuelare cõplicẽ, putà quõ quis cognouit propriã matrem. Conſtat aũt inter circunſtãtias annumerari, quibus auxilijs aliquis fecit. Difficile tñ apparet accidere caſum, in quo nomẽ cõplicis ſit circunſtãtia proprij actus in foro iudiciali, niſi per accidens: putà quia probabiliter aliunde iudex dubitat q reus fateatur id q non commiſit, vt euadat fortè tormẽta, quoniã tunc ex nominatis cõplicibus cognoſcere põt, an verum dicat: ſicut ex alijs circunſtãtijs, putà loci, vel tẽporis. Sed hoc ex parte iudicis licitũ vr: ſed ex parte rei, qui ſcit ſe verũ dicere, non debet infamia alterius occulti teſtari culpã ſuã, ex quo cõplicis nomen non eſt actus ſui circunſtãtia, quantum eſt ex parte ipſius actus perpetrati. Similiter, ſi crimen pendet adhuc in perniciem Reip. eccleſiæ, aut aliorũ priuatorũ putà, quia ſunt multi corruptores fidei, aut cõſpiratores aut latrones, aut ſubuerſores aliorũ debet iudex ex officio inquirere, & reus huiuſmodi perſeuerãtes in malo pernicioſo oĩno occultos (de his ſermo eſt) debet reuelare, niſi fortè probabiliter crederet correctione fraterna eos amplius nõ peccaturos, q nõ facilè credendũ eſt de religioſis, præſertim huiuſmodi ſceleribus irretitis: ſed dubitandum potius videtur, q intendunt ſe emendare. Et propterea tutius eſt in huiuſmodi caſibus, prælato potenti per ſe vel aliũ, & volenti ſaluare, non perdere oues ſuas, & curã famæ proximorũ ſolito habere, vt paſtorẽ decet, complices ſiue non complices, tales tamen notos reuelare. Si aũt crimen in detrimentũ aliorũ nõ pendet, non tenetur reus occultos alios reuelare, ſed ordinẽ fraternæ correctionis præponere. Illud præoculis eſt ſemper habendũ, q quemadmodũ in [illegible]

præcepto

præcepto inquiſitionis, ſi quis ſcit, &c. ſubintelligitus ſeruato iuris ordine: ita quum quis inquiritur in genere de complicibus, ſubintelligitur ſecundum ſua reuelandis, quia non poteſt plus prælatus ſeu iudex præcipere. Et propterea non peccant prælati ſeu iudices de complicibus inquirendo, ſi intentio infra iuris limites conſiſtit. Et ſimiliter non peccant inquiſiti ſi omnino occultos tacent, aut dicunt ſe non habere complices aliquos, habendo occultos tantum: quia reſponſiua verba intelligenda iuxta ſenſum interrogationum ſunt: intentio tamen oportet, quòd ſit infra iuris limites.

S V M M A.

Contra nominatos à Reo aliunde prorſus occultos non eſt procedendum.

IN SECVNDO Autem dubio, ſi aliunde omnino occulti ſunt, qui nominati ſunt, non eſt procedendum contra eos, quoniā talis reuelatio non ſufficit ad accuſandum, nec ad denunciandum, nec ad infamandum, ſeu clamoroſè inſinuandum: propterea omnis via procedendi, quæ in tribus dictis inchoat, aufertur.

¶ Ad id verò, quod de conſuetudine opponis ſeruari: quia conſuetudines patriarum conſiſtunt in facto, ipſi viderint ſi ita eſt. Non tamen credo lic. eſſe, niſi in quibuſdam criminibus exceptis: & hoc propter ſequaces Bartoli: & quòd nihilominus aliqua interueniant indicia contra ſic nominatos.

S V M M A.

Non poteſt iudex quempiam cogere vt dicat defectum quem non iudiciariè nouerit.

AD TERTIVM Autem dubium vtrùm iudex ſciens defectum alicuius a tribus vel quatuor non per modum iudicij, poſſit ipſum cogere ad dicendum veritatem: reſpondeo quòd quæſtio hæc deciſa eſt extra de accuſa. cap. inquiſitionis. Vbi expreſſè dicitur, quòd ſi non extat infamia vel clamoroſa inſinuatio, non debet fieri inquiſitio, etiam ſi duo vel tres iurati dicant ſe vidiſſe delinquentem, aut alicui libellum ſecretò tradant. Vnde patet quòd non poteſt prælatus cogere talem ad dicendam veritatem.

S V M M A.

Non niſi de crimine, cuius præceſſit publica infamia poteſt quis inquiri.

AD QVARTVM Dubium, vtrùm infamatus de aliquo, poſſit de omnibus inquiri: vt tenet Petr. de Pal. in 4. ſent. reſpondeo quòd non poteſt inquiri de illis de quibus non laboret aliqua infamia: iuxta dictam decretalem dicentem, Super illis ſolummodo fieri inquiſitio debet, de quibus clamores aliqui præceſſerunt. Dictum autem Petri de Pal (cum bona reuerentia dictum ſit) tantum valet, quantum ſua ratio, ſcilicet quia iudicare de occultis non propter peccatum, ſed propter peccatorem prohibetur. Hæc enim ratio falſum aſſumit: quia occulta ex ipſa ratione, qua occulta ſunt, ab humano iudicio exempta ſunt: & proportionaliter occulta in tali iudicio ſeu proceſſu ab illo exempta ſuapte natura.

¶ Hæc ſunt pater venerande, quæ mihi occurrerunt ſcribenda ad tua dubia, non plus authoritatis habitura ſicut nec cætera mea, quàm ratio eorum mereatur. Bene vale, & Deum pro me ora. Romæ, die 5. Nouembris, 1518.

RESPONSIO VI.

De Negando religionis ingreſſu, & profeſſione Iudæis aliàs idoneis ad hæc.

Ad R. Patrem F. Matthiam de Pace ſacræ Theologiæ magiſtrum, ac Salmaticenſem Regentem.

S V M M A.

Tametſi in quibuſdam locis mortale peccatum nullum ſit negare religionis ingreſſum natis Iudæis, aliàs ad religionis ingreſſum & profeſſionem idoneis, hoc tamen illaudabiliter faciunt.

REVERENDE Pater ſalue: Humanitatis paternitatis veſtræ literis perlectis, quibus petit an illis, qui ex Iudæis originem ducunt, ſi in nullo culpabiles inuenti, nec aliter ſuſpecti niſi ratione originis ſint, poſſit negari ingreſſus religionis: & ſi fuerint nouitij, negari poſſit profeſſio abſque peccato mortali, an ſit hoc contra præceptum charitatis. Reſpondere, vt par eſt, volens, paucis me abſoluam: eo quòd cum ſapiente ſit ſermo. Actus recipiendi ad religionis ſtatum, vt à prælatis ipſarum religionum egreditur, & terminatur ad aliquem indeterminatè, licèt habeat rationem debiti (quoniam religiones inſtitutæ ſunt non ſolùm propter præſentes, ſed etiam futuros) vt tamen terminatur ad hanc, vel illam conditionem perſonarum, vel hanc, aut illam perſonam, caret debiti ratione, niſi neceſſitas aliqua debiti rationem inducat. Et de perſona quidem determinata, patet ex hoc, quòd charitas non arctat ad diligendum ſeu benefaciendum alicui particulari non aliàs coniuncto, niſi in articulo neceſſitatis, vt teſtantur præcepta charitatis tam in corporalibus de eleemoſyna, quàm in ſpiritualibus de correctione fraterna. Vnde & diuus Tho. in quolibetis dicit, quòd habens de ſuperfluo, non tenetur obuienti pauperi ac petenti eleemoſynam dare quia licet teneatur ſuperfluum elargiri, non tamen dare huic. Et in Secunda Secundæ de correctione fraterna dicit, quòd cadit ſub præcepto, ſecundum quòd eſt neceſſaria ad fratris emendationem. Conſtat autem quemlibet idoneum ad religionis ſtatum communiter inuenire alibi gratiam, ſi ab vna religione refutatur. De conditione verò perſonarum patet ex hoc, quòd religionis prælati ſtatuto poſſunt cauere, vt genus aliquod hominum ſine eorum culpa ad religionem non admittatur: vt teſtatur ſtatutum de non recipiendis illegitimè natis. Nec multum refert inter recipere huiuſmodi ad habitum, & receptos ignoranter reijcere ante profeſſionem, quoniam non minus libera eſt religio intra annum probationis, quàm nouitius: quum annus probationis in fauorem vtriuſque datus ſit, nec vlla pollicitatio implicitè fiat magis hinc, quam inde. Conſtat autem ex ſacris canonibus, vt patet extra de regu. cap. ſtatuimus. nouitium poſſe liberè intra annum probationis redire ad priorem ſtatum: igitur religio poteſt nouitium liberè à ſe excludere. Et confirmatur, quia quemadmodum nouitius ſi perfectis nouiter cenſuris in iure latis contra religioſos, & inhabilitatibus mendicantium, quas tamen in ſeculo praſcire potuiſſet, relicta religione

poteſt

poteſt ad priorem ſtatum redire: ita religio cognita origina nouitij prius indiſcuſſa poteſt illum refutare. Quum igitur natio eorum, qui ex Iudæorum genere ſunt, conditionem habeat quibuſdam minus gratam propter tot eiuſmodi publicam apoſtaſiam, in Hiſpania ſi religionis alicuius prælati ſtatuto vel opere eos recuſent recipere ad habitum, vel ignoranter receptos nolint ad profeſſionem admittere, nullum ex hoc mortale peccatum ex ſuo genere incurrunt.

¶ Et quamuis ita eſſe mihi videatur: irrationabile tamen mihi videtur perpetuò ſtatutum, aut opus huiuſmodi refutationis reſpectu illorum, qui nulla alia ſuſpicionis nota ſunt affecti, niſi quòd originem ex Iudæis traxerunt. Tum quia ſalus noſtra ex Iudæis eſt, ex quibus natus eſt Chriſtus ſecundū carnem, & apoſtoli, & plurimi patres fidei: & ingrati inuenimur, ſui generis filios repellendo. Tum quia occaſio datetur Iudæis, vt ad fidem non conuertantur, dum intelligunt conuerſorum filios in generatione & generatione repulſos à religione. Tum quia religionis ſtatus eſt talis, vbi ipſi potius ſi in aliquo dubitant ſolidari in fide, quàm alios inficere poſſunt. Hæc ſunt Pater reuerende, quæ mihi occurrunt reſpondenda, in die ſancti Matthæi Apoſtoli, Senis. 1514.

RESPONSIO VII.

De Vinculo perſeuerandi in religione, cum quis hoc propoſuerit.

SVMMA.

Ingreſſus religionem cum propoſito perſeuerandi in illa vſque ad mortem, non tenetur in ea viuere, niſi huic deliberato propoſito fuerit adiuncta aliqua implicita promiſſio.

CHARISSIME Fili, quæſtioni tuæ ob occurrentis de facto caſus neceſſitatem interpoſitis aliis reſpondendum duxi. In caſu ergo propoſito, quem ſcilicet N. ingreſſus eſt religionem quandā mendicantium, in quodam illius conuentu regularis vitæ, cum animo deliberato perſeuerandi vſque ad mortem in illa particulari religione, & in illo particulari conuentu in ſeruitium beatæ Virginis, cui eccleſia illa dicata eſt: & poſtquam multos menſes ibidem egit, ob quorundam ſcelera ibidem impunita, ad ſeculum intra annum probationis redijt. Scito ex duobus capitibus procedi poſſe; primò, ex aſſumpto habitu cum deliberatione perſeuerandi vſque ad mortem; ſecundò, ex intentione particulari ad hunc conuentum, fruſtrata ob opinatum ſucceſſum malæ vitæ in conuentu illo. Et vt à primo incipiamus, quæſtio iſta petita fuit ab Innocentio III. vt patet extrà de regu. & tran. ad religio. in c. conſuluit. & ab ipſo diſtincta: & poſtmodum à Greg. 9. in c. ſtatuimus, magis explicata.

Eſt autem eorum ſententia, quòd ſuſcipiens religionis habitum volens abſolutè vitā mutare, ad religionē tenetur. Quod poteſt benè & malè intelligi. Si enim per voluntatem abſolutè mutandi vitā intelligatur deliberatum propoſitum perſeuerādi vſque ad mortem, & nihil aliud, malè intelligitur: ſi autem per voluntatem abſolutè mutandi vitā, intelligatur deliberatum propoſitum perſeuerādi vſque ad mortem cum promiſſione implicita huiuſmodi perſeuerantiæ benè intelligitur. Quod patet dupliciter. Primò ex eo, quòd votum requirit etiā propoſitum, deliberationem, & ſubmiſſionem: ita quòd abſque promiſſione nullum eſt votum. Secundò ex eo, quòd ratio quare ille volens abſolutè mutare vitā, tenetur etiā ad religionē, expreſſè aſsignatur in dicto capitulo: quia ipſe renunciat anno probationis in fauorem ſuum, ſic ſuſcipiendo habitum. Ex hoc enim habetur, quòd voluntas illa eſt voluntas renunciantis probationi, & faterentis hodie quod poſt probationem erat acturus: quod nihil aliud eſt quā promittere perſeuerātiā vſque ad mortem, quod eſt vouere religionem. Et ſi hāc diſtinctionem vis plenius intelligere, finge in religione duos modos diſtinctos ſenſibiliter & notorie omnibus eſſe regulariter inſtitutos ad ingreſſum religionis: alterum cū anno probationis, & alterū ſine vlla probatione: & finge rurſus duos iuuenes ambos cū propoſito deliberato perſeuerādi vſque ad mortem, ingredi religionem illā, ſed alterum per illum modum, cui adiungitur annus probationis, & alterum per reliquū modum, cui nulla adiungitur probatio. Et diſcernes voluntatem vnius à volontate alterius in hoc, quòd iſte ſecundus cum deliberatione promiſſionem, imò exhibitionem ſui habuit, ille non: & videbis, quòd de primo non verificatur, quòd vult abſolute mutare vitā, ſed de ſecundo tantùm. Suſcipere igitur habitum nouitiorum (ſiue ſola benedictione diſtinguatur ab habitu profeſſorum, ſiue aliter) cum deliberato propoſito perſeuerādi vſque ad mortem, ita etiā quòd vellet hodie eſſe finem anni, vt poſſet tunc profiteri, non obligat hominem ad religionem in particulari, aut in communi: ſed liberum relinquit, vt redeat ad ſeculum. Dixi autem nouitiorum propter ſuſcipientem voluntatie habitum profeſſorum, ſciendo quid hoc importat: talis enim facto exhibet ſeipſum religioſe in profeſſum: & quia voluntas conformis eſt facto ſuo voluntario, in voluntate non ſolum eſt deliberatio, ſed promiſſio aut exhibitio cum renunciatione probationis. Nihil tamen ſcrupuli in te hac accidit, ſi nouitius continue geſſet habitum veterem benedictum pro alterio, etiam ſi libentius deuotionis cauſa, quia benedictos creditur, geſſerit: quoniam habitus profeſſorum vbi ſola benedictio diſtinguit, penes benedictionem, quæ fit propriè profeſſionis tempore, attenditur: vt eo dicto c. ſtatuimus, ſumitur.

Et licet hæc ad propoſiti caſus claritatem ſufficiant: vt tamen deſiderio tuo ſatisfaciā an etiā ſi intercesſiſſet promiſſio, teneretur: reſpondebo iuxta ſecundum caput. Scito quòd ſi ſimplicis voti promiſſio comes fuiſſet, duo conſideranda eſſent. Primò ex parte intentionis, diſtinguendo inter intentum & attractiuum: quia ſtat quòd attractiuum alicuius ad particularem religionem & eccleſiā ſit deuotio ad aliquā figurā beatæ Virginis, conuerſatio cum quibuſdam religioſis, grata amœnitas loci, & huiuſmodi, intentum autem nō ſit ad hoc limitatū: quum ſcilicet intendit eſſe ſicut ſunt illi religioſi, qui poſſunt ad arbitrium prælati ſecundum regularia ſtatuta inde mitti ad alios conuentus: hoc enim teſtatur intentionem non eſſe limitatā ad hunc conuentum ſolùm. Et ſi intentio alicuius fuiſſet limitata ad vnum ſolùm conuentum, euentus ille inuentorum ſcelerum conſiderandus eſt, an ſint crimina communia, an paucorum, an cum ſpe prouiſionis, an ſine ſpe prouiſionis. Si enim impunè ſcelera communiter licet committere, nec ſpes humano more ſit futuræ prouiſionis, non obligatur iſte ad obſeruandam voti ſui legem, quàm conſtat in tali euentu non eſſe inuentam. Votum enim religionis quaſi ad tu-

ad tutum portum tendens non debet eſſe vinculum detentiuum hominis in tali petenti periculo: ſcriptum eſt enim. Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris, &c.

¶ Hæc ſunt fili chariſſime, quæ mihi videntur ad quæſtionis tuæ ſolutionem dicenda, tuum erit applicare ad particulare factum, & meliori, vbi opus eſt, iudicio vtendo, de N. caſo iudicare. Bene vale, & Deum pro me ora. Romæ die 11. Nouembris, 1512.

RESPONSIO VIII.

De modo exoluendi & dicendi horas Canonicas in choro. Ad eundem

QVæſtioni Tuæ frater chariſſime, an is qui in choro ſic diuinum officium perſoluit quòd ſui chori verſus ſubmiſſe ſibiipſi ſoli dicit, alterius verò chori verſus audit tantummodo, ſatisſaciat præcepto eccleſiæ de perſoluendis canonicis horis, reſpondere eo pacto propoſui, vt quia diuerſi diuerſa dicere videntur, vtriuſque partis rationes penſentur, & ſic veritas eluceſcat.

¶ Opinio igitur dicentium, quòd in caſu propoſito ſatisfit eccleſiæ, fundatur ſuper hoc, quod nullus in choro, vel comitatus ſoluens diuinum officium tenetur dicere totum: ſed ſufficit medietatem dicere & medietatem audire ſecundum alternationem verſuum hinc, & inde: vt conſuetudo eccleſiæ teſtatur: ſic autem fit in propoſito, quia iſte vnius partis verſus dicit, & alterius audit: ergo ſatisfacit. Sed contra iſtam rationem militat: quia vtitur eo, quod eſt per accidens loco eius, quod eſt per ſe.

S V M M A.

Perſoluens officium ſic vt in choro vnum verſum dicat, & alterum audiat non ſatisfacit diuino officio, ſed tenetur ſecrete dicere.

Ad cuius euidentiam claram ſcito, quòd præceptum eccleſiæ eſt, vt quilibet dicat totum officium, vt patet extrà, de celebratione miſſarum, cap presbyter. Sed quoniam aliquem dicere totum officiũ contingit dupliciter, ſcilicet communicando cum alio in officio, & ſine cõmunione cum altero: ideo duobus modis ſatisfit diuino officio: ſcilicet perſoluendo ſine alterius communione, & tunc, quia cum alio non communicat, totum ſolus dicit, & communicando cum altero: & tunc alternando, totum quilibet communicans dicere cenſetur, dum quilibet cõmunicans in perſona communicantis ſecum dicit id quod dicit. Vnde in hoc modo dicendi officium, ſcilicet alternatim, aliquid concurrit per ſe, ſcilicet communio dicentium, qua fit, vt quodlibet ab altero dictum ſit commune alteri: & aliquid per accidens, ſcilicet, quòd iſte partem dicat, & partem audiat. Conſtat autem, quòd quum aliquis ſic partem dicit, non vt communem, ſed vt propriam, non communicat in ea cum altero: talis autem eſt dicens partem ſui chori ſic ſubmiſſe, quod ſibi ſoli dicit. Non communicat igitur iſte in propoſito caſu cum altera parte chori: ac per hoc non ſatisfacit. Et confirmatur: quia etiam in choro dicere partem ſuã non qualitercunque, ſed vt communem, eſt pars chori. Dato ergo, quòd eccleſia non præcepiſſet dicentibus officium cum aliquo, niſi dicere partem ſuam, adhuc ſequitur, quòd iſte non ſatisfacit in propoſito, quia non dicit id officii, quod dicit vt partem, ex quo id, quod dicit, non dicit vt partem communis officii ſibi & alii, ſed vt propriam ſibi: quia non communicatur alii per audibilitatem. Et confirmatur: quia ſi ſufficit medium dicere & medium audire, poſſem medium matutinale officium ſolus in camera dicere, & deinde audire alium legentem reliquum: quod eſt ridiculum. Concludendum ergo mihi videtur abſque ambiguitate, quòd in caſu propoſito iſte nõ ſatisfacit officio. Et hæc intelligenda ſunt de toto officio: nam in aliquo particulari verſu deficere, nõ eſt contra præceptum. Romæ die 3. Nouembris. 1514

RESPONSIO IX.

De vſura & in veniali pertinacia, & publico delicto.

REceptis Literis veſtris reuerende pater, inueni tria in illis dubia à me requiſita. Primum eſt, an vſura ſoluta ab accipiente ſine neceſſitate pecunias mutuo, ſit reſtituenda illi, qui ſoluit. Et eſt ratio dubii, quia videtur hic iniuſtitia eſſe etiam ex parte dantis. Secundum eſt, an pertinaci etiam vſque ad mortem in aliquo veniali, non ex contemptu, ſed quia eſt veniale, ſit deneganda abſolutio de cæteris peccatis. Tertium eſt, quomodo intelligatur delictum publicum, vt ſine peccato poſſit reuelari, an quia poteſt probari, an quia fuit de eo conuictus coram iudice, an quouis alio modo.

S V M . M A.

Reſtituenda eſt vſura accipienti pecunias mutuo, ſine neceſſitate.

Non neganda eſt cæterorum peccatorum abſolucio pœnitere non volenti etiam in mortis articulo de veniali, quod veniale eſt.

AD quæ prout paternitas veſtra expoſcit, breuiter reſpondendo dicitur, quòd vſura ſic ſoluta proculdubio reſtituenda eſt ei, qui ſoluit: quoniam ex parte dantis non eſt iniuſtitia ſecundum ipſam dationem, ſed ſecundum cauſam tantùm, puta ſi propter pompas faciendas accepit mutuum ſub vſuris, datio enim ipſa ſecundum ſe non habet vnde ſit illicita. Liquidum quoque eſt, quòd pertinaci propoſito, cum venialium ordinem non tranſcendat, nec venialia remiſſionem mortalium impediant, nec vnum veniale connexionem cum aliis venialibus habeat, impendenda eſt abſolutio cæterorum peccatorum.

¶ Ad id verò, quòd tertiò quæritur, dicitur quòd per ſe publicum (quod per accidens vero infinitis modis inueniri poteſt) eſt, quod ex ſe habet, vnde in communem notitiam perueniat. Vnde non cenſendum eſt publicum aliquid ex hoc, quòd probari poteſt, cum hoc non adhuc habeat, vnde ex ſe in cõmunem notitiam veniat, quamuis hoc habere poſſit: ſed benè conſtituitur in eſſe publico ex hoc, quòd confeſſus eſt iudicialiter, niſi per accidẽs à iudice inhibeatur executio publicationis. Contingit non ſolùm prædicto, ſed multis modis humana delicta deuenire ad prædictam publicationem, vt puta ſi delinquatur in communi hominum præſentia, loco, ſcriptura, & aliis huiuſmodi quibus contingen

tibus

fert contractum venditionis & emptionis lucri ſperati & incerti: quoniã cõtractus venditionis & emptionis lucri ſperati incerti eſt & contractus commutationis, & debet ita fieri cum Paulo ſicut fieret cum tertia perſona. Conſtat autem, ꝙ tertia perſona non emeret à Petro lucrum ſperatum ex centum hoc modo, ſ. vt ipſa tertia perſona nihil in pręſenti acciperet, ſed ſolã ſpem habendi lucrum vltra quinq; pro centum & ex iſta ſola ſpe obligaret ſe ad dãdum Petro ſingulis annis quinq; pro centum ex lucro illorum centũ. Et circa hoc non oportet aliã probationẽ afferre quoniã mercatores ipſi locupletiſſimi teſtes ſunt, ꝙ quilibet initurus hunc contractum, pretium aliquod vltra illã ſpem exigit pro ſua obligatione & periculo. Et quia in caſu propoſito iſta certificatio ſperati lucri abſq; pretio aliquo imponitur Paulo, manifeſtè patet ꝙ non interuenit hic contractus emptionis & venditionis ſperati lucri, ſed ſolus contractus ſocietatis cum illis conditionibus, falsò ergo exponitur contractus iſte. Hæc de primo.

¶ Quò ad ſecundum, licet dicti tres contractus in veritate in caſu poſito nec formaliter, nec virtualiter ſint: quia tamen fieri poſſent diſtinctè & ſeorſum dicti contractus cum appoſitis pretiis, dicendum occurrit quomodo licitè fieri poſſunt.

¶ Dupliciter autem contractui ſocietatis poſſunt dicti duo cõtractus cõiungi, ſ. ex pacto, & ſine pacto. Et ſiquidem contractus ſocietatis habeat hæc pacta annexa, ſcilicet, vt Paulus teneatur aſſecurare capitale, & certificare lucrum ſine aliquo pretio, manifeſta eſt iniquitas, nec eget declaratione aliqua: quoniam ex dictis ſatis patet, ꝙ eſset ſocietas hæc leonina. Si verò contractus ſocietatis habeat hæc pacta annexa, ſcilicet vt Paulus teneatur aſſecurare capitale, & certificare lucrum pro eodem pretio, quo tertia perſona aſsecuraret, & certificaret, adhuc Paulus iniuſtè aliquãtulum grauaretur, quãtum eſt ex ratione iuſtitię: quoniã contractu, ſocietate habente ſuã ęqualitatem, non debet ſecundum iuſtitiæ rationem ſuper adiungi Paulo hoc grauamen, ſ. ꝙ teneatur aſsecurare capitale & certificare lucrum illo pretio, quo alius faceret: quoniã cõſtat, quòd ex æqualitate ſocietatis ad hoc non tenetur, licet gratioſè poſset hoc facere, ſicut non eſt licitum ex pacto obligare accipientem mutuò, vt teneatur remutuare: quãuis hoc gratioſè poſſit & debeat facere. Dixi autem ſecundũ iuſtitiæ rationem: quia ſi ex quaſi condicto communi pacta hæc in conſuetudinem deducta, vt licita eſsent (ſicut pactum de retrouendendo introductum communiter eſt in deteſtationem fraudis vſurarum) tolerari poſsent iſta pacta ratione huiuſmodi conſuetudinis, quæ tamen non eſset introducenda: quia in fauorem eſt fraudis vſurarum. Aperitur enim per hæc pacta via palliãdi vſuras cum dãno virorum induſtriorum qui hæc pacta ſubeunt, quia egent pecuniis, vt poſſint de ſuis induſtriis viuere: & minùs malum eſt eis hæc pacta ſubire, quàm cum manifeſto intereſse inuenire pecuniam eis opportunam.

¶ Sine pacto autem ſi dicti contractus ſuperueniãt contractui ſocietatis, ita vt contractus ſocietatis fiat liberè ex omni parte cum debitis conditionibus ſocietatis & ſociorum, ſed ſeorſum ac diſparatè ſuperaddantur iſti contractus, vt Petrus à cura ſollicitudineque ſe exoneret, & à timore fraudis ſe liberet, dicendum occurrit, ꝙ contractus aſſecurationis capitalis, & contractus certificationis lucri ita poſsũt licitè fieri inter Petrum & Paulum ſocios ſicut inter Petrum & tertiã perſonã poſsent licitè fieri: adhibitis ſcilicet honeſtis pretiis ſecundum iudicium ſapientum in illa arte, illo tempore, in illo loco, cum tali perſona, & breuiter conſideratis indiuidualibus conditionibus, quæ ſcientificè determinationi non ſubſunt. Conſtat nãq; ꝙ tali tempore, vel propter talem perſonã, vel propter talem artem in tali loco vix inueniretur aſsecurator, aut certificator lucri non ſolùm quinque pro centum, ſed nec in minimo. Et propterea non videtur abſque vſurarum fraude fieri ſi promiſcuè præſupponatur cum qualibet perſona, aut in quolibet artificio lucrum certificandum quinque pro centum, aut capitale ſaluum. Experientia ſiquidem teſtis eſt multos ex vitio perſonæ, multos, ex temporis euentu, &c. deficere. Hæc de ſecundo.

Quo ad tertium, ſatis patet ex dictis, ꝙ abſolutè loquendo in quæſtione caſus propoſiti, tã vt proponitur quàm vt exponitur, iniuſtum eſt ſocietatem hanc inire, & Petrum teneri in foro animæ ad reſtitutionem, ſi huiuſmodi ſocietatem cum Paulo de facto contraxit: quoniã eum inique grauauit, de facto conditiones vſurarias apponendo capitalis salui, & lucri certi: vt manifeſtum eſse puto ex dictis.

¶ Hæc ſunt pater amantiſſime, quæ mihi occurrunt pro ſolutione quæſtionis propoſitæ. Rogo vt oretis Deum pro me. Romæ die prima Aprilis, 1515.

RESPONSIO XII.

In quinque dubiorum ſolutiones diſtributas ad eundem.

ACCEPI reuerende pater ſchedulã quinque dubiorum, neſcio cuius viri notabilis ſcrupuloſæ conſcientiæ petentis à me ſatisfieri: quum tamen P. V. doctiſſima optimè illi ſatisfacere potuiſſet, ſi mihi hanc ſarcinã imponere noluiſſet. Vt ergo charitati veſtræ & illius conſcientiæ non deſim, quãuis conualeſcens, reſpondere curabo per ænſe reuer. ſuro latore reſponſionem breuem.

SVMMA.

Non opus eſt pœnitenti conteri de ſingulis peccatis numeraliter in eadem ſpecie peccati.

EST Igitur primum dubium, an ſit ſimpliciter de neceſſitate ſalutis pœnitentem conteri de ſingulis peccatis numeraliter in eadem ſpecie, quãdo poteſt ea ſigillatim ad memoriam reducere. Et eſt ratio dubii: quia hoc videntur cõmuniter doctores in 4. ſen. ſentire. Ad hoc dubium breuiter dicitur, quòd licet quidã videãtur hoc ſentire quãtum ad integritatem ſatisfactionis (ita quòd ſicut ſigillatim in ſingulis peccatis mortalibus adimpleuit voluntatem ſuã contra Deum, ita ſi integrè ſatisfacere debet oportet ꝙ ſigillatim toties deteſtetur crimina ſua) ſi quis tamẽ diligenter conſideret, nec ad contritionem, nec ad confeſſionem, nec ad ſatisfactionem exigitur huiuſmodi numeralis dearticulatio peccatorum. Et de contritione quidem patet ex veteri teſtamento (quia in quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor) & ex nouo, quia dimiſſa ſunt mulieri peccatrici peccata multa, quoniam dilexit multum. Impoſſibile ſiquidem eſt, in quacunq; hora ingemiſcimus, relinquendo peccatorum multitudinem copioſam, omnia dinumerare: & ratio dimiſſionis peccatorum non deteſtatio multiplex, ſed multa dilectio reddit. Et vtriuſq; ratio eſt:

quia momentanea contritio virtualiter extendens ſe ad omnia crimina commiſſa, ſufficit ad ſalutem & tanta poſſet eſſe quod ſufficeret ad omnimodam ſatisfactionem, vt de Latrone creditur. Non minùs ſiquidem ſatisfacit debitor centum quadrantum, ſi dat vnum aureum valentem centum quadrátes, quàm ſi daret centum quadrantes numeraliter. De confeſſione verò clarum eſt, quòd vnico verbo poteſt confiteri centum millia peccatorum: nec oportet ſigillatim ſingula numeraliter dicere. De ſatisfactione autem eadem eſt ratio, quæ de contritione dicta eſt; vnum ſiquidem opus pœnale magnum multis paruis æquiualet, & tantò melius eſt, quantò maioris eſt virtutis vnum magnum opus quàm multa parua facere; vt patet in Ethicis. Sententia igitur doctorum quarto verificatur in hoc, quod oportet de ſingulis, aut formaliter, aut virtualiter conteri,

S V M M A.

Circũſtãtia loci per ſe eſt neceſſario confitẽda.

Secundum dubium, quando circunſtantia loci ſacri eſt neceſſariò confitenda, ſecundum doctrinã S. Th. & ſecũdum veritatem. Ad hoc breuiter dicitur, quod tunc tantùm quando actus peccati commiſſus directè cõtrariatur ſanctitati loci, id eſt, ei, ad quod ſanctificatus eſt locus, verbi gratia: Locus conſecratus eſt ad ſepulturam, vel ad cultum diuinum, & ex conſequenti ad libertatem confugientium & depoſitarum rerum, & huiuſmodi: quãdo ergo fit contra iſta, tunc & non aliter venit confitenda circunſtantia loci ſacri neceſſariò.

S V M M A.

Tam venditor, quàm emptor ſciens naturam rei, & valorem, peccat, ſi res maiori, vel minori pretio veneat, quàm valeat.

Tertium dubium eſt, ſi tam venditor, quàm emptor ſciat naturam rei & valorem, an nullum ſubſit peccatum, ſi res vendatur pro maiori vel minori pretio. Et eſt ratio dubij, quia ſcienti & volenti non fit iniuria, & ſi in caſu ſubſit peccatum, declaretur vnde oriatur peccatum illud. Ad hoc breuiter dicitur, quod ſi res vẽditur pretio, quod eſt extra totam latitudinem iuſti pretij, nec aliqua hic interuenit donatio (vt præſupponẽdum eſt) ſine dubio peccatum eſt. Nec oportet quærere aliam originem huius peccati, quàm inæqualitatem rei ad rem, ſcilicet pretij ad rem emptã: in hoc enim conſiſtit ipſa iniuſtitia oppoſita commutatiuæ iuſtitiæ. Occaſiones autẽ peccandi, quum poſſint eſſe diuerſæ, & ſint per accidens, extra artem relinquantur. Communiter tamen neceſſitate compellente id fieri videtur, quæ cauſat inuoluntarium mixtum. Nec eſt ſimile, quòd pro ſimili adducitur de puella pauperrima, quæ nubit viro ſeni diuiti non niſi neceſſitate paupertatis cogente docta: matrimonium enim non eſt contractus in æqualitate rei ad rem conſiſtens, ſed ſocialis coniunctio: ad quam per accidens ſe habent diuitiæ, & paupertas, & conſequenter metus, ſeu fuga paupertatis &c. ſpectantia ad id. Fit ergo ſatis iniuria in caſo poſito ſcienti, volenti voluntario mixto.

S V M M A.

Poſſunt principes per conſuetudinem ſibi terrarum ſuarum feras appropriare.

Quartum dubium eſt, an principes terrarum per conſuetudinem poſſint ſibi licitè appropriare feras. Et eſt ratio dubij: quia authoritate legis naturæ, feræ durante earum naturali libertate appropriantur cuilibet occupanti: vt patet inſti. de re. diui. § feræ. Et conſuetudo contra naturæ ius videtur irrationabilis: & ſimiliter præſcriptio ab huiuſmodi iure introducta, non videtur iuuare principes.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quum proprietas rerum ex iure ſit poſitiuo, & conſuetudo ad ea ſe extendat, quæ iuri ſubſunt poſitiuo, conſequens eſt, quòd ſicut lege poſitiua appropriari poſſunt alicui feræ, ita & conſuetudine poteſt huiuſmodi appropriatio fieri. Et hoc manifeſtum eſt in piſcibus, dum venduntur iura piſcandi. Et conſtat quòd populus habẽs dominium alicuius ſyluæ, poſset legem ferre, quòd ſolus rector poſſit ibidem venari. Nec in hoc præiudicium fit iuri naturæ: quoniam de iure naturæ non ſunt feræ communes, niſi negatiuè: hoc eſt, quia nulli eas appropriauit. Cùm quo claré ſtat, quòd à ſuperueniente iure legis vel conſuetudinis poteſt appropriatio fieri, ſicut de reliquis. Nec eſt contra allatam legem, quæ loquitur de feris, quæ in nullius bonis aliquo iure ſunt; dictas enim feras conſuetudo in bonis principis poſuit.

S V M M A.

Citra damnum tamen tales principes tantam iuriſdictionem habent.

Quintum dubium, an dicti principes poſſint ita diſtrictè prohibere dictarum ferarum captionem, vt nullus ſubditus poſſit eas capere, quin grauiſſimè puniatur, etiam ſi capiat eas, vt ſe à damno præſeruet, quod inferunt in bladis vel huiuſmodi. Et huic annectitur aliud, an confeſſores principum poſſint eos abſoluere, ſi nolunt huiuſmodi ſtatuta reuocare.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet principes poſſint huiuſmodi venationes prohibere, non tamen poſſunt prohibere in damnum aliorum: imò tenentur ad reſtitutionem principes de damnis illatis à ſuis feris ex hoc, quòd non permittunt alios venari ſicut habens bouem cornopetam ſibi notum, & non prouidens, tenetur de damnis ſubſequutis. Et ex hoc patet quid debeant facere confeſſores talium principũ; quum enim iniuſtitia ſit peccatum mortale de genere ſuo, & ſtatutum hoc ſit iniquum, non debent ipſos abſoluere, niſi deſiſtant à peccato. Bene valete, & pro me orate. Romæ ſecunda Maij 1514.

RESPONSIO XIII.

In quorundam locorum contradictoriorum ſuper commen. Secundæ Secundæ explanationes diſtributa ad eundem.

LIteris tuis pater venerande, petentibus quædam in commentariis noſtris ſuper Secunda ſecundæ tanquam dubia, ſeu obſcura declarari, diſtuli huc uſque reſponſionem ob impedimenta imbecillitatis, & occupationum aliarum, Nactus verò nunc aliquid otii, ſatisfaciendam charitati tuæ duxi, vt nouitiis quibus hæc obſcura videntur, magis eluceſcant: Breuiter tamen, quia res claræ ſunt.

Primum igitur dubium propoſitum eſt: quia in q. 10. ar. 4. dictum eſt, quod licet vendere Iudæis res, quibus ipſi vtuntur in ſuis ſacrificiis: in q. autem 169. ar. 2. ad quartum dictum non eſt licere cooperari ad reædificationem ſynagogæ Iudæorum.

S V M M A.

Licet Iudæis vendere ea, quibus ipſi vtuntur in ſuis ſacrificijs, dummodo non ſint per ſe ſuperſtitioſa.

¶ Facilè reſpondetur, in primo loco ſermonem fuiſſe de his rebus, quæ non per ſe ordinantur ad ſuperſtitionẽ Iudaicam: ſed de rebus indifferentibus, quibus tamen ipſi Iudæi abutuntur ad ſuperſtitionẽ ſuã. In ſecundo autem loco ſermo eſt de ſynagoga, quæ præſupponitur per ſe ordinata ad ſuperſtitionẽ Iudaicam. Et proptereà eadem vtrobiq; ſeruata eſt ſententia, vt patet legenti vtrunque.

Secundum eſt. In q.11. ar.4. dicitur ꝙ occultiſſima per accidens ſubiacent eccleſiæ cenſuris: in q. verò 69. art.1. dicitur, ꝙ author homicidij occultus, non eſt ſub iudicio humano: quia perſona eſt occultiſſima.

S V M M A.

Occultiſſima vitia ſubiacent eccleſiæ cenſuris, quanquam humano iudicio non ſubdatur, vt ſe prodat.

¶ Soluitur & hoc facillimè, remittendo ad locum ſecundò allegatum, vbi expreſsè dicitur, ꝙ occultiſſimus author notorij incendij non ſubeſt humano iudicio, quo ad hoc, vt teneatur ſe prodere: ſubeſt tamen humano iudicio, quia poteſt excommunicari: vt ibidem dicitur.

Tertium eſt: In q.78. art.4. dicitur, Nullo modo licet inducere ad minus malum etiam paratos: in q. autem 85. art.5. in 5. cauſa duelli, videtur dici, quod licet inducere, vt peccent minùs.

S V M M A.

Tametſi ad minus peccandum quempiam inducere non liceat, ad pecc tamen minus inducere ſanctum eſt.

¶ Soluitur hoc dubium declarando differentiã, quam nõ penetrarunt mouentes hoc dubium. Aliud eſt enim inducere ad totum hoc, ſ. minus peccandũ & aliud eſt inducere ſolummodo ad ly, minus. Primum nunquam eſt licitum, & hoc in primo loco dicitur. Secundum eſt non ſolùm licitum, ſed ſanctũ, imò Angelorum officium, & hoc in ſecundo loco dictum eſt. Et hinc fit vt adulterum quum aliter non valemus retrahere, ad ſimplicem fornicationem licitè prouocemus, non hortãdo, vt fornicetur, ſed ſi ſuæ vult ſatisfacere voluptati, alieno non iniurietur toro. Nec tamen oportet huiuſmodi conditionales ſemper exprimere, ſed ſufficit quandoque eas mente retinere pro loco & tempore vt ſapiens iudicabit: hoc n. non eſt inducere ad malum maius vel minus, ſed eſt ſecundum rem retrahere à malo maiori. Fitque frequentiſſima exercitatione hoc à redimentibus vexationem ſuam: vt fecerũt illi decem viri apud Hiere.

Quartum eſt: In q.147. dicitur: Excuſantur qui omnino cœnaturis tempore ieiunii exhibent cœnã: & doctor ſanct. dicit non licere exhibere vinum volenti omnino ſe inebriare.

S V M M A.

Volenti ſe inebriare miniſtrare vinum non licet, ſicut exhibere cœnam cœnaturis tempore ieiunij.

¶ Soluitur hoc, dicendo ꝙ exhibens cœnam, miniſtrat homini, nõ vitio: exhibens autem vinum manifeſtè miniſtrat vitio. Quod patet ex differentia inter vacantem cœnæ & vacantem ebrietati: nam vacans cœnæ, vacat actui humano: & deformitas vitii, ſolummodo ſe tenet ex parte circunſtantiæ cœnantis: puta quia quando non debet, cœnat. Vacans autem ebrietatĩ, vacat actui per ſe deformi: ebrietas.n. præſupponitur per ſe praua.

Quintum eſt: in q.72. at.3. dicitur. Sicut in aliis iniuriis ſufficit reſtituere, & non oportet petere veniã, ita nec in contumelia. in quol. autem. q. illa, an in vſura transferatur dominium, contrarium videtur dici. Vbi habetur, quando tranſlatio non eſt omnino voluntaria: oportet non ſolùm reddere pretium agri, ſed aliquid correſpondens illi conditioni inuoluntarij: ſicut ſemper in reſtitutionibus faciendum eſt.

S V M M A.

Non oportet in cæteris iniurijs vt in contumelia veniam petere, propter quod ibi ſub eſt aliqua honoris gratia.

¶ Soluitur hoc, dicendo ꝙ petere veniam, dupliciter concurrere poteſt: vno modo, vt pars reſtitutionis. Et ſic ſi contingat ad reſtitutionem honoris oportere veniam petere, ita neceſſaria eſt veniæ petitio, ſicut neceſſarium eſt quodlibet aliquid requiſitum ad integritatem ſatisfactionis. Et hoc nunquam negatum eſt: quoniam ſemper affirmata eſt integra ſatiſfactio, quæ proculdubio intelligenda eſt cum omnibus requiſitis ad eius integritatem: ac per hoc cum petitione veniæ ſi ex parte reſtitutionis honoris exigitur. Alio modo petitio veniæ concurrit, vt res contra reſtitutionem diſtincta. Et ſic dictum eſt, ꝙ non eſt neceſſaria: quoniam ſicut in cæteris iniuriis ſufficit integram exhibere ſatisfactionem, & non oportet petere veniam, ita & in contumelia: quia enim petitio veniæ vltra reſtitutionem honoris annexam habet ſubmiſſionem petentis veniam, ad quam ſubmiſſionem non facilè quilibet flecti poteſt, ideo prudentis viri conſilio relinquitur ſi caſus accidat, in quo integritas reſtitutionis honoris debiti contumeliam paſſo exigat petitionem veniæ.

Sextum dubium eſt: cur neq; in textu, neque in commento totius Secundæ Secundæ Tractatur de famoſo murmurationis vitio.

S V M M A.

Omiſſa eſt in parte vitij murmurationis tractatio quia circuit omnia vitia, vt quid imperfectum, & in eorum explanationibus habita de ipſis eſt aliqua ratio.

¶ Ad quod dicitur, ꝙ murmuratio non eſt genus aut ſpecies alicuius vitij, ſed circuit multa vitia, vt imperfectum quid in multis ſpeciebus vitiorum: & proptereà non debuit ſpecialis de murmuratione fieri tractatus, quum de generibus & ſpeciebus vitiorum tractatum eſt. Neque tamen ſilentio inuoluta eſt, quoniã murmuratio vt imperfectum quid ſonat in vitiis verborum (puta contumelia, detractione & ſuſurratione) tractata intelligitur inter imperfectas contumelias, ſuſurrationes: & detractiones: & ſimiliter quatenus ſonat imperfectum quid in vitiis actionum vel paſſionum, intra vel extra (vt inobedientiæ, impatientiæ vel præſumptionis) tractata quoque intelligitur cum imperfecta inobedientia, impatientia, &c.

Septimum dubium eſt, quid importat ſcrupulus conſcientiæ, quo ſtante licitè operamur oppoſitum.

S V M M A.

Putans ſibi hic & nunc hoc operari magis licitum eſſe, quàm illicitum, quamuis ignoret num licitum, vel illicitum ſit, is non peccat, operando ſicut peccaret ex conſcientia ſi ſciret, & dubitaret de licito tunc operando quòd non malum, & illicitum eſſet, quod licitum per rationem nouit.

¶ Ad hoc quæſitũ dupliciter videtur ab aliis reſponderi. Quidã.n. diſtinguendum putãt quãtitatem ambiguitatis: ita q quum quis ſcrupulum habet de aliquo actu exercendo (putà an liceat pulſare in die feſto, ſi ſic fluctuat, q plus aut æquè credit eſſe illicitum) ſcrupulus eſt, quo ſtãte non licet ſibi pulſare in die feſto: ſi verò plus credit licitum eſſe, cum hæſitatione tamen liciti, ſcrupulus (inquiunt) eſt quo ſtãte licitum eſt illi pulſare in die feſto. Quibuſdã autẽ videtur ad rationẽ licitæ operationis exigi fidem certã excludentem omnem hæſitationem: alioquin periculo peccãdi contra conſcientiã exponeret ſe operans cum formidine alterius partis. Et apud iſtos ſcrupulos, contra quem licet agere, non eſt hæſitatio aliqua de oppoſito: ſed conſiſtit potius in quadã apparentia.

¶ Mihi autem occurrit dicendum, q ſiue ſcrupulus occurrat ex parte appetitus (vt contingit timentibus peccare in aliquo actu, & neſciunt quare, ſiue ex parte rationis, vt contingit iis, qui ex aliqua ratione magna, mediocri vel leui fluctuãt, diſtinguere oportet de modo, an huiuſmodi hæſitatio ſeu vacillatio ſit modo ſpeculatiuo, vel modo practico: hoc eſt, an dubitet de licito vel illicito ſecundum ſe, vel vt eſt ratio operis ſui hic & nũc. Nã ſi quis dubitaret, an pulſare in die feſto ſit licitum vel illicitum, & tamẽ nõ dubitaret ſibi tunc eſſe licitum pulſare, iſte non peccaret pulſando, quãtumcunq; magna eſſet dubitatio apud eundem de actu pulſandi ſecundum ſe, an ſit licitus vel illicitus, & ſimiliter quãtùmcunq; eſſet maximus timor de eodem. Et per oppoſitum ſi quis eſſet certiſſimus de actu pulſandi ſecundum ſe, q eſt licitus in die feſto, & tamen fluctuaret de exercenda nunc à ſe pulſatione, ita q ratio applicãdi ſe ad pulſandũ cum ambiguitate applicat, illicitè quis pulſaret: intellectus ſiquidem ſpeculatiuus nihil dicit de operãdo. Et ſi certitudo ſpeculatiua exigeretur, non ſolùm rudes, qui ſola certitudine adhæſionis alienæ doctrinæ ſunt contenti, ſed doctores aliorum paſſim periculo ſe exponerent: eo q innumera ſunt dubia, quorũ alterã partem ſic amplectuntur, vt abſq; ſcrupulo operentur, & tamen an veritatem ſpeculatiuè euidenter habeãt, non pertinaciter aſſerunt. Difficile enim, (inquit Ariſt.) eſt noſſe ſe ſcire: quia difficile eſt diſcernere ac ſcire an ex propriis, &c. ſciatur. Et diuerſitas ipſa opinionum circa aliquod vnum nata eſt reddere intellectum ſpeculatiuum nutãtem. Non eſt ergo in hoc quæſito ſpectãdum ad hæſitationem magnã vel paruã, ad fidem certã vel incertã de licito vel illicito abſolutè, ſed ad rationẽ operãdi in ſingulari. Si enim applicatio ad operãdum certa eſt, quicquid tã in ratione, quàm in appetitu fluctuet, ſcrupulus eſt, quo ſtãte licitè oppoſitum operamur: ſi autem applicatio ipſa ad opus fluctuat circa rectum vel obliquum moris, ſcrupulus eſt conſcientiæ, cõtra quem illicitè agitur, & obliquitas moralis incurritur. Ratio autem horum eſt, quia in propoſito conſcientia non ſignificat ſcientiam, ſed applicationem cognitionis ad opus exercendũ: & propterea ſcrupulus conſcientiæ, qui per ſe opponitur conſcientiæ in ipſa applicatione conſiſtit, & eadem ratione ſcrupulus omnis ad ipſam applicationem non ſe extendens, conſcientiæ non opponitur. Hinc enim fit, vt vacillatio conſcientiæ in applicatione cõſiſtens deformem reddat actionẽ, quoniã fit applicatio modo, quo non debet: debet.n. potentia rationalis determinari ad vnũ, ſi rectè exire debet in actum, alioqoin diſcrimini exponitur vtriuſque oppoſiti, ſi fluctuãte illa quis vtitur. Fluctuãs.n. quantum ſapit fluctuationis: tantum ſapit indeterminationis, ac per hoc indebiti modi operandi. Et hoc ambæ ſupradictæ opiniones fortè intendebant. Prima enim & ad hæſitationem intellectus in ſe videtur reſpexiſſe: ſecunda autem de fidei certitudine, vt eſt ratio operis, intelligenda eſt. Bene vale, & ora pro me. Romæ: nono Februarij anno ſalutis, 1521.

RESPONSIO XIIII.

In quorundam locorum in Comment. Secundæ Secundæ ſibi inuicem oppugnantium conciliationes diſtributa ad eundem.

PVLSAS, Venerande Pater, frequenter me piis dubitationibus, non vt diſcas, qui alios glorioſè doces & verbo & ſcripto, ſed vt explicem potiùs ſenſum meum. Vnde charitati tuæ ſatisfacere cupiens, propoſitis quæſtionibus breuiter reſpondere curaui.

S V M M A.

Poteſt quiſpiam in peccato veniali exiſtens ſubſtantialiter bonus eſſe, non tamen meretur peccando in opere ſubſtantialiter bono.

QVAERIS Ergo primò, cur in commentariis noſtris ſuper Secunda Secundæ. quæſtione trigeſimatertia articulo ſecundo, reſponſione ad tertium, & quæſtione octuageſimatertia articulo quinto, in fine, permittitur ſimul ſtare bonitatem ſubſtantialem atque veniale peccatum. Inde nanque conſurgere videtur, vt iuſtus in bono quolibet opere ob aliquam accidentem imperfectionem ſimul mereatur, & peccet venialiter: vt Luterani nouiter dogmatizant.

¶ Huic quæſito reſpondetur primùm, non eſſe in commentariis noſtris ſcriptum, vnum atq; eundem actum numero eſſe ſimul bonum bonitate eſſentiali & malum venialiter, vt patet intuenti. Nam in primo loco allegato peccatum veniale dicitur omiſſio: bonitas autẽ eſſentialis ſaluatur in animo. ſeu in virtutis habitu. in ſecundo quoq; loco bonitas ponitur in actu orationis, peccatum autem veniale in omiſſione. Deinde dicitur, ad rẽ potiùs ſpectando quàm ad verba, quòd magna eſt differentia inter has duas combinationes, ſcilicet bonitatẽ ſubſtantialem cum peccato veniali, & meritum cũ peccato veniali. Nam prima combinatio frequenter ſimul concurrit in eodem numero actu, dum ſæpè facimus actus moraliter bonos ex ſuo genere, cum aliqua circunſtantia moraliter mala: vt quum quis reddit mutuum, non tamen ea hilaritate quã debet, & ſic de aliis. Secunda autem combinatio nunquam ſimul inuenitur in eodem actu: quoniam nullus peccando meretur vitam æternam. Eſt enim tantæ vis peccatum veniale, vt tollat ab actu, quem afficit meritum

æternæ vitæ : quamuis non tollat æternæ vitæ meritum à perſona: multi.n.ſancti viri abſque hoc q perdunt æternæ vitæ meritum, peccāt venialiter: verùm per illos actus qui peccata ſunt venialia, non merentur vitam æternam. Hinc clarè patet, ex hac & ſana doctrina non ſequi, q iuſtus in quolibet ſuo bono opere peccet. Nam etſi poſſet in opere aliquo bono ex genere peccare, in nullo tamen opere meritorio poteſt peccare.

S V M M A.

Mulier ſuſcipiens ex adulterio prolem, non tenetur ſe prodere: & ſi inde veri hæredes damnum patiantur.

Secvndo quæris ex eiſdem commentariis, q.62.art.6 circa reſpōſionem ad tertium, vbi dicitur, Non oportet reſtituere cum damno in re ſuperioris ordinis, &c. quòd videtur ex hoc ſequi mulierem, quæ ex adulterio ſuſcepit prolem, non teneri ad ſe prodendum, quantumcunque veri hæredes inde dāmnificentur: quod tamen ſententiæ notabilium virorum refragatur.

¶ Huic obiectioni reſpondetur, mulierem quæ ex adulterio genuit, & propterea veri hæredes dānificantur, non teneri ad damnificandā ſeipſam in fama, vt quantum in ſe eſt, veros hæredes à damno hæreditatis præſeruet. Quoniā quemadmodum ceſſante iudiciaria coactione non tenetur homo perdere vitam aut libertatem, vt ſatisfaciat debito pecuniario, ita nec tenetur mulier huiuſmodi perdere famā, aut vitā pro euitando damno alieno in re pecuniaria. Et ſi hoc aliquibus (vt dicis) viris notabilibus graue videtur, mirandum potius mihi videtur de ipſis: quum decretalis de pœ. & remiſ. c. officii. expreſsè dicat, mulieri, quæ timet viro ſuo hoc indicare, non eſſe denegandam pœnitentiam. Conſtat enim q certitudo de perdenda fama penſandā eſt, ſicut timor, &c. quia non ſolùm melius ſit nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: ſed tolerabilior ſit mulieris ſeruitus, aut mors, quàm eius infamia ſi communi conſanguineorum voto creditur.

S V M M A.

Vtentem alterius malitia non licet petere de peccato, cui non obſtat idololatras non nunquam peti poſſe per deos ſuos iurare.

Tertiò quæris ex eiſdem comment. q.78. circa art. 4. & neſcio quo opuſculo noſtro: vbi dicitur, vtentem malitia alterius ſemper petere debere aliquid abſque peccato præſtabile, ſi ſolidum eſt hoc fundamentum. Nam videtur quibuſdam hoc non oportere, ob id q apud Auguſt. licitè petitur iuramentum ab eo, qui per falſos deos iurat: ita q; ſi per verum Deum iurare vellet, non admitteretur iuramentum: & proinde petitur inquantum per falſos deos iurat: ergo petitur, q ſine peccato fieri nequit: ergo poteſt etiam peccatum licitè peti, dummodo nullum agatur præiudicium ſalutis.

¶ Ad huiuſmodi obiecta reſpondetur, ſolidiſſimum eſſe iactum fundamētum, ſ. nunquam licitum eſſe petere peccatum, & implicare contradictoria: petere peccatum, & non agere in præiudicium ſalutis: quoniā ipſum petere peccatum, eſt peccatum. Quod ex eo patet, q quicquid licet petere, licet & appetere: quum petere actus humanus ſit ab appetitu rationali, qui voluntas eſt procedens. Sed conſtat q non licet appetere peccatum alterius quantùmcunque parati: ſcriptum eſt enim de charitate, q non gaudet ſu per iniquitate: ergo non licet petere peccatum alterius quātùmcunq; parati. Auguſt. aūt, vt patet in epiſto. ad Publicolā, non dicit Barbari iuramentum, ſi vellet iurare per verum Deum, non eſſe admittendum: ſed vtentē fide Barbari firmata iuramento per falſos deos, nō communicare peccato illius, quo per falſos deos iurat, ſed fidei, id eſt fidelitati, qua dicta fiunt. Vnde petens iuramentum ab idolatra, petit opus ſanctum, q ille poteſt ſi vult abſq; peccato præſtare: quia nihil aliud petit niſi fidem iuramento firmatā: quod ille præſtare poteſt ſi vult, credendo in vnum ſolum verum Deum & iurando per illum, ſed ex ſua infidelitate apponit ipſe iniquitatem iurando per falſos deos. Falſum ergo opponitur, dicendo, q ſi vellet iurare per verum Deum, iuramentum non admitteretur, niſi fortè obiicientes referant hoc ad irriſoriam iurationem: quaſi idololatra non vt iuramento, ſed vt vana & ſuperſtitioſa iurandi adinuentione, illo vteretur iuramento per Ieſum Chriſtum. Iuxta hunc enim ſenſum, fateor q nō admitteretur, non ex defectu Chriſtianorum, ſed ex defectu idololatrarum exhibentium hoc non vt iuramentum. Sed ex iſta refutatione ſi accideret, non ſequitur, ergo petendum eſſet, vt iurarent per falſos deos, ſed ergo petendum eſſet, vt iurarent, & non irriderent veram fidem. Et tunc, vt prius dicebatur, non petitur niſi iuramentum: quamuis ſciatur, q iurans, iniquitatem apponet iurando per falſos deos.

S V M M A.

Non poteſt vir vxoris votum continentiæ irritare, ſicut votum abſtinentiæ.

Qvarto Quæris ex eiſdem commen. q.88. circa art.8. An ſicut votum abſtinentiæ vxoris, ſic, & votum continentiæ vir irritare poſſit, ſic vt vxor ſecura ſit atque tuta.

¶ Huic quæſtioni reſpondetur, non eſſe eandem rationem de vxoris voto circa abſtinentiam, & circa continentiā quo ad irritationem à viro: quoniā poteſtas irritandi vota vxoris, ſpectat ad virum, quatenus gubernator eſt, & vxor eſt illi ſubdita. Circa actus autem continentiæ vir & vxor ad paria cenſentur: & propterea non ſpectat ad poteſtatem viri irritare votum continentiæ vxoris, quod non potuit facere, niſi quantùm ad petitionem debiti, ſecundum quam libera eſt, nec viro ſubditur.

S V M M A.

Sententia excommunicationis iniuſta priuat eccleſiæ ſuffragiis quo ad ſpecialem eccleſiæ intentionem pro illo orantis, & ea facientis, non autem quoad eius communem intentionem pro ſuis membris bona operantis.

Qvinto Quæris, an ſit mens ſancti Tho. in 4. ſent. diſt. 18, q.2. art.1. q.4. prout quidam ſibi imponunt, q excommunicatio iniuſta priuet ſuffragiis eccleſiæ, cuius contrarium in quadam q. ſpeciali noſtra legiſſe dicis.

¶ Ad hanc ambiguitatem reſpondetur, duos eſſe modos, quibus communia eccleſiæ ſuffragia participātur à Chriſti fidelibus. Primus eſt per communem eccleſiæ intentionem, qua communia ſuffragia pro eccleſiæ membris communiter fiunt. Secundus eſt per ſpecialē alicuius fidelis, & præcipuè miniſtri eccleſiaſtici intentionē, qua cōmunia ſuffragia diriguntur pro iſto particulari, vt quum aliquis dicit, vel facit dici miſſam pro iſta ſingulari perſona. Excōmunicatio aūt iniuſta habet ſuum effectum in priuando ſuffragiis ec-

gijs eccleſiæ, hoc ſecundo modo: quia timenda eſt, non ſolùm ab excõmunicato, ſed ab alijs: ac per hoc alij prohibentur celebrare ſpeciali intentione pro illo, & pari ratione alia cõmunia ſuffragia pro illo ſpecialiter agere. Et iuxta hunc ſenſum intellige diuum Thomã dicentem excommunicationem iniuſtã habere effectum. Primo autem modo excõmunicatio iniuſta non priuat excommunicatum ſuffragiis eccleſiæ: quia rationabiliter interpretamur communem eccleſiæ intentionem in ſuffragiis communibus eſſe conformem diuinæ diſpenſationi ſecundum veritatem, & non ſecundum apparentiã, aut errorem humanum (deſcendit.n. imitatiuè militãs eccleſia à cælo) conſtat autem ꝙ excommunicatio iniuſta ex errore humano procedit, ac per hoc ſub communi intentione eccleſiæ, qua excommunicati priuãtur communibus ſuffragiis apud Deum, non comprehenditur priuatio excommunicatorum iniuſtè: non.n. intẽdit addere afflictionem afflicto: & quos cogitur ex humano iudicio, excommunicãdo priuare vno modo, non propterea intendit priuare vtroq; modo. Et ſic intelligenda ſunt quæ alibi ſcripſimus, ꝙ excommunicatio iniuſta non priuat cõmunibus eccleſiæ ſuffragiis.

¶ Hæc mihi occurrerunt amantiſſime pater, ad quæſita tua ſcribenda: quæ ſi ſatisfecerint, gratiæ referantur Deo: ſin aliter, ſuppleat perſpicacia tua. Benè vale, & ora pro me Romæ die 2. Iunij, 1522.

RESPONSIO XV.

De natura voti, & vnitate numerali peccati actus exterioris.

Ad priorem Sancti Miniatis.

CHARISSIME Frater, acceptis literis tuis conſulentibus me de duobus, conſiderans ſolutionẽ huiuſmodi dubiorum multis profuturam, ſtatim reſpondere inter tot occupationis curaui.

¶ Primum igitur dubium natum ex ratione voti eſt: Quomodo ſuſtinetur, ꝙ votum eſt de meliori bono, vel eſt bono ſupererogationis, & ꝙ religioſæ perſonæ venereis vacãtes agãt contra votum: quũ loquendo cognoſcere non ſuã, ſeu alienam, ſecundum ſe malum eſt: & abſtinere ab huiuſmodi, bonum eſt non ſupererogationis, ſed neceſſitatis.

¶ Alterum dubium eſt: An is qui ad occidendum hominem pergit, quoties interrupta cogitatione inter eundum renouat voluntatem affectumque occidendi, toties nouum peccatum cõmittat, an totum ſit vnum numero peccatum, an aliquanta mora, & quanta diſtinguat hæc peccata? Per quid enim, inquis, indiuiduantur voluntatis actus.

SVMMA.

Quanuis votum ſit de meliori bono, poteſt tamen voti materia eſſe quicquid neceſſario ſeruandum nobis eſt, & ex hoc religioſi venereis illicitis vtentes agunt contra votum.

Ad primam dubitationem facilè dici poſſet, ꝙ propria quidem voti materia eſt bonum ſupererogationis: communis tamen voti materia eſt etiam bonum neceſſitatis, nõ quatenus neceſſarium, ſed quatenus voluntarium eſt, vnde & Iacob Gen. 28. legitur vouiſſe habiturum ſe dominũ in Deum. Et multi vouerunt ſe ſuſcepturos Baptiſma, ſeu Chriſti fidem; vt Gallicanus, & Clodoueus. Et ſi quis voueret ſe non commiſſurum adulterium, ſi cõtrafaceret, non ſolùm adulterii, ſed fracti voti reus eſſet. Vnde religioſæ perſonæ non ſolùm abſtinentiam à coniugio, ſed ab actu venereo vouiſſe dici poſſunt: teſtante hoc animi ſermoniſque conceptu ac vſu, credimus nãque, & fatemur omnes caſtitatis votum in omni eſſe religione. Conſtat autem ꝙ caſtitas continentiã non ſolùm a coniugio, ſed à cæteris venereis ſignificat, & ſic votum caſtitatis non ſolùm caſtitatem ſupererogationis, ſed omnem reſpicere poteſt & reſpicit.

¶ Perſpicacius autem dici põt ꝙ quia per votum religionis perſona diuino cultui dicatur, ac per hoc fit alterius Dei, ſ. ſpecialiter quo ad abdicationem etiã licitorum venereorum à ſe, vt cogitet quæ domini ſunt: ideo non ſolùm ſi coniugem de facto accipiat, ſed etiã ſi ad alterius vxorem accedat, vel quomodolibet aliter venereis operã det, ſacrilegium committitur; dum perſona diuina violatur. Et hoc in ſuo ſimili patet. Mulier cùm nubit, nihil aliud ſibi illicitũ coniugali fide reddit, niſi libertatem alterius coniugij. Cognoſci.n. à quocunq; non ſuo, omnino ei illicitum erat: nupta tamen non ſolùm alterum de facto coniugium contrahit, ſed ſi cuicunq; alteri conſenſerit, adulterii rea eſt, propter dictã rationem: quia.ſ. perſona ſua iã eſt alterius. Sicut igitur ſtat quòd fides coniugii non reſpiciat vt propriã materiã niſi debitum coniugale huic & non alteri coniugi (alteri.n. perſonæ coniungi omnino illicitum ex ſe eſt) & tamen cum quacunq; perſona alter cõiunx coeat, adulterium committit: ita ſtat ꝙ votum religioſi, vt propriã materiã reſpiciat, abſtinentiã à coniugio, & tamen quomodolibet religioſus coeat, ſacrilegium cõmittit. Et vtrobique (vt dictum eſt) eadem eſt ratio: quia vtrobiq; perſona fit alterius quo ad partem generatiuã, ac iniuria ſemper fit illi alteri, ſcilicet Deo, vel coniugi. & ſic quemadmodum fides coniugalis redundat in omnes actus venereos extra coniugium: ſic votum religionis in omnes actus venereos ſimpliciter.

SVMMA.

Vnus numero peccati actus eſt, quamuis interioris actus voluntatis interrumpatur.

AD SECVNDAM verò dubitationem dicitur, ꝙ ibi eſt vnum tantùm numero peccatum, tantò grauius, quantò pluries firmatum.

¶ Ad cuius euidentiam non oportet inſpicere per quid voluntatis actus indiuiduentur, ſed per quid peccatum ſit vnum vel plura. Multi enim actus voluntatis ſunt vnũ numero peccatum: vt patet, cùm quis actum intentionis, fruitionis, electionis, &c. & ad delectabile vnum habet. Peccatum autem formaliter, cùm deordinationem actus voluntarij importat, vbi eſt vna numero deordinatio, ibi eſt vnum numero peccatum. Cùm autem aliquis actualiter pergit ad occidendum, conſtat ꝙ in eo eſt actualiter voluntarium & deordinatum in ſpem homicidii: ita ꝙ & verum eſt ꝙ hic actualiter peccat in ſpem homicidij, & quòd voluntas eius eſt actualiter peccans tali peccato: alioquin non voluntariè iret ad occidendum. Interrumpendo autem interiores actus circa idem non fit noua deformitas: ſed multiplicantur actus voluntarij: ità ꝙ quod prius erat voluntarium imperatum, modò eſt imperatum & elicitum: ſed quotquot multiplicantur, in eandem incidunt deordinationem voluntarii, quam inueniunt augendo illam. Ita quòd quemadmodum lumen adueniens diaphano iam illuminato, non conſtituit aliud lumen, ſed cedit in identitatem cum eo quod inuenit, quamuis ſecundum ſe conſtitueret lumen nouum; ita quilibet actus elicitus circa homicidium in pergente ad illud cedit in identitatem actualiter inuenti voluntarii homicidij.

micidij, quamuis ſecundum ſe conſtitueret nouum peccatum homicidij. regulare quippe eſt, quòd accidens eiuſdem ſpeciei in eodem identificatur inuento.

¶ Hæc ſunt, amantiſſime frater, quæ mihi circa veſtra dubia occurrunt. Super eſt, vt vnà cum fratribus tibi creditis ores pro me, & bene valeas. Florentiæ 27. Auguſti, 1508.

RESPONSIO XVI.

De conceptu entis ad M. Franciſcum Ferrarienſem.

AMANTISSIME Pater ex acceptis veſtræ ſolicitudinis literis percepi libellum noſtrum de analogia nominum vos perlegiſſe, duoque dubia de conceptu entis mentem veſtram tenere, ſoluique à me familiariter flagitatis. Ego autem quàm primum compleui expoſitionem librorum de Anima (cuius fini incumbebam, cùm veſtras recepi) reſpondere curaui: ne præclaro ingenio tuo deeſſem. Primum igitur dubium fuit ad hominem, meipſum ſcilicet, quia in commentariis de ente & eſſentia, ſuſtineo vnum conceptum mentalem repræſentatiuum entis: & in tract. de Analogia nominum videor hoc negare. Secundum autem eſt ad diuum Thomam: quoniam ego in præfato libello ſuſtineo Analogum non abſolui ab his quibus Analogum dicitur, & diuus Thó. in q. de veri. q. 1. artic. 1. docet ens habere conceptum vnum ſimpliciter, ad quem omnia prædicamenta & tranſcendentia addunt, in quem reſoluuntur, qui eſt primò notus. Hæc enim inuicem ſibi aduerſari videntur: quandoquidem ſi ens abſolui non poteſt à naturis rerum, non erit ſimpliciſſimus, nec primò notus, nec in quem vltimò reſolutio fiat, & ad quem omnes addunt.

Ad euidentiam horum, & ſpecialiter primi, recolito, quòd quicquid eſt imago alicuius ſimilis alteri, eſt etiam imago illius alterius, quatenus primo aſſimilatur: ac per hoc omnis conceptus creaturæ eſt conceptus Dei, ſicut omnis creatura aliqua eſt ſimilitudo Dei. Hinc ergo fit, quòd cùm vnum proportionabilitate vt ſic, habeat ſingula membra ſimilia proportionabiliter, oportet quòd habeat & vnum conceptum mentalem repræſentatiuum illius vnitus proportionabiliter. Nec huius oppoſitum teneo in tract. de Analogia nominum, ſed conceptus iſte vnus numero in mente ſecundum eſſe ſubiectiuum, eſt vnus Analogia ſecundum eſſe repræſentatiuum: nec repræſentat vnã ſolã naturã. ſed vltra vnã quam determinatè repræſentat (à qua eſt impreſſus) repræſentat implicitè cæteras ſimiles illi primo repræſentatæ ſecundum id in quo proportionabiliter eis ſimilis eſt: idẽ. n. eſt iudicium de ſimilitudine rerum inter ſe, & conceptus mentalis & rerum. Quemadmodum enim oſſis natura ſimilis eſt naturæ ſpinæ in ſuſtinendo carnes animalium (in quo analogãtur) ita conceptus mentalis oſſis, vt ſuſtinens carnes, eſt ſimilis oſſi & ſpinæ: ſed oſſi determinatè, ſpinæ autẽ implicitè, ſicut & ipſum os non eſt ſimile ſpinæ determinatè, ſed quatenus ſpina ſuſtinet carnes, ſicut ipſum os. Hic eſt primus modus, quo Analogum habet vnum conceptum mentalem: ac per hoc ens, cùm Analogum ſit, vnum hoc pacto habet conceptum in mente à rebus impreſſum. Alter autẽ modus ſuper ipſius intellectus opere, quo natus eſt adunata diuidere, fundatur: & eſt enoc conceptus ſimilis vnus numero in mente repræſentans Analogum quidẽ determinatè, nullum autem eorum quæ fundãt Analogiã explicitè. Contingit autem hoc, cùm intelligẽs mentalem conceptũ, quem paulò antè diximus, expoliat ab illa determinata natura, quam repræſentabat, & loco illius naturæ concipit pronomen aliquod referens naturas fundantes Analogiã indeterminatè, verbi gratia: Si conceptus oſſis, eſt os ſuſtinens carnes: intelligens loco oſſis ponat quid, & dicat quòd ſuſtinet carnes: tũc enim manifeſtè præſentatur Analogum explicitè, implicitè autem tantùm natura fundãtes Analogiã. Eſt autem inter hos duos conceptus non ſolùm dicta ex radicibus differentia: ſed & quia primus ad quid rei ſpectat Analogi, ſecundus autem ad quid nominis, neuter tamen perfectè repræſentat Analogum. De quo ſcilicet perfecto, ſeu adæquato explicitè conceptu Analogi interpretãdum eſt, cùm à me vel ab alio ſcriptum inuenitur, quòd non poteſt Analogum, vnum numero mentalem conceptum habere, ſed vnũ Analogiazãtùm. Et quoniã cõceptus mentales ſunt imagines rerum repræſentatarum (niſi ſint fictitij) quemadmodum in mente conceptus adæquatus Analogi non eſt vnus, ſed exigit repræſentationem omnium fundãtium Analogiã: ita ſignificatum Analogi adæquatum & perfectum non poteſt ſic abſtrahi, vt obijciatur, repræſentetur, aut concipiatur abſque fundãtibus rebus. Et ſicut in mente duplex cõceptus imperfectus reperitur, ita res ſignificata, extrà poteſt obijci dupliciter, imperfectè ſcilicet. vel in vno explicitè, in quo cætera obijciuntur indeterminatè: vel in nullo explicitè, ſed omnia implicitè, & in ſolo formaliſſimo ſignificato explicitè. Nec prędicta contrariãtur doctrinæ ſan. Tho. ens. n. primò notum ordine generationis eſt, ſecundũ conceptũ imperfectũ: ordine autẽ diſtinctæ cognitionis eſt ſecũdũ cõceptũ perfectũ. Ens quoq; habere conceptũ ſimpliciſſimũ, conſonat dictis: quoniã cùm ſimplicitas compoſitioni opponatur, & vnũ Analogia non ſit vnũ cõpoſitione aliqua, non habet ens ex hoc, quòd Analogũ, cõpoſitionẽ admixtã. Et vt exercitatione reſolutio monſtretur, ſi ſubſtantiã in ens vis reſoluere, ſi in conceptũ diſtinctũ entis reſolutio quæritur, reſoluetur in ipſam naturã ſubſtantiæ, quatenus eſſe ſundat: & eſt ſimpliciſſimũ, cui & addit ipſa ſubſtantia, & addunt tranſcendentia. Et ſi in conceptũ cõfuſum, quòd eſt, reſoluetur quòd & eſt ſimpliciſſimum, cui & prædicta adduntur. Sed occaſio errandi multis eſt, quia in reſolutione diſtincta quærunt reſoluere in vnũ Analogia, ſicut cõſueuit reſolui in vnũ vniuocatione. Ita quòd quæ ſunt in Analogia, quaſi vnum numero terminũ, ſicut in vniuocis: cùm tamen terminus in Analogia ſit vnus proportionabiliter tãtùm. Ita quòd & ſingula reſolubilia reſoluuntur in conceptus ſimplices obiectiuos & mentales, & omnia in conceptum obiectiuum & mentalem, ſimplicem, & vnum proportionabiliter. Ita quòd (vt vnico verbo rem abſoluam) ens eſſe primo notum, in quod fit omnis reſolutio, in quod omnia addunt, per modum Analogi interpretandum eſt: cum quo ſtare poteſt, quòd ens ſecundum perfectum adæquatumque conceptum non abſtrahit à naturis prædicamentalibus: ſicut nec aliquod Analogũ à fundantibus Analogiam. In hoc pendet tota vis claritatis rei huius: vt ſemper animaduertatur ſecundum Analogorum morem hæc dici.

¶ Plura nunc non mihi occurrunt ad propoſitum dicenda: ſed prolixior fui acutiſſimo ingenio tuo: quo ex vnico verbo concepiſſes cuncta. Bene vale, & pro me orare digneris. Romæ die 17. Februarij, 1509.

RESPONSIO XVII.

De rebus in bello iniuſto raptis, ad Fratrem Thomam Raguſinum ordinis prædicatorũ.

DILECTE Fili piis precibus tuis ſatisfacere volens, conſideraui in literis tuis quæſtionem diſtinctam in quinque articulos circa emptionem ra-

praſum rerum in bello iniuſto. Primus eſt, an huiuſmodi rapta etiam difficillimè recuperabilia, ſint iudicanda tanquam habita pro derelicto. Ad quem reſpondetur negatiuè: quia nec veri domini (quamuis non poſſint recuperare res ſuas) abdicauerunt è ſe dominium illarum: nec ex conditione rei, loci aut temporis derelictio huiuſmodi conſurgit, vt in theſauris, & ſimilibus. Diſtinguendum tamen eſſe inter rem & rem, videmus Romæ: quoniam feræ, vectes, & id genus reliqua publicè expoſita, Romæ nullum inuenientia dominum, quia nullus ſcit diſcernere ſeras ſuas ab alienis (quum etiam vendentes lateat cuius fuerint) pro derelictis habentur per accidens & licitè emuntur publicè. Dixi, per accidens: quia diſcernere nemo poteſt cuius fuerint: & publicè ac promiſcuè quilibet emit, quamuis non dubitetur, quòd pars direptionis Romanæ fuerint: hæc enim ſigna derelictiones ſunt.

¶ Secundus eſt, an rapta à piratis, poſſint licitè emi poſt diem ſeu certum tempus: vt nonnullæ leges admittunt. Ad quem reſpondetur negatiuè in foro conſcientiæ: quamuis ciuiles leges impunitatem concedant ad euitandas lites. Et ratio illicitæ emptionis in vtroque articulo eſt, quia emitur res aliena ſine conſenſu veri domini.

¶ Tertius eſt, an in huiuſmodi caſibus in ementibus ſcienter tota reſolutio ſumenda ſit ex intentione vtilitatis propriæ, vel domini: ita quòd ementes pro ſua totaliter, vel principaliter vtilitate, ſint malæ fidei poſſeſſores: ementes autem pro domini principaliter emolumento, rectè faciant, pretiumque repetere poſſint. Ad quem reſpondetur, quòd per ſe loquendo nulli licet emere rem alienam ſine conſenſu veri domini: & ſi quis emit, etiam bona fide, tenetur ad reſtituendum rem emptam, quam habet, vero domino: nec poteſt pretium ſolutum petere à vero domino: quia tenetur ad reſtitutionem non ratione iniuſtæ adeptionis, ſed ratione rei alienæ, quæ apud ipſum eſt. Nec hoc eſt vertendum in dubium loquendo per ſe, & propriè. Dico autem, propriè: quia magni refert emere vel redimere: nã emere huiuſmodi aliena non licet: redimere autem licet: ſed redimit is ſolus, qui vice veri domini redimit occupatam ab alio rem illius: vnde non redimit, niſi qui perſonam veri domini induens, ſignificaturus eſt vero domino, vt rem ſuam recuperet redemptionis pretio ſoluto. Nec ſolùm licet, ſed pium eſt redimere viliori pretio huiuſmodi res. Emere autem propriè & per ſe non licet. Dico autem per ſe: quia per accidens poteſt eſſe licitum; vt ſi cognoſcam res raptas fuiſſe conſanguinei mei, impotentis redimere & deſtituti omni ſpe recuperandi res ſuas & præſumens gratum eſſe conſanguineo meo, quòd ego fruar rebus ſic irrecuperabilibus, emam illa. Sed eſt ratio, quæ contingunt per accidens, non eſt certa regula.

¶ Quartus eſt, an dictum cuiuſdam doctoris dicentis ſic, probabiliter credo, quòd taliter emens, paratus reddere vero domino, ſi compareret, credens tamen quòd non compareret, & conſequenter ſperans pro ſe rem habiturum, non peccet, quia veriſimiliter poteſt de veri domini voluntate præſumere, ſit in conſcientia tutum, & aliis diuulgandum. Ad quem patet ex dictis reſponſio, ſcilicet quòd nec per ſe eſt licitum) quoniam ratione rei alienæ tenetur ad reſtituendum vero domino ſine pretio, quandiu res eſt apud eum: nec ipſa adeptio caret iniuria, ex eo quòd notum ementi eſt, quòd res eſt aliena) nec per accidens apparet aliquid ſpeciale excuſans adeptionem quoniam communia tantùm proponuntur in articulo.

¶ Quintus eſt, an emat rectè quis ex pietate calices & huiuſmodi ſacra, dedignatus, quòd maneant apud infideles, daturus propria authoritate ea occurrenti eccleſiæ, habito pretio. Et huic adiungitur, an dominus talium ſit cenſendus omnino ignotus, ſtante notitia regionis, putà Vngariæ. Ad quem reſpondetur, quòd hoc eſt vnum per accidens reddens licitam emptionem. Zelus enim Dei humanis omnibus præferendus efficit, vt licitè quis hæc redimat de manibus infidelium, redditurus, etſi non illi eccleſiæ calicis dominæ, quæ neſcitur, attamen eccleſiæ Chriſti, ſignificando eccleſiæ, cui datur vt quantum in ſe eſt, & publicet, & teneat pro eccleſia, cuius erat, & eſt reſtituto pretio redemptionis. Et quamuis non cenſenda ſit eccleſia omnino ignota, cuius regio ſcitur: eſt tamen maior præſumptionis locus ex hac religioſa cauſa vni eccleſiæ dedere, quàm mihi de conſanguineo meo: quoniam vnica domus eſt, vniuerſa per orbem ſparſa Chriſti eccleſia. Hæc ſunt, fili chariſſime, quæ mihi occurrerunt reſpondenda. Bene vale, & ora pro me. Romæ die 27. Nouembris, 1529.

Primi Tomi opuſculorum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis. S. Xiſti finis.

TOMUS SECUNDUS OPUSCULORUM Thomæ de vio Caietani, Cardinalis Sancti Xiſti, In quo ſunt Tredecim vtiliſſimi tractatus.

1 De conceptione beatæ virginis.
2 De eucharistiæ ſacramento.
3 De celebratione miſſæ.
4 De valore orationum dictarum ab audientibus miſſam in die feſto.
5 De præcepto eleemoſynæ.
6 De monte pietatis.
7 De cambijs.
8 de vſura.
9 de ſimonia.
10 de vſu ſpiritualium rerum in peccato mortali.
11 de voto.
12 de ſolutione maleficii opera maleficei ad hoc parati.
13 de ſpaſmo beatæ Virginis.

TRACTATUS PRIMUS De conceptione beatæ Mariæ Virginis ad Leonem decimum pontif. maximum, in quinque capita diuiſus.

1 De duplici via diſcernendi ea quæ fidei ſunt vel ei aduerſantur,
2 Quæſtio de cõceptione, quomodo nõ ſit de neceſſario credendis.
3 Quæ de cõceptione ſententia fidei aduerſetur.
4 Sententia tenens beatam Virginem fuiſſe in originali conceptam, quàm probabilis exiſtat.
5 Quantum valeant argumenta, quæ tenent oppoſitum.

CAPUT I.

De duplici via diſcernendi ea, quæ fidei ſunt vel ei aduerſantur.

Diuinæ reuelatio, vel in ſacris ſeris conſcripta, ſanctisq; patrib. facta, vel ſedi apoſtolicæ cũ ſynodo, vel ſine ſynodo, vel diuinis miraculis confirmata eſt prorſus decernẽdi quę fidei ſunt, vel ad fidẽ ſpectantia

FAnſtum felixqua ſit, Leo 10. Pont. Maxime, quòd de ſupremo poteſtatis tuæ ope te prima offerendæ tuæ baatitudini lucubratiunculæ cauſa ſe ſe obtulit. Definitio ſecreto. unius Chriſtianæ fidei, quæ noſſe ſoli Deo naturæ conuenit, in medium venit, propoſitum eſt, vt diſcernas in Lateranenſi ſynodo, verum Deus beatiſſimam. Virginem Mariam a peccato originali præſeruauerit, an mundauerit. Quocirca duo occurrũt ſcribenda. Primò, viæ decernendi ea quæ ſunt fidei, modique, quibus aliquid eiuſmodi credendum decernitur, explicabuntur, deinde iuxta ſingulos modos per vias ipſas ſermonis greſſus dirigentur.

¶ Duæ ſunt viæ, quibus decerni poteſt religionis Chriſtianæ quid credendum ſit, altera ordinaria, altera extraordinaria. Ordinaria eſt diuina reuelatio facta in primis authoribus ſacræ Scripturæ, contenta in canonicis libris Bibliæ, traditionibuſque Apoſtolorum in ſymbolo & alijs, quæ conſtat eccleſiam per Apoſtolos ſuſcepiſſe: vt ſacramenta. Reuelatio deinde facta apoſtolicæ ſedi, ſiue cum ſynodo, ſiue ſine ſynodo. Hæc enim differentia ad ſolennitatem, & congruitatem ſpectat iudicij apoſtolici de his, quæ ſunt fidei, & non ad neceſſitatem, vt vniuerſa teſtatur eccleſia, hæreticos indubiè tenens, qui ab apoſtolica ſede damnatã hæreſim ſectantur. Reuelatio demum facta ſacris doctoribus, his præcipue, quorum & vita & doctrina approbata eſt ab eccleſia. Sed eſt inter hæc diſtantia multa: quoniam reuelationi contentæ in ſacra Scriptura, & decretalibus fidei inhæremus tanquam neceſſarijs: ita quòd ſe hæreticum comprobat quicunque pertinaciter alicui horum aduerſatur. Reuelationi autem factæ ſanctis alijs quorum doctrinam eccleſia ſuſcipit, tanquam probabili inhæremus: vt diui Auguſtinus, Thomaſque ſcripſerunt, & magiſtra rerum experientia continua teſtatur. Nec refert in ſacra Scriptura & alijs, an aliquid ſit reuelatum explicitè (vt creatio mundi, incarnatio Verbi Dei, & alia eiuſmodi) an implicite vt ſunt omnia illa quorum oppoſita non poſſunt ſuſtineri cum veritate ſacræ Scripturæ & aliorum quæ certa fide ſcimus: niſi quòd ingenio, labore, ratione, & intellectu opus eſt, vt manifeſtentur hæc quæ implicita dicuntur contineri eſſe neceſſariò connexa illis in quibus contineri dicuntur. Quò fit, vt in huiuſmodi rebus antequam conſtat quid neceſſariò connexum ſit certis & indubitatis fidei traditionibus, vnicuique liceat quod rationabilius ſibi videtur amplecti, ſine pertinacia tamen. Et hinc rationibus locus datur ad ea, quæ ſunt fidei: vt ſcilicet afferantur rationes oſtendentes conſona, aut diſſona eſſe fidei, quæ in dubium vertuntur. Propter quod oportet omnes rationes ad ea, quæ ſunt fidei non ex ſolo naturali lumine, ſed ex lumine diuinæ reuelationis in prædictis conteſtæ procedere, & in diuinam reuelationem in prædictis contentam reſoluere. Et ideo non ratio, ſed diuina reuelatio, non cuicunque, ſed prædictis facta eſt, cui fides noſtra innititur: & ſecundum eam oportet decernere quicquid in fide decernendum eſt. Extraordinaria verò via, qua poteſt aliquid decerni in fide, eſſet, ſi miraculo, quod vere miraculum eſſet, Deus atteſtaretur aliquid ad fidem ſpectans. Sed hic eſſet opus cautela magna: tum ex parte operum mirorum: quoniam Angelus Satanæ transfert ſe in Angelum lucis: & ſigna & prodigia facere multa poteſt, quæ nos vere miracula a ſolo Deo factibilia putaremus: vt opera ſanitatis, & elementorum, & ſimilium. Vnde & Antichriſtus facturus dicitur tot miracula in oculis hominum, vt ſi fieri poſſet, etiam electi fallerentur. Tum ex parte illuſionum, vt contingit in præſtigijs, tum quia ſigna teſte Apoſtolo 1. ad Corinth. 14. & beato Gregorio in homilia 10. data ſunt infidelibus,

delibus,non fidelibus eccleſiæ vero tanquam fideli, non infideli data eſt reuelatio prophetica & apoſtolica. Vnde via ſignorum etſi eſt a Domino data Marci vlt. propter infideles & ab eccleſia approbata quo ad fidem perſonalem, ſcilicet dicentis ſe miſſum à Deo:vt in ca. cum ex iniuncto. extra de hære.tamen niſi coram Romana eccleſia euidentiſſimè fieret,verum & indubitatum non minimum,ſed miraculum,expreſſe ad teſtificandum hoc eſſe verum,non deberet Romanus pontifex determinare aliquam fidei ambiguitatem ex hac via. Et ratio eſt,quia habemus a Deo ordinatam viam decernendi fidei,in tantum,vt ſi Angelus de cœlo oppoſitum huius ordinariæ viæ diceret,non eſſet ei credendum;vt Apoſtolus dicit ad Gala. Accedit ad hæc,quòd miracula quæ ab eccleſia ſuſcipiuntur in canonizationibus Sanctorum,quę tamen maxime authentica ſunt,quum humano teſtimonio innitantur (eorum ſcilicet qui teſtantur) non omnino certa ſunt:quoniam ſcriptum eſt: Omnis homo mendax:licet ſint certa more humano, fidei autem Chriſtianæ certitudo non humano more certa eſſe habet, ſed infallibile omnino debet habere teſtimonium:quale nullus homo, ſed ſolus Deus præſtare poteſt. Vnde & Petrus Apoſtolus cæleſtis vocis in transfiguratione Domini a ſe auditæ proprio teſtimonio tanquam humano vtens,ſubiungit. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem, ſubiungendo quòd non voluntate humana prophetia allata eſt. diuino ergo teſtimonio, non humano certitudo haberi debet in decernendo iudicialiter res fidei.

¶ Ex dictis autem patet, non ſolùm decernendi via duplex, ſed & modus duplex, quo credendum eſſe decerni poteſt. Nam quædam decernuntur credenda tanquam neceſſariò credenda, ita quòd contrarium ſentiens eſt hæreticus, quædam verò tanquam probabiliter & piè credenda, ita quòd contrarium ſentiens non eſt hæreticus: vt de aſſumptione beatæ Virginis cum corpore, & ſanctificatione eius in vtero matris, & aliis huiuſmodi communis eccleſiæ pietas probabiliter credit. Ratio autem quare omnis via tam ordinaria, quàm extraordinaria decernendi ea, quæ ſunt fidei, ſola reuelatio diuina eſt, in promptu eſt: quia ſcilicet ea, quæ ſunt fidei, lumen humanæ mentis excedunt, & ex ſolo diuinæ voluntatis beneplacito dependent iſtiuſmodi ſingularia. ſcriptum eſt autem, quòd quæ ſunt hominis, nemo nouit niſi ſpiritus hominis, & quæ ſunt Dei, nemo nouit niſi Spiritus Dei:& cui voluerit Spiritus reuelare. Hæc de primo.

CAPVT II.

Quæſtio de conceptione quomodo non ſit de neceſſariò credendis.

Neutra vtrarum ſententiarum à peccato originali fuiſſe mundatam, vel ab eo præſeruatam opinantium, non ſunt de neceſſariò credendis.

DIctis autem viis incedendo, vt propoſitum deinde fuit manifeſtatur primò, quòd neutra pars quæſtionis vt in dubium vertitur, eſt neceſſariò credenda. Et ratio eſt, quia neutra in ſacra Scriptura certiſque fidei dogmatibus neceſſariis explicitè habetur,& vtraque pars ſuſtinari poteſt cum veritate ſacræ Scripturæ reliquiſque neceſſario credidis a Chriſti fidelibus. Et de parte quidem illa, quæ tenet beatam Virginem a peccato originali mundatam, certum eſt quod fidei conſonat, tum quoniam vniuerſales propoſitiones de peccato originali in omnibus puris hominibus in ſacra Scriptura habentur; vt patet ad Rom. 3. & 5. & 2. ad Cor. 5. tum quoniam vniuerſali redemptioni Chriſti in ſacra Scriptura traditæ conſonat, tum quoniam innumera ſacrorum doctorum & ſanctorum multitudo hanc partem explicitè tenuit, vt infra patebit. De parte autem altera, credente ſcilicet beatam Virginem præſeruatam a peccato originali, licet quidam ſcripſerint, quod contrariatur ſacræ Scripturæ & determinationi eccleſiæ, quidam autem quòd non: mihi tamen theologorum minimo diſtinguendum videtur, circa ſenſum huius opinionis. Nam poteſt dupliciter intelligi. Primò, vt beata Virgo ſit præſeruata totaliter a peccato originali, ita quòd fuit exempta ab omnibus ad dictum peccatum ſpectantibus. Secundò, vt beata Virgo ſit præſeruata a ſola macula peccati originalis per infuſionem gratiæ perſonalis. Eſt autem inter iſtos duos ſenſus maior diſtantia, quam inter cœlum & terram. Nam cùm anima alicuius hominis qui generatur, incurrit originale peccatum non ſolùm macula originalis peccati contrahitur, ſed in primo inſtanti, in quo anima rationalis creando infunditur, & infundendo creatur, prius ſecundum naturæ ordinem caro ſeu materia, cui anima infunditur, eſt infecta: vtpote genita ex commixtione vtriuſque parentis, & propterea anima, quæ infunditur illi carni, contrahit maculam in ſeipſa originalis peccati, quia infunditur carni infectæ: neque ſolam maculam ex carnis infectione contrahit perſona in vtero genita, ſed multa alia: ſcilicet reatum clauſæ cæli ianuæ, fomitem peccati, & pœnam mortis temporalis: ita quòd infecta caro, cui infunditur anima, eſt, in qua fundatur ratio non potentiæ contrahendi originale peccatum, ſed ratio contracti in propria perſona debiti, quòd contrahatur in anima rationali ſua peccatum originale, & ſecundum maculam, & ſecundum reatum pœnarum ſpiritualis & temporalis, imò eſt talis carnis infectio peccati originalis initium inexiſtens in perſona, quæ nunc ſimul concipitur, & concepta eſt. Quocirca poſitio dicens beatam Virginem præſeruatam totaliter a peccato originali, dicit ipſam non contraxiſſe carnem ſuam infectam: ac per hoc non ſolùm ſine macula peccati conceptam & reatibus & fomite: ſed etiam ſine debito in propria perſona habendi hæc. Poſitio verò dicens beatam Virginem præſeruatam ſolum à macula peccati originalis, & iis quæ a macula ſunt inſeparabilia (vt eſt reatus æternę pœnæ danni) non negat beatam Virginem carnem habuiſſe infectam: ac per hoc in propria perſona debitum contrahendi maculam originalis peccati & quò ad maculam, & quo ad reatus omnes, & fomitem: ſed præſeruante Dei gratia non redundauit in animam illius macula peccati originalis, licet redundauerit & fomes, ligatus tamen per gratiam, & reatus clauſæ ianuæ vitæ æternæ, & mortis temporalis: quia hæc pœna, ſcilicet mortis, erat naturæ ex parte carnis: illa ſcilicet clauſæ ianuæ erat naturæ ex parte temporis: quia ſcilicet Chriſtus adhuc non aperuerat per ſuam mortem ianuas paradiſi clauſas per originale peccatum: & ſimiliter fomes ex parte carnis ſe tenet.

CAPVT III.

Quænam de conceptione ſententia fidei aduerſetur.

Opinio aſſerens beatam virginem ab originali peccato ſic fuiſſe præſeruatam, vt mihi ſi…

INter has igitur opiniones hæc mihi videtur quo ad fidem differentia, quòd poſitio dicens, beatam Virginem eſſe præſeruatam a peccato originali & reatibus, &c. eſt contraria fidei catholicæ: quoniam repugnat his, quæ in ſacra Scriptura & aliis documentis fidei certis & neceſſariis continentur. Oportet nanque de beata Virgine firmiter crede-

incurrerit, hæretica eſt & ab eccleſia damnata fuiſſe ei tamen a peccato ſic liberatá, vt macullá in carne, & pœnæ reatus incurrerit, nó ad uerſatur fidei catholicæ.

re, ꝙ Chriſtus eſt mortuus pro ipſa. & quòd ipſa eſt mortua morte peccati: quoniam in ſacra Scriptura habetur iſta conditionalis, Si Chriſtus eſt mortuus pro omnibus, omnes mortui ſunt: vt patet ſecundæ ad Cor.5.c. Conſtat enim quòd omnis conditionalis vera eſt neceſſaria: & quòd à destructione conſequẽtis ad deſtructionem antecedentis valet argumentũ. Formata ergo ratione, clarè apparebit, Scripturam eſſe falſam, & fidem noſtram procedendo ſic. Si Chriſtus eſt mortuus pro omnibus, omnes mortui ſunt, ſed per iſtam poſitionem, Non omnes mortui ſunt, quia beata Virgo non eſt mortua morte peccati, ergo Chriſtus non eſt mortuus pro omnibus quod eſt manifeſta hæreſis. Nec poteſt hic locus gloſſari, ꝙ Omnes diſtribuat generaliter, & quòd patitur exceptionem, & ſimilia: quoniam conſtat, quòd in hac propoſitione illud ſignum. Omnes diſtribuit pro omnibus ſine vlla exceptione: quoniam hæreticum conſtat eſſe, dicentem Chriſtum non eſſe mortuum pro omnibus ſine vlla exceptione. Nec etiam poteſt negari, quin de morte peccati ſit ſermo in conſequenti: vnde Aug. in 6. contra Iulianum, tractans hæc verba Apoſtoli, concludendo, dicit hæc verba: Conſequens ergo eſſe voluit, vt omnes intelligantur mortui, ſi pro omnibus mortuus eſt. Quia ergo non in corpore, reſtat vt in peccato mortuos eſſe omnes. pro quibus mortuus eſt Chriſtus, nemò neget, nemo dubitet, niſi qui ſe negat, aut dubitat eſſe Chriſtianum. Hæc ille. Vnde cum opinio illa neget beatam Virginem mortuam morte peccati, ac per hoc Chriſtum non mortuum eſſe pro ipſa, ſuſtineri iudicio meo non poteſt. Et ne longius protrahatur, hæc oportet ſummariè ante oculos habere, quòd iſtæ quinque propoſitiones ſunt omnino cõ tendæ, ſcilicet, Chriſtus mortuus eſt pro beata Virgine: beata Virgo eſt aliquo modo mortua morte peccati: beata Virgo eſt reconciliata Deo per Chriſtum: beata Virgo eſt redempta per mortem Chriſti: beata Virgo etiam poſt ſanctificationem ſui non niſi per Chriſti mortem aditum habuit paradiſi apertum. Quibus adduntur aliæ aut per ſe nota (ſcilicet quòd omnis reconciliatus fuit inimicus: & quòd beata Virgo mortua eſt morte temporali) aut determinatæ per eccleſiam, ſcilicet omnis homo redemptus a Chriſto fuit vere captiuus, & mors eſt pœna peccati originalis. Primam enim harum refert Auguſtinus ad optatum de origine animæ à Papa Zozimo decretam, dicens, In epiſtola Zozimi ſic legitur: Nullus, niſi qui peccati ſeruus eſt, liber efficitur, nec redemptus dici poteſt, niſi qui verè per peccatum fuit antè captiuus, ſicut ſcriptum eſt, Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Et ſubdit, In his verbis Apoſtolicæ ſedis tam antiqua atque fundata certa & clara eſt fides catholica, vt nefas ſit de illa dubitare Chriſtiano. Hæc ille. Secundam verò, ſcilicet ꝙ mors eſt pœna peccati originalis, conſtat decretam eſſe à concilio Mileuitano: vt patet de conſe. diſtin. 4. c. placuit. Vnde patet, quòd diſtinctio illa de redemptione præſeruatiua. vel liberatiua, quo ad homines reprobata eſt, per Romanæ eccleſiæ determinationem: quamuis ſanctus Bernardus ſuper canticis ſermone 22. illam vſurpauerit quoad angelos. Sunt & aliæ vniuerſales propoſitiones certæ & indubitatæ, ſcilicet per vnum hominem peccatum tranſiit in omnes, & per peccatum mors, ad Ro.5. & Omnes in Adam peccauerunt, ad Ro.3. Et quiſquis hominem aliquem eſſe putat cui neceſſaria non fuerit remiſſio peccatorum, excepto vno Mediatore, contrarius eſt ſacræ Scripturæ, inquit Aug. in lib. de perfectione iuſtitiæ. Et ſolus Chriſtus habuit ſimilitudinem carnis peccati. Et aliæ huiuſmodi, quæ aut nullo modo, aut vix poſſunt ſaluari ab huiuſmodi opinione, ſi tamen opinio nominanda eſt, quum videatur manifeſtus error in fide. Vnde nec Sixtus 4. in extrauaganti, graue nimis: de hac poſitione ſe impediuit, ſed ſolum de præſeruatione beatæ Virginis à macula peccati originalis: vt expreſſe patet legenti illam. Damnanda ergo videtur ſpecialiter poſitio, quæ aſſereret beatam Virginem totaliter præſeruatam a peccato originali vt ſcilicet nihil eius incurrerit: quamuis neminem adhuc ſciam hoc tenuiſſe.

¶ In ſecundo autem ſenſu intellecta opinio de præſeruatione beatæ Virginis, ſcilicet quòd præſeruata eſt a macula peccati originalis, & non ab infectione carnis, ac per hoc nec a debito in propria perſona illius maculæ, nec a fomite & pœnis, non eſt cõtraria ſacræ Scripturæ, nec determinationi eccleſiæ, nec aliquibus neceſſariò credinis, quoniam beata virgo præſeruata ex ſpeciali præuentione gratiæ a macula originalis peccati. & habens cætera, quæ diximus, non eſt extra latitudinem mortuorum, inimicorum, indigentium remiſſione peccatorum, captiuorum, habentium carnem peccati, obnoxiorum morti & clauſuræ cœli. Et conſequenter non eſt extra latitudinem eorum pro quibus Chriſtus mortuus eſt, reconciliatorum, liberatorum, redemptorum mundatorum, introductorum denique per Chriſti mortem in vitam æternam animæ & corporis. Et in promptu ratio eſt: quia ex eo quòd habuit carnem infectam cum fomite ligato & reatibus, egebat futuro remedio per incarnationem & mortem Ieſu Chriſti exhibendo. Et ex eo quòd in propria perſona habuit debitum contrahendi maculam originalis peccati imò initium, vnde redundare in animam ſuam debebat originalis peccati macula, gratia illa, quæ præueniendo ſanctificauit eam, ligando etiam fomitem, habuit rationem gratiæ mundatiuæ, reconciliatiuæ, redemptiuæ, &c. Liberans nanque animam à macula non actualiter habita ſed ex propria carne tunc debita. & in eadem carne tunc initiata, non eſt extra latitudinem liberantium à peccato mundantium à ſorde, redimentium à captiuitate. Neque enim vno modo tantum quodlibet horum dicitur: ſed latitudinem habet. Dicitur nanque captiuus non ſolum qui totaliter in captiuitatem eſt redactus: ſed qui cœpit in ſui aliqua parte duci in captiuitatem, & obnoxius eſt captiuitati. Et ſimiliter dicitur mors peccati, non ſolum ipſa actualis mors, ſed debitum & initium in propria perſona habendi illam. Et ſimiliter dicitur à peccato originali mundatus, nõ ſolum qui à contracta actuali macula mundatus eſt: ſed qui à macula quidem in debito & initio in propria perſona fundato, & reliquis tot quaſi partibus peccati originalis actualiter contractis mũdatus eſt, & ſic de aliis. Nec putet quiſquam de mea hæc phantaſia me proferre: ſed videat diuum Thomam in Prima ſecundæ, quæſtione 81. articu. 3. (vbi inter alia tractat etiam illud ad Rom. 5. Per vnum hominem peccatum tranſiit in omnes, & per peccatum mors) ſuſtinentem quòd per mortem ſufficit intelligere debitum ſeu reatum in propria perſona mortis, quamuis nunquam actualiter aliquis moreretur. Ex quo habetur, quòd cum Apoſtolus duo ſimul dicat (ſcilicet quòd in omnes peruenit peccatum & mors) ſicut ſecundum ſcilicet mors ſufficienter ſaluatur, exponendo mortem uel in actu uel in debito in propria perſona, ita & primum ſcilicet peccatum, ſaluatur exponendo peccatum uel in actu, uel in debito in propria perſona. Dixi autem toties in propria perſona quoniam ſi debitum aut initium peccati originalis non ponitur proprium illius, qui concipitur ſed commune, iam non ſaluaretur, quòd illa perſona eſſet mortua, redempta, reconciliata, &c. Nec eſſet formalis differentia inter errorem Iuliani, con

tra

ria quem ſcribit Aug. ponentis per gratiā redemptionis Chriſti filios chriſtianorum præſeruatos à peccato originali, quod habebant ie debito communi: ſed eſſet materialis differentia, quia ille gratiam præſeruationis communem Chriſtianorum filiis poſuiſſet, hic autem poneretur propria vni. Saluatur quoque manifeſtè in hac poſitione ſingularis prærogatiua Ieſe Chriſti, quòd ſolus conceptus eſt ſanctus, & non in carne peccati, ſed in ſimilitudine carnis peccati: non ſolum ea ratione, quia ipſe ex vi, ſeu natura ſuæ conceptionis, quæ natiuitas in vtero vocatur, ſanctus naſcebatur (iuxta verbum Gabrielis ad beatam Virginem, Quod ex te naſcetur, ſanctum) ſed etiam quia beata Virgo concepta eſt cum carne infecta, ſed cum anima ſancta ex gratia impediente redundantiam infectæ carnis in maculam animæ. Saluantur & omnes vniuerſeles propoſitiones in Scriptura & eccleſiæ determinationibus vt facilè puto apparere exercitatis ingeniis ex dictis. Nec obſtat dictis ſi obiiciatur quòd reatus & fomes dicti conſequuntur infectam carnem mediante macula in anima: ac per hoc ſi macula non eſt ſubſecuta, nec iſta ſunt ſecuta, imò videtur quòd ſine maculæ incurſu, iniuſte anima rea remaneat, quum pœnæ iſte propriæ culpæ originalis tamen ſint pœnæ. Hoc inquam non obſtat: quia mediatio maculæ, licet ſit ordinaria, non tamen eſt ſic neceſſaria, vt impedita macula oporteat impeditam eſſe conſecutionem aliorum: ſufficit enim, quòd omnium horum communis radix, ſcilicet infecta caro, ſit in inſtanti illo, quo anima infunditur infectæ carni. Nec eſt iniuſtum quòd habenti culpam in proprio debito & initio, actualis culpæ incurſus impediatur & reatus pœnarum naturæ remaneant: quoniam extra propriam culpam originalem omnino non eſt qui in proprio debito & initio illam habet.

¶ Et quoniam in hoc ſenſu prædicatur hodie beata virgo præſeruata a peccato originali ab his qui dicunt ipſam ſine originali peccato conceptam (ita quòd per peccatum originale intelligunt maculam peccati originalis: vt patet ex prædicta bulla, ſeu extrauaganti Sixti quarti edita in fauorem huius opinionis de præſeruatione à macula originalis peccati: & ex ſtudio Scoti in 3. ſen. diſt. 3. q. 1. ad hoc tendentis, vt à culpa, offenſa inimicitiaque animam beatæ Virginis in conceptione præſeruaret: è qua pueri nunc per baptiſmum, & olim per circuncisionem liberi ſunt effecti. Et ex defenſionibus Franciſci de Maironis in 3. ſenten. diſtinctio. 3. quæſt. 2. in quibus conatur ſaluare ſanctitatem formaliter, cuius ſola eſt anima ſuſceptiua in beatæ Virginis conceptione præoccupantem peccatum originale) idcirco, quum de duabus opinionibus de conceptione beatæ Virginis erit reliquus ſermo, an mundata an præſeruata fuerit ab originali peccato, de ipſa macula originalis peccati intelligendus eſt. Quocirca coercendæ ſunt prædicatorum linguæ, ſcriptorumque manus in hac quæſtione: & neutram debent damnare partem vt erroneam, vt fidei, vt ſacræ ſcripturæ, aut eccleſiæ determinationi contrariam: ſed ſobrie ſcribere & loqui debent, & non plus ſapere, quam oportet, iuxta apoſtolicæ ſedis præceptum à Sixto quarto editum.

CAPVT IIII.

Sententia tenens beatam Virginem fuiſſe in originali peccato conceptam quam probabilis exiſtat

Qvum igitur neutra pars ſit neceſſariò credenda, oportet videre, an altera an vtraque ſit probabilis. Quòd enim pars illa quæ tenet beatam Virginem eſſe à peccato originali mundatam, probabilis ſit, ex eo patet quòd tot ſancti doctores, & tot illuſtres doctores, in Theologia, & in iure canonico, qui ſcripſerunt, hanc partem non in communi, ſed in ſingulari nominatim de beatiſſima Virgine Maria loquentes docuerunt, Et ne fingere videar, nominatim ſanctos in ſuis locis afferre cenſui, ita vt eorum non ſolum nomina & loca, in quibus hæc ſcripſerent, ſed verba afferantur. Occurrunt ergo quindecim ſancti.

Sanctus Auguſtinus ſuper Pſalmum 34. dicit, Adam eſt mortuus propter peccatum, Maria ex Adam mortua eſt propter peccatum, caro autem Domini ex Maria mortua eſt propter delenda peccata. Et in libro ſecundo de Baptiſmo paruulorum dicit, Solus ille homo factus manens Deus peccatum nullum vnquam habuit, nec ſumpſit carnem peccati quamuis de materna carne peccati. Et in lib. 10. ſuper Geneſim ad literam dicit, Corpus Chriſti quamuis ex carne fœminæ aſſumptum ſit, quæ de illa carnis peccati propagatione cōcepta fuerat: tamen quia nō ſic in ea conceptum fuit, quomodo fuerat illa concepta, ideo ipſum non fuit caro peccati, ſed ſimilitudo carnis peccati. Sanctus Ambroſius ſuper, Beati immaculati, dicit, Venit Dominus Ieſus, & in carne, quæ peccato in matre fuerat obnoxia, militiam virtutis exercuit.

Sanctus Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum dicit, quamuis Chriſtus non eſſet peccator, naturam tamen humanam de peccatrice ſuſcepit.

Sanctus Euſebius Emiſſenus epiſcopus in ſecūdo ſermone Natiuitatis Domini qui incipit, Noſtis chariſſimi, ait: A peccati originalis nexu nullus immunis exitit, nec etiam ipſa genitrix Redemptoris.

Sanctus Remigius ſuper Pſalmum, Deus Deus meus, reſpice, dicit, Beata Virgo Maria fuit ab omni macula peccati mundata, ita vt ex ea conciperetur ſine peccato homo Chriſtus Ieſus.

Sanctus Maximus in ſermone de Aſſumptione beatæ Virginis dicit, Beata Virgo glorioſa fuit in vtero matris ſanctificata ab omni contagione originalis culpæ antequam naſceretur, & per Spiritum ſanctum mundata.

Sāctus Beda in homilia ſuper Miſſus eſt (& habetur in gloſſa ordinaria) dicit, Spiritusſanctus ſuperueniens in Virginem mentem eius ab omni vitiorum ſorde caſtificauit, & ab omni æſtu concupiſcentiæ carnalis cor eius temperauit atque mundauit.

Sanctus Anſelmus in libro, Cur Deus homo, capitul. 16. dicit, Licet ipſa Chriſti conceptio munda ſit Virgo tamen ipſa vnde, aſſumptus eſt, in iniquitatibus concepta eſt, & in peccatis concepit eam mater eius.

Sanctus Bernardus in Epiſtola ad Lugd. dicit, Beata virgo poſt conceptum in vtero iam exiſtens ſanctificationem accepiſſe creditur, quæ excluſo peccato ſanctam fecerit natiuitatem, non conceptionem.

Sanctus Erardus epiſcopus & martyr in ſermone

natiuita-

natiuitatis beatæ Virginis dicit, O felix puella, quæ concepta in peccato purificatur ab omni peccato, & filium concipit ſine peccato.

Sanct. Ant. de Padua ordinis Minorũ in ſermone p natiuitate beatæ Virginis dicit, beata virgo fuit in ventro matris à pactõ p grã ſanctificata, & ſine pctõ nata.

Sanctus Thomas de Aquino in tertia parte, quæſtio. 27. ar. 2. dicit, Beata Virgo Maria, quia fuit concepta ex commixtione parentum, originale peccatum contraxit.

Sanctus Bonauentura ordinis Minorum in 3. ſenten. diſtin. 3. quæſt. 2. arg. 2. dicit, Dicendum eſt ꝙ beata Virgo fuit concepta in peccato originali, & quod eius ſanctificatio ſubſecuta eſt peccati originalis cõtractionem. His modus dicendi eſt communior, & rationabilior & ſecurior, Communior, quia ferè omnes id tenent. Rationabilior quia eſſe naturæ præcedit eſſe gratiæ, &c. Securior quia magis conſonat fidei pietati, & ſanctorum authoritati, &c.

Sanctus Bernardinus ordinis Minorum in ſermonum ſuorum opere tertio incipiente, Ignis à facie eius exarſit, in tractatu de beata Virgine, ſermone quarto, incipiente, Sicut ſol oriens mundo, dicit, Tertia fuit ſanctificatio maternalis, & iſta remouet culpem originalem, confert gratiam, & remouet pronitatem ad peccandum tam mortaliter, quàm venialiter, & hæc fuit in Virgine matre.

Sanctus Vincentius confeſſor in ſermone de conceptione Virginis dicit, Beata virgo Maria fuit in originali peccato concepta, ſed eadem die & hora ſtatim poſt animationẽ fuit per ſanctificationem à peccato contracto mundata.

¶ Præter dictos autem Sanctos multitudo magna antiquorum doctorum conuenit, dicens in indiuiduo beatam Virginem conceptam in peccato originali, quorum dicta aut in fonte, aut in libris domini Ioannis de Turre Cremata, & magiſtri Vincentii de Caſtro nouo de conceptione Beatæ Virginis compilatis, vnde ſumpta ſunt inuenire quilibet poteſt.

¶ Hi ſancti atque doctores probabilem valde reddunt fidem credentium, beatam Virginem in originali peccato conceptam.

Et quia authoritates iſtæ, non de humano genere, aut Chriſtianis in communi, ſed de beata Virgine in indiuiduo expreſſa loquuntur, ideo gloſſa illa, qua Sanctorum authoritates intelligendæ dicuntur de lege communi, & non de priuilegio ſingulari, locum hic nullum habet, tum quia gloſſa huiuſmodi de lege communi, aut priuilegio locum habere poteſt, quãdo eſt ſermo in cõmuni, ſeu vniuerſali (propter quod non ſtulti vniuerſales propoſitiones Sanctorum ſolum Chriſtum à peccato originali excipientium) ſed quando eſt ſermo de aliquo ſingulari indiuiduo nominato locum non habet gloſſa, quòd intelligatur de lege communi, niſi hoc (ſcilicet ſermonem eſſe, quantum eſt ex lege communi) ſpecificetur, vel ex ignorantia aut maliuolentia, aut diſſimulatione hoc procedat, quæ omnia longè à Sanctis, & eorum authoritatibus allatis eſſe cõſtat. Tum quia ex eo quòd ſancti & doctores beatam Virginem in particulari explicant, ſubiacere legi communi in conceptione cum peccato originali, & excipiunt ipſam beatam virginem à communi lege aliorum in duratione peccati originalis (quia dicunt ipſam ex priuilegio ſanctificatam in vtero) conſtat quòd ſancti & doctores antiqui beatæ Virginis priuilegia ſcrutati nullum de præſeruatione eius à macula originalis peccati priuilegium admiſerunt.

¶ Excludunt quoque dictæ authoritates gloſſam aliam, ſcilicet de facto, vel debito, vel (& in idem redit) quantum eſt ex ſe, vel ex cauſa extrinſeca. Quaſi Sancti intenderint quòd beata Virgo incurrerit peccatum originale non de facto, ſed de debito, hoc eſt quia debuit contrahere originalem maculam, ſed nõ contraxit de facto, ſimiliter quòd quantum eſt ex ſe, beata Virgo contraxiſſet peccatum originale: ſed de facto non contraxit ex cauſa extrinſeca, Deo ſcilicet præſeruante per ſuam gratiam. Hanc, inquam, gloſſam excludunt, tum quia ly de debito, & ly quantum eſt ex ſe, eſt conditio ſecundum quid aut diminuens quoniam habens aliquid quantum eſt ex ſe, vel de debito, non habet illud ſimpliciter & abſolutè, ſed ſi ſolum ex debito habet, ſecundum quid habet: & ſi ſolum quantum eſt ex ſe habet non habet illud, ſed oppoſitum illius. Sancti autem & doctores dicunt, ꝙ beata Virgo habuit peccatum originale ſine vlla conditione ſecundum quid, aut diminutione, ac per hoc ſimpliciter & abſolutè. Tum quia non deerant vocabula ſanctis & doctorib. quib. debiti originalis peccati in beata Virgine, & non peccatũ ipſum explicarent. Tum quia petendum eſt ab illis, ſi verba iſta, beata Virgo fuit concepta in peccato originali, & ſimilia non explicant quòd ipſa de facto contraxit originale peccatum, quibus verbis vti debebant ſancti & doctores ad hoc explicandum. In his nanque explicatur perſona beatæ Virginis nominatim, vt ſubiectum originalis peccati: explicatur tempus conceptionis, explicatur originale peccatum, explicatur factum per ly concepta eſt, contraxit & ſimilia: quid vltra debuit apponi? Et ſi iſta hoc non ſignificant, conſequẽs eſt, vt dicentes oppoſitum, ſcilicet beatam Virginem non eſſe conceptam in peccato originali, non ſignificant hoc quod dicunt. Fatuæ ergo atque temerariæ ſunt huiuſmodi non extorſiones, ſed corruptiones authoritatum, locutionumque Latinarum.

¶ Repellunt etiam dictæ authoritates gloſſam de conceptione ante infuſionem animæ vel in ipſo inſtanti infuſionis animæ, quaſi Sancti & doctores intendant, quòd beata Virgo fuit concepta in peccato originali, quo ad conceptionem ante infuſionem animæ, & non quo ad conceptionem in infuſione animæ. Tum quoniam ſancti & doctores ita loquuntur de conceptione beatæ Virginis in peccato originali, ſicut de conceptione aliorum hominum per commixtionem ſeminum genitorum: conſtat autem quòd ſermo ſemper eſt de conceptu in infuſione animæ: ergo &c. Tum quoniã ante infuſionem animæ non habet locum peccatum originale quoniam ſine anima rationali non inuenitur culpa originalis. Tum quoniã loquuntur de beata Virgine, conſtat autem quòd ante infuſionem animæ non erat beata Virgo: Reſtat ergo, vt ſola illa ſtultitia pro gloſſa Sanctorum & antiquorum doctorum admiſſione digna ſit, ſcilicet ſi Sancti & priſci doctores nunc eſſent, dicerent oppoſitum. Hanc ergo gloſſam ita veram putauerim, quẽadmodum verum puto, quòd ſi Chriſtus nunc in terris conuerſaretur, mutaret doctrinam fidei ſuæ vt cõformaret ſe populis, &c. Stant igitur ſolidæ allatæ Sãctorum & doctorum authoritates ad ſuſtinendum beatam Virginem conceptam eſſe in peccato originali: & propterea rationabilem probabilemque eſſe partem illam conſtat.

CAPVT V.

Quantum valeant argumenta tenentium Beatam virginem ab originali fuiſſe præſeruatam.

ALterius autem partis (ſcilicet quòd beata Virgo præſeruata eſt de ſpecialiſſima gratia à ma

cula

culpa peccati originalis) probabilitas affertur ex nomine, ex authoritate doctorum modernorum, ex determinatione ſynodi, ex cultu eccleſiaſtico, ex indulgẽtia conceſſa, ex communitate ſequacium, ex ſcandalo piarum aurium, ex pietate opinionis, ex reuelationibus nouis, ex miraculis. Quæ ſigillatim examinanda ſunt pro veritatis honore.

Primū argumentū à Sanctorum & doctorum dictis.

Doctores tenentes beatam Virginem eſſe præſeruatam, ſunt numero infiniti, ſi ad modernos ſpectemus, Paulò antè tamen aliqui, licet pauci fuerunt: vt Scotus, Franciſcus de Maironis. Et beatæ Brigidæ reuelatum dicitur beatam Virginem præſeruatam eſſe ab originali peccato.

¶ Sed hæc probabilitas valde exigua eſt: tum quia eſt contra tot Sanctos: & nullus eſt inter iſtos Sanctus. Sanctæ autem Brigidæ è regione ponitur ſancta Catharina de Senis, quæ dixit ſibi reuelatum eſſe oppoſitum: vt refert Archiepiſcopus Florentinus in prima parte ſummæ ſuæ titulo ſeptimo, capitulo ſecundo, circa finem.

Et maiori fide digna videtur ſancta Catharina: quia canonizata eſt ſicut cæteri ſancti: ſancta verò Brigida canonizata eſt tempore ſchiſmatis, quo nullus habebatur certus & indubitatus Papa, à Bonifacio in ſua obedientia nono. Tum quia in iis, quæ ſunt fidei, magis ſentiendum eſt cum antiquis, quàm cum modernis. Tum quia ipſe Scotus, qui primus doctor aut inter primos introducit hanc opinionem, timet hanc opinionem ſequi. Nam in 3. ſenten. diſt. 3. quæſtione 1. poſt tractatas de conceptione Virginis cum peccato, aut ſine peccato originali opiniones, dicit, Quod autem horum factum ſit, Deus nouit: ſi authoritati eccleſiæ, vel authoritati Scripturæ non repugnet, videtur probabile quod excellentius eſt attribuere Mariæ.

¶ Quod autem noui ſint omnes doctores, hanc opinionem tenentes patet ex eo, quòd Magiſter ſententiarum de Sanctorum teſtimonio in re hac dicit in 3. diſtin. 3. Sane dici poteſt, & credi oportet iuxta Sanctorum atteſtationis conuenientiam, ipſam (ſcilicet carnem Chriſti) prius peccato fuiſſe obnoxiam ſicut & reliqua virginis caro: ſed ſancti Spiritus operatione ita mundatam, vt ab omni peccati contagione immunis vniretur verbo. Hæc ille. Et ſanctus Bonauentura in 3. ſent. diſt. 3. q. 1. loquens de authoritate ſanctorum, dicit, Nullus autem inuenitur dixiſſe de iis, quos vidimus & audiuimus auribus noſtris beatam Virginem fuiſſe ab originali peccato immunem in ſui conceptione. Et Adam anglicus in 3. ſent. diſt. 3. dicit, Si credendum eſt dictis Sanctorum, tenendum eſt beatam Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali: & nullus Sanctorum inuenitur dixiſſe contrarium. Hæc ille. Et ipſe Franciſcus de Maironis in 3. diſtin. 3. q. 1. ar. 4. dicit quòd non obſtãte quòd B. Virgo fuerit præſeruata à peccato originali, propter dicta tamen Sanctorum poſſumus dicere quòd aliquo modo peccatum originale contraxit. In quibus verbis ipſemet oſtendit, quòd dicta Sãctorum cogunt ad confitendum peccatum originale in beata Virgine. Ipſe enim labor iſtorum ad gloſſandum dicta Sanctorum teſtatur, quòd ſancti contrarium ſuæ opinionis ſonant. Quamuis vanus ſit eorum labor, niſi ad authoritates Sanctorum, quæ in cõmuni de humani generis originali peccato loquuntur, referatur. Illæ nanque quæ de originali peccato in beata Virgine in indiuiduo contracto loquuntur, gloſſari nequeunt: vt patet ex dictis. Propterea non eſt mirum, ſi nullus Sanctus, nullus illuſtris doctor antiquus pro hac parte affertur, niſi forte à falſariis. Vnde authoritates quorundam Sanctorum (ſcilicet Auguſtini, quum de peccatis agitur de Maria propter honorem Domini, nolo habere quæſtionem. Et Anſelmi, decuit, vt mater Domini ea puritate niteret: &c. Et Sancti Thomæ in primo ſent. Immunis fuit ab omni peccato, &c. & ſi quæ ſunt ſimiles quæ pro hac opinione afferuntur) licet ſcholaſtica diſputatione non ſit indignæ; à iudicio tamen veritatis procul eſſe debent: quoniam non ex dictis facilè veras gloſſas & expoſitiones rationabiles habentibus extorqueri debet hæc ſingularis veritas, ſed debent afferri authoritates Sanctorum & antiquorum non in genere, ſed in ſpecie peccati originalis maculam negantes à beata Virgine, non tempore conceptionis Ieſu Chriſti, ſed tempore conceptionis propriæ: vt nos fecimus pro oppoſita opinione, prætermittendo communia. Conſtat nihilominus allatos tres Sanctos expreſsè docuiſſe beatam Virginem cum peccato originali conceptam: vt patet ex allegatis.

Argumentum ab authoritate Baſilien. ſynodi.

Determinaſſe quoque dicitur Baſilien. ſynodum in ſeſſione 36. pro hac opinione in hæc verba, Nos diligenter inſpectis authoritatibus & rationibus, &c. doctrinam illam aſſerentem glorioſam Virginem præueniente & operante diuini numinis gratia, ſingulari, nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato, tanquam piam & conſonam cultui eccleſiaſtico, fidei catholicæ, rectæ rationi & ſacræ Scripturæ, ab omnibus catholicis approbandam fore tenendã & amplectandam diffinimus & declaramus: nullique de cætero licitum eſſe in contrarium prædicare ſeu docere. Hæc ibi, Anno Domini, 1439. 15. Cal. Octobris.

¶ Sed iſthæc determinatio multo minus prodeſt, quàm prima: tum quoniam congregatio illa Baſilië. tunc temporis non erat ſynodus, nec concilium, ſed erat ſchiſmatica: vtpote ſciſſa à capite eccleſiæ Eugenio quarto: vt patet ex ordine ſeſſionum: nam in 34. ſeſſione, 7. Cal. Iulii depoſuerunt de facto Eugenium, & poſt in ſeſſ. 36. quintodecimo Calen. Octobris ſequentis determinarunt de conceptione. Vnde hinc non niſi ſynagogæ Satanæ authoritas afferri poteſt: quòd licet etiam ipſa verba allata contraria dictis Sanctorum, vt in ſupra allegatis patet, manifeſtent, vniuerſalis tamen eccleſia adorans tunc & poſt continuè vſque hodie dictum Eugenium: & Nicolaum quintum eligens ac ſuſcipiens ſuperſtite antipapa Baſilien. conciliabuli Amadeo locupletior teſtis eſt. Quocirca allegare Baſilienſem ſynodum pro tempore illo, quo fuit ſchiſmatica, perinde eſt ac ſi allegaretur Piſanum nuperrime contra Iulium ſecundum celebratum conciliabulum: quod vidimus omnes, & manibus tetigimus fuiſſe ſchiſmaticum.

Tum quoniam dicto conciliabulo è regione opponitur verum ac venerandum concilium ex Ferraria in Florentiam trãſlatum Græcorum & Latinorum ſub prædicto Eugenio quarto: vbi inter dogmata fidei traduntur hæc verba. Firmiter credit, profitetur, & docet ſacroſancta Romana eccleſia, neminẽ vnquam ex viro fœminaque conceptum à diaboli dominatu fuiſſe liberatum, niſi per fidem Mediatoris Dei & hominum Ieſu Chriſti domini noſtri: qui ſine peccato cõceptus, natus, & mortuus, humani generis peccata delendo, ſolus ſua morte proſtrauit, & regni celeſtis introitum, quod primus homo peccato proprio cum omni ſua ſucceſſione perdiderat, reſerauit. Hæc ibi. Quæ pro tanto inducta ſunt, vt appareat, quòd illo tempore, quo res in quæſtione erat, vniuerſalis eccleſia ſolum Chriſtum excepit ab originali peccato: quod non erat dicendum, ſi beata quoque Virgo excipienda eſſet.

Argumentum ab eccleſiaſtico cultu.

¶ Eccleſiaſticus deinde cultus affertur, quod iam per omnes fere eccleſias Latinas feſtũ conceptionis non ſanctificationis celebratur: inſinuando per hoc, quòd

non

non ſanctificata eſt à peccato originali:ſed concepta eſt ſine illo beatiſſima Virgo.

¶ Sed hæc probabilitas dupliciter deficit. Primò quia multæ eccleſiæ ſunt per orbem diffuſæ celebrātes in illo die ſanctificationem nō conceptionem. Et in hoc eccleſia vnumquenque in ſuo ſenſu abundare permittit. Secundò, quia conſtat, quod à quibuſcunque catholicis celebratur hoc feſtum, celebratur ratione ſanctificationis beatæ Virginis in vtero matris ſiue illa ſanctificatio fuerit præueniens, & quaſi præoccupans peccati originalis actualem incurſum, vt opinio iſta dicit: ſiue fuerit mundans ab originali peccato iam contracto, vt altera dicit opinio. Quocirca omnes conueniunt in ſanctificatione beatæ Virginis & quòd fuit in vtero, & quòd eſt tanquam celebrāda iuxta illud, Tu ſolus ſanctus, Mariam ſanctificans. Licet differant in effectu ſanctificationis, an ſcilicet præſeruauerit, an mundauerit à macula. Et propterea rationabiliter ab omnibus diceret celebrari dies conceptionis ſub nomine ſanctificationis vt nomen conſonaret rei.

Argumētū ab indulgē tiis.

Indulgentia verò conceſſa nihil confert huic opinioni ſicut nec feſti celebritas: quia ad honorem beatæ Virginis ob gratiam propriæ ſanctificationis in vtero fertur, relinquendo ambiguum an præſeruans à macula, an mundans fuerit gratia illa, vt dictum eſt.

Argumētū à ſequacib.

¶ Quòd autem iam communis facta ſit hodie iſta opinio (ita vt omnes ferè catholici Latinæ eccleſiæ arbitrentur obſequium ſe præſtare Deo in huiuſmodi ſequela opinionis) ex eo reddit opinionem probabilem: quia probabile eſt quod multis videtur. Sed probabilitas hæc vulgarem authoritatem non excedit: & eiſdem contra ponitur, quòd probabile in veritate eſt, quod videtur ſapientibus: qui vt patet ex ſuprædictis, contrariam ſecuti ſunt opinionem. Vulgus autem probabile in apparentia non in veritate conſtituit.

Argumētū à ſcandalo

¶ Qui ſcandaloſa deinde dicitur oppoſita opinio & piarum aurium offenſiua à multis etiam vniuerſitatibus Theologorum, probabilis redditur iſta opinio. Sed quoniam vniuerſitates contra tot Sanctorum & communem priſcorum doctorum doctrinam in his, quæ ſunt fidei, præſumptuoſæ ſunt, & ſcandalum hoc non actiuum, ſed paſſiuum inſipientium eſt potius quàm piarum aurium imò Phariſæorum conuinceret eſſe, declarata eis veritate, ideo nihil ex hoc probabilitatis ſortitur opinio hæc niſi apud ignorantes.

Argumētū ab aurium pietate.

¶ Pietas denique huius opinionis magna eſſe dicitur: quoniam pium valde eſt credere, quòd beatæ Virgini quicquid gratiæ, conferri potuit, ſub Chriſto tamen, totum collatum eſt: quoniam illi dixit Angelus, quod erat plena gratia, &c. Sed hæc radix zelo quidem innititur ſed non ſecundum ſcientiam: propter quòd à fide ad deuia multa abduceret: iuxta hāc ſiquidem vocatam pietatis regulam liceret cras credere, quòd beata Virgo fuit concepta de Spirituſancto, & tamen ſub Chriſto: quia propterea non eſſet Deus & homo. Poſſemus quoque dicere, quòd beata Virgo erat in hac vita ſimul viatrix & comprehendens, & tamen ſub Chriſto, quia non in tam alto beatitudinis gradu. Poſſemus etiam adhuc dicere, quòd ipſa fuit Deus & homo: & tamen ſub Chriſto, quia Chriſtus maſculus, & ipſa mulier: Chriſtus vniuerſalis redemptor per ſuam mortem, ipſa non. Et multa fortè alia erronea aliquis ex tali pietate deduceret. De ſolo namque vnigenito Dei credimus, quòd non ad menſuram datus eſt Spiritus: beatæ autem Virgini. & reliquis ſecundum menſuram donationis Chriſti plus & minus, prout voluit, datum credimus. Si tamen reſtringatur ad actualem munditiam à peccati macula dicta propoſitio, & dicatur quòd pium eſt credere, quòd beatæ Virgini quicquid gratiæ, ſub Chriſto tamen conferri potuit ad actualem munditiam à peccati macula collatum eſt, fateor quòd pia eſſet credulitas iſta, niſi Sanctorum authoritates obſtarent. Quod Scotus timuit: ſed minus docti non timent: propterea fortaſſis, quia ad pauca reſpicientes de facili enunciant.

¶ Nouæ autem reuelationes contra tot ſanctos, & antiquos doctores. Angelum ſatanæ in angelum lucis transformatum, aut phantaſias, vel etiam figmenta ſapientibus ingerere videntur. Hæ ſiquidem cum vocatis miraculis, quæ in hac cauſa afferuntur pro mulierculis, non pro ſacra ſunt ſynodo: vnde nec cenſeo digna de quibus verba fiant.

Ex omnibus autem dictis facile eſt colligere, quòd neutra pars propoſitæ quæſtionis in ſenſu quo vertitur in dubium, eſt neceſſariò credenda: & quòd altera (ſcilicet dicens, beatam Virginem eſſe mundatam ab originali peccato) eſt probabilis: altera verò (ſcilicet dicens, beatam virginem eſſe præſeruatam à macula originalis peccati) eſt tolerabilis: & apud ſic affectos vel aſſuetos, aut varè Theologiæ ſanctorum parum, aut nihil habentes probabilis.

¶ Hæc ſunt, beatiſſime pater, quæ ſanctitati tuæ, cuius correctioni atq; iudicio hæc, & reliqua à me tā ſcripta, quàm ſcribenda ſubmitto, offerenda occurrunt. Vnde euidenter cernitur pars credens, beatiſſimā Virginem ab originali peccato mundatam in ſinu Sanctorum, & ſacrorum doctorum priſcorum quieſcens, nilq; ſibi timēs à ſacroſancta ſynodo (quādoquidem à Spirituſancto, quo inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines contrariè in fide ſententiæ prodire nequeunt) quin potius ſperat, ſi decernendum aliquid eſt, ſe ipſam tanquam probabiliorem, & ſanctorum ac doctorum dictis conſonam approbandam: exemplo Viennen. ſynodi ſub Clemente quinto, quæ de Baptiſmi effectu decreuit partem probabiliorem, dictis ſanctorum & doctorum conſonam. Pars verò reliqua credens, beatam Virginem à macula originalis peccati præſeruatam, multitudine ſequacium & fauoris amplitudine conſpicua apparet. Supereſt igitur, P. S. vt inter quindecim ſanctos (Auguſtinum, Ambroſium aliosque, quorum expreſſa ſunt nomina) nec non innumeros Doctores antiquos ex vna, & pauidum in cauſa hac Scotum, Franciſcum de Maironis, Petrum Aureoli (contra tamen patres ſui ordinis) modernos, & promiſcui vulgi clamores ex alia, medius tu arbiter à Chriſto datus, in hac ſancta Lateran. ſynodo religioni Chriſtianæ vel veritatem firmiter amplectendam tradere, vel à publicis oblocutionibus & ſcandalis conſulere digneris memor illius oraculi, non in multitudine, nec in commotione Dominus. Vale felix ſemper Aug. Romæ anno ſalutis 1515.

¶ Tractatus de conceptione beatæ Mariæ virginis, editi per Thomam de Vio. Caietano Cardinalē Sancti Xiſti, finis.

TRACTATUS SECUNDUS

Thomæ de Vio. Caietani, Card. S. Xiſti. de Erroribus contingentibus in Eucharistiæ Sacramento in duodecim capita diuiſus.

1 *Quomodo Ioannis 6 dominus non modo de*

ſida

fide formata in ipſum habenda, ſed de ipſius ſpirituali manducatione in eucharistiæ ſacramento, locutus fuerit.

2 *Quod Dominus Io. 6. dicens, Caro non prodeſt quicquam, non excluſit ab euchariſtiæ ſacramento carnem ſuam, nec veram corporis ſui ſpiritualem manducationem.*

3 *Quòd falſum ſit Theologos opinari in Euchariſtiæ ſacramento corporaliter & perceptibiliter ſumi corpus Chriſti.*

4 *Quomodo non falsò, ſed verè exiſtimant Theologi fidem venire hominis iudicio & electione, & extendi vſque ad ſenſibilia.*

5 *Quòd ſibi inuicem minimè aduerſantur hæc, in Euchariſtiæ ſacramento verum Chriſti corpus eſſe, & ſpiritualiter tantum manducari.*

6 *Quomodo docuerunt Theologi non eſſe cogitandum de myſterio Euchariſtiæ.*

7 *Quomodo catholicè ſint exponenda verba ipſa formæ Euchariſtiæ.*

8 *Quomodo non falſum, ſed verum ſit deleri peccata per hoc ſacramentum Euchariſtiæ.*

9 *Quomodo Euchariſtiæ ſacramentum ſit ſacrificium & in miſſa offerri ſit inſtitutum à Chriſto, vel ab apoſtolis.*

10 *Quomodo non ſit idolatria adorare ſanctum Euchariſtiæ ſacramentum.*

11 *Quòd nullus vnquam ſanctorum doctorum verbis ſuis fouerit Chriſti corpus eſſe in euchariſtiæ ſacramento vt in ſigno.*

12 *Quòd non duæ, ſed vna tantum ſit ſalutis via his, qui fidem habent de Euchariſtiæ ſacramento.*

PRIMVM caput eſt, quòd Dominus Io. 6. non loquitur de euchariſtia. Tum quia loquitur de fide & fiducia hominum in Chriſto. Tum quia ibidem dicitur, Qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Conſtat autem multos ſumere euchariſtiæ ſacramentum, & non manere in Chriſto per fidē charitate formatam.

Circa hoc caput aduerte erudite lector, aliquid dici verum, & aliquid falſum. Verum quidem eſt, quòd in ca. 6. Ioan. Dominus loquitur de fide formata charitate in ipſum habenda: vnde & prius loquitur de credenda diuinitate ſua: & deinde de credenda morte ſua pro vita mundi. Falſum autem dicitur, pro quāto excluditur à ſermone illo fides ſacramenti Euchariſtiæ.

¶ Ad cuius euidentiam mementó, quòd tria inueniuntur in euchariſtia: ſcilicet ipſum ſacramentum, quod adoramus, & manducatio ſacramentalis, quæ eſt communis bonis & malis, dicente Apoſtolo 1. ad Corinth. 11. Qui manducat & bibit indignè. Vbi clarè patet indignos manducare & bibere ſacramentali manducatione & potu: hoc eſt, ſumunt hoſtiam ſacratam vt ſacramentum, non vt panem, ſumunt enim credendo illud eſſe ſacramentum corporis Chriſti. Tertiò interuenit manducatio ſpiritualis, quæ eſt propria bonis, quæ fit per fidem formatam charitate: quæ eſt propria bonis, quæ fit per fidem formatam charitate: quæ eſt profectio animæ ſecundum vitam ſpiritualem, ſecundum vitam de qua dicitur, Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus, ad Gal. 2. His autem tribus inuentis circa ſacramentum Euchariſtiæ, ex eo quòd in hoc capite Dominus non loquitur de vno eorum (ſcilicet de ſacramentali manducatione) non vere infertur, quòd excludantur reliqua duo, ſtat enim quòd de reliquis duobus loquatur, de ſacramento ipſo, & de manducatione ſpirituali ſacramenti. Et quidem quòd loquatur de manducatione ſpirituali, verba ipſa ſonant dicendo, Qui mā ducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Manducare enim ſpiritualiter Euchariſtiæ ſacramentum, eſt per fidem formatam charitate in Chriſto manere, & econuerſo Chriſtum in ipſo manere. Quòd de ſacramento quoque ipſo loquatur, apparet. tum quia in futuro loquitur, dicens, Panis, quem ego dabo: nondum ſiquidem inſtituerat ſacramentum Euchariſtiæ, quum hæc diceret in ſynagoga Capharnaum: conſtat enim quòd ſacramentum Euchariſtiæ inſtitutum eſt Hieroſolymis in nocte, qua tradebatur. Tum quia diſtinguit manducare & bibere, dicens. Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Si nanque de fide ſolius mortis ſuæ pro vita mundi loqueretur, ſat fuiſſet explicare mortem ſuam pro vita mundi per ſeparationem carnis a ſanguine, quæ in cruce facta eſt: ſed vbi non ſolùm carnis & ſanguinis ſeparationem pro vita mundi, ſed carnem præcepit manducandam, & ſanguinem bibendum, ſi vitam vellemus habere in nobis ipſis inſinuauit, quòd ſacramentum erat inſtituturus corporis & ſanguinis ſui per modum cibi & potus: ita quòd niſi ſpiritualiter manducauerimus, & biberimus carnem, & ſanguinem in cruce immolāda & in ſacramento continenda: non haberemus vitam in nobis. Significatur ſiquidem per hoc, quòd de neceſſitate ſalutis tenemur credere etiam Euchariſtiæ ſacramentum.

¶ Accedit ad hæc quòd Ioannes Euangeliſta (cuius ſtudium fuit ſcribere altiſſima Chriſti myſteria, minus ab aliis Euangeliſtis explicata) tractans cœnā Domini, nihil de ſacramento euchariſtiæ ſcripſit, quia ſacramentalem vſum alii Euangeliſtæ expreſſerant, ſpiritualem autem cum illius effectu, ipſe hic deſcripſerat: dicens, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, &c. Niſi n. tanti ſacramenti rationem Ioannes habuiſſet, nō tanta fuiſſet vſus diligentia ad diſtinguendum actus manducandi & bibendi, ad declarandum vtrunque coire in vnum in præſenti (ſcilicet manere in Chriſto, & econuerſo) ad declarandum effectum perpetuum vtriuſque vitam æternam, ad declarandam vtriuſque neceſſitatem, Niſi manducaueritis, &c. Hæc enim omnia collecta præ ſe ferunt, quòd de manducatione & potatione ſpirituali non ſolùm mortis

Chriſti,ſed ſacramenti mortis Chriſti ſub ſpecie cibi & potus, Euangeliſta ſcribebat.

¶ Ex his omnibus collatis cum textu euangelico videre facilè potes, erudite lector, quòd licet verum ſit & quòd de fide formata Chriſti filij Dei ac mortis eius pro vita mundi, & quòd non de manducatione ſacramentali eſt ſermo in capite ſexto Ioannis: nõ tamen verum eſt excludi à capite illo fidem formatã ſeu manducationem ſpiritualem ſacramenti eucharistiæ. Hæc de primo.

CAPVT II.

Quòd Dominus Ioannis 6. dicens, Caro non prodeſt quicquam, nullo modo excluſit ab euchariſtiæ ſacramento corporis ſui veram & ſpiritualem manducationem.

SEcundum caput eſt, ꝙ Dominus Ioannis quoque 6. dicens, Caro non prodeſt quicquam, excluſit à ſacramento Euchariſtiæ veram ſuam carnem quia ſenſus proprius eſt, Caro comeſta non prodeſt quicquam. Et hunc eſſe naturalem ſenſum, patet ex eo quòd Iudæis quærentibus, quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum? Dominus dixit, Caro non prodeſt quicquã. Ex hoc enim, quòd quæſtio & ſermo de manducatione erat, conſequens eſt vt de carne relata ad manducationem dictum ſit, Caro non prodeſt quicquam: quod eſt dicere, Caro comeſta non prodeſt quicquã. Hinc enim ſequitur, ꝙ caro in hoc ſacro non comedatur, ꝙ ſi nulla fit in hoc ſacramẽto caro (vtpote quæ nihil prodeſt) nulla debet in hoc ſacramento de carne quæſtio eſſe: quia caro non prodeſt quicquam.

Circa hoc caput, quia pro fundamento firmiſſimo totius erroris aſſumitur, & millies repetitur, aduerte primò non eſſe naturalem ſenſum literæ Caro non prodeſt quicquam: gloſſare, Caro comeſta non prodeſt quicquam: quoniam expreſsè contradicit euangelico contextui. Nam ibidem, eodemque contextu Dominus dicit, carnem ſuam comeſtam dare vitam æternam: ait enim, Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam. Non ſolum ergo contra ſenſum, ſed contra verba Domini eſt gloſſa iſta: Caro comeſta non prodeſt quicquã. At ſi quiſpiam excuſet gloſſam dicendo, quòd mens gloſſatoris eſt non de comeſtione ſpirituali, ſed de comeſtione carnali gloſſare, habeat tunc inuentum: quia verba Domini ſic gloſſata non excludunt carnem Chriſti ab hoc ſacramento, quoniam eccleſia non docet carnem Chriſti carnaliter manducari in hoc ſacramento. Si enim caro carnaliter comeſta excluditur à ſacramento, optimè excluditur: ſed non poteſt propterea inferri, Ergo vera Chriſti caro excluditur à ſacramento: quia caro Chriſti vera ſpiritualiter cõcludenda eſt in hoc ſacramento: & comeſta ſpiritualiter in hoc ſacramento, dat vitam æternam. Et vſque adeo ſpirituali comeſtioni hoc tribuimus, vt fateamur, quòd quantumcunque caro Chriſti ſumatur in ſacramento, niſi ſpiritualiter manducetur, non prodeſt quicquam.

¶ Aduerte ſecundo, quòd germanus ſenſus dupliciter poteſt explicari: & vtroque modo in vnam & eandem ueritatis ſententiam redit. Vbi nota, quòd Chriſtus non loquitur in iſtis verbis plus de carne ſua, quàm de aliena, ſed ſimpliciter abſolute de carne: non enim dicit, Caro mea non prodeſt quicquã, ſed Caro non prodeſt quicquam. Rurſus Chriſtus loquitur de carne, e regione diſtinguendo carnem à ſpiritu: vt contextus teſtatur euangelicus, dicens, Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam proculdubio ad viuificandum.

¶ Alter itaque modus intelligendi eſt, Caro ſola non prodeſt quicquam: ita quòd ly, ſola, excludat ſpiritum. Ac ſi dictum ſit, Caro ſine ſpiritu non prodeſt quicquam ad vitam æternam, quia ſpiritus eſt qui viuificat. Et hæc gloſſa fundatur, tum ſuper verbum, Caro, abſolute prolatum: conſtat enim carnem ſimpliciter & abſolute ſine ſpiritu, nihil conferre ad vitã æternam. Tum ſuper diſtinctionem carnis contra ſpiritum à Domino inductam. Firmatur quoq; hæc gloſſa: quia applicata ad propoſitum inuenitur quadrare. Tum quia de carne Chriſti, quæ deſcripta eſt dans vitam æternam manducata, modo aperitur, ꝙ ſine ſpiritu nihil prodeſt ad vitam æternam. Et vere ſic eſt, quia caro Chriſti quantumcunque crucifixa pro nobis, nihil prodeſt ſine ſpiritu adoptionis filiorum Dei. Tum quia Iudæis quærentibus, Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum, directe reſpondetur, quòd non de ſola carne fuit ſermo, quum dictum eſt, caro mea vere eſt cibus & Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, &c quia caro ſola non prodeſt quicquam ad vitam æternam: ſed de carne comitata ſpiritu: quia Spiritus eſt qui viuificat: vt ſic intelligere poſſent, quòd eius caro quidem eſſet manducanda, ſed Spiritu interueniente, ſed Spiritu faciente manducationem: nam efficiente Spiritu manducationem carnis meæ erit quod dixi, Qui manducat meam carnem hãbet vitam æternam.

¶ Alter modus eſt, quòd caro non eſt nomen ſubſtantiale, ſed carnalis officij hoc in loco, & ſignificat cibum carnalem. Ita quòd ſenſus eſt, Cibus carnalis non prodeſt quicquam. Et hic ſenſus ex eodem procedit fonte: quia ſcilicet de carne abſolute, nõ de carne ſua ſpecialiter dicit, Caro non prodeſt quicquam ꝙ caro diſtinguitur contra ſpiritum: & vbi de manducatione eſt ſermo, & dicitur, ſpiritus eſt qui viuificat caro non prodeſt quicquam: ſenſus eſt, quod carnalis cibus non prodeſt quicquam, ſpiritualis autem cibus eſt qui viuificat. Et hoc directe reſpondet quæſtioni Iudæorum, qui non de ſubſtantia, ſed de modo quærebant, Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuã ad manducandum? Præſupponebat carnem & quærebant modum. reſpondet Dominus ꝙ modus non eſt carnalis, ſed ſpiritualis: quia caro, id eſt cibus carnalis, non prodeſt quicquam ad vitam æternam, ſpiritualis autem cibus eſt, qui viuificat animam.

¶ Quòd enim in Scriptura ſacra caro ſumatur quandoque non pro ſubſtantia carnis ſed pro officiis carnalibus, patet in Apoſtolo primæ ad Cor. 15. dicente, Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. Conſtat enim quòd non excluditur à regno Dei ſubſtantia carnis & ſanguinis (Quoniam reſurgemus, ſicut Chriſtus, carnem & oſſa habentes) ſed carnalia officia. Quòd autem in hoc loco caro non ſumatur pro ſubſtantia carnis, ex ipſomet euangelico contextu patet. Nam ibidem Dominus dixit de ſubſtantia carnis ſuæ, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Hinc enim clare patet, quòd ſubſtantia carnis eius ſpiritualiter manducata prodeſt multum, & viuificat: vtpote dans vitam æternam, Non ergo de ipſa ſubſtantia carnis dictum eſt, Caro non prodeſt quicquam, Quòd autem de carnali officio ad literam ſit intelligandum, patet tum ex eo, quòd Iudæis carnaliter quærentibus, Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum: directe reſpondetur, quòd caro, id eſt carnalis cibus non prodeſt quicquam, ſed ſpiritualis cibus facit vitam æternã, vt per hoc intelligere poſſent quòd quum dictum eſt. Niſi manducaueritis carnem filij hominis. & Ca-

ro mea verè eſt cibus, &c. non de carnali cibo, ſed de ſpirituali fuit ſermo. Dum quia ſicut Nicodemũ alloquens Dominus de generatione ſpirituali, poſtquã dixerat, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu non poteſt introire in regnum Dei, ſtatim ſubiunxit ad excludendã generationem carnalẽ: Quod natum eſt ex carne caro eſt: & quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt: ita Iudæis quærentibus, Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum: dixit, ſpiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam: ſignificans quòd cibus carnalis non prodeſt niſi carni, cibus autem ſpiritualis eſt qui viuificat. Et ſi vnico verbo vtrunque modum exponendi placet complecti, dic, Caro carnaliter non prodeſt quicquam ad vitam animæ, ſpiritu autem prædita viuificat.

¶ Ex his omnibus habes erudite lector, quòd licet verum ſit, quòd de carne relata ad manducationem dominus loquatur, dicens, caro nõ prodeſt quicquam: falſum tamen eſt, quòd loquatur de carne comeſta: ſed loquitur de carne, vt cibo carnali. Falſum quoque eſt, quò per hæc verba excludatur ab Euchariſtia vera Chriſti caro. Et ſi proterios ex euangelicis, verbis vis conuincere, petito, an caro Chriſti mãducata ſpiritualiter, proſit ad vitam æternam: ſi prodeſt, ergo vera Chriſti caro comeſta prodeſt: ergo ex hoc, quòd Dominus dicit, Caro non prodeſt quicquam, non excluditur quin caro Chriſti ſpiritualiter manducata proſit. ſi non prodeſt, quia caro non prodeſt quicquam, ergo falſum eſt ꝙ Dominus ibidem dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Hæc de ſecundo.

CAPVT III.

Quòd falſum ſit Theologus opinari in Euchariſtia ſacramento corporaliter & perceptibiliter ſumi corpus Chriſti.

TERTIVM caput eſt, quòd Theologi prætendunt corporaliter & præceptibiliter in euchariſtia ſumi corpus Chriſti: iuxta coactam confeſsionem Berengarij, de conſecratione, diſtinctione ſecunda. Ego Berengarius.

¶ Circa hoc caput conſtat falſiſsimum eſſe, ꝙ theologi dicunt corpus Chriſti corporaliter & perceptibiliter ſumi: quoniam & ſpiritualiter & non percipiendo (ſiue ſenſu, ſiue intellectu) ſed credendo dicunt corpus Chriſti ſumi in euchariſtia: ſacramentales autem ſpecies corporaliter & perceptibiliter ſumũtur.

¶ Verba autem confeſsionis Berengarij ex ratione dicendi interpretanda ſunt. Quia enim Berengarius errorem, quẽ iſte ſuſcitare conatur, ſecutus eſt, (ſcilicet quòd in ſacramento Caro Chriſti erat ſicut in ſigno tm̃, & eccleſia catholica fatetur carnem Xp̃i non ſolùm ſignificari, ſed contineri in hoc ſacramento) ideo Patres in concilio decreuerunt in deteſtationem talis erroris, quòd confiteretur Berengarius: corpus Chriſti ſenſibiliter ſumi manibus ſacerdotum, tractari, & dentibus conteri: vt intelligerent Chriſtiani per hæc verba, quòd fideles ſumendo euchariſtiam, ſumunt non ſolùm ſacramentum (hoc eſt ſacrum ſignum carnis Chriſti) ſed ſumunt etiam ſpeciem continentem carnem Chriſti, quòd hæretici iſti negant & impugnant. Et non intelligebant Patres, nec volebant intelligi, quòd Caro Chriſti in ſe ipſa ſentitur, tãgit cõteritur dentib. hoc.n. nec ſomniant Chriſti fideles. Tota itaq; differentia in hoc cõſiſtit, quòd qui prius confitebatur Chriſtum manducari in ſigno tantum, coactus eſt à fide catholica confiteri carnem Chriſti manducari non ſolum in ſigno ſed in continente ſacramento euchariſtiæ. Hæc de tertio.

CAPVT IIII.

Quomodo nòn falſo, ſed verè exiſtimant Theologi Fidem venire hominis iudicio & electione, & vſque ad ſenſibilia extendi.

QVartum caput eſt, quaſi theologi errent in duobus. Primo quòd putant fidem ex hominis venire iudicio atque electione. Secundo, quòd fidem ad res ſenſibiles extẽdunt: quum nullus credat quod ſentit, aut videt.

¶ Circa hoc caput ſcis erudite lector, falſum eſſe, quòd theologi dicant primum quoniam cum Paulo Apoſtolo ad Ephe. 2. fatentur fidem donum Dei eſſe, quòd quia non confertur inuito, ſed volenti, ſed diſpoſito ad illud voluntaria electione Chriſtianitatis, ideo diſpoſitiuè verificatur fidem pendere ex hominis electione.

¶ Secundum autem dictum noſti poſſe benè & malè intelligi. Nam ſi intelligeretur fidem extendi ad res ſenſatas tanquam ad res creditas, falſum eſſet: conſtat enim, quòd quæ creduntur, non ſentiuntur. Sed in hoc ſenſu non dicunt Theologi fidem extendi ad ſenſibilia, nam fatentur cum Paulo ad Heb. 11. quòd fides eſt eorum quæ non apparent. Si autem intelligitur, quod fides extenditur ad res ſenſibiles tanquam ad extrema rerum creditarum, optimè dicitur, & peſſimè reprehenditur, nam multæ res creditæ conſiſtunt in coniunctione rerum ſenſibilium cũ rebus inſenſibilibus: ac per hoc quum oporteat credere coniunctionem rei ſenſibilis cum re inſenſibili, neceſſe eſt tunc fidem extendi ad rem ſenſibilem tanq̃ ad alterum extremum coniunctionis creditæ. Et patet quod dicimus in myſterio incarnationis: Fide credimus, quòd Verbum caro factum eſt, & conſiſtit myſterium hoc in cõiunctione Verbi ad carnem ſenſibilem: nec poteſt credi iſta coniunctio, niſi credulitas extendatur ad carnem. Ita ꝙ ſi videremus Chriſtum hic præſentem, non crederemus carnem, quam videremus, ſed crederemus coniunctionem diuinitatis cum carne: ac per hoc extenderetur fides noſtra ad carnem viſam, non quatenus videtur, ſed quatenus eſt extremum inuiſibilis coniunctionis cum Deitate. Vnde habes clarè, quòd qui negat fidem ſic extendi ad ſenſibilia, negat fidem Chriſtianam eſſe de myſterio Verbi incarnati. Sic autem eſt in propoſito: quoniam non credimus, ſed videmus ſpecies ſacramenti euchariſtiæ, credimus autem præſentiam corporis Chriſti ſub illis ſpeciebus, ita quòd coniunctio ineffabilis illarum ſpecierum ad corpus Chriſti, ſub fide cadit: & nõ ſpecies ipſa, quæ palpatur, & videtur Hæc de quarto.

CAPVT V.

Quod ſibinuicem minimè aduerſantur hæc, in euchariſtiæ ſacramento verum Chriſti corpus eſſe, & ſpiritualiter tantum manducari.

QVintum caput eſt, ꝙ ſimul ſtare non poſſunt hæc duo, in ſacramento euchariſtiæ eſſe verum Chriſti cor-

ſti cor-

ſti corpus,& ſpiritualiter manducari,quia ſpiritus & corpus adeò à ſe diſtant, vt neutrum poſſit alterum eſſe:& dicere corporalem carnem ſpiritualiter manducari,nihil aliud eſt quàm dicere ſpiritum eſſe corpus,& econuerſo.

Circa Hoc caput, quia ridiculum eſt argumentū, manifeſtè videre potes,prudens lector,ꝙ digreditur à re ad modum rei. Nullus ita inſanit,vt dicat ſpiritum eſſe corpus : ſed dicimus corpus Chriſti habere modum eſſendi ſpiritualem in hoc ſacramento:quia eſt quidem in ſacramento verum corpus, ſed nō per modum corporis in ſacramento exiſtit, per modum quidem corporis exiſtit in cœlo,in ſacramento autē non exiſtit per modum corporis:non enim exiſtit occupando locum,ſed ſpirituali modo incomprehenſo ab intellectu humano,ſicut etiam incomprehenſus eſt modus vnionis verbi Dei ad humanitatem aſſumptam:ſicut & incomprehenſus eſt modus, quo vnus Deus eſt trinus in perſonis. Credimus . n. hæc omnia,quamuis non cognoſcamus illa . Et ſimiliter manducatur verum Chriſti corpus in ſacramēto,ſed non corporaliter,ſed ſpiritualiter. Et hoc eſt dictum ꝙ manducatio corporalis non maſticat Chriſti corpus quamuis conterat ſacramentales ſpecies corporis Chriſti, ſub quibus continetur vera caro Chriſti: ſed ſpiritualis manducatio , quæ per animam fit, ad Chriſti carnem,in ſacramento exiſtentam pertingit. Hæc de quinto.

CAPVT VI.

Quomodo docuerunt Theologi non eſſe cogitandum de myſterio Euchariſtiæ.

SExtum caput eſt, quòd Theologi docuerunt, vt non cogitent Chriſtiani in myſteriis euchariſtiæ, vt eo pacto veritas non prodeat in lucem.

Circa hoc caput , ridiculum ferè eſt reſpondere . Quia conſtat Theologos iuxta qualitatem perſonarum conſilia dare:& idiotas ac ſimplices hortari , vt ſufficiat eis credere tam ea quæ ſunt trinitatis,quàm ea quæ ſunt huius ſacramenti & prædeſtinationis & ſimilia:iuxta illud, Altiora te ne quæſieris:viros autē idoneos ad capiendum myſteria fidei hortari ad meditandum & ſciendum ex ſacris literis myſteria fidei & ſacramenti euchariſtiæ. Hæc de ſexto.

CAPVT VII.

Quomodo catholicè ſint exponenda verba ipſa formæ Euchariſtiæ.

SEptimum caput eſt,ꝙ in verbis conſecrationis Hoc eſt corpus meum:verbum,eſt,non eſt intelligendum ſecundum propriam ſignificationem : ſed vſurpatur extra propriam ſignificationem,ita vt ſumatur Eſt,pro, Significat:& eſt ſenſus,Hoc ſignificat corpus meum. Vnde corpus Chriſti non eſt in hoc ſacramento niſi ſicut in ſigno . Vbi quatuor dicuntur.Primum ꝙ in ſacra Scriptura pluries vſurpatur Eſt,pro,ſignificat:vt patet Gen. 41.& Matt.13.& Luc.8. Secundo redditur ratio,quare cogimur intelligere in verbis conſecrationis Eſt , pro , Significat:quia oportet alterum duorum dicere:aut ꝙ Chriſtus falſum dixit,dicendo , Caro non prodeſt quicquam,ꝙ eſt impium:aut ꝙ Eſt,ſumitur pro, Significat. Et patet ſequela:quia ſi, Eſt,ſumitur propriè eſſet in hoc ſacramento vera Chriſti caro vtilis ad vitam æternā: & ſic falſum dixiſſet Chriſtus,Caro non prodeſt quicquam . Tertiò aſſignatur alia ratio ad idem ex fide:quia quicquid corpus eſt,vel quod percipi aut tangi poteſt, nullo pacto ad fidem pertinet. Quartò aſſignatur ratio ad idem , quia omnia quadrant,intelligendo Eſt,pro, Significat. Quadrat enim quod Dominus dixit,Hoc facite in meā commemorationem. Quadrat quod Paulus dixit. Quotieſcunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis . Quadrat quòd in primitiua eccleſia deſcribitur fieri,primæ ad Corint. 11.de conuentu Chriſtianorum in eccleſia ad cœnam Domini,&c.

¶ Circa hoc caput,ſingula ſigillatim notāda ſunt. Quod igitur imprimis dicitur, in Scriptura ſacra vſurpari quandoque Eſt,pro,ſignificat,verum dicitur. ſed in hoc erratur:ꝙ non diſcernitur diuerſus loquēdi modus. Scriptura ſiquidem quandoque loquitur metaphorica, & quandoq; propriè . Et quum ſermones ſunt metaphorice,tunc Eſt æquiualet ad Significat: puta,Petra autem erat Chriſtus, Ego ſum vitis vera, Ego ſum oſtium,& ſimilia: In his enim vis ſermonis ſimilitudinarii cogit ad intelligendum eſſe, Eſt, erat ſum,fui,non ſecundum proprietatem,ſed ſecundūm ſimilitudinem. Et in hoc genere conſtat cōtineri omnes textus ſcripturæ,quos iſte allegat:vt patet intuenti. Quum autem non ſecundum ſimilitudinem ; ſed ſecundum proprietatem Scriptura loquitur,nunquā eſt,eſſe,erat,fuit,trahitur extra propriam ſignificationem,ſed ſecundum proprietatem ſuæ ſignificationis intelligitur. In propoſito autem conſtat , Chriſtum non loqui de corpore ſuo ſimilitudinariè,ſed de vero & proprio corpore ſuo, dicendo , Hoc eſt corpus meum:vt etiam ipſi aduerſarii confitentur. erratur ergo vſurpando hic eſt,pro, Significat , ex eo quòd in loquutionibus metaphoricis & parabolicis, eſt,vſurpatur, pro,ſignificat.

¶ Quum autem ſecundò affertur ratio, quia caro non prodeſt quicquam , ampliore inſtructione non eget. Monſtratum ſiquidem eſt in ſecundo capite, ꝙ per illa verba,Caro nō prodeſt quicquam, Dominus nihil aliud ſignificat,niſi ꝙ caro ſola,ſeu carnalis cibus,non prodeſt quicquam ad vitam æternam,Cum qua veritate optime quadrat hæc etiam veritas , ꝙ hoc , ideſt ſubſtantia ſub his accidentibus eſt corpus meum : quoniam corpus Chriſti in hoc ſacramento contentum , nec eſt cibus carnalis, nec prodeſt ſine ſpiritu.

¶ Quū verò tertio loco affertur ratio ex parte fidei,dicendo,ꝙ quicquid eſt,corpus nullo pacto ſpectat ad fidem : mirū eſt tā manifeſtā falſitatē ingeri . Plenum eſt ſymbolum fidei , ꝙ credimus Chriſtum crucifixum,mortuū & ſepultū,ꝙ aſcendit in cœlum, credimus carnis reſurrectionem: hæc omnia corporea ſunt: Quomodo ergo dicitur,ꝙ ad fidem nullo pacto ſpectat quicquid corpus eſt?

¶ Quum demū quartò affertur,ꝙ omnia quadrāt ſcripta de hoc ſacramento,&c.aduerte venenum. Verum ſiquidē eſt,quòd ſacramentum hoc eſt memoria recordatioque mortis Chriſti : imò quod plus eſt, quòd eſt ſignum corporis Chriſti . Scis enim plenis buccis Theologos in quarto ſenten.ſonare,quòd ſpecies ſacramentalis eſt ſignum geminæ rei:ſcilicet corporis Chriſti naturalis,vt rei contentæ & ſignificatæ & corporis Chriſti myſtici , vt rei non contentæ , ſed ſignificatæ . Hæc enim omnia vera eſſe affirmamus,ſed iſte homo ab affirmatione ſigni , memoriæ & huiuſmodi , infert negationem carnis Chriſti contentæ . quaſi non ſtent ſimul , quòd in ſacramento hoc ſint ambo,ſignum ſcilicet,& ſignatū: quæ tamen

conſtat veriſſimè ſtare ſimul: ſed iſte humo ex veritate non integra excludit aliam veritatem. Et per hoc patet, quòd conuentus Corinthiorum ad cœnam Domini & annuntiatio mortis Chriſti, & id genus reliqua, vera ſunt, affirmant quòd verum eſt: ſed non negant alteram veritatem de exiſtantia corporis Chriſti in eodem ſacramento.

¶ Vbi etiam libet intueri, quòd conuentus Corinthiorum ad cœnam Domini, ab Apoſtolo Paulo mõſtratur, quod non erat conuentus ad gratiarum actionem tantum, ad panem ſignificatiuum tantum, ſed ad verum corpus Chriſti ſacramentaliter ſumendum: alioquin non dixiſſet, Qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit. Et quare ſubdit, Non diiudicans corpus Domini, ſi ad ſignum tãtum corporis Domini conuenirent ſumendum, non eſſet reus corporis & ſanguinis Domini indignè ſumens: quia conſtat non eſſe reum corporis & ſanguinis Domini qui indignè pacẽ in eccleſia ſumit, qui panem benedictum (vt in multis eccleſiis fit) comedit, qui diuinis intereſt officiis, vt Chriſtianus. Et tamen ad hæc omnia conuenientes in eccleſia, profitemur nos eſſe Chriſtianos, nos pertinere ad corpus Chriſti myſticum: vtpote Chriſtianos: ſicut apud iſtos hæreticos conuenientes ad cœnam Domini, profitentur ſe eſſe de corpore Chriſti myſtico. Vnde ex ipſa Apoſtoli doctrina circa illum conuentum, docemur conuentum ad cœnam Domini plus importare, quã ad panem ſignificatium: dum inſtruimur, ꝙ reus erit corporis, & ſanguinis Domini, qui indignè ſumit. Quæratur ab iſtis, quibus verbis debuiſſet vt Apoſtolus ad ſignificandum verum Chriſti corpus, ſi hęc nõ ſufficiunt: quibus verbis Chriſtus vti debuit, ſi illa non ſufficiunt, Hoc eſt corpus meum? Confunde demum iſtos, quærendo ab eis, Si hæc Chriſti & Pauli verba non ſat ſunt ad docendum verum Chriſti corpus eſſe in ſacramento euchariſtiæ, dicite, quæſo vos, quibus verbis vtendum erat, vt exprimeretur verum Chriſti corpus eſſe in hoc ſacramento? Si hæc Chriſti verba (Hoc eſt corpus meum) propriè, imò propriiſſimè ſignificantia ſubſtantiam demonſtratã ſub accidentibus panis eſſe corpus Chriſti, non ſufficiunt ſi locutio ſecundum proprietatem ſermonis non ſufficit, nullus ſermo ſufficiet. Si metaphoricus fuiſſet ſermo, varius eſſet ſenſus: ſi circũlocutione vſus fuiſſet, minor inueniretur certitudo, minor inueniretur veritatis explicatio: omnis enim ſermo alius à proprio, minor eſt proprio. Dicite, quæſo, quibus verbis Paulus manducationem ſacramentalem veri Chriſti corporis debebat explicare, ſi dicendo, Qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit non diiudicans corpus Domini, explicando, Reus erit corporis & ſanguinis Domini, non explicant?

Aptiſſimũ ſine hoc exemplum

Hæc enim tam clare ſignificant, vt clarius explicari nequeat. Reus, inquit, erit corporis & ſanguinis: non ſigni corporis, aut ſanguinis. Erubeſcant ergo.

Circa claram intelligentiã verborum conſecrationis, Hoc eſt corpus meum, recolito primò, quòd verba hæc ſortiuntur veritatem ſuam in fine prolationis & non ante. Et hoc non eſt proprium huic locutioni ſed eſt commune ei & omnibus locutionibus annuntiatiuis. Et ratio eſt, quia veritas locutionis enuntiatiuę comitatur ſignificationem eius: conſtat enim quòd non prius locutio enuntiatiua eſt vera, quàm ſignificet ac per hoc antequam habeat completam ſignificationem, nec eſt vera, nec falſa. Conſtat quoque, ꝙ vſque ad finem prolationis non completur ſignificatio orationis: & conſequenter non eſt vera nec falſa ante finem prolationis. Et hinc eſt, ꝙ ſi ſacerdos nõ finiret verba hæc non ſolum ſignificant verum, ſed & efficiunt veritatem, quam ſignificant. Significant. n. hoc eſſe corpus Chriſti (quod eſt veriſſimum prolatis his verbis in perſona Chriſti: in cuius perſona cõſtat ſacerdotem affirmare, hoc eſt corpus meum) efficiuntque hoc eſſe corpus Chriſti. Et ſignificationem quidem verba ipſa ſonant (efficientiam autem exercere fides Chriſtiana cõfitetur: credimus enim verba hęc eſſe conuerſiua panis in corpus Chriſti. Et ad hoc ſola fides ſufficit.) Collige conſequenter, verificari in fine prolationis horum verborum duo ſimul, ſcilicet eſſe & fieri, id eſt hoc fieri, & eſſe corpus Chriſti. Nã ſignificationi vere reſpondet eſſe, id eſt hoc eſſe corpus Chriſti: vere autem efficaciæ reſpondet fieri, id eſt hoc fieri corpus Chriſti, ita quòd ſimul & ſemel in eodem inſtanti verificatur hoc fieri, & eſſe corpus Chriſti. Quòd ſi quis philoſophiæ naturalis expers mirabile reputet aliquid ſimul in eodem inſtanti fieri, & eſſe, habes in promptu canonẽ philoſophicum de efficientiis inſtantaneis, quibus idem ſimul in eodem inſtanti fit & eſt tale: vt patet de aere, qui inſtãtanea illuminatione ſimul in vno inſtanti & fit, & eſt diaphanus actu.

His præmiſſis patet primò, quòd in iſtis verbis, Hoc eſt corpus meum, pronomẽ Hoc, neque demonſtrat panem, neque demonſtrat corpus Chriſti: quia demonſtrationi panis repugnat veritas eſſendi: nam ſenſus eſſet, hoc, id eſt, iſte panis, eſt corpus meum: quod conſtat eſſe falſiſſimum: nam nec in fine ſermonis, nec poſtea, nec antea iſte panis eſt corpus Chriſti quoniam nunquam panis eſt corpus Chriſti. Quamuis enim ſacramento confecto, & ipſo durante, verum ſit, ꝙ id quod fuit panis, eſt corpus Chriſti, nunquam tamen verum eſt ꝙ panis eſt corpus Chriſti. Demonſtrationi autem corporis Chriſti repugnat de rum fieri, ſeu veritas efficientiæ: quoniã corpus Chriſti non fit corpus Chriſti. Si enim pronomen, hoc, demonſtraret corpus Chriſti eſſet ſenſus, Hoc, id eſt, corpus meum, eſt corpus meum: quod conſtat nõ fieri per hæc verba, ſed eſſe veriſſimum ante iſta verba prolata. Vere ergo ſignificationi verborum repugnat ꝙ pronomen, Hoc, demonſtret panẽ: quia panis nunquã eſt corpus Chriſti. Et vere efficientiæ eorundem verborum repugnat, ꝙ pronomen, hoc demonſtret corpus Chriſti, quia corpus Chriſti nõ fit corpus Chriſti, non conuertitũ in corpus Chriſti. Oportet igitũ per pronomen, hoc, demonſtrari id quod congruit vtrique: ſ. & eſſe & fieri: vt illud demonſtratum ſimul & ſemel & fiat & ſit corpus Chriſti. Quod (vt priſci Patres docuerunt) eſt indiuiduum ſubſtantiæ abſq; determinatione naturæ tã panis quã corporis Chriſti. Nec hoc voluntarie aſſerunt: ſed quia pronomen, hoc, eſt demonſtratiuum ſubſtãtiæ, procul dubio ſingularis, ideo affirmant demonſtrari ſubſtantia indiuiduã. Et quia non plus exigit vis pronominis (quum & apud grãmaticos ſignificet ſubſtantiã ſine qualitate: id eſt, ſine determinatione naturæ) & huiuſmodi demonſtratio quadratã' reſpectu fieri quã reſpectu eſſe: ideo concludunt ꝙ pronomen hoc, in his verbis demonſtrat ſubſtantiã, quæ ſub illis eſt accidentibus non explicando naturã panis aut corporis Chriſti. Quadrare aũt hanc demonſtrationẽ tã ad fieri, quam ad, eſſe, clariſſime patet. nã per hæc verba in fine prolationis ſubſtantia cõtenta ſub his accidentib. fit corpus Chriſti: & rurſus veriſſimum eſt in fine prolationis, ꝙ ſubſtantia contenta ſub his accidentib. eſt corpus Chriſti. Vbi manifeſte videre potes iuxta hunc ſenſum verificari & verã ſignificationẽ verborum, & eorundem verã efficientiã: quia per hæc verba in perſona Chriſti prolata (ſ. hoc, id eſt hæc ſubſtantia, eſt corpus meum) hæc ſubſtãtia fit, & eſt corpus chriſti.

¶ Ampliato & magnificato hęc, eo ꝙ nulla in hoc ſenſu interuenit extorſio nulla improprietas, nulla me-

dicitas,

dicitas.ſed ſiſtitur infra proprietatem verborum & fidei Chriſtianæ confeſſionem. Hæc de ſeptimo.

CAPVT VIII.

Quomodo falſum non ſit, ſed verum, deleri & remitti peccata per hoc ſacramentum Euchariſtiæ.

Octauum caput eſt, ꝙ falſa eſt fides ſacramẽtum hoc delere peccata: quia ſola mors Chriſti noſtra delet peccata.

Circa hoc caput errorem facilè deprehendes, ſi vim rationis inſpicias. Ex hoc enim, ꝙ ſola mors Chriſti noſtra delet peccata, non ſequitur, Ergo applicatio mortis Chriſti ad nos non delet peccata. Sicut nanque ex hoc, ꝙ ſolus artifex facit ſphæram, non excluduntur inſtrumenta artificis, quibus ſphæram operatur: ita ex hoc, ꝙ ſola mors Chriſti delet noſtra peccata, non excluduntur ſacramenta eccleſiæ, quæ ſunt inſtrumenta, quibus mors Chriſti applicatur ad nos, alioquin delere oportet ex ſymbolo, Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Si enim ex hoc, & ſola mors Chriſti delet noſtra peccata, excluderentur ſacramenta, Baptiſmus quoque excluditur à deletione peccatorũ. Et ſicut ſecundũ veritatẽ nõ excludit Baptiſmus, ita nec alia ſacramenta excluduntur à deletione peccatorum. Nihil ergo valet inducta ratio. Hæc de octauo.

CAPVT IX.

Quomodo euchariſtiæ ſacramentum ſit ſacrificium, & in miſſa offerri ſit inſtitutum à Chriſto, vel ab Apoſtolis

NOnum caput eſt, Falſa eſt fides tenens, ꝙ Euchariſtia ſit ſacrificium. Tum quia ſacrificium chriſti ſemel in cruce oblatum ſufficit in æternum: vt patet ex doctrina Pauli Apoſtoli ad Hebræ 10. Vna enim ſanctificatione conſummauit in æternũ ſanctificatos. Et nono, Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Tũ quia falſum eſt Chriſtũ offerri in euchariſtia, nã Chriſtus non offertur in ſacrificiũ niſi moriatur, niſi ſãguine intercedente: vt patet ex doctrina Pauli Apoſtoli etiã ad Hebræ. 9. dicentis, neq; vt ſæpe offerat ſemetipſum, alioquin oportebat eũ frequenter pati ab origine mundi, &c. Conſtat autẽ Chriſtũ in hoc ſacramento non mori, nec poſſe mori. Tum quia nec à Chriſto, nec ab apoſtolis inſtituta eſt miſſa.

Circa hoc caput, aduerte errari in hoc, ꝙ exiſtimatur ſacrificium altaris eſſe diuerſum ſacrificium à ſacrificio quod obtulit Chriſtus in cruce: quum tamen in veritate ſit illudmet: ſicut eſt illudmet corpus chriſti, & illemet ſanguis Chriſti, in altari, & in cruce & in cœlo modo. Differentia autem eſt in modo offerendi: quia tunc oblatum eſt corporaliter, modo offertur ſpiritualiter: tunc eſt oblatũ in re mortis, nunc offertur in myſterio mortis. Et hoc intellige referendo oblationem tã ad rem contentã ꝙ ſignificatã in ſacrificio hoc, quod dico: quia ſi ad ſpecies ſacramentales refertur, oblatio corporalis & ſenſibilis manifeſte eſt, Nec propterea ſpiritualis hæc oblatio ſit, ꝙ inſufficiens fuerit ſacrificium Chriſti, ſed vt in ſacris myſteriis Chriſtus eiuſq; ſacrificiũ iugiter recolatur iuxta Chriſti mandatum, Hoc facite in mei cõmemorationem. Vnde patet rõnis allatas ex doctrina Pauli ad Hebræ, ad æquiuocum offerri, quoniã Paulus Apoſtolus loquitur de corporali oblatione Chriſti, quã fatemur eſſe vnã & ſufficientiſſimã in æternum, quũ autem de Euchariſtiæ ſacrificio eſt ſermo ad ſpiritualem oblationem Chriſti tranſitur. Et bene nota, ꝙ nõ dicimus ſpirituale corpus Chriſti offerri in ſacrificio altaris: ſed dicimus ſpirituali oblatione offerri naturale Chriſti corpus in ſacrificio altaris.

¶ Et hæc erudite lector intellige ſpectando ad rem cõtentã in hoc ſacrificio, corpus. ſ. & ſanguinem Chriſti: nã ſi ad mortem Chriſti ſacrificium altaris referatur ſignum tantum, & non res inuenitur: nam neque mors Chriſti neque ſtatus mortis Chriſti eſt ſecundum ſe: ſed Chriſtus viuit, & regnat in cœlo, & conſequentes in ſacrificio hoc non continetur ſed ſignificatur mors Chriſti. Intellige ſanè iterum duo: Chriſtus in hoc ſacrificio ſignificatur, & continetur: mors verò eius ſignificatur quidem ſed non continetur. Vnde non oportet eſt quoties hoc ſacrificium offertur, verificare, quòd Chriſtus moritur, ſicut oportet verificare quòd Chriſtus eſt in eo, continetur in eo, offertur in eo tanq̃ res exiſtens contenta & oblata Significatur autẽ Chriſti mors hoc ſacrificio non ſolum quia verba conſecrationis illam explicant, (dicendo Qui pro vobis, & pro multis effundetur,) ſed etiam quia ſanguis ſeorſum à corpore conſecratur: ipſa. n. ſeparatio ſacramentalis ſignificat ſeparationem realem ſanguinis à corpore Chriſti in morte ipſius.

¶ Quum autem obiicitur, ſacrificium altaris non eſſe inſtitutum à Chriſto neque ab Apoſtolis, aduerte, ꝙ ex verbis Pauli Apoſtoli in epiſtola ad Corinthios prima, colligitur, Chriſtum inſtituiſſe hoc ſacrificium, & tempore Apoſtolorum fuiſſe in vſu nõ ſolum vt ſacramentum, ſed vt ſacrificium. Inquit ſiquidẽ Apoſtolus: Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, &c. Ex hoc enim quod Paulus dicit ſe tradidiſſe Corinthiis, antequam ſcriberet eis primam Epiſtolam, quod accepit à Domino de Euchariſtia, duo dicimus. Alterum eſt, ꝙ multa Apoſtoli tradiderunt eccleſiis ſeruanda, quæ tradita fuiſſe ab apoſtolis non eſt ſcriptum in ſacræ Scripturæ libris ecce vides hic quòd niſi ſubſecuta fuiſſet hæc epiſtola, neſciremus Paulum tradidiſſe Corinthiis id, quod accepit a Domino de euchariſtia, & tamen in rei veritate ipſe tradiderat Corinthiis ante epiſtolam doctrinam euchariſtiæ, q̃ acceperat a Domino: vt ipſe teſtat. Alterum eſt, ꝙ id quod acceperat a Domino, & tradiderat Corinthii de euchariſtia, eſt illud, cuius in præcedenti capitulo meminerat tanq̃ ritus iam in eccleſia Corinthiorum vſitati, dicendo, Fugite ab idolorum cultura: calix benedictionis cui benedicimus, nonne cõicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? quoniã vnus panis & vnum corpus multi ſumus: omnes qui de vno pane & vno calice participamus. videte Iſrael ſecundũ carnem, nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Quid ergo, dico ꝙ idolis immolatum ſit aliquid, aut quòd idolum ſit aliquid? ſed quòd quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo, nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum, non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum, non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. In quib. verbis, in quorum & contextu clariſſimè patet, quòd Apoſtolus ſupponit ritum eccleſiæ, qui tunc, & nunc ſeruatur: ſ. quòd ſumentes euchariſtiam, ſumunt de ſacrificio altaris, & ex hoc ipſo quòd ſumũt de ſacri

ficio, de immolatis Deo, monet Corinthios vt fugiāt culturam idolorum, afferens ex veteris ritu legis, quòd edentes hoſtias, erant altaris participes, & ſimiliter Gentiles dæmonibus immolantes, menſæ dæmoniorum ſunt participes, & cætera. Habes ergo ex hoc ſingulari textu, quòd calix & panis Domini tempore Apoſtolorum in ſacrificij vſu erant: niſi quis adeò deſipiat, vt impertinenter hæc omnia ab Apoſtolo tam accuratè allata putet. Et hic textus iunctus ei, quod dixit apoſtolus, Ego enim accepi à Domino, quòd & tradidi vobis, ſufficit ad teſtimonium perhibēdum quod Chriſtus inſtituit non ſolum hoc ſacramentum ſed etiam hoc ſacrificium, & quòd Apoſtoli docti à Chriſto tradiderunt eccleſiæ hoc ſacrificium.

¶ Si extra ſacram ſcripturam aliis ſcriptoribus credendum eſt, inuenimus Iac. fratrem domini miſſę celebrationem addidiſſe, vt ſexta ſynodus refert de cōſe. di. 1. ca. Iacobus. Inuenitur tempore, Teleſphori Papæ (qui VIII. computatur Papa a B. Petro) miſſas celebrandas eſſe nocte natiuitatis Domini: vt patet de conſe. di. 1. c. nocte. Nota hic, non inſtitutionē ſed teſtimonium ſextæ ſynodi de additione facta a Iacobo fratre Domini circa miſſam, quia non Romanus pontifex, non Latina eccleſia, ſed Græca ſed Orientalis tempore Agathonis papæ, & conſtantini Iunioris Im. Conſtantinopoli congregata centum quinquaginta Patrum, teſtatur miſſam a Iacobo Apoſt. ordinatam: ſi vnius hiſtorici ſcriptoris teſtimonio creditur, certè indubia debetur fides centum quinquaginta Patrum teſtimonio. Taceo quòd etiam, vt dictum eſt tempore Teleſphori Papæ, qui octauus a beato Petro Papa recenſetur (quando eccleſia Romana nullo temporali gloriabatur imperio, ſed triumpho martyrum) inuenitur ſacrificium miſſæ in nocte natalis Domini offerendum: vt patet de conſe. di. 1 ca. nocte. Et ſi geſtis martyrum autbenticis apud eccleſiam fides ab iſtis datur, habes ante Conſtantini tempora (quum eccleſia Romana non gloria temporali, ſed martyrio floreret) ſacrificium euchariſtiæ viguiſse: vt patet ex verbis Laurentij ad Sixtum: Quo Sacerdos ſancte ſine diacono properas? tu nunquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueueras. Ecce quod Sixtus ſacrificium offerre conſueuerat, proculdubio euchariſtiæ. Vnde de ſe diacono ſubdit: Experire vtrum idoneum miniſtrum elegeris cui commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem.

¶ Aduerte hic demum quòd etiam ſi nihil eſset ſcriptum, ipſa ſucceſſiua traditio non vnius partia mundi, ſed vniuerſalis eccleſiæ toto orbe diffuſæ ſufficiens teſtimonium præberet ſacrificium hoc inſtitutum eſse a Chriſto & traditum ab Apoſtolis, vt patet ex eo, quòd authoritas eccleſiæ ſufficit ad maiora. Ex authoritate ſiquidem eccleſię habemus omnes libros ſacræ Scripturæ: nam Euangelium Ioannis neſcirē magis, quam Bartholomei, niſi me authoritas eccleſiæ admoneret: & ſic de aliis. Si ſacrificium hoc Latina tantum eccleſia haberet, aut de nouo in eccleſia Dei eſset introductum, eſset fortè locus ſuſpicioni, quòd adinuentio fuit Romana: ſed vbi Græci, Latini, Barbari, &c. hoc ſemper habuerunt ſine initio alicuius medij temporis, etiā ſi Scripturæ teſtimonium deeſset, ſufficere deberet: quanto ergo magis, cum tot ſcriptis teſtimoniis. Hæc de nono.

CAPVT X.

Quomodo non ſit idololatria, adorare ſanctum Euchariſtiæ ſacramentum.

DEcimum Caput eſt, quod idololatria eſt adorare euchariſtiæ ſacramentum, Tum quia pura chriſti humanitas non eſt adoranda, Tum quia ſolus Deus, quem ne mo vidit vnquam, adorandus eſt, adorantes autem Euchariſtiam adorant quod vident. Tum quia non legitur, Apoſtolos adoraſse euchariſtiam in cœna.

Circa hoc caput, facile patet error primæ rationis: quia in ſacramento hoc nō adoratur humanitas chriſti pura, ſed adoratur Chriſtus verus Deus, & veram habens carnem aſsumptam. Et per hoc idem patet error ſecundę rationis, quia non adoramus accidentia illa panis & vini, quæ videmus, ſed Chriſtum contentum ſub accidentibus illis.

¶ Circa id vero quod tertio affertur: quia non legitur, Apoſtolos adoraſse Euchariſtiam in cęna, duo dicito. Primum, quòd non legitur, eos adoraſse Chriſtum præſentem in cœna quid mirum ſi non legitur, adoraſse ſacramentum ipſius Chriſti? Si propterea ꝙ non legitur, Apoſtolos Chriſtum adoraſse in cœna argumentum valet, ergo nec à nobis Chriſtus eſt adorandus. Deinde dicito, non valere argumentum vniuerſaliter: non legitur hoc factum ab Apoſtolis, ergo non eſt faciendum. Nuſquam enim in ſacra Scriptura legimus, eos condidiſse ſymbolum fidei & tamen fecerunt illud: nuſquam enim legitur in ſacra Scriptura approbaſse eos Euangelium Lucæ & Marci, & tamen ab illis credimus approbatum. Hæc de decimo.

CAPVT XI.

Quòd nullus vnquam Doctorum ac ſanctorum verbis ſuis ſonet Chriſti corpus eſſe in euchariſtia ſacramento, vt in ſigno.

VNdecimum Caput eſt, ꝙ Tertullianus, Auguſtinus, Origenes, Hilariuſque ſonēt, quòd in Euchariſtia corpus Chriſti eſt, vt in ſigno, &c.

Circa hoc caput (in quo iſte homo multa affert, quæ facile ab erudito quoque ex ſupradictis cōprobantur inutilia ad errorem iſtius) aduerte, quòd authores iſti vbi quandoque affirmant ſacramentum eſse figurā, aut ſignum corporis Chriſti, aut aliquid huiuſmodi, vera dicunt: non tamen propterea negāt cum hoc ſigno inueniri etiam rem ſiguatam figuratam, & contentam Chriſti carnem. Ratione ſiquidem ſpecierum ſacramentalium appellauerunt, & appellant doctores ſacramentum hoc ſignum, figuram, & id genus reliqua: non tamen propterea negant rem contentam ſub tali ſigno.

Vbi etiam aduerte, quòd ſapienter ſacri doctores frequentiam ſacramentorum poſtponunt virtutibus: quia virtutes ſunt bona propria bonis hominibus, ſacramenta verò communia ſunt bonis & malis. Hæc de vndecimo.

CAPVT XII.

Quòd non duæ, ſed vna tantùm ſit ſalutis via his, qui fidem habent de Euchariſtia ſacramento.

DVodecimum Caput eſt, quòd ſi fides eſſet de Euchariſtia, eſsent duæ viæ ſalutis vna fidei in Chriſtum, altera fidei in ſacramentum.

Circa hoc caput ſcis, erudite lector, ridiculum eſse

Non

Non enim duæ ſunt artes in aurifice, altera operandi aurea, altera vtendi inſtrumentis ad faciendum aurea opera. Non ſunt duæ fides: altera ad Chriſtum, altera ad inſtrumenta Chriſti, quibus mediantibus nobis ſuam virtutem ſaluiferam applicat. Sacramenta ſiquidem eccleſiæ inſtrumenta ſunt Chriſti ad noſtram ſalutem ab ipſo inſtituta. Et qui fidem ſacramentorum negat, deleat ex Euangelio, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei. Hæc de 12. ann. 1525.

TRACTATUS TERTIUS

De Miſſæ celebratione, in duas quæſtiones diuiſus.

QVAESTIO I.

Utrùm ſacerdos ſumpta ablutione, licitè poßit ſumere reliquias Eucharistiæ, in calice vel extra remanentes.

Quaritur Vtrùm ſacerdos ſumpta ablutione, licitè poſſit ſumere reliquias Euchariſtiæ, in calice vel extra remanentes. Et videtur quòd non. Primò quia verè non eſt ieiunus ieiunio naturæ: quoniam ſumpta ablutio vinum vel aqua eſt, quorum vtrunque ſoluit ieiunium naturæ.

¶ Secundò, Quia ſi hoc liceret: cùm ita ſit perfectè corpus Chriſti in qualibet particula relicta, ſicut in tota hoſtia, pari ratione poſſet vnam aliam hoſtiã conſecratam ſumere: quod conſtat eſſe illicitum: Et rurſus pari ratione poſſet aliam miſſam celebrare: quod non eſſe licitum, patet ex ritu eccleſiæ in nocte natalis Domini, &c.

¶ Tertiò. Si liceret ſacerdoti poſt ablutionem ſumere reliquias Euchariſtiæ, liceret quoque communicantibus: ſed hoc non licet, vt patet: ergo, &c.

In hac dubitatione Scito primò diuerſas eſſe opiniones. Quidam enim (de quorum numero eſt Scotus in 4. ſent. di. 8.) putant non licere poſt ſumptam ablutionem reliquias Euchariſtiæ ſumere propter primam rationem: quidam autem ſentiunt oppoſitum.

¶ Et quoniam hæc opinio rationabilior atque eccleſiæ ritui conformior eſt, ideò declaranda firmandaque eſt. Scito ergo, quòd vnum (vt patet 5. Meta.) cùm multipliciter dicatur, quantum ad propoſitum ſpectat, dicitur dupliciter: ſcilicet ſimplicitate & perfectione. Quod non ſolùm eſt verum in rebus, ſed in actibus: nam non ſolùm aliqua res eſt vna ſimplicitate (vt albedo) & aliqua perfectione (vt calceus conſtans ex omnibus ad ipſum requiſitis) ſed aliqua operatio eſt vna ſimplicitate, vt viſio: & aliqua perfectione, vt prandere conſtans ex multis operationibus requiſitis ad prandium: vt ſumere panem, carnem, vinum, &c. Qui igitur examinant actus ſacerdotis ſacrificium offerentis & ſumentis, ſecundùm naturam actuum ſimplicium, coguntur conſequenter dicere, quòd ſumpta ablutione non poſſunt ſacerdotes ſumere reliquias. Qui autem actus ſacerdotis ſecundum naturam actuum perfectorum conſtantium ex plurib. ad ſui perfectionem, diſcutiunt, dicũt quòd ſicut oblatio corporis & ſanguinis eſt vnum perfectum ſacrificium, & ſumptio eorundem ſub ſpeciebus panis & vini eſt vna perfecta refectio conſtans ex cibo & potu: ita tota ſumptio euchariſtiæ, reliquiarum, & ablutionis eſt vnus conſummatus actus: at per hoc reliquiæ tunc ſumptæ ad eundem numero actum perfectum ſpectant, non vt neceſſariò requiſitæ ad integritatem illius, ſed vt partes materiæ.

¶ Quod autem actus ſumptionis euchariſtiæ & actus ablutionis, computari debeant, non tanquam diuerſi ſimplices actus, ſed pro vnico actu: ritus eccleſiæ cogit omnes conſiteri, ex hoc, quòd non ſaluari rectè aliter poſſunt difficultates accidentes in huiuſmodi ſumptionibus, & ſic optime ſaluantur. In primis non poteſt aliter ſaluari, quomodo reliquiæ euchariſtiæ adhærentes palato, vel dentibus, poſſint licitè poſt ablutionem deglutiri. Et patet ratio, quia ſumptio cibi vel potus, quo ad ieiunium naturæ, & quo ad veram comeſtionem & potationem, non eſt abſque deglutione. Cùm igitur in caſu hoc non ſit ieiunus, quomodo hoc ſaluabis, niſi dicẽdo quòd totum pro vnico actu computatur? Nec officit intento, ſi quis dicat, quòd non eſt ſimile de reliquiis in calice, patena, & in ore: quia iſtæ ſunt ſemel ſumptæ, illæ non. Nam ſatis eſt in propoſito, quòd oportet acceptari ab omnibus hoc, quòd actus iſti non iudicantur vt diuerſi ſecundum ſe, ſed computantur pro vnico, adhuc enim euchariſtia etiam tota remanente in ore, etiam ablutione ſumpta, licitè ſumitur abſque diſpẽſatione ieiunii non alia ratione, niſi quia totum pro vnico actu computatur. Nã ſi ſinguli actus ſeorſum acciperentur, non poſſet ille ieiunus euchariſtiam verè ſumere, id eſt deglutire: ſumptio enim in ore ſola non eſt ſumptio, ſed inchoatio eius: quia non eſt comeſtio, neque potatio. Non poteſt quoque deinde aliter ſaluari quomodo in paraſceue, quando hoſtiæ pars in vino poſita remanſerit in calice, ſumpto vino, ſumi à ieiuno rectè poteſt, niſi totum pro vnico actu computando, ſecundum enim ſimplices actus iam non ieiunus ſumeret. Non poteſt quoque ſaluari, quomodo diſtinctis hauſtibus ſumpta etiam prima ablutione, licitè ſumitur à non ieiuno (quod tamen oportet) niſi totum pro vnico actu computando. Quòd autem oporteat primam ablutionem, ſi ſtatim ſumitur, ſumi à non ieiuno, ex eo patet, quòd ſtatim adhuc eſt ibi verus ſanguis Chriſti. Cùm enim ſemper in calice maneat aliquid humiditatis poſt ſumptum ſanguinem: & illud non ſit ſine ſubiecto, ſi vinum fuiſſet, proculdubio retinet adhuc vini ſpeciem & non tam citò corrumpatur, reſtat vt in ſecundo hauſtu ſanguis Chriſti adhuc ſumatur mixtus vino: qui non niſi à ieiuno ſumendus eſt, ſicut nec pars hoſtiæ mixta vino, &c. Non poteſt quoque aliter reddi ratio, quare liceat ablutionem ſanguini mixta ſtatim duobus hauſtibus ſumere, & particulam hoſtiæ poſt primum hauſtum in calice remanentem oporteat relinquere, quare enim magis licet ſanguinis reliquias vino mixtas, quàm hoſtiæ poſt primum ablutionis hauſtum ſumere? Non poteſt quoque aliter ſaluari differentia in præfatis caſibus inter hominem, ſumpta ablutione, & hominem, qui prius tantundem bibiſſet. Et tamen qui bibiſſet, ab omnibus indicatur inhabilis ad ſumendas etiam reliquias: hic autem qui ablutionem ſumpſit, in omnibus prædictis caſibus abſque diſpenſatione excuſat. Nec hoc eſt aliunde, quàm ex hoc, quòd ablutio non computatur contra reliquias.

¶ Quòd verò reliquiæ euchariſtiæ vt partes materiæ ſe habeant, ex ritu eccleſiæ, & ratione apparet. Ex ritu quidem: quia non dr̃ bis cõicare, qui poſt ſumptam hoſtiam ſacram particulas reliquas ſumit, etiã ſi credens ſe nihil amplius accepturum, adorarũ init ante ablutionem, vt in religione fit. Et tamen ſi aliã hoſtiam ſumeret, quantumcunq; ieiunus, iterum cõmunicaret, niſi forte vt reliquias communionis ſuſciperet, quod confirmaret intentum: quia ſcilicet ratio reliquiarum haberetur. Ex ratione autem:

quia ſicut in aliis rebus duplices aſsignantur partes, ſcilicet ſpeciei & materiæ, ita in euchariſtia vt partes ſpeciei ſunt ſpecies ſacramentales panis & vini: hæc enim in diffinitione cadunt: vt partes verò materiæ ſunt particulæ ſpecierum panis & vini: quæ etſi in diffinitione non ponerentur, ſicut nec ſemicirculus in diffinitione circuli, ad integritatem tamen materiæ ſpectant. Vnde quamuis euchariſtiæ ſacrificium ſumpta hoſtia & ſanguine, perfectum ſic eſſentialiter, adhuc tamen perficiendum reſtat quo ad partes materiæ quæ reliquiæ ſunt. Et quoniam ablutio neceſſariò immiſcetur his partibus, ideo ſumptio ablutionis & partium huiuſmodi pro vnico actu rationabiliter computantur.

¶ Ex prædictis igitur, tu ſtudioſe collige quid eſt in hac difficultate, ſuper quod rationes fundari & difficultates ſolui poſſunt: & eſt quòd ſumptio reliquiarum euchariſtiæ & ablutionis earum pro vnico actu computantur. Oportet enim hæc duo ſimul cõcurrere: ſcilicet rationem reliquiarum, & rationem ablutionis earum ad hoc, vt ad vnum ſpectent actũ: propter quod non eſt idem iudicium de alia hoſtia, & de reliquiis, nec de potatione præcedente, & de ablutione: nec de ablutione quam pro reuerentia ſumunt communicantes ſub ſpecie panis, & ablutione ſacramẽtali: quoniam iſta eſt ablutio reliquiarum extrà manentium, illa non, ſed aut pro intus tantum manentibus, aut pro reuerentia. Et quoniam ablutio ſacerdotalis non eſt ablutio ſpecierum ſanguinis tantum, ſed corporis: idcirco reliquiæ corporis & ſanguinis poſt ſumi poſſunt. Et quoniam particulæ hoſtiæ remanentes in patena vel corporali de numero reliquiarum ſunt, quamuis non ablutæ, ſumi ſicut ablutę poſſunt, alioquin particula hoſtiæ ex ſtridore frigoris forte parietibus interioribus calicis inhærens nõ abluta ſumi non poſſet cum ablutis: quod eſt ridiculum. Ex quo enim ſaluatur ratio tam reliquiarum quam ablutionis reliquiarum, quamuis non omnes ſint actu ablutæ, omnium ſumptio pro eodem actu computatur, &c.

Ex his patet reſponſio ad obiecta. Nam ad primũ dicitur, ꝙ ieiunium naturæ debet præcedere totum actũ ſumptionis ſacramenti, & nõ ſingulas eius partes, &c. reputatur enim ieiunus totum ſumere, qui ieiunus cepit: vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundum patet reſponſio: quia licet quo ad rem ſacramenti, ſcilicet corpus & ſanguinem Chriſti, idem ſit de toto & partibus iudicium: non tamen quo ad ſpecies ipſas, quæ ſunt ſacramentum tantum vt ritus eccleſiæ conuincit.

¶ Ad tertium autem dicitur, quòd communicãs ſtatim vt ablutionem reuerẽtialem accepit, refectionem ſuam compleuit. Nec eſt amplius de numero diſcumbentium: vnde non eſt mirum, ſi non poteſt ſumere reliquias. Sacerdos autem qui ablutionibus reliquiarum ſumendis vacat, adhuc eſt in actu refectionis: propter quod non eſt mirum ſi licet ſibi reliquias ſumere. Et ſimile eſt iudicium de ſumentibus particulas hoſtiarum ſacratarum in vino calicis: poteſt enim poſt primum hauſtum remanentes reliquias ſecundo & tertio hauſtu aſſumere, & hærentem ſacerdotis digitis particulam ſugere: quandiu ſumendis vacat reliquiis & ablutioni earum. Et hæc dicta ſufficiant Piſis die 20. Nouembris. 1509.

QVAESTIO II.

Utrùm ſacerdos celebrans pro pluribus, ſatisfaciat pro ſingulis.

QVæritur, vtrum ſacerdos obligatus ad celebrandum pro aliquo, & accipiens eleemoſynam ab altero vt celebret pro eo, ſatisfaciat dicendo vnam tantum miſſam per vtroque.

¶ Et videtur ꝙ non. Primò, quia effectus miſſæ, pro quo habendo miſſa petitur & promittitur, eſt finitus. Finitum autem diuiſum, minus habetur à ſingulis, quàm ſi totum haberetur ab vno. Quicquid igitur datur ſecundo, admitur à primo, & ſic neutri ſatisfit. Aſſumptum: ſcilicet quod effectus miſſæ ſit finitus, probatur ex eo, quòd pro eodem dicuntur plures miſſæ.

¶ Præterea, Cùm idem ſit iudicium de duobus & de valde multis; imò de omnibus, ſi poteſt miſſa promiſſa vni ſatisfacere pro altero, ſatisfactiua ergo eſt pro omnibus: & ſic eccleſia non bene inſtituiſſet miſſas pro aliquibus determinatè, ſed debuit omnes pro omnibus offerre: vt bonum commune ſine detrimento particularium procuraret, communis mater omnium.

¶ Præterea, Si ſatisfacit hic ſacerdos vnica miſſa pro pluribus, pari ratione ſatisfaciet etiam vnica miſſa pro quatuor miſſis promiſſis eidem, accepta ab illo eleemoſyna pro quatuor miſsis. Hæc autem conſtat eſſe falſa: damnaretur enim ab eccleſia, qui vnica miſſa dixiſſet ſe ſatisfeciſſe pro miſsis beati Gregorii, quæ ſunt triginta: ergo, &c.

In oppoſitum eſt: quia virtus miſſæ eſt infinita, quia eſt virtus Ieſu Chriſti in ſeipſo. Infinitum autem poteſt quibuſcunque applicari, & ab eis participari abſque vllo ſingulorum damno: ergo, &c.

In hac quæſtione, quia miſſa continet duo: ſcilicet orationem & ſacrificium euchariſtiæ, primò de ſacrificio (quod eſt pręcipuũ in miſſa) deinde de oratione dicendum eſt. Rurſus, quia effectus vtriuſque eſt multiplex: ſcilicet meritum, impetratio & ſatisfactio ſigillatim definiendum eſt. Rurſus, quia effectus dupliciter oritur, ſcilicet ex opere operato, & ex opere operante, vt perfecta habeatur de quæſito notitia, ſingulis examinatis decernetur quid ſimpliciter reſpondendum ſit quæſito.

¶ Sacrificium igitur miſſæ dicit duo. Eſt namq; ſacramentum & ſacrificium: & inquantum ſacramentum, non eſt ad propoſitum: quia effectus eius eſt reſpectu ſumẽtis tantũ. Inquãtum uero ſacrificium eſt ad ꝓpoſitum, et diſtinguitur ex parte operis operantis, et ex parte operis operati. Et ſumptum hoc ſacrificium ſecundum opus operatum conſideratũ dupliciter, ſ. ſecundum ſeipſum abſolutè: et ſecundum ſeipſum applicatum huic: ſi. n. conſideratũ hoc ſacrificium ſecundum opus operatum abſolutè, ſic eſt immolatio Ieſu Chriſti, ita ꝙ res oblata eſt Ieſus Chriſtus. et quantitas huius ſacrificii eſt infinita, ita ꝙ eſt impetratiuũ, meritoriũ, et ſatisfactiuũ infinitè: vnde effectus eius infinitus eſt ſicut et paſſionis Chriſti: eſt n. Deo acceptius, ꝙ ſint exoſi omnes peccatores, etc. Veruntamen ſicut infinitas effectus Chriſti crucifixi eſt ſecundum ſufficientiam, et non ſecundũ efficientiam, et ſecundum naturam cauſæ vniuerſalis, indeterminatæ, ſ. et non determinatæ ad hunc aut illũ; ita hoc ſacrificiũ eſt ex ſui ipſius natura infinita ſufficientiæ, et indeterminatæ, efficaciæ. Et ſicut efficacia

paſſio-

paſſionis Chriſti determinatur ad hunc per hoc vel illud ſacramentũ: ita efficacia huius ſacrificii per hãc vel illam deuotionem. Et quoniam deuotio pertinet ad applicationem ſacrificii, ideo loquendo de effectu huius ſacrificii ex ſolo opere operato ſecundũ ſe patet nullum habere particularem effectum in quocunq; homine, ſed tantũ in ordine ad Deũ hẽt acceptabilitatẽ, gratiarum actiones, commemorationem, & ſi quid eſt huiuſmodi. Vnde in hoc videtur cõmunis multorum error, ꝙ putãt hoc ſacrificium ex ſolo opere operato habere certum meritum, vel certam ſatisfactionẽ, quæ applicatur huic vel illi: hoc enim non eſſe verum, iam patet. Et confirmatur: quia cum ex opere operato ſit infinitæ virtutis, etiam in ſatisfaciendo non eſſet maior ratio ex ſe, quare magis tantam & non maiorem ſatisfactionem daret.

¶ Si autem ſumatur hoc ſacrificium vt applicatum iſti vel illi, ſic effectus eius eſt finitus iuxta quantitatem deuotionis offerentium, vel eorum, pro quibus offertur: ita ꝙ quia in applicatione huius ſacrificij duo ſunt: ſ. applicatio ipſa ad hunc vel illum, & effectus particularis in hoc vel in illo, duo quoque actus concurrunt ad hanc determinationem: intentio, ſcilicet & deuotio; intentio enim applicat hoc ſacrificium huic vel illi, deuotioni autem effectus reſpondet: vnde intentio propria eſt ſacerdoti, deuotio autem communis eſt ei & aliis. Vnde & in canone miſſæ ſacerdos actum intentionis applicatiuè huius ſacrificii exercens, dicit, Tibi offerimus pro eccleſia tua ſancta, Papa noſtro, &c. & Memento Domine famulorum famularumque, &c. & omnium circunſtantium. Deinde actum deuotionis ſubiungit, Quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio. Hoc enim non ſolùm ad circunſtantes, ſed alios refertur: ex his inſinuans applicationẽ huius ſacrificij non ſolùm intentione, ſed deuotione adiuncta perfici: ita ꝙ quanta eſt horum deuotio, tanta applicatur eis ex illa infinitate ſatisfactio.

¶ Et ratio eſt: quia in ſacrificiis & oblationibus quãtitas deuotionis magis penſatur, quàm quantitas rei oblatæ. Vt patet, de vetulæ oblatione Luc. 21. & ex authoritate Greg. in homi. Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ dicentis, Non perpendit Deus quantum in eius ſacrificio, ſed ex quanto proferatur. Et quoniam ex parte rei oblatæ, eſt infinitas in hoc ſacrificio, & per vnicam deuotionem non exhauritur, nec minuitur, conſequens eſt vt non ſolum pluribus, ſed infinitis deuotionibus vnicum ſacrificium ſufficienter reſpondeat, cuilibet certam pariẽdo ſatisfactionem. Nihil igitur adimitur alicui facienti pro ſe offerri hoc ſacrificium, ex quantitate effectus huius ſacrificij ſecundum ſe & applicati ad ipſum, ex hoc, quòd alter procurat eandem pro ſe dici, nec èconuerſo: ſed vnicuique reſpondet tantundem, quantum ſi pro ſe ſolo diceretur: quia vnicuique ſufficienter, & efficienter iuxta quantitatem deuotionis ſuæ.

¶ Et confirmatur hoc ex ipſo canone miſſæ, in quo non ſolùm generaliter pro eccleſia, pro principibus & omnibus Chriſtianis: ſed ſpecialiter pro his qui in Memento cogitantur, & omnibus circunſtantibus offerri dicitur hoc ſacrificium. Cõſtat namque, quòd non eſt determinatus numerus cogitãdorum in Memento: & multò minùs determinatus eſt numerus circunſtantium: & quòd nullus ex alterius conſortio minus habet de effectu miſſæ: & quòd hæc non referuntur ad orationem, ſed ſacrificium: quoniam ibi expreſsè dicitur, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis. Et ꝙ non ſolùm pro impetratione, ſed pro ſatisfactione offertur quoniam expreſsè dicitur, pro redemptione animarum ſuarum: redemptio enim à malis eſt, & vt ipſum nomen teſtatur, ſatisfactio per modum ſolutionis eſt: ſicut Chriſtus redemit nos ſoluendo pretium Deo patri. Poteſt igitur ſine cuiuſquam detrimento pro infinitis ſacrificium hoc offerri, & ſatisfacere iuxta ſingulorum deuotiones.

Caue tamen hic ne fallaris: putans ex hoc ſequi, quòd vna miſſa tantum ſatisfacit ſi dicatur pro vno quantum pro pluribus. Hoc enim non ſequitur ex dictis: quoniam non diximus, quòd effectus huius ſacramenti reſpondet intentioni, ſed deuotioni. Non enim quantùm intendo ex hoc ſacrificio ſatiſfacere tantùm ſatiſfacio, ſed quantam deuotionem habeo, tantum ex illo haurio. Vnde ſi ego offerens hoc ſacrificium, habeo deuotionem tantam, quòd ei reſpondet in hoc ſacrificio ſatiſfactio vnius anni, & intendo celebrare pro ſatiſfactione vnius, ille releuabitur ſatisfactione vnius anni. Si autem intendo ſatiſfacere pro duobus æqualiter, quilibet releuabitur pro medio anno tantùm, ſi pro tribus, pro tertia parte anni: & ſic de ſingulis. Et ſimiliter etiam dico de ſatisfactione reſpondente deuotioni Martini, qui facit celebrari eandem miſſam, quòd ſi pro vno ſit totam ſortitur ille: ſi pro pluribus, diuiditur inter eos. Et ſimiliter dico de quotcunque aliis facientibus eandem miſſam celebrari. Semper enim ſatiſfactio cuilibet deuotioni reſpondens eſt finita, & ſi ad plures per intentionem applicetur diuiditur, & minùs à ſingulis participatur. Et ſic verificatur theologorum ſententia dicentium effectum huius ſacrificij finitum & diuiſum minorari in eis quibus applicatur. Intelligitur enim (vt patet ex dictis) non in ordine ad plurium deuotiones: ſed vti participatum ab hac vel illa deuotione.

¶ Ex his ergo patet, quòd miſſa rogata à pluribus, plus ſatiſfacit, cæteris paribus, quàm rogata à paucioribus: quia ex pluribus deuotionibus offertur: & ſimiliter miſſa rogata, pro aliquibus plus valet illis, quàm ſi ex ſola deuotione ſacerdotis pro illis diceretur: quia ibi effectus eſt iuxta deuotionem etiam rogantium, hic non. Et ex hac doctrina (quàm accepi ex tertia parte diui Tho q. 79. art. 5.) ſoluuntur omnes difficultates accidentes in hac materia, quoad valorem ſacrificij. Hinc ſaluatur infinitas ſacrificij ſecundum ſe, & finitas effectus in vnoquoq; & authoritas doctorum & ritus eccleſiæ in celebrando pro particulari, & maior fructus in vno, quàm in pluribus & conſuetudo tam offerentium pro vna miſſa (vt in parochiis accidit) quàm celebrantium pro pluribus petentibus eandem ſine fraude, vt in ſolennitatibus accidit. Si autem conſideretur hoc ſacrificium ex parte operis operantis, ſic etiam quantitas effectus eius attenditur ſecundum quantitatem deuotionis offerentium. Sed quoniam ex hac parte nõ eſt quæſtio, nec ex iſta parte petita (aut promiſſa intelligitur miſſa (ſola enim intentio ſacerdotis applicatiua ſacrificii ad hunc, petitur & promittitur communiter) ideo pertranſeo.

Et ad ſecundam partem miſſæ, quæ eſt oratio, deſcendendo, dicendum occurrit, quòd oratio cum ſit actus religionis, cuius eſt cultum Deo exibere (vt ex Secũda Secũdę, q. 83. patet: per orationẽ. n. mens ipſa Deo offertur: vt Diony. Gregor. & S. Tho. dicunt) ex proprio genere infra latitudinem ſacrificii continetur: iuxta illud Oſeæ vlt. Reddemus vitulos labiorum noſtrorum. & ad Hebr. vlti. Per ipſum ergo offeramus hoſtiã laudis ſemper Deo, id eſt fructum labiorum confitentium nomini eius. Addit tamen aliquid ſpeciale ex propria ratione, inquantum eſt petitio: propter quod diſtinguitur de oratione, inquantum eſt meritoria, vel ſatisfactoria, vel impetratoria, vel conſolatoria. Et quia nullus meretur de

condigne

condigno niſi ſibi, & ſimiliter, quia conſolatio ſpiritualis eſt effectus in ipſo orante ex attentione & meditatione propria procedens, nulla eſt hic difficultas de oratione, inquantum meritoria & conſolatoria, vbi de oratione ſecundum eius communicabilem effectum eſt quæſtio. Impetratoria autem vis, fidei principaliter innititur ex parte noſtri: iuxta illud Mar. 11: Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. ex parte verò Dei innititur ſuæ miſericordiæ. Et quoniã nec fides de vno petito minuit fidem de alio obtinẽdo, nec liberalitas diuina circa vnum minuitur ex alterius largitione: ideo oratio, inquantum impetratoria, non minus, ſi pro pluribus, quàm pro vno fiat, valet: ſed magis pro quãto ex maiori fiducia diuinæ largitatis: & ampliori charitate procedit. Inquantum autem ſatisfactoria, vim habet ex duobus, ſ. ex deuotione (ſicut & alia ſacrificia) & ex pœnalitate orantis, ſicut cætera opera pœnalia. Et quoniam de omni ſacrificio verum eſt, quòd ſatisfacit iuxta quantitatem deuotionis offerentium (vt patet ex authoritatibus adductis) vel eorum, pro quibus offertur (vt patet ex reſponſione ad ſecundum, in q. ſupradicta tertiæ par.) ideo idem eſt proportionabiliter iudicium de ſatisfactione orationis & ſacrificij euchariſtiæ: non quo ad quantitatem oblati, ſed quo ad quantitatem deuotionis & ſatisfactionis illi reſpondentis: & propterea ſicut dictum eſt, iſtud poſſe pro pluribus offerri, ita & orationem. Quo ad pœnalitatem autem reſultantem in orantem, quum ſit perſonalis, & oratio de genere ſuo non ſit opus pœnale, nulla etiam apparet difficultas in propoſito: quia non petitur propriè à ſacerdote afflictio (vt in ieiunio) ſed intentio applicandi orationes ad impetrandum pro ſe primò, & ad ſatisfaciendum: quoniam dum petitur oratio, tale ſacrificium, ſ. petitorium poſtulatur. Ex his autem patet quid dicendum ſit etiam de ipſo ſacrificio miſſæ, inquantum impetratorium vel meritorium. Nec reſtat dubium propter meritum congrui: quoniam cùm conſiſtat in quadam condecentia (vt ſcilicet nobis facientibus quod in nobis eſt, Deus faciat quod ipſum decet) vis meritoria de congruo in ſacrificiis & poſtulationibus attenditur ſecundum deuotionem & fidem offerentium, vel eorum, pro quibus offertur. Et ideo multitudo nihil nocet ſingulis ex hac parte; ſicut de aliis dictum eſt. Et per hæc patet, quòd affirmatiuè reſpondendum eſt quæſito.

Vnum tamen dubium reſtat in prædictis, an appellatione deuotionis eorum, pro quibus offertur, veniant defuncti & remoti, nihil ſcientes de hac miſſa, quæ offertur pro omnibus ſecundum eorum deuotionem: quoniam ſi omnes intelliguntur, par erit conditio procurantis, & non procurantis miſſam: omnino enim ſecundum ſuam deuotionem erit eius particeps. Si verò non omnes intelliguntur, non erit vniuerſaliter verum, quòd hoc ſacrificium valeat ſecundum deuotionem eorum, pro quibus offertur: pro omnibus enim offertur. Sed hæc ambiguitas ex ipſo concurſu deuotionis ad ſacrificia, ſoluitur. Concurrit nanque deuotio vt cauſa quædam determinatiua ſacrificij ad hunc effectum: vnde Greg. in authoritate allegata, affectus deuotionem ponit vt cauſam, dicens quòd perpendit Deus ex quanto profertur. Vnde deuotio quantificans effectum ſacrificii non ſe tenet ex parte accipientium effectum, quãuis indiſpoſitio talium ad impediendã receptionem talis effectus ſufficiat: ſacrificium enim non operatur per modum agentis vt ſacramenta, ſed per modum agentis, ſed tenet ſe ex parte concurrentium ad tale ſacrificium cauſaliter, quomodolibet ſit cauſalitas iſta, puta petendo, miniſtrando conſulendo, adiuuando, fauendo, &c. Quo fit, vt defunctis ſecundum præcedentem eorum deuotionem in communibus vel in ſpecialibus, & ſecundum deuotionem viuentium pro eis offerentium, viuentibus verò circunſtantibus tanquam ſeruitoribus ad minus: vniuerſis autem tanquam communicantibus in tali oblatione iuxta eorum deuotionem proſit. Quum enim ſacerdos oret, & offerat in perſona eccleſiæ, & quilibet fidelis ſit membrum eccleſiæ, conſequens eſt, vt quilibet per ſacerdotis actus oret, & offerat: & ſic cauſaliter concurrat ad ſacrificium, ac per hoc quælibet miſſa ſingulis fidelibus prodeſt etiam ſatisfactoriè iuxta eorum deuotionem, quam habent in communibus eccleſiæ orationibus & ſacrificiis: ſicut habentes deuotionem in orationibus & miſſis alicuius perſonæ participes fiunt illarum iuxta ſuam deuotionem ex generali communione Sanctorum. Nec propterea æqua eſt rogantis & non rogantis conditio: ſicut non eſt magis & minus deuoti æqua conditio; ſicut non eſt æqua vno tantum & vno & altero modo facientis ſibi aliquid debitum conditio: Rogare enim & eleemoſynam pro hoc tribuere, corporaliter venerari, & huiuſmodi, & maioris ſunt deuotionis, & faciunt vt non ex communione ſanctorum tantùm, ſed ex tali actu etiam hoc aſſequatur.

Ad primum argumentum in oppoſitum iam patet reſponſio ex dictis, quòd effectus, ſcilicet miſſæ eſt finitus cuilibet ſecundum ſuam fidem, quo ad impetrationem, & ſecundum ſuam deuotionem quo ad ſatisfactionem, propterea vtrunque dicitur in canone, quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio. Eſt tamen infinitus in multitudine: quia infinitis poteſt reſpondere, ſingulis ſuas ſatisfactiones finitas & impetrationes pariendo.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd canon miſſæ teſtatur miſſas ita ab eccleſia ordinatas pro particularibus, vt tamen ſemper pro omnibus viuis & defunctis explicitè celebrentur: vt patet intuenti, Vnde prouida ſimul & pia Mater voluit, vt ex deuotione ſua omnibus ſacrificium prodeſſet, & ſpecialiter capitibus: & ex deuotionibus priuatis his vel illis prodeſſet, & ſic ſine fraude, & ſine cuiuſcunque damno excitat priuatas deuotiones pro ſe vel aliis, vt iuxta eorum deuotiones fructus referant ſpeciales. Et etiam & aliis fructus ex ſpecialibus miſſis quoniam enim naturaliter vnicuiq; amabile eſt proprium bonum, & quod commune eſt negligitur, excitamur magis. Adiungitur quoque non parui pendendus effectus in ſacerdote: qui & de propria deuotione offert pro particularibus, à quibus ſuſcepit eleemoſynas, vel quibus afficitur.

¶ Ad tertium dicitur, quòd ſi offerentes, & pro quibus offertur haberent tantam deuotionem in vna miſſa quantam habent in triginta, vna miſſa ſatisfacere pro triginta. Sed quia non eſt ſic (manifeſtè enim patet petentem habere maiorem deuotionem in triginta & meritò, quia maior honor exhibetur Deo in pluribus quàm in vna, cæteris paribus) ideo qui promittit dicere triginta, tenetur dicere triginta.

Et hæc de hac quæſtione dicta ſufficiant. Romæ, 1510 die primo Decembris.

TRACTATUS QUARTUS.

De Valore orationum dictarum ab audientibus Miſſam die feſto, vnica quæſtione contentus.

Num ad Canonicas horas obligatus, aliquam earum infra miſſam exoluens, ad quam ex die feſto obligatur, ſatisfaciat vtrique.

QVÆRITVR an obligatus ad canonicas horas exoluens earum aliquam infra miſſam, ad quam in die feſto obligatur, ſatisfaciat vtrique. Videtur nanque quod non. primò ex numero cultus miſſæ diſtinguitur contra cultum horarum canonicarum. Nam ſicut tenetur quis ad Primam & Tertiam, vt duos cultus, ita tenetur ad miſſam & horas vt diuerſos cultus, ac per hoc ſicut non poteſt ſimul duas horas exoluere, ita nec miſſam & horam. Et confirmatur, quia homo tenetur intereſſe miſſæ attentè, ſicut tenetur exoluere horas attentè. Cuius ſignum eſt, ꝙ ſi quis ex propoſito per notabilem partem miſſæ non curaret attendere ſecundum ſuum modum, ſed mentem ad alia diuerteret, non ſatisfaceret præcepto de miſſa: quia non diceretur intereſſe miſſæ pluſquam dormiens.

¶ Secundò ex tempore, quia ſicut eccleſia totum diem feſtum determinauit ad cultum Dei per ceſſationem à ſeruilibus, ita partem temporis, ſcilicet qua miſſa celebratur, determinaſſe videtur ad cultum Dei poſitiuũ, ac per hoc non licet occupare hoc miſſę tempus ad quemcunq; aliũ cultum proprium exigentem tempus, vt eſt quælibet canonica hora.

In oppoſitum autẽ eſt, quia obligationes iſtæ ſunt de compoſſibilibus ſimul, quia miſſa exigit ſolã præſentiam, & hora exigit quòd attentè dicatur: conſtat autem quòd vtrunque poteſt ſimul fieri. Quòd autem ad miſſam ſufficiat præſentia, patet ex eo ꝙ aliter tam ſurdus & cæcus, quàm multitudo maxima vni præſens miſſæ, & vbi ſacerdos ſubmiſſè dicit (vt in Germania) non ſatisfaceret præſens miſſæ: quod falſum reputatur.

¶ Præterea in huiuſmodi miſſa, præſentibus licitum eſt orationes vocales priuatas dicere, ſaltem, quũ ſacerdos non auditur, aut non intelligitur: ſed nulla hora canonica, nulla oratio iniuncta pro pœnitentia eſt, quam quis non poſſit dicere, vt priuatam orationem: ergo pari ratione vtrunque licet. Et confirmatur, quia duobus dicentibus in miſſa Tertiam, aut Pſalmos pœnitentiales, altero pro debito horæ, ſeu pœnitentiæ, altero ex ſ a deuotione, & vtroque pari attentione dicente, aut neuter minuit debitum miſſæ, & habetur intentum. aut vterq; violauit debitum miſſæ, quod omnes negant: aut alter tantùm, qui debitor erat horæ aut pœnitentiæ: & tunc niſi voluntariè hoc dicatur, oportet reddere rationem differentię quum conueniant ambo in oratione dicta, & illius quantitate, & in attentione. Si dicatur, ꝙ quia differunt in ratione debiti, quia alter debet, alter nõ: ideo ille non ſatisfacit, & iſte ſic: hæc differentia nihil facit ad propoſitum, quia ratio debiti per accidens ſe habet ad impediendum, vel non impediendum cultum miſſæ. Si enim huiuſmodi oratio impedit cultũ miſſæ, ita impedit, ſi ſponte, quàm ſi ex debito dicatur: & ſi non impedit, ita poteſt ſolui ex debito ſicut ſponte: tota. n. ratio illiciti ſi eſt, pendet ex hoc, quòd vnũ impedit ſeu tollit aliud tanq̃ ſibi incõpoſſibile.

¶ Præterea, Quum de hoc ſint contrariæ opiniones, & contingit aliquẽ de facto exoluiſſe infra miſſam in feſto horam, aut pœnitentiam, ſi non licet, erit iſte reus omiſſionis aut miſſæ (& ſic errauit irreparabiliter) aut tot horarum: & ſic commiſit tot peccata mortalia omiſſionis: quod eſt durum. Et propterea quæ eſt maior ratio, quòd ſit reus omiſſionis horarũ, quàm miſſarum, aut è conuerſo, quum alterum alterum impedierit?

Ad euidentiam huius quæſtionis primò præmittendum eſt, quid ſub præcepto cultus miſſæ comprehenditur quantum ad populum. Secundò declarandum eſt in quo ſtat difficultas. Tertiò reſpondẽdum quæſito.

¶ Quo ad primum, quia miſſa principaliter importat ſacrificium & ſecundariò doctrinã, (vnde pars doctrinalis vocatur Miſſa catechuminorum quia ad eruditionem ordinatur: ſacrificium verò vocatur miſſa ſine additione aliqua) ideo ſicut miniſtris præcipitur vt ſacrificium offerant, ita populo præcipitur, vt interſit corpore & mente. ſi enim ſola corporalis præſentia ſufficeret, poſſet quis ſe præſentem ſacrificio facere & voluntariè dormire: & rurſus poſſet mentem ad quæcunque voluntariè diuertere: quorum vtrunque eſt abſurdum. Præceptum enim eccleſiæ hominibus factum de intereſſendo ſacrificio, intelligendum eſt more humano, vt ſcilicet interſint vt rationales. Ita ꝙ ſicut clericos præceptum de horis canonicis dicendis obligat vt dicant ore & mente, hoc eſt propoſito, ſeu animo vacandi Deo (quia præcipitur cultus diuinus homini, vt homo, hoc eſt vt rationali: non colit autem ratione vtens, qui animum ad alia ſponte diuertit, quia ratio ipſa dictat oppoſitum) ita populus ex hoc, quòd obligatur ad miſſæ cultum intereſſendum, tenetur corpore & mente intereſſe: hoc eſt cum animo vacandi Deo, quantum Deus dederit.

¶ Eſt autem in miſſæ cultu inter ſacerdotem & populum conuenientia & differentia. Conueniunt ſiquidem in duobus, ſ. in attentione & materia, ſ. miſſa: nam vterque tenetur attendere miſſæ, & de ſacerdote quidem clarum eſt. De populo autem vltra dicta. declaratur ex quatuor. Primò ex eo, ꝙ ipſi dicitur, Orate fratres, &c. vbi mandatur petitio: vt petat, ſ. ſacrificii acceptationem. Secundò ex eo ꝙ eidem dicitur, Surſum corda: vbi indicitur oratio: hoc eſt mentis eleuatio ad inſtans ſacrificium. Tertiò. ex eo ꝙ eidem dicitur, Gratias agamus, &c. vbi inuitatur ad gratiarum actionem. Quartò ex eo ꝙ inſtitutio miſſæ habet, vt populus & audiat quæ doctrinæ ſunt, & dicat quę laudis ſunt, ad populum enim (iuxta Patrum inſtituta) ſpectat hymnum cantare, Sanctus, Sanctus, &c. dum ſacerdos agit ſacra myſteria. Communis eſt igitur vtrique attentio ad miſſam. Sed differunt in exteriori occupatione: quia ſacerdos eſt exteriori operatione occupatus circa miſſam tam dicendo quàm faciendo: populus autem ſecluſo auditu eorum, quæ altè dicuntur, quum intelliguntur, ab exteriori occupatione vacat, & in ſola attentione ad miſſam relinquitur. Et quoniam imperfectorum, (qui ſola mente circa miſſam occupari non ſufficiunt,) magna eſt multitudo, inde fit vt licitè populus aliquã vocalem orationem, dum ſacerdos diuina facit, aut ſecretò dicit, & pari ratione dum altè dicit, ſi non intelliguntur quæ dicuntur, aſſumat ad excitandam aut conſeruandam mentem attentam ſeu vacantem Deo durante ſacrificii tempore. Hæc enim in adminiculum humanę imperfectionis ad vacandum mente tanto ſacrificio, fieri piè intelliguntur: melius enim, imò recta via eſſet vt ſola mente, aut quaſi ſola mente circa tantum ſacrificium occuparentur præſentes, petendo vt

ſacrifi-

ſacrificium gratum ſit pro eccleſia, pro ſe, pro defunctis, &c. gratias agendo Deo de tanto beneficio paſſionis Chriſti & præſentiæ ibi, &c. Nec propterea laqueum iniicimus animabus: quoniam ſicut clericus obligatus ad horas, & ſacerdos celebrens, ſi præter intentionem euagatur, excuſatur ab attentione: ita & populus: ſatisfit enim huic præcepto ex propoſito, quo quilibet vadit ad miſſam, vt faciat quod eccleſia ordinauit, dummodo voluntariè poſteà nõ ponat obicem, diuertendo aduertenter mentem ad alia notabiliter: quia modicum pro nihilo reputatur. Hæc de primo.

Quò ad ſecundum difficultas conſurgit ex eo, quod hinc licitum eſt populo aſſumere quamcunque orationem ad habendam mentem Deo vacantem tempore ſacrificii: ac per hoc non prohibetur ad hoc aſſumere orationem votiuam, aut pœnitentialem, aut etiam horã canonicam: quum nihil horum habeat aliquid in ſe repugnans ad finem, ad quem aſſumitur: imò quodlibet horum ad ſacrificium miſſæ optimè ordinatur. Inde autem obſtat, quoniam ſi ſic fieret, ex duobus cultibus debitis non ſolueretur, niſi vnus tã quò ad attentionem, quàm quò ad tempus: nam, quũ in miſſa dicuntur Pſalmi pœnitentiales, licet dicatur miſſa & dicentur Pſalmi: vnica tamen attentio eſt, qua quis attendit miſſæ & Pſalmis: & ſimiliter vnicum tempus eſt, quo perſoluitur vtrunque: quum tamen duo diſparati cultus (quales ſunt propoſiti) expoſiti) expoſcant ſuas duas attentiones (ſicut quælibet duæ diſparatæ materiæ exigunt ſuas duas diſperatas formas) & ſimiliter exigent duo ſua tempora. Vnde fraus committi videtur quo ad numerum cultus, ſecundum attentionem & tempus, ex duabus debitis attentionibus perſoluendo vnam, & ex duobus temporibus ſoluendo vnum. Hæc de ſecundo.

Quò ad tertium duo occurrũt pro reſponſione ad quæſitum dicenda. Primum eſt. Non licet in miſſa præcepta dicere orationes alias præceptas. Probatur, tum quia diſparati cultus debiti ſunt in ſua diſparatione exoluendi, alioquin non ſuauiter exoluuntur: Tum quia oppoſitum faciendo interuenit confuſio attentionum & temporum, dum duæ attentiones confunduntur in vnam, & duo tempora in vnum. Tum quia minus ſoluitur, quoniam pro duabus attentionibus ſoluitur vna, & pro duobus temporibus dicatur Deo vnum. Tum quo ad horas, quia priuata authoritate non licet vnum publicum cultum ſubordinare alteri publico cultui diſparato: quod tamen fieret, ſi vna hora canonica diceretur infra miſſam, quia aſſumeretur ad habendam mentem vacantem Deo tempore ſacrificii. Et ſic verificatur opinio tenens, quod non poſſunt hæc infra miſſam præceptam dici. Non tamen per hæc intelligas, quin dum cantatur Kyrie, poſſit licitè ſacerdos, lectis legendis dicere horas canonicas: quoniam tunc non tam miſſa quàm miſſæ ſolennitas agitur: & ipſe nihil omittit miſſæ, ſed eſt tempus, ei per accidens vacans. & idem eſt iudicium de miniſtris & aliis in choro, qui graduali lecto, dum cantatur, horam perſoluunt reſiduam.

¶ Secundum eſt, ſi infra præceptam miſſam aliqua oratio aliàs præcepta dicitur, vtriq; ſatis fit, quãuis minus bene, vt dictum eſt. Et loquor quando ſecreta dicuntur, vel quando ſacerdos non auditur, aut non intelligitur. Et ſimiliter loquor de ſatisfacere, quantum ad vitandum peccatum mortale omiſſionis vtriuſque: non autem quantum ad meritum: quia nullus peccando veniales, meretur vitam æternam. Et, propterea ſi peccatum eſt dicere hæc infra præceptam miſſam, tollunt meritum, quod haberetur per talem actum, ſi rectè fieret. Hanc itaque conclusionem non pono, eo quòd illius rationem affirmatiuam videam, ſed quia non video vnde ſit falſa: vt patet diſcurrendo per ſingula. Rationes enim quæ inferunt præcedentem concluſionem, quamuis ſufficere videantur ad concludendum eſſe illicitum exoluere vtrunque debitum ſimul, non tamen ſufficiunt ad concludendum, non valere ſolutionem vtriuſque ſi de facto fiat. Quod enim multa debita ex diuerſis pręceptis poſſint ſimul & vnico actu Deo exolui, non eſt dubium: nam ſi quis vouiſſet exponere ſe martyrio, & antequam implendi votum tempus trãſeat, occurit caſus, in quo quis ex præcepto confitendę fidei tenetur exponere ſe martyrio, non eſt dubiũ quod exponens ſe ſatisfaciat & pręcepto voti reddendi, & pręcepto Chriſti de martyrio, & pręcepto de ſatisfactione pro peccatis commiſſis. Potiſſima igitur ratio in oppoſitum eſt, quia diſperati debiti cultus non exoluuntur vt ſunt (vt ſcilicet diuerſi & diſparati ſunt) ſi ſimul exoluuntur. Sed hęc recipit diſtinctionẽ: quoniam diſparati cultus ſunt duplices. Quidã quorum materię ſunt ſimul incompoſſibiles, vt duę horę canonicę, & ſimiles, quorum ſcilicet vterque exigit occupationem exteriorem: & hos oportet diſparatos ſolui vt ſunt. Quidam verò quorum materię ſunt ſimul compoſſibiles: quia alter non requirit occupationem exteriorem: & hi poſſunt vtroque modo exolui: & diſparatè, & ſimul ſubordinendo vnum alteri. Et tunc licet non exoluantur, vt ſunt totaliter diſparati, exoluitur tamen diſparata materia, miſſa ſcilicet & pœnitentialis oratio, exoluitur. Et hoc ſufficit: quia nullibi hoc pręceptum inuenitur vt non valeant, niſi exoluantur, vt totaliter diſperati. Et ſic quãdo populus non occupatur exterius circa miſſam, poteſt orationem pœnitentialem vel votiuam aſſumere ad mentem Deo vacantem habendum tempore ſacriſicii: ſicut poteſt quamcunque aliam aſſumere: & ſic cultui vtrique faciet ſatis. Quòd verò de duabus attentionibus & temporibus obſtare apparet, euaditur ex eo quòd licèt pręceptum ſit, quòd quilibet cultus exoluatur attentè: non tamen inuenitur præceptum, quòd omnes duo cultus duabus attentionibus exoluantur. Et propterea ſi duo cultus poſſunt ſub vnica attentione exolui, nulla conuincitur præcepti tranſgreſſio: ſat enim eſt, quod quilibet exoluitur attentè. Et idem dicitur de duobus temporibus, nullum enim inuenitur præceptum de duobus temporibus: propterea ſi multi poſſunt ſub eodem exolui tempore, nullum præceptum violetur. Et ſimiliter dicitur, quod licet minus quantum ad numerum attentionum & temporum exoluantur, non tamen huiuſmodi minoratio deſtruit valorem cultuum debitorum, Et ſimiliter licet malè faciat aliquis ſubordinendo priuata authoritate horam canonicam miſſæ, non tamen propterea euacuat alterum cultum. Et ſic verificatur altera opinio.

Vnde patet reſponſio ad primum argumentum. Conceditur enim, quod peccatum eſt ſimul hæc exoluere: ſi tamen fiat valet.

¶ Et idem dicitur ad ſecundum, addendo quod non eſt ſimile præceptũ de feſto præcepto de miſſa, quia illud datur directè de tempore, & ideo tempus oportet in illo præcipuè conſiderare, in quo tamen licet dicere votiuas & pœnitentiales orationes, quia tempus feſtiuum habet indeterminatam materiam poſitiuam, in qua homo occupari debet, & libertati Chriſtianæ relinquitur, in quo ſancto opere, ſiue aliàs debito, ſiue non, quis ſe in feſto occupet. Iſtud verò datur directè de cultu miſſæ, & tempus miſſam menſurans per accidens reſpicitur. Si enim tempus miſſæ per ſe præciperetur, quum habeat materiam determinatam, ſcilicet miſſam, non ſatisfieret vtrique cultui, quia non ſatisfieret vtrique tempori, vt patet.

¶ Rat o-

¶ Rationes autem ad alteram partem allatæ non concludunt, quòd liceat vtrunqua ſimul eaoluere. Prima.n. ſoluitur, quia ſuauis exolutio exigit duas diſparatas attentiones in duobus diſparatis cultibus. Miſſa enim exigit ſolam præſentiam, ſed noo ſolius corporis, ſed etiam mentis, vt declaratum eſt.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd noo eſt par ratio: quia hic ſunt duo cultus diſparati debiti, vt ſunt: non ſic autem eſt in ſpontaneis orationibus. Et per hoc reſpondetur ad confirmationem. Et quum inſtatur, quia ratio debiti eſt per accidens ad impediendum, reſpondetur, quòd non ideo illicitum interuenit in hoc caſu, quia vnus impedit alium, ſed quia vnus occupat attentionem & tempus & ſuauitatem alterius: quod per ſe oritur ex hoc, ꝙ vterque eſt debitus ſeorſum ſuauiter.

¶ Ad vltimam dicitur, quòd non interuenit mortale peccatum: & ſi reatus omiſſionis eſſet, omiſſa eſſet oratio aſſumpta: quia principale, quod eſt miſſa, intelligeretur non violari per adiunctam orationem aliàs debitam: quia ad vacandum Deo ſacrificij tempore aſſumpta iotelligitur.

TRACTATUS QUINTUS.

De Præcepto Eleemoſynæ ad mentem S. Thomæ, in ſex capita diuiſus.

1 *Operis ratio, ac intentio, atque falſæ quorundam opinionis ſuper mentem diui Thomæ circa neceſſitatem largitionis eleemoſynarum, relatio, & poſſibilis origo.*

2 *Quàm falſa fuerit æſtimatio eorum, qui imponunt D. Tho. quòd negauerit neceſſitatem eleemoſynæ.*

3 *Verborum diui Thomæ, ex quibus reprobata opinio pullulauit, explanatio.*

4 *Quarundam obiectionum ſolutio ponitur, quæ falſam ſententiam D. Thomæ impoſitam confirmare videbantur.*

5 *Solutio obiectionum in primo capite poſitarum pro fundamento illius falſæ opinionis.*

6 *Expoſita opinionis S. Thomæ ex Sanctorum, & illuſtrium virorum authoritate confirmatio.*

CAPVT I.

Operis ratio ac intentio: atque falſæ quorundam opinionis ſuper mentem diui Thomæ, circa eleemoſynarum largitionis neceſſitatem, relatio, & poſſibilis origo.

CHARITAS Chriſti vrget me, vt propter fratres meos & proximos meos loquar pacem: hoc eſt ordinis tranquillitatem in eleemoſynarum largitione neceſſariò ſeruandam: intuitus ſiquidem ſum ob quorundam ſcripta minùs bene doctrinam ſancti Thomæ intelligentium, multos facilè periclitari. Et quamuis omnis quæſtio de peccato mortali, periculoſam habeat à vero deuiationem, & ea maximè timenda ac cauenda ſit à veritate declinatio, qua latiori quis ſe credit viæ: tum quia proni ſunt ſenſus hominis ad aſſenſum præbendum his, quæ libenter ſequuntur; tum quia facilè eſt viam latam ingredi quum multorum ſit, & peccati expers vix eſſe poteſt: in hac ſpecialiter quæſtione tantò maius imminet periculum, quantò vltra prædictas cauſas viri celebres, quorum conſilio confeſſores reguntur, ſanctum Thomam docuiſſe id quod in re hac falſum eſſe oſtendetur, aſſerunt. Sanè Abbas Siculus in iure Canonico doctor famoſus ſuper ſecundo Decretalium de iureiurando cap. ſi verò. & frater Antoninus Archiepiſcopus Florentinus veteribus Chriſtiani gregis paſtoribus non minor, in ſecunda parte ſuæ Summæ titulo primo, c. 14. de inhumanitate, ſ. & quidam frater ordinis Minorũ qui Summulam fecit Roſellam nomine, in de eleemoſyna & mutuo: non malitia, ſed minus perſpicaci intellectu in hac re ducti imponunt ſancto doctori ex Secunda ſecundæ, quæſtio. 32 erroneam & procul ab humanis finibus opinionẽ circa eleemoſynarum largitionis neceſſitatem. Aiunt quòd ſecundum S. Thomam ibidem homo non tenetur de neceſſitate ſalutis facere eleemoſynam, niſi concurrentibus his duabus conditionibus ſimul, ſcilicet quòd daos habeat aliquid ſuperfluum, nedum naturæ, id eſt vitæ, ſed perſonæ, id eſt decentiæ ſtatus tam ſibi, quàm ſuis (quorum ſcilicet ei cura incumbit) & quòd appareat pauper patiens extremam neceſſitatem, aliàs licet bene faciat quis eleemoſynam faciendo, non tamen tenetur.

Concipere autem potuerunt hunc ſenſum ex ſancto doctore propter duo. Primò ex eo, quòd articulo 5. 32. quæſt. vbi diſputat, an dare eleemoſynam ſit ſub præcepto, in corpore articuli determinans hanc quæſtionem, dicit hæc verba, Quia præcepta dantur de actibus virtutũ, neceſſe eſt, quòd hoc modo donum eleemoſynæ cadat ſub præcepto, ſecundum ꝙ actus eſt de neceſſitate virtutis: ſcilicet ſecundum quòd recta ratio requirit: ſecundum quam eſt aliquid conſiderandum ex parte dantis, & aliquid ex parte eius, cui eſt elemoſyna danda. Deinde ſubdit, quæ ſunt iſta conſideranda: & dicit, quòd ſunt ſuperfluitas, nõ ſolùm naturæ, ſed perſonæ ex parte dantis, & extrema neceſſitas ex parte pauperis: & ſubdit deinde: aliàs autem eleemoſynas dare eſt in conſilio. Ex his enim videtur haberi, quòd ad hoc quòd eleemoſyna cadat ſub præcepto, oportet ſimul concurrere aliquid ex parte dantis, ſcilicet ſuperfluitatem, & aliquid ex parte recipientis, ſcilicet extremam neceſſitatem.

Secundò, ex eo ꝙ in ſequenti articulo determinãdo dicit, ꝙ quando occurrit extrema neceſſitas alicuius priuatæ perſonæ, vel etiam aliqua magna neceſſitas reipublicæ, laudabiliter aliquis prætermitteret id, quod ad decentiam ſui ſtatus pertinere videtur, vt maiori neceſſitati ſubueniret. In his enim verbis expreſsè dicit, ꝙ concurrente altero prædictorum tantùm, ſcilicet extrema neceſſitate alicuius, non habẽs de ſuperfluo perſonæ, id eſt decentiæ ſtatus ſui laudabiliter eleemoſynam facit. Quòd ſi laudabiliter, igitur non de præcepto, ſed de conſilio eſt eleemoſynã dare: niſi vtraque ſupradicta conditio cõcurrat. Confirmatur hoc: quia ante hæc verba loquens de neceſſario perſonæ, præmittit hæc verba: De huiuſmodi ergo dare eleemoſynam eſt bonum, & non cadit ſub præcepto, ſed ſub conſilio. Hæc ille.

CAPVT

CAPVT II.

Quàm falſa fuerit eorum æſtimatio, qui imponunt D. Thomæ, quòd negauerit largitionis eleemoſynarum neceſſitatem.

QVòd autem prædicta expoſitio non ſit ſecundum mentem & doctrinam S. Thomæ liquet primò ex eo, ꝙ San. Thomas in 4. ſen. diſtinctio. 15. quæſtio. 2. artic. 1. quæſtio. 4. expreſsè determinat oppoſitam. Tenet enim duas concluſiones. Prima eſt, Habens ſuperfluum naturæ & perſonę tenetur de præcepto erogare pauperibus illud ſuperfluum, etiam ſi non patiatur extremam neceſſitatem. Secunda eſt, Patienti extremam neceſſitatem tenetur de præcepto habens ſuperfluum naturæ, licèt non perſonæ, ſubuenire. Superfluum naturæ & perſonæ dicitur, ꝙ ſecundum ſtatum præſentem non eſt neceſſarium ſibi, vel his, quorum ſibi cura incumbit craſſa penſatione: attentis tamen futuris caſibus, qui probabiliter futuri ęſtimabuntur, & non omnibus, qui poſſunt contingere: hoc enim ad conſilium non pertinet, vt dicitur tertio Ethi. Extrema autem neceſſitas vocatur, non quando aliquis iam ſpiritum efflare cernitur, & ſubſidium recipere non poteſt: ſed cùm apparent ſigna probabilia futurę neceſſitatis extremę, niſi ſubueniatur, nec apparet nec in promptu eſt qui ei ſubueniat. Determinat autem has concluſiones adeò clarè, vt inficiari impoſſibile ſit. Sunt ſiquidem verba eius ibidem iſta, Quum eleemoſyna ſit actus virtutis, oportet ꝙ aliquo modo cadat ſub præcepto: quia pręcępta legiſlatoris ad virtutē inducere intendunt: vt dicitur 2. Ethic, reducitur aũt ad hoc præceptũ, Honora parentes, Honor aũt ille ſecũdum Aug. ad reuerentiam & ſubuentionem in neceſſariis pertinet, & nomine parentum omnis proximus intelligitur, ſed pręcepta affirmatiua non obligant ad ſemper, quamuis ſemper obligent, ſed obligant pro loco & tempore, & ſecundum alias determinatas conditiones. Quum autem vſus diuitiarum ſit ordinatus ad ſubueniendum neceſſitatibus præſentis vitæ, quæ quidem ſubuentio debet eſſe ordinata, patet ꝙ qui diuitiis non vtitur ad ſubueniendum neceſſitatibus præſentis vitę, vel inordinatè vtitur, à virtute recedit. Ordo autem ſubuentionis talis debet attendi, quantum ad duo. Primò ex parte eorum, quibus ſubuenitur, vt primò ſibi, poſteà ſibi coniunctis ſubueniat, deinde extraneis. Secundò, ex parte neceſſitatis talis debet eſſe ordo, vt prius abſolutis neceſſitatibus ſubueniatur, quàm alicui neceſſitati conditionatæ, quæ eſt quum quia indiget aliquo ad ſui ſtatus decentem conſeruationem. Et ideo præceptum legis ad hoc obligat, vt illud quod ſupereſt alicui poſt ſubuentionem perfectam, ſibi & ſibi coniunctis, puta familiæ, quam gubernare debet, reſpectu vtriuſque neceſſitatis in eleemoſynas expendat, ad ſubueniandum aliis reſpectu vtriuſque iſtarum neceſſitatum: ſicut etiam natura id quod ſibi de alimẽto ſuperfluit ab actu nutritiuæ, in qua attendit neceſſitas abſoluta, & actu augmẽtatiuæ in quo attenditur quaſi neceſſitas cõditionata, parat ad cõſeruationẽ ſpeciei, generatiuæ virtuti ſubminiſtrans. Et ſimiliter præceptum legis obligat, quòd etiam neceſſitati extraneorum abſolutæ primò ſubueniatur, quàm propriæ vel propinquorum conditionatæ: & ideo dicitur communiter, quòd dare eleemoſynam de ſuperfluo cadit in præcepto, & ſimiliter dare eleemoſynam ei, qui eſt in extrema neceſſitate. Dare autem de eo quod eſt neſſarium neceſſitate ſecunda, non autem de eo quod eſt neceſſarium neceſſitate prima: quia hoc eſſet contra ordinem charitatis. Hæc ille. Vbi apparet, quàm apertè ſupradictas concluſiones aſſerat atque confirmet; & conſequanter manifeſtè cuique liquere poteſt, ꝙ doctrinę ſuæ conſona non eſt opinio illa ſibi impoſita ex Secũda Secundæ. Quòd ſi aliquis dixerit hoc, quod dixit in quarto ſenten. retractatũ ab ipſo San. Thoma in Secunda Secundæ, aduertat ſe in errorem lapſum propter ſeptem. Primò, quia non eſt conſuetudinis ſuæ, vt opinionem quam alibi non ſolùm ſequutus eſt, ſed probauit retractet abſque memoria vel ſuæ olim opinionis, vel illorum, qui ſequuntur eam, vel ipſius opinionis. Secundò, ex eo, ꝙ iſta ſententia non ſolùm ſua, ſed communis antiquorum fuit: vt ipſe refert in ſupradictis verbis. Quis autem vnquam inuenit ſan. doc. reprobare ſuam olim, & communem aliorum opinionem, ſi non illius opinionis meminerit, ac aliqua eam ratione refellerit. In hac ſiquidem Secunda Secundæ, quæſtio. 88. articulo ſecundo opinionem, quam in 4. ſenten. diſtinct. 38. quæſtio. 1. art. 4. ſecutus fuerat circa diſpenſationem voti per profeſſionem ſolennizati reprehendens, expreſsè eius meminit. In tertia quoque parte, quæſtio. 9 artic. 4. opinionem, quam tenuit in 4. ſent. diſtinct. 14. artic. 3. circa ſcientiam animæ Chriſti retractans, explicitè ſeipſum reprehendit. In tertia ſimililiter parte quæſtionis. 70 artic. 4. opinionem, quam in 4. ſenten. diſtinctio. 1. quæſtio. 2. artic. 4. circa gratiam circuncisionis ſecutus eſt, reprehendens, expreſsè etiam ſeipſum mutaſſe opinionem aſſerit. Alibi quoque ſimiliter facit: ſed ſufficiat hæc tria adduxiſſe, vt oſtendatur mens eius. Si ergo hæc eſt eius conſuetudo, quomodo hoc in loco ſuã & communem (ipſo teſte) ſententiam reuocat, nullam penitus innuens illius memoriam. Tertiò, patet hoc idem ex eo, ꝙ non ſine ſuę gloriæ macula potuit intendere retractationem ſuæ olim & communis opinionis verbis adeò obſcuris & extortè exponendis, abſque, vt dictum eſt, ſuæ intentionis propalatione. Hoc ſiquidem & eſt contra promiſſionem à ſe factam in procemio totius Summæ: vbi dilucidè ſecundum ꝙ materia patietur, ſe proſequi cuncta velle ſpondet. Et eſt contra tanti doctoris prouidentiam: quis enim (niſi deſiperet) in re tam ardua verbis oppoſitum præ ſe ferentibus vteretur, potens claris vti? Nunquid timebat hic ſeipſum ac alios reprehẽdere & alibi æquanimior factus eſt? An fortè diuites odio habebat, vt veritatem eos celare vellet? Quartò, oſtenditur hoc idem ex verbis ſan. Tho. in Secunda Secundæ ibidem, concludendo enim ait, Si ergo dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto, & dare eleemoſynam ei, qui eſt in extrema neceſſitate, aliàs autem eleemoſynas dare eſt in conſilio. Quum enim S. Tho. Latina ſcripſerit lingua, & dilucidè, is ſenſus ex iſtis eſt ſumendus verbis, quem verba ipſa ſignificant. Accerſito autem quemcunque optimum grammaticum, & proponas ſibi quid intelligendum ſit ex iſtis verbis, Præceptũ eſt, vt fiat hoc, & fiat illud, reſpondebit certe, quòd duo præcipiuntur: & quòd ſcilicet hoc fiat, & quòd illud fiat. Quum autem verba ſan. Tho. talia ſint, quare non talis ſumendus eſt ſenſus? Dixit enim, In præcepto eſt dare eleemoſynam de ſuperfluo, & dare eleemoſynam ei qui eſt in extrema neceſſitate. Duo ergo grammaticaliter intelligendo præcipit, cùm dicit, & ꝙ detur eleemoſyna de ſuperfluo, & ꝙ detur eleemoſyna patienti extremam neceſſitatem. Quintò, confirmatur idem ex verbis ſan. Thomæ in eadem Secunda Secundæ. quæſtio 66. art. 7. in cor. vbi ait, Res, quas aliqui ſuperabundanter habent, ex naturali iure debentur pauperum ſuſtentationi: vnde dicit Ambro. & habetur in Decretis diſtinct. 47. Eſu-

rientium

rientium panis eſt, quem tu detines: nudorum indumentum eſt, quod tu recludis: miſerorum redemptio & abſolutio, eſt pecunia, quam tu in terra effodis. Sed quia multi ſunt neceſſitatem patientes, & non poteſt ex eadem re omnibus ſubueniri, committitur arbitrio vniuſcuiuſque diſpenſatio propriarum rerum, vt ex eis ſubueniat neceſſitatem patientibus. Hæc ille. Vbi cernere potes primam concluſionem. Secunda autem ex his, quæ addit ibi in corpore, & in reſponſione argumentorum, elici poteſt. Sextò confirmatur hoc idem ex verbis ſan. Tho. in eadem Secunda Secundæ, q. 87. art. 1. ad quartũ: vbi ait, Tertiæ verò decimæ, quas cùm pauperibus comedere debebant, ſ. in veteri teſtamento, in noua lege augentur, per hoc quòd Dominus non ſolùm decimam partem, ſed omnia ſuperflua pauperibus iubet exhiberi, ſecundum illud Lucæ 11. Quod ſupereſt date eleemoſynam. Hæc ille. Vbi apertè cernis iuſſiſſe, nõ conſuluiſſe Dominum Ieſum ſuperflua erogari pauperibus ſecundum doctrinam S. Tho. Septimò confirmatur hoc idem ex verbis ſan. Tho. in eadem Secunda Secundæ q. 118. ar. 4 ad ſecundũm: inquirens enim ibi an auaritia, ſemper ſit peccatum mortale, arguit ſecundo loco ad partem affirmatiuam ſic, Minimum in auaritia eſt, quòd aliquis retineat ſua inordinatè: ſed hoc videtur eſſe peccatum mortale, dicit enim Baſilius, Eſt panis famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam tu conſeruas, indigentis argentum, quod tu poſſides: quo circa tot iniuriaris, quot exhibere valeres: ſed iniuriari alteri eſt peccatum mortale, quia contrariatur dilectioni proximi: ergo multò magis omnis alia auaritia eſt peccatum mortale. Deinde reſpondendo huic argumento ait Ad ſecundum dicendum, quòd Baſilius loquitur in illo caſu, in quo aliquis tenetur ex debito legali bona ſua pauperibus erogare, vel propter periculum neceſſitatis, vel propter ſuperfluitatẽ habitorum. Hæc ille. In quibus verbis clariſſimè vtranque concluſionem poſuit, quomodo ergo in Secunda Secundæ retractauit quod dixit in 4. ſent. ſi in tot locis in Secunda Secundæ expreſsè confirmat quòd determinauit in quartò? Caue ergo ne de cætero talia ſancto doctori imponas.

CAPVT III.

Verborum diui Tho. ex quibus reprobata opinio pullulauit, explanatio.

VERVM Quia nõ ſat eſt falſam expoſitionem deſtruere, niſi vera apponatur, ideo declaranda ſunt verba eius quæ illi minus bene intellexerunt. Verba eius in loco allegato (ſcilicet in Secunda Secundæ, q. 32. ar. 5. vbi inquirit, an dare eleemoſynam ſit in præcepto) ſunt iſta: Quum dilectio proximi ſit in præcepto, neceſſe eſt omnia cadere ſub præcepto, ſine quibus dilectio proximi non conſeruatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet: vt proximo non ſolùm velimus bonum, ſed etiam operemur: ſecundum illud 1. Ioan. tertio. Non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate. Ad hoc autem vt velimus & operemur bonum alicuius, requiritur quòd eius neceſſitati ſubueniamus: quod fit per largitionem eleemoſynarum: & ideo eleemoſynarum largitio eſt in præcepto. Sed quia præcepta dantur de actibus virtutum: neceſſe eſt quòd hoc modo donum eleemoſynæ cadat ſub præcepto, ſecundum quòd actus eſt de neceſſitate virtutis, ſ. ſecundum quòd recta ratio requirit, ſecundum quam eſt aliquid conſiderandum ex parte dantis, & aliquid ex parte eius, cui eſt eleemoſyna danda. Ex parte quidẽ dantis conſiderandum eſt, vt id quod in eleemoſynas eſt erogandum, ſit ſuperfluum: ſecundum illud Lucæ 11. Quod ſupereſt, eleemoſynam date. Et dico ſuperfluum non ſolùm reſpectu ſuiipſius (quod eſt ſupra id, quod eſt neceſſarium indiuiduo) ſed etiam reſpectu aliorum, quorum cura ſibi incumbit, quia prius oportet quòd vnuſquiſq; ſibi prouideat, & his quorum cura ſibi incumbit, & poſteà de reſiduo aliorum neceſſitatibus ſubueniatur: reſpectu quorum dicitur neceſſarium perſonæ, ſecundũ quòd perſona dignitatem importat: ſicut & natura primò accipit ſibi, quòd eſt neceſſarium miniſterio nutritiuæ: ſuperfluum autem erogat ad generationem alterius per virtutem generatiuam. Ex parte autem recipientis requiritur, quod neceſſitatem habeat: alioquin non eſſet ratio, quare ei eleemoſyna daretur. Sed quum non poſſit ab aliquo vno omnibus neceſſitatem habentibus ſubueniri, non omnis neceſſitas obligat ad præceptum, ſed illa ſola, ſine qua is, qui neceſſitatem patitur ſuſtentari non poteſt: in illo enim caſu locum habet quod Amb. dicit: Paſce fame morientẽ: ſi non paueris, occidiſti. Sic ergo dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto, & dare eleemoſynam ei, qui eſt in extrema neceſſitate: aliàs autem eleemoſynas dare in conſilio eſt ſicut & de quolibet meliori bono dantur conſilia. Hæc ille. Ex quibus talis eſt accipienda ſententia: Eleemoſynarum largitio eſt in præcepto: quia dilectio proximi non ſolùm ſecundũ affectum, ſed effectum, eſt in præcepto. Tunc autem eſt in præcepto, quando eſt neceſſaria virtuti charitatis, ita quòd ſine tali eleemoſynæ donatione charitas manere non poteſt: quia eſt actus eius. Tunc autem eſt de neceſſitate charitatis, quando recta ratio ad hoc neceſſitat. Neceſſitantia autem ſecundum rectam rationem ad eleemoſynæ actum ſunt duo: aliquid ſcilicet ex parte dantis, & aliquid ex parte eius cui eleemoſyna eſt danda. Ex parte quidem dantis neceſſitans ad eleemoſynę actum eſt ſuperfluitas bonorum non ſolùm naturæ, ſed perſonæ, iuxta Chriſti præceptum, & naturæ proceſſum. Ex parte autem eius, cui eleemoſyna eſt danda neceſſitans ad eleemoſynæ actum eſt neceſſitas, ſeu indigentia, non quæcunq; (quia ab vno etiam habente ſuperflua non poteſt omnibus neceſſitatibus apparentibus ſubueniri) ſed extrema, iuxta verba Ambroſij. Vnde & dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto ratione ſuperfluitatis: & dare eleemoſynam ei, qui eſt in extrema neceſſitate, eſt in præcepto ratione neceſſitatis extremæ: aliàs autem eſt in conſilio. Quòd autem iſte ſit verus ſenſus, patet ex eo, quòd ſecundum iſtum ſenſum nulla tortio eſt literę, nullum ſequitur inconueniens, nulla diſcordia inter principia & concluſiones nulla contradictio interdicta eius hic, & in aliis locis ſupra allegatis: ſed omnia inueniuntur conſona non ſolùm ſupradictis, ſed etiam aliis dictis S. Tho. In quęſtionibus ſiquidem de malo, q. 13 ar. 2. ad quartum, exponens ſupradictam authoritatem Baſilij ait Baſilius loquitur in caſu illo, quando aliquis tenetur bona ſua pauperibus erogare, puta ſi ſit ei ſuperfluum ſecundum illud Lucæ 11. Quòd ſupereſt, date eleemoſynam. In quolibetis quoque, quolibeto 7. vel 8. apud aliquos codices, q. 6. art. 1. vbi quærit vtrũ ille, qui non dat pauperi petenti, ſi habeat de ſuperfluo, peccet, ponit eandem primam concluſionem in hæc verba, Circa hoc diſtinguendum eſt, ſuppoſito enim,

to.n.ꝙ aliquis habeat de ſuperfluo & reſpectu indiuidui, & reſpectu perſonæ, quòd tenetur pauperibus erogare, aut videt in paupere petente euidentia ſigna extremæ neceſſitatis, aut non: ſi videt, certum eſt, ꝙ tenetur dare, & peccat non dando: in hoc enim caſu loquitur Ambr. Paſce fame morientem: ſi non paueris, occidiſti. Si verò non apparent, tunc non tenetur dare pauperi petenti: quia quamuis teneatur dare ſuperfluum pauperibus, non tamen tenetur omnibus dare, nec huic dare, ſed tenetur diſtribuere, ſecundum quòd ſibi viſum fuerit opportunum. Hæc ille. Ex quibus prima concluſio euidenter apparet.

¶ Fundantur autem hæ concluſiones ſuper rationes multas. Quum enim bonum conſurgat ex cauſa integra, malum autem ex particularibus defectibus (vt Dio. dicit 4. ca. de Diui. nomi.) charitas ipſa erga proximum indigentem conſeruari non poteſt, niſi ex parte vtriuſque omne corruptiuum tollatur: contrariatur autem dilectioni proximi) vt ex dictis & dicendis patet) ex parte dantis ſuperfluum perſonæ indigẽtibus negare, ex parte verò pauperis extrema neceſſitas non adiuta: & ideo quodcunque illorum inueniatur, charitas non ſaluatur, & conſequenter malum culpæ mortalis conſurgit: & hæc eſt ratio quam tetigit S. Tho. in quæſt. 32. loco præallegato: quum dixit, quòd actus eleemoſynæ eſt de neceſſitate virtutis, ſecundum quòd recta ratio requirit, ſecundum quam aliquid eſt cõſiderandum ex parte dantis, & aliquid ex parte eius, cui danda eſt eleemoſyna. Amplius: Quum ordo charitatis ſit in præcepto (vt teſtatur S. Thomas in Secunda Secundæ, quæſtio. 44. articulo vltimo,) & ex charitate diligenda ſit vita corporalis proximi: ſecundum omnes plus tenemur diligere vitam proximi, quam bona noſtra exteriora, ſicut plus animam proximi, quam corpus noſtrum. Sed decentia ſtatus eſt quoddam bonum exterius: igitur tenemur de neceſſariis ad decentiam ſtatus noſtri ſubuenire vitæ corporali illius qui eſt in extrema neceſſitate. Et ſimiliter quum charitatis ordo exigat, vt decentiam ſtatus proximi ſuperfluitatibus noſtris proponamus (quoniam tale bonum charitas proximo vult) hoc autem malum abiicit, tenemur ex ſuperfluo naturæ & perſonæ aliorum neceſſitatibus ſubuenire. Et hæc eſt ratio, quam adduxit ſanctus Thomas in 4. ſent. vbi ſuprà. Amplius: Cum virtuti duo ſint extrema contraria, ſ. ſuperabundantia & defectus, (vt dicitur 2. Ethic.) charitas autem licet ſecundum ſe extremo ſuperabundanti careat (quia, vt inquit Bernard. Charitatis modus eſt abſque modo eſſe: ex eo quòd obiectum non poteſt tãtum amari, quantum eſt amabile) vtrunq; tamen extremum ſecundum exteriores operationes: vt ex Secunda Secundæ quæſtio. 26 art. 7. habetur: vnde & ex ſuperabundantia & defectu exteriorum operum corrumpitur. Ad exceſſum autem in propoſito pertinet plus de corporalibus bonis quàm oporteat attribuere tam ſibi, quàm aliis: quia amicabilia quæ ſunt ad alio ſunt ex amicabilibus, quæ ſunt ad ſe, vt dicitur 8. Ethic. Defectus verò eſt minus corporalibus bonis, vti quàm oporteat & ad ſui, & aliorum ſuſtentationem. Quum autem ſuper naturæ & perſonæ habens, nec indigentibus diſpenſans, plus ſibi, quàm oporteat huiuſmodi bonorum applicet (aliter ſuperflua non ſunt) manifeſtum eſt, quòd in charitatis extremum contrarium ſecundum ſuperabondantiam incidit, ſicut & ille, qui in ſuperfluis & voluptuoſis conuiuiis plus aliis, quàm deceat, tribuit, & conſequenter vterque peccat mortaliter. Similiter quum negans neceſſarium perſonæ patienti extremam neceſſitatẽ, minus aliis, quàm oporteat, communicet huiuſmodi bona (quia debentur exteriora bona ordine naturali ſuſtentationi vitæ humanæ primò, deinde cæteris commoditatibus) patet ꝙ in extremum ſecundum defectum declinat, ſicut & ille, qui ſui ipſius ob ſuam miſeriam corporali ſaluti ſubuenire negligit, vnde & vterque à charitate recedit, & conſequenter mortaliter peccat. Et hæc eſt ratio, quam tetigit S. Tho. in quolibeto 6. quæſtio. 7. Amplius, Quum de iure naturali omnia ſint communia, & ius gentium res appropriauerit quo ad vſum, procurationem & diſpenſationem (vt dicit S. Tho. in Secunda Secundæ, quæſt. 66. ar. 2.) conſtet quoq; ꝙ à iure gentium nihil inordinatum vim ſumit (quoniam à natura vt rationalis eſt, oritur) impoſſibile eſt ea, quæ huic ſuperfluunt quo ad naturam & perſonam, eius eſſe quo ad vſum (vſus enim ſuperfluorum inordinatus eſt, aliter ſuperflua non ſunt) licet illius ſint quo ad procurationem & diſpoſitionẽ. Si autem ea iure gentiũ eius non ſunt quo ad vſum, indigentibus ex iure naturali debentur, diſpenſanda tamen ſecundum arbitrium poſſidentis, cui (vt dictũ eſt) diſpenſationem ius gentium appropriat. Contra ius ergo naturale eſt ſuperflua naturæ & perſonæ indigentibus non largiri. Similiter licet neceſſarium perſonæ ſit habentis, etiam quo ad vſum, ſimpliciter loquendo: in caſu tamen, quo extrema neceſſitas alterius appropriat, vt ſuperfluum cenſetur eius vſus reſpectu illius patientis extremam neceſſitatem, & iuris naturalis vis exigit, vt tanquam ſuperfluum patienti debeatur. Non enim ratio, à qua ius gentium deriuatur, ita neceſſarium perſonæ appropriat huic quo ad vſum, quin iudicet in caſu neceſſitatis alteri deberi ob iuris naturalis vim. Cuius ſignũ eſt quia ſi ab iſto poſſidente neceſſarium perſonæ in tali caſu non diſpenſetur patienti extremam neceſſitatem, laudabiliter ab eo auferri poteſt, vt extremis neceſſitatibus ſubueniatur. Eſt igitur & contra ius naturale, nõ ſubuenire extremæ neceſſitati de neceſſario perſonæ. Et hæc eſt ratio, quam tetigit S. Tho. in Secunda Secundæ, quæſt. 32. in hoc ar. in reſponſione ad ſecundũ & eſt ſumpta ex verbis Baſilij & Ambroſij ille enim exponens verba Diuitis, Lucæ 12. dicentis, Congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea, ait, Dic mihi quæ tua, vnde ea ſumens in vitam tuliſti? ſicut qui præueniens ſpectacula, prohiberet aduenientes ſibi, appropriando, quod ad communem vſum ordinatum, ſimiles ſunt diuites qui communia quæ præoccupauerunt, æſtimant ſua eſſe. Si enim quilibet ſuæ neceſſitatis ſufficientiam recipiens, relinqueret ſuperfluum indigenti, non eſſet diues, nec pauper. Ceterum ſi fateris ea tibi diuinitus prouenire, an iniuſtus eſt Deus, inæqualiter res nobis diſtribuens? cur tu abundas, ille verò mendicat, niſi vt tu bonæ diſpenſationis merita conſequaris, ille verò patientiæ brauiis decoretur? Nonne ſpoliator es, qui diſpenſanda ſuſcepiſti, propria reputando? Eſt panis famelici, quẽ tu tenes, nudi tunica, quam in cõclaui conſeruas, diſcalceati calceus, qui penes te marceſcit, indigentis argentum, quod tu poſſides inhumatum, quo circa tot iniuriaris, quot dare valeres. Ambr. autem eandem parabolam tractans, vt in Decretis habetur di. 47. ſicut Hi ait, Proprium nemo dicat quod eſt cõmune, quod plus quam ſufficeret ſumptui, etiam violenter obtentum eſt, & ſubdit, Quis enim tam iniuſtus, quàm qui tam multorum alimenta non ſuum vſum, ſed abundantiam & delitias facit? neque enim minus eſt criminis habenti tollere, quàm quum poſſis & abundas indigentibus denegare. Concludendo igitur ſecundum veritatem & S. Tho. doctrinam duas diuiſim radices neceſſitatis ad eleemoſynæ opus producendum dicimus, ſuperfluitatem ſcilicet naturæ & perſonæ ex parte dantis, & extremam neceſſitatem ex parte indigentis.

CAPVT

CAPVT IIII.

Quarundam obiectionum ſolutio ponitur, quæ falſam diui Thomæ impoſitam ſententiam confirmare videbantur.

ANTEQVAM autem ſatisfiat motiuis vnde orta creditur illa falſa expoſitio, alias quaſdam obiectiones cõtra determinatam veritatem ad illius falſæ expoſitionis robur afferendas cui cenſui.

¶Quadrupliciter igitur inſtatur. primò ſic: Quũ eleemoſyna fit ad alterum, oportet coniunctim vtriuſq; conditiones conſiderare, & non diuiſim: ſicut & de iuſtitia dicitur 5. Ethic. vnde & S. Tho. in hoc art. ait, ꝙ nulla eſt ratio, quare eleemoſyna alicui detur, quãtũcunq; alias habeat ſuperflua, niſi iſte egeat: ergo copulatim oportet intelligere, ꝙ duo ſunt conſideranda ad præceptum eleemoſynæ ſcilicet ſuperfluitas, & extrema neceſsitas. Secundò: quia ſi nõ coniunctim intelligatur, ſequitur deficiens doctrina, & quodammodo impoſsibilis adimpleri. Deficiẽs quidem: quia dicit, ꝙ habens ſuperflua, tenetur largiri eleemoſynaliter, & non dicit cui: & ſimiliter ꝙ patienti extremam neceſsitatem ſub præcepto ſubueniendum eſt, & non dicit à quo. Impoſsibilis verò quãdoq; quia in aliqua patria nullus eſt pauper, & tamẽ aliquis habebit de ſuperfluo. Tertiò, quia poſt artic. iſtum quærit S. Tho. vtrum corporalis eleemoſynam ſit danda neceſſario: ex hoc enim arguitur ſic: Si in præcedenti arti. iam determinatum eſt, ꝙ patienti extremam neceſsitatem tenemur dare de neceſſario perſonæ, quid opus erat dubitare vtrum ſit danda eleemoſyna de neceſſario? Quartò: quia S. Tho. in quolibeto, 6. q̃ſt. 7. ſeu art. 12. in reſponſione ad primum, dicit hæc verba, Non ſemper peccat mortaliter quotieſcunq; nõ dat pauperi, qui ſuperfluum habet, ſed quando neceſsita imminet. Quando autem ſit talis neceſsitas, ꝙ obliget ad mortale, non poteſt ratione determinari, ſed committitur prudentiæ. Et in reſponſione ad ſecundum dicit, Dare omnia ſua pauperibus, cadit ſub præcepto ſecundum animi præparationem: vt ſcilicet homo ſit paratus hoc facere, ſi neceſsitas immineat. Minor tamẽ neceſsitas requiritur ad ſuperflua eroganda, quàm ad omnia exhibenda: tamen hoc totum ratione vniuerſali determinari non poteſt, ſed committitur prudentiæ, vt dictum eſt. Ex his enim verbis videtur quòd ſuperflua erogare ſecundum S. Thomã nõ ſit in præcepto niſi tẽpore neceſsitatis.

Ab Hæc Reſpondetur. Et ad primum dicitur, ꝙ eſt loqui de executione præcepti eleemoſynæ: & aliud de obligatione eius. Licet enim ad exequendum eleemoſynæ præceptum exigantur duo ſcilicet ſuperfluitas naturæ & perſonæ ex parte dantis, & indigentia naturæ vel perſonę ex parte eius cui eſt eleemoſyna danda: vel ſuperfluitas naturæ ex parte dantis, & indigentia naturæ, id eſt extrema neceſsitas ex parte patientis (quia aliter non eſt ratio, quare danda ſit eleemoſyna) obligatur tamen quis per ſe loquendo, ex hoc ſolo, quòd ſuperfluum naturæ & perſonæ habet illud diſtribuere. Solo autem dico, excludendo non omnem, ſed extremam alterius neceſsitatem, quã hic S. Tho. ſuperfluitati combinat, oportet enim quòd ſi vni ſupereſt, alteri deficiat: vt Baſilius dixit. Et ſimiliter ipſa extrema neceſsitas alicuius quantũ eſt ex ſe, obligatiua eſt ad hoc vt ſibi ſubueniatur. Per accidens autẽ eſt, quod hic vel nunc quis non teneatur, puta quia latẽt eũ indigentes. Vnde quia S. Thom. radices præcepti inueſtigabat, & non exequutionẽ, ideo diſiunctim intelligendus eſt (vt probatum fuit) aliter in maximos incideretur errores. Et ſi ſubtiliter aſpiciat quis, videbit ꝙ & ad ipſam obligationem præcepti duo concurrunt, ſcilicet ſuperfluitas naturæ, vel perſonæ ex parte dantis, & neceſsitas naturæ vel perſonæ ex parte patientis: quia præcepta moralia dantur de his, quæ vt plurimum eueniunt, vt pluries Ariſ. in Ethic. dicit. Communiter aũt, imò potius ſemper, ſuperfluitas vnius eſt indigentia alterius: ſed quia non ex parte indigentiæ eſt obligatio ad mortale, niſi ſit extrema, neq; ex parte ſuperfluitatis eſt præceptum, niſi ſit vltra perſonæ dignitatẽ, ideo ſummariè loquens S. Tho. ea quæ complent rationes præceptorum, aſſumens, ad aliaq; loca tanquã ad commentaria, quę ſe ſcripſiſſe nouerat remittendo, aſſumpſit, & concluſit dicens duo pręcipi, & dare de ſuperfluo, & dare extremã neceſſitatem patienti.

¶ Ad ſecũdum dicitur, ꝙ doctrina ſufficiens eſt, & quia ſummariè tradita, & quia alibi explicata eſt, & quia facilè ſubintelligi poteſt, cui danda ſunt ſuperflua (indigenti. ſ. & patienti extremam neceſſitatem) & à quo ſubueniendum eſt, ab eo, ſ. qui nouit & poteſt. Poſſe autem quemlibet ſuperfluum naturæ habentem, clarum eſt. Nec eſt verum, ꝙ quandoque impoſſibile ſit hoc obſeruare, quoniam ſecundum Euangelicam doctrinam pauperes ſemper habebimus nobiſcum, & dato ꝙ non appareret aliquis indigens obſeruaretur præceptum, futuris pauperibus theſaurizando. Dicitur ſecundò, ꝙ quia (vt dictum eſt) ſermones morales ſunt ſecundum ſubiectam materiam, quę vt pluribus hoc habet, ideo ſi in aliquo particulari caſu aliquid occurrat quod impedire videtur obſeruationem præcepti, nihil vigoris ipſi pręcepto adimitur.

¶ Ad tertium ſufficienter reſpondetur quantum ad propoſitum, ſpectat, quærendo ab obijcientibus, ad quid Sanctus doctor in 4. ſent. diſtinc. 15. poſt articulum adductum, in quo expreſsè has concluſiones determinauit, mouit illãmet dubitationem (an. ſ. eleemoſyna danda ſit de neceſſario) in ead. q. art. 4. Cauſa enim quam redditurí ſunt, quare hoc fecit in quarto, eſt illa quare hoc fecit in Secunda Secundæ, & quũ in 4. videant, ꝙ talis articuli q̃ſtio non repugnet veritati huius prioris determinationis, nec ſuperfluè addita ſit, fateantur fallax aſſumpſiſſe ſignum in Secunda Secundæ ad ſuam expoſitionem probãdã. Eſt autem in promptu cauſa, quare vtrobiq; talem articulum adiecerit, quia ſpecialẽ ſcilicet præ ſe fert difficultatem neceſſariorum diſtributio, quam enim audis neceſſarium, diſtribuendum non videtur. Vnde licet ex præcedẽti articulo facilè deduci potuiſſet concluſio iſta, quòd neceſſarium perſonæ erogandũ eſt patienti extremam neceſsitatem, tamen tota quæſtio, an ſcilicet liceat neceſſarium erogare, nota non erat, quare, & cætera.

¶ Ad quartum dicitur, quòd oportet intelligere reſponſionum terminos ſecundum quòd in argumentis oppoſitis aſſumpti ſunt. In illis autem argumentis non eſt ſermo niſi neceſſario naturæ & ſuperfluo naturæ, vt patet in primo ex præcepto Ioãnis Baptiſtæ Luc. 3. ꝙ inducitur. ſ. Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti, duæ enim tunicæ ſunt ſuperfluum naturæ, non perſonæ, vt gloſſa ibidem dicit, & Petrus de Palude in 4. diſt. 15. & ratio conuincit, tum propter tẽporum variationem naturalem ſecundum calidum & frigidum, ſerenitatem & intemperiẽ, tum propter communem humani generis morem. Vnde verba illa, quæ in ſolutione primi dicit, confirmant ſecundã cõcluſionẽ ſupra determinatã, quia neceſſariũ pſonæ ꝙ eſt naturæ ſuperfluum, in articulo neceſsitatis extremæ erogandum dicit ſub peccato mortali.

¶ Secundum autem argumentum replica eſt contra hanc reſponſionẽ hoc mõ. Dare oĩa ẽt neceſſaria naturæ, eſt in præcepto in articulo neceſſitatis, ꝙ tamen ſimpliciter eſt in cõſilio, ergo dare ſuperflua naturæ, ꝙ eſt in præcepto, obligat extra articulum neceſſitatis. Tenet conſequentia, qoia præceptum obligat plus q̃ cõſiliũ, ergo malè reſpõſum eſt, ꝙ præceptum illud de duabus tunicis, & ſimilia, intelligunt in articulo neceſſitatis. Et ad hoc reſpõdet ꝙ vtrunq; eſt io præcepto ſecundum præparationẽ animi ꝓ articulo neceſſitatis: ſed articulus neceſſitatis hẽt latitudinem Neceſſitatis.n. obligans ad neceſſaria naturæ cõicanda, eſt nõ quæcunq; extrema neceſſitas pauperis, ſed illa, qoa quis ẽt vitã propriã tenẽ diſcrimini exponere propter illũ; ſi.n. pro fratribus mori aliquando eſt in præcepto, cõſequens aſt ꝙ priuare ſe neceſſitatis vitæ adminiculis, cõmittendo ſe dioinæ prouidentię in aliquo caſo præceptum ſit. Neceſſitas aũt ad ſuperflua obligans naturæ cõicanda, eſt minor: ſufficit.n. ad hoc, ꝙ paoper non habeat vnde ſuſtentari queat. Vnde ex hac reſponſione ſecunda concluſio iterum confirmatur, ſicut & per corpus illios articuli.

CAPVT V.

Solutio obiectionum pro fundamento ilius opinionis in primo cap. adductarum.

AD Ea verò qoæ in principio pro fundamento illina expoſitionis adducta ſunt, reſpondẽt. Et ad primum quidem reſponſio ex dictis aperta eſt. Iã n. declarauimus, quomodo duo conſideranda ſunt ſecundum rectam rationem ad neceſſitatẽ virtutis eleemoſynatiæ.

¶ Ad ſecundũ verò dr̃, ꝙ ly laudabiliter, põt dupliciter ſumi. Vno mõ, vt diſtinguiẽ contra, Neceſſariò, & ſic idẽ ſonat laudabiliter ꝙ bene, ſed non de præcepto, ſed conſilio, Alio modo vt diſtingoiẽ contra, vituperabiliter: & ſic idẽ ſonat ꝙ virtuoſè. In propoſito S. Tho. accepit laudabiliter ſecundo mõ, & nõ primo. Et nihil aliud voluit dicere, niſi ꝙ in illis caſibos tribus, qnos enumerat nõ inordinatè, ſed virtuoſè quis neceſſaria perſonæ largireẽ. Ex autẽ ꝙ virtuoſè hoc fieri dr̃, non ſequitur, ergo non de præcepto: quoniam actus virtutis cõis eſt præceptis & cõſiliis.

¶ Et quia hoc verbom arbitror fuiſſe occaſionem atiandi aliis & falſã fouiſſe expoſitionẽ, propterea ꝙ creditum eſt ꝙ S. Tho. vtereẽ ly Laudabiliter, primo mõ: iõ oſtẽdo ꝙ ſecundo mõ accepit Ladabiliter ex quatuor. Primò ex art. titulo, ac S. Th. more. Quum n. cõſueuerit diuinum eius ingenium quæſtionibus ſñdere ſermone formalij, ꝓpter ꝙ vniuerſaliter profundæ ſunt eius ſententiæ, & occultæ minùs perſpicacibus: & titulus articuli nõ ſit, an de neceſſario fieri eleemoſyoa debeat ſub præcepto vel conſilio, ſed an de neceſſariò dare liceat eleemoſynã, ſua non intererat rñdendo diſſerere, ꝙ hoc ſit in cõſilio vel præcepto: ſed ꝙ hoc ſit contra virtutẽ, licet ad perfectiorem doctrinã potuiſſet poſt ſubiungere: & hoc non ſolum ẽ ſecundum virtutẽ, ſed ẽt in præcepto. Quod dixit ergo, laudabiliter, virtuoſè exponendum eſt, ſi difficultati motæ formaliter rñſum eſſe fateri volumus. Secundò, ex prima parte corporis illius, ait.n. ibi, ꝙ non licet dare de neceſſario naturæ: niſi ad ſuſtantationem reipublicæ, vel eccleſiæ in aliquo caſu neceſſitatis. Tunc.n. laudabiliter, inquit, ſeipſum & ſuos mortis exponeret periculo: quin bonum cõmune præponẽdum eſt proprio. Ex hoc arguiẽ ſic: Certum eſt, ꝙ in aliquo caſu teneẽ quis de præcepto, nõ ſolùm mortis periculo ſe exponere, ſed etiã mori pro fratribus: ergo quum S. Tho. dixit laudabiliter hoc fieri in aliqoo caſu nõ accepit, Laudabiliter, vt diſtinguiẽ contra neceſſario, ſeu de præcepto, quin falſum dixiſſet, quum in præcepto hoc eſſe non ſit dubium in aliquo caſo; accepit igit, Laudabiliter, id eſt virtuoſè. Quod ſi hic hanc acceptas gloſſam, quarè nõ infra in propoſito nñ? nulla ſiqoidẽ eſt qoæſtionis aut ſtyli diſparitas. Tertio, ex regula generali, ex qua excipiens profert hec verba. Quum.n. diſtinxiſſet neceſſarium in neceſſariũ naturæ & perſonæ, & de neceſſario naturæ regulã tradidiſſet, ꝙ non licèt dare ex eo eleemoſynã, & exceptionem feciſſet ad neceſſarium perſonę tranſiens, ipſum abſolutè conſiderãs (vt quæſtio exigebat) duas regulas tradidit. Prima eſt, ꝙ dare de neceſſario perſonæ, ſimpliciter.ſ. & abſolutè conſiderando ipſum, eſt bonum ſub conſilio tantùm, nõ ꝑ præcepto. Secunda autem quaſi aduerſatiuè addita eſt, ꝙ inordinatum eſt dare tantum de neceſſario perſonæ, ꝙ de reſiduo nõ poſſit conuenienter vita peragi. Et ab hac ſecunda regula excipit tres caſus, ingreſſum religionis, facilem reparationem, & extremã neceſſitatem priuatæ perſonæ, vel magnam reipub. quia in his laudabiliter neceſſaria perſonæ erogantẽ. Ex his verbis videre quiſpiam poteſt clarã luce, ꝙ laudabiliter poſuit contra inordinatum. Regula.n. erat, ꝙ neceſſarium perſonæ nimis à ſeipſo ſubtrahere eſt inordinatum. Exceptio autem eſt, ꝙ in tribus caſibus hoc fit laudabiliter, id autem eſt dictum laudabiliter, vt diſtinguitur contra inordinatè & contra vituperabiliter. Quartò patet hoc idem ex 4. ſenten. diſtinct. 15. quęſt. 2. art. 4. ibi.n. tractans hunc articulum, eãdem regulã tradit, & eoſdem tres caſus excipit ab illicitis. Conſtat autem ꝙ ibi iã determinauerat, ꝙ non ſolùm licitum, ſed præceptum erat dare de neceſſario perſonæ vltimam neceſſitatem patienti, nihil ergo obſtat prædeterminatæ ſententiæ, ꝙ id quod præceptum dixerat, poſt laudabile aut licitum dicat, exigẽte hoc noua difficultate, qoia formaliter ſibi volt reſponderi. Laudabiliter igitur, id eſt virtuoſè dixit dari eleemoſynam de neceſſario in articulo neceſſitatis.

¶ Et per hæc patet, qualiter intelligenda ſint verba illa, quæ ad confirmationẽ dicebantur.ſ. dare eleemoſynam de neceſſario perſonæ, eſt bonum, & non cadit ſub præcepto, ſed cõſilio. Quum enim hęc verba in eodem ſint articulo, accipienda ſunt, vt quæſitum formaliter determinat. Quæritur autem ibi non an liceat de neceſſario dare eleemoſynam in tali, vel tali caſu, ſed, vt dictum eſt, quia ipſum Neceſſarij nomen erogationem excludere videtur, quæritur an conſiderando id quod neceſſarium eſt alicui abſolutè & ſimpliciter, liceat eleemoſynam de eo dare. Ad hoc autem quæſitum facta diſtinctione de neceſſario naturæ & perſonæ, ſubtiliter & optimè quo ad neceſſarium perſonæ dictum eſt, ꝙ licet ſeu bonum eſt de conſilio, tamen non de præcepto. Ex hac tamen reſponſione non ſequitur, ergo in nullo caſu vel in caſu extremæ neceſſitatis hoc non cadit ſub præcepto, quæſita enim aliter à ſapientibus determinantur ſolitariè ſumpta, & aliter coniuncta alicui caſui, ſiue fini. Si enim quæras, an occidere hominẽ ſit bonum, optimè reſpondebitur quòd non, quòd ſi addas in caſu, quo iuſtitia exigit, reſpondetur quòd hoc eſt in præcepto. Similiter ſi quæras an exponere ſe mortis periculo, ſit bonum, optimè reſpondebitur quòd non; quòd ſi addas propter actum virtutis, dicetur ꝙ hoc quandoq; cadit ſub præcepto, & ſimiliter

de aliis

de aliis euidenter apparet, quòd aliam reſponſionē ſibi vendicāt ſolitariè quæſita,& alia coniuncta cum aliquo alio. Vnde ad inſinuandum Sanct. Thom. quod dare de neceſſario perſonę ſolitariæ ſumptum bonæ affectionis eſt,dixit ꝙ ſub conſilio,non præcepto cadit.Ad inſinuandum aūt,ꝙ hoc in aliquo caſu ſub præcepto cadit,ſuprà dixerat,& infrà dicit,& alibi,vt eſt allegatum,ꝙ de neceſſario perſonæ extremę neceſſitati ſub præcepto tenet̃ quis ſubuenire. Patet igitur ex dictis,ꝙ San.Tho.ſententia eſt,ꝙ duo ſunt præcepta circa eleemoſyna faciendam, ſ. dare de ſuperfluo naturæ & perſonæ indigentibus quibuſuis, & dare de neceſſario perſonæ patienti extremam neceſſitatem.

CAPVT VI.

Expoſitæ opinionis San.Tho ex multis illuſtribus doctoribus antiquis & modernis, confirmatio.

ET Quia hoc videbitur multis fortè nimia graue, & San.Tho.quem priùs imitabātur ſequendum non putabunt,& coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, vt omnino inexcuſabiles reddant̃, apponēdos cenſui multos illuſtres doctores eandem tenentes ſententiam, licèt non paruipendendum ſit verbum illud San. Tho. in 4 quando ait hanc eſſe communem ſententiam.

¶ Primam ergo concluſionē,ſ.ꝙ habens ſuperfluū naturæ & perſonæ,tenet̃ aliis ſubuenire rōne ſuperfluitatis licèt pauper non appareat in extrema neceſſitate,tenent imprimis Baſilius & Ambr.in verbis ſuprà adductis. Aug. quoq; ad Macedoniū,vt hr̃.14.q.4 can.quid dicā, idē ſentit in his verbis.Nonne oēs qui ſibi vident̃ gaudere cōquiſitis,eiſq; vti neſciunt, alienū poſſidere cōuincimus?hoc.n.certè alienū non eſt,ꝙ iure poſſidet̃,hoc aūt iure,ꝙ iuſtè,& hoc iuſtè, ꝙ bene,omne igit̃ quod malè poſſidet̃,alienum eſt, malè aūt poſſidet qui malè vtit̃.Hæc ille. Vbi apparet ſuperfluum naturæ & perſonæ alienū eſſe quo ad vſum,& cōſequenter diſpēſandum,aliter iniuſtè poſſidet̃,quia habens non rectè vtit̃ illo. Eandē confirmat ſententiā Hieron.diſt.42.c.hoſpitalē,dicēs. Aliena rapere conuincit̃,qui ſibi vltra neceſſaria retinere probat̃ Hæc ille. Theophilus quoq; ſuper illa verba Luc.18.Facilius eſt camelū,tractās an hæc Dn̄i ſententia impoſſibilitatē oſtendat circa diuitum ſalutē, affirmanſq; impoſſibilitatem,ait,Reuera ita eſt.aliud n.eſt diues,& aliud œconomus,nā diues eſt, qui ſibi reſeruat diuitias : œconomus verò, ſiue diſpenſator, qui ad opus aliorum has tenet. Porro attendat̃,ꝙ diuitē quidē impoſſibile dicit ſaluari ,poſſidentē verò diuitias difficile,quaſi di. Diues,in captus eſt à diuitiis,& famulat̃ eis,nō ſaluabit̃,habens verò illas,qui ſ.eis dominatur,vix ſaluabit̃,cā humanæ fragilitatis. Hæc ille. Vbi manifeſtè dānant̃ oēs reſeruantes ſibi diuitias,id eſt ſuperflua,& qui eis famulantur.Quòd aūt talis famulatus excludēs à vita æterna,ſit ipſa cuſtodia ſuperfluorū,apparet ex verbis Chryſo.ibidem dicētis.Non ꝓhibet ditari,ſed opibus famulari,vult vt in neceſſariis vtamur eis,nō vt cuſtodiamus,nā famuli eſt cuſtodire,ſed dn̄i diſpenſare.Si cōſeruari eas vellet,non tradidiſſet eas hominibus,ſed ſineret eas in terra iacere. Apparet ēt ex verbis Dn̄i,Matthæi 6. Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ, vbi Hieronymus,exponens quid ſit ſeruitus diuitiarum,ait, Audiat hoc auarus, audiat hoc qui cēſet̃ vocabulo Chriſtianus,nō poſſe ſimul diuitiis,Chriſtoq; ſeruiri,& tn̄ nō dicit,Qui habet diuitias, ſed, Qui ſeruit diuitiis; qui.n.diuitiarū ſeruus eſt,diuitias cuſtodit,vt ſeruus qui aūt ſeruitutis excuſſit iugū,diſtribuit eas vt dominus.Hæc ille. Vbi expreſſè apparet, ꝙ eſt impoſſibile ſuperflua cuſtodire, nō diſpenſando, & Chriſtū amare,diuitiis.n.amatis, ſe odio haberi, neceſſarium eſſe, ibidē dicit Dn̄s. Beda quoq; ſuper illud Luc. 11. Quod ſupereſt,date eleemoſynā, ait, Neq;.n.ita facienda iubetur eleemoſyna , vt teipſum conſumas inopia,ſed vt tui cura corporis expleta,inopem quantum vales,ſuſtentes,Hæc ille. Vbi iubet̃ expoſuit ſuſtentationem inopem poſt neceſſaria nobis.

¶ Inter poſteriores verò doctores Petrus de Palude in 4.diſt.15 q.3. expreſsè ponit hoc cadere ſub præcepto. Ricardus quoque in 4. diſt.15.q. ſecunda hoc idem confirmat. Durandus autem & Romanus ibidem,quaſi mortale pauidi timent.

¶ Secundam aūt concluſionē (ꝙ.ſ.dare eleemoſynā exiſtenti in extrema neceſſitate de neceſſario perſonæ ſit in præcepto) Ambro.diſt.86.ca.paſce, confirmat dicens,Paſca fame morientē,ſi nō paſciſti, occidiſti.Gregorius quoque in homiliis ſuis ait,Quia.n.in lege ſcriptum eſt , Diliges proximū tuum ſicut teipſum,minùs proximū amare cōuincit̃,qui nō cum eo in neceſſitate illius ēt ea quæ ſunt ſibi neceſſaria,partit̃,idcirco de diuidendis cū proximo duabus tunicis dat̃ præceptū. Hæc ille. Vbi euidenter apparet,ꝙ neceſſaria nō cōicata neceſſitatibus abſq; dubio extremis , minorē debito dilectionē Chriſti cōuincunt,& cōſequenter charitatis extinctionem,quæ diminutionem nō patit̃. Baſilius ēt ſuper illud Lucæ 3.Qui hēt duas tunicas,ait, Hic aūt docemur, ꝙ ex oī eo quod affluit ſuprà proprij victus neceſſitatē, tenemur erogare illi,qui nō habet,propter Deum,qui quæcunq; poſſidemus,largitus eſt. Hæc ille. Vbi clarè ſonat in tentā. Iuniores quoq;, ſ. Petrus de Palude, Richardus, Duran.& Romanus in 4. ſen.diſt.15. intrepidè aſſerunt teneri quēlibet de neceſſario perſonæ ſubuenire extremæ neceſſitati pauperis. Non abſq; temeritate ergo à tot doctoribus ac rationibus ſubtrahet ſe quiſpiā,volens magis hominibus placere, q̃ veritatē ſequi. Quòd ſi mihi illud Roſellæ obiiceretis,ꝙ.ſ.diuitum cōfeſſiones audiri nō poſſent, & cōfeſſores damnationē incurrerent , audi Dn̄m Ieſum Chriſtum in Euangelio,diuitibus dicentem , Facilius eſt camelū tranſire per foramen acus , quàm diuitem intrare in regnum cælorum.Confeſſoribus autem, Si cæcus cæco ducatum præbeat,ambo in foueam cadunt.

¶ Et ſic patet regula generalis, circa eleemoſynarum neceſſariā largitionē, applicatio aūt eius ad particularia ſciētificæ determinationi nō ſubeſt, ſed prudentiæ cōmittit̃,quæ circa particularia verſat̃.Eſt autem magna opus circunſpectione, vt cōcludat̃ hunc habere ſuperflua,oportet ſiquidē cōſiderare ſtatum,filios,filias,ſeruas,alumnos,hoſpites, cōuiuas,diuiſionem, munificentiam, magnificantiam, & ſi qua ſunt huiuſmodi,& habere ſemper præ oculis,ꝙ neceſſarium perſonæ non conſiſtit in indiuiſibili , multis.n. adiunctis,non apparebit ſuperfluum, & multis ſubtractis,non cenſebitur quis indigens.Et hæc de eleemoſynæ præcepto dicta ſufficiant. Anno Domini, 1496.Finis.

TRACTATVS SEXTVS.

De monte pietatis in quindecim capita diuiſus.

1 *Quid ſit Mons pietatis, quæ eius capitula, & quid diſcutiendum.*

2 *Ex quibus , & quomodo procedendum eſt ad huius veritatis inueſtigationem.*

3 *In quo genere, & in qua ſpecie virtutis, vel vitij operationes iſtæ locentur.*

4 *Conditiones iuſti commutatiui & diſtributiui.*

5 *Prima opinio dicentium, nihil vſura, aut iniuſtitiæ inueniri in contractibus Montis pietatis, ſtando infra limites iuſtitiæ commutatiuæ.*

6 *Examinatio prædictæ opinionis cum determinatione, quòd in his cõtractibus committatur multiplex iniuſtitia.*

7 *Secunda opinio examinatur, ſoluendo duo dubia concernentia dicta in præcedenti capitulo.*

8 *Solutio rationum arguentium, quòd contractus prædicti ſecundùm commutatiuam iuſtitiam ſint iuſti.*

9 *Determinatio, quòd in prædictis contractibus committitur vſura.*

10 *Opinio dicentium iuſta eſſe capitula Montis pietatis ſecundum formam iuſtitiæ diſtributiuæ.*

11 *Examen prædictæ opinionis determinans, quomodo hic ſit diſtributio.*

12 *Determinatio quòd ſecundum iuſtitiæ diſtributiuæ formam multiplex in hoc Monte iniuſtitia committatur.*

13 *Opinio dicens in monte hoc nullum eſſe propriè mutuum, ſed ſocietatem potius quandam prißimis capitulis ad commune bonum vnitam.*

14 *Examen prædictæ opinionis determinans iniuſtitiam nihil minus inueniri in capitulis Montis ſecundum hanc viam, quàm ſecundum alias ſupradictas.*

15 *Excluſio quorundam extraneorum dictorum, concludens vltimò intentam ſententiam.*

CAPVT I.

Quid ſit mons pietatis, quæ eius Capitula, & quid diſcutiendum.

Quid Mõs pietatis.

MONS Pietatis in multis iam Italiæ populis erectus, & nunc diſcutiendus, vocatur ſumma quædã pecuniæ ad perpetuum vſum pauperum deputata, hoc modo. Cõpatientes diuini verbi prędicatores aliqui inopiæ multorum pauperum, quorum facultates, (quia nõ ſemper in promptu habere contingit, vnde ſuis prouideãt neceſſitatibus) ab Hebræorum vſuris vocantur, induxerunt populum, vt pietatis intuitu oblatione voluntaria quiſquis quod ſibi placeret, offerret, quatenus ex multis oblatis vna quædã fieret nummorũ ſumma, conſeruanda integrè ad hoc, vt pauperi cuiq; mutuari poſſit, vnde ſibi prouideat. Et quoniã charitate plena res eſt hæc, fructuoſa fuit prædicatio, adunataque eſt pecunia multa ſub ciuibus cuſtodibus repoſita, q̃ Mons pietatis dr̃. Quumq; modũ conuenientem & perpetuum humano more rectores ciuitatis ſtatuere vellent, quò pauperibus prędicta pecunia diſtributione perpetua & æquali mutuari poſſit, ſtatuerunt bonos ciues ad hoc exequendum cum his capitulis.

¶ Primò, ꝙ cuſtodiant dictam pecuniam, & ſint parati ad mutuãdum egentibus tot aureos (putà tres ad ſummũ) & intra tantum non plus temporis (putà annum) reſtituendos, & hoc vt bonum poſſit eſſe communius.

¶ Secundò, ꝙ pignora ab accipientibus mutuum ſumant, & ſuo periculo cuſtodiant in domo ad hoc conducta, & reſtituentibus intra annũ reddãt, non reſtituentium verò publicè vendant, & ex venditione pecuniã exigerent reddendã dño venditi pignoris, deducto priùs eo, quod Monti debet, & horum omnium & totalis ſuæ adminiſtrationis rationes ſcriberent, & redderent. Et hoc totum fit, vt perpetuari poſſit Mons, & futuris pauperibus prodeſſe.

¶ Tertiò, ꝙ vltra pecuniã mutuatã exigant ſecundum numerũ librarũ ſingulis menſibus tot denarios à prædictis debitoribus, ita ꝙ quot libras aliquis mutuo ſuſceperit à Monte, tot denarios ſingulis menſibus, quibus illas retinet, dare teneat. Et hoc nõ, vt aliquid vltra ſortem Monti accedat ſed pro recõpenſatione operarum cuſtodum, & miniſtrorum, qui publico pauperum bono in ſupradictis cum ſuo periculo & labore deſeruiunt, & expenſarum quæ pro penſione domus, & emptione librorum, & cæteris ab eiſdẽ fiunt. Hæc ſunt capitula Montis pietatis. Quorũ duo prima, quoniam per ſe notum eſt eſſe ſancta, tertium examinandum reſtat, an ſit licitum aut illicitum: & ſi illicitum, an vſuram ſapiat.

CAPVT II.

Ex quibus, & quomodo procedendum eſt ad huius veritatis inueſtigationem.

OPortet autem huius dubitationis, ſicut & cuiuſq; alterius verã ſolutionem ex eius propriis principiis indagare. Quũ aũt quæſtio hæc moralis ſit, & ab homine naturaliter ſcibilis, nõ eſt ex authoritate diuina aut humana, ſed moralis philoſophiæ principiis tantũ procedendũ. Ex authoritate ſiquidẽ diuina in canonicis ſacræ Scripturæ libris contenta quædã per ſe ponunt credenda: & hæc ſunt, quæ humani excedunt vires ingenij, (quoniã fides eſt argumentũ rerũ nõ apparentium) vt putà ꝙ Deus ſit trinus, & alia huiuſmodi. Quædã quaſi per accidens: & hæc ſunt multa rõne naturali cognoſcibilia tñ credenda, q̃ operanda, vt citiùs, certiùs, & tutiùs veritas humano generi innoteſcat, vt puta ꝙ Deus ſit & ꝙ ſit vnus, ꝙ adulterium eſt malũ, &c. In neutro aũt horum genere præſens continet quæſtio, ſcibilis ſiquidẽ naturaliter eſt, & nullibi in ſacra Scriptura deciſa inuenit. Ex traditis aũt in ea ſi ſolui dẽt, oportet ad morales venire ꝓpoſitiones: nõ inquãtum creditas, ſed lumine naturali, notas. Hoc autem eſt ex principiis moralibus, non ex diuina procedere authoritate. Authoritas verò humana tã canonica, quam ciuilis duo ſimiliter tradit operũ genera. Quædã ideo ꝓcepta, quia bona, vel ꝓhibita, quia mala. In horum primo ordine conſtat hos, de quibus agimus, actus nõ cõtineri: in ſecũdo aũt claudi, nullibi explicitè hr̃. Implicitè aũt probari non põt ex iuris principiis, inquantum humana ſunt

Non ex ſacris literis, vel ſummi Põ. authoritate materia hæc ventilanda eſt, ſed ex principiis Moralis philoſophiæ naturali humine nota.

ſunt authoritate firmata: ſed oportet recurrere ad philoſophiam moralem, vt ex eius rationibus naturali lumine fultis, oſtendatur, an hoc ſit ſecundum ſe malum, aut bonum.

¶ Ex hoc autem, quòd nulla authoritas quæſtionem hanc propriã ſibi vendicat, euidenter quatuor patere poſſunt. Primò, quòd præſentis quæſtionis deciſio, nec canonici, nec ciuilis iuris doctores, nec purum Theologũ, ſecundũ quòd Theologia vltra philoſophicas diſciplinas eſt ſimpliciter neceſſaria, expoſcit, ſed moralem philoſophum. Secundò, quòd ſapientes in hac parte nec habendi, nec vocandi ſunt doctores prædicti: ſed ponentes potiùs falcem in meſſem alienam. Gratiæ tamẽ ſunt eis habendæ, qui ſecundũ iura, quãtùm licuit, quæſtionẽ hanc ventilarunt. Tertiò, quòd nõ eſt mirum, ſi tot huiuſmodi homines in re hac minùs bene dixerint: quoniam tractant fabrilia fabri. Quartò, quòd ex eo quòd tot & tales dixerint, vel dictum ſint in re hac ſuas opiniones, aut deciſiones, nemo hæc intelligens debet, atq; poteſt conſcientiam ſuam eis credere: ſicut nec corporeæ infirmitatis periculum aromatariis, niſi ſtultè committeret.

¶ Nec obſtat, quòd agere de contractibus & vſura, ad iura ſpectet, & ad Papam & principẽ decernere: hoc n. verum eſt quò ad contentioſa fori exercitia, & humana iudicia. Inter homines ſiquidem ſummi Pontificis eſt vſurarum ambiguitates determinare, & nõ ſimpliciter. Dupliciter. n. aliquid ad eccleſiaſticũ iudicium ſpectat, ſ. per ſe & ſimpliciter. Et ſic ſummi Põtificis iudicio ſubſunt ea tantùm, quæ ſunt fidei: eo quòd ipſe eſt conſtitutus à Chriſto doctor & rector fidelium, inquantum fideles ſunt, & non hominum, inquantũ homines ſunt: & ſibi promiſſa eſt omnis veritas de neceſſariis ad ſalutem fidelium: & non oĩs veritas naturaliter ſcibilis, aut moralis. Aliquid verò ſubditur eccleſiæ iudicio per accidens, & ſecundum quid, ſi. ſ. illud neceſſarium certa ratione neſcitur, aut ſi ratio verè ſcita ab aliquibus, non capitur ab aliis, &c. & de horum numero conſtat ex dictis quæſtionem hanc eſſe. Et propterea ſicut in his, quæ ſunt fidei ſummi Põtificis authoritas omnibus præeſt rationibus: ita in his ſcibilibus ſupra tam ipſum, quàm quemcunque alium iudicẽ, ratio naturalis lumine roborata locum obtinet: contra quam ſola authoris naturæ authoritas ſtatuere, aut decidere aliquid poteſt. Et quoniam ſolius veritatis amore opus hoc agitur, & materia moralis eſt, vt omnibus amabilis veritas reddatur, nemo opinans nominabitur, aut mordebitur quouis modo: ſed opiniones diſcutiemus, bene dicta ſuſcipientes, minùs autem bene, ordinantes, & ſecundùm vires fraternitate, & charitate emendantes.

CAPVT III.

In quo genere, & in qua ſpecie virtutis, aut vitij operationes iſtæ locentur.

Opera, quę in Monte pietatis exercentur, non modò ad commutatiuæ iuſtitiæ rationem reducuntur, ſed etiam diſtributiuæ.

HVMANA Opera virtutis, aut vitij ſuſceptiua, in duo ſecantur genera. Quædam enim ſunt, quorum bonitas, vel malitia in ordine ad operantem conſiſtit, vt concupiſcere, iraſci, timere, audere, & vniuerſaliter humanæ paſsiones. Talium ſiquidem rectitudo ſufficienter habetur, ſi ipſe operans in ſeipſo aliqualiter ſe habet, puta ſi paſſio ſecundũ rõnẽ refrænetur, &c. Alia aũt ſunt, quorum propria & per ſe primò bonitas, aut malitia cõſiſtit in ordine ad alterum. licèt ad ad completã virtutis bonitatem etiam in ordine ad operantem bona eſſe oporteat: vt reddere depoſitũ, reſtituere accommodatum, & vniuerſaliter operationes, quæ iuſtitiæ ſubiacent. Ad horum ſiquidem rectitudinẽ propriam, id eſt ad hoc vt iuſta opera ſint, ſufficit quòd alteri æqualiter commenſurata ſint, puta quòd reſtitutio acceptioni æquet. Non. n. refert qua quis intẽtione depoſitum reddat, aut debitum perſoluat, ſi operis iuſtitiam inſpicimus: licèt plurimum interſit, ſi iuſtitiæ virtutem operanti attribuere volumus. Propter quod hoc eſt ſingulare in iuſtitię operibus, quòd iuſta operari poſſunt carentes iuſtitiæ virtute, cæterarum autem virtutum opera nemo abſque virtute illa explere ſufficit. Quod ideo, (vt ex dictis patet,) accidit, quia cæteræ virtutes perficiunt hominem in his, quæ ſunt ad ſe, iuſtitia verò in his, quæ ſunt ad alterum, vt in quinto dicitur Ethi.

¶ Quum autem clara luce liqueat opera hæc, de quibus præſens agitur quæſtio, in numero eorũ, quæ ad alterum ſunt cum æqualitatis ciuili debito cõtineri, eorum bonitatem vel malitiam ex ipſa ratione iuſti, quod ad alterum eſt, ſecũdum ęqualitatem ciuiliter debitam, conſiderare oportet. Et ob hoc omnes rationes quæ in re hac adducuntur, ex rectitudine voluntatis & pietate intentionis communitatis & miniſtrorum defectiuæ ſunt, non. n. attingunt ad opus ſecundum ſe, an iuſtum vel iniuſtum ſit. Et quĩ iuſtum nõ humana lege poſitum (quoniam illud nõ eſt ad propoſitum, eo quòd non habet locum niſi in indifferẽtib.) ſed naturale, id eſt ex ipſa rei natura æqualitate aliqua alteri cõmenſuratũ, in duas ſecatur ſpecies, ſ. ſecundum iuſtitiam commutatiuam & ſecundum iuſtitiam diſtributiuam, oportet non latere, ſecundum quã iuſti ſpeciem opera hęc examinare oportet, non. n. eodem modo iuſti ratio in vtraq; inuenitur. Quamuis autem primo aſpectu ad commutatiuã iuſtitiam omnia huiuſmodi opera ſpectare videãtur (quia vel reſtitutionis, vel recõpenſationis, vel locationis actus ſunt) quia tamen ſecundum multos diſtributiua admiſcetur iuſtitia, idcirco primò ſecundum formam iuſtitię commutatiuæ, deinde ſecundum admixtam diſtributiuam, & demum quandam ſingularem opinionem examinando procedemus.

CAPVT IIII.

Conditiones iuſti commutatiui, & diſtributiui.

QVIA verò ignoratis rationib. terminorum, impoſſibile eſt intelligere cętera, prælibandum eſt quid ratio iuſti in commutationibus exigat, & ſimiliter quid ratio iuſti in diſtributionib. requirat. ad hęc enim aſpicientes, oportet reliqua examinare. In ciuitate, quum totum quoddam ſit triplex debiti ratio, ſine qua iuſtum non inuenitur conſiderari poteſt, ſcilicet partis ad partẽ, & totius ad partes, & partium ad totum. Primus ordo dirigitur à iuſtitia commutatiua, ſecundus à diſtributiua, tertius à generali, quæ legalis alio nomine dicitur, de qua in quinto Ethicorum dicitur, quòd neq; heſperus, neque Lucifer ita fulgens, aut admirabilis. Partes ſi quidem ciuitatis ſunt ſingulares perſonæ, quarũ & res & opera & perſonas commutare adinuicẽ oportet, vt quod vni deeſt, abſque dantis damno ab altero habeatur. Bonum ſimiliter vel malum commune neceſſe eſt ſingulis proportionaliter diſtribuere, ſingulorumque bona ad commune bonum ordinanda eſſe nemo dubitat.

Commutatiua iuſtitia exigit vt aliquid detur & accipiatur ſimiliter ſingulariter perſonis ſecundum æqualitatẽ arithmeticam: diſtributiua verò exigit diſtributionem à principibus, vel

Sed omiſſa pro nunc tertia hac iuſtitia (eo quia, vt poſt patebit, non eſt ad propoſitum) ſciendum eſt, quòd iuſtum ſecundũ iuſtitiam cõmutatiuã requirit tres

ſtituere ſa ctam ſingu la s perſonas ſecundum æqualitaté geometri- cam.

conditiones. Primu eſt, ꝙ ibi ſit datio & acceptio ex parte vtriuſq; extremi, aliter cõmutatio non eſſet, & commutatiuæ iuſtitiæ (quæ directiua commutationũ eſt) propria deeſſet materia. Secũda eſt, ꝙ ſit inter partem & partẽ, id eſt ſingulares perſonas, aliter à diſtributiua, aut generali iuſtitia non diſtingueretur, vnde ſeruitium cõitati exhibitum, recompẽſatur ab ea, vt ſingularem perſonam induit, ſicut & vendit & emit, vt perſona ſingularis. Tertia eſt, ꝙ ſeruetur æqualitas arithmetica, id eſt quantitatiua, vi. ſ. quantum fuit ſeruitium, tanta ſit merces, & quanta læſio, tanta vindicta, &c. aliter commutationes iuſtæ non eſſent. Mutuanti enim quatuor, niſi quatuor reſtituerentur, iniuſtitia eſſet, & ſimile eſt in aliis.

¶ Iuſtum aũt ſecundum iuſtitiam diſtributiuam, tria, ſimiliter exigit. Primò, ꝙ ibi ſit diſtributio, quæ propria eſt iuſtitiæ diſtributiuæ materia, vt ex eius nomine patet. Secundò, ꝙ ſit inter totum & partes, ita ꝙ à toto ad partes terminetur, aliter debita ratio & diſtributio in vnum non coirent. Diſtributio nanq; partitionem ſonat alicuius, ꝙ niſi totius eſſet, partibus debitum, vt diſtribueretur, non eſſet. Vocamus aũt totum cõitatem, vel principem vt ſic, partes aũt ipſos ciues. Tertiò, ꝙ ſeruetur æqualitas geometrica, id eſt proportionalis, vt. ſ. talis ſit proportio eius quód datur de cõibus bonis vni perſonæ, ad id quod datur alteri, qualis eſt inter perſonas ipſas, id eſt, vt quantum vna perſona præcedit alteram in illa republica, tantùm quod vni datur excedat id, quod datur alteri. Aliter æqua non eſſet diſtributio, quia boni totius partibus debiti tanto plus alicui parti debetur, quantò pars illa principalior eſt in illo toto, quæ principalitas in diuerſis politiis ſecundum diuerſa attenditur ſcilicet ſecundum virtutem, aut diuitias, aut aliquid huiuſmodi.

CAPVT V.

Prima opinio, dicentium nihil vſuræ aut iniuſtitiæ inueniri in contractibus Montis pietatis, ſtando infra limites iuſtitiæ commutatiuæ.

Mutuantes in Monte pietatis & quomodo nullam vſuræ, vel iniuſtitiæ maculam incurrant.

HIs Igitur præmiſſis illorum occurrit opinio, qui terminos commutatiuæ iuſtitiæ non egrediendo, cõtractus omnes huius Montis, nec vſuræ nec iniuſtitiæ aliquid ſapere credunt. Et quoniã hi duabus incedunt viis, illa primò adducenda eſt, quæ hos contractus adeò ſecundum ſe iuſtos dicit, vt ſi de cuiuſq; priuatæ perſonæ intentione recta conſtaret, ſicut de pia communitatis & Montis intentione modò conſtat, cuilibet liceret pecunias ſuas cum ſupradictis cõtractibus pauperibus mutuare.

¶ Vt autẽ huius ambiguitatis veritas clarius eluceſcat, ex quo non refert ſecundum hanc viam, quis mutuet, publica ſiue priuata perſona, nec refert cuius ſit quod mutuo datur, an. ſ. mutuantis ſit an alterius, ponamus in terminis caſum diſcutiendum, præſuppoſita recta intentione mutuantis, quã tamen præſupponere non eſt opus, quia contractus ſecundum ſe iuſtitiam quærimus, quæ in æqualitate commutationis conſiſtit quacunq; ad intentione fiat. Sit ergo Petrus mutuis indigentium exponens 10000 ducatos, cõducatq; miniſtros ſcriptores, & cuſtodes pignorum, ſine quibus mutuũ nulli dare vult, exigatq; vnũ denariũ pro qualibet libra ſingulis menſibus à ſingulis accipientibus, & retinentibus mutuũ, ſuppoſito ꝙ tanta quantitas pecuniæ requiratur ad mercedem reddendam debitã miniſtris, & cuſtodibus, &c. Dicit itaque his ſtãtibus hæc prima opinio tria. Primò, ꝙ hic ſunt tres contractus, ſecundò quod in his nulla interuenit vſura, tertiò, ꝙ in his nulla inuenitur iniuſtitia.

¶ Primum horum declarant diſtinguendo cõtractus. Eſt ſiquidẽ hic primò contractus mutui inter Petrum mutuantẽ & Ioannem pauperem. Eſt deinde contractus pignoris inter Ioannem pauperem & ipſum Petrum, ſeu miniſtros eius, ꝙ idẽ eſt quia in mutuantis perſona pignus ſuſcipiunt. Eſt & tertiò cõtractus locationis, quo miniſtri operas ſuas locant ad ſcribendum, cuſtodiendum & excutiendum pignora &c. & pauperes mercedem eis debitam retribuunt, vnum denarium pro libra ſoluendo.

¶ Secundum verò, ſ. ꝙ hic nulla ſit vſura, probant ex ipſius vſuræ ratione dupliciter. Primò, quia vſura eſt quñ aliquid vltra ſortem ex mutuo quæritur, ita ꝙ mutuum ſit nõ occaſio aut cã ſine qua, nõ ſed ratio & cã propter quã aliquid pecunia æſtimabile vltra ſortem percipitur. Conſtat aũt ex diſtinctione contractuum, ꝙ hic nihil propter mutuum vltra ſortẽ quæritur, ſed tantùm ꝓpter locatas operas miniſtrorum, cuius euidens ſignum eſt, ꝙ ſi miniſtri gratis hæc facere vellent donantes ſingulis illos denarios, nemo turbabitur. Secundò, Quia ſi iſta miniſtrorum merces eſſet vſuraria, à quocunq; redderetur, eſſet vſuraria, non. n. refert, an fœneratori vſuræ dentur ab accipiente mutuum, vel à principe, vel à quocunque alio. Sed conſtat ꝙ prædictis miniſtris abſque vllo ſcrupulo põt tanta merces pro his laboribus à communitate vel principe reddi, vt Mediolani, & Brixiæ, & Veronæ ſit, ergo non eſt vſura.

¶ Tertium autem, ſ. ꝙ hic nulla ſit iniuſtitia, declaratur ſic, Si hic eſſet iniuſtitia, aut eſſet iniuſtitia iſta ex parte miniſtrorũ, vt ideo iniuſtitia ſit exactio iſta, quia ipſi gratis teneñ operas ſuas impẽdere, & hoc non, quia nõ ſumus in caſu extremæ neceſsitatis, aut ſuperfluitatis tantæ ꝙ teneantur ad hoc. Aut ex parte modi accipiendi, vt ideo iniuſta ſit acceptio, quia taxatus vnus denarius pro libra ſingulo menſe, & hoc non, tum quia multorum ſapientum & bonorum virorum ſnĩa conſideratis particularibus circunſtantiis via hæc æquiſſima iudicata eſt, particularium autem iudicium prudentibus viris committendum eſt ſecundum moralem philoſophiã. Tum quia huic modo ratio ſuffragaẽ, commenſuratẽ. n. hoc modo ſolutio periculo & labori miniſtrorum. Quantò maioris pretij pignus, aut maiore tempore retineẽ, tantò plus periculi cuſtodes ſubeunt & curæ & laboris, ſi excutienda (vt ſæpe accidit) pignora ſunt. Aut ex parte pauperum, vt iniuſta ſit hæc exactio, quia à non debente ſoluere exigit, & hoc non propter duo. Primò, quia ſi pauper non teneẽ ad hoc cum aliquis ad hoc teneaẽ, debet aſſignari quis eſt, qui ad hoc obligeẽ. Ipſe Petrus mutuans non teneẽ, quoniã damnum incurrere non tenetur ex hoc, ꝙ beneficium mutui impendit, quinimo ſi aliquod dãnum ex hoc incurreret, poſſet à paupere accipiente mutuum illius recompenſationem exigere, vt ab oĩbus doctoribus concorditer dẽ. Princips quoq; cõitas ad hoc non teneẽ, tum quia ſumus extra caſus extremæ neceſſitatis & ſuperfluitatis, extra quos eleemoſyna non eſt in præcepto, tum quia principes, etſi teneantur pauperum curam habere, & eis ſubuenire, non tñ tenentur hoc modo ſubuenire, vt de ſe patet. Si ergo nullus inuenitur, qui ad hoc teneatur, reſtat ꝙ pauper ipſe teneatur. Secundò quia morale principium eſt, ꝙ ille debet onera rei ſuſtinere, in cuius fauorem res agitur, cum autem conſtet, ꝙ miniſtrorum opera propter pauperes fiant, vt habeant vnde ſuis prouideant neceſſitatibus, conſequens eſt, ꝙ ipſi pauperes debeant miniſtrorum operas recompenſare.

CAPVT

CAPVT VI.

Examinatio præpoſitæ opinionis cum determinatione, quòd in his contractibus committatur multiplex iniuſtitia.

Non niſi iniuſtè exigitur a pauperibus ꝓ ſibi mutuata pecunia aliquid pro mercede illorum, qui in Monte pietatis laborant præterquã ad ſoluendam cõtinuam & obligatã metui præparationẽ.

QVod autem prædicta opinio in multis à veritate deficiat, non ex opinabilibus, ſed ex per ſe notis principiis moralibus deducendum eſt. Aſſumamus itaq; duo principia in commutationis contractibus per ſe euidantia. Alterum affirmatiuũ, ſ. ille tenetur mercedem reddere, in cuius fauorẽ opus agitur. Alterum negatiuũ, ſ. nullus tenetur mercedẽ reddere pro opere facto in alterius fauorẽ. Hæc principia ſtãdo infra limites iuſtitiæ cõmutatiuæ per ſe nota ſunt, quoniã ex ſeipſis æqualitatem iuſtitiæ clarè continent, & ideo indiſciplinati eſſet quærere eorum probationem. Sub his autem principiis oportet ſubſumere propoſitiones minores, quas difficilè eſſet intellectu penetrare, niſi prius operationes miniſtrorum interuenientes in cõtractibus iſtis diſtinguerentur, & ſigillatim diſcuterentur quæ in cuius fauorem fiat, hac.n. deciſione habita, ſtatim tota ratio integrè patebit. Sed ad hanc deciſionem abſque errore habendã, oportet ex his, quæ per ſe inueniuntur in operatione qualibet, & non ex his, quæ per accidens inſunt, & ex propriis & immediatis cuiuſque cõditionibus, & non ex cõibus & remotis ſententiã proferre. Propter quod nõ eſt, in hac conſideratione immiſcandum, ꝙ hoc, vel illud opus fiat in fauorem boni communis, aut aliud huiuſmodi? finis ſiquidem communis & remotus eſt vniuerſitatis bonum in particularibus commutationibus. Iã n. ſtabilitum ſuperius eſt, ꝙ iuſtum ſecundum iuſtitiæ cõmutatiuæ formã attenditur ſecundũ æqualitatem cõmutationis huius perſonæ ad illam perſonam & non ſecundum ordinem ad communitatem.

¶ Ex per ſe ergo & proximus conſiderat uri, diſtinguamus imprimis operas has miniſtrorum, dicentes ꝙ harum operarum quædam ſunt cõiter intentæ: & hæ ſunt illæ, quæ vſque ad venditionem pignorũ interueniunt. Quædã verò ſunt ſpecialiter, & per accidens intentæ: & hæ ſunt ſubhaſtatio & venditio pignorum, & his annexa, quæ ex mora quorundã debitorũ accidũt. Diſtinguendo aũt ſigillatim prima opera, dicimus ea eſſe hæc, ſ. cuſtodiam pecuniæ, præparationem ad mutuandũ, actũ mutuãdi, ſumere pignus, ſcribere hæc, cui annectunt expenſæ pro libris, &c. cuſtodiã pignorũ: cui cõiungitur conductio domus pro eorum conſeruatione, & tãdem reſtituere pignora. Horum aũt pars maior & periculoſior in fauorem ſit Petri mutuantis, aut vniuerſitatis pauperũ: cuſtodia.n. pecuniæ, acceptio pignorum, eorũ cuſtodia, ſcribere hæc, expenſæ pro libris conductioq; domus (in quibus totũ periculũ eſt) ad alterius, vel vtriuſq; ordinantur ſecuritatem. Reliqua autem paucula, ſ. præparatio ad mutuandum, & ipſe actus mutuandi, & reſtitutio pignoris ad huius pauperis ordinantur vtilitatem.

Et vt clarius eluceſcãt hæc, videamus ſingula Cuſtodia imprimis pecuniæ, in illius fauorem proximè fit, cui cuſtodienda reponitur: pecunia aũt hæc cuſtodit duobus, ſ. Petro mutuãti, cuius eſt directũ dñium huius pecuniæ: & vniuerſitati pauperũ, cuius eſt quaſi dñium vtile eiuſdem. Nulla.n. alia ratione hanc pecuniam oportet conſeruari, niſi vt Petrus ſit ſecurus, ſi qñ vellet rehabere pecuniam ſuam, & vniuerſitas pauperũ ſit certa, ꝙ cõis ſit ẽt futuris pauperibus vtilitas iſta. Acceptio ſimiliter pignorum, quum ad conſeruationem & ſecuritatem capitalis proximè ordinetur, conſtat ꝙ in fauorem ipſius Petri & vniuerſitatis pauperum fit. Et ſimile oĩno eſt de ipſo actu ſcribendi, & expenſis pro libris. Hæc.n. cũa nulla alia ratio fieri cogit, niſi ob integritatem & ſecuritatem pecuniæ. Ioãnes.n. pauper mutuũ accipiens, nõ curat ꝙ hæc præſcribant, aut ꝙ pignus ab eo exigat: ſed hæc omnia pecuniæ dominus ſecuritati ſuæ conſulens fieri vult.

¶ In cuſtodia aũt pignorum conſiderãdum eſt, ꝙ ſicut pignus habet in ſe duo, ſ. ꝙ ſit pignus, & ꝙ ſit talis res, (puta veſtis,) ita in ipſa pignorum cuſtodia diſtinguẽdum eſt, ꝙ ipſa eſt cuſtodia pignoris, & ꝙ eſt cura talis rei. Si cõſideretur formaliter pignorum cuſtodia, manifeſtè patet ꝙ in fauorem Petri mutuãtis, & vniuerſitatis pauperũ fit, quia proximè ordinaẽ in ſecuritatem pecuniæ rehabendæ. Vnde quia contractus pignoris ſecundum veritatem eſt in fauorem accipientis, ideo accipiens ipſum tenetur ad reſtitutionem eius, ſi ẽt perdidit illud, vt cõtinetur ex illo morali principio reſtitutionum poſito à San. Tho. in Secunda Secundæ q 62. ꝙ aliquis tenetur ad reſtitutionem non ſolùm ratione rei acceptæ, ſed etiã ratione acceptionis tenetur reſtituere, etiam perdita re. Et in hoc differt accipiens depoſitum ab accipiente pignus ꝙ ille depoſito perdito, nõ tenetur ad reſtitutionem quia obligatur ad reddendum depoſitum ratione rei acceptæ, & non ratione acceptionis, quia depoſitum datur in fauorem deponentis: iſte aũt, ſ. accipiens pignus, quia tenetur & ratione pignoris accepti, & ratione acceptionis) quia pignus datur in ſecuritatẽ petentis ipſum) obligatur ad reſtitutionem non ſolùm quamdiu pignus habet, ſed etiã ſi nõ habet, ſuo.n. periculo tenetur naturali iure illud cuſtodire, ſicut qui accommodatum accipit eadem ratione, &c. Si autem conſideretur cura talis rei, quæ eſt pignus (puta excuſſio veſtium & huiuſmodi ſolicitudo) ſic quia hoc accidit pignori, de ſui ratione non exigitur, ꝙ ſit in tali materia, ſed ſufficit ſibi ꝙ ſit tãti pretij, vt ſecura ſit pecunia rehabenda, ideo non eſt eadem ratio de ſolicitudine exercenda, & de ipſa cuſtodia. Hæc nanque cura quamuis in fauorem vtriuſque, dantis. ſ. & accipientis cedat) dum pignoris dño res ſua illæſa ſeruatur, & huic creditori pignoris pretium conſeruatur, vnde poſſit mutuatam rehabere pecuniam) ſimpliciter tamen & per ſe fit in fauorem dñi pignoris, quia mutuans licet exigat pignus, non tamen exigit qualitatem pignoris, imò hanc onerosã conditionem refugit naturaliter. Vnde paciſci poſſet cum domino pignoris talis: ꝙ ipſe non vult ſolicitudinem hãc, ſed ꝙ Dominus ipſe mittat tempore curæ habendæ ad excutiendas veſtes ſuas, & alia huiuſmodi. Nec obſtat, quòd ſi nullo interueniente pacto veſtes in pignus acceptas contingit lædi, retinens ipſas tenetur ad ſatisfaciendum domino pignoris. Hoc enim non prouenit ex eo quòd retinens tale pignus teneatur per ſe ad curam eius, ſed ex eo quòd per accidens iſte tenebatur ad hoc, quia ſcilicet non fuit proteſtatus, manifeſtando domino pignoris, quòd talis pignoris curam refutaret. Implicitè enim obligatur quilibet ſumens pignus qualecunq; ad eius curam, (expenſis tamen domini) niſi aliud proteſtetur. Domus autem conductio, inquantum deſeruit cuſtodię pecuniæ & pignorum, &c. in fauorem eſt Petri mutuantis, & vniuerſitatis pauperum. Inquantum autem pignorum expanſioni & curæ vtilis eſt in horũ pauperum fauorem fit. Reliqua autem tria opera, ſcilicet actus mutuandi, & pignora reſtituendi, & paratum eſſe ad mutuandum, in fauorem manifeſtè ſiunt Ioannis pauperis. Sed prima horum, ſcilicet actus

mutuandi, & reſtituendi pignus, ſub mercede nō cadunt quoniā actui mutuandi reſpondet actus reſtituendi acceptum mutuū, & actus reſtituendi pignus reſpondet actui dandi ipſum pignus, ſicq; par pari refertur. Tertium autem ſub mercede eſſe per ſe patet, pecunia ſiquidē æſtimabilis eſt obligatio ad paratum eſſe ad mutuandum. Opera verò in altero diuiſionis membro poſita, ſ. quæ ſpecialiter reſpectu quorundam accidunt, (vt venditio pignoris, & cætera annexa,) non opus eſt diſcutere, in cuius ſunt fauorē, quoniam propter moram debitoris ab ipſo ſoluēda ſunt, ſicut & expenſæ, quæ poſt eius moram fierent in citatione coram iudice & litibus, &c.

Ex omnibus igitur his colligendo, cùm pateat vnum tantum actum mercenarium propriè & per ſe ordinari vniuerſaliter in fauorem cuiuſque ſingularis pauperis, ſ. obligatam præparationem ad mutuandum, ex ſupradictis principiis facilè veritas intenta deduci pōt, conſiſtens in quinq; concluſionibus. Prima eſt negatiua, ſ. Nullus pauper tenetur ad reddendam mercedem debitam miniſtris huiuſmodi pro cuſtodia pecuniæ vel pignoris, pro opere ſcribendi libros ratiocinij, aut pro domo ad hæc conducta. Patet iſta ex illo principio negatiuo, quo dicitur, ꝙ nullus tenetur mercedē reddere pro opere facto in alterius fauorem. Ex dictis.n. iam conſtat iſta opera non eſſe facta in fauorem Ioannis pauperis, ſed alterius, puta Petri mutuantis, vel vniuerſitatis pauperum, vel vtriuſque. Secunda eſt etiam negatiua, ſ. Non omnis pauper accipiens mutuum, tenetur ad reddendam mercedem miniſtris pro cura pignorum, aut domo ad hæc vtili. Patet iſta ex eodem principio: quia non omnis pauper offert pignus tale, id eſt, oneroſum, & conſequenter non omni pauperi exhibetur hoc ſeruitium ac per hoc nec à quolibet reddendam eſſe mercedē iuſtitia exigit commutatiua. Nec obſtat, ſi quis fingat omnes teneri ad hoc: quia licet hic non det mihi pignus excutiendum: ego tamen qui ignorabam quale pignus eſſet allaturus, iam conduxi excuſſorem in ſeruitium eius & aliorū paratum. Ignorantia ſiquidē hæc non ſuffragatur, quoniam probabilem cognitionem (quæ in huiuſmodi ſufficit) Mons habet, ꝙ pauperum indigentium mutuo alii afferent pignora excutienda, & alii non, vt quotidiana experientia teſtatur. Et conſequenter conducendus eſt ſibi excuſſor pro quibuſdā, ab illis mercedem recepturus, ſi iuſtitiæ commutatiuæ æqualitas ſeruari debet. Tertia eſt affirmatiua, ſ. Petrus mutuans, ſiue vniuerſitas pauperum tenetur ad ſatisfaciendū miniſtris pro operibus in prima concluſione poſitis, ſ. cuſtodia pecuniæ & pignoris, &c. Patet iſta ex affirmatiuo principio, quo dicitur, ꝙ ille tenetur mercedem reddere, in cuius fauorem opus agitur. Patet equidem ex dictis, ꝙ opera iſta in vtriuſq; vel alterius horum fauorem per ſe fiunt, non Ioannis pauperis. Quarta etiam eſt affirmatiua, ſ. Quilibet pauper mutuum ſumens tenetur ſatisfacere pro obligata præparatione miniſtri ad mutuandum, & illi pauperes tenentur ad ſatisfaciendum pro cura pignorum oneroſorum & particula penſionis domus inquantum deſeruit ad hoc, qui pignora talia afferunt. Patet iſta ex eodem principio: patet.n. ex dictis obligatam præparationem ad mutuandum in fauorem ſingulorum pauperum eſſe, & excuſſionem pignorum in fauorem Dominorum. Quinta concluſio principaliter intenta, (quæ ex prædictis apertè ſequitur) eſt iſta: Iniuſtè exigitur à quolibet paupere vnus denarius pro libra ſingulis menſibus, pro mercede reddenda ſupradictis miniſtris, &c. Clariſſima eſt iſta: quia cum iniuſtè exigatur ab aliquo id, ad quod non tenetur, & ex dictis conſtet, ꝙ pauper quilibet non tenetur ad omnia ſoluenda (ſed ad vnum, ſ. obligatam præparationem ad mutuandum) conſequens eſt, ꝙ iniuſtè exigatur à quolibet merces pro omnibus miniſtrorum operibus reddenda.

CAPVT VII.

Secunda opinio examinatur, ſoluendo duo dubia concernentia dicta in præcedenti capite.

Antequam ſoluantur obiectiones ad oppoſitum factæ, & examinetur, an vſura hic inueniatur, duo circa ſupradicta relicta ſoluenda ſunt, inferendaq; horum ſolutioni eſt ſecunda opinio, quia eius deciſio ſimul apparet. Reſtat igitur dubium primò, an Petrus mutuās an vniuerſitas pauperum, an vterq; ſimul teneatur ad ſatisfaciendum miniſtris pro illis operibus, pro quibus Ioan. pauper non obligatur. Sed ſi prædicta diligenter inſpiciantur, patere poteſt, ꝙ non Petrus mutuans, ſed vniuerſitas pauperum tenetur ad hoc. Adductum.n. iā eſt principium, dicens ꝙ ille, in cuius fauorem res agitur, tenetur ad mercedem reddendam: conſtat autem, ꝙ cuſtodia ſeu conſeruatio pecuniæ integræ (ad q̄ cætera hæc opera ordinant̄) non in Petri fauorem, ſed pauperum vniuerſitatis fit, quia Petrus non propter ſe cuſtodiendā pecuniā deponit, ipſe.n. per ſeipſum cuſtodiret pecuniam propriam, niſi pauperum vtilitas exponendā pecuniā ſuam cuſtodibus expoſceret. Patet etiam hoc idem ex eo, ꝙ pecunia hæc nō cuſtoditur periculo Petri offerentis, quoniā reſtituenda eſt ſibi nō ſolū rōne rei acceptæ, ſed rōne acceptionis & iā dictā eſt, ꝙ qñ aliquis tenetur ad reſtituendū rōne acceptionis, & re perdita tenetur, Petrus igitur gratis offerens pecuniam mutuo, licet non donet, non tenetur, ſed pauperū vniuerſitas.

Pauperū vniuerſitas ad cætera ſoluēda tenetur quæ pauperitas iniuſtè ſolueret.

Et tunc ſurgit ſecundum dubium, cur iniuſtè dicatur exigi à Ioanne paupere particula quædam eius, ad quod vniuerſitas pauperum tenetur, cum Ioannes pars ſit totius pauperum vniuerſitatis: ſicut autem vniuerſitas tenetur ad integram ſatisfactionem, ſic pars eius ad partem. Quinimò impoſſibile eſt, ꝙ aliter vniuerſitas pauperum ſatisfaciat, quoniam præter pauperum res nihil habet

¶ Sed ad hoc quoq; dubium ex dictis reſponſio facilè haberi poteſt. Iniuſtam ſiquidem eſſe huiuſmodi exactionem ratio iudicat commutatiuæ iuſtitiæ, infra cuius latitudinem ſtando, à parte exigi non pōteſt id, ad quod totum tenetur, eo ꝙ totum vt extremum eſt cōmutatiuæ iuſti, partis rationem habet, idemque eſt à parte exigere ſecundum iuſtitiam cōmutatiuam, id ad quod totum ſecundum eam tenetur, ac ſi exigeretur ab vna parte id, ad quod pars alia tenetur, quod iniuſtiſſimum eſſe conſtat. Ex prædictis autem ſufficienter habemus, ꝙ omnes huiuſmodi operationis ſecundum iuſtitiæ commutatiuæ formam modo examinantur. Quid autem dicendum ſit ſecūdum iuſtitiam diſtributiuam, ſi locum in hac re habet proprio loco dicetur. Sat ſit tunc ſcire, ꝙ iniuſtè exiguntur hæc à Ioan paupere, ſi infra iuſtitiæ commutatiuæ limites res agatur, vt opinio prima dixit.

Ex præmiſſis autem patere pōt defectus alterius opinionis, defendentis contractus iſtos ſecundum iuſtitiā commutatiuā, licet non ita amplè ſicut prior. Propius ſiquidem accedens ſecunda hæc opinio ad caſum Montis pietatis, & non curans an ſingulari perſonæ liceret pecuniā propriā tali mutuo exponere

caſum

caſum in terminis ponens, licet in cęteris concordet cum præcedenti, in hoc tamen differt, quòd Petrum ponit abdicantem à ſe proprietatem & dominium pecuniæ mutuandæ, ſicut & illi qui Monti pietatis pecunias offerunt, donant. Et ſic caſus omnino idem cum Monte pietatis eſt iſte. Petrus vocato populo cũ eius rectoribus offert donatione libera & irreuocabili 10000. ducatos, ad hoc vt inde perpetuo pauperibus mutuetur, hac donatione facta ſtatuuntur poſtmodum a populo & rectoribus miniſtri, &c. vt ſupra. In iſto dicit caſu, cum dominium pecuniæ nec Petri nec alicuius alterius ſit (cuius ſignum eſt, quòd abſolutè loquendo, quicunque eam diſtraheret, iniuſtè hoc faceret, vtpote contra expreſſam intentionem piam donantis, qui non niſi ad hoc donauit) conſequens eſt, quòd obligatio ad mercedem reddendam miniſtris, ad ſingulos deriuetur pauperes. Communitas enim ad hoc non tenetur, cum extra caſum neceſſitatis extremæ & ſuperfluitatis res hæc agatur, & vt dictum eſt, non tenetur ad habendum determinatum modum ſubueniendi. Patet ſiquidem huius opinionis defectus ex conſideratione principiorum ſupradictorum, nihil enim minus iuſtitiæ in hoc accidit caſu, quàm in præcedenti. Tum quia Ioannes pauper etiam hic non tenetur ad mercedem reddẽdam quia non ſit opus in ſuum fauorem, & nihil refert, an hoc opus fiat in fauorem Petri mutuantis, an communitatis, an vniuerſitatis pauperum, an etiam ipſius Dei. Sufficit namque Ioanni pauperi ad hoc, quòd ipſe nõ teneatur, iſta negatio, ſcilicet quòd opus hoc non fiat in ſuum fauorem, quod in hoc caſu inueniri probatum fuit. Principium enim negatiuum adductum eſt quòd nullus ſecundum iuſtitiam commutatiuam tenetur ad mercedem reddendam pro ſeruitio alteri impenſo. Alterum at eſſe etiam ipſum pauperẽ collegium a ſingulis pauperem, in primo Politicorum patet, & infra iuſtitiam commutatiuam ſtando, probatum eſt prius.

¶ Tum quoniam vniuerſitas, ſiue collegium pauperum ad hoc tenet etiam in iſto caſu, & conſequenter iniuſtè a ſingulis pauperibus mutuum accipientibus hoc exigitur. Eadem ſiquidem ratio, quia vniuerſitatem pauperum ad hoc teneri prius dicebatur, hic locum habet quoniam non ratione dominii ipſius pecuniæ ad hoc tenebatur, ſed ratione quaſi vtilis dominii, id eſt quia pecunię ſecuritas, & integritas in ſuum per ſe & proximè fiebat fauore, quòd in hoc caſu manifeſtius fieri apparet. Et ideo vniuerſitas ipſa pauperem ad ſatisfaciendum miniſtris pro operibus illis, quæ non ſunt in fauorem Ioannis pauperis, tenetur. Eſt igitur multiplex ſecundum iſtam vitam in contractibus his iniuſtitia.

CAPVT VIII.

Solutio rationum, argumentium quòd contractus prædicti ſecundum commutatiuam iuſtitiam ſint iuſti.

OBiectionum autem in oppoſitum adductarum prius conuenit illas ſoluere, quæ iuſtitiam ab his contractibus auferre conabantur, & poſtmodum illas examinare, quæ de vſura eorum agebant. Dupliciter igitur hic inueniri iniuſtiam ex dictis patere poteſt, ſcilicet ex parte modi exigendi; & ex parte pauperum à quibus exigitur. Ex parte ſiquidem pauperum, quia ipſi non tenentur ad ſatisfaciendum miniſtris, niſi quo ad aliquid tantum. Nec eſt inter modica deputandum id, in quo ſic grauantur, quoniam, vt ex dictis liquet, non tenetur forte quilibet pauper ad tertiam partem ſoluendam auri, quæ ab ipſo modo exiguntur, vniuerſaliter enim nõ tenetur niſi ad ſatisfaciendum pro obligata præparatione ad mutuandum, quòd cum omnibus ſuis appẽditiis ſi mercedis nunc exactę tertiam partem ſibi vẽdicat, ſufficientem recompenſationem habet, vnde cũ grauetur Ioannes pauper in duabus partibus, non in modico grauatur. Imò ſi in medietatẽ, vel tertia, vel quarta, vel decima parte grauari eum neceſſe eſſet, iniuſtitia eſſet non inter modica reputanda, tum quia decima pars aliquid notabile eſſe poteſt, incerta ſiquidem eſt eius quantitas, quoniam ſecundum Montis diuitias plus & minus poterit mutuari, &c. tum quia iniuſtitia modica non reputatur, niſi quando per accidens incurritur: in propoſito autem ex intentione cõmittitur vnde iniuſtitiæ mortale peccatum non euitatur.

Ad id autem quòd obiiciendo quæritur, quis teneatur ad hoc ſi Ioannes pauper non tenetur, dico duo Primò, quòd de iuris rigore tenetur vniuerſitas pauperum, cui pecunia conſeruatur per pignora, &c. Et teneretur ipſe Petrus mutuans ſi non in fauorem vniuerſitatis pauperum pecuniam cuſtodiendam exponeret, aut donaret. Et ad id, quod in contrarium adducitur: ſcilicet quod nullus mutuans tenetur aliquod damnum incurrere ex hoc, quod beneficium mutui impendit, quinimò poteſt ſi quod damnum ex hoc incurrit, ſecundum omnes doctores exigere; dico quòd hoc commune dictum eſt ſummè verum, ſed male applicatur ad propoſitum, quoniam expenſæ iſtæ non cauſantur ex beneficio mutui, licet occaſionentur & remotè ex mutuo proueniant, ſed cauſantur ex contractu pignorum, quod formaliter eſt in fauorem mutuantis. Dixi notabiliter, quòd occaſionantur & remotè proueniunt expenſe iſtæ ex cõtractu mutui, & non dixi, ex beneficio mutui cauſantur, quia mutuum non eſt cauſa, ſed occaſio harum expenſarum, non proximè, ſed remote, non habet rationem occaſionis huiuſmodi, inquantum eſt in fauorem accipientis mutuum. Propter quod ratio iſta concludit oppoſitum ſui intenti, eo quòd ſicut iniquum eſt mutuantem ex hoc, quòd mutuat damnificari, ita iniquum eſt dantem pignus ex hoc lædi, æqua enim eſt vtriuſque conditio per ſe loquendo. Vnde exemplum quod adducunt, quòd opinionem hanc plurimum fouiſſe videtur, ad propoſitum non eſt. Dicunt enim, Si Petrus Mediolani exiſtens Ioãni petenti ibidem pecuniam mutuò, ſi ater dicat, Pecuniam quam petis, Genuæ habeo, mittamus tuis expenſis pro illa, & ſic mutuum gratis accipito, conſtat quòd Petrus non exigit iniuſte a petente mutuum expenſas illas, quia non tenetur incurrere damnum hoc ex hoc quod mutuat; ergo a ſimili, neque in his contractibus iniuſtum eſt expenſas exigere. Ad propoſitum, inquam, non eſt exemplum hoc, quia clare patet quòd expenſæ iſtæ fiunt ad hoc vt pecunia ad mutuum petentem perueniat, & cõſequenter in eius fauorem per ſe & proxime ordinantur, in propoſito autem noſtro expenſas iſtas non ordinari per ſe in fauorem Ioannis pauperis mutuum accipientis, ex dictis clariſſime conſtat.

¶ Propter quod aduertant cuiuſque ordinis viri, vt exemplis non fallantur, quoniam multa in eis diſſimilia inueniuntur, quoniam quodlibet, quia non facile eſt cuilibet diſcernere, duo ſubiungenda duximus, ex quibus cætera facilius diiudicari poſſint.

Cre-

Creditur enim primò, quòd ſicut Martinus qui mutuat Bernardo indigenti, accepit pecunias à fœneratore, & expenſas fecit, vt pignora per famulos tutè deuehãtur, licite poteſt à Bernardo paupere exigere nomine intereſſe huiuſmodi expenſas, & vſuram, quam ſoluit, ſic in propoſito fieri poſſit à Petro ſeu communitate qui ad has expenſas cogitur ex alio opere facto in fauorem Ioannis pauperis, ſcilicet mutuo. Creditur quoque ſecundò, quòd ſicut a petente mutuum licite poteſt mutuans exigere ſecuritatem, & ſi accipiens mutuum, chirographo eum facere tutum eligat, notarióque mercedem reddat, non iniuſtè grauatur, & tamen chirographum ſit in fauorem mutuantis, ita in propoſito petens pignus non iniuſte grauat Ioannem pauperem circa expẽſas, ex quibus nihil ſibi vtilitatis accreſcit, ſed ſola indemnitas Montis ſeruatur.

¶ Sed in his & huiuſmodi plurima eſt diſſimilitudo. Et primum ſiquidem exemplum à montis natura differt, quòd expenſas illas Martinus facit, & Bernardi perſonam induit indigentis ſubſidio tali, quaſi ſibi pignora accommodans, vt mutuum inueniat, & ideo non eſt mirum, ſi expenſas tales Bernar teuetur ſubire: nihil enim minus tenetur quam ſi ipſe per ſeipſum à fœneratore mutuum ſumens, expenſas illas feciſſet propter hæc accidentia. In caſu verò Montis, nec Petrus, nec communitas in perſona Io. pauperis expenſas has facit, ſed collegii pauperum, vt ex dictis patet, & ideo Io. pauper iniuſte grauatur in huiuſmodi expenſis. Circa ſecundum verò exemplum ſciendum eſt, quòd vt dicitur in 4. Metaph. nisi cuique quæſito reſpondeatur formaliter, omnis certitudo deſtruetur, eo ꝙ extra rationem formalem vagantibus infinita occurrunt circa quodlibet. Vnde in propoſito ſolicite ſemper attendendum eſt quid formaliter narratur, aut ratiocinando adducatur. Aliud n. eſt petere ſecuritatem rehabendæ pecuniæ, & aliud eſt per ſe talem ſecuritatem, ſcilicet habentem expẽſas anneaas, puta Chirographum: quemadmodum etiamſuperius diſtinctum eſt, ꝙ aliud eſt loqui de pignore, & aliud de tali pignore. Petens enim ſecuritatem nihil petit in ſui fauorem habens annexum dãnum eius, à quo petit illam: ſicut nec petens pignus. Vnde ſi accidat ꝙ petitã ſecuritatẽ aut pignus ego dare nõ paſſim, niſi cũ ali qua expẽſa, q̃ qualitas ſecuritatis aut pignoris à me electa paris, ego ipſe damnũ mihi hoc infero; ſicut in exemplo adducto contingit. Non enim ex ſecuritate petita, ſed ex qualitate ſecuritatis a me oblata expenſæ iſtæ per ſe proueniunt. Et ideo teneor ergo notario mercedem reddere: ſicut & expenſas illas ſubire, quæ ex pignoris emanãt accidantibus. Petens vero ſecuritatem talem (puta chirographum) cum in fauorem ſui petat rem habenté expenſas annexas, & iniquum ſit ex eo, quod in fauorem ſui agitur, alterum damnificari, iniuſte grauat eum a quo illam petit, ad reddendam mercedem notario debitam. Vnde euidenter patet, ꝙ Montis natura ab hoc exemplo diſtat in hoc, quòd hic petens ſecuritatem, nihil petit, ex quo per ſe oriatur expenſa aliqua: in Monte autem volens pignus vult ſibi a Ioanne paupere ſolui pro cuſtodia & aliis, ad quæ ipſe tenetur naturali iure, aut quæ ipſe fieri vult non in Ioannis pauperis fauorem, vt ex dictis patet. Omnes ergo iterum atque iterum monitos eſſe rogo, quatenus caueant ne exemplis inhæreant: quoniam multa latent in eis accidentia, ex quibus etiam ſapientes contingit falli.

¶ Secundò dico, quòd non ſufficienter arguendo probatur communitatem aut principem non teneri ad ſoluendam miniſtris mercedem. Licet enim rectè concludatur, quòd non teneantur ſimpliciter: non tamen ex hoc concluditur, quin teneantur ex ſuppoſitione, id eſt ſuppoſito quòd hunc modum mutuandi ſtatuant. Et licet (vt dictum eſt) vniuerſitas pauperum de iuris rigore, nõ communitas aut princeps ad hoc teneatur, quia hæc omnia ad commutatiuam iuſtitiam ſpectant, & abſque publica authoritate facta iniuſta non eſſent: æquitas tamen & iuſtitia non multum remota exigit, ꝙ princeps aut communitas ex publico ærario pauperibus etiam hoc modo ſubueniat.

¶ Modus autem accipiendi, quòd etiam iniuſtitiam contineat, manifeſtatur. Cum duo genera operum ſint, pro quibus hæc a paupere exiguntur (ſcilicet illa, pro quibus non tenetur) vel quia nullus pauper ad hoc tenetur (puta pro cuſtodia pignorum) vel quia hic non tenetur, puta pro excuſſione pignorum (quia ferreas virgas in pignus dedit) de modo exigendi mercedem, pro iſtis non oportet probare ꝙ ſit iniuſtus: quia ſi exactio eſt iniuſta, modus eius iuſtus eſſe non poteſt. Sed & modus exigendi pro his, ad quæ Ioannes pauper tenetur, ſcilicet pro obligata præparatione ad mutuandum, iniuſtus oſtenditur ex eo ꝙ obligatæ præparationi miniſtri ad mutuandum nec ratione periculi, nec ratione laboris aut cuiuſuis occupationis, aut damni commenſuratur diuturnitas temporis, quo mutuum acceptum retinetur: aut quantitas acceptæ mutuo ipſius pecuniæ. Niſi quis diceret damnum incurri ex eo, quòd non poteſt tam frequenter mutuum iterare, ac pro hoc ceſſat miniſtri merces a pluribus ſuſcipienda. Sed ſubtiliter conſideranti apparebit, quòd ex hoc non habetur, quòd oportet mercedem iſtam quantitati mutui & tempori quo retinetur, commenſurare: ſed quòd oportet conſideratis certum ſalarium ſibi ſtatuere, & illud ſummarie ac veriſimiliter, calculatis prudentium arbitrio pauperibus venturis ad ſuſcipiendum mutuũ, ſoluendum æqualiter taxare, eo quòd æqualiter ad omnes huiuſmodi ſe obligat: ſic enim merces miniſtris debita reddetur abſque ambiguitate & iniuſtitia aliqua. Nec inconuenit contingere pauperem pluries indigentem plus ſoluere minus paupere, quoniam merces hæc redditur non mutuò, aut quantitati pecuniæ mutuatæ, ſed obligatæ præparationi ad mutuandum, quæ æqualiter omnes reſpicit, & pauper pluries ſumens, duorum rationem habet. Nec eſt opus prudentium virorum iudicio iſta tantum ſubmittere, quia ſcientiæ ſubiacent, ſed eorum arbitrio, vt dictum eſt, relinquitur quantitas ſtipendii miniſtris debiti. & taxatio quantitatis pecuniæ a ſingulis ſoluendæ æqualitate ſuppoſita, & alia huiuſmodi ſingularia.

CAPVT IX.

Determinatio, quod in prædictis contractibus committitur vſura.

REliquum quo ad hanc partem eſt, vt videatur, an iniuſtitia, quæ in his inueniuntur contractibus, vſuræ rationem habeat, quod ex duobus conſiderandum eſt.

¶ Primò ex eo, quòd vſura duobus modis committitur, ſcilicet augendo ex mutuo capitale, & exigendo recompenſationem damni, quod non propter

mutui

mutui beneficium incurritur. Neque enim minus vſuram ſapit valle ab accipiente mutuum recompenſationem damni, quod ab hoſtibus vel latronibus paſſus eſt, quàm velle ad augendas opes aliquid vltra ſortem. In propoſito autem, cum iam pateat, Montem pietatis, ſiue vniuerſitatis pauperum, & breuiter volentem ſibi pecuniam Montis integrè & ſecurè ſaluari, quicunque ſit ille, exigere à Ioan. paupere mutuum petente expenſas, quæ non in illius fauorem fiunt, conſequens eſt quòd exigat recompenſationem damni, quod non ex mutui beneficio incurritur, ſed propter pecuniæ rehabendæ ſecuritatē. Nec obſtat aliqualiter, quòd damnum hoc ex mutuo emergit, ſaltem occaſionaliter, nihil ſiquidem refert, vnde damnum hoc proueniat, aut à quo inferatur, dummodo ex eo, quod ſit in fauorem Ioan. pauperis vt ſic, non cauſetur, iſta enim negatio ſufficit ad hoc quòd iniuſtè exigatur ab eo, & conſequenter quòd vſurariè, ex quo, vt dictum eſt, non refert ad vſuram, damnum indebitum à petente mutuum exigere, aut lucrum quærere.

¶ Secundò ex eo, quòd non minus vſurarium eſt, mercedem alteri debitam, non ex ſeruitio impenſo ad mutui beneficium vt ſic, ab accipiente mutuum exigere, quàm quodcunque aliud lucrum vltra ſortem petere, neque enim ab vſura remotius eſt grauare iniuſtè accipientem mutuum ad ſoluendum aliquid vltra ſortem alteri, quacunque ex cauſa quam ſibiipſi mutuanti. Conſtat autem, quòd hic grauatur iniuſtè Ioannes pauper, dum accipit mutuum ad ſoluendum miniſtris pro operibus, pro quibus non tenetur, quanquā nihil ad Montis monumentum augmentum exigatur. Nō igitur ſubterfugi poteſt, quin vſuraria ſit exactio iſta, ſecundum iuſtitiæ commutatiuæ formam loquendo.

¶ Ad euidentiam verò ſolutionis obiectionum in oppoſitum diligenter attendendum eſt, quòd hic ſunt duo, ſcilicet reddere mercedem miniſtris, ſeu (quod idem eſt) ipſos miniſtros accipere mercedem pro locatis operibus, & hoc eſt iuſtiſſimum & omni æquitate plenum, quia eius cauſa eſt locatio operum ſuorum. Alterum eſt exigere huiuſmodi mercedem à Ioanne paupere, & hoc iniuſtum & vſurarium eſt, quia eius nulla cauſa alia eſt, niſi mutuum, quoniā operæ illæ collatæ non ſunt Ioanni pauperi, vt propter illas ab eo exigi merces poſſit.

¶ Vnde prima ratio peccat, aſſumendo quòd hic nihil vltra ſortem quęritur propter mutuum, ſed tantùm propter locatas operas, quoniam ſecundum veritatem ex mutuo, exactio iſta cauſatur, vt ex dictis patet. Vel (& in idem redit) verbaliter reſpondendo dicatur, quòd exigere propter locatas operas poteſt contingere dupliciter. Vno modo propter locatas operas in fauorem accipientis mutuum: & tunc bene ſequitur, ergo non propter mutuum: quia locatio operarum in huius accipientis mutuum fauore facta, cauſa proxima eſt, quòd ab eo iuſte merces hæc exigatur. Alio modo propter locatas non in fauorem huius accipientis mutuum, ſed alterius, quicunque ſit ille, & tunc malè infertur: ergo non propter mutuum: quoniam cauſa proxima huius exactionis eſt vel mutuum, vel locatio operarum: ſed locatio operarum cauſa ſecundum iuſtitiam eſſe non poteſt, eo quòd operæ non ſint in fauorem huius accipientis mutuum locatæ, igitur mutuum huius exactionis cauſa proxima eſt, ac per hoc vſura committitur. Nec obſtat id quod confirmando ſubdebatur, ſcilicet quòd ſi miniſtri donare hoc volunt, Mons non turbabitur. Ex hoc enim nihil aliud haberi poteſt, niſi quòd Mons lucrum ex hoc non quærit. ſed non habetur quin Ioan. pauper grauetur ex accepto mutuo ad mercedem reddendam miniſtris, ad quam non tenetur ſicut ſi pauper ab aliquo mutuum ſumat, cum onere, quòd ruſtico cultori vineæ mutuantis mercedem reddat. vſura non deficit ex eo quòd ruſticus poteſt illi pauperi abſque mutuantis turbatione donare mercedem propriam.

¶ Secunda autem ratio concludit, mercedem miniſtrorum non eſſe vſurariam, & hoc procul dubio verum eſt: quoniam iuſta & ſancta eſt, ſed non probat quin mercedis exactio à Ioan. paupere, qui non tenetur, ſit vſura: debet enim merces illa exigi ab eo, qui tenetur ad illam, & non ab hoc paupere. Et ideo ſi reddatur merces talis ab eo, qui tenetur, iuſtitia eſt, vel charitas, ſi pietatis intuitu ab aliquo, qui non tenetur. Si autem exigatur ab eo, qui non tenetur, clare conſtat, quòd quamuis merces ſibi debeatur, iniuſta tamen exactio eſt, quia hic non tenet. Et ſi adiunxeris, quia exactio iſta non niſi propter mutuum mandatur, vſuraria manifeſtè apparebit: quod in caſu iſto contingere iam patet. Eſt igitur infra iuſtitiæ commutatiuæ terminos loquendo, multiplex iniuſtitia & vſura in capitulis Montis pietatis.

CAPVT X.

Opinio dicentium, iuſta eſſe capitula Montis pietatis ſecundum formam iuſtitiæ diſtributiuæ.

SVNT Igitur alij ſubtilius naturam Montis huius ſpeculantes, qui infra iuſtitiæ commutatiuæ limites ſtandum non credunt, ſed iuſtitiam diſtributiuam inſerūt dicentes ſecundum eius formam iuſtitiam in his capitulis ſaluari defendunt. Hic caſum Montis pietatis illum eſſe approbantes, qui in cap. 7. poſitus eſt: in quo, ſ. Petrus vocatus populo donat 10000. ducatus non conſumendos, ſed mutuandos, perpetuo tempore pauperibus, &c. ex ſupra, non inferunt iuſtitiam diſtributiuam ipſis contractibus mutui vel pignoris vel locationis operarum, ſed inuentioni mercedis reddendæ operariis. Si nanque ſuperius dicta aduenentur ad hoc deuentum eſt quòd pauperum vniuerſitas tenetur reddere mercedem miniſtris Montis: & ideo ipſa vniuerſitas pauperum ex quo in communi nihil poſſidet, inuenire volens, vnde ſoluere poſſit mercedem hanc miniſtris ſibi deſeruientibus onus hoc diſtribuendum eſſe in ſuas partes pauperes ſcilicet, ſtatuit. Vnde ipſa mercedis redditio ſub iuſtitiæ commutatiuæ terminis relinquitur: ſed inuentio mercedis reddendæ ſecundum iuſtitiæ diſtributiuæ formam fieri ſecundum hanc opinionem poteſt, & de facto in Monte hoc fit.

¶ Dicit igitur duo hæc opinio, Primò, quòd ſecundum diſtributiuam iuſtitiæ formam in vniuerſitate pauperum inuenienda eſt merces reddenda miniſtris. Secundò, quòd inuentio iſta iuſte ſecundum iuſtitiæ diſtributiuæ æqualitatem in capitulis huius Montis ordinatur, ita quòd nullus pauper iniuſtè grauetur.

¶ Primum probatur dupliciter. Primò, quia cum vniuerſitas pauperum teneatur de ſuo ſatisfacere his miniſtris, ſuum autem non ſit niſi altero modo, vel quia in communi aliquid habetur, vel quia ſuarum eſt partium, & in propoſito vniuerſitas non poſſideat aliquid in communi, reſtat vt de his, quæ partium ſunt ſatisfacere debeat, partes autem pauperes eſſe

pater,

patet, Inter eos igitur oportet pecuniam hanc inueniri. Et cum conſtet, quòd communia onera iuſtè diſtribuenda ſunt, conſequens eſt quòd ſecundum iuſtitiam diſtributiuam inuentio hæc fieri debet. Secundò, quia ſicut bonum totius partibus eſt debitum, & ideo proportionaliter eis diſtribuendum, ita & malum totius partes quoque proportionaliter ſuſtinere tenentur, onera autem omnia inter mala computantur, onus igitur huius mercedis ſoluendæ partes vniuerſitatis pauperum proportionaliter ſufferre tenentur. Hoc autem eſt inueniri pecuniam iſtam in vniuerſitate pauperum ſecundum iuſtitiæ diſtributiuæ formam, quod erat probandum. Secundum autem. ſ. quòd de facto nulla iniuſtitia in modo diſtribuendi hæc onera inueniatur, probatur etiam dupliciter. Primò, quia in hac vniuerſitate bonum eſt ipſa ſubuentio & releuatio pauperum, malum verò eſt onus ſoluendi mercedem, æquum autem eſt, vt qui plus boni percipit, plus etiam mali ſentiat: cui igitur maior ſit ſubuentio, is magis onus ſolutionis ſubire debet. Et ſic ſtatutum in hoc monte, vt ſcilicet cui plus & maiori tempore mutuatur, plus onus ſoluendi miniſtris ſentiat. Secundò, quia æquum eſt, vt communium onerum illis plus imponatur, qui maiorem occaſionem ſubeundi talia onera vniuerſitati præbent. Illi autem, quorum pignora maiori tempore & periculo cuſtodiuntur, ſunt huiuſmodi, quoniam maiorem mercedem tenetur reddere vniuerſitas miniſtris pro cuſtodia illorum, quàm aliorum, ergo illi, qui diutiùs pignora ibi tenent, & ſimiliter illi qui pretioſiora offerunt pignora, ex hoc quòd maius mutuum ſumunt, debēt amplius grauari, quod in capitulis Montis pietatis continetur. Non eſt ergo Iuſtitiæ diſtributiuæ violatio in capitulis iſtis.

CAPVT XI.

Examen prædictæ opinionis, determinans quomodo hic ſit diſtributio.

Conſiſtit hæc diſtributio in inuentione mercedis, reddendæ, operariis, à quocunque hæc diſtributio mandetur.

VT Eodem Autem ordine oſtendatur, opinionem hanc deficere, primum dictum examinando oportet ex communibus animi conceptionibus incipere, & oſtendere quomodo ratio diſtributionis hic ſaluatur. Quia ergo, vt dicitur in 5. Ethic. iuſtum in diſtributionibus confitentur omnes ſecundum dignitatem quandam oportere eſſe, ita quòd ſicut iuſtitia commutatiua dignitatem perſonæ non conſiderat niſi inquantum in quantitatem rei redundat, vt puta cum conſiderat dignitatem principis percuſſi, quia percuſſio ex hoc criminalior eſt, ita iuſtitia diſtributiua quantitatem rei non ponderat, niſi inquantum redundat in dignitatem perſonæ, vt puta cùm magnifacit virtutis egregium actum, ex hoc quòd dignior perſona illa ex tali opere redditur, ex hoc inquam, conſequens eſt, quòd diſtributionis ratio abſque dignitate non inueniatur. Dignitatem autem dicimus non quodcunque bonum hominis, ſed illud, ex quo homines ſortiuntur, quòd partes ſint totius vniuerſitatis, ſiue illud ſit virtus, vt politia, ariſtocratia ſiue rerum abundantia, aut nobilitas, vt in olicratia *, ſiue libertas, vt in democratia, ſiue quodcunque aliud. Et cùm talis partium dignitas ad commune aliquod opus, quod totius proprium eſt, ordinetur, oportet ſi hanc pauperum vniuerſitatem in communitatem quandam erigere velimus, inuenire & quid ſit totius opus, & ſecundum quid partium dignitas attendatur. Eſt autē hic opus totius perpetua commoditas mutui inuenien-

* Aliàs, oligocratia ſeu oligarcia.

di, propter hoc enim omnia fiunt, & hoc ſequitur mediante pecuniæ mutuandæ (quæ mons dicitur) integra conſeruatione. Dignitas verò indigentia eſt, id enim in qualibet communicatione dignitas dicitur, propter quod aliquis debet admitti, & iniuſtè repelli putatur, vt diſcurrendo per omnes ſupradictas politias apparet. Sola autem indigentia exiſtente, mereretur quis de hoc eſſe collegio, & iniuſtè expelleretur, ſuppoſitis ſemper his, quæ ſecundum legem ordinata eſſent, puta quòd tantum pauperes ciuitatis admittantur, igitur indigentia pro dignitate in hac vniuerſitate habetur. Indigentiam autem dicimus non quācunque, ſed talem, quæ ſcilicet pignoribus poſſit ſecorum facere Montem. Hic eſt modus, quo vniuerſitas pauperum velut communitas quædam diſtributionis eſt auctrix & capax. Quæ licet ſit ſuſtentabilis, clarius tamen & verius diſtributionis forma in ea ſaluatur dicendo quòd ſicut ſi militibus vltra debita ſtipendia propter res bene geſtas pro republica diſtribuenda ſtatuatur quædam pecuniæ ſumma, diſtributionis iuſtus modus erit, vt quanto melius hic illo egit, tantò maius ſit quod huic, eo quod illi datur, & ſic modus & forma diſtributiuæ iuſtitiæ ſeruatur abſque tot difficultatibus. Ita ſi pauperibus multis onera diſtribuenda ſunt, vt hic accidit, ſufficit quòd diſtributionis iuſtæ forma ſeruetur, quæ exigit æqualitatem proportionis, vt dictum eſt, quæ tunc tantum ſeruatur cum æqualibus æqualia, & inæqualibus inæqualia imponuntur.

¶ Et quoniam ſiue hoc, ſiue primo modo ponatur diſtributio in pauperum vniuerſitate, non refert quo ad præſentem quæſtionem, idcirco concedatur diſtributionem inueniri in inuentione mercedis reddendæ operariis Montis, à quocunque diſtributio iſta mandetur, ſiue à principe, ſiue à communitate, ſiue ab ipſa pauperum vniuerſitate.

CAPVT XII.

Determinatio, quòd ſecundum iuſtitiæ diſtributiuæ formam multiplex in hoc Monte iniuſtitia committatur.

REſtat ergo conſiderandum ſecundum, ſcilicet, an diſtributio iſto modo facta iuſta ſit. Vbi præmittendū eſt, quòd licet in diſtributionibus communiter minus ſeruetur iuſtum etiam abſque conſcientiæ periculo, quam in commutationibus, eo quod comparationes perſonarum ſunt odioſæ, & pacis bonum tollunt quod cæteris bonis cōmunibus præſtat, ſtatuta tamen diſtributionum diſpoſitiua tantò iuſtiora eſſe oportet, quantò facilius ab eis declinare quodammodo cogimur. Si enim ipſa ſtatuta a iuſto declinare inciperent, nimia poſtmodū in diſtribuendo elongatio a medio fieret, ſicque iuſtitia corrumperetur. Et ideo diligenter oportet diſtributionis huius ſtatuta examinare, ne lex iniuſta ſui obſeruatores ad iniuſtiam deducat.

¶ Sciendum eſt igitur, quod aliter bonum, aliter malum diſtribuendum eſt inæqualibus partibus alicuius totius. Bonum ſiquidem diſtribuendum eſt ſic, vt digniori maius bonum detur. Et ratio eſt, quia bonum totius, quod eſt debitum alicui parti, tantò maius eſt.

Secundum diſtributiuæ iuſtitiæ rigorem, ſicut maius bonum melioribus & dignioribus diſtribuendum eſt, ita eſſdē minus malū inferendū eſt

maius eſt, quantò pars illa maiorem principalitatem habet in toto, & tantò minus quantò pars minorem habet dignitatem in toto. Malum autem è conuerſo diſtribuendum eſt, vt ſcilicet digniori parti minus malum, & minus dignæ maius malum imponatur. Et huius ratio eſt, quia ex quo minus malum habet rationem boni, vt dicitur in 5. Ethic. quia eligibilius eſt quàm maius malum, eiuſdem rationis eſt, quod alicui debeatur plus boni & minus mali, & conſequenter parti principaliori, cui debetur maius bonū, debetur etiam minus malum, & proportionaliter parti viliori, cui minus bonorum debetur, plus malorum imponendum eſt. Et loquimur ſemper de bono & malo totius quod partibus diſtribuendum eſt.

¶ Suadet quoque hanc diſtributionis eſſe æqualitatem naturæ operatio, quæ alimentum diſtributura membris, ad principalia membra digniores partes, & ad viliora viliores tranſmittit, infirmitatem autem ſi poteſt à principalibus membris ad viliora propellit, vt experientia continuè docet. Vnde ſi in pauperum vniuerſitate, quæ ſuper indigentia fundatur, bona diſtribuenda eſſent, quantò aliquis eſſet magis indigens, tantò maius bonum ſibi deberetur, eo quod maiorem principalitatem habet in tali toto, ſicut magis diues maiorem principalitatem habet in politia, quæ fundatur ſupra diuitias, quę olicrana vocatur. Et conſequenter quantò aliquis eſt magis indigens, tantò minus mali communis ſuſtinere debet. Et quia onus hoc mercedis ſoluendæ inter mala connumeratur, oportet quòd ſecundum iuſtitiæ diſtributiuæ formam magis indigens minus ſoluat. Magis autem indigentem inter pauperes eſſe conſtat, qui maiori eget mutuo, & minùs citò poteſt ſoluere. Non ergo iuſtè ſtatutum eſt, quod plura mutui ſumentes & maiori tempore retinentes, plus teneantur ſoluere. nec impeditur concluſio huius proceſſus, ſi quis cauillationibus fortè adinuentis non ſuſcipiat id quod tamen probatum eſt, ſcilicet vniuerſitatem hanc ſuper indigentia fundari, aut quòd iſta non ſit verè communitas quædam. Stat enim vis rationis in hoc, quòd diſtributio onèroſa non debet commenſurari indigentiæ, ita quod quantò quis plus eget, tantò plus communis oneris ſuſtineat, hoc enim probatione non eget. Sub hoc autem principio, ſiue vera diſtributio, ſiue modus diſtributionis hic ſaluetur, ſubſumitur quod iſta diſtributio eſt oneroſa, quod manifeſtè patet, ergo non debet quantò quis magis eget, tantò plùs grauari. Sed ſecundùm capitula huius Montis quantò pauper magis eget, magis grauatur, quod manifeſtè patet, quia magis grauatur diutiùs plus mutui retinens, hic autem eſt magis egens, ergo committitur etiam vltra hæc iniuſtitia hic dupliciter, & ea ſcilicet, ad quæ aliqui tantùm ſecundum iuſtitiam commutatiuam tenentur, omnibus imponendo, ſcilicet mercedem pro excuſſione pignorum, & ea, ad quæ omnes æqualiter tenentur, ſcilicet mercedem pro obligata præparatione ad mutuandum, imponendo inæqualiter, quoniam omnia in vnum adunando, ad formam ſeu modum diſtributionis, & quæ commutatiuæ iuſtitiæ ſunt confunduntur, & quæ diſtributiuæ ſunt violantur.

Ex his autem facilè eſt ſoluere rationes in oppoſitum. Prima ſiquidem peccat, primò in medio termino, in quo tota vis rationis conſiſtit. Aſſumit enim æquum eſſe, vt qui plus boni totius percipit, plus etiam eius mali ſentiat, hoc autem falſum eſſe monſtratum eſt. Iniquum quippe ſecundum iuſtitiæ diſtributiuæ formam eſt, vt is plus communis mali ſuſtineat, qui plus boni ſuſcipere debet, quia vt dictum eſt, minus malum quoddam bonum eſt. Sed aduerte diligenter, quod dicentes plus, aut minus boni, vel mali, de quantitate abſoluta ipſius boni, vel mali loquimur, & non de quantitate proportionali. De hac enim loquendo æquale malum, & æquale bonum omnibus partibus de communibus dandum eſt: quia iuſtum in diſtributionibus in æqualitate proportionali conſiſtit: vt ſuperius ex 5. Ethic. diximus. Et quia paruum malum magis lædit nobilem partem, quàm magnum vilem, vt patet in membris corporis: & in propoſito plùs pauperculus læditur ex ſolutione duorum ſolidorum, quàm artifex minùs egens ex ſolutione quatuor: ideo non vſquequaque falſum eſt illud aſſumptum, ſcilicet æquum eſt, vt qui plus percipit boni, plus ſentiat mali: ſed vt iam patet: etiam ſic non eſt pro opinione illa. Secundò peccat in eo, quod ſubſumit, ſcilicet ſubuentio mutui eſt bonum commune huius vniuerſitatis pauperum. Releuatio nanque pauperis ex accepto mutuo ex ipſo mutui beneficio cauſatur. Mutuum autem ad iuſtitiam commutatiuam adeo ſpectat, vt id iuſtitiæ diſtributiuæ attribuere ridiculum ſit, niſi fortè diſtributio mutui ſtatueretur: quod hic non fit. Iniuſta deinde lex eſſet, ſi qua ſtatueret, quòd ex ſubuentione, quam ex mutui beneficio quis percipit, aliquid pecunia æſtimabile mutuanti daret, & ſimiliter cuicunque alteri, cui ex alia cauſa non tenetur. Ex hac ſiquidem cauſa nulli ciuiliter obligatur, quàmuis amicabiliter debeat. Si mutaretur quoque argumentum, & eſſet ſermo non de ſubuentione per mutuum, ſed de commoditate perpetua mutui inueniendi, quam totius commune bonum eſſe dictum eſt, non poteſt adhuc concludi iuſtitiam ſeruari: quoniam ſi penès commoditatem illam, diſtributio oneris agenda eſt, cùm commoditas illa omnibus mutuum ſumentibus æqualiter reſpondeat, inæqualiter diſtribui ſolutionis onus nequaquam deberet: licet, vt ex dictis patet, iniquum ſit, malum diſtribui, ſicut & bonum.

¶ Secunda verò ratio, quæ metitur onus ſoluendi iuxta datam ſoluendi occaſionem, facilè ſoluitur, dicendo, quòd aut occaſionis vocabulo propriè vtitur, aut communiter, vt etiam cauſam occaſionem vulgariter dicimus. Si propriè loquatur, falſum eſt, quòd huiuſmodi occaſionibus commenſurandæ ſint diſtributiones boni aut mali communis, quod debetur partibus, vt patet in omni politia: ſecus autem de gratuitis dicendum eſſet remunerationibus. Si autem occaſionem pro cauſa ponit, tunc falſum ſubſumitur: cauſa enim harum expenſarum eſt vniuerſitas ipſa, quæ pignoribus tutè vult pecuniæ montem ſaluari. Et ex hoc clariùs patet veritas primi membri: quia pauper ipſe occaſio valde remota eſt, & non niſi ipſa mediante, & cauſante vniuerſitate, quæ ſoluere tenetur, vtpotè non concurrens ad hoc niſi propter mutui petitionem, ex qua occaſionem ſumit mutuans, quòd pignus vult, ex quo deinde prouenit, quòd vniuerſitas teneatur ſoluere. Patet igitur quòd occaſionibus huiuſmodi nulla iuſtitia diſtributiones æquari debent. Ex his autem formari alia poteſt ratio ad principale intentum talis. In hac pauperum vniuerſitate quatuor ſunt, commoditas perpetui mutui habendi, releuatio ex mutuo ſuſcepto, remota occaſio non data, ſed ſumpta, alicuius expenſæ, & indigentia: nulli horum diſtributio oneris huius iuſtè commenſuratur in hoc Monte, vt patet ex dictis: ergo in capitulis Montis iuſtitia diſtributiua non ſaluatur.

CAPVT

CAPVT XIII.

Opinio dicens, in Monte hoc nullum eſſe propriè mutuum, ſed ſocietatem potiùs quandam pyſſimis capitulis ad commune bonum vnitam.

SVRREXIT propter has fortè rationum anguſtias opinio alia, nedum hæc capitula: ſed alia quæ ab omnibus repulſa videtur communitatibus pietate plena defendere volens. Hæc quantum ad propoſitum ſpectat, tria dicit. Primò, quòd hic eſt contractus ſocietatis poſitiuæ eſt perpetuò conſeruatiuæ. Secundò, quòd non eſt hic contractus mutui propriè, ſed temporalis vſus communis depoſiti. Tertiò, quòd hic eſt contractus locationis operarum ad cuſtodiam pignorum, &c. cui à pauperibus merces reddenda iuſtè exigitur, &c. Primum declaratur explanando naturam huius Montis ſic: Pauperes ciues conuenientes media interceſſione prædicatorum, &c. à diuitibus & à ſeipſis quandam pecuniæ ſummam dono obtinent non diſtribuendam, ſed perpetuo vſui eorum per modum mutui conſeruandam, eiuſque cuſtodiæ ac prædicti vſus diſpenſationi, & pignorum cuſtodiæ, & curæ & ceteris, vt ſuprà, pro ſecuritate communis pecuniæ miniſtri quidam à pauperum patribus præponuntur, reddendaque ſtatuitur eorum operibus merces à ſingulis pauperibus, vt ſuprà, ſcilicet vnus denarius pro libra ſingulis mẽſibus, &c. Hæc eſt pauperum ciuium ſocietas, deponens ſummam illam ſub communibus cuſtodibus per modum mutui eius pauperibus diſpenſandam, & reddens mercedem cuſtodibus debitam, &c. Et quia in ſocietate iſta nunquam intenditur diuiſio capitalis communis, ſcilicet depoſiti, nec ſecundum totum nec ſecundum partem, ſed potius procurare augmentum, & pro conſeruatione illius tura quilibet aliquid ſoluit: putà duos denarios pro libra, &c. ideo hic eſt contractus ſocietatis non diuiſiuæ, ſed poſitiuæ, & perpetuò conſeruatiuæ. Secundum verò, ſcilicet quòd non ſit hic contractus mutui: probatur ex parte rei, quæ mutuari dicitur, & ex parte extremorum, inter quæ mutuum dicitur. Vbicunque nanque eſt propriè mutuum, ibi & res mutuata aliena eſt à iure petentis mutuum: & mutuans omnino à petente mutuum diſtinguitur. Sed hic neutrum iſtorum inuenitur: quia pecunia, quæ mutuatur, communis eſt eis quibus mutuatur, & mutuans eſt ipſum commune depoſitum ſeu ipſa ſocietas, quæ à pauperibus ſocietatis membris non omnino diſtinguitur: ergo non eſt hic propriè mutuum. Maior propoſitio aſſumpta, quo ad vtranque ſui partem ex ratione iuſtitiæ commutatiuæ in mutuis patet: quia iuſtitia commutatiua non eſt inter totum, & partes: & mutuum non eſt, niſi de eo quod alterius partis, id eſt ſingularis perſonæ eſt, & conſequenter omnino alienum ab hoc petente mutuum: vnde quando pauper à Monte mutuum propter penuriam vocabulorum petit, temporalem vſum communis depoſiti ſecundum veritatem petit non mutuum. Et ex hoc vlteriùs manifeſtè ſequitur, quòd vſura hic non eſt, quæ mutuũ explicitè vel implicitè comitatur. Tertium autem, quòd ſ. hic ſit contractus mercenarius inter miniſtros & pauperes, & conſequenter, quòd pauperes iuſtè teneantur reddere eis mercedem, &c. vt per ſe notum relinquitur.

CAPVT XIIII.

Examen prædictæ opinionis, determinans iniuſtitiam nihil minùs inueniri in capitulis Montis ſecundùm hanc viam, quàm ſecundum alias ſupradictas.

QVONIAM autem opinio hæc tanquam ſingularis communiter derelicta videtur, duo in eius examine facienda occurrunt: vt, ſcilicet, primò oſtendamus malè formatum eſſe ab ea caſum Montis pietatis, & propterea communiter minùs eius dicta recipi. Deinde admiſſo caſu, quòd iniuſtitiam non euitet, manifeſtandum eſt, quòd contractus iſte non ſit ſocialis: vt ex Pauli ſecundi Pontificis Maximi literis ad Peruſinum legatum habetur: vbi monet ne vltra ſtipendia miniſtris debita aliquid accreſcens habeant, ne fortè vſuræ labes aliqua incurratur. In contractu enim ſocialiter hoc, quòd ſocij ad communis boni augmẽtum tendunt, ridiculum eſt, in dubium apud ſedem maximè apoſtolicam verti, an ſit vſura. Quòd etiam hic ſit contractus mutui, ex literis pluribus plurium Romanorum Pontiſ. patet. Semper enim mutuari dicunt pecuniam pauperibus à miniſtris Montis: & diſtributionem mutuo ſic annectunt, vt verè mutuum reſtet: quoniam mutuari ſecundum quandam diſtributionem dicunt, vt, ſcilicet plùs egentibus, ſi conſtat, plùs mutuetur, infra tamen ſtatuti latitudinem. Nec ſufficit fugiendo dicere, quòd penuria vocabulorum huius cauſa eſt. Tum quia in promptu vocabulum temporalis vſus, communis depoſiti vel boni erat. Tum quia expreſſè in literis huiuſmodi pecuniam collectam Montem pietatis vocari dicitur: & depoſitata pecunia apud eos, qui mutuaturi pauperibus ſunt, appellatur. Si enim mutuum verè non interueniret, mutui nomen quandoque mutatum quoque eſſet, & ſaltem circumlocutione aliqua non eſſe mutuum inſinuatum eſſet: præſertim quia omnes fortè huiuſmodi literæ emanarunt ad inſtantiam eorum, qui vſuram in hoc Monte non eſſe contendunt. Qua enim faciliore & magis apparente via excludi vſura potuiſſet, quàm mutuum non interuenire declarando? Sed quid in probabilibus moratur? probatur ratione non eſſe huiuſmodi contractum facilem abſque mutuo, vt dicitur: Vbicunque iuſtum eſt ſecundum æqualitatem ſimpliciter rei acceptæ ad datam, ibi verè eſt iuſtitia commutatiua: ſed contractus ille, qui mutui vocatur, inter Mõtem & Ioannem pauperem eſt iuſtus ſecundum æqualitatem ſimpliciter pecuniæ redditę ad acceptam: ergo eſt contractus iuſtitię commutatiuæ. Sed iuſtitia commutatiua non vertitur inter totum, ſeu totius bonum vt ſic, & partem, ſed inter partem & partem, ita quòd etiam totum, vt extremum commutatiuæ iuſtitiæ partis rationem habet: vt ex dictis patet. quæ ex S. Tho. expreſſè habentur: ergo contractus iſte non eſt inter Montem inquã tum eſt totum, ſiue commune bonum, & Ioannem pauperem inquantum totius partem: ſed eſt inter totum, inquantum partis rationem habet, & Ioannem pauperem vnum de populo, &c. & conſequenter eſt verè contractus mutui. Admiſſo autem talia ſocietatis contractu, quæ ſi non eſt, poſſet tamen fieri, iniuſtitiam omnino ibi committi ſic declaratur. In contractibus iſtis, de quibus eſt ſermo, aut ſtandum eſt infra limites commutatiuæ iuſtitiæ, aut infra limites iuſtitiæ diſtributiuæ, aut vtriuſque, aut neutrius. Si ſecundum iuſtitiæ commutatiuæ puræ formam agimus, cùm conſtet, quòd totum apud eam, vt pars

repetatur,

reputatur, id ad quod totum tenetur, à parte exigi non poteſt: & conſequenter quãuis ſocietas pauperum teneatur ſoluere mercedem miniſtris, iniuſtè tamen ab hoc paupere exigitur: quia non in eius fauorem fit. Et breuiter eodem modo hic conuincitur iniuſtitia & vſura, quo ſuperius infra iuſtitiæ commutatiuæ terminos probauimus inueniri. Si ſecundum iuſtitiam diſtributiuam puram procedendum eſſe creditur: quoniam contractus locationis operarum non eſt inter miniſtros & ſingulos pauperes, ſed inter miniſtros & ſocietatem pauperum, vt ſuperius dicebatur: manifeſtus error ſtatim patet: quoniam locatio operarum & eius merces, & ſimiliter acceptio pecuniæ, quæ mutuata dicitur, & eius reſtitutio, fingi non poteſt, quin æqualitatem commutatiuæ iuſtitiæ requirant. Si autem vtriuſque iuſtitiæ forma miſcetur ſecundum veritatem idem eſt caſus iſte cum eo, quem ſuperius ſecundum diſtributiuæ iuſtitiæ modum diſputauimus, & concluſimus iniuſtum eſſe. In hac ſiquidem ſocietate diſtributio non aliter, quàm ibi miſcetur: niſi quòd iſta opinio ponit ipſam pecuniam per modum mutui etiam diſtribui in vſum, &c. Sed hoc nihil penitùs variat caſum quo ad rationem iuſti vel iniuſti: quia in ſocietate iſta aut omnes habentur æquales, aut non. Si omnes æquales, ergo iniuſtè vnus plùs alio grauatur onere ſolutionis, ad quam ſocietas tenetur: quoniam ſecundum dignitatem iuſtum in diſtributionibus attenditur. Si inæqualitas inter eos ponitur, cùm non niſi ratione indigentiæ ponatur, quia plùs egenti plùs mutuandum ſtatuitur, infra latitudinem tamen aliquam, puta 10. ducatorum: tunc manifeſtè redit iniquitas illa in diſtributionibus, qua plus accipiens communis boni, plus cogitur ſentire communis mali: & diſtributio communis oneris commenſuratur ſingulorum indigentiæ. Et manifeſtius accidit hic iniuſtitia, quæ in gabellis pro rebus, quæ deferuntur ad vſum, inuenitur. Vtrobique enim iniuſtum ex natura rei inuenitur ex eadem cauſa: quia ſcilicet ſupportatio communis oneris commenſuratur neceſſario vſui, vſus autem neceſſarius commenſuratur indigentiæ, & ſic de primo ad vltimum perſeruare ſeruata, oneris communis diſtributio indigentię ciuium & pauperum commenſuratur, quod eſt iniquum. Refugit enim omnis antis, quòd tantò quiſque communibus grauetur, quãtò magis propriis indiget. In hac enim ſocietate quantò quis magis eget, vt propriis poſſit prouidere neceſſitatibus, tantò maius mutuum ſumit, & diutius retinere cogitur, & tantò plus exigitur ab eo pecuniæ debitæ à ſocietate pro ſeruitiis ſibi impenſis vt patet. Et ne iterum dicta repetantur, eodem eſt modo hic in iuſtitia diſtributiua, ſicut ſuperius eiſdem rationibus. Si autem neutrius iuſtitiæ formam introduci oportere quis putet, ſed iuſtitiam legalem tantùm, quæ commune bonum per ſe reſpicit, & ad illud omnia dirigit cum fraterna quadam ſocietate errat in primis, ad fraternam ſocietatem confugiens: quoniam operationes hic interuenientes ſecundum genus ſuum ad iuſtitiam non ad amicitiam, &c. ſpectant, quoniam ſunt operationes ad alterum cum ciuili debito æqualitatis, in quibus ratio iuſti conſiſtit. Nec fraterna voluntas omnia communia volens, hic apparet, niſi apud mentis propriæ parum compotes: qui omne voluntarium iudicant ſimpliciter voluntarium. Errat deinde, quia ſub iuſtitia legali ſeu generali non cadunt niſi indifferẽtia, & quæ aliarum ſunt virtutum & vitiorum. Ea pręſè nanque in 5. Ethi. habetur, quòd omnis particularis bonitas aut malitia ſub iuſtitia legali cadens, ſua aliqua alia virtute aut vitio neceſſe eſt contineatur, cùm ergo conſtet, quòd actus hi indifferentes non ſint, & non ſint omne bonum aut omne malum, oportet quòd ſub alia virtute aut vitio comprehendantur. Et ſi huic iunxerimus ſupradicta, quòd ſcilicet ſpectant ad iuſtitiam, oportet ad commutatiuam vel diſtributiuam deſcendere, vt fecimus: ſecundum quas iam patet, iniuſtitiam euitari in capitulis huius Montis non poſſe.

Ad rationes ergo, quibus probatur quòd hic non interuenit mutuum, dicendum eſt, quòd inter aſſumpta & caſum eſt implicatio contradictionis, repugnat enim, quòd ſit contractus rei inter totum vt ſic, & eius partem, & quòd ſint ſecundum æqualitatem rei ad rem. Si nanque eſt ſecundum æqualitatem rei ad rem, ergo eſt iuſtitia commutatiua ergo inter partẽ & partem: ergo non inter totum vt ſic, & partem. Et ſimiliter ſi eſt inter totum vt ſic, & partem, ergo eſt ſecundum dignitatem partium in toto: ergo non ſecundum æqualitatem rei acceptæ aut datæ; conſtat autem, quòd hic ſeruatur æqualitas rei ad rem, dum à paupere mutuum reſtituitur, & tamen ſecundum iſtam opinionem inter totum vt ſic, & partem contractus eſt: implicatio igitur accidit. Eſt autem cauſa defectus in huiuſmodi ratione, quia non diſcernitur inter per ſe, & per accidens. Accidit enim Monti, inquantum pecuniam reddendam tribuit pauperi, vt ſuis prouideat neceſſitatibus, quòd totum ſit: hoc enim ſub partis ratione facit. & ideo mutuans hic eſt omnino alius à mutuum ſumente, ſi formaliter conſiderentur: quoniam ſingularium perſonarum quo ad hoc locum tenent. Et ſimiliter accidit pecuniæ inquantum ſic Ioanni pauperi mutuatur, quòd communitatis, aut communis ſocietatis, aut cuiuſque alterius, aut nullius ſit: ſufficit enim, quòd Ioannis pauperis ſic non ſit, quòd ad eius reſtitutionem integrè teneatur. Accidit quoque defectus: quia inter totum & partes neceſſaria diſcretio omittitur, huiuſmodi enim totum ſpecię à parte differt: & quòd toti debetur, parti non debetur. Et ſimiliter ad quod totum tenetur, pars non tenetur, loquendo ſemper ſecundum æqualitatem rei ad rem, quæ hic eſt: quoniam pro ſeruitiis ſocietati impenſis, non in fauorem huius, qui accipit mutuum vt ſic: ſed totius perpetuæ ſocietatis tenetur ipſa ad mercedem reddendam miniſtris (vt ſuprà patuit) & reſtitui ſic ac conſeruari pecuniam vult.

¶ Accidit & tertiò defectus in hac via: quia non diſtinguit inter aliquid fieri in fauorem pauperis mutuum ſumentis, proximè & remotè. Quod enim in fauorem communis, perpetuæque ſocietatis fit, non niſi remotè fit in huius pauperis fauorem, vt ex dictis patet. Nullo igitur modo capitula huius Montis pietatis iniuſtitiam ſubterfugere poſſunt.

CAPVT XV.

Excluſio quorundam extraneorum dictorum, concludens vltimò intentam ſententiam.

PERAGRATIS Omnibus his opinionibus, quæ aliquid ad propoſitum ex moralibus rationibus adduxerunt, reſtat primò nominanda tantùm opinio dicens Montem hunc pietatis cum ſuis capitulis non mutuum facere, ſed rem quandam diuinam eſſe, & hominibus ineffabilem, & proptereà rationibus huiuſmodi, quæ humanos ſcrutantur actus, non

omnino

omnino committendum eſſe indicium huius Montis,&c. Nos enim cum ſua diffinitate veluti loquentes in aere relinquere oportet. Remanet deinde eis ſatisfaciendum,qui contractus huius Montis ab apoſtolica ſede approbatos dicunt, aut audiunt: ac per hoc rationes ſophiſticas putant, etiam ſi ſoluere neſciant. Sciant igitur hi Montem quidem pietatis ab apoſtolica ſede approbatum,ſed non illius capitula: vt exemplo literarum approbationis conijcere potui. Appellatur autem Mons pietatis (vt in eiſdem dicitur) ſumma illa pecuniæ piæ collecta,& ſub cuſtodibus depoſita,ad perpetuam releuationem pauperum mutuo mediante. Vbi nota quòd Mons ipſe eſt ſimpliciter approbatus & erectus ab ipſo ſummo Pontifice. Eius autem capitula ſupradicta ſunt approbata cum hoc adiectiuo,ſcilicet ſacris canonibus non contraria: vnde ſi qua capitula ſunt ſacris canonibus contraria,approbata non ſunt. Hæc autem eſſe ea, quæ iniuſtitiam continent,nullus dubitat. Non ſunt igitur approbata capitula illa quæ iniuſta eſſe ſuperius monſtratum eſt: propter quod ſi ita eſt, non paruum peccatum fuit, facere imprimi ſummi Pont. bullas truncatas abſque illa particula,ſcilicet ſacris canonibus non contraria. Laqueus ſiquidem eſt animarum in quem ego incidiſſem,vel ſaltem abſque ſuſpenſione non fuiſſem. niſi viua voce audiſſem ſic haberi in originalibus,& calamo ſcriptam particulam illam in bullę mantuanę copia vidiſſem. Ex hac quoque eadem radice ſatisfit illis, qui ax priuilegiis & indulgentiis & indulgentiis conceſſis à Romano Pontifice illis,qui ad montis conſeruationem, aut augmentum manus porrigunt adiutrices,arguunt. Iam enim patet,quòd Mons ipſe ſanctus eſt,& in ordine ad illum hæc omnia conceduntur. Annexa tamen mala ex hoc non approbantur: ſed potius tolerantur ad euitationem maioris mali, quo per publicos vſurarios res pauperum vorantur.

Mons pietatis quæ verè & propriè appelletur.

Ex rationibus ergo propriis iuſtitiæ commutatiuæ,& iuſtitiæ diſtributiuæ, clarum iam eſſe cuilibet patet, non ſolùm, quòd nullo prædictorum modorum iniuſtitiæ macula abeſt à capitulis Montis huius,ſed etiam quod quocunque alio modo caſus formetur iuſtitiæ æqualitas non ſeruatur. Nec oportet omnem ſigillatim obiectionem excludere: quoniã ex ſupradictis(quæ ex Ethicis Ariſtotelis & doctrina San. Tho.adeò ſumpta ſunt,vt ſi ſigillatim allegatio fieret,omnia plena allegationibus eſſent)cuilibet in moralibus exercitato facilè eſt omnibus ſatiaſacere,vt omnes veritatem agnoſcant,quæ à prima eſt veritate. Cui honor & gloria ſit ex hoc opuſculo. Papiæ in ſancto Apollinare completo hodie, id eſt die 13. Iulii 1498. per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Tractatus Thomæ de vio Caietani Cardinalis ſancti Xiſti,de Monte pietatis finit.

TRACTATUS SEPTIMUS.

De Cambijs, in octo capita diuiſus: ad Dominum Andream Brixenſem Brixiæ priorem.

1 *De tribus generibus cambiorum.*

2 *De opinionibus dicentium, in cambijs realibus eſſe mutuum.*

3 *De opinionibus dicentium, in cambijs realibus eſſe contractum permutationis,*

4 *De opinione ſingulari circa cambia.*

5 *De natura artis campſoriæ*

6 *Quomodo oporteat numiſmatum commutationes fieri ad hoc, vt rectitudo ſeruetur.*

7 *An talia cambia propoſita ſint verè cambia,& iuſtificata.*

8 *De alijs cambijs propoſitis ex parte accipientium cambia.*

CONCESSUM Mihi his diebus otium,venerande amantiſſimèque pater, ad edendum promiſum paternitati tuę tractatum de cambiis initans, poſt auditos campſores, pleraſque † diuerſorum de his opiniones, ac diutinã meditationem, ad ſcribendum tandem impulit. Tanta ſiquidem eſt res huius obſcuritas & inuolutio,vt hinc cõſuetudine non abſque fautoribus,& inde doctoribus plurimis,modernis tamen, ſiſtentibus (antiquis ſiquidem propoſita difficultas hæc non fuit) tacendum potius videretur. Verùm vbi plures dies lectioni meditationique iam dediſſem,& infidelis promiſsionis reatus occurreret, diuina fretus ope, tria de cambiis tractanda cenſui. Diſcernenda ſunt primò dubia à certis. Adducendæ ſunt deinde opiniones aliorum de dubiis. Firmandum eſt demum quid mihi videtur de his ſentiendum.

† Alias perlectas que,

CAPUT I.

De tribus generibus cambiorum.

CAmbiorum modi quamuis multi ſint,quo ad differentiam tamen certi vel dubii, trifariam ea diuidere ſufficit. Quædam ſiquidem ſunt,quorum iuſtitia clara eſt. Quædam verò, quorum iniuſtitia ſimiliter aperta eſt. Et quædam: quæ an ſint iuſta vel iniuſta, in dubium inter doctores vertitur.

¶ Iuſtificata ſiquidem ſunt, quæ fiunt his tribus modis. Primò,quum in cambio minuto campſor moderatè lucratur ſecundum patriæ conſuetudinẽ. Vocatur autem cambium minutum,quum campſor pro aureo ducato monetam dat conſuetam in patria illa expendi,vel econuerſo,aliquid minus dando, quàm recipiat. Hoc enim continet naturalem æquitatem,ex eo quod induſtriæ & operę campſoris ratio habenda eſt. Quum enim cæterarum artium miniſtros liceat in commutationibus propriis laboris, induſtrièque mercedem componere,campſoribus, qui commutationibus numiſmatum deſeruiunt, id quoque licere non eſt dubium. Propter quod non irrationabiliter dicunt opinantes tale lucrum campſoribus tantùm licitum: ita quòd priuatus homo ſi cambire debet ducatum aureum,nihil debet lucrari. commutatio namque numiſmatũ patriæ non vagatur quo ad valorem (quemadmodum cæteræ cõmutationes) ſed determinata eſt: puta quod ducatus aureus valet duodecim marcellos. Et ſicut in cæteris commutationibus æqualitatem violare iniuſtum eſt,ita in commutatione numiſmatum. Vnde niſi vel propter mercedem ſeruitii,non in numerando pecuniam, vt quidam putant (quoniam contingit ſæpe minus numerare campſorem,quàm accipientem,& actus numerandi non eſt propriè mercenarius, ſed ſolitus gratis concedi, vt vſus libri, & numerationi campſoris reſpondet numeratio

numeratio ſ[illegible]tis aliam monetam)ſed in arte campſoria Reipublicæ miniſtrando, vel propter incommodum, quod quis incurreret ea ablatione talis generis pecuniæ à ſe, vel qualitatem numiſmatum (vt infrà declarabitur) non licet plus in cambio minuto accipere, quàm detur. Quorum nullum locum habet vniuerſaliter in ſingularibus hominibus non campſorib. Secúdò quum campſor moderatè lucratus, ex eo quòd Petrus habẽs certam ſummam pecuniæ Mediolani, dat eam campſori qui faciat æqualem ſummam Romæ dari ſibi vel alteri. Si enim ex hoc campſor mercedẽ exigit, iuſta eſt exactio: campſor enim translatoris in hac parte locum tenet, nec eſt æquum, vt merces ſuo ſeruitio ſubtrahatur. Tertiò, quãdo campſor lucratus, ex eo ꝙ monetam alicubi minus valentem congregatam trãſfert in locum, vbi plus valet. Hæc enim eſt negotiatio numiſmatum: ex qua pri[illegible]ò ortum habuiſſe videtur ars campſoria, vt videtur in primo Politicorum. Et eſt licita ſicut cæteræ negociationes ad augendas opes licent.

Cambia iniuſta.

Iniuſta verò abſq; dubio cambia illa ſunt, quæ his duobus modis fiunt. Primò, quum campſor lucratur, aut lucrari intendit, ex eo quòd Petrò egenti Mediolani dat certam ſummam pecuniæ ſub nomine cambij de Lugduno vel Londres:& tamen ſecundum veritatem ibidem reſtitutio facienda vtrinq; ſcitur, ſiue fiant literæ cambij, & non præſententur, ſiue nõ fiant literæ. Interuenit ſi quidem hic manifeſtè ſolo nomine cambium, & ſecundum rem mutuum cum lucro, aut ſpe lucri, ſecundum quòd diuerſimodè fit.

¶ Secundò (& in idem redit) quum campſor, vt lucretur, dat Mediolani Petro egenti centum ducatos, recepturus ab ipſo Petro ibidem hinc ad menſem tantum quãtum valebunt tunc Venetiis, ſecũdum curſum cãbiorum, decẽ libræ groſſorum, quæ æquiualent centum ducatis regulariter, ſed in curſu cambiorum Venetijs quandoque excedunt, & quandoque exceduntur. Hic enim ſecundum veritatem eſt contractus mutui, Cambij nomine palliatus: & fit cum ſpe lucri contra illud Luc. 6. Mutuum dare, nihil inde ſperantes. Et celebratur communiter cum probabili coniectura, quòd erit ibi lucrum: quia communiter ſolent tunc valere plus decem libræ groſſorum, quamuis quandoque, ſed rarò minus valeant: & propterea eſt hic vſura. Nec poteſt excuſari, niſi in caſu in quo Petrus egeret illis centum ducatis, & campſor haberet in promptu verum cãbium agendum cum illis centum pro Venetijs illo modo, & ad inſtantiam Petri illos ſibi eo pacto daret. Et hoc ſi contractus talis veri cambij eſt licitus, de quo infra erit ſermo.

Dubia autem cambia, quædam ſunt ex parte campſorum quædam ex parte accipientium cambia.

Ex parte quidem campſorum ſunt, quæ dupliciter fiunt: aut, ſcilicet appretiando numiſma extraneum, de quo reſtitutio fienda eſt, minùs quàm valeat communiter in loco vbi debet fieri reſtitutio: aut appretiando numiſma proprium quod datur, magis quàm valeat communiter in loco, vbi reſtitutio debet fieri: ad hos enim duos modos, qui valde propinqui ſunt & in idẽ redeunt, omnia cambia ſicca reducuntur pro quibuſcunque locis fiant. Ad primum enim modum ſpectat cambiũ Lugduni, in quo Petro indigenti marca auri, quæ cómuniter valet ibi 60. ſcutos, campſor Mediolani dat 60. ſcutos non ſecundum valorem ſcuti Lugduni, ſed quum ibi communiter valeat ſcutus 30. groſſos, appretiatur hic 28. & ſic dat ſibi tantam ſummam pecuniæ, quæ aſcendat ad 60. ſcutos ad rationem 28. groſſorum pro ſcuto.

¶ Ad ſecundũ verò modum ſpectat cambium tam Lõdrẽſe, quã Brugẽ in quo Petro egẽti Ianuæ dat campſor 1000. ducatos, non ſecundũ valorẽ ducati currentem Brugis aut Londres, ſed quum ibi valeat ducatus 50. groſſos, appretiatus Ianuæ 52. ita ꝙ pro quolibet ducato tenetur accipiens cambium reſtituere Brugis, vel Londres 52. groſſos. Cæteſa autem cambia ex parte campſorum ſimilia ſunt. Nec fiat vis ſi in iſtis exemplis vera quantitas monetarum non recitatur: quoniam exempla ponimus, vt addiſcentes intelligant. Auget autem cambiorum prædictorum ambiguitatem incerta temporis ratio, fatentur enim campſores, ꝙ quãtò tempus reſtitutionis eſt diſtantius, tantò minùs appretiatur moneta in primo modo, & tantò magis in ſecundo modo.

¶ Ex parte autem accipiẽtium cambia, ſex modis variantur cambia ſecundum differentiam eiuſdẽ vel diuerſæ monetæ, & differentiam certi vel dubij, aut accidentis lucri: hæc enim videtur aliquam per ſe differentiam in cambiis facere. Contingit primo modo, quòd Petrus dat Mediolani campſori centum ducatos Flrentinos aureos, & vult totidem florentinos Florentiæ. Contingit ſecundò, ꝙ Petrus pro dictis ducatis vult Florentiæ monetam argenteam, puta groſſos florentinos, ſed tot quot æquiualeant Florentiæ ducatis 100. Florentinis aureis. Contingit tertio, quòd Petrus pro dictis ducatis vult bonam monetã auream, vel argenteam Florentiæ, ſecundum ꝙ tempore ſolutionis (puta in nundinis) cambia valebunt Florentiæ. Et quodlibet horum contingit dupliciter fieri, ſ. ſimpliciter, vt propoſitum eſt: & cum adiuncto aliquo certo lucro ita, ſcilicet quòd Petrus vult non ſolùm prædictos 100. ducatos Flrentiæ modo dicto, ſed vltra hoc vult ſibi dari quatuor alios ducatos. Et quoniam de his non principalis eſt quæſtio, ſed de illis quæ ſe tenent ex parte campſoris communiter: ideo de illis erit ſermo diffuſus, de iſtis autem in fine tracta. dicetur. Et ne nugatio, aut æquiuocatio accidat legentib. vocentur in ſequentib. cambia nunc diſcutienda, cambia realia: quamuis à multis cambia ſicca, aut per literas nuncupentur.

CAPVT II.

De opinionibus dicentium in cambijs realibus eſſe mutuum.

QVONIAM autem ſecũdũ diuerſa præſuppoſita diuerſimodè inueniunt doctores locuti de huiuſmodi cambiis, & ex aliis principiis procedunt ſupponentes huiuſmodi cambia mutui contractum ſapere, & ex aliis procedunt negantes hic mutuum interuenire: ideo ſigillatim diſcutiendæ ſunt ſingulorum rationes.

¶ Vnde eorum occurrunt primò opiniones, qui aſſerunt aut ſuſpicantur contractus cambiorum realiũ ſecundum veritatem eſſe contractus mutui, licet cambia vocentur. Sunt autem contrariæ horum opiniones: dum quidam dicunt talia cambia eſſe iniuſta & vſuraria, quidam verò ꝙ ſunt licita. Et illi quidem, qui aſſerunt vſuraria, licet multis rationib. moueantur, hoc tamen habent pro fundamento: quia vſurarium eſt mutuare ſub ſpe & pacto veriſimilis lucri, vt patet: conſtat autem omnes campſores ſpe lucrandi hæc cambia exercere: & ideo pacta ſupradicta adiicere, vt veriſimiliter lucrum euenire poſſit, quamuis nõ ſemper eueniat, vt ipſimet fatentur. Vſurarium eſt igitur hæc cambia facere. Quòd autem verè ſupponatur hic eſſe mutuum, probatur ex eo, ꝙ contractus iſte dat pecuniã, quæ eſt ionendibilis cum tranſlatione Dñij,

& recipit pecuniam: has autem eſſe conſtat conditiones ad mutui contractum ſufficientes: munitúrque opinio hæc authoritate Goſ.& Hoſt.in ſumma de vſuris:& Archiepiſcopi Floren. in 2. & 3. parte Summæ, vbi etiam dicit multos viros doctos & timoratos fuiſſe huius opinionis.

¶ Accipientes mutuũ hic eſſe, & tamen abſq; vſura cambia fieri, fundantur ſuper ratione intereſſe, & operarũ locatarum. Et quo ad intereſſe quidem: quia etiam in contractu mutui licet ſeruare ſe indemnem: conſtat autem, ꝙ mutuãs Ianuæ.100. ducatos aureos, damnum incurreret ſi Brugis reſtituerentur ſibi totidẽ aurei, vel eis æquiualens ibi preciſè. Tũ quia plus daret, quàm reciperet: ex eo ꝙ ducatus aureus plus valet Ianuæ quàm Brugis. Tum quia oportet ipſum ſubire expenſas delatorum pecuniæ, vt Ianuæ rehabeat, vbi contractus mutui celebratus eſt: ergo licitũ eſt æſtimare ducatum aliquid plus. vt mutuans nullum damnum incurrat:& hoc in iſtis cambijs accidit. Quoad locatas verò operas: quia quum nullus debeat proprijs ſtipendiis militare, & campſor & miniſtri publicæ vtilitati deſeruiant in opere licito in mutuis faciendis prædictis, conſequens eſt ꝙ propriam mercedem reportare debent: quemadmodum miniſtri Montis pietatis. Et quia induſtriæ accidentis operi licito, ratio eſt habenda, aliquid etiam mercedis ei dari debet: quo fit, vt omnibus penſatis talis excreſcentia ſit licita.

Sed tamen neutra harum opinionum veritatem aſſequitur. Primæ enim fundamentum ruit: quoniam (vt infrà patebit) hic non eſt contractus mutui. Secunda autem & falſum aſſumit, & conſequenter non loquitur. Falſum quidem aſſumit, dum dicit in his cambijs illud plus ſumi, vt vitetur intereſſe: hoc, n. campſores teſtantur eſſe falſum, & dicunt quòd non vt damnum euitent, ſed vt lucrẽtur huiuſmodi cambiis inſiſtunt:& quòd ſi accipientes cambia obligarent ſe ad reſtituendum præcisè quantum accipiunt in loco vbi accipiunt, ipſi non mutuarent, quia lucri cauſa artem hanc exercent. Et ex hoc patet, quòd nec pro intereſſe ſtipendij miniſtrorum plus ſumitur. Si enim campſores ex cambijs nihil aliud quærerent, quàm ſe ſeruare indemnes, cambia non aggrederentur: ſed pecunias ſuas ſecum tenerent, aut aliter exponerent, vt ipſimet teſtantur. Conſequenter autem non loquitur: quoniam non eſt licitum artem mutuatiuam in ciuitatibus erigere, & miniſtros ſtatuere, & laborum, induſtriæque ratione habita, inde etiam ſuſtentatorium lucrum quærere: quoniam hoc eſſet vſurariam artem facere moderatam, vt patet. Miniſtris autem montis pietatis quomodo & qualiter liceat mercedem reddi, & à quib. oportet reddi, in tractatu ſpeciali de hoc diffusè diximus. Hic autem ſatis ſit noſſe, & quòd non eſt ſimile: quia in cambijs intenditur lucrum, & ꝙ experientia teſte non licet artem facere mutuatiuam, vt operarum, periculorum & induſtriæ rationem habendo, plus forte recipiatur, vnde ipſe cũ familia ſuſtẽtetur: ſicut in artibus & negociationib. licet. Eſt igitur vſura in his cambijs, ſi contractum mutui implicant. Propter quod Goſ.& Hoſt. ſub Mutui nomine caſum tractantes (quum ſcilicet mutuatur, vt reſtituatur alterius generis moneta cũ ſpe lucri) vſuram eſſe dixerunt.

CAPVT III.

De opinionibus dicentium in cambijs realibus eſſe contractum permutationis.

EMERSIT Ergo propter prædicta fortè aliorũ opinio, dicentium in his cambijs non eſſe contractum mutui, ſed innominatum, ſcilicet do vt des: vel ſi nominari debet, eſſe cõtractum permutationis. Et horum contrariæ quoque ſunt opiniones aliis aſſerẽtib. hæc cambia licita, & alijs illicita. Et illi quidẽ, qui dicunt eſſe licita, ſtudium ſuum adhibent nõ tam ad probandam eorum iuſtificationem, quàm eorum naturam extra mutui rationem eſſe. Et quamuis multiplicent rationes, ex tribus tamen conditionib. ſeparant cambia hæc à mutuis. Primò ex periculo. Mutui enim natura periculum mutuatæ ſortis in accipientẽ mutuum transfert, cambium verò reale damni periculum campſori relinquit, ſi minus forte cõtingat accipere: vt quandoque (licet rarò) contingit. Secundò, ex diuerſitate rei reſtituendæ & loci: nam mutui ratio exigit, vt eiuſdem generis & bonitatis res reſtituatur, & ibidẽ. Nec ſufficit reddere æquiualens: aurum n. pro auro & triticum pro tritico reſtituendum eſt, & adducitur ad hoc textus iuris ciuilis. ff. de ſolu. l. Paulus. In cambiis realibus autem fit permutatio monetarum diuerſorum generum & in diuerſis locis. Tertiò ex modo contractus: quia in cambiis realibus eſt venditio, vel contractus ſimilis venditioni, dum ducatus venditur 52. groſsis Flandreſibus: & æſtimatur vna moneta cum alia, quod licere patet extrà, de cenſi. c. olim cauſam, & c. cum canonicis. in mutuo autem nihil horum fit. Quum igitur contractus mutui non ſit, ſed permutationis & negociationis, pro licito relinquitur, ſpes enim lucri in his non damnatur, & induſtriæ laborum, periculorum, expenſarùmque ratio habenda eſt.

¶ Dicentes verò cambia nullo modo licere, & tamen mutuum non implicare, quamuis non inuenerim; ex dictis tamen ab his, qui abſolutè cambia hæc damnãt: aut dubitãt illicita eſſe, triplex ratio colligitur. Prima ex eo, ꝙ cãbia hæc in fraudem vſurarũ introducta videntur, quum permutationem monetarum campſor non intendat, ſed neceſsitatib. indigentis nolens gratis mutuare, nomine permutationis monetæ mutuum palliat, vt lucretur: præſertim quum plerunque contingat in eadem fieri moneta reſtitutiones, & hoc in cambiis infra Italiam:& periculum, quod rarò accidit, ponderandum non ſit in commutationibus, quæ regulandæ ſunt ſecundum communiter euenientia. Secundò, ex eo, ꝙ ratio temporis in contractu emptionis & venditionis haberi non poteſt: in huiuſmodi autem cambiis, vt patet in caſu poſito, quantò diſtantius eſt ſolutionis tempus, tantò plus ſibi ſolui paciſcitur campſor. Tertiò, quia etiam in contractu venditionis, vendere plus quam nunc aut hic valet, non eſt licitum: niſi vendens intendebat vſque ad tempus illud ſeruare, vt in ca. nauiganti, extrà, de vſuris: aut intendebat ad illum locum deferre; vt dicit Rayn. Innoc. & Io. Andr. & Io. Calder. campſores autem non intendunt ſeruare, aut transferre pecuniam, ſed paratam ad huiuſmodi cambia tenent. Quid autem de his ſentiendum ſit, in deciſione manifeſtum erit. Nunc autem ad aliam properandum eſt opinionem.

CAPVT. IIII.

De opinione ſingulari circa cambia.

POST Prædictas opiniones egregij cuiuſdam doctoris in Theologia opinio ſingularis occurrit. tenens huiuſmodi cambia eſſe licita, & tria ſingulariter dicens.

Primũ eſt, ꝙ contractus iſte, quẽ innominatum vocãt, nomen habet: quoniam vt S. Tho. dicit in Secunda Secundæ, q. 77. negociatio tripliciter fit, aut commutando

mutando

mutando res pro rebus, vt vinum pro tritico, aut res pro pecunia, aut pecuniam pro pecunia. Et quum primus contractus vocetur, vulgò baratto, ſecundus vocetur venditio, &c. & tertius cambium, ita quòd cambium eſt permutatio pecuniæ pro pecunia.

¶ Secundum eſt, quòd in cambiis non conſideratur pecunia, vt pecunia, ſeu vt menſura eſt, ſed vt res quædam eſt. Conſtat enim ſecundum omnes vtroque modo poſſe accipi pecuniam, vt patet de locantibus pecuniam ad oſtentationem. Et quòd campſores pecuniam vt rem conſiderent, ex S. Tho. authoritate probat in ſecundo de regi. prin. dicentis, ꝙ numiſma poteſt accipi, & vt menſura, & vt quædam res eſt: & hoc modo vtuntur eo campſores. Fabricatq; ſuper hoc fundamento doctor ille vendibilem eſſe pecuniam à campſoribus, vtpotè rem quandam, & eius pretia variari ſicut aliarum rerum, iuxta temporum locorumque diuerſitates, &c.

¶ Tertium eſt ſingulariſſimum, quòd licitum eſt campſoribus plus accipere, quando tempus ſolutionis diſtantius eſt. Diſtinguit ſiquidem accipere plus ratione temporis dilati dupliciter, vno modo, quòd ſola temporis dilatio exceſſum pretii operetur, & hoc dicit eſſe vſurarium. Alio modo, quòd res in dilato tempore conſiderata pretium augeat in commutationibus: & hoc dicit eſſe licitum. Et dat exemplum in emptionibus rerum in futuro aſſignandarum. Si quis enim hyeme emit lanas aſſignandas ſibi in vere, minùs quàm valeant in hyeme, eo quòd lanæ tempore veris creduntur minùs valituræ, iuſtè emit: eo quòd res in tempore illo ſumpta pretium minuit. Si autem minus emeret, quia nunc anticipat ſolutionem, vſuram committeret: quia propter ſolam temporis moram pretium variaret. Subditque, campſores nó plus accipere ratione dilati temporis, ſed ratione rei in dilato tempore conſideratæ. Quoniam, verbi gratia, marcha auri ſoluenda in nundinis Ianuarij, non ideo minùs emitur à campſoribus Mediolani menſe Octobri, quàm Nouembri, quia longius diſtat ſecundum tempus: ſed quia marcha illa conſiderata in tali tempore, minùs æſtimatur cómuniter à negociatoribus, & magis in tempore proximiori. Et meritò, vt dicit: quia quum negociatoris finis ſit commutando lucrari, nec ideo emat, vt empta habeat, ſed vt iterum commutet cum lucro: licitum eſt ſibi conſiderare quanto tempore pecuniam occupatã in re empta tenere oportet, cariùs enim emitur quòd citò diſtrahitur, quàm quod longo oportet tempore retinere, ne pecuniæ mortuæ teneantur. Signum autem quòd campſores non rationem temporis dilati, ſed rei in tempore habeant, eſt quòd non ſemper ſecundum temporis approximationem pretium creſcit: ſed quandoque inſtantibus nundinis contingit pretium minui, adeo vt minùs vendatur tunc marcha auri in proximo aſſignanda, quàm fuerit vendita tribus menſibus antè.

¶ Sed hæc opinio (cum bona venia) multipliciter à veritate deficit, quamuis bono zelo ad veritatem accedere conetur. Primum in primis dictum ſecundo non conſonat: quoniam nomina formaliter ſumpta intelligi oportet, vt 4. Meta. tradit Ariſt. alioquin periret certitudo à locutione: quoniam extra formale ſignificatum infinita ſunt, vt ibidem dicitur. Vnde ſi in cambiis pecunia conſideratur vt res, non vt pecunia vt dicit, contractus iſte, non debet permutatiuus pecuniarum vocari: nec debet in tertio loco contractuum à San. Tho. dictorum reponi, ſed primo.

¶ Secundum deinde dictum verum non ſonat, & San. Tho. verba malè interpretari videtur. Verba ſiquidem eius in ſecundo de Regi. prin. c. 14. ſunt iſta:

Numiſma quamuis ſit menſura & inſtrumentum in permutationibus, tamen per ſe aliquid eſſe poteſt: puta ſi confletur, erit aliquid, videlicet aurum vel argentum: ergo ſemper non ordinatur ad permutationes. Et hoc etiam habet veritatem in aliis ſpeciebus pecuniarum: imò amplius, vt in campſoria, quæ non propriè ordinatur, vt ſit menſura rerum venalium: ſed magis ad permutationem numiſmatis. Ex quibus verbis non habetur: quòd pecunia conſideretur à campſoribus, non vt menſura, ſed vt res: ſed habetur quòd pecunia non vtuntur campſores vſu primario: propter quem eſt inuenta, ſcilicet vt menſura ſeu pretium ſit rerum venalium: ſed vſu ſecũdario, ad quem eſt translata, inquantum tamen pecunia, ſcilicet vt permutetur cum alia pecunia: vterque ſiquidem vſus conuenit pecuniæ per ſe: & ſecundus campſoribus conuenit: vt infrà patebit ex primo Politicorum.

¶ Quid autem de tertio dicto ſentiendum ſit, in deciſione dicetur. Hæc igitur ſunt quæ hactenus de cambiis dicta ſunt.

CAPVT V.

De natura artis campſoriæ.

Vt autem natura cambiorum vniuerſaliter & faciliter percipi poſſit, tali ordine procedendum credimus, vt ſcilicet primò de ipſa arte campſoria dicatur, & quid ſit, & quàm licita ſit: deinde de conditionibus requiſitis ad eius actus rectitudinem tractetur: & demum ad cambia prædicta deſcendendo videatur, an artis ſint campſoriæ, & quid in eis licitum, aut illicitum eſt obiectiones factas ſoluendo. Sic enim de huiuſmodi cambiis ſermone completo, ad alia propoſita procedi liberè poterit. Principium autem ad declarandam campſoriam oportet ſumere ex primo Politicorum, eius veſtigia ſequendo.

¶ Sciendum igitur inde eſt, quòd rei vſus per ſe eſt duplex: ſcilicet proprius & communis: ſeu primarius & ſecundarius. Eſt autem proprius cuiuſque, ſiue naturalis ſiue artificialis rei vſus ille, ad quem ex ipſa rei natura primò ordinatur, vt veſtis ad veſtitum panis ad eſum, & vinum ad potum, &c. Communis autem, ſiue ſecundarius eſt, quo res, inquantum talis, alteri tamen à primo fine applicatur, vt commutatio reſpectu calcei, aut tritici, & aliorum huiuſmodi. Calceus enim quum venditur, inquantum calceus conſideratur: non enim pro ſimplici pelle venditur: non tamen propter venditionem eſt calceus, ſed propter calceationem, & ſic de aliis. Quemadmodum ergo cæterorum, ſic & numiſmatis duplex eſt vſus, vt ibidem dicitur. Primus eſt commutatio pro rebus venalibus neceſſariis, ſcilicet ad vitam humanam, ſcilicet tritico, panno, aromatibus, &c. propter huiuſmodi enim commutationes numiſma inuentum eſſe conſtat, dum ea quæ vni patriæ deſunt, aliunde haberi non poſſent, niſi datis pro eis æquiualentibus: & multum incommodi eſſet, res ſemper transferre æqualea (ob hoc enim aurum, argentum, æs, & quicquid huiuſmodi eſt facilè portatile & vtile) ſtatuerunt commutandis rebus adæquatum iri: & proptereà numiſma dicitur menſura rerum venalium. Refertur enim ad naturalia, ad vſum neceſſaria, vt menſura ad menſurata: propter quod charactere inſignitum eſt, in teſtimonium qualitatis & ponderis: ſicut & cæteris menſuris publicis conſueuit ſignum imprimi, teſtans earum iuſtificationem.

Secondus autem numiſmatis vſus eſt cõmutatio pro alio numiſmate, vt ducati aurei pro carlinis. Non.n. propter hoc factum eſt: & tamen hanc commutationem ſubit, non inquãtum aurum aut æs abſolutè, ſed inquantum numiſma, vt continua experientia docet. Orta autem videtur hæc commutatio ex inæqualitate numiſmatum, dum vel ad ſupplendam rei naturalis æqualitatem, ad numiſma maius paruola numiſmata addebantur: vel habenti maius minora erant commodiora, aut èconuerſo. Lucrum autem ea numiſmatum commutatione primò quidem, vt Philoſophus ait, dicit, eſſe euenisse videtur, dum accidit aliquid puta aureum numiſma, plus alicubi æſtimari, ſicque pro illo plura ærea dari, quàm dentur ibi, vnde ductum fuit. Humana deinde induſtria, artificioſè circa huiuſmodi numiſmatum commutationes lucri vias compoſuit: ſicque ars campſoria cõtexta eſt. Vnde nihil aliud campſoria eſt, quàm negociatio in commutatione numiſmatum: materia ſiquidem & actus & finis eius ſufficienter in hoc explicantur, vt patet.

¶ Quamuis autem à Philoſopho campſoria vituperetur, & ratione materiæ: quia tantùm numiſmata tractat, à proprio numiſmatis vſu diuertens, & ratione finis: quia lucri gratia, quod fine caret: & vtriuſq; ſimul: quia pecuniæ, vt inſtrumenta œconomicæ & politicæ, habendæ quærendæq; ſunt non propter ſe, ſicut nec quodcunq; aliud organum per ſe appetitur. Si tamen ex hominis campſoris fine honeſtetur (vtpotè ad familiæ, & ſtatus ſui decentem ſuſtentationẽ ordinata) licita eſt, quemadmodum & aliæ negociationes. Poteſt enim id, quod ſolitariè conſideratum conſonum non videtur, ex adiuncto fine honeſtum reddi, vt patet de hominis occiſione, quæ abſolutè repellenda eſt: ſi tamen addatur propter iuſtitiam, &c. præcipienda eſt: ſicut èconuerſò ars ex ſe honeſtiſſimum finem habens, vt medicina ſanitatem, vituperabilis ex fine medicantium reddi poteſt, dum lucri cauſa medentur. Quum ergo (experientia teſte) pateat, quod multa neceſſaria ciuitatibus plurimis deeſſent, niſi mercatores eſſent: & ipſi non commodè poſſint abſque cambiis negocia ſua exercere, neceſſarium, & honeſtum eſt campſoriam in ciuitatibus eſſe: non quatenus purè campſoria eſt, ſed quatenus œconomicæ politicæq; miniſtra eſt, vt ex dictis patet. Et ſic campſores nedum poſſunt ſeruare ſe indemnes, ſed etiã lucrari, & induſtriæ rationem habere, quum negociationi licitæ & vtili Reipublicæ illam apponant.

CAPVT VI.

Quomodo oporteat numiſmatum commutationes fieri, vt rectitudo ſeruetur.

NON ſolùm autem oportet declarare quid rectitudo cambiorum in communi exigit, ſed in ſpeciali quomodo in hoc, vel illo modo rectitudo ſeruanda ſit, uidẽdum eſt: omiſſis tamen ſingularibus, quæ ſcientificæ determinationi non ſubſunt: Quum ergo campſoria circa commutationem numiſmatum verſetur, neceſſe eſt iuſtitiæ commutatiuæ canones in ea ſeruari, ſicut & in cæteris commutationibus.

¶ Ex quinto verò Ethic. patet, quòd vniuerſalis regula commutationum eſt, vt ſeruetur æqualitas rei ad rem: vt, ſcilicet æquale ſit datum accepto & èconuerſo: vnde ſi commutatio numiſmatum iuſta eſſe debet, æqualis valoris oportet eſſe commutanda numiſmata. Et quoniam hoc pluribus modis contingit ſeruari, ſecundum differentiam numiſmatum, & locorum & temporum, ideo poteſt æqualitate ſalua lucrum prouenire campſoribus. Quod quomodo contingat, videri poteſt, ſi prædictas differentias ſcrutati fuerimus. Numiſma igitur quum vbique duplex eſſe conſueuerit, ſcilicet expendibile ibidem, & non expendibile ibidem, contingit dupliciter cambium fieri. Aut dando numiſma expendibile, pro non expendibili, aut pro expendibili. Et vtrunque horum contingit dupliciter, aut dando numiſma melius commodius, & magis amatum communiter, pro minus bono, commodo & amato, vt aureum pro argenteo vili, vel æreo, &c. aut èconuerſo. Et quodlibet rurſus horum poteſt fieri pro eodem, vel alio loco, & ſimiliter pro eodem, vel alio tempore.

¶ Et quia ſimplicia priora, & certiora compoſitis ſunt, à primis inchoãdum eſt, nulla locorum aut temporum diuerſitate admixta: ſed in ſola talium numiſmatum commutatione ſiſtendo. Si igitur commutandum eſt vnum numiſma expendibile cum alio expendibili, quantum eſt ex parte commutationis oportet numiſmata commutanda æqualis valoris eſſe: quoniam vtrunque lege, aut conſuetudine certum habet pretium. Nec ſaluaretur in commutatione æqualitas, ſi ex aliqua parte exceſſus eſſet. Contingit tamen ex parte æqualitatis numiſmatum in ſe, vel in ordine ad campſorem, quòd ſit hæc commutatio iuſta, numiſma minoris pretii abſolutè dando. Et hoc eſt quando campſor dat bonam monetam pro mala non falſa, aut defectiua: vt ducatos aureos pro argenteis, quę vix argenti nomen merentur. Tunc enim licèt campſor det minus in aurea pecunia, quàm accipiens det in illa moneta: æqualitas tamen ſeruatur ex eo, quòd centum ducati in moneta ſic bona, & portatili æquiualent centum & duobus. Verbi gratia, in moneta tam vili, vt patet, ſi conflanda eſſent numiſmata, & ex vtilitate, quæ poteſt ex illis percipi in faciendo ex eis vaſa, & ex vtilitate expenſionis ſecundum locum & tempus: bona enim numiſmata quamuis antiqua aut extranea, libenter acceptantur: & ex periculo, quoniam malæ monetæ, vtpotè exoſæ facilè poſſunt à principibus inexpendibiles reddi, & de facto in prouinciis benè ordinatis & non orbatis redduntur. Nec obſtat determinatio valoris monetarum per legem: quoniam illa reſpicit numiſma, quo ad per ſe primum vſum eius, qui eſt commutatio pro venalibus. Lege ſiquidem vel conſuetudine ſtatuitur, quòd aureus ducatus & nonaginta ſolidi in commutationibus œconomicis, & politicis æquiualeant: in quibus pecuniæ pro rebus commutantur. Commutatio autem numiſmatum, arbitrio ſapientum iuxta eorum qualitatem, aut abundantiam, &c. dimittitur, vt experientia teſtatur. Similiter quoque ſeruatur æqualitas, ſi quis commutans numiſmata minus dat pro eo, quòd danda à ſe numiſmata commodiora ſibi erant: ſicut etiam licet vendere rem cariùs, quàm abſolutè valeat, ex eo quòd vendenti commodior eſt. Vnde habens ducatum aureum, ſi à volente commutare paruam monetam pro illo, ſolidum vnum exigat, quia ille ſibi commodior, non peccat. Qui tamen non vult abſque lucro commutare ducatos Ianuenſes pro aliis ducatis æquè pretioſis & ſibi commodis, quia petenti commutationem commodiores ſunt Ianuenſes ad deaurandа ſua vaſa, peccare videtur, eo quòd vendit alterius commodum. Et quia in iſtis non ea campſorum expenſis aliquid plus accipitur, ſed aliunde (vt patet) ideo cuilibet ex iſtis cauſis licet in huiuſmodi cambus minus pecuniæ dare, quàm accipere. Campſori autem vltra hæc, licitum eſt in cambio minuto (etiam ſi meliorem & commodiorem, quàm det accipiat)

accipiat) aliquid plus accipere propter expenſas, &c. vt ſuperiùs dictum eſt.

¶ Si autem fiat commutatio numiſmatis expendibilis pro non expēdibili, notabile poteſt inde lucrū prouenire; ex eo ꝙ non ſolùm haberi pōt ratio materiæ & cōmodi, ſed etiam extraneitatis: qua fit, vt tales pecuniæ in tali cōmutatione multum à numiſmatis ratione declinantes, quaſi vt res quædam cōmutentur. Duplici.n. exiſtente p̄tio numiſmatis (ſcilicet inquantū eſt talis res, putà aurum, & inquantū numiſma) & ſecundo excedente primum, ex hoc ꝙ aliqua pecunia alicubi inexpendibilis eſt, numiſmatis pretium ibi perdit, magiſq; vt res quædā cōmutanda venit: quam tamen campſor in locis, vbi numiſmatis pretium obtinet, procurans habere, ipſam cōmutando, multum lucrari poteſt. Et qm̄ pretia rerum prudentis arbitrio relinquuntur, erit in hac cōmutatione æqualitas ſeruanda. penſata quantitate extraneitatis, & alijs conditionibus, vt ſapiens determinabit.

LOCI autem differentia tripliciter poteſt omnibus prædictis commutationibus admiſceri. Campſore.n. exiſtente & dante ſuas pecunias Mediolani, & recipiente alias alibi, aut contractus commutationis fit pro Mediolano, aut ꝑ alio loco, vbi accipiēs cambium habet pecunias (putà Lugduno) aut pro vtroque ſimul.

¶ Si contractus fit primo modo, ſ. Mediolani & pro Mediolano, tunc quum accipiens cambiū ex vi talis contractus teneatur Mediolani dare pecunias, quas cōmutat, nulla diuerſitatis locorū ratio habenda eſt, ſed tanq̄ cambium manuale agendum eſt, eorum, quæ ſupradicta ſunt rationē habendo. Ex eo tñ ꝙ accipiens cambiū vult ſe liberare ab obligatione, & onere & periculo deuehendæ pecuniæ ex loco vbi habet, Mediolanum, & campſor vult hæc ſubire, licitum eſt mercedem exigere. Sed hoc potiùs ad contractus locationis, & conductionis ſpectat, quā cambij, & ideo iuxta eorū canones reguletur, ſi accidat. Quod tñ rarò credo euenire. Si verò contractus fit ſecundo modo, ſ. Mediolani quidem, ſed pro Lugduno, tunc nulla Mediolani ratio habēda eſt: ſicut nec in contractu emptionis, quo abſentes merces pro loco, in quo ſunt emuntur. Oportet.n. loci ſicut & temporis pro quo contractus fit, rationem habere, non in quo fit, ſi pro alio loco aut tempore tantùm cōtractus fit, vt nunc proponitur. Et hoc ſine certificetur Mediolani commutatio, coniectando veriſimile pretium loci, pro quo fit. Et quāuis talis modus cambij nunquā fortè fiat: fieri tamen poſſet hoc modo, ꝙ Petro habenti Venetijs Venetam monetā, & egenti Mediolani centum ducatis, campſor Mediolani det centū ducatos aureos recepturus de illa moneta Venetijs tantum, q̄tum Venetiis pro illis cōmutatur in cambio manuali, & nō in curſu cambiorū quæ fiunt pro locis diſtantibus. Sicut etiam triticum exiſtens in villa emitur ab his, qui ſunt in ciuitate tanti, quāti venditur in villa. vbi aſsignatur, & non quanti venditur aſsignandum Mediolani.

¶ Si autem contractus fiat tertio modo (vt cōiter accidit, ſcilicet Mediolani pro Mediolano & Lugduno ſimul) tunc vtriuſq; loci ſimul, ac per hoc diſtantiæ eorū, periculorum expenſarumq; intercedentiū adhibenda eſt rō. ſicut & in contractu emptionis. Conſtat.n. ꝙ aromata Alexandriæ, aſsignāda Ianuæ, empta atq; ſoluta vt Ianuā deuehantur, longè minus valent, q̄ ſi manualiter Ianuæ aſsignarent: quia res conducenda à tanta diſtantia, cùm tot periculis & expenſis, &c. longè minor eſt Ianuenſibus, ſeipſa cōducta, & tot periculis expēſiſq; libera. Ex hoc modo in contractu cōmutationis numiſmatum pro locis diuerſis celebrato, numiſmata ipſa ſic expedit & oportet adæquare, vt loci conditiones in ordine ad alium locū ex vna parte cōputentur. Sicq; fiet, vt ſi centum ducatis aureis Mediolani, trecenti argentei Lugdunenſes adæquarentur, Lugduni aſsignati ducenti & nonaginta forte adæquant. concurrentibus etiā alijs ſupradictis rationibus, & fortè pauciores. Viliora ſiquidē ſunt cōducenda cū periculis & expēſis q̄ manualiter habita. Nec obſtat ꝙ cāpſor Mediolanenſis habet ſratrē aut factorē Lugduni, aut omnino erat Lugduni tantā ſummā pecuniæ expenſurus pro alijs ſuis negocijs, hæc.n. omnia per accidens ſe habent ad contractus naturā, in cuius æqualitate iuſtitia conſiſtit. Quid.n. ad contractus cōmutatiuos, in quibus æqualitatē rei ad rem fieri oportet, ſi ex induſtria mea, aut caſu ego affines habeo in diuerſis locis aut miniſtros ferè gratis inuenio, & exinde viarū miniſtrorùmq; expēſas lucrās diues fio, dummodo rerū cōditionibus penſatis æqua fiat cōmutatio.

De temporis Autem differentia. bimembris tantum diſtinctio conſideranda eſt, ſ. præſentis tantum, aut futuri tantùm: vtriuſq; enim ſimul ratio habita nullam iuſtam diuerſitatē pretij in cōmutationibus facit, vt infrà patebit. Poteſt ergo in cōmutatione numiſmatum iuxta tempus cōtractus æqualitas ſumi. Et hoc ſiue fiat manuale cambiū, ſiue non, & ſiue in eodem loco ſit æquiualens reddendum ſiue alibi, locorum tñ ratione habita. Vnde poteſt campſor dans aureos & recepturus aliā monetam vel ecōuerſo, certificare quantitatē reddendæ pecuniæ, ac ſi tunc manualis cōmutatio fieret. Poteſt & futuri tp̄is: quo. ſ. aſsignatio reddendæ pecuniæ erit, rationē habere. Et hoc dupliciter: aut incertè cōmutationem relinquendo: vt ſcilicet pro centū aureis nūc datis teneatur accipiens poſt duos menſes dare tot argenteos, quot poſt illos duos menſes æquiualebunt centū aureis. aut certificando cōmutationem: vt ſcilicet habito reſpectu ad futuras cōmutationes poſt duos menſes ſtabiliatur nunc cōmutatio cōmenſurata illis, ita ꝙ parum plus, aut parū minus veriſimiliter credantur commutanda eſſe talia numiſmata. Vt ſi creditur ꝙ hinc ad duos menſes, quū aſsignāda erit pecunia ab accipiēte cambiū 100. aureis æquiualebūt 1000. argētei. vel 1000. & 20. poteſt ex nunc certificari commutatio ꝙ pro centum aureis datis teneatur accipiens aſsignare tunc 1000. & 10. argenteos, ſiue plus ſiue minus tunc contingat cōiter aſsignari. Patent autem hæc ex alijs commutationibus: vt in contractu emptionis rei aſsignandæ futuro tempore manifeſtum eſt: & habetur expreſſe extrà. de vſuris. c. nauiganti, in ſecundo caſu: in iſta.n. commutatione numiſmatum tempus aſsignandi numiſmatis attenditur. Nec aliquid plus aut minus ſumi diximus, ex eo ꝙ prius campſor ſua numiſmata dat.

¶ Vtriuſq; autem tp̄is ſimul differentia nullā diuerſitatem videtur in quibuſcunq; cōmutationibus facere ſicut vtriuſq; loci, quoniam res in tp̄e futuro danda non eſt deterioris conditionis ex hoc, ꝙ abſens à præſenti, & reducenda ad præſens, ſicut res in loco diſtanti ex hoc ꝙ reducenda ad locum præſentem. Nec ſubiacet periculis, & expēſis, induſtriæ aut miniſtris, vt ad præſens ſm̄ tempus fiat, ſicut ſm̄ locū. Niſi quis dicat, ꝙ ſubiacet periculo perditionis quia poteſt mori debitor, aut interim pauper effici, &c. Sed hæc pericula pro nihilo in cōmutabilibus reputari patet. tum ex eo ꝙ aut tam rara ſunt, ꝙ conſilio non ſubſunt (vt de ſtatus deiectione dicit intra tam breue tp̄s) aut talia ſunt, ꝙ ēt ſi acciderent adhuc tuti eſſent creditores: vt de morte, & huiuſmodi patet. Tum quia ex mutuis & alijs cōmutationibus (experiētia teſte) patet, huiuſmodi pericula nō conſi

deranda eſſe non.n.qui mutuat, aut vendit licitè aliquid plus exigit propter huiuſmudi pericula,quę in temporis dilatione poſſunt accidere vendendo ad tempus,aut mutuando. Et quia breuitas & prolixitas temporis,differentiæ ſunt temporalis diſtantiæ, conſequens eſt ꝙ nec in cambiis nec in aliis cõmutationibus ex quantitate tpis aliqua cõditio rei cõmutãdæ accedat per ſe ex qua poſſit vilior aut ꝑtioſior iuſtè æſtimari.Notanter autem dico per ſe: qm̃ per accidens contingit res æqualis bonitatis eodem tpe aſsignanda,diuerſa notabi iter habere pretia & iuſtè,vt ſi triticum aſsignandũ menſe Iulij, Ianuario præcedente ematur iuxta æſtimationem cõem pretij aſsignationis temporis futuri, & deinde menſe Martij ſubitis exortis bellis credat multò plus vendendum,fiet aliud pretium pro eodem tpe ab aliis ementibus: & ſi in menſe Maij contingat bella augeri,aut ſpicas grandinibus percuti, &c. augebitur pretiũ pro illomet tempore. Sed hoc non operatur tẽporis prolixitas aut breuitas:ſed euentus incidentes,ex quibus res æſtimatur vilior aut pretioſior, vt de ſe patet. Vnde ſingularis illa opinio, dicens, in cõmutationibus prolixitatis tẽporis rationẽ haberi poſſe non ratione tẽporis:ſed quia res in tẽpore prolixiore cõſiderata minus valet, &c. à veritate deuiat in hoc: qm̃ res nec ex eo ꝙ in tẽpore nec ex eo ꝙ in tanto tempore ſumpta cõmutatur, æſtimatur vilior aut pretioſior,ſed ex tali euentu in tempore: puta bello,penuria,aut abundantia,&c.Ex hoc verò ꝙ pecuniæ diutius occupatæ ſunt tenendæ in hac cõmutatione,res cõmutanda nec pretioſior nec vilior cui pretio redditur:vt S.Tho. expreſſe dicit in Secunda Secundæ,q.78.ar.2.ad primum,aſſerens ꝙ mercator vendens rem aliquam ad tempus,non poteſt vendere plus cõmuni pretio ex hoc,ꝙ pecunias ſuas mortuas tanto tempore tenebit.Et ſi hoc licitum diceretur: iam vſura non eſſet damnata in venditione ad tempus,&c.Quod autẽ merces carius emantur quæ citius commutandæ ſunt,propoſito non obſtat:quoniam celerior venalitas æſtimata, à maiori vſu aut neceſsitate illius rei procedit.Res aũt quanto magis neceſſaria aut vſitata alicubi, tãtò ibi eſt pretioſior. & ideo meritò ibi carius à primo venditur, & à mercatore emitur reuendenda. in rem igitur cõmutandam redundantem conditionem aliquã ſub tempore,ex qua res cõmuniter pretioſior aut vilior ęſtimetur,& non quanto tempore pecunia occupetur, cõmutationum natura penſat:quæ æqualitatem rei ad rem exigit ſic longiſsimo adiuncto tpe, ac ſi manualiter commutatio perficeretur.Propter ꝙ campſoribus non licet menſurare tempus medium inter dationem & acceptionẽ aut rem ſeu pecuniæ prolixiori tempore dandã vilius æſtimare,ꝙuis liceat in dando æqualitatem cõmutationi ſtatuere,iuxta præſentem æſtimationem de futuri temporis commutationibus,quæ ſecundum diuerſos euentus temporibus diuerſis varia eſt,ſicut & in cęteris cõmutationibus.

CAPVT VII.

An cambia propoſita ſint verè cambia & iuſtificata.

FACILE Autem eſt ex prædictis videre, an prædicti contractus à campſoribus nuper inuenti, de quibus quęſtio præſens eſt, ſint verè cambia, & iuſtè fiant. Quum enim cambij contractus conſiſtat in commutatione numiſmatum,& in propoſitis caſibus nulla alia commutatio niſi numiſmatum fiat conſequens eſt ꝙ prædicti contractus ex ſua forma verè cambia ſunt, diuerſorum tamen graduũ. Quadrifariam nanque numiſmatum cõmutatio in huiuſmodi cambijs fit.Aut totaliter, vt fit in cambio Burgenſi, & Londrenſi,in quo totaliter alia eſt moneta data ab accipienda.Aut partialiter, vt fieri contingit, quamuis non ſemper in cambio Lugdunenſi, in quo marcha auri accipitur in tribus monetis, ſcilicet ſcutis, aureis & argenteis,&c.& contingit ꝙ dans dat etiam ſcuta.Aut quaſi nihil: vt fieri contingit in cambiis infra Italiam, in quibus numiſma datum ab accipiendo parum,aut nihil quandoque differt,propter proximitatem locorum & cõmunicationem in nũmis.Aut omnino nihil: vt fieri contingit & in Italia, & fortè extra,quando nulla ratione habita qualitatis numiſmatum,ſed ſola quantitate datæ & accipiẽdæ pecuniæ in alio loco penſata cambium dicitur fieri,vt quum Petro habenti Romæ pecunias ſuas, & egenti Mediolani 1000.ducatis, campſor dat Mediolani 1000.ducatos pro 1000. & 10. verbi gratia, aſsignandis ſibi Romæ.

¶ Et in primis quidem tribus modis,quum commutatio numiſmatum ſemper interueniat, licèt plus & minus contractus cambij ſaluatur, In quarto autem modo cambij nomen non niſi æquiuocè ſaluari videtur:nulla ſiquidem ibi numiſmatum commutatio in pactum ducitur,& manifeſtè patet,quòd contractus cõmutationis numiſmatum nõ eſt, quiſi n.annualiter fieret: nullam numiſmatum commutationem requireret,ſicut nec contractus venditionis eſt rerum diſtantium ille, qui ſi manualis commutatio fieret,venditio non eſſet: vt patet. Conſtat autem ꝙ ſi campſori Mediolani pro datis 1000.ducatis darentur 1000.& 10.ducati,nulla eſſet commutatio numiſmatum,niſi quia alij numero eſſent dati ab acceptis quod eſt extra propoſitum. Propter quod videtur ꝙ contractus iſte mutui ſit.ſed cambij nomine palliatus: ac per hoc non licet lucrari campſori ex eo: ſed ſe tantum ſeruare indemnẽ, vt ſuperius de mutuantibus pro locis remotis declaratum eſt.

¶ Si quis tamen diligenter contractum conſideret, videbit nec mutui, nec cambij propriè contractum eſſe:ſed contractum quaſi emptionis & venditionis,per quandam analogiam ad cambia pertinẽtem. Quamuis.n.in contractu hoc numiſma pro numiſmate non cõmutetur:commutatur tñ numiſma præſens cu numiſmate diſtante localiter. Et numiſma in hac commutatione materialiter,& vt res quædam accipitur: commutatur,n. vt res tanti pretij præſens cum re æquali diſtante, habita vtriuſq; ratione loci. Conſtat autem ꝙ res diſtans à Mediolano vilior eſt Mediolanenſibus ſeipſa Mediolani ſita, propter expenſas & pericula, & cætera ad vendendum ipſam requiſita. Vnde quemadmodum emitur pecunia in naui fluctuante conſtituta minus, quam abſolutè valeat, quia non emitur inquantum pecunia,ſed inquantum res tanti pretij ſub tali periculo conſtituta:& ſicut pecunia debita Ioanni à malo debitore emitur à Petro minus quam valeat, quia eſt res ſub tali labore poſſidendi conſtituta: ſic pecunia abſens,inquantum res ſubiacens periculo,& expenſis delationis emitur, minus,quã abſolutè in ſe valeat. Et proptereà nec mutui, nec cambij contractus iſte eſt propriè:ſed ad cambium quodammodo reducitur,pro quãto res præſens,& res abſens, quæ commutantur,numiſmata ſunt Et quia hic contractus per modum conditionis omnibus ſupradictis adeſt,ideo penſandus eſt in cæteris.

¶ Iuſtitia verò in his cambijs tũc erit,qñ nec exceſſus fiet in æſtimando,ſed penſatis conditionibus numiſmatũ ex qualitate & diſtantia & alijs ad rem

facien-

facientibus & induſtria ratione habita, æqua fiet commutatio. Seruabitur autem hoc, quando ſecundum communem æſtimationem commutatio regulabitur, aut ſapientum in hoc arbitrium imitatum fuerit: nec temporis prolixitas aut breuitas penſabitur: ſed tempore ſolo veri æſtimatione pretii ſtabitur, ſiue citò ſiue tardè pecunia aſſignanda ſit. Si enim hoc defuerit, vſura eſt ratione impliciti mutui: ſicut in venditione plus iuſto pretio ad tempus. Si autem primum deeſſe contigerit vſura quidem non eſt, ſed iniuſtum lucrum, & reſtitutioni obnoxium: ſicut quando res plus iuſto pretio venditur. Vnde propoſita cambia, ſi ſeruatis his duabus conditionibus neceſſariis ad iuſtificationem etiam cæterarum commutationum celebrantur, iuſtè fieri poſſunt.

¶ Ex his autem patet non licere campſoribus, aduenientibus nundinis Brugenſibus, vel Londrenſibus, debitori tunc ex accepto prius cambio dilationem ſolutionis concedere vſque ad ſequentes nundinas, & ex hoc plus recipere, quàm prius deberet, aut paciſci ſibi deberi ſicut in ſequentibus nundinis cambia current: hic enim eſt contractus mutui cum ſpe lucri ſolo cambii nomine fultus: & prolixitatis temporis ratio manifeſtè habetur. Campſoribus quoque pro Lugduno, vel alio loco, iuxta prolixitatem, aut breuitatem temporis medii inter dationem, & acceptionem marcham auri, aut reddendam quamcumque monetam plus & minus æſtimantibus, æterna ex hoc paratur damnatio vtpote vſurariis.

¶ Nota tamen diligenter hoc in loco, quod ſufficiens ſignum iniuſti contractus, non eſt minus dare pro cambio multo interiacente tempore vſq; ad nundinas, & plus dare quando proximæ ſunt nundinæ quoniam conſuetudo hæc quamuis prima facie introducta videatur pro habenda ratione temporis medii, quo accipiens pecunias Mediolani redditurus in nundinis Lugduni vtitur illis pecuniis acceptis: perſpicacius tamen ſcrutantibus occurrit, quòd conſuetudo hæc introduci potuit propter inuentionem, aut non inuentionem campſorum tenentium loca, quaſi venditorum: vel propter multitudinem, aut paucitatem eorum. Propter quòd ſciendum eſt, quòd in huiuſmodi cambiis accipientes Mediolani pecunias pro aſſignanda marcha auri Lugduni in nundinis, qui ſunt quaſi venditores marchæ auri abſentis loco, & tempore communiter cum ſuo damno cambium hoc faciunt: ſcientes ſemper quantum damni ex tali venditione incurrent. Ex hoc autem prouenit conſequenter, quod nullus, ſimpliciter loquendo, inuenitur quaſi venditor in huiuſmodi cambiis ſicut nec in quacunque alia commutatione, in qua certum eſt & venditorem damnificari. Nec propterea cenſenda eſt illicita commutatio: quia, ſi venditor nocumentum incurrit: quia dummodo res abſens vel præſens vendatur iuſto pretio, contractus eſt licitus, quæcunq; pars inde nocumentum incurrat. Ex hac quoq; eadem radice prouenit quod tunc tantùm inueniuntur quaſi venditores in iſtis cambiis, quando mercatores egent pecuniis, & volunt potius tales inire venditionis contractus cum aliquali damno, quam à maiori lucro vel commodo abſtinere, quod ex accepta pecunia paratum, vel acquirendum ſperant. Vnde niſi eſſet huiuſmodi indigentia pecuniarum cum intermedio tempore, quo negociationibus ſuis prouidere ex acceptis pecuniis poſſent illi qui ſunt quaſi venditores, nullus vnquam inueniretur quaſi venditor in iſtis cambiis. Quemadmodum ergo tempus intermedium eſt occaſio quod inueniantur quaſi venditores, ita multum tempus intermedium eſt occaſio multorum venditorum communiter, & paucum tempus multorum emptorum. Ac per hoc multo interiacente tempore, propter abundantiam venditorum rationabiliter minus datur à ſoluentibus, qui ſunt quaſi ementes marchas abſentes: & modico interiacente tempore propter abundantiam emptorum plus ab eiſdem quaſi ementibus ſoluitur. Adeoq; dicuntur abundare quandoq; emptores propter nundinas, vt nihil lucrentur, imò cum damno ſuo cambium faciant, quia non inueniuntur venditores: & hoc contingit quando friget negociatoria ars. Vnde quum contractus cambiorum huiuſmodi abſtracta iſta temporum differentia liciti ſint (vt ex dictis & dicendis patere poteſt) & hæc temporis differentia damnari non poſſit: quia prædicto modo ſaluari poteſt, reſtat quòd ſi penſata loci abſentia, &c. aliis iuſtè fiat talis numiſmatum commutatio, iniuſti iudicari non debent contractus tales. Quòd ſi plenius vis conſpicere, finge lanas, vel quamlibet aliam rem abſentem loco vendi, & emi in huiuſmodi contractibus: videbis enim clarius veritatem: quoniam quum numiſmatum commutatio tractatur inter nummos hinc & inde mens noſtra, ſemper ad mutui contractus declinare conſueuit. Verùm autem de facto moderatum ſit lucrum, quod ex huiuſmodi cambiis reportatur, ſcientificè non ſubeſt deciſioni, quæ ad ſingularia non deſcendit. Illud tamen rationi conſentaneum videtur, quòd moderatum cenſendum ſit lucrum, quod communis conſuetudo approbat: vt, ſcilicet, cambia fiant, ſecundum quòd tunc currunt pro locis illis communiter. Penſanda autem diligenter & applicanda ſubtiliter hæc ſunt pro cambiis Bruges & Londres, &c.

¶ Nec obſtant prædictis rationes ad propoſitum in tertio cap. adductæ. Falſum ſiquidem ſupponit prima, quòd cambia hæc fiant in fraudem vſurarum: imò pro communi bono mercatorum ſunt introducta. Nec ex eo quod Petrus non mutuaret pecuniam, qui commutare propter ſpem lucri eſt paratus, peccat: quoniam nec opus, nec intentio deformitatem continet: quia non tenetur ad mutuum, & iuſtis commutabilibus vacat.

¶ Secunda verò ratio concludit non illicitos contractus, ſed illam temporis conditionem non poſſe apponi ſine vſuræ vitio, ſicut etiam in venditione ad tempus.

¶ Tertia autem cambia hæc non ſubtiliter ſcrutatur: quia campſor ementis ſemper futuro aſſignandam magis, quam vendentis rem conſeruandam, aut transferendam locum tenet in vtroque modo cambii: quoniam etſi in ſecundo modo videatur vendere ducatum ex hoc, quod æſtimat ipſum 72. groſſis, ſecundum tamen veritatem emit tot groſſos Flandrenſes Brugis aſſignandos vno ducato. Illa ſiquidem æſtimatio ducati concurrit ibi, vt modus computandi faciliùs quantitatem ducatorum, & groſſorum commutando, & non vt ducati venalis pretium. Eſt autem interpretatio hæc meritò admittenda, ex eo quod ipſi contractum realis, ſeu veri cambii dicunt ſe facere, qui tali modo interpretandus eſt, vt iuſtitiam contineat: cambii ſiquidem nomen ſenſum hunc admittit. Quid ergo de cambiis his, & de recitatis opinionibus ſentiendum ſit, ex dictis manifeſtum eſt. Nunc ad reliqua cambia ex parte accipientium propoſita tranſeamus.

CAPVT VIII.

De aliis cambiis propoſitis ex parte accipientium cambia.

Reliqua igitur in fine primi capituli propoſita cambia examinando, diſtinguendum videtur: & dicendum quid de facto ſit, & quid poſſit fieri. Aliter ſiquidem hæc cambia fieri ex eorum verbis percipitur, aliter fieri poſſent.

¶ Conſiderando ergo quod ſit, omnia alia cambia

bia ex parte non campſorum, ſed Petri dantis pecuniam campſori alibi ſibi aſſignandam, iniuſta eſſe videntur, per ſe loquendo: quum enim campſor non accipiat pecuniam à Petro in fauorem ſui, ſed Petri cui aſſignanda eſt alibi, nulla æquitas cenſet campſorem ex hoc damnum aliquod pati. Pateretur autem in his cambijs damnum ad minus duplex. Primum eſt, quòd ſeruitium ſuum, quo pecunias Mediolani acceptas Florentiæ perinde ac tutò delatas aſſignat, irremuneratum remanet, & tamen ſeruitium mercenarium eſt. Secundum eſt, quòd plus dat aut dabit campſor, vt ſperat Petrus, quàm acceperit: quoniam ducati Florentini minus valent Mediolani, vbi dantur campſori, quàm Florentiæ, vbi aſſignantur. Vnde campſor ſi ſe indemnem quo ad hoc ſeruare debet, deberet mittere eos Florentiam, & ſic expenſarum damnum maius incurrere: alioquin expendendo eos extra Florentiam, conſtat quòd plus dat, quàm acceperit. Et hæc duo in tribus primis modis locum habent in aliis autem tribus, in quibus vltra prædicta Petrus vult quatuor ducatos vltra illos centum. Tertium damnum campſori adiungitur. Dixi autem hæc eſſe illicita ſecundum quòd ſunt: quia huiuſmodi homines exigunt hæc à campſoribus, vt dicitur, propter vſum pecuniæ, quam dant, in tempore medio à datione vſque ad aſſignationem. Dicunt enim campſori, Tu lucraberis cum his pecuniis interim, & negociationes eas accommodabis, & proptereà volo, & ego aliquid commodi. Sicque lucrum ex induſtria campſoris non ex pecuniis proueniens iniuſtè penſando lucrari volunt non abſque vſura. Dixi autem, per ſe loquendo: quoniam per accidens contingit, abſque culpa hæc fieri: vt in tertio caſu quibuſdam videtur, ſi Petrus ex abuſione mercatorum & campſorum neſcire poteſt quantum ducati 'ni Florentiæ valent, & ſic egens pecuniis ſuis ibi, colligat iuſtum prout cambia valebunt tunc, non ex ſpe lucri: & ſic quum conſueuerint ad primam petentium vocem campſores ſeruitium ſuum gratis impendere, ne fortè volentes transferre pecunias cambii contractum ſecum velle inire deposcant, & ſic æqualem promittunt Florentiæ ſummam pecuniæ, videtur poſſe tranſire. Quamuis enim hoc faciant campſores propter vſum pecuniæ: quia tamen eorum ſeruitium in his onerosum non eſt, quia omnino mittunt pro aliis negociis, & cambiis, & miniſtris ſoluunt, parum & conſuetum pro nihilo haberi videtur, ſicut de vſu libri in pignus dati, ſanctus Thomas dicit.

¶ Si autem de cambiis his loquamur, vt fieri poſſunt, quia, ſcilicet Petrus poſſet emere Mediolani à campſore 100. ducatos Florentinos aſſignandos Florentiæ, vel commutare numiſmata, attenta qualitate numiſmatum, & diſtantia locorum (vt de contractibus campſorum dicimus) tunc omnia cambia prædicta iuſtificari poſſent: quoniam cõtingit interdum 100. & duos emi alibi 100. vt ex dictis patet. Nec obſtat, quòd Petrus non intendat pecuniam abſentem præſentem facere, ſed potius præſentem abſentare, quoniam ex induſtria Petri hoc prouenit, quòd abſentaturus pecuniam ſuam exponit eam tali commutationi numiſmatum, aut contractui emptionis rei aſſignandæ in illo loco, vt ſic vbi cum damno ſuo tranſtuliſſet eam ſimpliciter, per talem negociationem transferat cum lucro. Nec eſt hæc induſtria damnabilis tanquam in fraudem inuenta, ſed laudabilis, tanquam adinuentiua viarum iuſtarum & vtiliũ ſimul, vnde Prouer. c. 11. dicitur, Simulator decipit amicum ſuum, iuſti autem liberabuntur ſcientia. Et quoniam multos contingit eſſe volentes transferre pecunias ſuas de loco ad locum, & audiẽtes alios ex huiuſmodi translatione lucrari ſaltem propter veritatem monetarum, & neſcientes diſtinguere contractũ ſimplicis translationis ab huiuſmodi contractibus commutationum: & confusè intendentes licitè lucrari non ex vſu pecuniæ quam dant campſori, ſed ex cambio ex quo credunt alios lucrari, non videtur quòd iſti ſint damnandi, ſed in meliorem partem eorum potiùs cõtractus ſint interpretandi. Ex hoc enim quòd ex cambio dicunt velle lucrum, iam contractum, quem neſciunt ſe velle inire, inſinuare videntur: præſertim ſi arguãt ideo ſe hoc lucrum velle: quia ſi ipſi campſores èconuerſo contractum talem cum eis facerent, maius lucrum exigerent. Ex hoc enim iam manifeſtè patet, quòd contractus campſorios ſupradictos inire intẽdunt: & tãtò iuſtiùs, quantò mitiùs quàm campſores. Accedit ad hæc, quòd non videtur verum, quòd de facto communiter volentes ſuas pecunias transferre cum lucro, dicant ſe hoc pro vſu pecuniæ velle: ſed fortè aliqui mali ſunt hoc dicentes, vel (quòd verius puto) verba illa ignoranter à quibuſdam dicuntur, credentibus ſe rationabilem cauſam aſſignare. Et ſiquidem ignoranter aſſignantes huiuſmodi rationem, intendant contractum cambii inire & propter hoc lucrum referre, quãuis in ratione aſſignanda errent: iniuſtum tamen non faciunt. Sicut ſi quis credat ſe in contractu venditionis & emptionis licitè lucrari propter tempus, quo pecunias ſuas occupatas tenet: & tamen non vendit, aut emit, niſi iuſto pretio. Signum autem ad cognoſcendum, qui ſunt qui hoc intendant poteſt accipi duplex. Primum eſt, ſi in animo habent, nullo pacto vſurariis contractibus ſe immiſcere: ſecundum verò eſt, ſi aſſignant aliam rationem iugentem contractũ licitum, putà quòd ita eis licere credunt, ſicut campſoribus. Et hæc de cambiis dicta ſint. Mediolani in conuentu ſanctæ Mariæ Gratiarum, Anno Salutis 1490. die 9. Decembris.

¶ Hæc ſunt, pater venerande, quæ mihi de cambiis ſentienda videntur, ſaluo ſemper omnium meliùs ſentientium iudicio. Tu ergo perſpicaci ingenio quo polles, dicta ſcrutando perlege, & ſi votis rem parem feci, omnipotenti deo, diuoq; Thomæ gratię referantur: ſin autẽ, da veniã: ego n. ſecundum ingenioli mihi præſtiti vires, quòd potui, feci, ſic ne vale. Finis.

TRACTATUS OCTAVUS.

De Vſura, in ſex quæſtiones diuiſus.

1 *Num in vſura transferatur dominium.*

2 *Num mutuans ſub ſpe aliquid vltra ſortem habendi, non aliter mutuaturus, abſque omni tamen conuentione, ſit vſurarius mentalis.*

3 *Num vſurarius mentalis teneatur ad reſtitutionem.*

4 *Num omnia bona vſurarij, ſint obligata eis, à quibus vſuræ extortæ ſunt.*

5 *Num altero hærede vſurarij non potente reſtituere, alter teneatur in ſolidum.*

6 *Num quando licet petere damnum lucri ceſſantis poſſit peti totum lucrum ceſſans.*

QVÆSTIO I.

Vtrùm in vſura transferatur dominium.

QVæritur Vtrùm in vſura transferatur dominium. Et videtur quòd ſic. Primò, quia cum homo ſit dñs

rerum

rerum exteriorũ per voluntatem, ex voluntaria tranſlatione rei ſuæ in alterum transfertur dominium, ſed accipiens mutuum ſub vſuris voluntariè transfert plus ſorte in alterum, ergo. Si dicatur quòd vſuræ ſolutio non eſt ſimpliciter voluntaria, & ideo non trãsfert dominium: contrà, Voluntarium mixtum, quale eſt in vſura, eſt voluntarium ſimpliciter, quamuis non ſit omnino voluntarium, quia habet aliquid inuoluntarii admixtum: vt patet ex tertio Ethic. & ex eo quòd ſi quis taliter voluntariè conſentiret actui peccati (puta ſtupro) non excuſaretur à peccato mortali, quod non poteſt niſi voluntariè committi: quamuis enim malè libenter, omnibus tamen conſideratis voluntariè hoc eligit.

¶ Præterea, In his quæ traduntur metu mortis, transfertur dominium, ergo & in vſura. Conſequentia probatur: quia ibi tantò minùs eſt de voluntario quantò metus mortis maior amiſſione, vel defectu rerum exteriorum inducente ad accipiendum mutuum ſub vſuris. Titulus quoq; habendi & poſſidendi iniuſtior eſt in extorquente aliquid metu mortis, quàm in extorquente per vſurarium mutuum. Si ergo ibi transfertur dominium, neceſſe eſt hic quoque transferri.

In oppoſitum eſt S. Tho. in Secunda Secundæ, quæſt. 77.

Reſpondeo, in hac dubitatione ſunt tres opiniones. Prima eſt tenentium in vſura transferri dñium: & hi mouentur rationibus adductis. Habetque opinio hæc antiquos ſectatores: vt San. Tho. in 4. di. 15. dicit. Sequiq; eam videntur Sco. in 4 diſt. 15. q. 2. art. 3. & Pet. de Palu. ibidẽ & gloſ. 14. q. 4. ſi quis vſuram. Secunda eſt tenentiũ in vſura tranſferri dominiũ aliquorum, ſ. eorum, quorum vſus non eſt eorum conſumptio. Sed quia hæc diſtinctio nulla ratione fulcitur, ideo dimittenda eſt nouitas hæc. Non enim ex qualitate rei per vſurã extortæ, oriri poteſt ratio trãsferendi vel non transferendi dominium, cùm res data, materialiter concurrat in huiuſmodi cõtractibus, & translatio dominii ex voluntate & iuſtitia dependeat. Tertia autem opinio eſt dicentium, in vſura nõ transferri dominium: & hæc habet oẽs generis ſectatores. Tenent autem eam S. Tho. Bonauentura, hic quidem in 4. diſt. 15. ille verò in Secunda Secundæ, q. 77. art. 3. vbi in calce corporis articuli dicit hæc verba, Si quis domum vel agrum alterius per vſuram extorſiſſet, non ſolùm tenetur reſtituere domum vel agrum, ſed etiam fructus inde perceptos, quia ſunt fructus rerum, quarum alius eſt dominus, & ideo ei debentur.

Et quia hæc opinio iudicio meo rationabilior eſt, ideo intendo probare eius veritatem tripliciter. Prænotando primò, quòd traditio rei & translatio dominii illius rei non ſunt inſeparabiliter connexæ. Contingit enim rem, puta veſtem alteri tradere abſq; tranſlatione dominii, quia põt multis rõnibus tradi in depoſitum, ſ. vel in pignus, &c. Cõtingit & dominium rei, puta veſtis alteri tradere abſq; ipſius veſtis traditione, vt patet cum donatur alteri res à tertio occupata. Ex hac aũt ſeparabilitate manifeſtè habetur, quòd ad uoluntariã traditionẽ rei non ſequitur neceſſario uoluntaria translatio dominii illius rei. Ad quod. n. nõ ſequitur translatio dominii, fieri nõ põt, ut ſequatur translatio dominii uoluntaria. Conſtat aũt quòd uoluntariã traditionẽ rei, dominii translatio non ſequitur, ut patet cùm traditur in depoſitum. Non comitatẽ igitur neceſſario uoluntaria translatio dominii uoluntariã traditionẽ rei. Hoc ergo ſtante arguitẽ ſic, In uſura aut transfertẽ dominium ex ipſa uoluntaria uſuræ exhibitione, aut ex adiuncta uoluntaria trãlatiõe dominii, aut ex utroq; ſimul, ſed nihil horum hoc efficit ergo. Diuiſio eſt ſufficiens, quoniam homo eſt dominus rerum exteriorum per voluntatem: & in propoſito neceſſe eſt ſi dñium transfertur, voluntate ſoluentis vſuras hoc fieri. quoniã conſtat lege, aut quacunq; aliena voluntate hoc nõ cauſari. Voluntate autem ſoluentis hoc fieri, duplici tãtùm via poteſt: aut per exhibitionẽ rei, aut per ipſam translationẽ dñij. Aut. n. transfertur dominium eo quòd ſoluens vſuras voluntariè dat vſurario plus ſorte, aut quia intẽdit trãsferre dñium illius excreſcentiæ à ſe in vſurarium, vel propter vtrunque. Sed quòd dominium non transferatur ex vi voluntariæ traditionis illius excreſcentiæ, ex dictis patere poteſt: iam. n. patet, quòd ad hoc non ſequitur neceſſariò translatio dominij. Ex hoc. n. quod vſurario do vnum ducatum pro vſura, nihil aliud neceſſariò concludi poteſt, niſi quòd voluntariè illum ei aſſigno: nec poteſt ex hoc concludi, quòd trado illum ad hoc, vt ſit ſuus. Et ſi quæratur, Ad quid ergo das ducatum illi? in promptu reſponſio eſt: ego quidem do, quia mutuare aliter non vult. Et confirmatur: quia ſicut ſoluens vſuras, conſentit in ſolutione in ducati: & tamen non conſentit in eam, inquantũ iniuſta eſt (quia nullus patitur iniuſtum volens: vt dicitur in 5. Ethi.) ita conſentit in nudam traditionem ducati abſque hoc, quòd conſentiat in translationem dominij illius. Quòd verò in ſoluente vſuras non ſit intentio transferendi dominium, patet ex eo quòd in huiuſmodi partim inuoluntariis traditionibus quantò minor abdicatio iuris proprii ſaluari poteſt, tanta cẽſenda eſt & non maior: vt patet de proiiciente merces proprias in mare, orta tẽpeſtate. Quamuis enim proiectio talis ſit voluntaria, non tamen habẽtur res proiectæ pro derelictis: ſed intendit proiiciens, ſi res caſu ſaluantur, vt ſuas habere. Vnde & delatas à maris impetu in terram ſi quis acciperet, teneretur domino petenti & oſtendenti ſuas eſſe, liberè tradere. Conſtat autẽ quòd minùs abdicat à ſe ius quod habet in re, dans eam retinendo ſibi dominium, quàm transferendo dominium, & reſeruando ſibi tantùm ius petendi: quoniam primum claudit ſecundum, & non econuerſo. Conſtat quoque ex dictis, quòd vſuræ ſolutio voluntaria ſaluari poteſt abſque intenta abdicatione dominij: quia aliud eſt voluntariè dare, & aliud eſt voluntariè dare ad hoc, vt ſit ſuũ. Non igitur eſt intentio, aut voluntas transferendi dñium in ſoluente vſuram. Et confirmatur, quia cùm contra vſurarios oĩa iura clament, interpretãda ſunt omnia, quantum veritas permittit in odiũ eorũ: & ſi res hæc penderet ſub dubio, contra vſurarios declinandum eſſet. Liquet autem quòd translatio dñii multum fauet vſurariis: ergo non eſt cenſenda, niſi ratio ad hoc cogat: ex ſupradictis autem apparet rationem ad oppoſitum eſſe: ergo. Et per hæc ſufficienter patet tertium membrum quòd. ſ. in vſura nõ transfertur dominiũ propter vtrunque ſimul, ſ. voluntariam aſſignationẽ rei, & intentionem transferendi dominium.

¶ Secundo principaliter probatur idem ſic: Si in vſura transferretur dñium extorquens agrum vſurariè non teneretur ad reſtitutionẽ omnium fructuũ, ſed ſatisfaceret reſtituendo agrum vel eius pretium: ſed hoc eſt falſum, & contra oẽs: ergo in vſura non transfertur dñium. Cõſequentia) in qua ſola cõſiſtit tota difficultas) declaratur ex differentia, quæ eſt inter æqualitatẽ ſeruandã in recõpenſatione rei fructificãtis, quã translatũ eſt dominiũ, & æqualitatẽ ſeruã iam in recompenſatione eiuſdẽ, quando non eſt translatum dominium. Cùm enim ager trãſit de dominium quocunque titulo id fiat, ſufficienter ſatisfit primo domino, ſi datur ſibi tantum, quantum valet ſubſtantia agri, penſata virtute fructificatiua, & aliis conditionibus, quæ in contractu venditionis eius

penſandæ

penſandæ fuiſſent, nec plus exigit iuſtitia commutatiua, quoniam ſeruata æqualitate rei ad rem completa eſt ratio iuſtitiæ. Quando verò ager mutat quidem poſſeſſorem, ſed non dominum ſecundum veritatem non ſufficienter ſatisfit domino eius, dando pretium agri, ſed oportet omnes fructus perceptos, & qui potuiſſent à diligẽti cultore percipi, reſtituere, quia ſunt fructus agri, cuius alter eſt dominus. Si ergo in vſura translatum eſt dominium agri per vſurã extorti, ſufficienter fieret reſtitutio dãdo agrum tantùm, vel pretium æquale, penſata ſubſtantia agri & eius virtute fructificatiua, non autem fructibus perceptis, quoniã vſurarius percepit fructus de re ſua. Et confirmatur hoc ex rõne, qua cõſtat, ꝙ fructus perceptos ex agro empto ex pecunia vſuraria nõ tenetᷣ quis reſtituere, quia ſunt fructus agri ſui. Hæc.n. eadẽ ratio cùm efficax ſit, in vi iſtius vniuerſalis tenet, nullus tenetᷣ reſtituere alteri fructus agri ſui proprii, niſi.n. ſi hæc verificaretur, ratio ex particularibus conficeretur, & cõſeqnẽter rueret. Si ergo agri per vſurã extorti trãsfertur dominium in vſurarium, ſequitur ꝙ non tenebitur ad reſtitutionẽ fructuum, quos per viginti fortè annos percepit, quod erat deducẽdum. Si dicatur ꝙ in translatione dominii omnino voluntaria (qualis eſt venditio, &c.) verũ eſt, ꝙ ſufficit reddere æquiualens agro, ſed in translatione inuoluntaria aliqualiter (qualis eſt vſuræ ſolutio) nõ ſufficit reddere pretium agri, ſed oportet fructus quoq; perceptos reſtituere. Hoc non euadit, quoniam tota differentia ex hac ratione aſſignatur propter omnino voluntarium & voluntarium mixtum. Ex hac autem differentia nihil aliud oritur, niſi ꝙ vbi translatio non fuit omnino voluntaria, oportet non ſolùm reddere pretium agri, ſed aliquid correſpondens illi conditioni inuoluntarij, ſicut ſemper in reſtitutionibus faciendum eſt. Nec habetur ex ea, ꝙ teneatur reſtituere fructus, qua.n. ratione poteſt vnquam conuinci, ꝙ teneatur aliquis reſtituere alteri fructus agri proprii? Si dicatur, ꝙ reſtitutio fructuũ facienda eſt non rõne dñii, ſed rõne dãni, ꝙ patitur ille, à quo ager extortus eſt per vſurã, damnificatus ſiquidẽ eſt non ſolùm in agro, ſed in fructibus percipiendis, & ideo quamuis vtrorunque translatum ſit dominium a ſe, competit tamen repetitio. Hæc reſponſio falſo innititur fundamento, ſ. ꝙ damnificatus in agro ſit damnificatus in omnibus fructibus percipiendis, ſic ꝙ reſtitutio debet adæquare & agrum, & fructus. Tum quia hoc non habet locum, quando transfertur rei fructificantis dominium, quia ſtatim translato dominio rei, omne damnum aut emolumentum futurum domino rei cedit. Tum quia etiam quando non transfertur dominium, vniuerſaliter verum non eſt.

¶ Ad cuius euidentiã, ſubtiliter, & breuiter tãgendũ eſt, quare & quãdo aliquis teneatur ad reſtitutionem fructuũ, & quãdo & quare non. Hoc aũt ex duobus principiis regulãtibus reſtitutiones haberi põt, Primum eſt, ꝙ ſufficit reſtituere ſimpliciter, ſecundũ eſt ꝙ aliter reſtituendum eſt damnificato in his quæ erant eius in actu, & aliter in his, quæ erant eius in potentia. Ex his.n. habetur, ꝙ ſi ponatur quòd Petrus rapuerit agrum Martini, quem ſubitò combuſſerit ac inutilem totaliter reddiderit, & idem Petrus rapuerit ſimilem & æqualem agrum Ioannis, quem conſeruauerit fertilem, & elapſis 10. annis Petrus vtrique ſatisfacere velit, non tenetur tantum dare Martino, quantum Ioanni, ſed Martino ſufficit reddere tantum, quantùm valebat ager tpe rapinæ & combuſtionis (ſubintellecta ſemper ſatisfactione iniuriæ & intereſſe) Ioanni verò oportet reddere & agrum & fructus per decennium perceptos. Quia enim ſufficiat reddere ſimplũ quod ſimplũ ablatũ eſt, & à Martino ſit ablatus tantùm ager cum fructibus in potentia, qui in potentia fructificatiua agri penſarentur, qñ venderetur ager, ſat eſt reddere tantum, quantùm valebat ager fructificatiuus. Quia verò à Ioanne non tãtùm ablatus eſt ager, ſed fructus actu producti per decennium occupati ſunt, quoniam fructus agri naſcuntur domino agri, non ſatisfieret Ioanni, ſi æquale agro & potentiæ fructificatiuæ reſtitueretur: ſed oportet æquale fructibus actu perceptis reddere. Statim.n. vt producuntur fructus, ſunt actualiter ſub dominio eius, qui eſt agri dominus, quamuis non poſſideat: & ideo oportet tanquam res, quæ fuerunt actu alterius reſtituendo recompenſare.

¶ Ex his aũt omnibus id quod intendimus euidẽter habetur: ꝙ. ſ. fructus reſtitutioni obnoxij nõ ſunt, niſi quia ſunt fructus rerum, quarum alius eſt dominus: ita ꝙ dominium fructuum non quodcunq; ſed actuale exigitur ad hoc, ꝙ fructus agri ſint ſibi reſtituendi. Sed ſi in vſura transfertur dominium, nec actuale nec potentiale proximè dominium fructuum remanet apud eum, à quo extortus eſt ager: quia non remanet actu dominus agri, qui eſt dominus in potentia proxima fructuum producendorum. Nulla igitur ratione vſurarius tenebitur ei de omnibus fructibus perceptis: ſed ſat erit, ſi vel pretium agri tantùm reddet, vel ſecundum hæc vltimò tractata ſi ſatisfaciet quo ad fructus perceptos ad arbitrium boni viri, ſicut damnificans aliquem in his, quæ habet in potentia. Vtrunq; autem horum eſt cõtra omnes doctores & veritatem. Fatendum eſt ergo abſolutè, ꝙ in vſura non transfertur dominium.

Et per hæc patet reſponſio ad obiecta. Ex dictis ſiquidem in prima ratione patet ſolutio vtriuſq; primi quidem, quia plus requiritur ad trãſlationem dñii, ꝙ voluntariè tradat illius rei. exigitur.n. ꝙ voluntariè tradat eam alteri ad hoc vt ſit ſua, quod ſoluens vſuras non facit. Et per hoc idem negatur aſſumptũ ſecundi, meticuloſus enim quamuis voluntariè det pecuniam propriam inuaſori, non tamen ad hoc, vt ſit ſua, ſed ipſe viderit. Et ideo non transfert dominium illius à ſe. Medio. die 2. Aprilis. 1500.

QVAESTIO II.

Utrùm mutuans ſub ſpe aliquid vltra ſortem habendi, non aliter mutuaturus, abſque omni tamen conuentione, ſit vſurarius mentalis.

QVÆRITVR, vtrùm mutuans ſub ſpe aliquid vltra ſortem habendi, non aliter mutuaturus abſque omni tamen conuentione, ſit vſurarius mentalis.

¶ Et videtur ꝙ ſic. Primò, quia ſpes principalis alicuius muneris habendi ex mutuo vſuram parit, iuxta illud Luc. 6. Mutuum date, nihil inde ſperantes, & communem ſententiam doctorum, ſed in caſu propoſito inuenitur talis ſpes, ergo.

¶ Præterea, Taliter mutuans malè agit, vt patet extrà, de vſuris, ca. conſuluit, & vt ibi dicitur, tenetur ad reſtitutionem. Conſtat autem, ꝙ nulla alia prauitas hic interuenit niſi propter aliquid vltra ſortem ſperatum ex mutuo, quod pertinet ad vſurariam prauitatem, ergo talis mutuans eſt vſurarius mentalis.

In oppoſitum eſt commune hominum iudicium, excuſans eum, qui non vult amplius mutuare amico, qui noluit ſibi remutuare, ſed vult mutuare alteri amico, à quo ſperat, quòd accidente

caſu

caſu remutuabit ſibi. Talis enim manifeſtè ſperat obſebulum à manu mutuãdo: & niſi crederet illud futurum, non mutuaret: vt patet ex eo, ꝙ non vult priori amico amplius mutuare: quia noluit ſibi remutuare, & tamen ſecundum communem ſententiam non peccat. Non eſt ergo vſurarium mutuare ſub ſpe aliquid vltra ſortem conſequendi.

¶ Reſpõdeo, Iſta quæſtio mota fuit coram Vrbano 3. (vt in decretali allegata patet) nec fuit apertè deciſa: ſed gloſſa ibidem diſtinguit de duplici ſpe (principali. ſ. & ſecundaria) & dicit, ꝙ ſpes principalis conſtituit vſuram, non autem ſecundaria.

¶ Subtilius autem decidendo, occurrit ex dictis S. Th. in q. de malo, q. 13. ar. vlt. ad decimumtertium notandum ꝙ dupliciter aliquid poteſt à mutuante ſperari. Vno modo, quaſi debitum ex aliqua obligatione tacita vel expreſſa, & ſic quodcunque munus ſperetur, illicitè ſperatur. Alio modo, vt gratuitum, & abſque aliqua obligatione præſtandũ: & ſic quodcunque munus ſperetur, licitè ſperatur. Licitè autẽ ſperari à mutuante dico, quodlibet munus gratuitè & amicabiliter tribuendũ ſibi ab eo, cui mutuat, etſi aliàs nollet mutuare. Et hoc probatur dupliciter: ratione, ſ. & authoritate Rõ ſiquidem huius eſt: quia licitum eſt ex mutuo affectum beneuolentiæ ſpe et principali intendere. Ex vero autem amore, & ſolo ipſo ſufficienter emanat gratuita, & amicabilis recompenſatio: & propterea eiuſdem rationis eſt ſperare amicitiam, & ſperare gratuitam remunerationem, Vnde ſi mutuans ſpe principali affectus beneuolentiæ, nihil illicitè ſperat, conſequens eſt, ꝙ mutuans ſpe gratuitæ remunerationis nihil illicitè ſperet. Et confirmatur: quia quum gratuita remuneratio ſit mutuanti debita ſ'm naturale ius, & ipſa ſola ſperetur in propoſito, nec in ciuile deducatur, conſequens eſt, ꝙ nihil vltra ſortẽm & debitum ſperetur: & ꝙ ſicut rationabiliter à mutuando deſiſtit deſperans de reſtitutione mutuandæ ſortis, ita rationabiliter quoq; deſiſtit deſperans de amicabili affectu. Vtrunque horum mutuanti naturali iure debetur, quamuis difformiter: quia primum ciuili etiam obligatione reddendum eſt, ſecundum naturali gratitudine tantùm.

¶ Authoritas autem ad hoc habetur, differentia aſſignata ibidem à S. Tho. inter ſpem in vſura & ſimonia, ſ. ꝙ quia ĩ ſimonia id quod datur, eſt Chriſti, & non dãtis: ideo nullum munus debet ſperari. In vſura verò mutuans dat id quod ſuum eſt; ideò poteſt ſperare aliquam ambicabilem recompenſationem. Ex hac ſiquidem differentia patet, ꝙ de ſpe principali loquitur, ſine qua, ſ. res non fieret: aliter differentia nulla eſſet: nam conſtat ꝙ etiam in traditione ſpiritualium, oculus ſiniſter, ſeu ſpes ſecundaria poteſt dirigi circa aliquam remunerationem temporalem.

Quũ ergo quæritur, an mutuans ſub ſpe aliquid vltra ſortem habendi, aliter non mutuaturus, omni tamen conuentione & petitione ceſſante, ſit coram Deo vſurarius? Abſolute quidem reſponderi põt, ꝙ vſurarius eſt, quia quæſtio talis ſic propoſita, ſonat ſpem mutuanti ineſſe, ut ex mutuo aliquid habeat vltra ſortem, quod eſt illicitum. Sed ſi addatur titu. quæſtionis ly amicabiliter, aut gratuitè, (vt ſcilicet quæratur, an mutuans ſub ſpe alicuius muneris amicabiliter conſequendi, aliàs non mutuaturus, &c. ſit vſurarius) dicendum eſt, ꝙ non: quia nihil ſperatur ex mutuo vltra ſortem, ſed ex affectu amicabili. Vnde breuiter poſſet cum diſtinctione ad quæſtionem motam dici, ꝙ aut talis mutuans ſperat aliquid vltra ſortem ex mutuo: & ſic vſuram cõmittit: aut ex affectu amicabili eius cui mutuat, & ſic non peccat.

¶ Et per hæc patet reſponſio ad obiecta: quoniam mutuum dantes iubentur nihil inde, id eſt ex mutuo ſperare Et in decretali illa dicuntur malè agere: quia niſi ex mutuo aliquid ſperarent emolumenti, non mutuarent. Ex dictis autem patet hoc eſſe verum, nec obſtare determinationi, qua dictum eſt licitum eſſe ſperare aliquid gratuitè conſequendum. Mediolani, die 6. Aprilis. 1500.

QVAEST. III.

Vtrùm vſurarius mentalis teneatur ad reſtitutionem.

QVæritur vtrùm vſurariũs mentalis teneatur ad reſtitutionem.

¶ Et videtur ꝙ ſic. Omnes alienum reſtitutioni eſt obnoxium, ſed omne lucrũ vſurarium eſt alienum: vel quia non eſt tranſlatum dominium, vel ſaltem quia cõpetit repetitio: ergo.

¶ Prætereà, Extra, de vſuris. c. conſuluit: dicitur, ꝙ vſurarij mentales ad ea, quæ taliter ſunt accepta reſtituendum in animarum iudicio efficaciter ſunt inducendi: ergo ad reſtitutionem tenentur.

¶ In oppoſitum autem eſt; quia nullus tenetur ad reſtitutionem eius, quod nullo modo occultè aut manifeſtè extorſit per ſe vel alium, quamuis intendat extorquere: ſed vſurarius purè mentalis nihil directè vel indirectè extorquet, quãuis hoc intẽdat: ergo nõ tenetur ad reſtõnem eius, quod ſibi vltra ſortem datum eſt ſecundum ſpem ſuam.

¶ Reſpondeo in hac dubitatione præmittendum eſt, quis & quotuplex ſit vſurarius mentalis: deinde reſpondendum eſt quæſito. Ad vſurarium mentalẽ tria requiruntur, primò ꝙ intendat præter mutuatam ſortem aliquid lucri: aliter vſuræ ratio non ſaluaretur. Secundò, ꝙ talis intentio ſit talis ꝙ ſine ipſa non mutuaret: ſpes enim ſecundaria vſurarium non facit.

¶ Tertiò, ꝙ illud lucrum non intendatur quaſi gratuitè & amicabiliter habendum, ſed vt ex obligatione propter mutuo præſtitum dandum: vt eñ in alia quæſtione ex doctrina ſancti Thomæ diffinitum eſt, ſpes habendi aliquid vltra ſortem gratuitè, & amicabiliter vſura non facit, ſed licita eſt. Et ſic vſurarius mẽtalis eſt, qui intendit ex mutuo aliquid vltra ſortem non gratuitè dandum; aliter non mutuaturus.

¶ Quamuis autem propriè loquendo duplex tãtùm ſit vſurarius mentalis (de quo eſt qõ) extenſo tamen vocabulo triplex inuenitur. Primus eſt, cui lucrum ſperatum ſuccedit modo ſperato: id eſt non gratuitè, ſicut & ipſe ſperabat non gratuitè ſibi dandum. Secundus eſt, cui lucrum ſperatum ſuccedit non modo ſperato, ſed meliori: quia ſ. lucrum quod ſperabat ex obligatione dandum, gratuitè ſibi datum eſt. Tertius eſt, cui lucrum ſperatum datur propter aliquam tacitam eius petitionem. Et quia vſurarius tertio modo, eſt non purè mentalis propter exteriora ſigna, quibus tacitè petit aliquid vltra ſortem ex mutuo, & hoc parum differt à perfecta vſuræ ratione, quo pacto aliquid plus exigitur: & ideo de hoc non eſt præſens qõ, conſtat enim talem teneri ad reſtõnem. Quia & vſurario mentali primo mõ lucrum, quod datur, non datur omnino voluntariè, & praua intentione ab eo ſperatur, cõiter & bene dr̃ & talem teneri ad reſtõnem. Sed de vſurario ſecundo mõ (cui ſ. gratuitè donatur quod praua intẽtione ſperatur) diuerſa doctorũ vr̃ eſſe opinio Io. And.

in Mer-

in Mercurialibus, regula, pactum, Ian. Hoſt. & Pan. in c. conſuluit, de vſuris, & gl. in c. mandato. de ſimonia: dicentib. tale ꝗ obnoxium reſtõni. Richardo verò & Scoto in 4. d. 5. cum ſequacib. hoc negantibus. Et illorũ quidē rõ duplex eſt. Prima, quia omne lucrum vſurarium eſt lege vtriuſq; teſtamenti ꝓhibitum, & reſtituendum indiſtinctè à Theologis dicitur. Conſtat autem tale lucrum, quamuis dono datum, eſſe vſurarium ex eo, ꝙ mutuum fuit vſurarium ex prauitate intentionis. Secunda: quia contractus à principio vitioſus effectum ſortitur vitioſum, contractus autem talis mutui eſt vitio vſuræ deprauatus ex intentione lucri conſequendi, ergo effectum inde ſecutum, ſ. lucrum dono datum, vitioſum neceſſe eſt eſſe, & conſequenter reſtõni obnoxium. Iſtorum autem ratio ſuper donatione libera illius lucri fundatur, adſtruuntque hoc exemplo furti mentalis, dicentes, Si alicui intendenti furari aliquid, illud à domino donetur licitè accipitur abſq; obligatione ad reſtituendum. Simile enim quid patet accidere in vſurario mentali, intendit nanq; iniuſtè habere lucrum, melius tamen ſibi ſuccedit, quia donatur. Dicentium quoq; vſurarium mentalẽ teneri ad reſtitutionem, alij aſſerunt reſtituendum eſſe ei, qui donauit: quia regulare eſt, ꝙ lucrum vſurarium reddendum eſt ei a quo habitum eſt. Alij autem affirmant dandum eſſe tale lucrum pauperib. non illi qui dedit: quoniam ex quo ſpontè dedit, repetitionis ius à ſe abdicauit; ex quo verò vſurarius iniuſtè accepit, retinere illud non poteſt, ac per hoc pauperes Chriſti ſuccedunt.

¶ Et quoniam, (vt ex inferiùs dicendis patet) opinio dicens talem vſurarium non teneri ad reſtitutionem, veritatem aſſequitur: ideo declarãda ſunt tria. Primò, ꝙ non tenetur reſtituere illi, qui dedit: ſecundò, ꝙ nõ tenetur reſtituere pauperibus; tertiò ꝙ abſolutè non tenetur reſtituere. Primum declaratur ſic: Reſtitutio ſecũdum communem Theologorum doctrinam non ideo eſt neceſſaria, vt ab illo qui lucratus eſt, lucrum auferatur: ſed in commutationibus inuoluntarijs, vt damnum paſſo ſatiſfiat, & in commutationibus voluntarijs, vt illi qui minus habet, quàm debet habere, reddatur, quod eſt ſibi debitum. Sed in caſu propoſito ille qui dedit nec eſt damnum paſſus: quia nullus patitur iniuſtum volẽs, nec minus habet, ꝗ ſibi debeatur: quia liberè donauit: donum autem eſt datio irredibilis: ergo ſibi non eſt reſtitutio facienda. Secundum declaratur dupliciter. Primò, quia (vt patet ex Theologis in 4. ſen. d. 5.) duo ſunt genera lucri illiciti, pauperibus erogandi. Alterum prohibitum ſecundum ſe, vt ſimonia cum, &c. Alterũ prohibitum ſecundum ſuam cauſam tantùm, vt meretricium. Conſtat autem lucrum propoſitum nec eſſe prohibitum ſecundum ſe (quia datio non eſt iniuſta, quum ſit libera donatio) nec ſecundum ſuam cauſam, quia ſupponitur liberè & ſponte hoc donari, & non ex obligatione mutui accepti, ergo nulla ratione pauperibus eſt erogandum. Secundò, ſi pauperibus erogandum eſſet, hoc non eſſet ob aliud, niſi propter iniuſtam accipientis intentionem: ſed ex hoc non ſequitur obligatio ad reſtituendum: ergo Declaratur minor, quia ſuſcipiendo illud lucrum ſecundũ veritatem dono datum, aut credit illud donari: & tunc patet etiam receptionem eſſe iuſtam, quamuis prima mutuantis intentio fuerit praua, & adhuc perſeueret. ſicut quòd etiam ſi non donaretur vellet aliquid lucri. Aut credit illud non donari ſed malè libenter ſibi dari: & tunc quũ ſecundũ veritatem illud donetur, & donum licitè accipi poſſit, iſte iniuſtè accipit non ideo, quia agat contra aliquod ius, ſed quia agit contra conſcientiam dictantem ſibi quòd receptio hæc ſit iniuſta: quum (vt dictum eſt) ſecundùm veritatem ſit iuſta ſecundum ſe & in promptu ſit, vnde poſſit diſcerni, ꝙ iuſta ſit: ex eo nãque, quòd nec directè, nec indirectè ipſe aliquid petijt, & ille ſponte offert, conijcere poterat, ꝙ libera donatio erat. Ex hoc autem ſolo, ꝙ acceptio eſt contra conſcientiam nulla ratio ſuadet naſci obligationem ad non retinendum illud acceptũ niſi durante tali conſcientia: poteſt nanque poſtmodum conſcientia erronea deponi, & incipere iuſtè poſſideri, quod cum peccato retinebatur. Si autem talis conſcientia deponi non poſſet ab aliquo, reddendum eſſet non pauperib. ſed illi qui dedit: quia non eſt acceptata donatio, quam non credit eſſe. Aut neutrum credit, vel quia non cogitat, vel dubius eſt: & tunc quicquid ſit de peccato, eiſdem rationibus habetur, ꝙ ad reſtitutionem non tenetur: quum non ſit deterioris conditionis in hoc tertio caſu, quàm in ſecundo. Tertiò autem declaratur ſoluendo ſimul rationes alterius opinionis. Vbi ſcito, ꝙ aliquod eſſe lucrum vſurarium dupliciter contingit, ſ. per ſe, & per accidens. Vſurarium per ſe, integratur ex duobus: quorum ſecundum ſequitur ex primo, ſ. ex eo ꝙ eſt pretium rei iam ſolutæ, vel non extantis, & quod eſt aliquo modo inuoluntarium, hæc enim eſt natura vſuræ, vt patet exercitatis. Vſurarium autem per accidens eſt, quod ſecundum ſe has non habet cõditiones, ſed ſecundum ꝗ ſtat ſub intentione vel opinione alicuius, & propterea contingit eſſe voluntarium, ac per hoc non eſſet vſurarium, ſecundum quòd vſurarium lucrum ſpecies eſt lucri inuoluntarij. Quũ autem reſtitutio ex natura lucri naſcatur, quod ſecundum ſe alteri debitum eſt, vt reddatur (quia eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ: cuius terminus & obiectum eſt id quod ſecundum ſe eſt iuſtum, quod opponitur iniuſto ſecũdum ſe, non ſecundum accidens) conſequens eſt, ꝙ lucrum vſurarium per accidens non eſt reſtitutioni obnoxium, ſed tantùm lucrum ſecundum ſe vſurarium. Et quia in caſu propoſito lucrum perceptum non eſt vſurarium per ſe (quia nec datur pro mutuo nec inuoluntariè, ſed ex affectu gratuito ſpontè donatur) ſed eſt vſurarium per accidens propter intẽtionem, ſ. corruptam ſuſcipientis: conſequens eſt ꝙ tale lucrum non ſit reſtitutioni obnoxium. Et quoniam ſcientia eſt de his, quæ ſunt per ſe: ideo ſermo Theologorum dicens indiſtinctè vſuram eſſe reſtituendam, intelligitur de vſura per ſe, non per accidens, qualis eſt in propoſito. Lucrum ſiquidẽ vſurarium per ſe eſt effectus ipſius prauæ intentionis adiunctæ mutuo, & datur non omnino voluntariè. Quod autem ſpontè dono datur, quamuis ex praua intentione ſuſcipientis vſurarium per accidens ſit, non illius prauæ intentionis effectus eſt, ſed ex gratuito affectu donantis procedit, & ideo reſtitui non oportet.

Lucrũ meretricium nec ſimoniacũ pauperibus diſtribuendum ſunt.

¶ Et per hoc idem fundamentum patet reſponſio ad obiecta in principio, quia licet vſurarium per ſe ſit alienum, non tamen vſurarium per accidens, quale eſt iſtud. Decretalis quoque illa de lucro vſurario per ſe intelligenda eſt, non de eo quod eſt per accidens. Mediolani, die 8. Aprilis. 1500.

QVAESTIO IIII.

Vtrùm omnia bona vſurarij ſint obligata eis, à quibus vſuræ extortæ ſunt.

Quæritur, vtrùm omnia bona vſurarii ſint obligata eis, à quibus vſuræ extortæ ſunt.

¶ Et

¶Et videtur ꝙ non. Quia obligatio realis tranſit cum re: ſed multæ res vſurariorum poſſunt alienari abſque aliqua obligatione eas concomitante, vt patet de bonis patrimonialibus: non ergo omnia bona vſurarii ſunt obnoxia vſuris reddendis.

¶Prætereà, Si omnia vſurarii bona eſſent obligata, nec gener vſurarii poſſet accipere dotem ab eo qui habet aliàs, vnde poſſet reſtituere, nec aliquis poſſet aliquid ab eo emere ſimpliciter: & creditoribus competeret actio ſuper illis rebus: & ſic multi illaquearentur etiam bona fide incedentes. Hæc autem omnia abſurda ſunt: ergo, &c.

In oppoſitum eſt gloſſa, extrà, de vſuris in c. tua nos & in 6. in cap. quanquam.

Reſpondeo, in hac quæſtione ſunt duæ opiniones: vt refert Panormita. extrà de vſuris in c. quum tu. & in c. tua nos. Communis ſiquidem antiquorum canoniſtarum opinio fuit, ꝙ omnia bona vſurarii ſunt tacitè obligata eis, à quibus vſuræ extortæ ſunt. Ioannes autem And. & Hoſt. & ipſe Panorm. & moderni tenent oppoſitum: quia nullo iure probatur talis obligatio, & quia aliter multi illaquearentur.

¶ Sed ſi diligenter cōſiderauerimus, inueniemus vtranq; opinionem aliquo modo verum dicere. Sciēdum eſt ergo triplicia bona poſſe habere vſurarium, ſ. extorta per vſuram, & empta ex pecunia vſuraria, & alia quæ omnino munda ſunt ab vſuris, puta patrimonialia. Obligatio quoq; alicuius rei eſt duplex, realis & perſonalis. Obligatio realis eſt, quæ conuenit rei ex iure, quod habetur ſuper re illa particulari. Obligatio verò perſonalis in propoſito eſt, quæ cōuenit rei, non ratione ſui, ſed ratione perſonæ, cuius eſt. Differunt autem hæ obligationes tripliciter. Primò in radice iam tacta: quia, ſ. realis oritur ex ipſa re, quę alteri obnoxia eſt: vt patet de re furto ablata. Perſonalis verò redundat in rem ex perſona domini obligati ad ſatisfaciendum, puta ad reddendum creditoribus 1000. ducatos, quos accepit. Secundò: quia realis ſemper comitatur rem ad quencunq; & quocunque res tranſeat: vt patet de re rapta: perſonalis verò non ſemper comes eſt rei, ſed quandoque res liberatur ab illa obligatione, perſeuerante tamen obligatione in domino eius. Quum enim domus, verbi gratia, non eſt obligata creditori, inquantum hæc res, ſed in quantum eſt debitoris, ſtatim vt deſinit eſſe debitoris deſinit eſſe obligata: ceſſat. n. obligationis ratio. Ex hoc autem differunt tertiò, quia res obligationē realem habens annexam, nec vendi, nec emi aut quocunq; alio modo alienari liberè poteſt, obligata autē ratione perſonæ, alienari liberè poteſt, quandiu apud perſonam illam remanet vnde creditori ſatisfacere poſſit. Patent autem hæc in bonis furtis, non tamē furto ablatis, & in cæteris debitis.

¶His igitur ſtantibus deduco duo. Primò, quòd bona per vſuram extorta ſunt obligata eis, à quibus extorta ſunt obligatione reali. Secundò, quòd bona cætera ſiue empta ex pecunia vſuraria, ſiue non, ſunt obligata vſurario obligatione perſonali, non reali. Primum patet ex eo, quòd vnaquæque res occupata ab altero habet realem obligationem ad dominum ſuum: ſed res per vſuram extortæ occupantur ab vſurario abſque tranſlatione dominii: vt aliàs diffinitum eſt: ergo ſunt reali obligatione obnoxiæ eis, à quibus extortæ ſunt. Confirmatur quoque hoc ex iure fructuum. Res enim ex ſui natura non fructificans poſſeſſori, ſed alteri, illius alterius actioni reali ſubiecta eſt: alioquin enim ex ſui natura non fructificaret illi: ſed res per vſuram extortæ ſi fructificant, non vſurariis ſed illis, à quibus extortæ ſunt, fructificant, non ex aliquo pacto aut contractu ſuperaddito, ſed ex natura rerum, vt patet: ergo. Secundum verò quo ad omnes partes à Sanct. Tho. quoque in Secunda ſecundæ, q. 97. art. 3. ad ſecundum, habetur: & ratione probatur. Quòd enim non ſit in eis obligatio realis, patet ex eiſdē mediis negatiuè ſumptis: quia ſcilicet talium bonorum vſurarii ſunt verè domini, & eis fructificant. Quòd verò perſonalem habeant obligationem annexam, patet ex eo quòd paſſi vſuram habent actionem ſuper omnibus bonis vſurarii, ſi vſurarius ſoluere renuit, ſicut quilibet alius creditor: non enim deterioris eſt conditionis is, cui vſura reſtituenda eſt, aliis creditoribus: Et ex eo quòd ſecundum theologorum ſententiam, filiam illius, cuius bona non excedunt vſuras reddendas, nullus poteſt tuta conſcientia vxorem accipere cum dote: hoc autem nulla alia ratione dicitur, niſi quia ſupponitur omnia bona illius obligata eſſe eis à quibus vſuræ extortæ ſunt. Et ſic tam antiquorum, quàm modernorum opinio ſaluari poteſt, vt illorum ſermo de perſonali, horū verò de reali obligatione accipiatur.

Ad obiecta verò, quamuis ex dictis poſſit patere reſponſio: quidam tamen vnicam diſtinctionem addendam cenſent, ſcilicet de titulo lucratiuo & oneroſo, dicentes quòd ſi bona vſurarii tranſeunt ad alterum titulo oneroſo (puta emptione vel dote, &c.) ꝙ tranſeunt abſque obligatione aliqua, ſi verò trāſeunt titulo lucratiuo, quòd remanent obligata. Alii verò huic diſtinctioni aliam ſuperaddūt de bonis emptis ex pecunia vſuraria, & bonis aliter habitis: & credūt diſtinctionem illam de duplici titulo locum habere in bonis emptis ex pecunia vſuraria: & hoc ex officio iudicis, & non in aliis bonis.

¶Et quoniam nulla neceſſaria ratione hæc firmare videntur, dicendū eſt ſequendo Theologos (quorum eſt de vſura determinare) quòd loquendo de bonis non per vſuram extortis, ſola temporis diſtinctio conſideranda eſt, ſcilicet quòd aut tempore, quo res vſurarii ad me deuenit, quocunque titulo, vſurarius remanebat potens, ad reſtituendum, aut non. Si remanebat potens, res tranſit abſque aliqua obligatione: ſi remanebat impotens, tranſit cum obligatione. Et ſic ego teneor ad ſatisfactionem pro illa parte, quocunque titulo ad me res deuenerit: & mihi imputandum eſt, ſi ab illo emi, vel dotem accepi, cuius erant tot debita, quot adæquabant, vel excedebant bona propria. Nec diſtinguo inter empta ex pecunia vſuraria & alia bona, quoniam idem eſſe iudicium de eis & de aliis ratio ſuadet, ex quo verè habet eorum dominium & fructus: & S. Tho. vbi ſuprà, dicit hæc ſicut alia bona obligata eſſe. Et ideo in decre. cum tu, extrà, de vſuris. Alex. 3. non mandat ipſa reſtitui, ſed vendi vt pretium habeatur, ex quo poſſint vſuræ reddi. Medιolani die 14. Aprilis, 1500.

QVAESTIO V.

Vtrùm altero hærede vſurarij non potente reſtituere, alter teneatur inſolidum.

QVæritur, vtrùm altero hærede vſurarii non potente reſtituere, alter teneatur inſolidum.

¶Et videtur quòd ſic. Primò: quia hoc ſentit gloſſ. in cap. tua nos, de vſu. & eam communiter ſequuntur doc. vt Panor. ibidem dicit.

¶ Secundò, quia filii tenentur ad reſtitutionem ſicut parentes ſui, ſi viuerent, vt in prædict. decre. dicitur, ſed

tur, ſed parentes tenentur ſecundum totam facultatem ſuam: ergo filij tenentur ſecundum totam hæreditatem: ſed abſque conſumptione mediæ hæreditatis quandoque reſtitutio integra fieri poteſt: vt pater in magna hæreditate, & paucis paruiſque vſuris; ergo altero hærede non ſoluendo alter tenetur in ſolidum.

In oppoſitum eſt generalis regula ſoluendorum debitorum, ſ. ꝙ hæredes tenentur ſecundum hæreditarias portiones tantùm.

Reſpondeo, quòd canoniſtæ (vt allegatum eſt) tenent partem affirmatiuam: aut quia credunt omnia bona vſurarij eſſe tacitè obligata eis, à quibus vſuræ extortæ ſunt, ac per hoc quilibet hæres tenetur ratione hæreditatis obligatæ: aut quia putant hoc eſſe practicandum in fauorem defuncti, vt eius anima citiùs liberetur, quamuis non credant de iuris rigore eſſe neceſſarium. Mihi autem ſecundum Theologalia principia videtur oppoſitum: & ratio eſt, quia ſufficit reſtituere ſimplum quod ſimplum ablatum eſt. Conſtat autem, quòd in diuiſione hæreditatis admixtæ vſuris diuiditur ſimul, & æs alienum: ac per hoc ſecundum portiones hæreditarias fiunt & portiones vſurarum, vt, ſcilicet ſuccedens in duabus partibus hæreditatis, ſuſcipiat etiam duas partes lucri vſurarii &c. Si igitur vnus reſtituere vult ſat eſt quòd tantum reddat, quantum hæreditauit: vel vt meliùs loquar, quantum hæreditaſſet ſecundum propriam portionem hæreditatis. Dico autem hoc, quia etiam ſi nihil vſuratum ad hæredem peruenit, nihilominus tenetur ſecundum portionem hæreditariam, quia perſonam patris induit ſecundum ſuam portionem, & conſequenter eius obligationem participat. Et confirmatur, quia nullus tenetur ad reſtituendum pluſquam obligetur: ſed obligatio paterna diuiditur in hæredibus proportionaliter, ſicut hæreditas: quemadmodum & ius exigendorum: non ergo tota obligatio ad alterum tranſit hæredem, & conſequenter non tenetur in ſolidum.

Nec obſtat, ſi dicatur, quòd regulariter hæredes vſurarii tenentur ſecundum hæreditarias portiones: ſed in caſu, quo alter efficitur impotens ad ſoluendum, & vires hæreditariæ in altero ſufficiunt, alter tenetur in ſolidum. Hoc enim eſſe voluntarium ex eo patet, quòd quum ex iure ſucceſſionis, & hæreditatis perceptæ manifeſtum ſit, non teneri niſi ſecundum portionem hæreditariam, ex hoc quòd alter in mora reſtituendi fuit, non debet alter grauari, alioquin ſequeretur, quòd ſi alter hæres in principio ſucceſſionis, ſecundum portionem ſuam reſtituiſſet, altero nolente ſatisfacere, & poſtmodum impotente reddito, quòd ille innocens tunc teneretur ſatisfacere etiam pro portione cohæredis: quod eſt manifeſtè abſurdum, & contra rationem, quia quum hæreditas ſecundum iuſtitiam adeunda ſit, deducto ære alieno, conſequens eſt quòd ille, qui portionem hæreditatis ſibi debitæ percipit, proportionaliter ſatisfacturus quo ad æs alienum, etiam ſecundum iuris rigorem nullo reatu aſtrictus remaneat. Non ergo tenetur alter in ſolidum cohærede impotente effecto, & hoc per ſe loquendo: poſſet enim per accidens contingere, quòd teneretur in ſolidũ, ſi in diuiſione, aut ſucceſſione hæreditatis induxiſſet cohæredem ad retentionem vſurarum.

¶ Rationes autem alterius opinionis facilè ſoluuntur: quum enim obligatio omnium bonorum vſurarij, ad vſuras reſtituendas non ſit realis, ſed ratione perſonæ (vt ſuperius dictum eſt) conſequens eſt ꝙ diuiſa perſona vſurarij in hæredes, diuiſa quoque proportionaliter tranſeat ad hæredes obligatio illa: ac per hoc nullus hæres tenetur ex hoc, niſi ſecundum ſuam portionem. Et nota quòd obligatio illa bonorum quodammodo augetur, & quodammodo minuitur in diuiſione hæreditatis. Minuitur quidem pro quãto diuiditur ſicut hæreditas. Augetur verò pro quãto ſingulæ partes illius obligationis ſingulos hæredes ſic afficiunt, vt tranſeant in omnia eorum bona, etiam aliunde habita: ita ꝙ omnia bona cuiuſq; hæredis vndecunque illa aduenerint, ſunt obligata ratione perſonæ ad ſatisfaciendum pro illa parte obligationis, ex quo illam obligationem in ſe ſemel hic hæres ſuſcepit, hæreditatem adeundo. Hæc enim eſt natura tacitæ obligationis bonorum ratione perſonæ, vt oĩa bona illius inquantum illius ſunt, non abſolutè afficiat. Practica aũt quæ in fauorem animæ creditur exercenda, nullum fundamentũ iuſtitiæ habet, ſed eleemoſynariæ largitatis tantùm: non enim debet cogi aliquis ad id, ad quod non tenetur.

Ad primum ergo horum, quæ in principio obiecta ſunt dicitur, ꝙ quum gloſ. fundetur ſuper obligatione totius hæreditatis ad reſtitutionem vſurarum, & ex hac non ſequatur concluſio ſua, ſ. ꝙ alter teneatur in ſolidum, admittenda non eſt gloſſæ authoritas, nulla ſufficienti ratione fulta, ſed ſola turba ſequacium. De qua nõ eſt curandũ: quia voluntariè ſequuntur gloſſam, negãdo eius fundamentum (vt moderni) vel errãt in fundamento, vt antiquiores quemadmodum in præcedenti quæſtione dictum eſt.

¶ Ad ſecundum verò dicitur, ꝙ filii tenentur, ſicut & pater, obligatione. ſ. perſonali omnium bonorum ſuorum. Sed in hoc eſt differentia, ꝙ pater eſt tota illa perſona, ac per hoc habet totã obligationem: quilibet autem hæres eſt pars illius perſonæ & conſequenter partem tantùm obligationis ſubit: & ideo quemadmodum viuente patre omnia ſua bona erãt tacitè obnoxia ratione perſonæ eis, à quibus extortæ ſunt vſuræ quo ad omnes vſuras extortas: ſic diuiſa hæreditate cuiuſque hæredis bona omnia ſunt tacitè obligata ratione perſonæ eiſdem quoad partem vſurarum iuxta portionem hæreditariã. Nec aliud poteſt concludi ex decretali illa. Mediolani die, 18. Aprilis, 1500.

DE PETITIONE. lucri ceſſantis.

QVAESTIO VI.

Vtrùm quando licet petere damnum lucri ceſſantis, poſſit peti totum lucrum ceſſans.

QVæritur, vtrùm quando licet petere damnum lucri ceſſantis, poſſit peti totum lucrum ceſſans.

¶ Et videtur ꝙ ſic. Primò, quia hoc videtur deciſum in ca. nauiganti. de vſuris in fine, vbi excuſatur vendens rem ſeruandam tanti, quanti vendenda creditur tẽpore ſtatuto: hoc enim nihil aliud eſt, quàm totum lucrum ſperatum in futuro ex nunc percipere.

¶ Præterea, Secundum doctores creditor, poſt moram debitoris poteſt petere intereſſe lucri ceſſantis, ſic quòd poteſt petere tantum quantum veriſimiliter ille lucratus fuiſſet cum illa pecunia, ſi eſt mercator induſtrius. Hoc autem eſt totum lucrum ceſſans petere, ergo.

In oppoſitum eſt differentia inter intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, quia illud eſt æqualiter compenſandum, hoc autem non.

Reſpon-

¶ Reſpondeo, Quòd quia contingit ſcire in vniuerſali, & ignorare in particulari. Poſte. ideo quum communis animi conceptio & Theologorum & Canoniſtarum ſit, quòd inter habere aliquid in actu & habere illud in potentia multum refert, ſic magna debet eſſe differentia inter recompenſationem eius, quod habetur in actu, & illius quod poſsidetur in potentia. Contingit tamen, quoſdam non aduertentes, quòd lucrum ceſſans ſit de numero eorum, quæ habentur in potentia, & veritati & ſibiipſis contradicere, dum aſſerunt poſſe peti totum lucrum ceſſans, quando damnum lucri ceſſantis recompenſandum venit. Manifeſtè ſiquidem patet, lucrum ceſſans nondum actu haberi, ſed in potentia tantùm eſſe, vel fuiſſe: ac per hoc multipliciter poſsibile impediri, vnde abſque dubio quámuis licitum ſit quandoque petere damnum lucri ceſſantis, non tamen eſt licitum petere totum lucrum ceſſans, ſed ſecundû propinquitatem & elongationem potentiæ ab actu, & alias particulares circunſtantias ad arbitrium boni uiri recompenſatio facienda eſt.

¶ Ad primum ergo in oppoſitum dicêdum quòd decretalis illa non habet rationem lucri ceſſantis, ſed temporis, pro quo res venditur. Quum enim regulare ſit, quòd pretium rei venalis ſtatuitur ſecundum tempus, pro quo fit venditio, non in quo ille, qui erat ſeruaturus ſuas merces: & tamen nunc vendit, ſupponitur quòd vendat pro tempore, pro quo intendebat vendere tunc: nunc verò contractum celebrare cum rei exhibitione: & ideo poteſt vendere quanti creditur tunc vendenda. Quamuis etiam Decretalis hoc non dicat: ſed ſolùm quòd poteſt vendere amplius, quàm tempore contractus valeat.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd doctores illi imitandi in hoc non ſunt, quia ſibiipſis etiam contradicunt. Vnde in multis particularibus caſibus (quos hic non oportet enumerari) quando doctores dicût, quòd licet plus forte accipere ratione intereſſe, quia negociationibus licitis, aut agris emendis pecunia expoſita eſſet, non intelligas, quòd liceat petere tantum, ſed aliquid ad arbitrium ſapientum. Mediolani die, 24. Aprilis, 1500.

TRACTATVS NONVS.

De Symonia; in tres quæſtiones diuiſus.

1 *Num emptio eccleſiaſticorum beneficiorum ſit Symoniaca, quia prohibita, vel prohibita, quia ſymoniaca: hoc eſt, vtrùm ſit in eorum emptione Symonia de iure diuino, aut poſitiuo.*

2 *Num emens & acquirens epiſcopatum, non intendendo ſoluere promiſſam pecuniam, ſit ſymoniacus.*

3 *Num vacante ſede, & quærentibus omnibus pontificatum per ſas & nefas propter ambitionem, & auaritiam, & eccleſiæ ruinam, liceat viro probo & digno quærere pontificatum, adhibendo promiſſiones, & exhibendo temporalia & beneficia, &c. pro ſuffragijs propter hunc finem, vt in ſede poſitus eccleſiæ proſit, & illam reformet.*

QVAESTIO I.

Vtrùm emptio beneficiorum eccleſiaſticorum ſit ſymoniaca, quia prohibita: vel prohibita, quia ſymoniaca: hoc eſt, vtrû ſit in eorum emptione ſymonia de iure diuino, aut poſitiuo.

Quæritur, vtrùm emptio beneficiorum ſit ſymoniaca, quia prohibita: vel prohibita, quia ſymoniaca, hoc eſt, vtrùm ſit in eorum emptione ſymonia de iure diuino, aut poſitiuo.

¶ Videtur enim quòd ſit iuris poſitiui. Primò: quia titulus præbendæ annexus eſt eccleſiaſticis ordinibus à iure poſitiuo, vt patet ex eo quòd in primitiua eccleſia erant paſtores & ordines abſq; præbendis: imò vſque ad Vrbanum primum Eccleſia Romana dicitur abſque redditibus vixiſſe.

¶ Secundò: quia quandocunque ſunt duo coniuncta, alterum ſpirituale & alterum temporale, emere illud totum ratione temporalis non eſt illicitum ſecundum ſe, vt patet de vaſis ſacris, & decimis, &c. ſed in beneficijs eſt vnum ſpirituale (puta ordo aut cura animarum) & alterum temporale, ſcilicet præbêda, ergo licet hæc emere ratione præbendæ: ſed omnes, qui emunt, non niſi ratione præbendæ emunt: ergo nullus committit ſymoniam, niſi fortè agat contra ius poſitiuum.

In oppoſitum videtur communis Theologorum ſententia.

In hac quæſtione tria agenda ſunt. Primò ponentur opiniones. Secundò, examinabuntur. Tertiò, reſpondebitur obiectis.

Quo ad primum tres ſunt hic opiniones, duæ extremæ, & vna media. Prima extrema eſt, quòd ſymonia in beneficiis vniuerſis eſt tantum prohibita iure poſitiuo. Et conſequêter quum Papa ſit ſupra ius poſitiuum, ipſe non ſolùm cenſuras, ſed peccatum euadit ſymoniæ vendendo eccleſiaſtica beneficia: quamuis non euitet peccatum ſcandali & acceptionis perſonarum in huiuſmodi. Et hanc opinionem ſequuntur gloſſ. in cap. ex parte, de officio deleg. & ibidem Anto. de But. Imo. & Cardinalis in c. 1. de ſymonia. Secunda opinio extrema eſt, quòd ſymonia in omnibus beneficiis eccleſiaſticis eſt prohibita iure diuino, ac per hoc, quum Papa diuino ſubdatur iuri, peccatû ſymoniæ incurrit hæc vendendo, quâmuis iuris poſitiui pœnas euadat. Et hanc videntur communiter Theologi ſequi. Ratio huius opinionis ponitur à S. Tho. in Secunda ſecundæ. q. c. arti. 4. quia ſcilicet beneficia eccleſiaſtica non poſſunt eſſe niſi ſpiritualibus antecedentibus & cauſantibus ipſa. Ex hoc enim ſequitur, quòd venditis præbendis etiam ſpiritualia venditioni ſubiiciantur. Tertia autem opinio media eſt, quòd ſymonia in beneficiis quibuſdam eſt prohibita iure diuino, & in quibuſdam iure humano. In habentibus ſiquidem adminiſtrationem ordinis, vel executionem clauium, ſymonia prohibetur diuino iure: in non habentibus autem alterum horum (vt ſunt adminiſtrationes hoſpitalium, &c.) ſymonia iure tâtùm humano committitur. Et conſequenter in illis

Papa

Papa inuoluitur vitio ſimoniæ ſi vendit, in iſtis non. Et hæc eſt opinio Panormi in c.1.de ſimonia.& in repetitio: qui verò,in c.extirpandæ.de præb. Et fundatur hæc opinio ſuper duobus. Vnum eſt, quòd ordo eſt de iure diuino: quod probat, quia erat in veteri teſtamento. Alterum eſt, quòd in cõnexis vendito vno, venditur reliquum, quod probatur.1.q.3. ſi quis obiecerit. Ex his enim arguit, quòd in horum venditione venditur executio ordinis: ac per hoc quodammodo ordo ipſe, quod eſt in ſe ſimoniacum. Nec poteſt dici, quòd annexum temporale tantùm vendatur: quia nec tum inuenditum relinquitur. Hæc de primo.

Quo ad ſecundum, quia omnium opinionum rationes ex duobus pendent, ſcilicet diſtinctione eius, quod eſt ex iure poſitiuo ab eo, quod eſt ex iure diuino, & connexione eorum: ideo tria ſunt perſcrutanda. Primò, quid in his eccleſiaſticis beneficijs ſit ex iure diuino, & quid ex iure poſitiuo. Secundò, an id quod eſt in eis ex iure poſitiuo, ſit venale. Tertiò, an connexio talis efficiat, vt vno vendito, vtrunque neceſſariò vendatur. His enim elucidatis, opiniones omnes radicitus examinatæ erunt, & veritas ſimul totius quæſtionis apparebit.

¶ In eccleſiaſtico beneficio duo ſunt: clericatus ad minus, & præbendæ titulus. Clericatum eſſe ex iure diuino conſtat, tùm ex eo quòd clericatus nihil aliud eſt, quàm addictio ad miniſtrandū ſacrificijs diuinis vnde & à ſorte nomen accepit: quia in ſortem Domini, qui clerici ſunt, electi ſunt. Fuerunt enim omni tempore clerici. Ante legem quidem primogeniti clerici erant: vnde & primogenituræ ius ſacrum erat. Sub lege autem tota tribus Leui ſanctificata eſt ad diuina officia. Tùm ex eo quòd ſpirituale quoddam eſt: omnis enim clerici officium in ſpiritualibus actib. conſiſtit, vt patet diſcurrenti. Vnde in primi tonſura ex vtraque parte præciſio corporalis in capite fit: ſ. ſecundum partem ſuperiorem, in qua fit tonſura: & ſecundum partem inferiorem, per quatuor angulos, in qua inciduntur capilli, ad ſignificandum, quòd à temporalibus vndique præciſi, ad ſuperna, quæ ſpiritualia ſunt, miniſtri deputantur. Tum authoritate S. Thom. in Secunda Secundæ q.100.arti.4. qui officiū clericale non ſpirituali annexum, ſed ſpirituale eſſe à Deo dicit, vt ideo beneficium eccleſiaſticum ſpirituali annexum cenſeatur, quia clericali officio coniunctum eſt. Spiritualium autem author Deus eſt, quãuis ex inſtitutione eccleſiæ ſit modus faciendi clericos. Et ex hoc patet quòd opinio Panormitæ diminuta eſt, enumerando executionem ordinis & clauium, & prætermittendo officium clericale. Quamuis enim in ſpiritualibus ſint gradus, & ordo ſit ſpiritualior clericatu, & claues ſint magis ſpirituales multis ordinibus, omnia tamen in ſpiritualium genere ſunt: & omnia inuendibilia ſunt: quia totum genus ſpiritualium eſt materia repugnans venalitati, vt pulchrè in eadem quæſtio. arti.1. oſtendit S. Tho. eſt ergo in omnibus eccleſiaſticis beneficijs vnum ſpirituale & omnino inuendibile, ſcilicet officium clericale.

Clerici omni tempore fuerunt.

¶ Alterum verò, ſcilicet præbendæ titulus multa in ſe continet. Præbenda enim duo dicit: ſcilicet ſtipendium clericale, & certam determinationē talis ſtipendij ſecūdum quãtitatem (puta 1000. ducatorum) ſecūdum tempus (puta annuum) ſecūdum locum, puta ex fructib. talis territorij, &c. Et conſequenter in præbendæ titulo poſſunt conſiderari quatuor: primò ius ſtipendii: ſecundò ſtipendium: tertiò ius talis & tãti ſtipẽdij in tali loco, &c. & quartò ipſum tale & tãtum ſtipendium ibi, &c. De quib. ſigillatim eſt dicendum. Ius ſtipendii proculdubio ex diuino eſt iure & ſpirituale: quia eo ipſo eſt, quo officium clericale. Ex hoc.n. quòd aliquis diuinis eſt addictus miniſterijs, ius habet vt ſuſtẽtetur à populo, pro quo Deo miniſtrat. Vnde & ſacerdotib. Aegypti ex publico prouidebatur, vt dicitur Gen.47. & tribus Leui, quia ius hoc habebat, partem inter fratres ſuos non accepit, & vt dicitur.1.Corin.9. Qui altari deſeruiunt, de altari participant: & rurſus, Quis militat ſuis ſtipendiis vnquã? Stipendium verò ipſum temporalis res eſt, ſed diuino iure debitum, vt probatum eſt, iniquum quippe eſſet, vt aſsiſtentibus Deo pro nobis opportuna nõ daremus. Ius autem talis aut tanti ſtipendij, ex iure prouenit poſitiuo, ſi tale ius à primo iure aliud eſt, ſi.n. idem eſt cum primo, quum primum ſit ex diuino iure & ſpirituale, hoc quoque erit ex diuino iure & ſpirituale. Quòd autem non ſint duo iura (vnum ſcilicet reſpectu ſtipendij, & alterum reſpectu quantitatis & qualitatis ſtipendij) ſed vnum tantum, probatur dupliciter, ratione ſcilicet, & authoritate. Ratio eſt, Quia ita ſe habet ius clericale ad beneficium eccleſiaſticum, quemadmodum ius ſacerdotis ad curam habendam animarum, imò magis & arctiùs cõiungitur ius clericale cum præbenda, quàm ius ſacerdotis, cum animarū cura, quia ibi eſt ratio debiti, hic non: clerico enim debetur ſtipendium, ſacerdoti autem non debetur cura animarum. Sed ſic eſt, quòd per hoc quòd ſacerdoti ex iure poſitiuo datur cura talis eccleſiæ, aut authoritas audiendi confeſſiones, nõ cõfertur ei nouū ius, ſed iuri, quod habet à Deo, determinatur ab eccleſia materia, circa quã operatur. Non enim ſacerdos parochialis habet duas authoritates (alteram à Chriſto, & alterã ab eccleſia) ſed vnã tantum à Chriſto, qua ſacerdos poteſt abſoluere & ligare indeterminatè. Et quũ ab eccleſia determinatur quòd perſonæ talis loci, aut voluntariè ſubiiciantur ei, poteſtas illa determinatam iam habens materiam poteſt exerceri, quæ priùs ex defectu propriæ materiæ exerceri nõ poterat: ergo à fortiori per hoc, quòd clerico confertur certa præbenda, non confertur ei nouum ius, ſed determinatur iuri, quod à Deo habet, certa poſſeſsio. Ita quòd ius clerici à Deo eſt indeterminatum, nec magis exigit hoc quàm illud ſtipẽdium: ſed eccleſia dando certos reditus, determinat illud, aſſignando illi propriam materiam. Vnde non ſunt duo iura in clerico reſpectu beneficij: ſed vnum tantùm, & à Deo indeterminatè datum quo ad materiã, & ab eccleſia poſtmodum determinatum. Et confirmatur hæc ratio ex multis ſimilibus: ſcilicet præcepto de ſanctificatione feſtorum & de confeſsione facienda, & decimis ſoluendis, &c. Hæc enim omnia ex iure diuino ſunt indeterminatè, & ab eccleſia ſunt quo ad determinationem temporis, quantitatis, modi, &c. Et tamen non ſunt duo præcepta de cuſtodiendis feſtis (vnum ex iure diuino, & alterum ex iure poſitiuo) ſed vnum tantùm de iure diuino indeterminatè, & ab eccleſia determinatum, & ſimiliter eſt de alijs. Quemadmodum ergo in præceptis indeterminatè datis à Deo & determinatis ab eccleſia, non multiplicamus præcepta, ita in iure indeterminatè dato à Deo, & determinato ab eccleſia, non multiplicatur ius, ſed vnum reſtat in ſeipſo. Authoritas eſt ſanct. Thom. in quæſtiõ. præfata ad tertium: vbi dicit, quòd ius accipiendi decimas eſt ſpirituale. Conſtat enim idem eſſe iudicium quo ad propoſitum de iure decimarum & præbendarum: quia vtrobique eſt aliquid ex iure diuino, ſcilicet quòd aliquid indeterminatè detur, & aliquid ex iure poſitiuo: ſcilicet quòd illud aliquid ſit decima pars, aut quòd ſit tale vel tantum, hic vel ibi, &c. Si ergo ius decimarum eſt ſpirituale, & tamen decima eſt de iure poſitiuo, quo ad determinationem (vt patet, & ſanct. Thomas expreſsè dicit in Secunda Secundæ, quæſtio. 87. articul. primo) conſequens eſt,

quòd

ꝙ ius præbendæ eſt ſpirituale,& de iure poſitiuo nõ ſit,niſi quò ad determinationem temporis,quantitatis, &c. Eorum igitur, quæ in clerico beneficiato ſunt,omnia de iure diuino ſunt,niſi quartum,ſ. determinatio ſtipendij. Ea iure ſiquidem poſitiuo à ꝑlatis eccleſiæ actum eſt,vt annua ſtipendia, & tantæ quantitatis,&c.in illa aut illa ſint eccleſia, & tali miniſtro applicata ſint,&c. Et ſic patet primum quod diſcutiendum erat.

¶ Secúdum autem(quid,ſ.ſit hic venale, & quid non) ex his facilè haberi poteſt. Quum enim ſpirituale venditionis materia eſſe non poſſit, & ius omne clericale tam reſpectu ſtipendij indeterminatè, q̃ reſpectu talis & tanti ſtipendij ſpũale ſit,ſequitur neceſſariò,ꝙ ius præbendæ venale non ſit:& ſi vēdi tur,ſimoniacum eſt,non quia prohibitum,ſed quia in ſe eſt ſimoniacum:Ipſum autem ſtipendium, ſeu ipſa præbenda,quum ſit purè temporalis res, vēdi põt. Vnde S.Tho.in pręfata q.100.dicit,ꝙ quum Papa concedit decimas militibus, nõ concedit eis ius ſpirituale accipiendi decimas:ſed tantummodo res temporales,quæ decimæ appellantur.

¶ Ex his autem patet tertium propoſitorũ, an, ſ. cõnexio iſta excludat venalitatem. Eſt enim hic duplex connexio:ſ.iuris præbendæ ad clericatũ:& ipſius præbendæ ad hunc clericum. Et prima quidem connexio venalitatem omnino excludit: tum ex natura connexorum,quia vtrunq; eſt ſpũale, vt patet ex dictis:tum ex natura connexionis: iam enim patet,ꝙ ius præbendæ non eſt connexum,quaſi aliena res coniuncta,ſed eſt connexum per identitatē, aut quaſi identitatem cum ipſo clericali officio.Notanter aũt dixi, aut quaſi identitatem: quoniam fortè ius præbendæ ſe habet ad clericatum, vt paſſio ad ſubiectum,& non vt omnino idem. Vnde S.Tho.in q.præfata beneficium eccleſiaſticum annexum clericatui,& pendere ab eo dixit. Sed in propoſito nihil refert:eiuſdem enim rationis eſt, ſubiectum, & paſſionem vendere vt Iaſpidem & proprietatem eius.Secunda autem cõnexio venalitatem, & compatitur, & excludit diuerſimodè. Compatitur quidē reſpectu ipſius clerici actiuè:quia poteſt ipſe vēdere,& locare fructus beneficij ſui.Excludit autem reſpectu eiuſdem paſſiuè:quia ſ.non poteſt ſibi vendi propter duo.Primò, quia vendi non poteſt res à nõ dño:nullus autem prælatus,nec ſummus Pontif. eſt dominus fructuum percipiendorum:reditus.n. omnium eccleſiarum q̃uis ſint Papæ, vt principalis diſpenſatoris:nõ tamen ſunt eius, vt domini & poſſeſſoris:inquit S.Th.vbi ſup ar.1.ad ſeptimum.Secundò, quia conferendo alicui clerico beneficium, & vendendo ſibi fructus percipiendos,nihil aliud eſt, q̃ vendere illi executionem proprij.& ſpiritualis iuris:paria autem ſunt vendere ius & illius executionem. Vnde & duo peccata hic concurrunt,iniuſtitię quia venditur clerico quod eſt ſuum: prius enim intelligitur habere titulum, qui dr̃ gratis dari:& deinde executionem, quæ habentis iam titulum ipſo iure eſt.Et ſimoniæ: quia vendi conuincitur exequutio ſpiritualis iuris.

¶ Ex prædictis autem patet ſolutio quæſtionis. Liquet ſiquidem ex rationib.adductis,ꝙ emptio eccleſiaſticorũ beneficiorum, quæ clericatui ſunt annexa,& non ſolũ illorum,quę habent adminiſtrationem clauium,aut executionem ordinis, eſt prohibita,quia ſimoniaca,& non ſimoniaca,quia prohibita quia emptionis materia eſt res ſpiritualis,quę venalitati omnino repugnat, quod quia non aduerterũt alij domini canoniſtæ,errauerunt.

¶ Et confirmatur hæc concluſio, quia emens beneficium,proculdubio intendit emere ius talis præbendæ.Vnde,ſi Papa vellet ſibi vendere fructus abſque iure præbendæ,aut non emeret, aut multò minus ſolueret.Sed ius talis præbendæ eſt ſpũale,ſicut & ius decimarum, ergo velint nolint res ſpũalis eſt, quæ venditur & emitur. Et conſequenter ſimonia, nõ quia prohibita,ſed in ſe cõmittitur.Hęc de ſecũdo.

¶ Quò ad tertium ſatisfaciendũ eſt obiectis. Et ad primum(quod eſt fundamentum totius erroris) dr̃ primò,ꝙ peccat ſm non cauſam vt cãm. Dependentia nanque ex iure poſitiuo non eſt cã venalitatis,ſed negatio ſpiritualitatis,vnde ſpũalia, quæ ex iure poſitiuo pendent,venalia non ſunt:vt patet de conſecratione ſacrorum vaſorum & veſtium, & de benedictione nuptiarum,&c. Oportet ergo pro fundamento aſſumere,ꝙ titulus præbendæ eſt res temporalis,& non quia eſt de iure poſitiuo vt poſſit ſm ſe materia venditionis eſſe. Secundò dr̃, ꝙ aliquid eſſe de iure poſitiuo,contingit dupliciter. Vno mõ quo ad ſubſtantiam rei: vt ſunt officia temporalia, & alia huiuſmodi. Alio modo quò ad determinationem tantũ.Prima,quia ſunt totaliter ab homine,venalia ſunt:alia verò, quia ſecundum ſpũalem eorũ ſubſtantiam ſunt,& ab eccleſia tantum modificationem & determinationem recipiunt,venalitati repugnant. Rurſus,prima eccleſia pōt annullare, vtpote totaliter ſua opera:ſecunda verò pōt mutare,& aliter determinare. Vnde quamuis in poteſtate eccleſiæ ſit ſeparare à iure clericali determinationē præbendæ,quã accepiauit & ſtatuit:ſi tamē ſuſtinet,ex quo ſpũalis iuris determinatio eſt, vendi non pōt. Quēadmodum in poteſtate eccleſiæ eſt,ſubtrahere conſecrationem virginum quã determinauit: ſi tamen ſuſtinet,vendi non poteſt niſi ſimoniacè.

¶ Ad ſecundum ẽt dico duo. Primò, ꝙ loquẽdo de iure præbendæ,falſum ſupponitur ꝙ ſit res tpalis.Secundò,ꝙ loquendo de ipſa præbenda tpali,diſtinguendum eſt de connexione, quia connexio rei temporalis cum ſpũali(vt S.Tho. ibidem dicit) contingit dupliciter. Vno mõ, ꝙ temporale ſe habeat ad ſpũale vt ad conſequens,ita ꝙ temporale ordinatur ad ſpũale aliquod exercitium,& in his connexũ pōt vendi rõne tpalis,vt patet de calice.Alio mõ vt tēporale ſe habeat ad ſpũale,vt ad præcedens,ita ꝙ tēporale oritur & cõſeruatur ex ſpirituali, & in his connexum non poteſt vendi rõne temporalis. Tale autem eſt beneficium eccleſiaſticum;quoniã ex clericatus gradu,quo addictus quis eſt miniſterijs diuinis,ius innaſcitur præbendæ,& ſtante illo, præbendæ ſtipendium debetur diuino naturaliq; iure. Rõ aũt diuerſitatis huius inter hæc duo connexorũ genera aſſignatur ibidē,quia in iſtis in quib.temporale dependet ex ſpũali,intelligitur vendi ſpũale, in illis non. Et ratio eſt,quia paria ſunt vendere effectũ, & vendere cãm eius in fieri,& conſeruari(quum ex tali cã omnino pendeat effectus) ſed non eſt par vēdere rem & ordinem ad vſum illius,modo præbenda(vt dictum eſt)pendet ex ſpirituali in fieri & eſſe calix autem,& ſimilia non pendent ex ſpirituali vſu,ad quem ſunt ſacrata.Romæ die 28. Decembris. 1504.inchoante.

QVAESTIO. II.

Vtrùm emens & acquirens epiſcopatum,non intendendo ſoluere promiſſam pecuniam,ſit ſimoniacus.

QVæritur, Vtrùm emens, & acquirens epiſcopatum,non intendendo ſoluere promiſſam pecuniam ſit ſimoniacus.

¶ Et videtur quòd non. Tum quia peccatũ principaliter conſiſtit in voluntate: voluntas autẽ illius non fertur ad ſimoniam. Tum quia non ſequitur actus completus, traditio, ſcilicet temporalis pro ſpirituali.

¶ In oppoſitum Autem eſt: quia hic interuenit acceptio ſpiritualis, ſcilicet epiſcopatus ex pactione procedens, & conſequenter ſimonia: vt patet ex diffinitione ſimoniæ aſſignata per Hoſt. in titulo de ſimonia.

¶ Ad euidentiam huius dubitationis duo ſunt videnda. Primò, an ſecundũm rem ſit hic ſimonia. Secundò, an ſecundum eccleſiæ iudicium ſit hic ſimonia, ſacris canonibus punita, & excommunicata.

¶ Quò ad primum. quum actus exterior ad genus moris non niſi propter actum interiorem ſpectet, quũ ſimonia vitium morale ſit, oportet primò ipſam intus inuenire. Et quum non circa paſſiones ſed actiones liberas verſetur, in voluntate oportet eam primò inquirere. Vnde & in eius diffinitione dr̃, ꝙ eſt ſtudioſa voluntas, &c. vbi igitur deeſt omnino emendi voluntas, ibi emptio ſecundum veritatem non eſt. Sed in propoſito caſu, hic non intendit emere: nulla ergo eſt ſecundum rem emptio, ſed emptionis tantummodo ſimulatio. Et quia emptio, & vẽditio correlatiua ſunt, nec claudicare poſſunt. cõſequens eſt ꝙ nulla ſit hic venditio ſecundum rei veritatem, quamuis ſit venditionis affectus, cũ opere ſubſequuto, quantum eſt ex parte vendentis. Neq; enim intelligi poteſt, vt vendat quis nulli ementi, q̄uis fieri poſſit, vt velit & credat quis ſe vendere emente ſimulanti. Vbi aũt nec emptio nec venditio ſecundum veritatem eſt, ſecundum apparẽtiam, ibi nec ſimonia ſecundum veritatem eſt, ſed ſecundum apparentiam tantùm, ſi de ſpiritualib. agitur, vt in propoſito. Et qm̃ pęnæ iuris inſtitutæ ſunt cõtra ipſa vitia ſecundũ veritatem, non ſecundum apparentiam tantũ (non enim apparentes ſimoniaci, ſed ſimoniaci ſuſpenduntur & excõicantur: apparentia enim eſt conditio diminuens, ſicut pictura, non autem homo pictus eſt homo, & ita nec apparens ſimoniacus) idcirco in hoc caſu nulla incurritur cẽſura. Niſi quis dicat propter affectũ intẽtionis cũ opere ſubſequuto, venditorem tanquam ſimoniacum punitum cenſuris iuris: iuxta dicta extra de biga. nuper. & c. à nobis. Sed illud videtur ſingulare ius: non enim qui facit aliquid quod credit prohibitũ cenſuris excõicationis & irregularitatis, &c. contẽnens illas, incurrit eaſdẽ: & tamen in eo eſt affectus intentionis cum opere ſubſequuto. Quãuis aũt ſimulator hic à propria ſimonia & pęnis illius excuſetur: non excuſatur tamen à peccato mortali multiplici. Primò participationis cum ſimonia mentali vendentis, dando ad hoc operam efficacẽ. Secundò infamiæ propriæ: ſufficienter ſiquidẽ mentitur ſe ſimoniacum: ꝙ ſi contra proximum ageret, detractionis vitio non careret: quantò magis contra ſeipſum quem plus proximo diligere tenetur? Tertiò ſcãdali, manifeſtè ſiquidẽ dat occaſionẽ ſcandali alijs; vt patet. Quarto mendacij, dum fingit ꝙ non habet in corde. quod eſt ſecundum ſe prauum (vt dicitur tertio Eth.) nec vlla poteſt intentione rectè fieri. Quod quamuis veritati pernicioſè opponatur, ac per hoc officioſum videatur: ſecundum tamen veritatẽ propter prædicta pernicioſum eſt. Hæc de primo.

¶ Quò ad ſecundum, ſciendum eſt, quod nõ vertitur hic in dubium, an in iudicio eccleſiæ ſtaretur teſtibus, & non excuſationi iſtius ſimulatoris, qua diceret ſe finxiſſe: quoniam liquidum eſt ꝙ ſecundũ ea quæ exterius acta ſunt, eccleſia iudicaret. Sed ꝙ multis ingerit dubitationem, eſt, quia non eſt conſummatè perfectus actus exterior. Interuenit ſiquidem hic vltra pactionem datio & acceptio ſpiritualis: ſed deficit datio & acceptio temporalis, ſ. pecuniæ promiſſæ pro ſpirituali. Videntur enim canoniſtæ omnes dicere, ꝙ ad hoc vt incurratur ſimonia punita ab eccleſia, requiritur actus exterior. non tã tùm intentio aut pactio. ſed cum intentione & pactione executio: an aũt completa vel incompleta, non dicunt quantum vidiſſe me memini. Sciendum eſt igitur, ꝙ tria numerata, (ſ. intentio, pactio & executio) ita ſe habent ad ſimoniam punitam ab eccleſia, ꝙ quodcunque horum defecerit, non incurritur vere ſimonia punita. Si enim intentio deficit, vera ſimonia non eſt. Et ſi intentio eſt abſque alijs, mentalis tantùm eſt. Et ſi intentio cum pactione abſque executione eſt ſecundum Tancre. (vt refert gl. in c. tua nos. de ſimonia) vr̃ iſta ſimonia punita, quia ſola pactio apud ipſum facit ſimoniam Et ſatis rationabiliter vr̃ hoc dici: quia vbi eſt intentio cum pactione, ibi eſt vera venditio & vera emptio ſpiritualium, &c. & conſequenter vera ſimonia, & eſt exterius ſubiacens iudicio eccleſię. Vnde nulla apparet rõ, quare pęnas iuris ſtatim pactione facta ſimoniaci incurrere non debeant. Et confirmatur, quia ſimonia in contractu emptionis & venditionis conſiſtit in rei veritate: executio enim nihil aliud eſt, q̃ ponere in poſſeſſionem rei iam emptæ, & promiſſi pretij. Vnde nulla ratione cogente, ſed ſola authoritate veterum, creditur requiri tertium, ſ. executionem. Quod ex Hoſt. diffinitione apparet: inquit. n. ꝙ ſimonia eſt acceptio, vel datio ſpiritualis ex pacto temporalis, &c. proueniens. Vbi manifeſtè patet, ꝙ in ſimonia punita ab eccleſia pactum locatur vt cauſa, ipſa verò executio locatur, vt ſubſtantia ſimoniæ. Fatẽdo ergo ꝙ hæc tria requirantur, reſtat videre, an executio incompleta & claudicans ex altera parte, ſ. temporalium, ſufficiat. Et breuiter ex tribus colligo ꝙ ſic. Primò ex prædicta diffinitione Hoſt. quæ communiter acceptatur: in ea enim dr̃, ꝙ acceptio, ſiue datio ſpiritualis ex pactione rei temporalis, eſt ſimonia punita ab eccleſia: ergo. Secundò ex cõi dicto doctorum, ſ. ꝙ quando cõcurrit ex pacto collatio ſpiritualis, eſt ſimonia punita. nec vllus vnquam addidit, ꝙ requiratur acceptio etiam temporalis. Tertiò ex cap. ſi quis. de ſimonia, vbi expreſsè iudicatur ſimoniacus conferens ordinem ex pacto rei futuræ.

¶ Sed tunc inſurgit dubitatio, an ſit & ſimonia punita, ſi claudicat executio ex parte ſpiritualis, putà ille dedit ex pacto temporale, (puta pecuniã,) & hic accepit. ſed non dedit adhuc ſpirituale, putà epiſcopatum. In hoc ſiquidem caſu nulla interuenit datio aut acceptio ſpũalis, ſed intẽtio & pactio vtriuſque, executio aũt ſolius tpalis. Audirem libẽter deciſionem. Crediderim tamen ego, ꝙ non incurrant cenſuræ ex defectu executionis, Nec eſt eadem rõ de claudicatione ex hac parte & ex illa, quia ſpũale tenet principalem locum, & eſt ratio & radix totius repugnantię ad venalitatatem, & ideo penes illius executionem videtur attendi executio ſimoniaca. Quia ergo in caſu noſtro eccleſia pręſupponit ſimoniacam intentionem, & conſtat de pactione, & de acquiſitione ſpiritualis, & deficit tantùm executio temporalis pro ſpirituali, iudicabit eccleſia ſimoniam eſſe ſacris canonibus vetitam, & punitam, & vtranque partem excommunicatam. Hæc de ſecundo.

¶ Nec oportet aliter reſpondere ad in principio obiecta, quia ſatis patent ex dictis. Romæ die 4. Ianuarij, 1504.

QVAESTIO III.

Vtrùm vacante ſede, et quærentibus omnibus pontificatum per fas & nefas propter ambitionem & auaritiam, ac eccleſiæ ruinam liceat, viro probo & digno quærere pontificatum, adhibendo promiſſiones, et exhibendo temporalia & beneficia, &c pro ſuffragijs propter hunc finem, vt in ſede poſitus eccleſiæ proſit, & illam reformet.

QVæritur Vtrum vacante ſede & quærentibus omnibus pontificatum per fas & nefas propter ambitionem, & auaritiã ac eccleſiæ ruinam, liceat viro probo & digno quærere pontificatum, adhibendo promiſſiones & exhibendo temporalia & beneficia, &c. pro ſuffragijs, propter hunc finem vt in ſede poſitus eccleſiæ proſit, & illam reformet. Eſt autem ratio dubitandi, quia vtrique rationes ſunt.

¶ Quòd enim hoc ſit licitum, quadruplici ratione videtur. Primò quia cuius finis bonus eſt, Ipſum quoque bonum eſt: conſtat autem finem huius operis ſanctum eſſe: ergo.

¶ Secundò quia non magis obligant iura prohibentia huiuſmodi promiſſiones & emptiones, quã votum & iuramentum: ſed conſtat, q quando votũ & iuramentum ſeruata in publicæ vtilitatis damnum redundant, ſeruanda non ſunt quamuis alias iuſta & ſancta eſſent: ergo nec huiuſmodi leges ſeruari debent in tali caſu in quo eccleſiaſticę reip. ruina imminet manifeſte.

¶ Tertiò. Quia ſi hic interueniret aliquod peccatum, hoc non eſſet niſi ſimonia. Sed ſimonia hic non eſt. probatur: quia in beneficijs eccleſiaſticis ſimonia eſt de iure poſitiuo: vt multi canoniſtæ aſſerunt. Conſtat autem q nullum ius poſitiuum contra communem eccleſiæ vtilitatem ad eiuſque ruinam ſeruandum eſt: quoniam omnia (vt Bernardus inquit) ſtatuta tandiu ſeruanda ſunt, quandiu contra charitatem non militant: ergo, &c.

¶ Quartò quia vnicuique licet redimere vexationem ſuam, & proximi & præcipuè publicã: ſed in hoc caſu nihil aliud fit, niſi q redimitur vexatio propria & publica totius eccleſiæ: ergo licet.

¶ Pro oppoſita autem parte eſt, quia non ſunt facienda mala vt veniant bona: ſed emere ſpirituale eſt malum ergo non eſt faciendum propter quodcunque bonum.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis quatuor agam. Primò oſtendam diſtinctè in quo ſtat difficultas. Secundò, quia difficultas ſtat in duobus, reſpondebitur quo ad vnum illorum. Tertiò quo ad alterum. Et quartò ſatisfiet rationib. in contrarium.

¶ Quo ad primum, Sciendum eſt, q operationũ humanarum quinque ſunt genera. Nam prima diuiſione diſtinguntur in bonas, malas, & differentes. Et rurſus bonæ diſtinguntur in omnino bonas, & in bonas non omnino, & malæ quoq; diſtinguntur in ſecundum ſe prauas & in ſolitarie malas. Vnde fiunt quinque genera: duo bonarum, & duo malarum, & vnum indifferentium. Omnino bona opera ſunt, quæ non ſolùm bona ſunt, ſed non poſſunt male fieri, vt interior charitatis actus proprius: non enim poteſt quis Deum amare ex charitate, & tamẽ malè vt patet. Bona autem non totaliter ſunt, quæ licèt in ſeipſis bona ſint poſſunt tamen mala intentione fieri, vt dare eleemoſynam, colere Deum exterioribus ſacrificijs, &c. poſſunt enim hæc propter inanem gloriam fieri. Mala verò ſecundum ſe praua ſunt, quæ nulla poſſunt intentione bene fieri: vt mentiri adulterari & alia hmoi. Mala aũt ſolitarie vocãtur illa opera, quæ ſi ſola nudaque conſiderantur, nocumentum aliquod important, quæ tamen poſſunt tot circunſtantijs veſtiri, vt bona & ſancta ſint, vt occidere, mutilare aut priuare hominem rebus ſuis. Hæc enim ſi ſola conſiderantur, cu vnde bona ſint non habeant, mali rationem prætendunt pro quanto mala proximorum afferunt: & tamen ſi hęc fiant propter bonum publicum ab habente authoritatẽ, ſeruato iuris ordine, &c. iuſta & ſancta redduntur. Indifferentia demum opera ſunt, quæ ſecundũ ſuã ſpeciem nec boni nec mali rationem habent: vt leuare feſtucam de terra. His aũt ſtantibus liquet, q actus iſte, de quo diſputamus, ſ. dare aliquid tpale pro epiſcopali ſede habenda, ſecundum ſe non eſt in genere bonorum nec indifferentium, quum ſit prohibitus. Sed dubium eſt, an contineatur in genere malorum quæ ſunt ſecundum ſe praua, an inter ea, quæ ſunt mala ſolitarie. Si enim eſt ſecundũ ſe prauus, nulla intentione, nullaque circunſtantia poterit fieri licitus, de talibus enim malis intelligitur illud Apoſtoli, Non ſunt facienda mala, vt veniant bona. Si aũt nudè ſumptus ſpeciem hẽt mali honeſtabilem per adiunctas circunſtantias, poterit aliqua intentione & rone rectus reddi: quia ſit prohibitus, quia vt plurimum male fit. Vt aũt manifeſtetur, in quo genere contineatur priùs diſtinguere oportet in quot ſpeciebus locari poteſt operatio propoſita. Poteſt quidem reponi in ſpecie duplici ſ. emptionis vel quaſi emptionis, & in ſpecie redemptionis. In ſpecie quidem emptionis aut quaſi, inquantum datur vel promittitur pecunia pro ſuffragijs habendis. In ſpecie verò redemptionis, inquantum promittitur vel datur pecunia pro redimenda vexatione eccleſiæ aut propria. Vnde ad hæc duo vniuerſa qo ducit, an ſ. emptio talium ſuffragiorum aliquo caſu ſit licita vel an hic habeat locum redẽptio vexationum: altero enim horum modorũ oportet ſaluare actum iſtum, ſi licitus eſt. Vnde ſi emptio eſt illicita, & redemptio non haberet locum, non video tertium modum quo quis fingeret actum iſtũ bonificari poſſe. Hæc de primo.

¶ Quò ad ſecundũ dico, q actus iſte eſt ſimoniacus. Quod probo ſic; In epatu ſunt multa appetibilia, vt habes a S. Th. in 2. ſec. q. 185. puta cura animarum, excellentia gradus, ſufficientia tẽporaliũ, &c. quæ quãtũ ad propoſitũ ſpectat, ad duo reducunt, ſ. ad titulũ paſtoralẽ, & titulũ præbendæ cõputando cum præbenda omnia tpalia, honorem, gloriã, &c. Aut iſte vir probus & dignus pontificatu, intendit directè ad acquiſitionem authoritatis paſtoralis, aut ad titulũ præbendæ. Si intendit directè emere ſuffragia pro titulo præbendæ, tunc inſurgũt diuerſæ canoniſtarũ opiniones: credentib. quibuſdã hoc eſſe ſimoniacum, quia prohibitũ: alijs verò prohibitum quia ſimoniacum. De qua difficultate erit qo ſpecialis poſt: quia in propoſito conſtat, q non refert, quæ harum opinionum ſit vera. Ex caſu nanq; propoſito patet, q iſte non directè intendit ad acquiſitionem temporalium: ſed directa & principalis intentio eius eſt acquirere epalem poteſtatẽ, qua poſſit reformare eccleſiã. Si ergo intendit directè ad paſtoralẽ authoritatem manifeſtè & ſtatim liquet, q intẽdit directè emere ſuffragia pro ſpũali authoritate habenda: & conſequenter ſecundũ oẽs cõmittit ſimoniã, nõ iuris poſitiui, ſed diuini. Authoritas nãque qua cura hr animarum, qua præſul populo prodeſt, quaue conſeruari, ac reformari eccleſiaſticum

corpus poteſt, eſt ſpiritualis, & à Chriſto data Petro quum dixit, Paſce oues meas. Et confirmatur, quia iſta duo obiecta, ſ. paſtorale officium, & titulus præbendæ oppoſito modo ſe habent reſpectu intentionis, & reſpectu emptionis Reſpectu nanq; intentionis vituperatur titulus præbẽdæ, quia auaritiæ, aut ambitionis eſſe videtur affectus epiſcopatus pp annexa temporalia, Commendatur autem paſtorale officium: quia charitatis eſt velle aliorum incumbere ſaluti. Sed reſpectu emptionis magis vituperat paſtorale officium, quàm præbenda: quoniam illud eſt materia nullo mõ vendibilis, hæc autem aut eſt aliquo modo vendibilis, aut màgis appropinquat ad naturam rerum venalium. Vnde emptio in caſu propoſito, quamuis videatur hæc in ſe quandam pietatis ſpeciem ex intentione benè vtendi paſtorali authoritate, eſt tamen ſecundum genus ſuum grauius ſimoniæ peccatum, quàm intendentis emere ſuffragia propter annexa temporalia, quia actus emptionis cadit ſuper materia magis repugnante. Et quia omnis actus moralis tranſiens ſuper materia ſibi repugnante eſt ſecundum ſe prauus, conſequens eſt, vt actus iſte ſit ſecũdum ſe prauus: ac per hoc nulla poſſit rectitudine intentionis bene fieri. Hæc de ſecundo.

¶ Quò ad tertium, an. ſ. redemptio vexationis hic habeat locum, diſtinguo: quia aut eſt ſermo de redemptione vexationis propriè. Et de hac dico, ꝙ non habet locum: quoniam ſecundum ſanctum Th. & communiter doctores, in conſequutione beneficiorum redemptio vexationis propriè non habet locum ante ius acquiſitum: conſtat autem ꝙ huic non eſt acquiſitum pontificatus ius. Aut eſt ſermo de redemptione vexationis eccleſiæ. Et de hac dico, ꝙ poſſet habere locum in propoſito, ſi vna circunſtãtia amoueretur: quia eccleſiæ debetur bonus & dignus paſtor: nec eſt dubium, ꝙ ſit illi ius quæſitum de hoc, & ꝙ electores tenẽtur ſibi prouidere de tali capite, & excellentis eſſet charitatis, ſi volentib. electoribus caput pernicioſum eligere, pecuniam quis eis daret, ne tam immane ſacrilegium committerẽt ſicut volentib. materiale templum ſpoliare, pecunia laudabiliter datur, ne hoc faciant, & incidentes in latrones, licitè offerunt pro vita aut libertate redimenda pecuniam, & ſi iuramento ſe obligent ad aliquid eis dandum, tenentur ſeruare promiſſum. Tãtò autem magis in caſu noſtro licitum & laudabile eſt, pecuniam dare & promittere, quantò vita ouiũ Chriſti omnib. reb. temporalibus præponenda eſt: quum pro his Dominus animam poſuerit, cæteriſque ponendam mandauerit non ſolùm exteriorem ſubſtantiam, ſed vitam quum oportuerit. Circunſtantia autem auferenda eſt velle ſedem epiſcopalem pro ſeipſo, ſiue pro quocunque alio in particulari, cui ius quæſitum non eſt. Hæc nanq; circunſtãtia reliqua polluit. Et ratio eſt, quia redemptio vexationis (vt eius nomen ſonat) non importat acquiſitionem boni, niſi iure debiti, & excluſionem mali iniuſte illati, aut inferendi. Eccleſiæ autem vexatio ſatis redimitur, ſi malum non eligunt, ſi bonus, & dignus, non autem hic, vel ille eligitur. Quocirca quãuis liceat, & ſanctum ſit, auaris electoribus aliquid dare, vt bonum, & dignum in communi eligat (quia eiuſdem rõnis eſt dare, ne malus eligatur, & vt bonus eligatur, propterea ꝙ minus bonum, q̃ opus ſit mali rationem habet) non tamen dare licet, vt iſte vel ille bonus & dignus eligatur. Et propterea quũ in caſu propoſito quæratur pontificatus a viro digno pro ſeipſo, conſequens eſt ꝙ hic non quærit redimere vexationem eccleſiæ, ſed ſuam: & quia hoc non licet, igitur caſus iſte nunquam eſt licitus.

¶ Sed inſurgit tunc dubium: quia dicere quiſpiã põt, ꝙ in tali caſu ſunt duo actus diſparati: ſ. datio pecuniæ, & petitio pontificatus pro ſe: & ꝙ pecunia datur pro redimenda vexatione eccleſiæ nõ ꝓpria, & ſeorſum petitur pontificatus pro ſe digno propter vtilitatem eccleſiæ & paſtum ouium Chriſti. Fateor ingenuè, ꝙ ſi ſic fieret, ꝙ liceret, & ab excellentiſſima hoc charitate procederet.

¶ Aduertenda tamen ſunt hic tria. Primò, ꝙ in caſu propoſito non eſt ſic, quia acquiſitio pontificatus pro ſe proponitur cadere ſub conuentione pecuniæ datæ aut dandæ: q ꝛ aũt actus iſti ſunt diuiſi, oportet ꝙ ſeorſum fiat redẽptio vexationis eccleſię & ſeorſum petitio pontificatus fiat rogando abſq; oi conuentione. Vinculum tamen iuri addere liceret, ſi tamen in æquè bonum & dignum, aut meliorem non mutaretur ſententia: non enim licet ponere obicem Spũi ſancto & eccleſiæ libertati ad æquè bonũ, aut ſaltẽ ad meliorem. Secundò, ꝙ quia ſæpè mens ſibiipſi mentitur (vt Greg. dicit in paſtorali) & fingit ſibiipſi de bono opere amare quod non amat, ſolertiſſimè, & ſolicitiſſimè & cautiſſimè ſcrutandũ eſt, quo quis animo monetur, & (vt idẽ Greg. in hom. Pentecoſtes dicit) de dilectione Cõditoris & proximorũ propter eum, non mens tantũ, ſed manus requiratur. Si enim quis in minorib. conſtitutus coaceruauit diuitias, nec proximis egentib. diſtribuit, quõ nunc tam repentè tanta affluit charitate, vt pro ſola eccleſiæ vexatione redimenda omnia dare velit? Signum aũt infallibile ad ſciendũ quid ipſum moneat, eſt, ſi in veritate daret omnia illa q̃ dat pro redimenda eccleſiæ vexatione, ẽt ſi alius fieret Pontif. æq; bonus aut melior. Nã ſi non daret, conuincitur, ꝙ pro ſeipſo, aut illo ſublimando ſoluit, & non tantũ pro eccleſiæ redẽptione. Tertiò, ꝙ in caſu propoſito fit mentio nõ ſolũ de pecunia, ſed de beneficijs eccleſiaſticis. Non. n. ẽt pro ſola redẽptione vexationis eccleſię licet dare beneficia eccleſiaſtica indignis: quales ſupponuntur eſſe auari electores. Dare enim eccleſiaſticum beneficium indigno, eſt actus ſ̃m ſe prauus, & nulla põt excuſatione aut intentione rectè fieri. Vnde ſicut non licet dicere mendacium pro ſaluanda eccleſia, ita nõ licet dare eccleſiaſticum beneficium indigno. Quare concludendo, caſus iſte, vt proponitur, omnino eſt illicitus, poteſt tamen, diuidendo actum redemptionis ab actu petitionis, licitè fieri, pecuniam, non eccleſiaſtica beneficia dando. Hæc de tertio.

¶ Quò ad quartũ reſpondendum eſt obiectis. Et ad primum dicitur, ꝙ illa maxima tenet in non malis. ita ꝙ cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonũ eſt, ſi non ſit de genere ſecundum ſe prauorum. Nõ enim furari eſt bonum, ſi fiat propter eleemoſynam largiendam, quia eſt ſecundum ſe prauum. Sic autem eſt in propoſito, quia talis emptio eſt ſecundũ ſe praua, vt patet ex dictis.

¶ Ad ſecundũ dicitur, ꝙ ratio illa deficit in duobus. Primò, quia hic loquimur de actu ſecundum ſe malo: iuramentum autem & votum tunc nõ ſunt implendà, quando ſunt reſpectu minùs boni: aliud eſt enim prætermittere minùs bonum & aliud eſt cõmittere ſ̃m ſe malũ. Secũdò, quia ſimonia iſta (vt patet ex dictis) eſt directè reſpectu ſpiritualium, ac per hoc totaliter ſub iure diuino tantùm. Vota autem & iuramenta partim ex iure diuino, partim humano pendent, & ideo maius eſt vinculum huius prohibitionis, quàm voti & iuramenti.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ hic non eſt ſermo de ſimonia reſpectu tituli præbendæ, de qua eſt dubiũ inter canoniſtas, ſed reſpectu ſpiritualis poteſtatis directæ, quæ non vertitur in dubium.

¶ Ad quartum iam ex dictis patet, quomodo liceat eccleſiæ vexationem redimere: quomodo poteſt hic interuenire, & quomodo non. Romæ die 26. Decembris, 1504. inchoante.

TRACTATVS DECIMVS
De vſu ſpiritualium, cuius eſt vnica quæſtio.

QVAESTIO.

Num quilibet vtens ſpirituali in peccato mortali, peccet mortaliter.

QVæritur, vtrùm quilibet vtens ſpirituali in peccato mortali peccet mortaliter.

¶ Videtur, quod ſic. Primò, quia indignè exequens officium prælationis, peccat, ergo par eſt de alijs ſpiritualibus officijs ratio.

¶ Secundò, quia miniſter debet conformis eſſe principali agẽti, Deus autem & eccleſia, cuius ſunt miniſtri Officiales ſpirituales, ſancti ſunt: ergo, &cæt.

¶ Tertiò, quia docere ſacram Scripturam ex officio, ſiue prædicando, ſiue legendo, ſiue corrigendo ſiue, &c. peccatum mortale dicitur. ergo, &c.

¶ In oppoſitum eſt, quia ſequeretur quòd qui tenentur ad horas canonicas, & cantores in choro, & prælati dando licentiam vni fratri eunti ad emendum panem, ſi eſſent in peccato mortali, peccarent mortaliter: quod non ſolùm durum, ſed diſſonum ſatis eſt.

¶ In hac quæſtione, quæ propter verba diui Thomæ mota eſt, primò rem tractabo: Secundo ad verba ſancti Thomæ deſcendam.

¶ Quò ad primum, ſciendum eſt, ꝙ ex duplici capite pendere poteſt, quòd peccator exercens ſpiritualem actum ſecundum ſe licitum, propter finẽ debitum, &c. peccet. Primò ex parte ſanctitatis ipſius actus. Secũdò ex parte ſanctitatis officij, ſeu poteſtatis, qua vtitur. Et ſi quidem actus ſanctitatem attendamus, cum cõſtet quòd non quilibet ſanctus actus malè agitur à peccatore (vt patet de oratione, voto, iuramento, eleemoſyna, &c.) diſtinguere oportet. Similiter cùm conſtet, quòd non quodlibet ſacrum officium malè exercetur à peccatore (vt patet de officio clericali officiando eccleſiam, & in exactione decimarum: ius enim decimarum ſpirituale eſſe conſtat a S. Tho. in Secunda ſecundæ. quæſt. 87. ar. 3.) diſtinguere quoq; hic oportet. Et quoniã potẽtia eſt propter actum, diſtinguatur cum S. Th. ex 3. parte. quæſt. 64. art. 5. actus ſanctus in duo genera. Quidam enim ſancti ſunt, quia conſecratione aliqua ſanctificati, & hi propriè ſunt actus ſacramẽtorum. Quidam verò ſunt ſancti, quia ſunt ſecundum ſe mundi, & ad Deum ordinati, & hi ſunt omnes actus virtutum. Et proportionabiliter officia ſeu poteſtates duplicis generis ſunt: nam quædam in conſecratione conſiſtunt, vt patet de poteſtate ordinis: & quædam non, vt patet de poteſtate iuriſdictionis eccleſiæ.

¶ His præmiſſis, pono duas concluſiones. Prima eſt, Quilibet exiſtens in peccato mortali vtens ſacro officio ſecundum actum ſanctum, id eſt conſecratione aliqua ſanctificatũ, peccat mortaliter peccato ſacrilegij. Et ratio eſt, quia quantum eſt in ſe, polluit ſancta, quamuis incontaminabilia ſecundũ ſe ſint ſacramenta. Et hæc concluſio communiter cõceditur, habeturque in 4. ſenten. diſt. 5. & in Tertia parte. quæſt. 64. art. 6. Secunda eſt: Exercens in peccato mortali actus ſanctos, id eſt iuſtos quoſcunq; non conſecratos tamen, non peccat mortaliter. per ſe loquendo. Et probatur hæc concluſio: primò, quia ſi hoc eſſet peccatum eſſet ſacrilegium: ſed hic ſacrilegium eſſe non poteſt, cum ſacrum propriè nullũ ſit. Et ſi dicatur, ꝙ licet non ſit ſacrum aliquod ex parte actus, eſt tamen hic ſacrum aliquod ex parte officij puta prælationis, vel miniſterij Chriſti & eccleſiæ: Nihil obſtat, quia cum potentia ſit propter actum nullus potentia, vt ſacra, vtitur, qui ſacrum actum non exercet, ſacrilegium autem tunc tantum committitur, quando contra ſacrum, vt ſacrum eſt, agitur. Secundò, quia ſi in huiuſmodi exequutionibus peccatoris eſſet per ſe peccatum mortale, non eſſet in quibuſdam ſic, & in quibuſdam non: ſed aliquod vniuerſale oportet inuenire, cui hoc per ſe conueniat.

¶ Et ſi diligenter attendamus diſtinctionib. factis, ad hæc oportet venire: oportet nanque aut ex ſanctitate actus tantum (puta tangere corpus Chriſti) aut ex ſanctitate officij tantum, (vt exigere ſuas decimas) aut ex ſanctitate vtriuſque peccatũ mortale oriri. Sed ex ſanctitate actus tantùm hoc nõ eſt, etiam ſi conſiſtat in ſanctitate conſecrata. quia licet peccatori tangere corpus Chriſti, leuãdo ipſum de luto, & baptizare in caſu neceſſitatis ſine ſolennitate. Nec ex ſanctitate officij tñ, quia oportet actũ ipſũ eſſe ſanctũ, alioquin Epiſcopus aut Curatus exigẽdo debita ſubſidia, ſi eſſet in peccato mortali, de nouo peccaret, quia officij ſui actum exequitur, hoc autem eſt ridiculum. Ergo ex ſanctitate vtriuſque. Et cum non ex ſanctitate largè ſumpta (quoniam ſic non liceret peccatorem clericum orare: quoniam officij ſancti opus eſt ſanctum) relinquitur, quòd ex ſanctitate ſtrictè in conſecratione conſiſtente ratio peccati ſumatur. Dixi autem, per ſe loquendo, quoniam etiam orare in peccato mortali, eſt peccatum mortale per accidens, vt patet in celebrãdo miſſam in peccato mortali. Hæc de primo.

¶ Quo ad ſecundum verba diui Tho. in 4. d. 5. & diſt. 19. ar. 1. quæſt. 2. & in Secunda ſecundæ. q. 33. artic. 5. & quæſt. 60. art. 2. ad tertium. & in Tertia par. quæſt. 64 arti. 6. & ſpecialiter ad primum, conſona non videntur. Nam in ſententijs durè nimis loqui videtur, & prælatum expreſſe dicit peccare corripiendo, & omne aliud proprij officij exequendo, ſi eſt in peccato mortali. In ſumma expreſſè dicit peccatorem corrigere abſque nouo peccato, ſi humiliter hoc facit, & ſimiliter iudicem non peccare arguendo & iudicando, & vtrunque ſuper eadẽ Aug. autoritate fundat: Si enim peccatorem prælatum iſta facere eſſet ſecundum ſe peccatum mortale, nulla humilitas ſtans cum peccato mortali, faceret, vt eſſet licitum, vt hic docemur. Et in tertia parte, vbi ſuprà, docuit nos illam diſtinctionem de duplici ſanctitate tam actus, quàm miniſtri. Et per illam oſtendit, quòd peccatores miniſtrantes Deo in operibus charitatis non peccant, & tanti eam facit, vt vtatur ipſa iuxta illam regulam, Si affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis, & èconuerſo: dum ex negatione ſanctitatis conſecratæ infert negationem peccati in miniſtro peccatore, & ex affirmatione conſecratæ ſanctitatis, infert affirmationem peccati in miniſtro peccatore. Et quia ſuper hoc tota hæc deciſio fundatur, optima cẽſenda eſt: procedit enim ex per ſe cauſa.

¶ Ex quibus credo ego, quòd dicta in ſentẽtijs ad doctrinam in ſumma traditam tanquam reſolutiorem ſint reducenda, & non èconuerſo. Vnde cùm omnes actus in arguẽdo aliari ſint ſancti, quia

ſunt actus virtutum, & non conſecrati(vt patet diſcurrendo in ſingulis) eos in peccato mortali exercens, per ſe loquendo, non mortaliter peccat, niſi prædicatio excipiatur, quia eſt actus ſacerdotis, aut diaconi: quãuis hęc excepiio non neceſſaria videaẗ, quia prædicatio non eſt actus ordinis, per ſe loquẽdo, & conſequenter cum non ſit niſi ſecundo modo actus ſanctus: idem vĩ de ipſo & alijs iudicium: non tamen ex æquo: quia pręcipuus eſt paſtoris actus: dicente Chriſto in inſtitutione pontificatus Petro, Paſce oues meas. Et cõfirmatur hoc de prædicationis miniſtro, quia in ſynagogis Iudæorum & templo ẽt non Sacerdotes, aut Leuitæ prædicabant: alioquin non fuiſſet Chriſto permiſſum prædicare. & Act. 13. non fuiſſet à principibus Synagogæ requiſitum, & conceſſum, quòd Paulus prædicaſſet in ſynagoga. Cùm hoc tamẽ ſtat ꝙ forte prædicare ex officio (ſicut epiſcopus prædicat) cum ſolennitate, ſit mortale: ſicut baptizare ex officio, vt S. Tho. dixit.

¶ Ad rationem ergo primam (quæ in 4. ſen. mouit autorem) dicitur, ꝙ indignè pro nunc ſumitur dupliciter: ſ. priuatiuè, & contrariè, & ꝙ indignè priuatiuè exequens non ſemper peccat, ſed nõ meretur id quod priuatiua dignitas adimit. Indignè autem contrariè faciens aliquid, peccat: ſed tunc hoc reſtat probandum, ꝙ pręlatus exequens officiũ ſuum quo ad actus charitatis & iuſtitiæ, ſ. corrigere docere, &c. indignè agat contrariè. Quid enim cõtra ſanctitatem horum actuum facit perſonæ macula, non dico manifeſta aut ſcandaloſa, ſed abſolutè ipſa macula peccati? Certè nihil video, niſi quòd priuat illos actus bonitate meritoria, quod non eſt de nouo peccare mortaliter. Nec author ibidem ex hac ratione concludit peccatum mortale, ſed peccatum tantùm, vt patet intuenti. Hanc autem rationem ipſe modificauit in tertia parte quaſi addens, ꝙ tunc eſt indignus contrariè, quando eſt reſpectu actus ſancti: id eſt conſecratione myſtica ſanctificati. Et in Secunda Secundæ ad propoſitum idem, ſ. de correctione fraterna, explanauit ꝙ reddit ipſũ correctore indignum, ſic quod quoddam impedimentum correctioni proximi confert. non tamen tale, ꝙ per humilitatem peccatoris non poſſit ſuppleri ſeu honeſtari. Vnde actus iuriſdictionis quorumcũque prælatorum & ſuperiorum, & actus per accidẽs miniſtrorum ordinis & vniuerſaliter non conſiſtentes in conſectatione aliqua a peccatoribus exercitari, non pariunt per ſe nouum peccatum mortale. Miniſtratio autem ſacramentorum, & eorum ſuſceptio puritatem à mortali crimine exigit. Verùm ſcito quòd nec verè contritus, nec credens ſe contritum, quia diligenter, & ſi non ſufficienter, diſcuſſit ſeipſum cenſetur in peccato mortali quo ad hęc exiſtere: alioquin quilibet qui peccauit mortaliter, exponeret ſe periculo peccãdi mortaliter, cum ad miniſtrandum aut ad ſuſcipiendum ſacramenta accedit: cum nemo ſciat, vtrum odio vel amore dignus ſit: & hoc expreſsè ſentit S. Tho. in 4. diſt. 9. &c.

¶ Et per hæc patet reſponſio ad obiecta. Romæ die 24. Auguſt. 1506.

TRACTATUS UNDECIMUS

De voto non nubendi, & de nouitijs, in tres quæſtiones diuiſus.

1 *Num votum non nubendi æquiualeat voto caſtitatis.*

2 *Num emiſſurus profeſſionis votum, poſſit abſolutè renunciare propinquijs hæreditatem, quam probabiliter dubitat malè adepto ære infectam.*

3 *Num per votum, quo quis promittit offerre aliquid alicui particulari imagini beatæ Virginis, ſit acquiſitum ius illi Eccleſiæ.*

QVAEST. PRIMA.

Num votum non nubendi æquiualeat voto caſtitatis.

QVæritur, vtrùm votũ non nubendi æquiualeat voto caſtitatis.

¶ Et videtur ꝙ non. Primò, Quia minus non æquiualet maiori. Sed votum caſtitatis maius eſt, quàm non nubendi: ſicut ſeruare caſtitatem plus eſt quàm non nubere. ergo.

¶ Præterea, duorum conuertibilium quicunque deſtruit vnum, deſtruit & reliquum: ſed committẽs fornicationem agit contra votum caſtitatis, & non contra votum nubendi: ergo hæc duo non conuertuntur.

¶ Reſpondeo, Quòd hæc quæſtio duplicem ſenſum habere poteſt. Primò, vtrùm hæc duo vota ſimpliciter æquiualeant. Secundò, vtrùm æquiualeant quo ad indiſpenſabilitatem, aut incommutabilitatem, ita ꝙ nulla autoritas poſſit in alterum, quę nõ poteſt in reliquum.

¶ Et in primo quidem ſenſu licèt prima fronte propter argumenta adducta videatur, quòd non æquiualeant, attentius tamen conſiderantibus apparet, quòd diſtinguẽdum eſt de uoto. Poteſt enim dupliciter ſumi, vt placet Theologis in 38. diſtinctione primi. Vno modo propriè alio modo communiter. Voti ſiquidem propriè ſumpti materia tãtummodo eſt bonum ſupererogationis, eo quòd de ratione voti eſt, quòd ſit de meliori bono. Voti verò communiter materia, eſt etiam bonum, ad quod quis aliàs tenetur, non inquantum huiuſmodi, ſed inquantum voluntarium, vt patet de voto in Baptiſmo emiſſo. Si ergo loquamur de voto caſtitatis propriè cùm ſub tali voto non cadat, niſi caſtitas ſupererogationis, quæ nihil aliud excludit niſi coitum matrimonialem (quia ad ſeruãdam extra matrimonium caſtitatem quilibet ex præcepto tenetur) conſequens eſt, quòd tale votum & votum non nubendi æquiualent. Si verò loquamur de voto caſtitatis communiter, cum ſub tali voto claudatur omnis caſtitas, conſequens eſt quòd tale votum, & votum non nubendi non æquiualent, ſed longè maius eſt votum caſtitatis.

¶ In ſecundo verò ſenſu quid tenendum ſit, ex modò dictis concludendum eſt. Quidam enim, quia ſedi apoſtolicæ vltra illa tria vota peregrinationis, duo tantùm inueniuntur reſeruata, ſcilicet religionis & caſtitatis, & reſeruationes non ſunt amplandæ, ſed potiùs reſtringendæ (quaſi odioſa prælatis, quorum authoritas reſtringitur,) & votum caſtitatis omnem coitum ſecundum communem loquentium vſum excludere intelligitur, credunt hæc vota non eſſe æquè incommutabilia, ſed in voto non nubendi epiſcopum, in voto verò caſtitatis ſolùm Papam diſpenſare poſſe.

¶ Sed opinio hæc à veritate lõgè eſt, quod tripliciter ꝓbaẗ. Primò, quia hæc duo vota æquiualent quo ad id qđ ꝑ ſe & ſimpliciter ĩ voto caſtitatis, abſolutè loquẽdo, iueniẗ. ſub voto n. caſtitatis, abſolutè loquen-

tè loquendo, cadit caſtitas ſupererogationis per ſe & ſimpliciter: vtpotè tanquam ad quod inſtitutum eſt: caſtitas autem ad quam omnes neceſſariò tenẽtur, non cadit, niſi fortè ſecundum quid: conſtat autem ꝙ in voto non nubendi clauditur tota caſtitas ſupererogationis. Relinquitur igitur, ꝙ eiuſdem rationis eſt diſpenſare vtrunq;. Secundo quia votum caſtitatis intantum eſt reſeruatum Papæ, inquantũ eſt ab eo diſpenſabile. Non eſt autem diſpenſabile, niſi quo ad caſtitatem ſupererogationis: in qua eiuſdem rationis eſt cum voto non nubendi. Ergo hæc duo vota inquantum diſpenſabilia non ſolũ æquiualent, ſed ſunt idem: nihil eñim aliud diſpenſando in voto caſtitatis concedit Papa, niſi nubere. & pro nullo alio obtinendo vult ſe adiri ſedes apoſtolica ab habentibus votum caſtitatis, niſi pro coniugio. Vnde dicere, votum non nubendi non eſſe reſeruatum, vt votum caſtitatis, eſt propriam ignorare vocem. Tertiò quia niſi aliunde ad oppoſitum q̃;q; cogamur, verba iuris propriè interpretanda ſunt. Alioquin nulla poſſet expoſitio certa haberi: ſed omnia ambigua eſſent, dum propriè vel impropriè intelligi dubitaretur. Voti autẽ nomen (vt ex dictis, & ex ſuo proprio fine, ad quem inuctum eſt, patet) obligationem ad ea, quæ ſupererogationis ſunt, propriè importat: nulla enim eſt neceſſitas votiuæ obligationis ad ea, quæ ex præcepto tenemur. Vnde applicatum ad materiam veneream, dicendo votum caſtitatis, obligationem ad abſtinendum à venereis quæ licuiſſent, propria ſignificatione inſinuat. Quũ ergo reſeruatum Apoſtolicæ ſedi dicitur, propriè ſumitur. Sic autem æquiualere, imò idem eſſe ꝙ votum non nubendi, oſtenſum eſt. Relinquitur ergo ꝙ vtrumque apoſtolicæ ſedi eadem ratione & reſeruatione reſeruatum eſt. Nec fit hic aliqua reſeruationis ampliatio: nec vocabula extra communem vſum doctorum trahuntur, quamuis vulgares largius loquantur.

¶ Ad vtranque Autem rationem in oppoſitum ſimul dicitur, ꝙ nihil aliud concludunt, niſi quòd votum caſtitatis largè ſumptum, & votum non nubendi, non æquiualẽt ſimpliciter: quod (vt ex dictis patet) non contrariatur determinationi noſtræ: qua diximus, ꝙ votum caſtitatis propriè, & votum non nubendi, ſimpliciter æquiualent, & quòd votum caſtitatis, abſolutè loquendo, & uotum non nubendi, quò ad diſpenſabilitatem vel indiſpenſabilitatem æquiualent. Mediolani, die 18. Decembris. 1500. In ſancta Maria Graciarum.

DE NOVITIIS.

QVAESTIO II.

Num emiſſurus profeſsionis votum, poſsit abſolutè renunciare propinquis hæreditatem, quam probabiliter dubitat malè adepto ære infectam.

Quæritur, Vtrùm emiſſurus profeſſionis votum, poſſit abſolutè renuntiare propinquis hæreditatem, quam probabiliter dubitat malè adepto ære infectam.

¶ Et videtur ꝙ ſic. Primò, quia vnuſquiſque poteſt liberè vti iure ſuo, etiam ſi inde alterius dãnum ſequatur. Ius autem renuntiandi competere cõſtat tali nouitio, qui nondum adijt hæreditatem: poteſt igitur iure huiuſmodi vti.

¶ Præterea, Nullus tenetur conſtituere ſe debitorem alteri, niſi propter aliquam acceptionem, aut rem acceptam. Conſtat autem ꝙ in hoc caſu nouitius adhuc nullo modo concurrit ad aliquem acceptionis modum, nec res peruenit ad eum, quamuis ſit in potẽtia proxima ad perueniendum ad ipſum. Et adeundo hæreditatem infectam, conſtitueret ſe debitorem his, à quibus res iniuſtè extortæ ſunt: ergo non tenetur ipſam acceptare.

¶ Et confirmatur, quia hæreditati grauatæ debitis nouitius indubiè poſſet renuntiare & non ſe cõſtituere debitorem: ergo hæreditate obnoxia multis reſtitutionibus idem poterit: neque enim magis ad hæc, quàm ad illa tenetur: imò ſecundum quoſdam, ſolutio debitorũ ex mutuo, vel emptione, &c. præcedit reſtitutionem malè ablatorum.

¶ Præterea In profeſſione religionis homo moritur mundo, ac per hoc debet abdicatis omnibus ſolicitudinibus ſæculi huius in nouitatem ſe vitæ transferre. Conſtat autem quòd ſi reſtituendi in ſe onus ſuſcipit, continget multa opus eſſe ſolicitudine, rebus præſertim dubijs extantibus: tum videndo, & examinando ratiocinia multa antiqua & diſformia: tum in rerum venditione, vt poſſit ex pretio ſingulis ſatisfieri: tum in creditorum infinitorũ inueſtigatione, & alijs quamplurimis, quæ cum religioſi animi quiete non ſtant.

¶ Oportet ergo, ſi renuntiare nõ poteſt aut profeſſum ſolicitari circa ea, quæ mũdi huius ſunt, multo tempore, aut paternam obligationem obicem ſibi eſſe ad profeſſionis holocauſtum offerendum. Quorum vtrunque videtur inconueniens: quum Beatus Matthæus, qui rapere ſolebat aliena, teſte Beda, relictis omnibus ſecutus legitur Dominum, Lucæ 5. ſic quòd vt gl. dicit, etiam rationes incompoſitas dereliquit: ergo.

¶ In oppoſitum eſt, quòd ius naturæ expreſſum à Domino, Matthæi 7. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, hæc eadem illis faciatis, inuiolabiliter ſeruandum eſt. Conſtat autem, quòd ipſe nouitius ſi eſſet in ſtatu creditorum, à quibus res iniuſtè extortæ ſunt, vellet regulata voluntate ſibi ſatisfieri à bene diſpoſitis ad reſtituendum, & non remitti ad mundanos, qui naturaliter abhorrent reſtituere: ergo & ipſe debet hoc facere alijs.

¶ Reſpondeo, Cum diſtinctione: & dico quatuor. Primò, quòd ſi propinqui ad quos poſt renuntiationem perueniret hæreditas, ſunt tales quòd indubiè credantur reſtituturi, quando, quantum, quibus, &cæt. debetur, poteſt nouitius abſolutè renuntiare, Inſinuando illis propinquis dubitationem, quam habet, & vnde eam concepit, &cæt. Secundò, quòd ſi propinqui prædicti ſunt tales, quòd indubiè credantur, nunquam, aut quaſi nunquam reſtituturi, non poteſt nouitius abſolutè renuntiare. Tertiò, quòd ſi propinqui medio modo ſe habent, ſcilicet quòd dubitetur, an reſtituent vel ne; non poteſt nouitius abſolutè renuntiare. Quartò, quòd in his duobus vltimis caſibus, & vniuerſaliter in omnibus caſibus extra primum, tenetur nouitius ſic prouidere, vt abſque dubio credatur reſtitutio futura tempore debito. &c.

¶ Ad quorum euidentiam aduertendum eſt, ꝙ renuntiare hæreditati, duo importat: vnum explicitè, ſcilicet nolitionem hæreditatis: & alterum implicitè, ſcilicet diuerſionem hæreditatis ad alium, vel alios. Renuntiante enim aliquo, hæc duo ſemper ſe inſeparabiliter comittantur: ſic quòd renuntians, directè hæreditatem nolle ſe fatetur: & ex hoc naturali neceſſitate ſequitur, quòd ad alterum hæreditas declinet. Et ſi in renuntiationis

quidem actu ſola nolitio conſideretur hæreditatis, difficilè & fortè impoſſibile eſt, impedimentum aliquod afferre vetans talem nouitium à libera & abſoluta renuntiatione quoniam nec præcepta reſtitutionis ad hoc ipſum cogunt quũ ad ipſum adhuc ſe non extendant, quia non comprehenditur ſub aliquo nouem generum perſonarum ad reſt[itutio]nem obligatarũ ſm doctores i illis verſib. iuſſio, cõſiliũ, &c. vt patet diſcurrenti per ſingula. Niſi quis crederet, ꝙ nolendo hæreditatem fieret non obſtans detẽtio[n]i rei alienæ, quũ poſſit non renuntiando obſtare: ac per hoc obn[o]xius fieret reſt[itutio]ni. Sed hoc non vẽ neceſſarium, quia, vt S. Th. in 2. ſecundæ qõ. 62. ar. 7. ad tertium dicit, tunc ſolùm nõ obſtare obligat aliquem ad reſtitutionem, quando præſupponit obligationem ad obſtandũ in eo, qui non obſtat. in hoc autem nouitio nulla præſupponitur obligatio, ſed quæritur an in eo ſit. Nec apparet aliquod præceptũ charitatis ad hoc obligans: ſed (vt obiiciendo tactũ eſt) apparet oppoſitum, ex eo ꝙ cuilibet licitum eſt vti iure ſuo, & nullus omnino expers tam facti, q̃ rei tenetur ſe inuoluere nouis qõnibus & obligationibus, vt alteri ſatisfiat. Si verò in renũtiationis actu conſideretur declinatio hæreditatis ad alium, vel alios, quãuis prima facie videatur, ꝙ quicquid hinc ſequatur, ponderandum non ſit: eo ꝙ renuntiãs nõ eſt autor talis diuerſionis, nec intendit eã, ſed ordinario curſu concomitatur intentum à renũtiante, ſ. nolitionem hæreditatis, diligenter tamen conſiderant videri facilè poteſt. declinationem iſtam eſſe, etſi non principaliter, ſecundariò tamen intentam à renuntiante, quoniam ſcit principali ſuo intentõ annecti declinationem hæreditatis ad tales, & põt impedire connexionem talis declinationis, renũtiando aliis, vel modificando, &c. Attenta ergo in renuntiationis actu diuerſimodè hæreditatis ad tales propinquos, verificãdi hr̃ via per quatuor ſupra dictas cõcluſiones. Quum. n. hmõi hæreditatis declinatio ex voluntate libera renuntiantis procedat, non ſit caſualis, ſed vt per ſe ſecundò intentus effectus (vt patet ex ſe & ex dictis) & ex hac depẽdeat detentio aut reſtõ alieni æris hæreditati immixti (quũ ex iſta declinatione ius hæreditatis acquiritur, & dominium facti reſpectu æris alieni, & ſi ad auaros diuerſio ſit, perſeuerabit detẽtio alieni: ſi verò ad bonos viros fieret reſtõ) conſequens eſt, ꝙ talis diuiſio debeat ſic à renuntiante eius authore modificari, quatenus nullius ius ex illa violetur: alioquin ipſe reatum iniuſtitiæ euadere non põt. Et confirmatur quia renuntians, inquantum eſt autor talis deuotionis, quamuis implicitè, poſitiuè tamen diſponit de hæreditate infecta. Conſtat autem, ꝙ ordinans & diſponens de hæreditate infecta, immunem ab iniuſtitia non ſe ſeruat, niſi prudenter & fideliter diſponat de ære alieno reſtituendo: nec proteſtatione aut renuntiatione aliqua excuſari poteſt. Tenetur igitur huiuſmodi nouitius ad ſic prouidendum, vt reſtõ fiat: alioquin vt mutus ſubtractione præcepti, ad ꝙ tenetur in diſpoſitione hæreditatis infectæ, ad reſtituendum ipſe tenebitur. Nec refert in propoſito, an certum aut dubium veriſimile ſit de infectione hæreditatis: quoniam quemadmodum diſponens de hæreditate, tenetur, quæ conſtat aliena eſſe ordinare, vt omnino reſtituantur: ſic tenetur de dubijs bonis ordinare, vt certitudo habeatur, etſi aliena comperiantur reddantur: quia ad hoc teneretur ipſe ſi hæreditatem in ſe ſuſciperet. Quia igitur huiuſmodi liberæ renuntiationi nihil obſtat, niſi reſtitutio alieni, quam ante profeſſionem fieri non poſſe ſupponitur ob ſui intricationem: conſequens eſt ꝙ renuntiatio licita ſit, ſi annexam habet debitam prouiſionem reſtitutionis agendæ: ſiue hoc ſit propter cognitam fidelitatem bonorum propinquorum ſuccedentium poſt liberam renuntiationem, vt prima concluſio dixit: ſiue hoc ſit pp multas cautelas, & fideles executores electos, & alias huiuſmodi circũſtantias in modificata renuntiatione, vt quarta concluſio propoſuit. Et quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina, ex eiſdem principijs patet illicitum eſſe abſolutè renuntiare, quando ex hoc ſcitur, aut dubitatur ad tales reſtitutio æris alieni deuoluenda, quib[us] exoſa eſt reſtitutio: vt ſecunda & tertia concluſione dictum eſt. Nec eſt in dubium vertendum, an fideliter reſtituent cohæredes, qui pro portione ſua infecta non curant ſatisfacere: voce etenim Domini dr̃ Matthæi 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos.

¶ Ad argumenta Ergo in oppoſitum, pro quanto inferre intendunt licitum eſſe abſque diſtinctione aliqua abſolutè renuntiare reſpondendum eſt.

¶ Ad primum ergo dicitur, quòd nouitio non competit ius abſolutè & liberè renuntiandi hæreditati infectæ in omni caſu: ſed tunc tantùm quando ex tali renuntiatione hæreditas deuoluitur ad non detentores alieni, vt ex dictis patet.

¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ quum in renunciatione interueniat diſpoſitio quædam rei alienæ hæreditati immixtæ, niſi talis diſpoſitio debitis circunſtantijs fulta ſit, damnificarentur ex hoc illi, quibus res debet reſtitui: ac per hoc acceptio quædã alienæ rei ſuboriretur in ipſo renuntiante, obligans ipſum ad reſtitutionem: acceptionis ſiquidẽ nomine omnis damnificatio intelligitur in hac materia. Vndè tenetur nouitius non debitorem ſe conſtituere, ſed ſic ordinare, vt ſatisfiat: non propter aliquam præcedentem acceptionem: ſed ne in ipſa diſpoſitione alienæ rei, acceptio interueniat. Ad confirmationẽ verò dicitur, ꝙ ideo grauamen debitorum participẽ dicitur, quia creditoribus conſueuit et à detentorib. alieni ſatisfieri, & propter contractuum cautiones, & propter ſuorum quinterniorum fidem ſeruãdam, & alia huiuſmodi. Vnde ſi contingeret ex renuntiatione ad tales hæredes deuoluendam eſſe hæreditatem grauatam debitis, quos crederetur non ſoluturos, & propter potentiam, vel aliquid aliud non poſſe cogi (vt pluries contingit circa grauamen legatorum ad pias cauſas) eadem eſſet regula ſeruanda, quæ circa reſtitutionem malè ablatorum dicta eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nouitius perplexus non remanet in hoc caſu: ſed abſoluere ſe abſq; multa difficultate poteſt ab huiuſmodi ſolicitudinibus, etiam quando habet propinquos auaros, adhibendo neceſſarias cautelas in renuntiatione. Qđ poteſt multipliciter fieri, vel renuntiãdo alijs quos nouit non detenturos alienum; vel renũtiando quidem auaris propinquis, ſed ſubſtituendo alios hæredes, niſi intra certum terminum ſub certis iudicibus diſcuſſum ſit, quid reſtituendum ſit, & reſtitutum: vel renuntiando quidem auaris propinquis, ſed ordinando, quòd hæreditas ad eorum manus peruenire nullatenus poſſit quouſque tales electi ab ipſo renuntiante. non inquiſierint, examinauerint, iudicauerint, & reſtituerint quicquid reſtituendum eſt. Et quoniam nemo militat proprijs ſtipendijs, legare debet huiuſmodi iudicibus & executoribus condignam & honorabilem mercedem, vt accendantur ad fideliter cuncta peragenda Et ſic horum aliquo, vel quouis alio modo rectè diſpoſita renuntiatione Chriſtum nudum nudus ſequi profitẽdo poterit. Matthæus enim non ante reſtitutionem pauperem Chriſtum pauper ſequutus eſt, quum Zachæus Lucæ 19. legatur reſtitutionem pollicitus. Nec Euangeliſta de vſu rerum ſimpliciter,

ſed

ſed de affectu quidem ſimpliciter, de vſu verò pro tunc dixit. Relictis omnibus ſequutus eſt eum: nam poſtmodum conuiuium magnum fecit in domo ſua ſumptibus propriis gloſſa quoque illa eodem eſt intelligenda modo. Mediolani, die vigeſimanona Septembris, 1500.

QVAESTIO. III.

Utrùm per votum, quo quis promittit offerre aliquid alicui particulari imagini beatæ Virginis, ſit acquiſitum ius illi eccleſiæ.

QVAERITVR. Vtrùm per votũ, quo quis promittit offerre aliquid alicui particulari imagini beatæ Virginis ſit acquiſitum ius illi eccleſiæ.

¶ Et videtur, quòd ſic. Primò: quia per promiſsionem acquiritur ius illi, cui ſit promiſsio: vnde poteſt agere contra eum qui promiſit, ſi non ſeruauit promiſſum; ſed in talibus votis fit promiſsio non ſoli Deo, ſed etiam tali eccleſiæ implicitè, vel explicitè: ergo per tale votum acquiritur ius illi eccleſiæ. Minor patet ex eo, ꝙ ſic vouens intendit ſe obligare non ſolùm ad offerendum Deo tale quid, ſed ad offerendum tali eccleſiæ vel imagini. Si dicatur, quòd illa promiſsio non eſt acceptata à prælatis illius eccleſiæ, & ideo non acquiritur illis ius. Contra hoc eſt: Tum quia eſt acceptata implicitè: quoniam quemadmodum cõſtat Deum acceptare promiſsionem ſibi factam, ita eccleſiam. Tum quia acceptatio non exigitur ad hoc quòd acquiratur ius in huiuſmodi: vt patet in legatis factis eccleſijs. Præterea, Si per tale votum non eſſet acquiſitum ius eccleſiæ, non poſſet eccleſia ipſa agere contra vouentem: ſed eccleſia agit contra non ſeruantes talia vota: vt patet extrà de cenſibus, capit. ex parte, & ab Innocen. & ab Abba. ibi & gloſſa 12. quæſt. 1. can. ſcimus. & Archi. ibi. Ergo.

IN oppoſitum eſt Gulielmi, & Summæ Piſanæ ſequaciúmque opinio.

¶ Reſpondeo. Quidam tenent vel abſque ratione aliqua, vel propter rationes adductas, quòd tali voto acquiritur ius illi eccleſiæ, cui res offerenda vouendo decreta eſt: & propterea talia vota eſſe incõmutabilia, ac per hoc mortaliter peccare cõmutantes huiuſmodi vota. Alij verò oppoſitum ſentiunt, dicentes hæc vota eſſe commutabilia, ſicut cætera: quãdo ſcilicet neceſsitas, vel vtilitas id expoſcit.

¶ Et horum, iudicio meo, opinio vera eſt, & conformis Theologorum antiquorum ſententiæ. Vera quidem: quia cum ex voto nullius aliquod acquiratur niſi ex obligatione vouentis: obligatio autem vouentis ex ſola eius promiſsione, oriatur, ſecundum quòd in voto inuenitur promiſsio, iudicanda eſt obligatio & iuris acquiſitio. Cùm autem in voto ſint duo, ſcilicet promiſsio, & res promiſſa, & contingat quandoque rem promiſſam vnam aliam promiſsionem eſſe (vt patet in voto profeſsionis) neceſſe eſt duo eſſe genera votorum: quædam vna promiſsione contenta, quædam duplici promiſsione munita. Et vota quidem illa quæ vnicam tantùm continent promiſsionem ſoli Deo cui promiſsio illa neceſſariò fit, ius acquirunt: talia autem ſunt omnia vota, quibus Deo tantùm aliquid promittimus. Vota autem quæ duplicem implicant promiſsionem (alteram vt materiam voti, alterã vt eſſentiam voti) duobus ius acquirunt, & creaturis illis quibus aliqua boni promiſsio fit, & creatori, cui vouetur implenda promiſsio creaturis illis facta. Talia autem ſunt vota, quibus ſanctis aut prælatis aliquid pollicemur, vt San. Thomas in Secunda Secundæ, q. 78. arti. 5. docuit. In huiuſmodi ſiquidem votis, promiſsio obedientiæ prælato, tanquam quoddam ſupererogationis bonũ eſt res promiſſa Deo, & materia voti: promiſsio autem, qua Deo, ad id nos ſeruandum, obligamur, eſſentia voti eſt, & actus latriæ. Et quoniam promiſsio rationis actus eſt, expectationem pariens in eo, cui fit promiſsio, non poteſt fieri niſi rationem habentibus: & conſequenter nulla promiſsio ſub voto cadere poteſt, niſi quæ Creatori, aut rationali creaturæ fiat. Ac per hoc ex voto nulli poteſt ius acquiri, niſi Creatori, aut creaturæ rationali: ſola enim promiſsio in voto ius parit. Cum ergo in huiuſmodi votis, quæ fiunt alicui imagini Crucifixi aut beatæ Virginis, &c. nulli fiat promiſsio, niſi Deo, & Sancto alicui, nulli cõſequenter acquiritur ius niſi Deo, & Sanctis. Eiuſdem autem autoritatis eſt diſpenſare, vel commutare promiſsiones factas Deo & ſuæ curiæ cæleſti: cum non ſit minor autoritas eccleſiæ in concernentibus cæleſtem curiam, quàm in ſpectãtibus ad eius principem, nec aliquod damnum ciuibus cæleſtibus prouenire poſsit, quibus Deus ipſe eſt omnia: vnde omnia huiuſmodi vota commutabilia ſunt, habita ratione gloriæ illorum Sanctorum, quibus promiſſum aliquid erat. Nec contendat aliquis implicari in his votis promiſsionem prælatis illius eccleſiæ, ex eo quòd res quam vouens promittit offerre illi eccleſiæ, intelligitur prælatis eccleſiæ promiſſa. Hoc enim falſum eſſe ex eo conſtat, quòd in huiuſmodi votis locus, in quo implendum eſt votum, non cadit ſub voto, vt perſona, cui ſit promiſsio, ſed vt circunſtantia rei promiſſæ, ſicut tempus & quãtitas, & alia huiuſmodi. Nihil enim aliud huiuſmodi votis agitur, niſi quòd promittitur Deo talis res, tali tempore, & in tali loco offerenda: vbi patet nullam promiſsionem prælatis eccleſiæ eſſe materiam voti, ſed tantummodo rem talibus circunſtantiis veſtitam. Nec refert an tales circunſtantiæ ſint locus, tempus, quantitas, &c. an ſint perſonæ humanæ. Si quis enim vouerit nutriturũ ſe tales pauperes Chriſti vno die, quamuis teneatur hoc facere, poteſt tamen eius commutationem procurare & obtinere, ſicut & aliorum ſupradictorum: quia perſonæ illæ non concurrunt in illo voto, vt quibus ſit promiſsio aliqua, ſed vt circunſtantia eleemoſynæ offerendæ Deo vt dicit San. Thomas in 4 diſt. 38, q. 1. arti. 2. q. 1. ad quintum.

¶ Nec oportet in huiuſmodi votis obliquos nominum caſus ponderare: an ſcilicet vouens dixerit ſecum, Promitto Deo & beatæ Mariæ offerre cęreũ in tali eccleſia. an dixerit, Promitto Deo & tibi beatæ Mariæ talis eccleſiæ offerre cęreum: vt credatur per hanc diuerſitatem in ſecũdo caſu acquiri ius illi eccleſiæ, quia imago illius eccleſiæ ſignificatur ibi concurrere, vt perſona, cui ſit promiſsio. Hoc enim friuolum eſſe ex duobus patet. Primò quia imaginẽ vouens non alloquitur, niſi ſecundum id quod repræſentat, ſcilicet beatam Virginem in cęlo regnantem, & cùm non promittat niſi ei, cui loquitur: ipſi ſoli promittitur: & ſic cætera concurrunt, vt circunſtantiæ rei promiſſæ. Secundò: quia omnia, quæ implicitè in voto inueniuntur infra voti limites, ſecundum voti rationem interpretanda ſunt, niſi ex intentione vouentium aliud habeatur. voti autem ratio Deo promiſsionem fieri exigit. Aliam autem promiſsionem vt materiam habere tunc tantùm promittitur, quãdo alicui creaturæ rationali promiſsio ſeruanda voto vel promiſsioni adiungitur, vt ex dictis

ctis patet. Conſtat autem ex intentione vouentium, qui non niſi vouere intendunt (quòd promiſsionem ſupernæ curiæ creditur importare) quòd talis promiſsio non adiungitur voto. Relinquitur igitur quòd omnia vt circunſtantiæ rei promiſſæ intelligantur, & ſola ſuperna curia cócurrit vt perſona cui ſit promiſsio.

¶ Conformis autem Theologis opinio iſta eſt: quia indiſtinctè communiter Theologi ſcripſerunt, omne votum eſſe commutabile in votum religionis. Conſtat autem id de quo eſt ius acquiſitum alicui eccleſiæ: non poſſe commutari in votum religionis. Non enim ſatisfit penſioni debitæ eccleſiæ cathedrali ſi debitor ingreditur religionem, nec ab obligatione ſoluendi legati aut contractus, ingreſſus religionis abſoluit. Nec acceptanda eſt cuiuſdá gloſſa, dicentis hoc intelligi de votis perſonalibus, non autem de votis realibus. voluntaria enim eſt. Admirandum quippe eſt valde, ſi reſtringendum dictú commune foret, cur eorum aliquis explicitè vel implicitè non reſtinxerit. Imò Richardus omnia ad realia vota extendi vult: vnum tantúm excipiens: ſcilicet de notabili ſubſidio Terræ ſanctæ: in quo Papam conſulendum dicit. Sanctus Thomas quoq; in Secunda Secundæ, quæſtio. vlt. expreſsè ſentit quòd obligatus voto ſimplici religioni imperfectiori, reus fracti voti non eſt, ſi perfectiorem religionem ingreditur: quia in maiori clauditur minus. Ex hoc apertè inſinuans, per votum nó eſſe acquiſitum ius religioni illi imperfectiori: ſi enim acquiſitum ius alteri religioni eſſet, non poſſet abſque violatione voti proprio motu aliam religionem perfectiorem ingredi: quoniam in his, quæ alterius ius concernunt, locum non habet propoſitio dicens, quòd in maiori clauditur minus. Non enim qui debet centum alicui eccleſiæ, ſi ſoluat centum quinquaginta alteri eccleſiæ, vbi ſanctius viuitur, &c. abſolutus eſt à debito. Si igitur ex voto ſimplici non acquiritur religioni ius perſonæ voto promiſſæ conſequens eſt, quòd nec aliarum rerum. Non acquiritur igitur ius aliquod eccleſiæ ex eo quòd aliquid ibi offerendum vouetur (ſiue ad ornatum, ſiue ad ſubſidium ſiue ad quodcunque aliud commodum eccleſiæ ſpectet) tenetur tamen vouens implere quod vouit, & ibi offerre vbi ſe oblaturum vouit: alioquin ſi abſque diſpenſatione, vel commutatione votum integrè non ſeruaret, mortaliter peccaret.

ET PER HAEC Patet reſpóſio ad primum. Falſum eſt enim, quòd in his votis fiat aliqua promiſsio prælati eccleſiæ: iam enim patet, quòd cum dupliciter promiſsio poſsit in voto inueniri, ſcilicet formaliter & materialiter, de illa, quæ eſt eſſentia voti, conſtat quòd creatori tantum fit: materia autem voti ſi promiſsio eſſe debet, oportet quòd creaturæ rationali fiat. Et ſi indiſpenſabilis aut incommutabilis, oportet quòd fiat creaturæ rationali militantis eccleſiæ, cui ex commutatione damnum & præiudicium fieret: quod hic non accidere ex dictis liquet.

¶ Ad ſecundum dicitur, ſecundum Theologiam loquendo (ad quam ſpectat de votis tractare) quod eccleſiam poſſe agere contra vota huiuſmodi non ſeruantes, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, vt eccleſia agat pro iure ſuo contra eum qui vouit: & ſic coniecture probatur, nec rationi conſonat, quòd agere poſsit: quia nulla ſibi pollicitatione facta, nullum ſibi exigendi ius congruit. Ex Decretali ſiquidem illa hoc non habetur: quoniam ibi agitur contra eos, qui iam antiqua obſeruatione ſe debitores eccleſiæ conſtituerunt ex votis emiſsis: concurritque ibi obligatio votiua quaſi per accidens: ex quacunque ſiquidem cauſa longis temporibus continuè perſoluiſſent certam frumenti menſuram, eadem quæſtio emerſiſſet. Authoritas autem Innocentij, Abbatis, Archidiaconi & gloſſ. non eſt maior rationibus ſuper quibus fundantur, quas conſtat non concludere acquiſitum eſſe ius eccleſiæ alicui. Innocentius enim opinans monaſterium poſſe agere contra eum, qui vouit ingredi illud, fundat ſe ſuper hoc, quòd votum eſt obligatorium. Ex hoc autem non ſequitur, quòd illud poſsit agere: ſed ille cui promiſsio facta eſt, Deus ſcilicet. Abbas verò ſuper verbis illius Decretalis: ſcilicet, Cogendi. Exigenda. Sed ex his nihil habetur ad propoſitum: quia, vt patet, textus loquitur quando eccleſiæ erat ius acquiſitum ex ipſa vouentium antiqua obſeruatione. Gloſſa verò illa, quia vniuerſaliter, abſolutè, & imperſonaliter loquitur, dicens, quòd ex nulla pollicitatione poteſt quis conueniri, nihil obſtat. Quamuis ſuper nulla ratione fundetur, ſi ad hoc adducatur propoſitum. Archidiaconus verò prædicta ſequitur. Poſſet quoque & fortè melius dici, quòd doctores iſti, licet dicant, quòd eccleſia poſsit agere: non tamen ideo, quia habeat ius acquiſitum, ſed potius propter obligationem vouentium: vt patet ex rationibus ſuis. Alio modo contingit eccleſiam agere, vt vices Dei gerit, cui eſt facta promiſsio. Et hoc modo Epiſcopus quidem ex officio agere poteſt cótra non ſeruantes talia vota: aliæ verò eccleſiaſticæ perſonæ poſſunt indirectè agere, ſuggerendo in fauorem diuini cultus. Et quia hoc medium eſt inter poſſe conueniri ab eccleſia, vt illi dicebant, & non poſſe conueniri, vt alij ſentiebant: ideo non eſt mirum, ſi diuerſa ſenſerunt: ad medium enim ex extremis venitur. Mantuæ, die 14 Martij. 1500.

TRACTATUS DUODEcimus De Maleficijs, cuius eſt vnica quæſtio.

QVAESTIO. I.

Num liceat maleficium ſoluere, opera malefici ad hoc parati vtendo.

QVAERITVR. Vtrùm liceat maleficium ſoluere opera malefici ad hoc parati vtendo.

¶ Et videtur quòd ſic. Quia neceſsitate exigente, licet vti iniquitate alterius ad commodum proprium: vt patet in petente mutuum ab vſurario. Sed hic nihil aliud interuenit, niſi vti iniquitate alterius parati, &c. ergo hoc eſt licitum. Et confirmatur: quia non minus malum eſt iurare per idola, quàm ſimplex maleficium: ſed ſecundum Aug. ad Publicolam, licitú eſt vti iuramento alterius per idola in pacis fœdere componendo: ergo licitum quoque erit neceſsitate vrgente vti maleficio alterius.

IN oppoſitum eſt communis ſententia Theologorum.

¶ Reſpondeo, Quamuis præſumptuoſa quædam, ac temeraria opinio ſenſerit licitum eſſe, non inducere ad maleficium faciendum, ſed neceſsitate extante vti iniquitate parati ad maleficium faciendum propter rationem ſupradictam: indubiè tamen ab omnibus fidelibus oppoſitum tenendum eſt. Tum propter diuinum præceptum promulgatum Leuit. 19. & 20. & Deuterono. 18. Prohibetur ſiquidem in his locis recurſus ad magos, ariolos, diuinos, &c. Conſtat autem quòd tales ſunt parati ad

huiuſmo-

huiuſmodi ſacrilegia, & homines, vt plurimùm neceſsitate aliqua conſueuerunt declinare ad eos. Authoritate ergo diuina damnãtur recurrẽtes ad eos, qui parati ſunt maleficia agere: & mortis pœna puniendi dicuntur abominabiles Domino. Illicitum eſt igitur vti iniquitate ſortilegorum, maleficorum, & aliorum huiuſmodi ad ſuum commodum, quacunque id neceſsitate, voluntariè tamen, fiat. Tum propter rationem.

Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, non ſemper licere vti iniquitate alterius parati ad peccandum, ſed tunc ſolùm quando poteſt hoc fieri abſque participatione in crimine: quando autem hoc contingat, hic ſumendum eſt. Duo ſunt genera operum, quę malè exerceri poſſunt à paratis ad peccãdum. Quædam ſunt, quæ deformitatem peccati habent neceſſariò annexam, ſic quòd ab his non poſsunt, etiam ſi vellent, abſq; peccato fieri, vt patet de meretricio actu. Quædam verò ſunt, quæ ſecundum ſe bona, vel non mala ſunt, quæ tamen ex volũtate operantium ſemper habent annexum peccatum: vt patet de mutuo vſurarij: mutuare enim non exigit peccatum, ſed vſurarius paratus eſt annectere ſemper mutuo vſuræ vitium. Ex hoc autem ſequitur alia differentia, quòd primos actus nullus poteſt petere, aut conſentire, vt ab alio fiant, quia ſecundum ſe mali: & Rom. 1. dicitur. Digni ſunt morte non ſolùm qui talia agunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Secundi verò generis actus licitè poteſt quis petere, & eis conſentire: quoniam deformitatem peccati non ea ſe trahunt: ſed voluntatem alterius adiunctam ſuſtinent. Ex hoc autem ſequitur tertia differentia, quòd ſcilicet in primis actibus non licet vti iniquitate alterius: quia hoc fieri non poteſt abſque propria. In ſecundis verò licitè poteſt quis vti iniquitate parati ad hoc: quia ipſe petit actum bonum, putà mutuum, ſed ille adiungit iniquitatem ſibiipſi.

¶ Duobus quoque modis contingit maleficium à maleficis ſolui. Primò, per ſimplicem diſſolutionem ſeu deſtructionem maleficij priùs facti: putà diſſoluendo ligaturam capillorum cum annulo ligneo, &c. Et hoc abſque dubio licitum eſt, nec eſt opus malefici, vt maleficus eſt, ſed hominis ſcientis impedimenti boni proximi ſui. Quoniam hic nulla euenit dæmonum inuocatio, ſed ſola diſſolutio ſigni, quo durante diabolus ſtatuerat malum conſeruare alterius. Secundò, per inuocationem dæmonum, ſeu aliud maleficium. Et hoc eſt abſque dubio peccatum mortale: & eſt opus malefici, inquantum maleficus. Et quia tale opus non ex voluntate malefici, ſed ex neceſsitate deformitatem peccati ſibi coniungit, ideo non ſolùm agentes, ſed petentes & conſentientes, peccato ſe ſubiiciunt. Et ideo quamuis liceat debita prudentia adhibita, ire ad maleficum, & rogare vt factum maleficium deſtruat ſimplici diſſolutione: non tamen licet ire ad eum, petendo vt alio maleficio aut inuocatione dæmonum primum deſtruat. Nec etiam licet abſolutè ire ad maleficum, & abſolutè petere, vt ſuccurrat maleficiato. Tum quia malefici opus, vt ſic petitur, quando abſolutè petitur, ſicut cùm quilibet alius artifex expoſcitur. Tum quia particulare opus neceſse eſt petere, & non vagè relinquere arbitrio viri diabolici petitionem propriam.

Quomodo liceat vti iniquitate alterius.

ET PER HAEC Patere poteſt reſponſio ad obiecta. Tunc enim tantùm licet vti iniquitate alterius ad proprium commodum, &c. quando petens petit actum bonum, vel non malum, ſic quòd poteſt à rogato fieri abſque peccato: quemadmodum contingit & in acceptione mutui ſub vſuris, & in poſtulatione pacti pacis cũ infidelibus. Ille enim petit mutuum, quod poteſt gratis concedi: & hic petit fœdus pacis, quod poteſt ab illis principibus fieri, & ſtabiliri abſque peccato, veniendo ad fidem, & iurando per verum Deum: quamuis ſciatur, neutrum id velle facere abſq; peccato: quia parati ſunt ex bonis petitis ſumere occaſionem peccandi. Sed à maleficis id quod petitur, fieri non poteſt abſque peccato: quoniam ſubuentio dæmoniaca petitur neceſſariò ab his, qui non poſſunt aliter ſubuenire, quàm per dæmonum inuocationem. Mediolani die 16. Martij, 1500.

TRACTATUS DECIMUS tertius. De Spaſmo Beatæ virginis Mariæ, cuius eſt vnica quæſtio.

QUAESTIO.

Num quod de ſpaſmo glorioſiſsimæ virginis Mariæ matris Dei dicitur, ſit canonicum.

SVPPLICANTIBVS Quibuſdam, indulgentiamq; petentibus in feſto ſpaſmi Beatæ Mariæ, & eius octauis (quod celebratur à dominica in paſsione vſq; ad dominicam palmarum incluſiuè) iuſſum eſt, vt ego conſulerem, ſi id, quod dicitur de ſpaſmo ſit canonicum; cui præcepto pro eo ac debui confeſtim obtemperans, quid mihi videtur, & qua ratione, ſcribere curaui, quatuor dicturus. Primò quid intelligatur ratione ſpaſmi Beatæ Mariæ. Secundò, ſi illud fuit ſpaſmus propriè dictus. Tertiò, ſi fuit ſpaſmus vulgariter. Quartò reſpondebitur directè quæſito.

QVOAD Primum, cum Saluator noſter tempore paſsionis exiuit à domo Pilati in Caluariæ locum, baiulans ſibi crucem (vt dicitur Ioann. 19.) & tres alij euangeliſtæ (vt patet Matthæi 27. & Marci 15. & Lucæ 23.) narrant Simonem quendam Cyrenenſem angariatum, vt portaret crucem Domini, euidenter elicitur quòd Saluator noſter adeo debilitatus erat quòd crucem ſolus totus itinere portare nequiit. Sed præter hæc, quæ ex euangelio habẽtur: ſcriptum inuenimus, non tamen authenticè, quòd Saluator noſter ante angariatum Simonem, ſub cruce cecidit: & quòd Beata virgo mater eius compatiens, etiam cecidit ſpaſmata, & ꝙ ad perpetuam memoriam ædificata eſt eccleſia ibi, vocata ſancta Maria de ſpaſmo. Feſtum igitur ſpaſmi Beatæ Mariæ ſignificat feſtum illius triſtitiæ in illo caſu habitæ, & tantæ aſſertæ, quòd fuerit ſpaſmus. Hæc de primo.

QVOAD Secundum, Spaſmi nomen dupliciter ſumitur. Vno modo propriè, vt ſumitur à Phyſicis. Alio modo vulgariter, vt communiter idiotæ conſueuerunt dicere aliquem cecidiſſe in ſpaſmo. Priùs ergo de ſpaſmo propriè dicto videamus, ſi in Beata virgine fuit. Videtur enim quòd in ea fuit vel eſſe potuit: quia poſita cauſa, ponitur effectus: ſed excellens dolor quandoque eſt cauſa ſpaſmi ſecundum Auic. in tractatu de Spaſmo. igitur cum dolor

Chriſti

Chriſti, Beatæ virgini fuerit maximus: vt patet per Damaſcenum in libro.3. dicentem, quòd dolores, quos Mater Domini euitauit in partu, paſſa eſt in paſsione filij: tunc enim impletum eſt illud Simeonis, Lucæ 2. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius: ergo potuit cauſare ſpaſmum propriè dictum Sed ſi diligentius conſideretur, neque literæ, neque rationi hoc conſonat. Diſſonat quidem rationi Beatam Virginem ægitudinem aliquam paſſam fuiſſe: Tum quia ſimilis debet credi filio per omnia, quantum fas eſt: de filio autem teſtatur Chryſoſtomus, quòd non fuit conueniens ipſum aliquo morbo languescere. Tum quia hoc præſtitum videtur Ioanni Euangeliſtæ, dicente Hieronymo in prologo Euangelij Ioánis, quòd politus eſt ad partes noſtros tam extraneus à dolore mortis, quàm à corruptione carnis inuenitur alienus: ſpaſmum autem propriè conſtat eſſe morbum contrahentem neruos: non igitur conuenit ipſum aſſerere in Beata Virgine. Diſſonat quoque à litera Euangelij: nam Ioann 19. dicitur, quòd beata Virgo ſtabat iuxta crucem: & ſi ſpaſmum (id eſt neruorum tam diram contractionem) in itinere paſſa eſt, quomodo tam citò liberata ad crucem venit, nec ſedet, ſed ſtat, præſertim non ſubtracta, ſed potius creſcente cauſa doloris ſpaſmatis? Nec currendum eſt ad miracula, ſed quod veriſimile ac rationi conſonum dicendum. Nec largè putes Euangeliſtam dicere ſtãtem, quaſi dixiſſet manentem: Tum quia Euangeliſta replicat, ſubdens: cum vidiſſet Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem. Tum quia conſuetudo literæ euangelicæ eſt quando rem geſtam narrat, proprietatem ſitus deſignare: vt patet Ioannis primo de Ioanne Baptiſta, Stabat Ioannes. &c. & Ioannis 4. Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem, hora autem erat quaſi ſexta, &c. & Lucę 18. Duo homines aſcenderunt in templum, vt orarent, vnus Phariſæus & alter Publicanus: Phariſæus ſtans hęc apud ſe orabat. &c. & infrà. Et publicanus à longe ſtans: & infrà. Stans aũt Ieſus iuſsit illum adduci ad ſe Et niſi nomina propriè interpretemur, omnia cõfuſa erunt: vt Philoſophus docet in 4. Meta. Tenendum igitur indubiè mihi videtur, quòd nec neruorum contractio, nec morbus alius in Beata Virgine fuerit. Et quamuis dolor ingens ſpaſmum cauſare poſsit, nõ tamen neceſſariò cauſat: poteſt enim & non cauſare ſpaſmum: vt patet in Saluatore noſtro: cuius dolor fuit maximus abſque ſpaſmo. Hæc de ſecundo.

QVOAD Tertium, quia nominibus eſt vtendum, vt plures vtuntur ſecundum Philoſophum, 2. Topi. non inconuenit etiam de ſpaſmo, vt vulgus loquitur, tractare. Dr̃ igit̃ vulgò ſpaſmatus aliquis cecidiſſe cum præ doloris magnitudine ſyncopem ſeu extaſim patiens cadit: occurritur enim tunc ad ſuſtinendum, & aqua in vultum aſpergitur. Et iuxta hũc ſenſum, crediderim ego dici Beatæ Mariæ ſpaſmum. Huiuſmodi autem doloris modum in Beata Virgine fuiſſe, ex magnitudine ſuæ triſtitiæ credi poteſt. Sed reuera neque iſto modo ſpaſmus in Beata Virgine fuit: cum enim fuerit gratia plena, Lucæ, 1. oportet illos corporales defectus de ea negare, qui plenitudinem perfectionemque gratiæ impediunt. Conſtat aũt q̃ dolor extra ſe perſonam faciens: exercitiũ rationis impedit pro tunc: & tunc erat tẽpus maximè actualiter ſecundum rationem conſiderandi paſsionem Chriſti. Igitur huiſmodi dolor, gratiæ perfectionem ſecundum actualem conſiderationem rationis turbaſſet, quod eſt valde inconueniens: non fuit igitur huiuſmodi caſus in Beata Virgine. Et cõfirmatur, quòd gratius erat Deo, quòd beata Virgo compateretur ei ſecundum rationem, quàm ſecundum partem ſenſitiuam: quia illa pars eſt nobilior, & propriè meritoria, & per ſe grata. Oportuit ergo, vt dolor Beatæ Virginis ita eſſet ſummus, quòd tamen tota pars ſenſitiua regularetur, & ſubderetur rationi eius vigilanti: ſtante autem rationis exercitio, ac dominio actuali ſuper partem inferiorem non accidit dolor extra ſe faciens perſonam & caſum. Quare ſpaſmus vulgariter dictus longè à Beata Virgine videtur fuiſſe. Hæc de tertio.

QVOAD Quartum ex ſupradictis motus, dico ad quæſitum id, quod de ſpaſmo dicitur, non eſſe canonicũ multipliciter. Tum quo ad radicem: quia non eſt authentica. Tum quo ad veritatem ſignificatam per nomen: quia Spaſmi nomen nec propriè propter dignitatem corporis, neque vulgariter ſumptum propter dignitatem animæ verificatur. Tum quo ad tempus: quia veſtigiia ſanctorum Patrum inhærendo, Dominica in Paſsione, & Dominica in Ramis palmarum, etiam ſi feſtum Annunciationis Beatæ Virginis euenit, non celebratur, ſed transfertur: ſunt enim priuilegiatæ Dominicæ illæ. Et tamen iſti non quandoque, ſed perpetuò, præfatis diebus volunt noua feſta celebrare. & cõſequenter antiqua delere. Octauę quoque ſi inges illo tempore permittuntur, miſſæ Quadrageſimales illáque vetuſta officia ceſſare poſſunt. Accedit ad hæc, quòd cùm in cœna Domini ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti inſtituta noſcantur, eccleſia tamen tranſtulit feſtum corporis Chriſti in aliud tempus: quoniam circa corporis Chriſti venerationem illo tempore occupata, diſtrahi in alia quamuis bona non debet. Vnde ſi feſtum doloris Beatæ Virginis celebrãdum eſt, in aliud, iudicio meo, tempus & nomen mutandum eſt. Hæc ſunt reuerendiſsime domine, quæ mihi viſa ſunt in re hac dicenda. Apoſtolicæ tamen ſedis cenſuræ omnia ſubmitto. Romæ die, 17. Iulij 1506.

¶ Secundi Tomi opuſculorum Tomæ de vio Caietani, Cardinalis ſancti Xiſti. Finis.

TOMUS TERTIUS OPUSCULORUM

D. Thomæ de Uio Caietani S. R. E. Cardinalis digniſsimi, tituli S. Xyſti, cuius ſunt quindecim vtiliſsimi tractatus.

1 *De vi cultus diuini, & orationis efficacia.*
2 *De vnione verbi cum natura humana.*
3 *De cauſa & origine mali: & cur homines plura & maiora mala inuaſerint magis, quàm cætera animalia.*
4 *De immortalitate animorum.*
5 *De modo, quo animæ patiuntur ab igne corporeo, & de corporum cruciatu.*
6 De *Eccleſia, & Synodorum differentia.*

TRACTATUS PRIMUS
in ſex Orationes diuiſus.

ORATIO PRIMA.

De vi cultus diuini, & orationis efficacia, coram Alexandro ſexto Pon. Max. Domin. prima Aduentus, Anno Salutis, 1501. habita.

RESPICITE Et leuate capita veſtra. Luc. 21. c. Ingenij mei vires menſus. S. ac B. Pater, mihi ipſi ſatis eſſe ad dicendũ corám maieſtate tua, pollicitus non ſum. Noui ſiquidem quanta mentis acie, quanta orãdi arte & conſuetudine, quanta diſciplinarum omnium vbertate opus ſit, vt in hoc celeberrimo orbis Senatu dignus quis ad orandum habeatur. Nec adduci potui, vt mea huc ſponte conſcenderem, ſed malo parendo tanto me diſcrimini credere, quàm minùs auſcultando in tuto ſilentij portu me commorari: præſertim quòd nõ aduentitium, ſed proprio annexum officio munus explendum eſt. Verum quia etiã ignorantibus quid agere debeamus, hoc ſupereſt refugij, vt oculos noſtros ad Patrem luminum dirigamus, eius opem quò vberius impetremus, reginam cœli vna precor, adeamus. Aue Maria. &c.

Excitaturus Torpentium corda fidelium Dominus ac Redemptor noſter prodigia illa tremenda ꝗ memorauit, quibus vniuerſus concutietur orbis: & vbi cunctorum animos ingẽti pauore ſoluendos reſpexit, tremefactis diſcipulis, orationis protinus patefecit auxilium. Reſpicite inquit, mentis procul dubio lumine, ad quam maximè ſpectat oratio, & leuate capita veſtra, intellectum & affectũ ad ſuperiora erigite: his namq; partibus ſuis, duabus veluti libratã alis, tribunal Altiſsimi mens petit humana: cuius mirum aſcenſum propriè orationẽ appellamus. Ea de re à Dominicæ exhortationis inſtituto nequaquã diuertens, de vi orationis aliquid in medium afferendum cenſui quod & tanto conſeſſu indignum non ſit, & mentis vtranque partem vel mediocriter oblectet.

¶ Apud maiores noſtros, eoſdem ſtudioſiſsimos viros, non negligenda illa ambiguitas excitata iampridem fuit: quis votorum mortaliũ precũmue ad Deum proprius fructus ſit, quorſum orationes, obſecrationes, cæremoniæ, ſacrificia, omniſq; Dei optimi maximi cultus. Epicurei ſiquidem, Stoici, Peripateticorumq; nonnulli (diuerſo quanuis calle) contra Deum hominumq; comercia progreſsi ſunt: in eam tñ ſententiam conuenere, vt eorũ, qui diuinis rebus operam dant, ſpem omnẽ deludant. fruſtrari namq; expectationem lachrymarũ, oblationum, venerationum, & id genus humanorũ officiorũ omnium aſſeuerant. Aegyptij verò ſupplicationibus, proceſsionibus, reliquóve diuinarum rerum cultui eam tribuere poteſtatem, quo ipſum mundi rectorem mouere, atq; in alterutram partẽ flectere poſſe crediderunt. Chriſtiana autem religio Spiritusſancti virtute fundata, & ſplendore pariter illuſtrata, orationum effectus tam pulchrè moderata eſt, vt neq; diuinæ prouidentiæ quippiam ademptum autumet, neq; mobilẽ eam quouis pacto fateatur. Quocirca pro huius tantæ difficultatis veritate diſputanda, prouinciam ſuſcipiens, primùm, ꝙ oratio in numero cauſarum, deinde ꝙ in effectiuarum ordine, demum ꝙ in ſuprema earum ſede locanda ſit, diſſerere conſtitui.

Omnipotens Deus etſi ſolus quæcunque facta infectáue ſimul non implicant efficere poteſt: quemadmodum tñ diffundendæ bonitatis ſuæ gratia, res omnes, quæcunque ſint, exiſtentia donauit: ita res ferè cunctas omni relegata inuidia ad ſupremã deitatis participationẽ aſciuit, cum agendi eis virtutes liberali largitione conceſsit: & tanto fœdere ſecundas ſibi cauſas deuinxit, vt nec illius immenſitas quantulamcunq; efficaciam abſorbendo conſumeret, aut præueniendo impediret nec harum interuentus, illius ad vltima quæque aditũ obſirueret. Illapſus.n. quidam diuini numinis adeò intimè fit, vt cœlum ac terras campóſq; liquentes, Lucentémq; globum Lunæ, Titaniáq; aſtra Spiritus intus alit: totamq; infuſa per artus Mens agitet molem, & magno ſe corpore fundat. Diſtribuit quoq; ea lege totam agentium ſeriem in tres ordines) corruptibilium, cæleſtium, & immaterialium,) vt & inferior ſuperiori obtemperet, atq; extrà, quin potius ſupra omnes, ipſe totius orbis princeps moderator præſideat: neque enim fas eſt alijs primam cõnumerare cauſam, quaſi partis cuiuſdam naturã locum teneat: qñ totius bonitatis fons, origo, cuſtodia, conſummatióq; ſola ipſa exiſtit. Quamobrẽ præclarè Ariſtoteles glorioſum Deum ſummũ bonum vniuerſi, nõ in ipſo clauſum, ſed extra ipſum tradidit. Nec ipſius ſola natura, cuiuſcunq; naturalis ordinis legibus eſt abſoluta: verum diuinas etiam quaſdã participationes fatemur exemptas. Credimus modò quaſdam rerũ eſſe, quas etſi impartiri pleriſq; intellectu præditis non ambigimus, connaturales tñ alicui nulla authoritate fieri poſſe prædicamus, docemus, demonſtramus: ſunt autem gratia, charitas, lumen gloriæ, & id genus multa. Quæ idcirco ſuper omnẽ eleuantur naturam & creatã, & quæ creari poſſet, quia diuinum aſſequuntur ordinẽ, veluti deitatis (ſi fas eſt dicere) proprietates. Eodem modo quippe naturæ vinculo, quo vltimæ præparationes cõſequentéſq; vires proprijs connexæ ſunt formis, & parẽ eſſe oportet naturæ cuiuſq; & comitum cõicationem, eodem inquam vinculo, quæ memorauimus, excellentiſsimæ illi naturæ coniunguntur diuinæ: nec minus vis omnis ſeipſam excedens illius fieri conſors poteſt eſſentiæ, quàm rerum harum fiat participatio inſignis: nec

deitatis

deitatis capax eſſe quiſquā magis poteſt, quàm earundem perfuſione reddatur. Has itaq; creaturarū eminentiſsimas qualitates naturaliū cauſarum ordines tranſcendere ea fatendū eſt ratione, vt inter cauſas ſecūdas annumeratæ, primatum obtineant. Vniuerſo itaq; agentiū principiorum ambitu, quo diſſeruimus modo diſpoſito, q̄ promiſimus orationum cauſandi vim, diuerſos cauſarū gradus inueſtigando, perſcrutemur. Familiaribus quidē nobis rerum principiis producendū ſi quid eſt: calore reſolui, frigore cōprimi, humido fluere, ariditate ſiſti, raritate extendi, denſitate conſtringi, affectionibus reliquis ſubiicē, fluxa atq; oppreſſa pugnantiū inter ſe virtus exigit. Mens aūt, cuius orare proprium eſt, quantū hæc aſpernetur, his præſtet, horum infra ſe ſubiecerit poteſtatem vt cū illos quidē latet, quibus philoſophia, ſenſum quoq; opera ab his libera eſſe monſtrauit, ſed quibus in ſemetipſis vel hoc aduertere datum eſt, q̄ immutati contēplemur. Paulò ſuperius artium genus, organorū ſeries ſecreto vehit nexu: hiſq; ademptis otioſi redduntur opifices. At qui optimā elegerunt Mariæ partē, exterioribus ſeſe negantes, publicas priuataſq; actiones ſolicitudineſq; recuſant. Bonorum deinde officiorū virtutis, morum, totiuſve animi ornatus quę indita à natura ſemina ſunt intra. ſingulos quoſq; continent: neq; fieri poteſt, vt altero voluptates à ſe abdicante, parſimoniam ſectante, iram moderante, timorē depellente, ius vnicuiq; reddente, diſciplinæ cuiuſuis operā dante, mentēmq; quomodolibet excolente, cōtinens temperatus, manſuetus, fortis, iuſtus, doctuſue efficiatur alius. Diuinarum verò obſecrationū vis, in anguſto orantis angulo nō arctatur, ſed ad extrema quæque diffunditur omnia perluſtrat cunctorum fines attingit, penetrat, pertranſit. Syderea quoq; poteſtas quintæ integratur eſſentiæ, à terminis aſtrorum, curſu, luce, occultóve influxu perficitur. Supplicationes verò ſacras, cæleſtis naturæ motus, luminia influxuſq; expertes vtroq; patet eſſe modo: agere.n. noſtrā iſthæc cæleſtiū more nemo, niſi deſipiat, credit. Agi antē ſuperiorum corporum afflatu opinantes intellectiuā animæ portionē (vt princeps Phyſicorum ait) à ſenſitiua ſeparare neſcierunt. Intelligētiæ deniq; (quas Angelos appellamus) aut abſq; orbis motu efficere poſſunt nihil, aut certè ſolis localibus) vt Theologis placuit) ꝓſunt mutationibus. At ꝓcibus puto de pectore cū anxiis hominum ſubdi oīa, obſequi, ſubterfugereq; nihil eat imperiū, veritas teſtatur: Quicquid orantes petitis, credite, inquit, quia accipietis, & eueniet vobis. Quapropter ſi naturales, factiuæ, actiuæ, cæleſtes, ſpiritualéſq; cauſæ noſtratū intra ſe nō claudunt orationū potentiā, ſoluſq; ſupernaturaliū diuinarumq; ordo ſuper ſit, in hoc rerū faſtigio humanarum ꝓcum ſi cauſæ ſunt, reponendā eſſe dignitatē, mentémq; quis non videt? Verum cum altiſsima ſit iſthæc rerum ſeries, Creatoriq; ſoli cognata, fieri quo pacto pōt, vt obſecrationes huiuſmodi (humana quidē facta) noſtro ſubditę arbitrio, in tā excelſo rerum cacumine locandæ credantur? Incredibile autem diſſonumque ne cuipiā hoc eſſe videatur, humana vota bifariā perſpicienda ſunt: vt hominis nuda opera, atque iterum vt cæleſtis gratiæ afflatu decorata. Noſtra ſi cōſpectu fuerint, congenitā boni cupidinem ad bene beatéq; viuendi facultatē per ſe fuerunt, & veluti ſemina terrę obuiendata, ſole, imbre, rore, cultuq; reliquo pullulant, creſcunt, floreſcunt atq; fructiferant: nō ſecus latens in homine ſpiritus, frequenti officio, diſciplina, ſtudio, diligentiáq; excultus quicquid virtutis ex eo elici poteſt, proferet, fouebit, alet atq; perficiet.

¶ Et quia natură ſuperuacanea abhorret, nec ratio ſuadet alterius opem quærere vbi poſsis ipſe perficere, nulla adhuc ſupplicandi neceſsitas, nulla tot precum vtilitas apparet. Quo fit, vt poſthabendi penitus non ſint magno excellentię; ingenio præditi Philoſophi, ſi ad vulgares cōpeſcendas inſolentias, ad effrænē moderandam audaciam, ad bonos inſerendos mores, cultum iſthunc adhibendum tradiderunt. Inſitas ſcrutati vires, ſingularem de hominis ſalute clementiſsimi Dei ſolicitudinem, ex qua noſtrarum petitionum oritur efficacia, promiſſāmq; æternæ vitæ beatitudinē, quæ eiſdem fructum præbet, ignorarunt: abſcondit.n. hæc Deus pater arcana à ſapientibus & prudentibus huius ſeculi, quæ ſuis erat paruulis quoq; reuelaturus. Ornata autem humana mens gratia, fide, ſpe, charitate, cæteriſque perfuſa cæleſtibus habitibus, primæ ſummæque bonitatis amore rapitur, illius intuitum concupiſcit, inhiat, anhelat. Et quia oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcendit, qđ præparauit Deus diligentibus ſe, & non modo debilis, infirmus, deficiens omnium hominū & angelorum conatus, verū etiam nullus fore cōprobatur: hinc potētiſsimi Dei inuocanda eſt manus, hinc implorandum auxilium, hinc expetendus ducatus, hinc miris quidē veri tramodia, & immoto conſilio diuina exoratur clementia & orationum noſtrarum nō perit efficacia. Quē admodum.n. generi animātium inanimatorumque rerum omnium eſt à natura tributus appetitus quidam inquirendi boni: id tamen aſſequi nequaquam poteſt, niſi ſecretis adhibitis adminiculis ab eo qui operatur omnia in omnibus, eouſque ducatur: ita ſanè concitata in nobis per Spiritum ſanctum ſummi boni deſideria, expletum iri humili intercedente poſtulatione congruit. Expoſcit nāque diuinitatis ꝓſpecta lex ab optimo omnia nedum prona ad bonum fieri, ſed opem ſortiri, qua ſeſe ad id diuerſo ſerāt gradu ſi.n. effuſa diuinæ bonitatis quātulacunq; ſimilitudo res omnes cōſtituens, atque decorans ſecum affert, niſi contingens quidpiam præpediat innati cuiuſque appetitus finē voluptatémq; naturæ, quātò magis impreſſa ſanctiſsimę Trinitatis imago ineffabili gratiæ ſplendorē coruſcans cōferet, vt quē à facie Domini concepimus, & parturiuimus Spiritum ſalutis, proprijs nexibus quādo que pariamus. Cōmonentis præterea officium eſt, ſiquos ad optandum, aggrediendum, agendumque impulerit, eorūdē electione, aggreſſu, actione vti, cœptaque, quoad eius fieri pōt, perficere: propterea quidem qua ratione mouentūr ſingula, eadem & quieſcunt. Natura etenim lata, natura aſſequuntur, natura manent. vi autē expulſa, vi trahuntur viq; que cōſiſtunt. Fecit autē ſapientiſsimus Deus nos ad ſe, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in ſe. Scimus namque, q̄ omnis creatura ingemiſcit, & parturit, & intra noſmetipſos gemimus adoptionē filiorum Dei, expectātes redemptionem corporis noſtri. Suum igitur erit pios, quos inſeruit affectus, quibus ad eum ſuſpiramus, quos petendo accendimus, non excludere, ſed admittere, fouere, beare. Cur rōnalis creaturæ ſublimitas ſcribitur, prædicatr, extollitur, vt diuinæ naturæ conſortes, vt filij Dei nominemur & ſimus, ſi Dei cooperatores nō ſumus? Si ad capeſſendum paratū nobis ab origine mundi æternitatis regnum operæ noſtra efficiunt nihil, miſerabiliores profectò non modo nationibus, ſed viliſsimis ēt quibuſque rebus filij Dei ſunt ſi reliquorum formæ, actiones & fines paritate cōgaudet, eis verò acceptæ naturæ ad quietem obtinendā omnis actio ſubtracta ſit. Quorſum diuinæ amicitiæ munus humano collatū eſt generi, ſi amicorum iura ſeruare nō poſſunt? ſi cuiuſque hominis apud Deum nulla eſt authoritas? ſi quod optat

quis

quis optimum, potẽtiſsimi Dei amicus efficere nequit? ſi æqua eſt petentis atq; non petentis cõditio, & par vtriuſq; facultas? Præſtarẽ nempe obſecrantem non id infert, vt aliquid velit, aut malit immutabilis Deus: ſed vt opera noſtra fiat, quod aliàs factũ non fuiſſet, ſed vt accõmodè cauſæ efficiendis adhibeantur rebus. Secundarum quippe cauſarum leges qui norunt: non ideo negant vanas eſſe, ꝙ ſummi opificis potentiam augeant aut voluntatẽ mutent: ſed quia ſtatutus ordo ſeruatur, quia effectus cognatas etiam habent cauſas, quia à ſummo bono deſcẽdunt conſuno gradu rerum perfectiones. Ita nanq; ſapientia attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Proinde qui ſeruorum Dei paupertatem, cælibatum, ſeruitutẽ, ieiunia, vigilias, ſolicitudinem, orationes, cæteróſque ſupernæ vitæ gratia ſuſceptos labores deſpiciunt, & cauſare nihil contendunt, defendant vana eſſe ſingula hominum ſtudia: accuſent auidos agricolas, arguant ſolicitos negotiatores, milites, omnium artium opifices, & variis literarum diſciplinis operam dantes, damnent ipſam denique naturam: quæ ſicut ad vitæ ſtatus gloriæque cõmoda poſsidenda, laborandum eſſe ſuggerit, ſic ad felicitatem habendam orãdum eſſe docuit fideliſsimo naturæ teſtimonio, omnium nationum, omnium protſus ſeculorum ritu comprobante: neque enim vel noua vel ſingularis obſecrationum eſt religio: ſed ætates, tempora, æuitatéſque ſi receſeas, vetuſtiſsimam hanc obſeruationem totóq; orbe terrarum diffuſam, tametſi diuerſo cultu, ſemper inuenies. Quod autem indeficiens apud omnes perſeuerat, à natura inditum, aut immobiliori aliqua cauſa inſtitutum eſſe, omnium philoſophantium ſchola confirmat. Non vana itaque nec parua poteſtate donati ſumus, quando interpellandę nobis diuinæ maieſtatis facultas conceſſa eſt, quando noſtræ orationes, noſtri exempli efficiuntur cauſæ deſiderij: hoc de primo quidem diuiſionis membro diximus.

In ordine hoc quarum cauſarum locanda eſt oratio, & in ordine ſupra prima cauſa.

Deinceps vt erat propoſitum, ad quod genus cauſarum referẽda ſit oratio, paucioribus abſoluamus. Quamuis P.B. arguta dicta, quæ diſſeruimus, ſcioli pleriq; putent: retundere tñ q̃ aſſentire malunt. Cauſarũ, inquiunt, genus quadrifariã diuiſum cum ſit, veſtra iſthæc religio, ſi earũ continetur ambitu, quã deniq; ſubit cauſandi rationem, finis, forma & materia eorum, quæ in ſacrificijs obtenta creduntur, ab humana longè ſunt opera: efficiens verò cùm oporteat rem aliquã dare factis, & hominum vota nil oratione tribuant impetratis, procul eſſe ab agentium finibus fatendum eſt. Deficiunt præterea nunquam, aut certè rarò, rerum per ſe actiua: oratur autem plerunq; expectatione vana: fortuita igitur, aut nulla huiuſmodi cultus vis eſt. Animaduertiſſent profectò hi argumentationum ſuarum, quàm friuola ſit ratio, ſi menti oculos ad geminã coniecíſſent ſectionem. Alteram agentis in diſponens, adiuuans conſulens, & perficiens: alteram modi agendi in impertũ, ſuffragium, atq; miniſterium. Relucet in his agentis nomine etiam ſuffragantem admitti, nec enim duntaxat dicitur dare qui tribuit, ſed & qui interpellat, vt detur. Nec ab re: vt enim præcipiens effectiuum eſſe conſtat (quia obtemperantem executorem ad agendum promouet) ſic & petens qui actorem ad faciẽdum flectit: quia & apud grammaticos idem imperatiuus & deprecatiuus eſt modus. Nec indignũ rationali cenſeas creatura, ꝙ reliquis quietum eſſe ex propriis viribus ſit à natura collatu, ipſi autem tam humili actione alienam opem implorare neceſſe ſit. Meminiſſe enim oportet, quàm in ardua difficultate de cæleſtibus motibus diſſerens autor Peripateticorum protulit ſententiam: Meliorem inquit fore ægrotantis fortunam cõpluribus auxiliis perfectam aſſequi ſperantis valetudinem, quam paucioribus exiguam. Librandas rerum naturas ex hoc voluit, non quia potiundi boni potentia eſt maior, ſed quia bonum potiundum eſt maius. Non minor itaq; rationalis eſt creatura, ꝙ externo deſtituta auxilio optimum in tota natura cõſequi non valet: ſed eo altiorem conſcendit gradum, quo excellentior & omni cogitatu ſuperior illi fœlicitas propoſita atq; parata eſt. Non efficit ẽt ꝙ noſtris optatis plerunque oratio non reſpõdet: cauſarum.n. non quomodo, ſed ritè diſpoſitarum lex eſt nunquã aut rarò deficere. Vegetabilium quippe ſemina non aliter, quã vdis mandata ſulcis ſuo tpe oportunáq; diligentia exculta obtinent, vt ſæpè fructus afferant. Sol cum homine hominem, cum leone Leonẽ, cum ſingulis animantibus ſingulorũ genera ſemper ferè generat, modò quædam nõ deſinit præparationes. Quocirca ſi Dominum precantes, nulla affectio cauſarum more, efficaces ſaltẽ frequenter redderet, meritò cauſalis eos ordo à ſe abdicaret: ſed cum eorũ tantus ſit vigor, vt totus aſsit orationis effectus, non ſine quo incaſſum ligant, ſed cum quo fructũ referant expectatũ: iure inter effectiuas cauſas locum ſibi vẽdicant. Accepimus verò petentes piè perſeueranter, pro ſe neceſſaria ad ſalutem obtinere non ſæpè: ſed ſemper efficere quod cupiunt. Piè quidẽ petendum eſt: alioquin licet multiplicauerimus orationes, petimus, & non accipimus: eo ꝙ malè petamus: qui.n. declinat aurem ſuã, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis: & cùm is qui diſplicet ad impetrandum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Dedit equidem poſtulantibus regẽ in furore ſuo: & reſpexit in oratione humilium, qui voluntatẽ timentium ſe facit & deprecationẽ eorum exaudit. Perſeueranter autem: qm̃ pater miſericordiarum & Deus totius cõſolationis rogari inſtantiſsimè vult, ne oblata aut illico impetrata vileſcant: & noſipſos ad percipienda promiſſa deuotionis igne accenſos præparemus. Clauſis oſtiis in tẽpeſta nocte ſe pueriſq; ſuis ſomnum capientibus, euãgelicus amicus poſt negatum mutuum, poſt increpatã moleſtiam improbitate pulſantis victus, quotquot oportunitati fuerant panes elargitus eſt. Pro ſe verò qñquidem obſtare eius, cui petimus aut oramus ſcelera, ne ẽt Sanctorum p̃ces admittant, Hieremiæ conteſtatus eſt Dominus: Tu, inquit, noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem, & orationẽ, & nõ obſiſtas mihi quia non exaudiam te. Et rurſus: Si ſteterint Moyſes, Iob & Samuel corã me, non eſt anima mea ad populum iſtum. Neceſſaria demum ad ſalutem æternã petenda ſunt, quid.n. reliquorum oremus, ſicut oportet neſcimus, nouit autẽ cæleſtis Medicus, quid ægris ſalubre ſit: & idcirco ſæpè non tribuit quod volumus, vt tribuat quod mallemus. Si.n. nos cum ſimus mali nouimus bona data dare filiis noſtris, nec credentibus ſe petere panem, ouẽ, aut piſcem, lapidem, ſcorpionem, aut ſerpentem porrigimus, quantò magis pater noſter cæleſtis quæ obfutura videt, clemẽtius negat, quàm indulgeat: Iacobus & Ioannes indiuidui Chriſti comites, dextram læuámq; regni ſedem petitum mittunt, & audiunt, Neſcitis quid petatis. Paulus vas electionis ſtimulum carnis ſuæ angelum Sathanæ ægrè ferens, ter Domino rogato pro illius ablatione exauditus non eſt: quia ſi illo caruiſſet, ſaluus eſſe non potuiſſet. Efficit ergo ſemper optatum, modò ſuis partibus conſtet oratio: reliquum eſt, vt in ſuprema ſicut præmiſimus, reponatur. Tanti nos fecit munificẽtiſsimus Deus, vt ex infimo genere vota huiuſmodi in altiſsimo poſt ſe cauſarum ſolio, omni ei creatura ſubacta ſtatueret, declararet, fa-

ctiſque

ſtiſque comprobaret Oratione nanq; terra aperta eſt, & deglutiuit Dathan, & operta congregatione Abiron rurſus clauſa eſt. Iordanis vnda perpetem ſuum meatum retorſit: aër menſibus ſex & annis tribus ſerenitatẽ ſeruauit: ignis à caſtrorum combuſtione ceſſauit. Oratione grando, tonitrua, pluuia, muſcæ, ranæ, locuſtæ fugatæ ſunt. Rebecca à ſterilitate ſoluta, Maris à lepra mundata, excæcati & rurſus illuminati Syri, Ezechiæ terquini adiũcti ſunt anni, vita functi pueri reuixerunt. Oratione Moyſes Amalecitarum profligationem, Sanſon extremũ robur, Salomon ſapiẽtiam, Daniel viſorum reuelationem, Heſter Aſſueri gratiam, Mardochæus populi liberationem, Suſanna intentatæ mortis vltionẽ obtinuit. Oratione ſol cõmoratus in cælo longiorem triumphanti populo diem præſtitit: ſolis receſſus in decimum pertranſitæ viæ gradum. Eſaiæ vaticinio teſtis aſſuit. Oratione immaniſsimus draco, cui pmiſſum eſt animas ſeducere, in anguſtum deſerti carcerem detẽtus eſt, dæmonum genus apoſtolicæ authoritati reſiſtens eiicitur, Angelus Domini centum octoginta quinq; virorum millia interemit, Michael Iudæis præſidium tulit, Gabriel Danielẽ ſolatur, Raphael Tobiæ lacrymis aſſuit: ſed quid per creaturas vagor? Creator nempe ipſe humillimi famuli ſui oratione detentum ſe fatetur: Dimitte, inquit, me, vt iraſcatur furor meus. O humilis iſchryma, quanta eſt potentia tua, vincis inuincibilem, & ſuperas Omnipotentem. Tua ſunt hęc Deus optime opera, qui ſeruos tuos tam ineffabiliter magnificas: quippe cum eorũ interpellationibus deſideriiſque vniuerſam ſubieceris creaturam, tu amicos tuos tam admirabili gloria decoraſti, vt quicquid à natura, virtute, fortuna, ſpiritu, atque à temetipſo expectandum eſt hoc totum illorum votis cõmiſeris. Vere miſereris omniũ Domine, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti: quando quidem cæci illius in Chriſtum tuum adhuc caligãtis ſententiam (qua dixit, Nos ſcimus ꝙ peccatorem Deus non exaudit) dum Nabuchodonoſor, Achab, Publicani, Petrique preces admittis, cõfutaſti, & ad flagitioſos quoq; exorandi munus extẽdiſti. Habet itaque eccleſia tua B. P. ſacrum cultum non vanum, aut fortuitum, ſed inter cauſas effectiuas ſupremi ordinis omnia ſua ditione concludentem. Nec in vacuum obſecro tantam Dei gratiam, largitatémq; recipiamus, regnum tuũ Domini Ieſu eſt oratione cõparatum: dicente ad illum Patre, Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ, idem eſt eiuſdem oratione cõfirmatum, dicente ipſo ad Petrum: Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: propter quod Romana eccleſia immaculata fide perſeuerat. Collapſum ergo idem præceps ac propè ruinã cùm videamus, experiamur, ſentiamuſq;, ſurſum reſpiciamus, & leuemus capita noſtra. Oremus mẽte, oremus & ſpiritu, ne vox illa repetatur, populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt à me: cui debetur omnis honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

ORATIO II.

De vnione verbi cum natura humana, coram eodem Alex. 6. dominica prima Aduentus, anno Salutis 1501. habita.

VIDEBVNT Filium hominis cum poteſtate magna & maieſtate. Lucæ 21. capit. Admirabile ſacramẽtum, quo filius Dei ſe noſtra cũ humanitate coniunxit, Dionyſius Areopagita B. P. profundiùs ſenſit, quàm à nobis explicari poſsit. Silentium tamen ob hoc nobis non indixit, ſed myſterij altitudinem commendauit. Quamobrem ſtudioſas mentes, quæ ad difficillima quæq; perſcrutanda ſeſe rapiunt, prouocauit ad huius tantæ rei contemplationem non minùs ſalutarem, quàm difficilem. Tali concitatus deſiderio ſtatui apud me de ipſa vnione verbi cum natura hominis aliquid tam ſubtiliter, tãmq; modeſtè diſſerere, vt tanto loco dignum quippiam afferrem, & profeſsioni meæ videretur aptiſsimum. Attamẽ primum Mariæ numen, vt præſens nobis adſit humiliter imploremus, dicentes, Aue Maria &c.

Cum ad ædificationem perpetui templi ſolius atque omnipotentis Dei, in quo vos B. P. & reuerendiſſimi Domini, tanquam columnæ poſiti ſtatis, illud immutabile fundamentum iaceretur, Verbum qđ in principio erat Deus, caro factum eſt, admiratione pariter & ſtupore commoti ſunt plurimi, ſubtiliuſq; inueſtigare molientes, quomodo vnus atque idem verus Deus & verus homo eſſe poſsit, ad philoſophiam ſeſe contulere. Cumq; in illa proſpexiſſent ꝙ omnis vnio aut ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum accidens ſit, vtranq; perſcrutati, diuerſa vtrinque obſtacula offenderunt. Etenim ſi ſubſtantialis eſt ipſa Dei hominiſq; coniunctio, aut diuinitas erit humanitatis forma, & perinde, vt Apollinaris ſomniauit, tertia quędam natura ex vtriuſq; commixtione conflata eſt. Si verò accidentalis affirmatur, ſiue diuinum dicamus Verbũ habitare in illo homine, veluti in templo, ſiue vt indumento connexum (quẽadmodum duas hypoſtaſes in eandem perſonam cõponentes concedere oportet) Neſtorianam impietatem à finibus eccleſiæ iam pridem à Patribus exploſam vltro reuocaremus. Quò fit, vt nodoſa nimis quæſtio Chriſtianę religionis profeſſoribus obiecta videatur. An forte ſatis erit nobis pertranſire craſſa (vt aiunt) Minerua: & ruditer arbitrari talem fuiſſe illam vnionem, qualem Deus voluit, aut qualem eccleſia credit. Sed ſi hæc fides ſufficit, vana eſt admonitio principis Apoſtolorum, qua nos paratos eſſe iubet de ea, quæ apud nos eſt, inconuulſa fide, omni poſcenti nos rationem reddere. Quo itaque fœdere Verbum caro factum ſit, quãtum a ſanctis Patribus accepimus, & nobis tribuere dignatus eſt qui omnẽ hominem ad ſe humiliter properantem adiuuat & illuminat, paucis mihi proſequendum reſtat. Et quoniam omnis de aliqua re inſtitutio à diffinitione debet proficiſci, vt intelligatur quid ſit id de quo diſputatur, in primis prælibandum reor, quid ſit vniri in natura, quidve in perſona. Vniri in natura dicũtur, quæcunque è diuerſo venientia ad vnius naturæ integritatem perficiendam concurrunt ſiue informatione quadam, vt anima & corpus hominem integrant ſiue continuatione qualibet à natura inſtituta, qualem animalis membra præ ſe ferunt, ſiue quauis alia enaſcentium conuerſatione rerũ id euenire contingat. Cùm autem ex philoſophia, nedum à ſacris literis, didicerimus diuinitatem & in ſelpſa omnis compoſitionis expertem. & in cuiuſuis alterius cõcretionẽ venire nõ poſſe (vt potè, cuiuſlibet imperfectionis rõne illi repugnante) aſſumptio hominis à Dei verbo vnionẽ in natura repellit. Vniri verò in perſona illa dicuntur, qu … vna eadẽq; exiſtit à Græcis hypoſtaſis appellata, à nobis autẽ ſubſtantia indiuidua. Addidi autem, indiuidua: quoniam conſuetudo Latinorum, & quæ communis eſt ſubſtantiam vſurpat. At vnio hæc ſecundum perſonam non vno tantùm modo intelligi poteſt: nam quodlibet accidens ab eo, in quo eſt, conſtat ſecundum perſonam indiſtinctum eſſe: partes vel integritatis vel eſſentiæ cuiuſcunq; hominis quantum ad perſonam attinet,

eædem ſunt cum eo, cuius partes eſſe dicuntur. Verùm cum diuino verbo fas non ſit quippiam accidere, & ordo rerũ nequaquã patiatur humanitatẽ, quæ ab ſubſtantiã ſpectat accidentis eſſentiam ſubire, intelligi nullo modo poteſt, vt humana naturã deuincta Deo perſonaliter ſit; quẽadmodũ accidens ſubiecto ſuo inhæreſcit. Quòd ſi ad alterum modũ recurras, quo partes atq; membra perſonæ copulantur, incidis in Scyllam cupiens vitare Charybdim. Deum enim aut hominem partis diffinitionem ſubintrare fatendum eſſet: quorum vtrunque riderent philoſophi, alterum orthodoxa deteſtaretur eccleſia. Quid ergo? ſuccumbẽdumne nobis erit? minimè gentium. Perſpicacius quidẽ intuentibus videri poteſt ꝙ membra cuiuſque hominis & partes ſunt & organa: partes quidem, quoniam totum integrant: organa verò, quia ad officia muneraq; propria accommodantur. Organa autem dixerim non quæcunque, ſed connexa. Habent ſiquidem artifices & alia inſtrumenta à ſeipſis abiuncta, quæ à prioribus tantùm diſtant, vt nequaquã valeat alter alteri manus aut oculos, quẽadmodum enſem aut calamum commodare propterea quòd noſtra iſthæc membra nobiſcum ſubſiſtũt, illa verò remota à nobis ſunt, & exiſtunt per ſeipſa. Nec partes & quæ diximus coniuncta organa, tam mutuo inter ſe connectuntur vinculo, vt neutra poſſint ab alterutris ſeparari: quandoquidem & ſi nullum intelligatur genus partium, poſſunt nihilominus huiuſmodi inſtrumenta remanere. Nam & ſenſoriæ quæque partes non eo quod partes compacta habent organa ſunt, ſed quoniam ad ſuas aptæ ſunt functiones: vnde ſi ſenex oculum ſolum iuuenis aſſumeret, videret vtique ſicut iuuenis, & ſi quis præterea corpus totum animę organum dixerit, nullus erit error. Quocirca modus quidam relinquitur, quo perſonalis aliqua coniunctio definiri poteſt, nulla ſe vel partium, vel accidentium natura commiſcente, quando organum implicitum aſſeuerauimus cuipiam tributum eſſe perſonæ, atque hoc nimirum pacto noſtram naturam Dei verbo vnitam citra omnem dubitationem confitemur. Et quoniam in tota earum, quæ apud nos ſunt, vniuerſitate rerum, nihil tam ſimile verbo Dei, quàm intellectiua anima reperitur, ab ipſa exemplo qualicunque ſumpto, ea quæ diximus, fortaſſe ſubobſcura pandantur. Cernere libet noſtrã animam, præter quod corporis eſt forma, vtroq; potiri inſtrumenti genere: dum & ſui corporis eiuſque partium perinde ac cõgenitorum organorum vtitur miniſterio, & externa adminicula perficiendis adhibet operibus: hominis enim corpus coniunctum intellectiuæ animæ organum putandum eſt non ob id eſſe, quia ipſa illud informat & perficit: ſed ob eam potius cauſam, quòd idem cum ipſa ſortitum eſt ſubſiſtere. Enimuerò ſi ſola vi intelligentiæ adimeretur animæ, hoc ipſum ꝙ corporis perfectia eſt, retineret nihilominus ſecum illud idem corpus, quatenus inſtrumentum coniunctum: vt Platonici omnes, Peripateticorum verò illi, qui vnum hominibus dedere intellectum, affirmãt. At ſi incredibile aut ambiguũ adhuc cuiquã videtur, vt ſpiritualis aliqua ſubſtantia corporeum habeat quippiẽ eiuſdem ſecum eſſe participans, quo proprias abſoluat actiones, & tamẽ eius forma non ſit, ad ſeipſum redeat, ſeipſum intueatur, de ſeipſo dubitet. Nonne intellectus hominis ad explicãdos eorũ quæ intelligit, cõceptus lingua vtitur, quæ corporalis eſt, & eadẽ omnino perſona cum illo conſtans, & tñ intellectus nullius corporis eſt actus? Quemadmodum itaq; intellectiua anima miris quidem, veris tamen, modis geminũ habet inſtrumentũ, iunctum & abiunctum: nõ ſecus profecto glorioſus Deus vniuerſo creaturarũ generi veluti organo vtitur ſeparato, dum per ſecretum, intimumq; illapſum ſe rebus immiſcens, ad ſuæ voluntatis arbitrium deducit oĩa, & cuncta in ſingulis, & ſingula in cunctis operatur. Illã aũt humanitatẽ, quæ in Chriſto permanet, tanq̃ organũ cõiunctũ aſſumpſit: atq; ad illa magnifica & excellentiſſima ſolius Dei opera, redẽptionem generis humani, ſanctificationem peccatorum, æterni regni aditum, & id genus multa accõmodat, agit, exercet. Quare præclarè Athana. vnionẽ animæ ad corpus, vt materiã, ſed vt inſtrũm propriũ intuitus dixit, ſicut anima rõnalis & caro vnus eſt homo, ita Deus & homo vnus eſt Xp̃s. Cũ igit̃ vnio omnia (vt primo loco dicebamus) vel ſecundũ perſonã ſit, vel ſecundũ eſſentiã, & eſſentialẽ procul à propoſito repulerimus: ſupereſt vt perſonalẽ vnionẽ hãc aſſeramus. Rurſus cũ pſonalis vnio interdũ penes ſubſtantiam cõſtare poſſit, interdum aũt penes accidẽs, & quę accidentia eſt ſimiliter prętermiſſa ſit, vtiq; ſubſtantialis remanebit. Poſtremò, quia & hæc in eã, quæ aſciſcit partes: & in eam quæ organis contenta eſt diſtincta reperitur, conſtet verò partium proprietates vtrique repugnare naturæ: conſentaneum eſt, vt diuinitas atq; humanitas Chriſti in vnam coeant naturam, ſed perſonam: non accidentaliter (vt ita loqui liceat) ſed ſubſtantialiter: nõ vt partes, ſed vt altera humanitas, quod veluti inſtrumentum quoddam (vt ſæpè dictũ eſt) adiunctum diuinę perſonæ ſit: atq; ita ſanè adiunctum, vt corpus illud verum Dei corpus, & anima illa vera Dei anima verè atque conſtanter poſſit appellari. Nec officit quicquã nobis, ꝙ cõiuncta organa ad integritatem naturæ eius, cuius ſunt, ſpectare videantur, non enim oportet id continuè verum eſſe, vt ſexti digiti quacunq; ex cauſa congeniti exẽplo probari poteſt. is enim de ſpeciei humanæ integritate nõ eſt, & tamen organum connexũ eſt hominis habentis illum. Cæterum, quo nullus hæſitandi locus excellenti cuiq̃ ingenio relinquat̃, nihil obeſſe ſcito, ꝙ ipſum Dei verbũ ſola vi intelligentiæ ad aſſumptam naturam referẽ: hoc.n. minoris refert, q̃ curandũ ſit. Relatio namq; ſola nõ tantũ habet momẽti, vt hominem Deum faciat, verùm ſinum inſpiciendum eſt, ex quo oritur fundamẽtum. Quod hoc in loco ſi attenderis, in eo cõſiſtit, ꝙ filius Dei ad idẽ; omnino eſſe perſonæ ſubſtantiæq; ſuę naturam humanam cõplexus eſt: hæc.n. eiuſdẽ eſſe indiuiſio, eſt qua Deus homo eſt. Quæ & tanta tanq; ſingularis habet̃, vt in tam numeroſa rerũ cõditarum multitudine nullam diuus Bernardus repererit, q̃ nõ fateret̃ ab ea excedi, cum docẽte Aug. didicerimus potiorẽ vnionẽ obtinuiſſe hominem in filio Dei, q̃ (mirabile dictũ) ipſemet filius in Patre, cum quo tam ſingulariter vnus Deus. Hæc eſt q̃ prodigiis omnibus adeò pſtat, vt ne dicam cætera mirabilia Dei opera (quæ vel tenuiter inſpecta laudamus, miramur & obſtupeſcimus) ſed miracula vniuerſa quæ fieri poſſe credimus lõgo ſupereminet interuallo, q̃nquidem homo, qui natus eſt in ciuitate carnis nr̃æ idem ipſe eſt Altiſſimus, qui fundauit eã. Hoc eſt magnum illud, atque apoſtolicum ſacrum, quo ſecundus Adam tanq̃ ſpõſus procedens patrem reliquit & matrem, qñ forma ſuſcepta ſeruili ſplendorem maieſtatis obtexit, & ſynagoga dimiſſa nouę ſponſæ inhæſit, factique ſunt duo, Deus inquam & homo in carne vna. Hæc eſt ardentis ſimulque incombuſti rubi flagrantia, qua Deus noſter (qui ignis conſumens appellari voluit) quam aſciuit humanitatem, abſque conſumptione continet atque illuſtrat. Nec ſecus quàm ros in vellere abditus, & tanquam lapis ſine manibus humani operis de monte virgineæ altitudinis abſciſſus creuit in montem maximum omnia implentem, quando vniuerſa & quæ in terris, & quæ in cælis ſunt, inſtaurat, magnificat, beat.

Hæc demum eſt quæ mortalitatem noſtram abiectã atq; proſtratam ſupra ne dicam ſydera, ſed angelorum quoq; altitudinem efferens diuinitatis conſortium adeò nobis impartiuit, vt nũc quidem eſſemus & appellaremur genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis eius qui de tenebris nos in admirabile lumen ſuum vocauit; & demum quando apparuerit, ſimiles ei ſimus, immortales, impaſſibiles, nullius egentes, ſancti, glorioſi, beati. Agnoſce ergo quiſquis Chriſtianæ profeſſionis cẽſeris, dignitatẽ tuã, & diuinæ iã conſors factus naturę noli in veterem vtilitatem degeneri cõuerſatione redire. Memento cuius capitis, corporiſq; membrũ ſis. Etenim ſi prę oculis noſtram hãc tantam præſtantiã in promptu haberemus, & ad illam mores noſtros maturemur, & cogitatus, quàm parata & expedita eſſet nobis via ad bene beateq; viuendum? Quicunq; nempe ſalutis ſuæ curam non negligit, in hac vnionis gratia, qua Chriſto inſectus eſt, ſtandum, aut ad eam redeundum ſibi fore facilè proſpicit. Nam quia nos inſani per impietatũ noſtrarum iniquitates ab vno vero ſummoq; bono reſilientes euanueramus, in multa diſciſſi, per multa inhærentes multis, nutu denique Dei noſtræ perditionis miſerentis, venit Emmanuel vnus, & ſe nobiſcum effecit vnum, vt à multis exonerati, applicaremur ad vnum, amaremus vnum, frueremur vno, perſiſteremus vnum, qui cum Patre & ſancto ſpiritu viuit & regnat Deus. Amen.

ORATIO III.

De cauſa & origine Mali, & cur homines plura & maiora mala inuaſerint magis quàm cætera animalia. coram Alex. 6. Dominica 1. Quadrageſima anno ſalutis, 1501. habita.

DVCTVS Eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu vt tentaretur à diabolo. Propoſitum hodie ſingulare duellum, S. ac B. P. admirandum vniuerſæ creaturæ ſpectaculum exhibet. Vnigenitus nanq; omnipotentis Dei, idẽq; Deus omnipotens trabea noſtrę mortalitatis indutus non in carne peccati, ſed in ſimilitudine carnis peccati progrediẽs, alter pugilum mediã veluti in arenam, & totius orbis theatrum proſilit, contra principẽ tenebrarum pugnaturus. Quis non miretur? quis non ſtupeat? quis non omnibus propè ſenſibus deficiat? Magnitudo rei & ſcaturientium multitudo myſteriorũ, rationis virtutẽ omnem circunfundit. Cùm aũt cuncta mens non valeat humana cõprehendere, & quæ percipere datũ eſt, enumerare ſingula orationis modus non libenter ſinat, ad vnum illud oculos inieci meos, nõ aliorũ potiſſimum, ſed ꝙ exilibus ingeniis (quale meum fateor) & tractatu facilius, & ad noſtrã maximè reſpiciat naturam. Cum. n. intuear Saluatori noſtro, eidemq; Deo optimo, creaturam ſuam, quam bonam ſanctamq; condiderat, obuiam fieri, culpam ſuadere, & nequitiæ ſuæ venenum ad fontem vſque bonitatis extendere tentare, id modo verſatur in animo, Deus omnipotens maximus author eſt omnium eorundemque & ſingula bona, & cuncta valde ſunt bona, vnde igit malũ rebus adiunctũ eſt? quis malũ mundo inſeruit? Operæpretiũ itaque eſſe arbitror, q̃ breuiſſimè diſcutere prius vnde malum in vniuerſo, ſit, deinde q̃ ob cãm hominũ genus præ cæteris plus mali occupauit. Verumtamen noſtro vt aſpiret inſtituto, Mariam ſummi boni parentem adeamus. Aue Maria.

MAli originem inueſtigare tentantibus ille quàm primum occurrit quæſtionis nodus. Malum an ab alio productum, an verò ex ſeipſo ſubortum ſit. Si ab alio, à bono igitur, aliud nempe à malo, non niſi bonum eſt. Quo autem pacto à bonó malum manare poteſt, cum pugnent inter ſe, nec ſolùm contraria, ſed contrariorum quoque cauſæ ſint? Si ex ſemetipſo malum eſt, Manichæi redit error, nec vnus vniuerſi eſt princeps (vt Stoici & Peripatetici rationibus affirmarunt) ſed duo rerum prima principia, alterũ quidem bonorum, alterum verò malorum (vt Pythagorici finxiſſe viſi ſunt) confiteri neceſſarium eſſet. Implicitè autem huius difficultatis nexum, qui ſibi abſolui explicarique deſiderat, eorum quę ſunt, geminam aduertat eſſe naturam. Altera quidem ad proprium bonum ita diſponitur, vt tamen ab eius conſecutione deficere poſſit: qualia ſunt ea omnia, quæ in hoc vltimo orbe frequenti & alterna generatione atque corruptione variantur. Altera verò (ad quorum numerum cæleſtia pertinent corpora) infallibili ratione ꝓprium bonum conſequuntur. Naſcitur autem hæc rerum diſparitas ex ea, quæ præcedit diuerſitate mutabilitatis atque conſtantiæ. Illud quippe rerum genus, cui oportuna quæque principis ad vltimum ſuæ naturæ adipiſcendum mutabilia ſunt, fraudari profectò ſuo bono poteſt. Cui autem vel obtenti vel obtinẽdi neceſſaria oĩa præſto certoque adſunt, hoc à ſuo deſiderio decidere (etiam ſi fingere liceat) impoſſibile eſſe videtur. Plãtæ etenim & ſemina idcirco ab intento germine inueniuntur quidem defeciſſe, ꝙ per impedimenta obuiantia naturalis eorum profectus interceptus eſt, ſol verò ab inſtituto nunquam diuertit ob eam cauſam, ꝙ inuariabili ordine natus eſt moueri. Oritur & hæc diuerſitas ex priore differentia ſecundum potentiã, & eam, quam Græci endelechiã, nos verò actum atque perfectionem appellamus: variabilitas quippe connexionis cuiuſque ex potentia ſurgit, inflexibilitas verò ex illa rei conſummatione firmatur, quæ potentiam omnem ad quoduis repugnans procul abegit. Nunquam enim obirent animalia, ſi tanta eſſet perfectio vitæ, quæ omnem moriendi potentiam excluderet. Sunt tamen non pari ratione tantæ inæqualitatis prima principia actus & potentia. Ille enim primam ſedem tanta ſibi authoritate vendicat, vt antecedens omne ſecundum quodcunque genus abiiciat. Hæc autem & priua ſe fundamẽtum conſequi non recuſat: poſſibilitatis nanque cuiuſque radix cenſetur ex nihilo eſſe (vt noſtri) vel non ex ſe eſſe (vt philoſophi tradunt) cum potẽtia mater eſt defectus. Quem ex non ex ſe eſſe pullulare ab aere proferamus exemplum, quemadmodum enim aer, quia non ex ſe lucet, quicquid luminis habet, alio vtique illuſtrante habet: quotuſquiſque verò fulgoris gradus illi defuerit, ex hoc ipſo prouenit, quòd nullum ex ſeipſo aſpirat lumen. Haud aliter creatura quælibet, quia non ex ſe exiſtit quicquid perfectionis poſſidet, alio largiente quocunq; ſortitur: defectus autem omnis, qui affuerit, propterea aduenit, quòd nihil ex ſe eſt. Quamuis autem cuiuſlibet poſſibilitatis ipſum nihilum radix ſit: non omnia tamen, quæ in nihilum reuerterentur, niſi illa manus omnipotentis tueretur, huiuſmodi habent potentias: ſed ſua cuique pro naturæ atque proprij finis ratione accommodata eſt. Quocirca licet ea, quæ ſuapte natura ad ſingulare aliquod bonum prona ſunt, diuerſo calle ex nihilo prodierint (dum alia id boni tanto ſibi fœdere copularunt, vt nullus ſit relictus contrario aditus, alia verò ab illo nihilo vnde veniunt, tam parum diſceſſerunt, quòd non modò ad deſtinatum

finem

ſinam tendere: ſed in contrarium poſſunt inter ea te meare,) quæcunq; tñ ad vniuerſale bonum capeſcendum facta ſunt (qualia ſunt cuncta intellectu prædita) vno eodemq; interuallo ea nihilo proficiſcuntur: quandoquidem eorum nullum ad finem propriũ neceſſariò pertingit, ſed omnia ingenito poſſunt arbitrio & ad proprium ſe agere bonum, & in aduerſam partem tenire, vergere, peruenire. Diuinitatis nanq; cùm proprium ſit, vniuerſum bonum eſſe, ipſamque met ſibi legem exiſtere, & habere deniq; rationem eandem, quam & voluntatem, reliqua natura quæ intellectus rationis eſt particeps, libertate donari haud alia valuit, quàm quæ ex nihilo potuit exire. hæc autem cum particulare quoddam bonum aſſequitur, & alterius legi, cui vniuerſum bonũ eſt naturale ſubiicitur, & voluntatem ex ſe defectricem efficit. Eiuſdem enim rationis eſt, eſſe creaturam liberam abſque potentia diuertendi ab eo, ad quod deſtinata eſt, vniuerſum bonum, & creaturam vniuerſum bonum eſſe: quod profectò non ſolùm non fieri, ſed nec cogitari poteſt. Qui enim tanta quidem viget libertate, vt à bono diſcedere nequeat (cum bonum omne voluntas poſſit appetere) totam bonitatis naturam, eandemq; immobilem in ſemetipſo habeat neceſſe eſt, nam aliter pro ea parte, qua minus habet, aut mutabilis eſt, poſſet planè decidere. Quàobrem Areopagita Dionyſius, malum particulari bono comitem alligauit indiuiduum. Quum igitur malũ ea naturali boni defectu, defectus ex mutabilitate, mutabilitas ex poſſibilitate, poſſibilitas ex finitate, finitas demũ ſuboriatur ea nihilo: conſequens eſt, vt quæcunq; mala ſunt, idcirco ſint, quoniam illa, quæ malis ſubiiciuntur, ex nihilo veniunt. Et cùm poteſtati non ſubiaceat diuinæ, vt creaturæ ſint, & non ea nihilo, ineuitabile eſt, quin

Origo mali.

malum ſit, ſi tamen ſubſiſtere mundus debet. Verùm inter malum naturæ atq; motis tantùm intereſt, vt illud quidem & poſſe & eſſe neceſſarium ſit: hoc aũt poſſe ſimiliter neceſſarium, facere autem libertatis fuerit. Percunctantibus itaque vnde malum, ea ſe an ab alio, iam liquet malum quidem poſſe quatenus in malum tendit, nec ex ſe (quia ex nihilo exurgit) nec ab agente authoreq; aliquo ſiue volente, ſiue nolente, aut per ſe, aut per accidens prouenire. Quemadmodũ non frigeſcere, ignem inſeparabiliter comitatur: nulla tamen cauſa perenda aſt, que ignem efficiat nõ frigidũ. Malum verò ipſum à bono naſcitur, ſed per accidens: dum quædam bona appetuntur, quibus mala implicita ſunt aliorum. Nullus enim operatur aſpiciens ad malum, ſed ad bonum ipſum, aut ſaltem apparens bonum agentis omnis ſtudium contendit. Nemo profectò laceſſitus tanto vnq̃ furore vltionẽ expetiit, vt alterius malum primaria optione eligeret: ſed dum bonis quibuſque noſtris (vtilia, delectabilia, honeſtaue ſint) acquirendis tuendiſque operam damus aduerſa quæq; declinanda, refellenda, deſtruendaque occurunt. Hæc eſt origo atq; via, qua malum mundo obrepere cœpit, extremaſque eius partes ambas iam penetrat, luſtrat, occupat. Sed de mali origine hactenus.

Cur homines magis, quàm cætera mala plura inuaſerint.

Deinceps, vt promiſimus quare tanta mali inundatio homines præ cæteris inuaſerit paucioribus abſoluamus. Singularis humanæ naturæ miſeria atq; calamitas San. pater. flenda potiùs quã diſputanda eſſet. Cælum. n. & terras & mixta quæque conſpiciens, intueor rerum omnium ſpecies ad proprios certatim fines cõtendere, intentis bonis potiri, vel in nullis, aut certè in paucis ſingularibus deſideriũ falli, & impedimentũ perpeti. Humanũ aũt genus omne, terra vorago vitiorũ (quæ verè mala ſunt) ſic cõplexa eſt atq; abſorbuit, vt Rara auis in terris, & nigro ſimillima cygno, Vir bonus & ſapiens, qualem vix reperit vllum millibus è cunctis hominum conſultus Apollo. Cur ſolum humanum genus Deus optime tot ac tãtis malis reſperſiſti, aut certè inuolui paſſus es? Nunquid oĩa certo fine gubernas, hominumque ſolos deſpicis actus? nunquid totius huius operis abiectiſſima pars homines ſumus? Hæccine eſt imago tua Dñe? Vbi nã illud Prophetæ tui de tua erga nos miſericordia admirantis: vt tanti homines feceris, quòd eorum pedibus cuncta ſubieceris, oues & boues vniuerſas, quin & pecora campi? Si cæteris animantibus præſtamus, quanta obſecro, & qualis excellentia hæc, ſi communem nobis, & illis optimi appetitionem congeneraſti & illa ferè omnia finem aſſequuntur, noſtrum autem pauciſſimi voti compotes euadunt.

¶ Bifariã aliquid accidere rebus factis ex philoſophia didicimus, ex electione ipſius artificis, vt accõmodũ quippiã ſit ad bonũ aliquid, & rurſus ea materiæ neceſſitate, quæ cõſtat veluti ex purpura, tinea, & ex ferramentis quibuſq; corrodens emergit rubigo. Qua propter ſicut faber ſerrã facturus, durã ferri eligit materiã, & ad ſecandũ idoneã, quòd aũt rubiginẽ cõtrahat, tãtùm abeſt, vt optet, vt quoad poſſit, ſtudeat propulſare; haud aliter plaſmaturus Deus hominem, q… aſſe actiones noſtro indigebã: pro tãgendi ſenſu nobiliſſimo (ob idq; molles carne, bene aptos mẽte, docileſque videmus) oportuit tale effingere corpus, quòd earum qualitatum, quæ tactu percipiuntur, medium temperamentum haberet. Cõpoſitum proinde oportuit fieri hominem ex intellectuali & ſenſitiua natura, & ſpiritu & carne, ea rationali appetitu atque ſenſibili. Electa nimirum ſunt ambo, vt ſenſibilibus bonis pariter & intelligibilibus certa quadã ratione frueremur. Nunc autẽ cum ſimulatq; editi in lucẽ & ſuſcepti ſumus, ſenſibilibus aſſueſcimus bonis, cum vtilibus, tum delectabilibus, atq; ita q; hæc ſenſuum blandimenta naturali nobis neceſſitudine iuncta frequenti vſu adeo familiaria fiunt, & tam vehementer nos impellunt, vt & inſignem mẽtis nobilitatem obnubilent, & putemus nos ſenſitiua natura primò conſtare, conſectamur propterea à blandientem libidinẽ, nullum habentem modum nullumq; finem, & toto impetu paulatim ferimur, imò rapimur in iſtas ſenſuum oblectationes. Delecta hæc non ſunt, vt in homine eſſent, ſed ea cõnexione partium pullularunt, hinc ſiquidem caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, hinc Apoſtolus queriſ, Video etiã legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuãtem me in lege peccati. & rurſus, Non quod volo bonum, ſed quod nolo malum hoc ago. Hinc manifeſta carnis opera, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, auaritia, veneficia, inimicitiæ, æmulationes, contentiones, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & id genus multa, quibus nõ ſat eſt animum inficere, niſi etiã corporis mala tot tantaq; ſecum ferant, vt in nobiſipſis experiamur nullam ferè hominibus ægritudinem accidere, quæ ex animi huiuſmodi perturbationibus originem nõ traxerit, ob eã q; cùm cæteris animalibus, crebrioribus & grauioribus moleſtiis, infirmitatibus, morbis & ærumnis infeſtatur, & quatitur genus hominum. In ſola igitur noſtra natura, mirum non eſt ſi tanta vtriuſque mali rubigo reſidet, quando ſola ex ſenſu & intellectu cõſtat, & eo vinculo, vt ſenſus, & quę illius ſunt manifeſta, facilia, domeſticaque nobiſcum coaleſcant, intellectus autem & eius bona obſcura, ardua, alienaque appareãt. Accedit ad hæc, quòd, ſicut à ſanctis Patribus accepimus, aduerſarius noſter diabolus circumquæritans quem deuoret, & menti falſa ſuggerere, & ſuas delitias ſenſibus ſuadere, & ſi qua ſunt ſpiritualium bonorum deſideria val extinguere, vel infice-

re non deſiſtit. An ſunt nobis fortaſſe longiùs, aut ignota exempla petenda? audaciſſimam.n.beſtiam illam & infenſam Dominum Ieſum Paulò antè audiuimus, quàm importuniſſimè aggreſſam. Et primò quidem eſurientem ad ea, quæ carnis erant, ſola tamen externa ſuaſione inuitauit, non.n.decebat immaculatum agnum, qui venerat tollere peccata mundi, interna carnis pugna tentari, cùm (vt diuus ait Aug.) nonnullum peccatum ſit, cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Deinde religionis ſanctimonia ad egregiam popularis famæ extenſionem prouocans, ſi illæſus per aera deſcenderet, quæ mundi ſunt ſubminiſtrauit. Demum ratus, quod ſi peccare licet, regnandi gratia maximè licet, omnia regna terrarum pollicitus eſt. Et ſic dum res geſta geminatos hoſtes (internos.ſ. & externos) habere nos admonet, cauſam ſimul affert quare rempublicam humanam malis crebreſcentibus labefactatam ſingulariter videmus.

¶ Nec propterea virtutis nomen tanquam impoſſibile pauendum nobis eſt, & via deſperanda ſalutis, bonorum.n. officiorum omnium ſemina à natura nobis indita ſunt, & aduerſantia quæque valemus pro noſtro integro arbitrio ſuperare. Adiice quod intus & extra ad vtriuſque generis inimicos ſupplantandos, magna & munitiſſima præſidia poſuit Conditor omnipotēs & glorioſus victor noſter. Exteriora quidem arma illa met, quibus ipſe vſus eſt, ad vtendum contulit, ſacrorum nempe librorum doctrinam, nulla ſiquidem ratione alia quàm ſola Scripturæ authoritate certamen totum ad victoriam vſq; perduxit, compertum ſuo experimento id eſſe monens, vt quicquid credendum, agendum, omittendumq; occurrit, hoc ſacri eloquij lance librandum eſſe cenſeamus. Interius verò auxilium tribuit, quādoquidem antequam duceretur à Spiritu ſancto, vt tentaretur a diabolo, aquarum fluenta benedictione proprij Baptiſmatis conſecrauit, & deinceps cum primùm in nouam creaturam ſacro fonte regeneramur, ſuæ gratiæ & charitatis aliarumq; omnium virtutum muneribus ſic protegit, vt omnia nequiſſimi tela ignea veneno armata, facilè poſſimus abrumpere, retorquere & extinguere. Minimam nāq; charitatem diuus Tho. edocet ad omnium generum exquiſita tentata ſufficere. Quis nos, inquit Apoſtolus, ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an gladius, an fames? certus ſum, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula. Amen.

ORATIO IIII.

De immortalitate animorum coram Iulio 2. pontifice maximo, Dominica prima aduentus, anno Salu. 1503. habita.

PROPE Eſt regnum dei, Lucæ 21. Poſtquam rerum humanarum atque earum, quæ intra nos ſunt, diuinarum culmine, petita eſt beatitudo tua, ſanctiſſimè Pater, agnoſco hoc orandi munus eadem ſpectante fœlicitate mihi ſorte obtig iſſ.. Ea propter omnes aut expectare catalogū quendam laudum tuarum à me recenſitum iri, aut inuidero arbitror mihi fortunam meam. Magnorum enim oratorum animi excelſa virtutum tuarum faſtigia commendare geſtientes optaſſent vehementius hunc ſibi locum dari, quò tam in latum campum ſinuos totius effundere liceret eloquentiæ. Hos ego tantùm abeſt vt reprehendam, vt ingentes quoque gratias piis eorum affectibus, ſanctitatis tuæ nomine, agendas putauerim. Attamen ab iſta procul valde ſententia meum conſilium diſtraxit, ſpectans enim ad magnanimitatem tuam, quam præclara facinora luculentius oſtendunt, quàm vel mortales omnes pleno ore congratulantes prædicant, auram iſtam popularem ventoſamque orationem, quam animi magnitudo vti cætera quæque caduca atque fluxa ſpernit, omittendam cenſui. Verùm maximam de immortalitate animorum difficultatem, & eam penitus explicatam (ſi tamen ita dici ſine arrogantia licet) maieſtati tuæ offerendam attuli. Ad primum ſiquidem mortalium principem, paſtoremque animarum, prima oratio à prima religione, prima de hominum re iure habetur. Verùm quò tam arduum negotiū dignius tractemus, diuæ Mariæ nomen imploremus. Aue Maria. &c.

PRincipio veluti baſim quandā atque totius orationis fundamētū id firmiter ab omnibus teneri velim, ad cognitionē latentium ſubſtantiarum, occultarumq; rerum, propriis earum effectibus deducentibus nos ritè ſaneque peruenire. Effecta nanque ſi tollas, nullus notitiæ de arcanis relinquitur locus, cùm (vt inuiſibilia mittamus) de corporibus cæleſtibus, de Sole, de Luna, deque reliquis aſtris ſublaria officiorum ſuorum actionibus quis vel tenuem coniecturam caperet? Quis ignem leuē, terram grauem, illum calidum, hanc frigidam dignoſceret, ſi aſcenſus atque deſcenſus, ſi calefactio frigefactione nunquam fuiſſent ſenſibus explorata? Hinc igitur maximus ille philoſophiæ parens, Ariſto. exorſus, Si animus inquit, aliquam habet operationē propriā, fieri poterit eundem à corpore quoque ſeparatum nihilo minus manere atque viuere, ſi nullam ſibi vendicat, ſed omnem (vt ita dixerim) ſuppellectilē habet cum corpore communem, cum ipſo quoque corpore interreat opus eſt. Hoc itaque iacto fundamento, ſubtilius eſt inquirendum, an animus per ſe ſolùm agat quicquam. Et quoniam ſi quippiam ſolus perficit, id præcipuè eſt contemplationis opus, ad hoc vniuerſa deducit quæſtio, nunquid intelligere ſolius animi ſit, an verò animi ſimul atq; corporis? Vt autem quod quærimus, clarius, facilius, tutiuſq; inueſtigemus, rebus omnibus diſtributa pariter & accommodata officia legere atq; accuratiùs diſtinguere operepretium duxi. Quatuor eſſe actionum genera philoſophi tradidere, quarum duæ extremæ ſunt, reliquæ autem mediæ. Et illarum quidem vnum genus eſt, quod in ſolo corpore materiaque verſatur, quales ſunt affectiones, quæ à calido frigidoque, humido, ſiccoq́, duro, leni, atque his ſimilibus proficiſcuntur. Alterum verò eſt, quod rerum à ſenſibilium mole eleuatum, ad ſpiritualium naturam ſolummodo refertur. Noſtram autem intellectionem ad neutrum horum generum pertinere facilè conſtat, nec enim cùm intelligimus, affectus (quos modò dicebam) patimur corporales, quin potius ſi intenta mentis acies nimis fuerit, quanquā extrinſecus illa nobis admoueantur, nō ſentimus. Neque rurſus iā alta petimus, vt corporeis imaginibus nō immiſceamur: oportet.n. intelligentē phantaſmata ſpeculari. Inter mediorū verò generum alterum, quod mali eſt propinquius (in quo & actiones ſenſuū continentur) ab eiuſmodi affectionibus liberū, eſt. ſed corporeo organo explentur. audientes nempe vel videntes, & ſi non frigemus aut æſtuamus, quibuſdā tamen corporeis intercedentibus portionibus, ſonos, colores, odores, cæteraque ſenſata per-

percipimus. Reliquum autem ſpiritualibus actionibus affine, nõ ſolùm ab elementaribus qualitatibus. ſed à corporeo quoque inſtrumento ſeſe eleuat, obiectis tamen non corporibus, ſed corporum imaginibus (quæ phantaſmata philoſophi appellant) natura ſi quadam neceſſitudine deuinctum eſt. In hoc profectò actionum genere noſtram intellectionem locari quiſquis veri iudicis naturam nouit, nequaquã ambigit, experimur nanque noſmetipſos intelligere diſcernereque non genus hoc aut illud, ſed vniuerſam corporum naturam. Decernere autem rectè non contingit aliter, quàm ſi is qui arbitratur, omni vacet affectu.

Probant hoc quotidianæ cõtrouerſiæ: quibus ſedandis iudicem ad neutrã panẽ propenſum exquirimus atq; laudamus. Probant interni mores, affectus paſſioneſque quibus manifeſtum fit neminem omnia ſapere, ſed qualis vnuſquiſq; inuenit, talis ei finis vr. Probant naturæ experimenta: vt enim verè diſcernamus quid amarum, quid ve dulce ſit, nullo, affectum ſapore guſtum ſeruare oportet: ægro nanq; ideo cuncta videntr amariora, quoniã cholerica amaritudo ſenſoriũ inficit. Nec diſſimile reliquis ſenſibus accidit, vna ſiquidem oĩs iudicii cõis eſt ratio, vt ſit qui iudicat, à rebus iudicandus alienos: nam ſi illarum aliqua inhæſerit, aut totum ſibi iudicium inflectit, aut falſam facit aliarum afferre cenſuram. Quocirca quoniam vniuerſa ac ſingula quæ materiæ concreta ſunt intellectu nos diſcernere, atq; hæc ipſa ſpiritualibus diſtinguere experimento cõprobamus, neceſſe eſt vt noſter hic animus vniuerſæ naturæ corporeæ natus arbiter, ab omni ſit corpore alienus. Vnde preclarè Anaxagoras atq; Ari. intellectum oportere eſſe immixtum dixere, tametſi diuerſis rationibus ducerentur, ille.n. vt libero expeditoq, imperio cuncta diſponat: hic autem vt recto ſanoq; iudicio oĩa decernat. Nec audiendi ſunt nobis, qui acriori ſe ingenio præditos exiſtimantes, organum quidem (hoc eſt q̃dam corporis portionem) menti nõ aſſignant: ab vniuerſo tñ hominis corpore eadem adiungi rõne, q̃ attulimus, aiunt non ſatis probatum iri. Tam irrationalis eſt iſtorum canillatio, vt niſi velim eos noſſe eam me ſcire, atq; à ſententia ea dimotum, referendam putaſſem minimè. Dicant obſecro iſti, ſi intellectum ab omni parte corporis oportet eſſe liberum, vt omne poſſit corpus diiudicare, quo pacto vni toti corpori merſus, vniuerſæ rei corporeæ æquus erit index: ſiue.n. pars, ſiue totum, modo corpus aut corporeum aliquid ſit, cui intellectiuam vim quiſpiam affixeri, ad certam trahit, flectũ definiq; cognoſcendorum corporum ſpeciem: quæ non ſolùm ampliſſimam illam de omni mole corporea cognitionem prohibet, impedit atq; obſtruit, verùm intellectum quoq; ipſum conſenſu miſcet, ſolaq; vocabuli differentia alterum ſecernit ab altero. Quod ſi abſonum valde eſt (q̃ſiquidem nihil diſtaremus ab animantibus) oportet, vt intellectus exercitium ſolius animi eſſe fateamur, & non animi corporiſque cõe cõmodum ſentire. Quæcunq; autem ſpecies operationum quippiam, ſola efficit, retinet ac ſuffert, ſuſtinentis alicuius adminiculo non eget. Alteri nanque ſi inniteretur, eoque ſubmoto labeſceret, nequaquam ſola eam actionem cõtineret, ſed communem magis reciperet cum eo, ſine quo ſubſiſtere non poſſet. Quòd ſi alieno fulcimento diuinæ huic formæ opus non ſit, ſua tantùm virtute ſubſiſtere quis dubitabit? Alterum enim ex duobus fateri oportet: aut illam, per ſeipſam ſtare, aut hærere & ſi quidem per ſe conſtat, in portu (vt aiunt) nauigamus. Si autem ſubuenitur, quomodo contemplationem ſuam in ſuo tantùm ſinu complecti, fouere, gerereque valet? Si ſpecies itaque omnis, quæ propriam ſibi vel vnam vendicat operationem, communi philoſophorum ſententia conſtans atque perennis eſt inficiari profectò nemo poterit, quin noſtra mens (quam dum contemplamur, per ſe ſolam agere comprobauimus) per ſe quoque ſolam eſſe manereque poſſit ac viuere. Immortalem ergo animum eſſe hactenus à propria actione probauimus.

Deinceps eiuſdẽ ſempiternitatem à naturali eius deſiderio mõſtrandam curabo. Si cuiquam P. B. à natura inditum eſt vt ſemper eſſe deſideret, rem hanc Philoſophi pariter & Theologi perpetuam fore, ea potiſſimùm ratione ſunt arbitrati, q naturę appetitus inanis eſſe non poteſt, quare ſi noſter animus ſuapte natura ſempiternam cupit vitam, eum immortalitate vigere nemo dubitabit. Quòd autem ita ſit à natura inſtitutus vt optet ſe ſemper fore, manifeſtum ſic fiet.

Argumentum à naturali deſiderio.

Appetitionum duo ſunt genera, alterum rebus omnibus commune, quo vnumquodque ad accõmodum iuuans profuturumque fertur. Alterum eorum, quæ cognitione pollent proprium quo metuunt ei piuntque, & mille aliis variantur affectibus. Vtrunque tamen pro tuendo eſſe contendit, quandoquidem nulla prorſus res eſt, quæ ſe eſſe non amet.

¶ Quemadmodum aũt cõis ille appetitus, nõ vno tantùm inuenit modo in his, quæ certis finiunt ætatibus, & in his quæ nonq̃ deſinunt (q̃nquidem quæ ſeneſcunt, effundere deſiderium in omne tps nõ audent, quorum aut vigor tpis diuturnitate non lenteſcit, perſeuerate ſemper eadem magnopere concupiſcunt) haud ſecus appetitus alter, quẽ cognoſcentiũ diximus eſſe proprium, diuerſa rõne reperit in his, q̃ ſenſo tantùm moueni, atq; his, q̃ intellectu præſtant. Illa n. quoniam ſolùm quod adeſt, aut imminet, apprehendunt, in longũ appetitiones non ſuſpendunt, hæc aũt, quia vniuerſa varietatum, mutationũ, temporũq; volumina contemplatione pariter & prouidentia excellunt, reliquũ eſt, vt parem vim appetendi ſortita non hoc tantùm aut illo tpe, ſed in æuum deducere vitam cupiant. Atſi ambiguum, ſubobſcurum, aut leue teſtimonium hoc hr, & obiicit, noſmetipſos intellectu quidem præditos non dubitamus, ſemper tñ viuere, aut natura appetimus minimè, aut morientes fallimus. Eleuate obſecro paulisper mentis oculos, conſtantiſsimas vniuerſalis naturæ leges intendite, ſanctiones ſpectare duas. Alteram, qua æqualia pariter cũ generant oĩbus, durãdi deſideriũ & permanendi robur, ita vt quandiu quodque duraturum eſt, tandiu eſſe deſideret, & quanto tempore expetit exiſtere, tantiſper permanſurum ſit. Alteram, qua appetitus omnis, quo vnumquodque eſſe perſeuerareque ſubinde concupiſcit, aut ad quandam temporis menſuram clauditur, aut vltra quamcunq; temporis longitudinem ſe extendit, comparata ſunt hæc in his, quę de cœlo naturæ ſcripſit interpres. His autem iunctum ſi fuerit, quòd intellectualis ſpiritus deſiderium tendat ad eſſe, non hac aut illa ætate concluſum, ſed ab omni tempore eleuatum (quoniam intellectu apprehenſum ſolummodo cupit bonum, quod ab omnium temporum differentijs, quia vniuerſale eſt, conſtat eſſe abſolutum) conſequens eſt vt is, quo intelligimus & ſapimus, animus, in vniuerſum tempus effuſum habeat viuendi deſideriũ cum pari robore, euadere quippe quia non poteſt, quin aut certo tempore, aut ſemper eſſe deſideret, cùm definito non ſubſit tempori, reliquum eſt, vt ad ſempiternam ſe extendat vitam. Immortalem peritutæ eſſe non hominem, ſed ſeipſum noſter animus, propria appetitione (quæ praua falſaq; eſſe nequit) teſtatur, clamat, demonſtrat, ipſius quippe animi propria eſt cupido hæc, veluti ipſius cupiditatis parens intellectiua cognitio, nos autẽ ſemper viuere nequaq̃

optamus,niſi quẽadmodum volare inter cũcupimns. Sed quid diutius quæ domi ſunt verſamus? nonne & quæ exrera à nobis ſunt,cæleſtem hunc vigotem, & diuinum uoſtrum profitentur animum? F.x illo quippe naturæ vultu,quem dixere chaos,tudem,indigeſtãq; molem, res omues ao ordiue propagaras, eo fędeie diſpoſitas atque cõuexas eſſe perſpicimus, vt ab imia ad ſuperiora cõſcendentibus perſectionũ incremeuta ſenſim appsreant ſucceſcere,& quæ coniuncta ſunt,alterum alteri paulùm admodum pręſtare. Co ſurgunt ſiquidem veluti depreſſi quipam gradus aut uumeri reium ſpecies,& ab his,quæ ſingulis proximè ſunt,nullo diſtant interuallo,atque idcirco adeò ſimiles cognataſque habeut habitudines,naturas,actiones,atque figuras,quæ ſibi mutuò cuntiguę ſuut,vt non facilè plerunque ſit illas diſtinguere. Peragratis autem vuiuerſis corporum, plantarum, animarumque naturis,ad hominem cùm venitur, idem grauis aſcenſus,quo ſeuſim pedetentimque procedebatur,nequaquam ſeruatur:ſed ſurſum repentè uatura trahitur,& ad alteram,eamq; remotiſſimam contignatiouem eleuatur. Maiori nanq; interuallo homo à ſuprema animantium ſpecie quàm ſummũ animal ab infimo non modò viuentium,ſed abiectiſſimorũ quoq; corporum genere diſtat. Ne autem hoc abſq; ratione dicere videamur,citentur noſtra, alienaq; genera conditioneſq;.Genera in primis,quanduqnidẽ cætera omnia, ex materiæ tranſmutatione proficiſcuntur, noſtra autem meus deforis venit. Conditiones deiode:illa enim teuui ſupellectile conuenta pauca quibus indigent,ab ipſa uatura ſimulatq; eduutur iu lucem,accipiuut. Indumentorum vice cortices, reſtas,coria,ſpinas, villos,ſetas,pilos,plumam, pennas, ſquamas, vellera: pro armis autem cornua, vugues, dentes,rictus,roſtra,aculeos,morſua,calces, venena, Homo autem pro vuiuerſis his, & aliis quam plurimis & variis & magnificis ſtudioſas faciléſque ſolas manus accepit. Actiones demum, quia ſingulis ſpeciebus aliis definitus eſt agẽdi modus: homo autem tot nanq; diſſimilibus vtitur viis,vt hic ſolus ſit hominibus operaudi modus, ſine vllo certo agere modo. Alia,ſola ſalns iuuat: hominem verò tam ſeuſu quã ratione apprehenſa,etiam ſi nil aliud vtilitatis acceſſurum ſit,delectant. Alia,de prole ciboq; ſolicita pugnant: humo autem ſamam extẽdere factis auidus, nomen & gloriam ſoboli, ſaluti,vitæque anteponit. Alia poſtremò à couſono illius bono rarò deficiunt: homo aurem (proh dolor) ſuum verè bonum ſæpiſſimè amittit. Vnde igitur tanta diſtantia inter hominem cæteraſque naturas? vnde ſulitæ pedetentim ſcandere,tantus repentè uaturæ ſaltus? vnde quę conſueuerat per ſimilliora iu ſimilima duci,in tã diſparia ſtatim eleuata conſpicitur? Nullam profectò cauſam aliam reddidiſſe ſat erit, niſi animum è ſummo rerum faſtigio veniſſe dixerimus: qui iu alterum rerum ordiuem uaturam transfert, ſupremis infima iungit,caduca immortalibus inſerit,orixonta æternitatis & temporis conſtituit: ſic uempe omnis admiratio diſparitatis cedit, ſi ex duabus naturis, ſpiritu & corpore,intellectu & ſenſu,immortali & corruptibili homiuem conſtare nou duhitamus. Quas ob res ſi animi uoſtri (de quo agimus,) facultas certi aliquid comperire poteſt,& veritatis quippiam de ſeipſo perſpicere, ſi fortiſſimis argumeutis fides vlla adhibeuda eſt, ſi ratione inueſtigata & ad ſenſuum vſque explorationem deducta humanæ ſeutentię quietem tribuunt, ineruditi,iudocilis,tardi, hebetis,ſtupidiq; eſt immortalitatem animorum in problema reuocare neutrum. O quàm ſibi meliua couſulerent iſti qui ſe rerum occultarum ſcrutatores profitentes,quæ natura in ſole expoſuit,uffundunt atque obteguut, ſi ſuã cæcitatem ſilentio opprimerent: meliores nanque haberentur philoſophi,dum tacerent, quàm imperitiores,dum tam iueptè garriunt.

¶ Sed quid uobis cum re temeratia; animum, P. B. ſortiti ſumus mundum,purum,ſplendidum,diuinum theſaurum profectò pretioſiſſimũ in vaſis iſtis fictilibus recondirum? Muudum inquã accepimus, quandoquidem non ob merita (vt Origentes ſabulatur) corporeis vinculis eſt addictus,neque vt luteum viuificando corpus eiuſdem ſordes contrahat,ſed vt naturæ fœdere vitam influat, cupiditares, libidines, reliquoſque aut tollat,aut moderetur affectus,humana quaumm par eſt,diſponat,æterna intendat, ad ea cuncta dirigat & ſeſe totum dedat. Accepimus præterea purum pariter & ſplendidum, vt quia illuſtriũ ſpirituum vltimus,fulgorem micãtiſſimæ lucis cum aliis nnn ſuffert, obumbratum materiæ teuebris lumen vel oculo uoctuæ ſimilis inſpiceret, intelligibilia colligeret,atq; vniuerſa natura aſcita ſeipſum omuia faceret. Accepimus denique diuinum, vt ſummum bonum intelligeret,intelligeudo amaret,amãdo poſſideret, poſſidendo frueretur. Seruemus igitur obſecto, ſeruemus depoſitum quale accepimus, curemus ne temporalium contagione polluamr. Timeamus propheticum illud, Homo cum iu honore eſſet,nõ intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis. Excolamus virtutum ſemina uobis indita, tenebrarumque operibus procul reiectis, induamur Dominum Ieſum Chriſtum quo felici immortalitate, atque immortali felicitate taudem perfruamur. Dixi.

ORATIO V.

De modo, quo animæ patiuntur ab igne corporeo, & de corporum cruciatu coram Iulio II. Dominica prima Aduentus, anno 1504. habita.

ARESCANTIAVS hominibus præ timore & expectatione eorum, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Lucæ 21. Si humanæ mentis imbecillitatem & abyſſum caliginis,quas in ſe rerum varietas recondit, animo reuoluerimus, B. P. nihil fere eſt,de cuius explorata cognitione placere uobis, & gloriari valeamus. Non enim aa ſolùm, quæ procul à nobis natura repoſuit, ſed illa quoque quæ in promptu habemus, quæ ipſi ſentimus, ambiguitatis nebula offuſa ſunt. Hoc qui aduertit & ſapit,ſic difficillima quæq; cunctabundo ingenio ſtiloq; attingit, vt pręclarè ſecum actum putet,vbi de occultis rebua probabile potuit quippiã attuliſſe. De ſubterraneis igitur pœnis reproborum, Dæmouum homiuùmque ſiue animas,ſiue corpora poſtremò cruciaturis,dicturum hodie me ſiue eo animo quæſo,audite, vt eùm rationi maximè couſeutanea patefecero, malitis vtcunque concipere,quam vel ſenſu vel certa demonſtratione callere. Quòd ſi vires ſiue corporis ſiue animæ huic prouunciationi ſuccumbent, aut impares erunt,date precor veniã valetudinario. Diuæ itaque Mariæ tribunal ſolita prece veneremur. Aue Maria.

Excellentiſſimum illud genus rerum quæ ſolo ſpiritu conſtant, & intellectu vigent, an pœnas aliquas ſubire diguum ſit,quo ve pœnarum genere affligi poſſit, diuerſos authores uarias legimus attuliſſe ſeutẽtias. Quorum opiniones recenſenſere & à

fide

fide aut veritate diſcrepantes ſine intervallo refellere ea ratione conſtitui, vt purgatis erroribus, credibilis magis veritas fiat appareatque. Plurimi philoſophorum intellectualis naturæ præſtantiam metientes, ab vniuerſo pœnarum genere tam humanas animas quàm angelicas omnes ſubſtantias liberarunt, ea potiſſimùm ratione perſuaſi, quòd malum omne citra orbem lunæ (infra quem duntaxat poteſt aliquid præter intentionem obuiare) concluſum, eſt neutramque proinde illarum naturarum poteſt inuoluere, quæ à corporibus vniuerſis ſunt ſegregatæ. Horum error facilè deprehenditur ſi recti operis ratio, ſi creatæ voluntatis natura in medium deducta fuerit. Rectum quippe opus, & opus eſt & rectum quare à duobus neceſſe eſt proficiſcatur principiis, quorum altero opus, altero rectum ſit, illud voluntas, hoc lex eſt. Quocirca illa quidem voluntas, quę ſimul voluntas & lex eſt, errare poteſt minimè, quæ verò voluntas tantùm eſt, non lex, nec legi immobiliter hærens, à rectitudine declinare ſuaptè natura valet. Cùm autem liberi arbi. vniuerſa lex, perfectam omnis boni rationem in ſe claudat (quandoquidem ad omnia liberi arbit. appetitio extenditur) & nec fieri nec cogitari, valet, vt creata voluntas omne bonum ſit, aut congenita natura poſſideat, conſequēs eſt, vt ipſo ſummo bono excepto, reliqua libertatem ſint flexibilem ad bonū & malum ſortita. Poteſt igitur in ſeparatis ab vniuerſa corporea mole ſpiritibus malum culpæ ineſſe, & quoniam iuſſiſti Domine, & ſic eſt, vt omnis inordinatus animus ſibiipſi ſit pęna, oportet malū quoq; pęnæ eis ineſſe. Ex propria igitur officina confutatis philoſophis, aliis pęnis affici poſſe autumant angelos, verùm omnem eorum ærumnam in mœrore amiſſæ felicitatis conſiſtere arbitrati ſunt. Hos gemina peccati malitia ſtatim arguit. Vt enim peccantes duo mala faciunt (dum Deum reſpuunt, fontem aquæ viuæ, & ciſternas propriarum affectionum ſibi fodiunt diſſipatas) par eſt, vt duplici etiam in pęna dolore contetantur, & damno contēptæ felicitatis & ſupplicio inuoluentis calamitatis. Alij animarum ſupplicia aſſeuerātes, finxerunt naſci ea ex terribilibus corporum quorundā imaginibus, quas aſpicientes, perinde aiunt pauore cōcuti ac dormientes, aut phreneticos, quos inania vel inſomnia terrent, vel phantaſmata alligant, tribuunt ſiquidem ſeparatis animis organum quoddam cæleſtis naturæ, quo terrificas formas concipiant ad ſe cruciandas. Fabula quippe hæc eſt quaſi reditum animis ad compares ſtellas pollicita. Et quanquam tam ineptè compoſita ſit, vt digna non habeatur, quam vel philoſophia nedum diuina ſapientia coarguat, dedit tamen quibuſdam ex noſtratibus occaſionem, etſi non ſtultius cogitandi, à veritate tamen nihilo errandi minùs. Quantū enim puduit peritos viros has ineptias ſectari, tātum de nouo ſuo commento gloriati ſunt, aſſerentes non ſenſibilibus, ſed intelligibilibus corporum figuris mentes torqueri. Verùm hoc Philoſophorum Theologorumq; ſcola confutat, eo ꝙ intelligere omne per ſeipſum delectabile eſt. Argutos autem eorum intellectus decipi, vt triſtia putent quæ verè non ſunt triſtia, aperta fictio eſt. Nonnulli denique eorum eo igne cremari mentes aſtruere conantur, verùm ne puerilis ſententia videretur neſcio quem habitum illas induerunt, quo fieret, vt ignis vſtionē perſentirēt. Voluntariè ꝓfectò ſunt hęc cōficta & vana, nulla rōne nullaq; authoritate cōſtantia.

¶ At qui in philoſophiæ gymnaſio, ſacratumque literarū ornatiſſimo domicilio verſati ſunt, duo pęnarum genera ſpiritibus infligenda docuerunt, alterū iacturæ ſummæ beatitudinis, alterum detruſionis in tetrimo ignis carceri. Et quoniā damnum in aperto eſt, de igneo ergaſtulo libet parumper diſſerere. Detruſum iri dicimus abiectiſſimo loco non modò illuſtres dæmonum animarūq; ſubſtantias, ſed inſignes quaſq; earum vires, intellectum, liberum arbitrium, actiuamq; poteſtatem. Coercentur autem vinculis, catenisq; igneis, non eo quidem modo, quo corpus corporeis nexibus præpeditur, ſed quemadmodum humanus animus terraceo huic corpori tanto fœdere implicitus eſt, vt ſuo arbitrio inde emigrare non poſſit, & tamen illum ſpiritum eſſe, hoc autem corpus nemo dubitat, non ſecus ſpiritus illi tartareo deuinciuntur igni. Sed tantum refert, quòd noſter animus hoc, in quo tenetur, corpus, viuificat, illi vero ſpiritus, quibus alligantur corporibus, vitam minime præbēt. Perſpicua autem detruſio hæc nobis fiet, ſi modum ordinemq; quo corpori ſpiritus iungitur ac deuincitur, in medium deduxerimus. Spiritus omnis pręter Deum certo loco ſuapte natura communi phyſicorum conſenſu poteſt definiri. Definitum autem etiam nolentem detinari naturæ vigore noſter animus reſtatur. Quòd ſi tanta eſt naturæ vis, vt iunctum corpori ſpiritum manere cogat, quantò magis omnipotens conditoris naturæ authoritas addictum loco ſpiritum detinere etiam inuitum poteſt? Definitus igitur non natura, ſed vi detentus in loco ſpiritus, naturalem libertatem ac dignitatem, qua nulli ſubiicitur corpori, qua omne corpus euincit, qua omni corpori præeminet præſidetque infeliciſſimus perdidit, & ſe perdidiſſe miſerrimè mœret, atque mœrendo ineffabiliter cruciatur. Affligatur intellectus, quando ſuæ captiuationis ærumnam non recogitare ſubinde non poteſt. Cumque ſimul multa meditari nequeat, ab aliorum omnium, quæ leuamen afferre poſſent, conſideratione prohibetur. Et quanquam meditatio pœnæ pœna non ſit, cùm liber quis meditatur ſolum nihil aduerſi ſentiens aut metuens, attamen vbi præſens eſt doloris obiectum, vbi ſuam vim exercet in meditantem, vbi denique meditatio ipſa coacta eſt, nihil acerbius animum quàm eiuſmodi conſideratio afficere poteſt. Affligitur voluntas, quippe ab omni delectabili depulſa id ferre compellitur, quod dedignatur, reſpuit, abhorret, quàm maximè odit Dei iuſtitiam, cui præcipuè inuidet diuinā celſitudinem magnificari in propria & ea abiectiſſima pœna, dolet, gemit, corroditur. Affligantur denique actiuæ potentiæ, ſiquidem diro igni addictæ nulla aut certè modica poſſunt exercitatione ſeſe ſubiectis admouere rebus. Quòd eo intolerabilius eſt, quò tanta eis vis ineſt, vt commouere nutu ſingula poſſent. Accedit ad hæc quòd iugis perinniſque eſt eis definitus carcer & dolor, ita vt nulla valeat minuere, aut mollire aduentans cōditio, ſed ſemper vti ab initio acerbiſſimè mœrere opus eſt, neque enim detruſi ſpiritus obliuione mederi, meditationi vacare, affectum deponere, ſeſe adhortari, facere (vt aiunt) de neceſſitate virtutem vſquequaque valent. Nulla eis clementiæ aut varietatis ſpes, nulla in præter euntis temporis euentu expectatio, ſed quas luunt pœnas, nunquam terminandas aut minuendas certiſſimè ſciunt, imò inuiti ad mœroris culmen clara luce vident. Hæc pauciſſima de ſpirituum pęnis attigerimus.

Deinceps de corporum cruciatu aliquid afferamus. Corporeum ignem eſſe, P. S. apud inferos corporibus infeſtum ex noſtris quidam imprudenter negarunt, ſcripturas autem ſacras, quæ illius meminerunt, metaphoricè aſſerunt interpretandas, non minùs quàm cùm tineam, vermem, fletumque ad cruciendos flagitioſos minantur, quemadmodum econtra cibum, potumque, & humanas mille delitias iuſtis & ſanctis in beatitudine pollicentur.

¶Quidam verò opinionem hanc tanquam abſonam ſaſpuentes, in aliam vulgarem magis quàm ſapientem inciderunt. Verum.n. affirmantes ibi ignẽ fore, falsò tamen æſtimauerunt eius incendio corpora ipſa affici, calore æſtuare, citra conſumptionem ardere, & nihil tandem à noſtro, quo vtimur, igne, in actione differre.

¶At hi, qui & vi rationis, & lumine cæleſti perfuſi ſecreta rerum diuinaque myſteria indagarunt, mediam viam ſectati ſunt. Aiunt nanque corporeum verumque illic ignem flagrare, citra corporis tamen calefactionem: eius vim atque incendium irrepere in neruos, in medullaſq; ſæuiſe, fibraſque illas arripere ac torquere, è quibus dolor naſcitur. Corporeũ quippe ignem credimus, tum quia corporalis pena nullo aptiùs modo, quàm per corpus infligitur. Tum quia in exponendis ſacris eloquiis ea eſt lex, vt ꝙ propriè intelligi poteſt, ad metaphoricum ſenſum à literali expoſitione minimè transferatur, nam ſecus nulla definiri poſset Scripturæ certa interpretatio. Cum autem in pœnam reproborum paratum ignem Saluator noſter fuerit cõminatus, poſsimuſque eum aptiſsimè ſic accipere, tanquam perſpicuè locutum, vt quid parabolicè dictum putamus, & nodum in ſcirpo ꝗrimus? Ignem Saluator noſter cõminatus eſt, verum ignẽ intelligere prohibet nihil, corporeũ ergo ignem fateri oportet. Non calefactum autem iri illic corporea, ſed ignem illum ſpirituali pariter, & ſenſibili afflictione corpora vexaturum ratione dicimus. Primi orbis motu iuxta Euangelicam lectionẽ tráſeunte, reliqua oĩs corporalis affectio atq; alteratio ab illo vtiq; depẽdẽs, deſinet, & quẽadmodũ cœleſtis corporis, cui primus ille inerat motus ſenſibilis, quædam ſupererit actio, qua lucet, illuminat, atque videtur (quã noſtro vocabulo intẽtionalem appellamus) haud ſecus in cæteris quoq; corporibus eas aptitudines atq; affectiones æſtimandum eſt remanſuras, quibus videri, tangi, audirique poſsint. Duo enim hæc genera actionum corporib. ineſse, neutrumq; ab altero pendere, in his quæ de anima præclarè ſcripſit Ariſto. didicimus. Quo circa ignis omnis geminam in corpora nunc exercet actionem. Alteram, qua calefaciendo vrit, & id à cœli motu pendet. Alteram, qua ſpeciem non calidam tactui imprimendo ſentitur, quemadmodum anulus aureus figuram nõ auream ceræ imprimit, & hæc ab altero actionis genere, quod paulò antè cœlo ineſſe dicebamus, pendet. Proinde nunc vtraq; actione & agit & offendit, quieſcẽte autẽ cœlo illa duntaxat vacabit, quæ à motu proficiſcitur. Reliqua verò perpetua remanebit, hæcq́ nimirum poſterior in reproborum corpora exercebit, ſæuiet, affliget. Nec eſt doloris huiuſmodi rõ quærenda alia, quàm excellentia ſenſibilis ſenſus organo admoti, habet.n. quilibet ſenſus ex his, quę in rerum natura ſenſibilia conſiſtunt, vnum aliquod ſibi proprium ac peculiare, quod philoſophi obiectum appellant vt viſus colorem, auditus ſonum olfactus odorem, quocum tanta conciliatione atq; neceſsariæ coniunctionis vinculo deuincitur, vt ſine eo agere poſſit nihil, vt quandiu ſuæ facultati & potentiæ aptè congruit, eſtq; maximè accommodatum iucundiſſimos fructus carpat naturalis amicitiæ. Vbi verò ſenſibile in immenſum excedit, quaſi diſsoluta amicitia, quæ mutua quadam proportione, certæq; rationis tẽperamento poſita erat, ſenſum ipſum protinus irritat, laceſſit, vexat, torquet. Stridens.n. ſonus turbat auditum, viſus aciem lux immenſa retundit ac diſſipat, & ſi rigentem manum præ algoris magnitudine, ad ignem vehementem propiùs admoueris, protinus intimum irrepit atq; cruciat incendium, vt hominẽ propè conficere videatur. Vnde quæſo tunc ille dolor? num ex calore? nequaquam, cum enim nihil aut parum admodum caloris inhæſit, vt ſi altera manu attentes, plus frigere ſentias, quàm caleſcere, immoderata itaq; vis ſenſibilis, huiuſce doloris relinquitur cauſa. Patimur igitur atq; ſummo dolore ſenſibili cruciamur, etiam vehementer calida abſque eo, ꝙ caleamus, tangendo ſentimus, cum ſenſus ſuſcipit excellẽtis ſenſibilis ſpeciem ſine materia. Talem fatemus eſse apud inferos corporũ cruciatum. Hoc tãtum pacto credimus reproborum corpora ab igne pati, & tamen non calefieri, nec conſumi. Nec quicquam obeſt id, quod rectè dici ſolet, ſeorſum paſſiones eos perficere, non offendere, ſed eò educere, quò maximè euadere poſtremò valeant. Volebat ſanè authoritas illa oſtendere quantum hæ ſpirituales ſenſuum paſſiones ab his, quæ circa corpus fiunt, alterationibus differant. Tanta ſiquidem eſt inter eas diſtantia, quòd hæ ſemper imperfectionis aliquid ſecum vehunt, illas autem puras atque ſynceras contingit aduenire, quamuis non ſemper ab omni ſeſe eximant admixtione mali. Obiectorum enim incompactiones ac incongruæ diſparitates, ſenſibus ipſis (vt dicebamus) maximè aduerſantur atque officiunt. Quocirca in promptu cauſa eſt, cur glorificato corpori dolorem excellens ſenſibile non infert. Dota nanque impaſſibilitatis protectum vehementiam obiecti nequaquam admittit. Corporalis itaque cruciatus nulla deeſt cauſa apud inferos, ſubtracta vulgari hac viſione, quam calentes experimur. Et vt ſummam rei vno verbo complectar, corporeum ſupplicium in hoc completur, quòd malum & id corpori admotum paſſibili ſenſu percipitur. hæc vbi ſunt, dolere opus eſt ſecundum ſenſitiuæ animæ partem, quam affectiuam dicimus. Eapropter tam ingens tangibilis exceſſus, quantus in igne eſt, maius cùm ſit corporei organi temperamento, dum paſſibilem reproborũ ſeorſum inuadit, acerbiſſimo dolore afficit, vexat, cruciat. Neque audiendi ſunt, qui neſcio quam turbationem ſenſoriæ harmaniæ addere, atque interponere voluerunt. Temporalis enim eſt commotio omnis, ſentita autem omne ſiue accommodatum, ſiuè excedens, abſque mora contingit. Quare intemperatum immenſumque ſenſibile ſuapte natura ſenſui non aduerſaretur, niſi ſimul atque coniunctis alterum alteri officeret: neque vnigenia contrarietas foret, ſi in momento non conſummaretur. Atteſtatur planè his, quæ diximus diſſimilium pœnarum alteratio, etenim quonam alio pacto ab aquis niuium ad calorem nimiũ rurſuſq; ex hoc in illas ſine dolore interſtitio aut mitigatione tranſibunt? Si enim æſtum atque algorem corporaliter ſentirent, non ſolas ſpirituales vexationes excipientes, ſæpiſſimè dolore vacarent. Perennis autem atque continuus erit dolor: quoniam iuges ac viuaces aderunt cauſæ, & homo ipſe ſine morte paſſibilis erit, alterum reparata natura, alterum culpa exigente. Si igitur ignem illum tartareum verè corporeum eſse non ambigimus, ſi vnum atque eundem dæmonibus, hominibuſque reprobis paratum credimus, conſequens eſt, vt vtrique corporeo addicti ſint igni. Sed tanti refert, quòd ſpiritus carceris afflictione: corpora autem ſenſibilia queque intentionis effuſione continuè, perpetuò, acerbiſſimeque torquebuntur. Aeſcentibus itaque hominibus præ timore, tam diræ gehennæ manifeſtandæ vniuerſo orbi, nobiſcum bene actum erit, ſi timor Domini initium fuerit ſapientiæ, ſi ceu (ſeta filum) amorem honeſti, bonarum artium, optimorumque officiorum introduxerit. Non enim accepimus ſpiritum timoris in ſeruitute, ſed Spiritum filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Sit Redempto-

ris no-

ris noſtri læua ſub capite oostrarum actionum, vt demum dextera amoria illios amplexetur nos, cùm tradiderit regnnm Deo & Patri, qui viuit & regnat glorioſus in ſæcula. Amen. Dixi.

ORATIO VI.

De Eccleſiæ & Synodorum differentia coram Iulio ſecundo in ſecunda ſeſſione concilij Lateranen. 17. Calen. Iunij, 1512.

CVM Animaduertam, Iuli ſecunde pontifex maxime, reliqoas omnes eccleſiaſticæ reipublicæ conſuetudines actioneſque ſingulas, eſſe ſingulis eccleſiaſticæ partibus ac commodatas: generales verò ſynodos vniuerſalem eccleſiam penitus reſpicere, eamque tanqnam finem ſibi proprium attendere: exiſtimaui me factutum rem & vtilem & omnibus gratam, ſi hodierno die primùm de eccleſia ipſa, deinde de ſynodis huius temporis, illarumque differentia ac diuerſitate dicerem. Sed cùm his diebus ex hoc loco viri doctiſſimi (qui hoc oratorio munere magna cum laude perfuncti ſunt) de his ferè rebus verba grauiter ſapienterqne fecerint: ego qui ingenio illis & doctrina inferior ſum, quò meis viribus minus confido, Pater ſancte, eò humiliùs atque propenſiùs tuam humanitatem & clemeotiam mihi propitiam eſſe, & ſummiſsè oro, & ſuppliciter pero. Sed quoniam nihil eſt, quod homo de ſemetipſo ſine auxilio opeque diuina poſſit polliceri, ad glorioſam ipſam virginem Dei matrem, primùm conuertam orationem meam. Aue maria. &c.

¶Cum dilectus Chriſti diſcipulus & Euangeliſta, multa nobis ex prophetica illa myſticaque viſione nuntiare inſtituiſſet, de Deo, de agno, de oei agnique gloria, deque venturis præteritiſque temporibus ac rebus diuinitus retulit: atqoe is etiam Chriſtianam rempublicam & eccleſiam contemplatus, in hunc modum ipſe aut per ipſum potius ſanctus Spiritus locutus eſt, Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem, nouam deſcendentem de cælo. Magna profectò & diuina, maximaque inſuper atque omnem humanæ rationis terminum exuperantia Ioannes vidit. Vidi, inquit, ciuitatem, vidi ſanctam, vidi Hieruſalem, vidi illam nouam, ac de cælo deſcendentem. Quæ eſt iſta cioitas, quam Ioannes vidit? quæ eſt iſta, quam magiſter diſcipulo, Chriſtus Apoſt. Spiritus ſanctus Euangeliſtæ ac vari figuris & allegoriis reuelauit? Certè ciuitas hæc Chriſtianæ reipublicæ vrbs eſt: quæ non vallo aliquo terreno, non caduco murorum mœniumque ambitu cincta eſt, ſed multitudine copiaque innomerabili clauſa eſt ac permunita. Quamuis enim huius muodanæ ſapientiæ antiſtites, certo quodam & præſcripto cioium nomero ciuitates conſtitui oportere arbitrati ſint, nimiamqoe & nimis latè diffuſam multitudinem ſummouerint neqoa inter centies centena milia (vt ipſi aium) commercium fieri poſſe vllum exiſtimauerint: ſolum tamen Chriſtianum genus tanta, tamqoe mirabili à Deo optimo maximo cognitionis, neceſſitudinis, ſocietatiſqoe copula deuinctum aut coninoctom eſt, vt in vnitate maximam multitudinem, vnius vrbis ambitu ſpatium ampliſſimum, in vna deniqne ciuitate totum terrarum orbem complectatur. Nam cùm in condenda & coonſtituenda qualibet ciuitate duo in primis requirantur, primum vt partibus ſuis omnibus ipſa conſtituatur reſpublica: Deinde vt hæ partes inter ſeſe ciuili amicitia quadam & conſenſione conſpirent. licet cognoſcere, quomodo priuatis publiciſque in rebus ambabus his partibus noſtra hæc Chriſtiana cioitas excellat. Quòd enim ea partes omnes perfectiſſimæ reip. habeat atque contineat, ea in primis ſacra, quæ ſacramenta appellamus, oſtenduot quæ tantæ ſunt efficaciæ & virtutis, partim vt hominum generationes matrimonio propagent, partim vt Deo filios Baptiſmate gignant, tum genitos communicatione corporis Chriſti alant & vegetent, deiode diuina Chriſmatis virtute corroborent: vbi corroborauerint, poteſtate atque authoritate, eccleſiaſticis ordinibus augeant, mox aliquo errore lapſos confeſſione reſtituant, & poſtremò humanis culpis abluendis ſancti olei vnctione perungant. Præter hæc autem diuina & præclara muoera multa habet alia hæc ciuitas cumulatiſſimè; habet nanque Apoſtolos, habet Euangeliſtas, habet Prophetas, habet Paſtores, Doctores, Martyres, habet ſermones ſcientiæ, ſermones ſapientiæ, genera linguarum, interpretationes ſermonum, diſcretionem ſpirituum, gratiam ſanitatum, fidem, vaticinia, miracula, & eam cælum claudendi, rurſum aperiēdi poteſtatem, vt qoicquid in terris ligauerit, quicquid ſoluerit, deniqne id continuò in cælo diſſolutum, vel ligatum ſit. Et quanquam hæc magna maximaqoe ſunt, ſatis tamen non fuit tot tantaque eccleſiam habuiſſe, niſi & angelorum reuelationes, illuminationes, defenſioneſqoe habuiſſet. Quibus omnibus actionis noſtræ contemplationiſque ſtudia non tueri modo ac defendere, ſed propenſius etiam & augere, & ornare, & perficere conatur. Ciuitas igitur hæc diuina illis reipub. partibus illuſtratur, quibus nulla vnquam alia vel melioribus vel ornatioribus illuſtrata eſt. Quòd autem ciues ipſi arctius in hac copulatiuſque quàm in ciuili alia communitate deuinciantur, vel hinc patet manifeſtè, quòd hi non iam ciues ſunt aut aduenæ, ſed ciues ſanctorum, ſed domeſtici Dei, ſed membra Chriſti, & ita vnius eiuſdemque myſtici corporis membra, vt alii aliis & membra ſint, & quemadmodum ſunt, mutua ſeſe communicatione ac ſocietate confoueant. Cùm igitur hæc ciuitas ex perfectiſſimæ reipu. partibus perfectiſſimis conſtituatur, ipſiusque ciues interiore & cognatiore, quàm omnes aliæ ſocietates, genere colligentur, patet certè, hanc vrbem aliis eſſe digniorem, perfectiorem, excellentiorem, ipſamque præſtare omnibus honore, decore, & (quod maximum eſt) humana beatitudine ac fęlicitate. Quanquam enim cuiuſuis ciuitatis proprium eſse videtur, ſufficienter ex ſe beneque ac beatè viuere, nulla tameo alia niſi hæc noſtra hoc ipſum habere cumulatè ac largiter poteſt ſed ne imitari quidem. In aliis nanque finis ciuilis amicitiæ, & ſocietatis eſt optima inter ſe hominum coniunctio, in hac verò noſtra, in qua hæredes Dei omnes, cohæredes autem Chriſti ſunt, ad Deum ipſum, vt propriom Chriſtiani generis finem cuncta referuntur. Hæc cùm ita ſint, rectè Chriſti eccleſia, non tam ciuitas ab Apoſtolo Chriſti, quam ciuitas ſancta à viro ſanctiſ. commemoratur.

¶Id autem patres (vt nunc vos alloquar) mox ex trema oratione ad hunc ſummum Pontif. caput omniū reuerſurus, id inquam patres qoa & ego quoque ratione demonſtrauero, quæſo intelligite. Sanctitas ipſa (vt à diffinitione incipiamus, vtq; Dionyſio Areopagitæ placet) immaculata, libera, perfectaque mūditia eſt. Proinde tametſi hoc ſummis antiquorum noſtrorumque rationibus firmatum ſit, in Deo vniuerſorū authore & gubernatore, omniū rerum naturas excellentias, dignitateſq; conſiſtere: Deus tamē ipſe præ his omnibus propriā ita ſibi vendicat ſanctitatē,

Eccleſia ciuitas [illegible]

vt

vt etiam ſummi philoſophi Dei ſubſtantiam mundi tia & ſanctitate definirent. Nam cùm inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, ſempiternam quoque eius vir tutem ac diuinitatem intellectu conſpicerent, vellent que Dei naturam & voluntatem, ac quicquid in Deo eſt, vnica aliiſque rebus incommunicabili proprieta te exprimere, non virtutis quidem, non diuinitatis aut reliquis tantæ maieſtati conſentaneis nominibus vſi ſunt, ſed munditiæ & ſanctitatis ſignificationibus. Solam enim deitatis ſubſtantiam à totius potentiæ macula & labe liberam remotamque eſſe per pendentes, illamque ob id eſſe dicentes actum purum, eandem certè ipſam diffinitione hac mundiſſimam eſſe ſanctiſſimamque dixerunt. Nec mirum ſi talis tantaque ſanctitas, tantum in mentibus hominum & numinis habuit & maieſtatis, quandoquidem intelligentiis etiam beatis (quas Angelos dicimus) hymnum carmenque Deo proprium cõſtituit. angeli nanque atque archangeli, cherubim quoque & ſeraphim repetitis ingeminatiſque vocibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus proclamant, quo fit, vt Dei quoque ciuitatem (in qua magnus Dominus eſt) deceat ſanctitudo. Atque hanc partem (quæ paucis demonſtrari poteſt) breuiſſimè oſtendam. Omnibus rebus, tum natura, tum arte conſtitutis, hoc principium attributum ingeneratumque eſt, vt cum aliæ aliis iũgendæ ſint, pari mutuaque diſpoſitione ac ſimilitudine conueniant, hoc ipſæ formæ ſecundum materiæ recipientis merita diſtributę teſtantur, hoc ad propria peculiariaque munera obeunda aptè appoſiteque noſtrorum membrorum habitudines manifeſtant, denique hoc confirmant innatæ materiis ipſis (vt ita dicam) patientiæ, quibus ipſæ res hominum artificio ſubiectæ obtemperant. Hæc nanque omnia & reliqua id genus, ſiue natura ſiue arte componenda ſint, niſi primùm amica inter ſe conſenſione conueniant, componi coniungive non poſſunt. Cùm igitur ſanctitas & munditia propria Deo ſit, illique conueniat maximè, cùmque coniungendas res ipſas habiles inter ſeſe ad coniunctionem eſſe oporteat, nemini dubium eſſe puto eccleſiaſticam ciuitatem, quæ Deo coniunctiſsima eſt, puram, mundam, ſanctam, immaculatamque exiſtere, Veritate etenim prima, qua confirmatur, ac in qua fundatur, & errorum omnium expers pura mente perſeuerat, & dilectione perpetua, qua ipſa in Chriſto, & Chriſtus in ipſa manet vſque ad ſęculi conſummationem, ab omni vitiorum ſorde & contagione remota eſt, atque ita virtute bonitateq; perficitur ac vallatur, vt neq; mors, neq; vita neq; inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia illam poſſit à Chriſti amore ſeparare. Rectè igitur ciuitas hæc noſtra (quandoquidem omnium cęleſtium virtutum præcipua adeo pollet ſanctitate) omnibus ac cæteris mundi dignitatibus, poteſtatibus, imperiis antecellit; ſatis eſſe arbitror huius ciuitatis demonſtratam ſanctitatem. Quæ ciuitas, quia ſancta eſt, iure optimo à ſancto Spiritu nomen illi impoſitum eſt pręclariſſimum is enim hanc ſanctam ciuitatem Hieruſalem appellauit, quod profectò nomen ob hanc cauſam adepta eſt, quòd Hieruſalem non modò pacem ipſam, ſed ea etiam, quæ pacis ſunt, innuere, ſanctorum interpretatione tradatur. Tria igitur in hoc ſunt, nam & hoc Hieruſalem atque pacis optimum eſt, & id verum huius ciuitatis nomen, & poſtremò huic ciuitati ita proprium, vt nulli præterea alteri verè conuenire poſſit. Optimum certè eſt, nam optima res pax eſt, adeoque magna & diuina, vt vniuerſa creatura hanc appetere, & perquàm deſiderare videatur. Cum enim pax ipſa (Auguſt. teſte) tranquillitas ordinis ſit, & tranquillitas ordinis tunc ſit, cùm ſeclusis contrariis quibuſque ordo conquieſcit, cõſtat res omnes (ſiquidem naturaliter fines ſuos appetant, & impedientia cuncta ſummouere contendant) pacem appetere, paciſque & quietis fructus, vt adipiſcantur, ſumma ope laborare. Quod autem Hieruſalem paciſque nomen verum noſtræ ciuitatis nomen ſit, is teſtis bonus eſt, qui dixit, Et factus eſt in pace locus eius, Dei. ſ. qui & huiuſce vrbis fines pacem poſuit, & tantam in ea voluit propagari abundantiam pacis, vt ciues ipſi non modò cum Deo pacis authore & principe, non modò inter ſe, omnes pacem haberent, ſed ſinguli etiam pacis tranquillitatiſque abundantia, & intelligendo in veritate, & appetendo in ipſa bonitate conquieſcerent. Ea vero pax, hæc vrbs Hieruſalem, hoc ſanctiſſimum Dei hominumque domicilium, non quidem impiorum hominum eſt (qui quomodo non vera bona ſectantur, ita nec veram pacem inquirunt) ſed illorum eſt (Patres) qui pacifici ſunt, qui pacis domum vnanimes inhabitant, qui pacem his qui propè & his qui longè ſunt, annunciant, qui his, ad quos diuertũt pacem deferunt, & cum hoſpitio recepti non ſunt, redeuntem ad ſe pacem ipſi recipiunt. Illorum eſt hæc ſanctiſſima Hieruſalem, quæ ex viuis lapidibus conſtruitur, de qua Dauid loquitur, & cuius portarum ſeræ ac clauſtra à Domino confortantur. Hæc eſt illa Hieruſalē (Patres) in qua, ſicut paulò antè inter diuinas res perlectum eſt, rex pacificus pacem relinquit nobis, pacem ſuam dat nobis. Sed non quomodo huius mundi homines dant, ipſe dat nobis, hi enim pacem dant, vt moleſtia careant, ſed pax ibi vera non eſt, vbi nec vera concordia eſt, nec corda hominum coniuncta, ſed diſiuncta ſunt. Ea autem pax, quam Chriſtus dat, & quæ in teſtamento pacis & in Hieruſalem inuenitur, ea eſt (Patres) amoris vinculum, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, conſortium diuinitatis. Quis vnquam vidit vel audiuit talia? quid fuit tam ſingulare, tam nouum, tam inuſitatũ? Pax Chriſti non modò corda noſtra & noſtras intelligentias cuſtodit, ſed omnem etiam & humanum & angelicum ſenſum exuperat, omniſque homo ſanctus vocatur, qui ſcriptus, & qui relictus, & qui reſiduus fuerit in Hieruſalem. Hanc itaque præclaram in mutatione mundi rerum nouitatem videns Ioannes ciuitatem hanc non ſolùm ſanctam, non ſolùm Hieruſalem, ſed nouam etiam Hieruſalem, Spiritu ſancto dictante, appellauit. Noua eſt enim, nam qui in throno ſedebat, & qui de theſauro ſuo noua & vetera profert, noua in ea fecit omnia. Fecit nanque, vt neque langueſceret aut veteraſceret vnquam, neque ſenio conficeretur. Ex quo fit, vt hæc longè ſit origine, dignitate atque authoritate eminentior Hebræorum ſynagoga, quæ per antiquæ legis vetuſtatem conſumpta cultum & notitiam veri olimq; promiſsi Dei filii ſolita pertinacia atq; animi obſtinatione repudiauit. Nam cùm in ſynagoga ipſa in hodiernum vſque diem vetus homo ſit, vetus lex, vetus fermentũ, priſtina conuerſatio; in noſtra certè hac Hieruſalē omnia noua ſunt, nouum cor, noua lex, nouus homo, noua cõſperſio. Quæ enim maior nouitas eſſe põt, quã Deũ hominẽ eſſe, & rurſus hominẽ Deũ, eũdẽq; verũ Deum, ac hominẽ, clauis cruci fixũ, ſpinis coronatũ, & innumeris affectum contumeliis, non aliis ipſum armis, quàm cruce, quàm morte, quàm vulneribus infernum viciſſe, cælos aſcendiſſe, ad Patris dexteram conſediſſe, propterq; ſuũ nomen ac legẽ trucidatos, & gloria & honore & fælicitate perpetua affeciſſe? Quid? quòd illius diſcipuli rudes, pauperes, abiecti, obſcuriq; homines, cùm vniuerſus ferè terrarum orbis ignorantiæ tenebris inuolueretur, & erroribus ac ſuperſtitionibus, ſceleribuſq; obtemperaret (tot atque tantis vt dæmones omnium gentiũ dominarentur, ac

ſummoperè

Eccleſia ciuitas eſt Hieruſalem.

Eccleſia quomodo noua eſt ciuitas.

ſummoperè ab hominibus colerentur) hunc tamen ipſum mundum immundum Chriſti diſcipuli, hi ex infima plebe viri contra ſynagogæ Pontifices, contra mundi Imperatores, contra humani generis hoſtes, contra leges, conſuetudines, opiniones, non armis, non opibus, non vi aut ferro vicerunt, ſed fide tantùm, ſpe, & charitate ſuperarunt, purgauerunt, illuminarunt. Tam autem propria eſt noſtræ eccleſiæ diuina atque ſempiterna nouitas hæc, vt nulla hominum ætas fuerit, nulla vnquam ciuitas aut reſpub. quæ nõ ab hac chriſtiana eccleſia cuncta acceperit, quæ filiorum Dei adoptionis perpetuæ exiſtunt. Nam (vt à diuo Thoma præclarè ſcribitur) ſummum illud Dei beneficium quod noſtri gratiam appellant, & quo Dei filii efficimur, id adeo noui Teſtamenti eſt, vt à mundi creatione ſancti ſanctæque oẽs quatenus naturæ diuinæ participes fuerunt, eatenus ſub nouo Teſtamento comprehendantur, ad quod Veteris omnia ſunt referenda. Verùm cùm hoc fieri nequiuerit, vt excellens hæc diuini humanique conſortii nouitas ex terra terreniſque rebus oriretur (quod.n. natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus é (par certè & cõſentaneũ fuit, vt de cœlo ciuitas hæc ſctã, & noua Hieruſalẽ deſcẽderet, deſcendit nanque de cœlo vrbs hæc noua, cuius fundamenta nec in poetarum figmentis, nec in humanæ ſapientiæ perſuaſibilibus verbis, neq; in cuiuſuis mortalis aut creatæ volũtatis appetitu ſeu opinione iacta ſunt, ſed quæ in montibus ſanctis, hoc eſt in patriarcharũ figuris, in prophetarũ teſtimoniis, in præconiis Apoſtolorum, in ſuppliciis martyrũ, in admirandis Chriſti operibus, in ſanctorum proborumque hominum purgatiſſimis mentibus, in virtutis denique & Spiritus oſtenſione inconcuſſa ac firma perſeuerant. Deſcendit autem de cœlo non greſſibus corporis, ſed imitatione ac ſimilitudine. Illius namque exẽplo, quæ in cęlis eſt reip. beatiſſimæ, huius, quæ in terris eſt, regimen conſtituit Deus, vt illud non penès oẽs aut multos, ſed penès unum Chriſti vicarium & dominici gregis paſtorem conſiſtat. Nam ſicut in Hieruſalem illa quæ in cœlis eſt mater noſtra, vnus tantùm Dominus eſt Ieſus Chriſtus, ita in hac Hieruſalem illius filia, quæ Chriſti ſanguine irrigata & matris eſt illuſtrata ſplendoribus, vnus tantùm princeps eſt vicarius Chriſti, & pontifex maximus, cui omnes deſcendentis Hieruſalem ciues & incolæ, non ſolùm vt ſeparatim ſinguli, ſed etiam ut ſimul vniuerſi obedire debeant, quemadmodum qui in ſuperna ſunt Hieruſalem ſancti, cùm ſingulatim, tum vniuersè diuiſimque ac ſimul omnes, vni omnium Creatori ſubſunt, parent & obtemperant. Vt verò præclariſſima hæc ſunt? At dicet fortè quis, Cum his temporibus duæ nobis eccleſiæ & duæ ſynodi proponantur (vna Romana, Piſana altera vtrum ambæ de cęlo deſcenderunt? Alteram.n. earum tantummodo deſcendiſſe neceſſe eſt, ſiquidem Chriſti ſponſa vna eſt. Sinite me hoc in loco Patres, reſpirare pauliſper, nam quid à vobis in hac re conſtituendum ſit, paucis dicam.

Ecclesia de cœlo deſcẽdit.

Quinque Chriſti eccleſiæ conditiones, nobis (vti audiſtis) ſanctus Euangeliſta propoſuit, illam enim in primis eſſe ciuitatem, deinde ſanctam Hieruſalẽ, poſt, tum nouam eſſe, & de cœlo poſtremò deſcẽdiſſe affirmauit. Illam igitur ſynodum & in terris eccleſiam militantem, quam de cœlo credimus deſcẽdiſſe conſentaneam eſſe præſcriptis conditionibus, & in cœlo triumphantis eccleſiæ formulis, proculdubiò reperiemus. Eam verò, quæ à ſupernorum imitatione pro lapſa in præceps, ab illis deflectit viam, non vtique de cęlo deſcendiſſe, quin potius ab inferis aſcendiſſe iudicabimus. Hoc quando ita ſe habet, non deſcendit de cęlo, Patres, Piſana nuper Patrum illorum eccleſia, non deſcendit de cęlo infauſtus vbiq; & inuiſus cętus, non tantum è cęlo facinus. Non deſcendit inquam, ſed ruit. Quamobrem: quia non obſeruat ea, quæ cęli ſunt, non imitatur quæ cęlorum regni eſſe traduntur. At quare hoc rurſus? quia prorſus altera eſt à reuelatis Apoſtolo conditionibus. Vt autem eas congruo ordine percurramus, quis veſtrũ putabit, Patres, illum conuentum, qui vnius tantummodo nationis eſt (ſi tamen vnius eſt, & non dimidiatæ, vel nullius potius gentis legitima concio) quis putabit illum vniuerſam coegiſſe ſynodum eius ciuitatis, ad quam fortitudo gentium venit, ad quam multitudo maris conuertitur, ad quam omnes per circuitum orbis terrarum congregantur, cuius minimus in mille eſt, & paruulus in gentem fortiſſimam? Tantum enim abeſt, vt eccleſia illa Piſana vera Dei ciuitas ſit, quantum abeſt vt ſancta & legitima ſit: tantũque recedit à candore ſanctitatis, quantum ad errorum ſordes accedit, accedit autem plus tantò, quantò magis & Petrum eccleſiæ, & Papam concilio, & ſuo conciliabulo ſummum, verum certumque Chriſti vicarium ſubiicere conatur. Quod tamen nil aliud eſt, mea ſententia, quam naturæ ipſius rationiſque ordinem peruertere, & filios patri, & membra capiti, paſtorique ipſi ſuarum greges ouium præficere. Sed & illud perſpicuum eſt. Hieruſalem nomen illi eccleſię nequaquam conuenire; propterea quòd nec pacem habet, nec ordinis tranquillitatem, quodque iam excellentem eccleſię ordinem ſubuertere connititur: vtpote quæ contra Romanam eccleſiam rogata armataque bella commouerit: quæque ad quoſcunque diuerterit, non modo pacem illis non attulerit, ſed ſpem omnem pacis funditus euerterit, quæ ſingulatim omnia commemorarem, niſi intelligerem nimio etiam plus quàm vellem eſſe manifeſta. Nõ igitur Piſarum ſynodus, ſynodus Hieruſalem eſt, ſed ciuitas ac turris Babel potius: quæ in terra Sennaar confuſionem fecit, & concordiam ædificantium diſiecit. At dicent nonnulli: Saltem vna ex multis, & quarta ex quinque præſcriptis conditionibus Piſano cœtui conueniet: nouitas ſ. Quid enim tam nouum & inuſitatum ac mirabile eſt, quàm eſſe qui conentur efficere, vt miles duci, & filius patri, domino ſeruus imperet, oues paſtori: deniq; pedes &c. membra capiti? Fateor equidem & ego quoque noua hæc eſſe, ſed tamen aliena prorſus ab illa ſempiternę ſanctiſſimæque ciuitatis nouitate. Multum enim inter hanc illamque intereſt nouitatem nomẽ vtriſque cõe eſt, ſed res & ſignificatio diuerſa. Hæc enim Hieruſalẽ nouitas à Spiritu ſancto eſt, & ęterna eſt: at illam Piſanam vnica tantum obedientia & eccleſiæ pars tunc effecit, cum ſchiſmaticis illius tempore, tres ita maximi pontifices habebantur, vt nullus eorum aut certus quidem, aut abſq; ambiguitate verus Petri ſucceſſor exiſtimaretur. Hæc itaq; nunc Piſana nouitas Conſtantiæ tũc ortũ habuit, & euanuit, Baſileæ repullulauit, & exploſa eſt: atque his ẽt temporibus (ſi vos viri eritis) interibit: quemadmodum ſub Eugenio quarto ſummo maximoque huiuſce ſedis Pontifice repreſſa eſt. Neque enim de cęlo deſcendit, atque ob id diuturna non eſt, neque unius principatum amplectitur, qui & in illa triumphante eccleſia eſt, & hanc militantem conſeruat: quemque ſynodus Piſana amplecti deberet, ſi è cœlo deſcendiſſet, & nunquam multitudinis regimini (vti facit) inniti. Longe igitur ab hac Chriſti Piſarum eccleſia diſcrepat, hæc enim fidelium eſt, illa cauillantium: hæc domeſticorum Dei, illa aberrantium: hæc Chriſtianorum hominum, illa verò eorum, qui Chriſti veſtem conſcindere, & à myſtico Chriſti corpore myſtica Chriſti membra ſeiungere non uerentur. Habetis, Patres,

quid

ræ eacellentiſſimum, hæc te vniuerſis populis adorādum, ueoque inſuper te & gratum & amicum & ſimillimum reddet. Verùm cùm multos multarum nationum gentiumque viros clariſſimos pes nei tuāque miſericordiam ad hanc ſynodum véturos acceſſuroſque exiſtimemus, vnà ſe tibi ad hanc rem offert diuina ſapientia, quæ à fine ad finem fortiter attingit, & diſponit omnia ſuauiter. Huius nuper exemplo, à fine ad finem tum attigiſti fortiter, Pater ſancte, cùm indicto concilio hoc atque inchoato, vniuerſos ad bene de Chriſtiana repub. ſperandum excitaſti. Diſpones aūt ſuauiter, prouidendo ſapienter, ne vocati à te iuſtè queri poſsins, ſe, vt par erat, in re santa expectatos nō fuiſſe. Quare poſtquàm hodierno die (quod bonum, fauſtum, felixque ſit) de ſingulis, quæ ad huiuſce ſanctiſſimæ ſynodi conſeruationem & ſtatum ſpectare videbuntur, conſtitutum fuerit, tum de his quoque conſtituatur nationibus, quæ quum intellexerint Romæ & à Romano pontifice concilium ſynodumque haberi, & deſiderari ſe atq; expectari, cunctæ proculdubio nobiſcū vnà ad Chriſtianæ religionis diſciplinam, ad apoſtolicæ authoritatis maieſtatem, ad communem fidelis populi ſalutem, ad labentium rerum reſtitutionem, ad totius pręterea eccleſiæ defenſionem & rem, conuertentur. Sic namque hoc ſacroſanctum concilium in cœlum aſcēdet, cum catholica eccleſia, quam refert, & quā Ioannes ciuitatem eſſe, ſanctam eſſe, Hieroſalem nouamque eſſe, atque de cœlo deſcendiſſe contemplatus eſt. Dixi.

¶ Sex Orationum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis ſancti Xyſti, finis.

TRACTATUS SECUNDUS.
De Dei glorioſi infinitate intenſiua, vnica quæſtione contentus.

Thomæ de Vio Caietani, Cardinalis ſancti Xyſti, ſubtiliſſima de Dei glorioſi infinitate intenſiua,

QVAESTIO.

Utrùm Deus glorioſus ſit infinitæ virtutis.

QVæritur, vtrùm Deus glorioſus ſit infinitæ virtutis.

¶ Et arguitur quòd non. Primò, Quia aut Deus mouet cęlum effectiuè & immediatè, aut non effectiuè, ſed vt finis tantùm, vel effectiuè & mediatè. Si primo modo, & eſt infinitæ virtutis: ergo motus cœli eſſet in non tempore, quod eſt contra ſenſum. Conſequentia patet ex 8. phy. tex. 79. & primo cœli, tex. 52. & ſecundo cęli, com. 58. & alibi, &c. Si ſecundo modo aut tertio, & eſt infinitæ virtutis, ergo habetur in rerum natura vna virtus, quæ ſi moueret effectiuè & immediatè, motus fieret in non tempore. Tunc vltra, ſed poſſibile eſt virtutem illam infinitam mouere effectiuè & immediatè, ergo poſſibile eſt ex ea ſequi motum in non tēpore, quod eſt impoſſibile ſimpliciter. Prima conſequentia ex antedictis eſt euidens. Affirmatio verò vltimi antecedentis patet ex eo, ꝙ virtus infinita nec eſt alligata cauſalitati finali motus, nec mediatè cauſalitati effectiuæ eiuſdem, quin poſſibile ſit ipſam ab his abſolui, alioquin infinita virtus non eſſet.

¶ Si dicatur quòd hæc ratio ſupponit Deum agere naturaliter, id eſt non quantum vult, ſed quantum poteſt, & quòd hoc non eſt neceſſarium, quia Deus eſt natura intellectualis, cuius proprium eſt agere ſecundum intellectus ſui diffinitionem, ut artifices facere videmus, & conſequenter Deus tanta velocitate mouet, non quin plùs poſſit, ſed quia ſic explicandæ ſuæ arti expedire videt. Contra hoc primò. Quia falſum habetur intentum ſecundum Ariſto. & Auer. cæteroſque philoſophos, tenentes Deum, licet intellectualem, naturali tamen neceſſitate agere. Demonſtratio ſiquidem poſita in primò cęli tex. 90. ad oſtendendum vnitatem mundi, manifeſtè ſupponit hoc, ut patet ex dubio ibidem moto ab Alexan. & Aues. & San. Tho. & cæteris. Venatio etiam numeri intelligentiarum iuxta numerum motuum cęleſtium in 12 Meta. tex. 43. hoc idem ponit. Numerus enim motorum non adæquatorum, non poteſt ex motuum numero efficaciter concludi, cum poſſet facilè quiſpiā dicere, plures motus ab eodem excedente motore fieri. Inconueniens quoque reputatur ab Ari. 8. Phy. tex. 79. quòd uirtus finita & infinita poſſint æquali tempore mouere, quod tamen ex hac reſponſione ſequeretur. Auer. quoque 8. Phy. com. 15. & primo cœli, com. 21. & Auic. 6. Metaph. hoc idem ſentire videntur. Secundò, Quia vt dicitur primo Priorum, & primo cęli, textu centeſimo decimonono, id ad qd ſequitur falſum impoſſibile, eſt ſimpliciter impoſſibile, ſed ad uirtutem infinitam poſitam in rerum natura, licet agentem liberè, ſequitur falſum impoſſibile, ſci licet poſſe fieri ab ea motum in non tempore, ergo ipſam eſſe in rerum natura, eſt ſimpliciter impoſſibile. Probatur minor. Tum, quia non eſt impoſſibile, Deum velle uti tota virtute ſua, vt inductiuè patet in omnibus agentibus. Et ut dicitur in primo cœli. tex. 101. ab vniuerſali manifeſtata per inductionem in omnibus ſenſibilibus, non eſt reſiliendum. Tum, quia conſiderata tantùm virtute diuina infinita, non conſiderato modo agendi, qui eſt poſterior, ſ. agere per libertatem, ſequitur motum fieri in non tempore, quàmuis non de facto, tamen quantum eſt ex ratione potentiæ motiuæ. Conſtat autem non ſolùm eſſe impoſſibile illud ad quod ſequitur de facto poni aliquod impoſſibile in rerum natura, ſed etiam illud ad quod ſequitur aliquod impoſſibile ſimpliciter. Vnde hoc poſſet exemplificari ſic. Quemadmodum poſitio tua duo dicit, ſcilicet quòd eſt virtus infinita, & quòd agit liberè, ſic conſequenter ego deduco duo. Ex primo quidem, quòd fieret motus in non tempore, ex ſecundo autem quòd de facto hoc falſum eſt.

¶ Ex quibus ſimul infertur quòd ad infinitam virtutem licet agentem liberè, ſequitur aliquod falſum impoſſibile, & conſequenter ipſum inueniri eſt impoſſibile.

¶ Secundò arguitur ſic. Omni potentiæ actiuæ in natura reſpondet aliquod poſſibile ex potentia paſſiua, & èconuerſo, vt dicitur in primo cęli commen. 124 vel ſaltem reſpondet aliquod poſſibile manifeſtatiuum totius illius uirtutis actiuæ ut ſic, aliter fruſtrà eſſet, cùm potentia ſit propter opus 2. cęli, textu decimoſeptimo. Sed uirtus diuina motiua eſt infinita per ſe, ergo ſibi reſpondet ſaltem poſſibiliter aliquis motus manifeſtatiuus infinitatis illius, hoc autem eſt impoſſibile, quia aut ille motus eſſet corporis infiniti, quod impoſſibile eſt inueniri, aut corporis finiti in non tempore, quod eſt impoſſibilius, aut eſſet corporis finiti in tempore æterno, ut eſt motus cęli, & hic non concludit infinitam uirtutem motoris, ſed immutabilem & immaterialem, alioquin omnes motores cęlorum eſſent infinitæ uirtutis. Et confirmatur, quia quantitas uirtutis actiuæ ex effectus quan- Secundum argumentū

Meta. vbi dicitur, in Deo contineri nobilitates omnium generum: eniuſque ſiquidem rei nobilitas, ſecundum aliquam eſſendi rationem eſt.

Confirmaturque ab eodem in 12 Meta. commen. 18. & 36. vbi dicit, in primo motore omnia contineri actu, & in commen. q. Quòd autem omnium nobilitates ſimul ſumptæ, deficiant à nobilitate prima: ex eo patet, quòd cùm ipſe ita ſit ſummum eus, quòd cęterorum nobilitates claudat in ſe nobiliſſimo modo, tantò omnibus præſtat, quantò eorum in ſe naturas nobiliori habet modo. Habet enim omnia in ſe per modum ſui, qui eſt purus actus omnino. Vnde ridiculum eſt, quòd quidam non ſunt veriti ſcribere, ſcilicet quòd cùm dupliciter poſſit intelligi, Deum habere in ſe perfectiones omnium, vno modo ſic, vt habeat in ſe vnam ſimplicem eſſentiam præbabentem omnia, vt pura actualitas, alio modo ſic, vt habeat in ſe gradus perfectionales correſpondentes ſingulis perfectionibus contentis. Si ſecundo modo verificaretur, tunc Deus eſſet perfectior, cæteris ſimul ſumptis: ſi verò primo modo, non concluditur, Deũ eſſe perfectiorem omnibus ſimul, ſed ſingulis. Et quia primo modo verificatur, ideo ex his non habetur, Deum eſſe perfectiorem omnibus ſimul ſumptis. Ridiculum inquam eſt: quia puerile eſt in philoſophia, æquare perfectionea particulares perfectionibus vniuerſalibus. Non enim eſt poſſibile ſecundum rem, neque ſecundum intellectum, etiam data fingendi licentia, vt aliquid ſit melius ipſa bonitate per eſſentiam, aut magis ens ipſo eſſe per eſſentiam, aut magis viuens, aut intelligens, &c. quàm ipſa uita, & ipſe intellectus per eſſentiam. Si ergo Deus ſecundum vnitatem* eſt huiuſmodi, quomodo poteſt aliquid eo perfectius fingi? Vnde Ariſt. 12. Meta. tex. 39. notanter concludit Deum eſſe viuum, & ſapientem, &c. vt Platoni attributum dogma conſutaret, quòd nobilitates entium diuiſit, ponens aliud eſſe per ſe vnum, & aliud per ſe ens, & aliud per ſe vitam, &c. Vnde ſicut Leo Platonicus eſſet perfectior non ſolùm ſingulis, ſed omnibus leonibus ſimul, quatenus leones ſunt, etſi infinities infiniti leones particulares eſſẽt, omnes à per ſe leonis nobilitate deficerent: ſic omnia entia per participationem, à primo per eſſentiam ente neceſſe eſt deficere. Quod etiàm ex cauſalitate æquiuoca primi ſuper omnia, manifeſtè patet.

*Aliàs, veritatem.

¶ Hac igitur primi entis nobilitate præhabita, oſtẽdendum eſt, an virtus eius ſit infinita intenſiuè.

Prima ergo via ex fine 8. Phy. ſumitur ſic: Ariſt. vt Auer. com. vlti. inquit, concludit in ſecunda figura, Deum non eſſe virtutem in corpore ſic: Nullũ corpus aut virtus in corpore eſt infinitum: primus motor eſt infinitus: ergo primus motor non eſt corpus, nec virtus in corpore. Probatur maior, quia virtus infinita aut eſſet in corpore infinito, & hoc non datur: aut in corpore finito, & hoc oſtenſum eſt eſſe impoſſibile. Minor verò quia mouens tempore infinito eſt virtutis infinitæ: primus motor eſt huiuſmodi: ergo. Iſte eſt proceſſus Ariſto. in quo manifeſtè vtitur infinitate virtutis pro medio termino. Nec refert ſiue ſic, ſiue aliter formetur proceſſus. Ariſtot. quoniam quocunque modo formetur, in idem redit, vt patet in text.

¶ Quidam autem peruertentes textum, dicunt, quòd Ariſt. ſumit quidem pro medio infinitam virtutem, ſed virtus infinita poteſt eſſe dupliciter. Vno modo intenſiuè, & ſic non accepit Ariſtot. Alio modo ſecundum durationem: & ſic intellexit. Ita quòd maior eſt, Nulla virtus in corpore eſt infinita ſecundum tempus, &c. Sed contra hos ex hoc proceſſu arguitur ſic. Præmiſſæ alicuius ſyllogiſmi probatæ anterioribus ſyllogiſmis, in eo ſenſu ſunt ſumendæ, in quo fuerunt concluſæ in præcedentibus rationibus, iſta patet de ſe. Sed præmiſſæ ſyllogiſmi facti in tex. vltim. fuerunt probatæ per alias rationes factas, vt ibidem fatetur etiam Ariſt. ergo accipiendæ ſunt in ſenſu, in quo probatæ ſunt. Conſtat autem quòd præmiſſæ ille probatæ ſunt loquendo de infinitate intenſiua. Diſcurſus bonus, & vltima tantùm propoſitio reſtat declaranda. Quę ſic declaratur. Maior huius ſyllogiſmi fuit concluſio probata in text. 79. quo ad hoc, quòd virtus infinita non poteſt eſſe in magnitudine finita, & fuit concluſio probata in 3. Phyſ. longo proceſſu, quo ad hoc, quòd magnitudo infinita non datur. Sed in tex. 79. non poteſt inficiari, quin loquatur de virtute infinita intenſiuè, ergo prima præmiſſa loquitur de uirtute infinita intenſiuè. Minor verò eſt concluſio probata ab Ariſto. in hoc textu ex concluſione tex. 78. Probat enim hic primum motorem eſſe virtutis infinitæ, quia mouens tempore infinito eſt virtutis infinitæ: vt ibi probatum fuit. Ad illũ enim textum expreſſè in hoc loco ſe remittit Ariſt. dicens, quod impoſſibile eſt à finito moueri aliquid ſecundum tempus infinitum, monſtratum eſt nunc. Conſtat enim quòd nullibi probatum eſt, niſi in text. 79.

Apertiſſimè autem liquet etiam cæcis, quòd in text. 78. non eſt ſermo niſi de finita & infinita uirtute intenſiuè. ergo altera etiam præmiſſa loquitur de infinitate intenſiua. Superfluum autem eſſe duxi adducere demonſtrationes Ariſt. in tex. 78. & 79. vt oſtendam ibi ſermonem haberi de finitate & infinitate intenſiua. Rationes enim adeò apertæ ſunt, ut oſtenſione hac non egeant, exigitur tamen ad hoc, ut uideantur. Et ne ſuſpenſum quempiam reddamus, donec librum Phy. viderit, fideliter ipſas demonſtrationes adiunximus. Demonſtratio ergo habita in text. 78. ad oſtendendum quòd motus in tempore infinito non poteſt fieri à virtute finita, eſt ducens ad impoſſibile. Et accipit primò ab aduerſario eius poſitionem, ſ. quòd ſit ita, quòd A virtus vt centum, moueat B mobile centum cubitorum in C tempore infinito. Deinde adiungit huic propoſitionem poſſibilem, ſ. quòd D virtus vt decem, quæ eſt decima pars virtutis, vt centum moueat E mobile decem cubitorum, quod eſt etiã decima pars primi mobilis, in tempore Z. Et tunc arguitur ſic: Hoc tempus, in quo mobile decem cubitorum mouetur à uirtute ut decem, non eſt ęquale tempori illi, in quo mobile centum cubitorum mouetur à virtute vt centum, ſed minus eo. Quia demonſtratum eſt in 6. quòd cæteris paribus totum mobile, ſeu mobile maius, maiori tempore eget ad pertranſeundum aliquod certum ſignum, quàm pars eius ſeu mobile minus, & ad ſenſum patet. Vel ſecundum Auer. (& in idem redit) quia maior potentia mouet maiori tempore, ſ. maius mobile reſpectu alicuius ſigni pertranſeundi, ſeu quod idem eſt concludendo tempus mobili, aliter non eſſet verum: quia ut dicitur in 7. Phy. tex. 36. media potentia mouet medium mobile in æquali tempore per æquale ſpatium. Cùm ergo illud tempus ſit infinitum, reſtat quòd hoc ſit finitum. Sit ergo tempus Z decem horarum. Et tunc arguitur ſic, Si augeatur virtus ut decem donec conſumat, aut adæquet uirtutem ut centum, & ſimiliter augeatur mobile 10. cubitorum, donec conſumat uel æquet mobile centum cubitorum, neceſſe eſt proportionaliter augeri tempus Z decem horarum, donec conſumat aut adæquet tempus, in quo uirtus ut centum mouet mobile centum cubitorum, quia neceſſe eſt æquales uirtutes mouere æqualia mobilia tempore æquali. Sed infinitum non poteſt conſumi, nec aliquid poteſt ei multiplicatum æquari, ergo tẽpus quo uirtus ut centum mouet, impoſſibile eſt eſ-

ſe

proportionaliter ſecundum augmentationem & diminutionem potentiæ motoris & quantitatem ipſius mobilis, ſit quantitas ſe tenens ex parte mobilis. patet iſta ex terminis,& ex ſeptimo Phyſic.tex.36.ſed quantitas hæc temporis, de qua loquitur Ariſtoteles,eſt huiuſmodi,vt patet de ſe:& Auerrois,in com. expreſſè aſſerit cum cæteris expoſitoribus:ergo.

¶Ex his autem liquet tertium principaliter intentum, quòd ſcilicet proceſſus Ariſt.non ſufficienter videtur probaſſe minorem,ſcilicet primus motor eſt virtutis infinitæ : ſed æquiuocationem videtur commiſiſſe in medio termino qui eſt mouens tempore infinito: dum in maiore proſyllogiſmi, quæ fuit concluſio tex.78. ſumitur pro tempore infinito infinitate ſe tenente ex parte mobilis: cùm dicitur,Omne mouens tempore infinito eſt virtutis infinitæ : & in minore ſumitur pro tempore infinito infinitate ſe tenente ex parte ſpatij,cùm dicitur, Sed primus motor mouet tempore infinito. Reſtat igitur ambiguitas non natua in hoc proceſſu.

¶Omiſsis autem opinionib.pluribus, quæ à diuerſis de vi huius demonſtrationis dicta ſunt. Sco.n. in quolibet.q.7.ad primum credens ſecundũ Ariſto. primum motorem infiniti vigoris intẽſiuè, dixit hoc concludi ex eo, ꝙ mouet à ſe: quia quod mouet à ſe,eſt à ſe:& conſequenter habet plenitudinem actiuitatis & entitatis,quæ abſq; infinitate intenſiua non eſt. Ægidius verò in 8. Phyſ.credens idem, dixit hoc concludi ex eo ꝙ totus motus infinitus eſt proprius affectus Dei: quia quod poteſt in infinitum motum, quo ad ſuam totalitatem, poteſt nihil minus in ipſam,tam ſi ſit vnius mobilis abſolutè, quàm ſi ſit vnius mobilis infinities iterati : & conſequenter, eſt virtutis infinitæ:quia à propria cauſa effectus recipit menſuram,& ſpeciem. His inquã omiſsis,quia abſq; probatione dicta ſunt, quod mihi videtur ſcribendum eſt. Mirum enim & (vt melius dicamus) extraneum valde eſt,ꝙ Ariſt.medium terminum tacuarit, & tantùm ſtudium appoſuerit circa id , ſine quo ſua ratio ex tacito medio tenet : vt Sco.dicit. Non enim in 8.Phyſ.aliud medium aſſumitur, niſi mouere tempore infinito:& de hoc magna ſolicitudo fuit,ꝙ exigat virtutem infinitam. Conſtat autem ꝙ hoc abſtrahit à mouere à ſe, vel non à ſe: & ꝙ moueri à ſe accidit,ꝙ ſic in infinito tempore:nihil enim minus concluderetur , ſi eſſet in tempore finito,vt ipſemet fatetur.

¶Nec valet ratio dicens, ꝙ infinitas non dependens., ſed prima eſt proprium medium ad virtutem infinitam : quia ſecundum hoc primitas motus eſſet proprium medium,ſiue ille motus ſit finitus, ſiue infinitus:& ſic idem quod prius. Vnde finitas,& infinitas motus vndiq; per accidens concurrunt,& ſic Ariſto.ſcilicet ſcientiarum artifex , tacuiſſet ea quæ ſunt per ſe in medio termino , ſcilicet primitatem motus: & ſolicitus fuiſſet circa ea , quæ ſunt in eo, per accidens,ſcilicet infinitatem temporis , cuius oppoſitum vbiq; docuit faciendum. Ægidij verò deductio quamuis veritatem à longè tangere videatur (vt in ſequentibus parebit) veritatẽ tamen aſſequuta non eſt: quia ex eo quòd totus motus cœli ponitur effectus alicuius cauſæ per ſe, non eſt ab eo nec ſequacibus deducta infinitas intenſiua illius cauſæ: ſed aſſumptæ ſunt proportiones voluntariæ vel remotæ : vtpote ꝙ proprius effectus à per ſe cauſa recipit ſpeciem, & menſuram. Ex hac enim non habetur , ꝙ totalitas infinitatis extenſiuæ neceſſariò fiat per ſe ab infinitate intenſiua : ſicut nec ex hac effectus infinitus fit à cauſa infinita,quum non appareat , quare ipſa totalitas , & vnitas infiniti motus non poſsit per ſe intendi, & fieri à virtute finita,immobili ad continuandam & conſeruandam perpetuò inferiorum ſucceſsionem , &c. vt dicitur in ſecundo de generatione, tex. 56. & 12. Meta.com.306. Latiùs igitur quodam hic in re hac apparet, proſequendum eſt : eo quòd difficultatem motam directè diſcutit,& ad principale propoſitum propriam viam ducit , & Ariſt. tam menti quàm verbis conſona videtur. Præmittendum eſt ergo primò , ꝙ perpetuitas motus ſiue, & alia quantitas dupliciter imaginari poteſt , ꝙ fiat ab aliqua virtute. Vno modo per ſe primò: ſecundo modo non per ſe primò. Et ne in æquiuoco laboremus , illud dicitur fieri per ſe primò ab aliqua virtute, in quod poteſt virtus illa ex propria ratione : in illud autem dicitur poſſe aliqua virtus ex propria ratione,in quod poteſt ea perfectio conclauſa infra latitudinem propriam illius virtutis. Et per oppoſitum illud debet fieri non per ſe primò ab aliqua virtute , quod quidem fit ab illa virtute ex aliqua conditione annexa illi virtuti , quæ eſt extra latitudinem illius virtutis formaliter ſumptæ : verbi gratia, & eſt exemplum deſeruiens propoſito : Virtus calefactiua vt octo B. ignis durantis centum annis, poteſt in duos effectus , ſcilicet & calefacere vt octo,& centum annis continuare hunc calefactionis motum : ſed primum poteſt ex ratione propria inquantùm eſt virtus calefactiua tantæ perfectionis , ſcilicet vt octo:hæc enim perfectio infra latitudinem virtutis calefactiuæ clauditur. Secundum verò non poteſt ex propria ratione , alioquin omnis virtus calefactiua vt octo hoc poſſet:quod patet falſum in D. igne durante per diem tantùm : ſed poteſt ex annexa ſibi duratione centum annorum : quam patet eſſe extra rationem virtutis calefactiuæ,& cuiuſque alterius virtutis motiuæ formaliter ſumptæ. Ideo enim B.ignis poteſt continuare calefactionem per centum annos,quia virtus eius durat centum annis: vt de ſe patet. Tunc ergo perpetuitas motus dicitur fieri per ſe primò ab aliquo , quando ex perfectione infra latitudinem potentiæ agentis clauſa cauſatur , tunc autem non per ſe primò,quando non ex ratione propriæ potentiæ agentis,ſed ex conditione illius fit. Ex hac autem diſtinctione ex parte effectus manifeſtè patere poteſt alia diſtinctio ex parte cauſæ. Poteſt ſiquidem dupliciter imaginari aliquam virtutem eſſe continuatiuam motus tempore infinito. Vno modo per ſe primò , id eſt ex ratione propria , vt expoſuimus, & alio modo non per ſe primò , ſed ex annexa eius conditione , vt etiam expoſuimus. Differunt autem vis perpetuatiua motus per ſe primò , & vis perpetuatiua non per ſe primò , ex aſsignatis rationibus adhuc dupliciter. Primò in hoc quòd vis perpetuatiua per ſe primò reſpicit infinitatem durationis , vt per ſe primò effectum , & per ſe primò terminum : quia ex propria latitudine in illam poteſt , ſicut vis calefactiua reſpicit calefactionem,ſeu calorem : vt per ſe primò effectum & terminum . Vis autem perpetuatiua non per ſe primò reſpicit infinitatem durationis , non vt per ſe primò effectum, ſed vt conditionem proprij effectus.

¶Secundò in hoc, quòd illa reſpicit quantitatem durationis , vt per ſe proprium effectum : quia infinitas durationis quædam quantitas durationis eſſentialiter eſt , omnem quantitatis durationem in ſe claudens. Iſta autem non niſi per accidens quantitatem durationis reſpicit , ſcilicet vt conditionem neceſſariò comitem ſui proprij effectus : quia non ex propria ratione , ſed ex annexa conditione hoc facere ſupponimus . His verò prælibatis, oportet ſecundò tres conditionales ſtabilire , ex quarum veritate propoſiti ratio habebitur.

dem ratio ſaluatur in proportione cauſæ & effectus, ſiue ſecundum propriam rationem augeatur intenſiuè, ſiue extenſiuè: ratio ſcilicet maioris perfectionis ſecundum propriam rationem ſuæ ſpeciei. Non enim tenet illa regula in effectibus quantitatis intenſiuæ alia ratione, niſi quia quantò effectus per ſe primò alicuius eſt perfectior infra latitudinem propriam, tantò perfectiorem cauſam exigit. Propter hoc enim ex maiore quantitate extenſiua caloris producti non concluditur maior virtus calefactiua, ſed intenſiua tantùm. Illa enim auget perfectionem caloris extra propriam latitudinem caloris: iſta autem intra. Hæc autem met ratio ſaluatur in effectibus quantitatis præciſè quantitate extenſiua: quoniam eorum propria perfectio augetur infra propriam latitudinem ſecundum extenſiuam augmentationem. vnde vniuerſaliter loquendo, effectum eſſe perfectiorem intenſiuè vel extenſiuè, accidit effectui perfectiori ſecundum propriam latitudinem ſuæ rationis formalis: quòd per ſe conſideratur in hac ratione, & eſt ratio vtriuſq; eorum, quòd perfectiorem cauſam exigat & concludat: ſicut eſſe album vel nigrum accidit colorato: & eſt ratio eorum, quòd ſint viſibilia. Falli autem multos contingit in re hac ex eo, quòd in cæteris entibus à quantitate manifeſtè videmur, quòd ſola augmentatio intenſiua effectus per ſe concludit maioritatem virtutis per ſe primò actiuam illius: & nullam prohibent ſenſos virtutē actiuam per ſe primò quantitatis: propter quod nunquam intellectui oblata apparet augmentio virtutis ex intēſiuo cremento effectus. Quicquid enim ſit de virtute actiua per ſe primò quantitatis, ſiue permanentis, ſiue ſucceſsiuè, diſcernendum eſt intellectus acumine, vt dictum eſt, inter entia, quorum propria perfectio conſiſtit in intentione. & quorum propria perfectio conſiſtit in extenſione: quoniam in illis extendi eſt extra limites rationum formalium ſuarum: & propterea non concludit maiorem perfectionem virtutum actiuarum illorum entium. In iſtis autem extendi eſt infra rationes formales eorum, & eſt ipſum eorum intendi: & ideo idem exigit & concludit in virtute eorum actiua per ſe primò, quod in illis infert intendi, ſi inuenitur virtus per ſe primò, actiua quantitatis. Vnde non obſtat propoſito ſi quis dicat, non dari in rerum natura huiuſmodi virtutem quantificatiuam motus: nobis enim ſat eſt veritas conditionalis, quæ permanet etiam antecedente & conſequente impoſsibili. Similiter puerile eſt, ſi quis petet dictum proceſſum, ideo non tenere in effectibus quantitatis extenſiuæ, ſed intenſiuæ: quia in extenſo id quod additur licet perfectio quædam ſit, non includit in ſe minus extenſum, & aliquid vltra: intenſius autem includit in ſe remiſſum, & aliquid vltra perfectionis addit. & ideo hoc requirit maiorem virtutē, illud verò æqualem. Puerile inquam dixi, quia ſic ſe habet maius ſecundum extenſionem ad minus, puta ſpatium duarum horarum, ad ſpatium vnius, aut bicubitum ad cubitum: ſicut maius intenſiuè ad minus: puta calor vt quatuor, ad calorem vt duo. vtrobiq; ſiquidem maius claudit minus, & aliquid perfectionis propriæ rationis formalis addit. Conſtat autem ex dictis, quòd in prædicto proceſſu nulla eſt ratio exigens aut ſupponens aliam ſimilitudinem proportionum inter intenſum & extenſum, niſi maioris ad minus. Argumentatum enim ſemper eſt hoc modo. Potens per ſe primò in aliquantum, eſt aliquantæ virtutis, ergo potens in maius, eſt maioris: ergo in infinitum eſt infinitè. Nihilominus diligenter aduertenti apparebit, quòd quemadmodum in extenſo pars addita priori non includit priorem, & ideo ſeorſum non infert maiorem virtutem: ita in intenſo gradus, v.g. additus non includit priorem, nec eſt maioris perfectionis gradus quartus albedinis, quàm ſit primus: nec ex perfectione maiore quarti gradus ſeorſum infertur maior vis calefactiua: ſed ex eo quòd totum calidum, putà habens quatuor gradus caloris, eſt perfectius, quàm calidum vt duo, quemadmodum etiam arguitur ex eo, quòd totum extenſum eſt perfectius.

¶Friuolum quoque omnino eſt, ſi quis admittat prædictum proceſſum tenere quò ad effectus quantos quantitate permanente, non autem ſucceſsiua. Oporteret enim abradere principia tradita in ſexto & ſeptimo & octauo Phyſ. de virtutibus motiuis & earum proportione: cum motus & tempus, de quib. ibi eſt ſermo, ſucceſsiua entia ſint. Stat ergo veritas primæ conditionalis.

SECVNDA CONDITIONALIS.

Si quid moueat per ſe primò tempore infinito vnum motum continuum, oportet tale eſſe immobile.

SECVNDA Autem conditionalis eſt iſta. Si A mouet tempore infinito vnum motum continuū, &c. A eſt mouēs immobile. & accipimus mouet propriè, vt diſtinguitur contra mutare. Et rurſus accipimus, mouet, vt motor, non vt inſtrumentum motoris, primum propter illuminationem, ſecundo propter corpus cœleſte trahens ſecum ignem: quem nihil minus traheret, ſi idem ignis numero perpetuò conſeruaretur, ſecundum totum & partes: & ēt propter primum orbem trahentē ſecum alios: vt multis placuit, etiam ius non ſufficienter. Probatur iſta conſequentia octauo Phyſ. tex. 85. ex propoſito: & 12. Metaphyſ. tex 45. ex hoc quòd motor motus non ſemper eodem modo ſe habet aut in ſe, aut in ordine ad mobile: id autem, à quo ſemper prouenit idem eodem modo ſe habere neceſſe eſt vtroque modo: vt patet. ergo.

¶Ex his autem duab. conditionalib. verificatis antequàm veniamus ad tertiam, iam patere poteſt diſtinctio ſuperius præmiſſa cum ſuis membris in ſpeciali. Liquet. n. iam quòd perpetuitas motus duabus atteſtatur cauſis, ſ. infinitati virtutis per ſe primò cauſantis ipſam, aut immobilitati motoris, & conſequenter quòd diuerſimodè ab illis dependet, & illas infert: quoniam infinitatem non infert niſi in virtute per ſe primò (ſeu ex propriæ latitudinis perfectione) illam cauſante. Immobilitatem verò virtutis infert in omni virtute cauſante ipſam. Et meritò: quia immobilitas eſt extra latitudinem perfectionis virtutis tam motiuæ quàm quantificatiuæ motus. Infinitas autem rationis formalis cuiuſque, infra ipſius latitudinem clauditur. Gradualitas enim alicuius ſpeciei (puta caloris) etiam ſi in infinitum creſcat, caloris naturam non exit. Immobilitas verò conditio eſt extra totam latitudinem caloris. Siue enim intelligatur calor vt quatuor ſiue vt mille, ſiue vt infinites: nunquam peruenietur ad hoc, quòd ſit immobilis infra limites caloris ſtando. Et quod de calore exemplificauimus, de cæteris virtutibus actiuis, formaliter ſumptis, ſiue ſecundum rem ſint in materia, ſiue non, intelligi volumus. oportet enim philoſophum formaliter loqui. Vnde diſtinctio iam probata in terminis ſpecialibus repeti poteſt ſic. Perpetuitas motus dupliciter poteſt imaginari, quòd fiat. Vno modo à virtute per ſe primò ipſam cauſante: & ſic oportet, quòd fiat à virtute infinita intenſiuè, vt patet ex prima conditionali. Alio modo à virtute nō per ſe

primò ipſam cauſante, ſed per ſe primò cauſante talem motum, & ſecundariò cauſante eius perpetuitatem, vt illius conditionem: & ſic oportet q̀ fiat à virtute motiua immobili, quæ ex perfectione ſuæ virtutis cauſet talem motum, putà Saturni: & ex immobilitate eiuſdem ſemper perſeueret idem faciens. Vt ſic cõditio virtutis ſit cã conditionis effectus ſicut in primo modo propria perfectio ipſius virtutis eſt cã propriæ perfectionis effectus. & ꝓpter hoc Ariſt. 8. Phyſ. in tex. 78. infinitatem temporis motus aſcripſit infinitati virtutis, & in tex. 85. aſcripſit immobilitati motoris: vt iaceret fundamenta & ad primum motorem, & alias intelligentias inueſtigandum: vt ibidẽ diuus Tho. notauit. Ex primo. n. primum motorem octauo Phy. tex. vlt. & 12. Metaph. tex. 41. concluſit. Ex ſecundo verò numerum intelligentiarum text. 43. & 44. Non. n. ibi inueſtigatur numerus infiniti motoris (vt quidam rudes & cæci dicunt) ſed numerus motoris inalterabilis & immobilis: vt patet ex fine text. 41. & ex ipſo text. 43. vbi ſemper eſt ſermo de immobilitate motoris tempore æterno, &c.

TERTIA CONDITIONALIS.

Si cælum mouetur tempore infinito, primum mouens ipſum eſt infinitæ virtutis intenſiuè.

TERTIA igitur cõditionalis, cuius antecedens ſupponit Ariſt. cùm ſuis ſequacib. eſt iſta, Si cœlum mouetꝰ tpe infinito, primum mouens ipſum eſt infinitæ virtutis intenſiuè. Et aduerte difformitatem inter hanc conſequentiam & priores. In priorib. n. inferebatur, A mouet, &c. ergo A eſt infinitæ virtutis: vt in prima: vel, ergo A eſt virtutis immobilis: vt in ſecunda. In hac verò non inferimus, ergo mouens cœlum: nec, ergo quilibet motor cœleſtis: ſed, ergo primum mouens eſt virtutis infinitæ intenſiuè. Probatꝰ iſta ſic: cœlũ mouetꝰ tpe perpetuo: ergo ab aliqua virtute per ſe primò & directè potente in ſempiternitatem motus, talis eſt infinita intenſiuè: vt patet ex veritate primæ conditionalis probatæ: ergo inuenitꝰ aliqua virtus infinita intẽſiuè. Aut igitꝰ iſta virtus eſt in quolibet motore cęleſti, aut in primo tantùm. Nõ in quolibet: tum quia non oportet: tum quia neuter ab altero dependeret in ſempiternè mouere: ſatum n. eſt ponere infinitum vt ſic dependere: tum quia aliquid cõueniret plurib. primo, ſ. mouere ſempiternè: quod eſt impoſſibile, vt monſtratꝰ primo Poſter. ergo in primo motore tantùm. Totus proceſſus clarus eſt & firmus, ſi prima conſequentia probabitꝰ. Cuius vis conſiſtit in iſta categorica, Sempiternitas motus cauſatur ab aliqua virtute, per ſe primò intendente & potente in ipſam. Hac igitꝰ propoſitione probata, nihil remanebit huius rationis probandum. Probatur ergo primò, q̀ hoc ſit poſſibile: deinde q̀ ſit de facto. Primum probatur: quia ſi eſſet inconueniens aut impoſſibile, ſempiternitatem motus cauſari ab aliqua virtute actiua per ſe primò, hoc nõ eſſet, niſi vel quia duratio motus, cuius ſpecies eſt ſempiternitas, non eſt res ſeparabilis à motu, ſed ſimul eſt & non eſt, & ſit & non ſit cum motu: ac per hoc ſufficienter fit à quolibet mouente, ſicut & motus: vel quia duratio motus paſſio motus eſt: eo q̀ tpꝰs, vt dr̃ in 4. Phyſ. text. 130. & 12. Meta. text. 29. aut eſt idem motus, aut eius paſſio. Paſſioni autem non debetur aliud agens q̃ productiuum ſubiecti, vt patet inductiuè. Vel quia, vt ſuperius tactum eſt, duratio motus non eſt niſi conditio eius: conditionib. autem rerum non debetur propria virtus actiua: ſed ſat eſt conditiones actiui ſequi. Præter enim hæc tria non apparet ratio, quare impoſſibile, aut inconueniens ſit ſempiternitatem vendicare ſibi virtutem per ſe primò ſuis actiuam: ſed nihil horum impedit. Inſeparabilitas ſiquidem duarum rationum formalium, etſi concludat, q̀ producens vnã in rerum natura producat alteram: non tamen concludit, quòd à quocunque producatur per ſe primò vna, ab eodem producatur per ſe primò & altera. Quamuis enim eſſe ens ſit inſeparabile ab eſſe tale, vt tale ens: & per hoc habeatur, quòd cauſans tale ens cauſet etiam ens: non tamen ſequitur, ergo ſi eſt cauſa per ſe talis entis, inquantum tale, ergo & inquantum ens: vnde Ariſt. in 6. Meta. in principio venatur principia, & cauſas entium, inquantum entia. Durationem autem paſſionem eſſe motus etſi verũ ſit quo ad aliquid puta quia ſub ratione temporis diffinitur per motum, & inſeparabiliter concomitatur ipſum tanquam poſterius ſuum prius: non tamen eſt verum ſimpliciter: quia conſtat q̀ verè, & ſimpliciter paſſio alicuius ſic producitur conſecutiuè ad productionem ſubiecti vt à virtute per ſe primò productiua ſubiecti, ſecluſo quocunq; extrinſeco, ſufficienter emanet. Duratio autem ſiue ſempiternitas motus nõ emanat à virtute motiua, vt ſit ratione ipſius virtutis: ſed conſequitur conditionem extrinſecam ipſius virtutis, ſcilicet durationem eius, vt patet inductiuè. Nõ eſt igitur paſſio propriè loquendo, ſed potiùs conditio inſeparabilis. Nec ex hoc quòd talis conditio poteſt poni in eſſe ex conditione virtutis motiuæ, concludi poteſt, ergo ſuperfluè quæritur alia cauſa: quoniam non quæritur cauſa ad hoc, vt fiat abſolutè: ſed ad hoc vt per ſe primò fiat.

¶ Non enim ſuperfluè quæritur à quo per ſe primò fiat animal, quamuis ſciamus ipſum fieri à generante hominem & bouem. Nec incõueniens aliquod ſequitur, ſi tam nobilis conditionis motus, qualis eſt ſempiternitas, ſpecialis cauſa quæratur, & non ſat ſit credere, quod fiat vt conditio pręciſè: nihil enim contra principia naturalia, aut metaphyſica, aut quæcunque alia apparet ſequi: imò inueſtigatio hæc conſequens eſt proceſſibus Ariſt. in 6. & 7. & 8. Phyſ. vbi cauſas motus aptauit ſecundum diuerſas proportiones ad eius durationem. Non eſt igitur impoſſibile aut inconueniens, ſempiternitatem motus talem eſſe effectam: quòd poſſit produci ab aliqua virtute per ſe primò. Quòd autem hoc ſit de facto probatur primò: quia vt dicitur 2. Phyſ. tex. 2[illegible]. & 8. text. 50. ſemper ponendum eſt id quod eſt aut cauſat per ſe, ante id quod eſt, aut cauſat per aliud. Conſtat autem quòd cauſans ſempiternitatem motus, quia immobile cauſat eam per accidens, ſemper aliud à virtute ſua actiua, ergo debet præcedi ab eo quod ex propria perfectione ſuæ virtutis actiuæ ſempiternitatem facit: hoc enim tantùm eſt quod per ſe primò illam cauſare poteſt.

¶ Secundò quia ſempiternitas motus cœleſtis eſt effectus digniſſimus: vt eius effectus oſtendit, ſcilicet perpetuitas omnium generabilium & corruptibilium, ad quam tota ſphæra actiuorum & paſſiuorum, & ſingula in ea contenta ſecundum vires conantur, & pro ea agunt, quicquid agunt: vt Auer. dicit 2. Cœli. com. 17. & Albertus Magnus ibidem confirmat. Irrationabile eſt autem effectum adeò nobilem in rerum natura abſque per ſe primò cauſa actiua fateri. Et confirmatur: Quia cum in motu cœleſti ſint duæ conditiones, ſcilicet ſempiternitas, & determinata velocitas, quæ in ſui ratione claudit tempus: vt patet in 4. Phyſ. text. 96. & ſempiternitas eius ſit nobilior determinata velocitate, vt ex effectibus, & de ſe patet. & 12. Metaph. com. 41. habetur: vbi certa velocitas finitati virtutis. ſempiternitas verò infinitati attribuitur motoris abſq; poten-

tia

tia omnino: ſecúdo quoque quia cæli tex.17. dicitur, quòd ſempiternitas eſt proprium diuinitatis opus. & Platonicis confirmantibus, ibidem à Sanct. Tho. cognouimus entia tantùm ſempiternitatis, quantum diuinitatis ſapere: & determinata velocitas abſque dubio habet cauſam per ſe primò ipſam cauſantem apud omnes Philoſophos: quæ dementia eſſet ſempiternitatem cæleſtis motus cauſa per ſe primò priuare? Relinquitur igitur ratio tota, & ſtabilis & efficax: cùm etiam fugiendi via conceſſa non ſit. Duobus enim modis poterat quis tantum laborem ſine priuare Vel dicendo quòd ſempiternitas motus non habet cauſam per ſe primò actiuam: quod eſſe nefas oſtenſum eſt. Vel dicendo, quòd habet quidem, ſed illa eſt virtus infinita, immobilis. Et hoc oſtenſum eſt eſſe ignorantiam propriæ vocis, quia nulla virtus per ſe primò actiua alicuius, eſt actiua illius ex aliquo extra eius propriam rationem formalem: alioquin eſſet actiua illius, circunſcripto omni alio, & non circunſcripto omni alio: quod implicat. Impaſsibilitas autem & vniuerſaliter immobilitas, vt de ſe patet, & ſuperiùs declaratum eſt, extra latitudinem eſt cuiuſque rationis formalis virtutis actiuæ formaliter ſumptæ: vnde dicere quòd virtus A ſit per ſe primò actiua ſempiternitatis, & dicere quòd ideo eſt actiua ſempiternitatis, quia eſt immobilis, & ſemper manet eodem modo, eſt ignorare propriam vocem.

¶ His ergo præmiſsis ad motum dubium contra proceſſum Ariſto. redeundo, dicimus quòd quia ſempiternitas motus exigit in per ſe primò motore ſeu in eius propria potentia actiua infinitatem intenſiuam; & hoc non habet ex eo, quòd ponitur in motu infinito ex parte mobilis, nec ex eo quòd ponitur in motu infinito ex parte ſpatii infinities iterati, ſed inquantum eſt ſecúdum ſe effectus quidem, cui accidit quòd hoc vel illo modo ſoluetur: ideo ex propria ratione ſempiternitatis motus ſiue ſaluetur in motu infinito per ſe, ſiue infinito per accidens, cócludi optimè poteſt abſque æquiuocatione infinitas intenſiua primi motoris potentis per ſe primò in ſempiternitatem. Vnde attenta ſempiternitate motus formaliter, & relata ad virtutem actiuam per ſe primò illam reſpicientem, quamuis æquè benè concludatur infinitas intenſiua illius virtutis, ſiue hoc ſiue illo modo ponatur. Ariſt. tamen à notioribus doctrinam ſubtiliſsimam tradés, deduxit in text. 78. ex ſempiternitate motus poſita in motu infinito ex parte mobilis, infinitatem intenſiuá potentiæ: & in text. vltimo ex eadem ſempiternitate motus poſita in motu infinito ex parte ſpatii concluſit infinitatem primi motoris. Intinuans nihil obſtare rationi ſumptæ ex ſempiternitate formaliter accepta in quouis motu ſaluari ponatur. Propter quod in tex. 78. non poſuit mobile infinitum, ſed tempus tantùm: vt doceret, quòd non concludebat ibi infinitatem potentiæ ex infinitate mobilis, ſed ex propria ratione infinitatis temporis, & in tex. vlti ſecundú veram que translationem non ſat fuit Ariſt. ſubſumere, ꝙ primum mouens mouet motum perpetuum, aut tempore infinito, ſed ſubſumpſit vtrunque ſimul: vt oſtenderet, ꝙ non arguit abſolutè ex hoc quòd mouet perpetuò (cùm hoc ſit commune omnibus motoribus celi) ſed ex eo, quòd ſic mouet tempore perpetuo, vt ipſam infinitatem temporis per ſe primò cauſet: alloquin nugatio commiſſa eſſet in illa minore: quam nefas eſt Ariſtoteli imponere.

¶ Formaliter ergo dubium ſoluédo dicimus, ꝙ medium ad probandum illam minorem, ſcilicet primus motor eſt virtutis infinitæ, eſt hoc, mouens per ſe primò tempore infinito: ita ꝙ maior ſyllogiſmi ſumpta ex tex. 78. eſt iſta, Mouens per ſe primò tempore infinito, eſt virtutis infinitæ. Minor verò ſumpta in textu vltimo eſt iſta, Primus motor mouet per ſe primò tépore infinito, ergo primus motor eſt virtutis infinitæ, vbi nulla æquiuocatio interuenit. Et maioris probatio ex infinitate temporis ſaluati in motu infinito ex parte mobilis, nó obſtat, ſed magis atteſtatur proceſſui: quia proportio virtutis per ſe primò reſpicientis durationem motus ad finitatem, & infinitatem temporis, abſolutè declarata, & concluſa eſt ibi in materia clarius eam repræſentante, ſcilicet in motu infinito per ſe, vt ex notioribus fieret doctrina. Differt autem deductio hæc à ſubtiliſsima deductione, quam diuus Tho. 8. Phyſic. docuit in duobus. Primò in medio termino. Cum enim medium Ariſt. ſit mouens tempore infinito, ille appoſuit ly per ſe ſupra ly infinito, nos verò ſupra ly mouens. Secúdò in minore, quia apud nos, minor eſt vera de facto quo ad operationem primi motoris, apud illum verò minor eſt vera quo ad virtutem primi motoris. Non enim de facto primus motor mouet tempore infinito per ſe, ſed oportet eum eſſe tantæ virtutis, ꝙ quantum eſt ex parte virtutis ſuæ, poſſet mouere tpe infinito per ſe, quia cauſæ per ſe oportet rńdere effectum per ſe. Primus autem motor eſt cauſa per ſe infinitatis motus, ergo ſiue ſit poſſibile tempus infinitum per ſe inueniri, ſiue non, oportet primum motorem tátæ virtutis eſſe, ſi eſt per ſe cauſa infinitatis motus. Conueniunt tamen hæ deductiones in concluſione (quia vtrobique concluditur infinitas intenſiua primi motoris) & in radice, quia vterque proceſſus ponit primum motorem eſſe per ſe cauſam durationis infinitæ ipſius motus. Sed ille proceſsit ex eo quòd cauſæ per ſe oportet eſſe tantam virtutem vt poſsit in effectum per ſe, quod fundatur ſuper ſecundo Phyſ. tex. 36. Iſte verò, quòd cauſam per ſe primò alicuius, oportet proportionaliter augeri ſecundum augmentum proprium effectus ſui: cuius fundamenta ſuperiùs dicta ſunt.

¶ Et vt multis philoſophantibus cóplaceamus, qui volunt potius cum Auer. errare quàm cú alis verú ſequi, oſtendendú ſupereſt hoc idé Auerroim docuiſſe. In 12. ſiquidem Metaph. có. 41 poſtquá cóncluſit iuxta demonſtrationé 8. Phyſ. ꝙ virtus infinita requiſita ad mouendú tépore infinito corpus cæleſte, non eſt in magnitudine quia moueret in non tépore, mouet ſtatim dubium cóiter tactum à doctoribus 8. Phyſ. ſ. cur ſi ponitur virtus infinita in magnitudine, ſequitur motus in non tépore: & ſi ponatur extra magnitudinem, non ſequitur motus in non tépore, quæ eſt ró difformitatis? Et ſtatim reſpondet, ꝙ hoc ideo eſt, quia motus cęli fit à duobus motoribus: quorum alter eſt finitæ motionis, & eſt anima cæli, & alter infinitæ, & eſt potentia omnino ſine materia: & quod motus cæli à motore finito habet, quòd in non tempore, & à motore infinito, quòd ſit tempore perpetuo. Vbi à plano ſenſu literæ non diuertendo, manifeſtè patet, quòd ipſe eſt opinatus primum motorem eſſe infinitæ virtutis intenſiuæ, & propter iſtam infinitatem cauſare per ſe primò ſempiternitatem motus cęli, & in hoc differre à cæteris intelligentiis: quæ cùm ſint immobiles, poſſunt virtute ꝓpria cauſare perpetuitatem motus, per accidens tñ: vt ex dictis patet. Et quia prædicta verba Auer. aliis locis eiuſdem contradicere videntur (vt adduximus arguendo ad oppoſitú) à diuerſis diuerſimodè expoſita vel potius extorta ſunt: prout quilibet voluit nó ſe Auerroiſtá, ſed Auerroim ſuú facere, vnde oportet expoſitiones eorú afferre, vt firmetur veritas. Quidam igit dixerunt, ꝙ Auerrois intendit ꝙ ſit finitus intéſiuè primus motor, infinitus autem in duratione: non tantùm formaliter, ſicut alii motores: ſed etiam cauſaliter: quia ſempiternitas motus aſcribitur fini ipſius motus, qui eſt purus actus omnino, & per hoc differt à cæteris motoribus. Et hi dicunt

ſunt in duas vias. Nam quidam eorum dicunt quòd illa diſtinctio motoris infinitum & infinitum, eſt diſtinctio realis: quidam verò quòd eſt diſtinctio rationis in primum motorem ſecundum quòd eſt finis, & ipſummet ſecundum quòd eſt agens, & ſecundum ꝙ agens mouet in tempore: quia eſt vigoris finiti intenſiuè: ſecundum verò quòd finis, perpetuat motum: & ideo dicitur infinitus in duratione cauſaliter. Alii verò dixerunt, quòd primus motor non eſt virtutis finitæ nec infinitæ intenſiuè; quia non eſt virtutis actiuę, ſed dicitur infinitus cauſaliter, cauſalitate finali, vt dictum eſt. alii autem dixerunt, quòd illa verba Auerrois examinanda & gloſſanda ſunt ſecundum determinationes factas in de ſubſtantia orbis, &c. vbi magis ex propoſito tractauit rem hanc, vbi manifeſtè negauit infinitatem intenſiuam. Sed quòd omnes huiuſmodi reſponſiones errant, manifeſtatur. Et primò, quòd loquatur de infinitate intenſiua, probatur primò ſic; Quandocunque fit aliqua diſtinctio per oppoſita habentia plures ſignificationes, & alterum oppoſitorum declaratur ab ipſo diſtinguente quo ad quid nominis, ſecundum quam intenſionem ſumitur reliquum debet ſumi ſecundum oppoſitam intenſionem. Patet iſta; alioquin periret omnis certitudo diuiſionum, & ſyllogiſmi diuiſim, &c. Sed Auer. diuiſit motorem cæli in motorem finitæ motionis: & infinitæ motionis: & deſcripſit alterum membrum, ſcilicet motorem finitæ motionis per finitatem intenſiuæ, vt patet; quia ibi expreſſe ſubdit, Dicere finitatem, eſt dicere proportionem motoris ad motam rem: ergo reliquum membrum ſcilicet motor infinitæ motionis eſt deſcribendum ſecũdum intenſionem oppoſitam, ſcilicet quòd dicere infinitatem, eſt dicere improportionem: & ſic erit motor infinitus intenſiuè. Secundò ſic: Termini quæſtionis & reſponſionis ſecundum artem demonſtratiuam non differunt, ſicut nec quæſtio differt à concluſione in terminis, ſed in modo. Conſtat autem quòd motor infinitus, de quo eſt ſermo in quæſtione, eſt infinitus intenſiuè: quoniam eſt ille, de quo dicitur in 8 Phy. tex. 79. quòd mouet in non tempore: ergo finitas & infinitas de qua eſt ſermo in reſponſione, eſt etiam intenſiua. Tertiò ſic. Quælibet reſponſio à ſapiente data, debet ſumi in ſenſu in quo quæſtioni motæ reſpondet; ſed iſta nõ reſpondet quæſtioni motæ, niſi intelligatur de infinitate intenſiua: ergo, &c. Declaratur minor: quæſtio eſt cur virtus infinita requiſita ad mouendum tempore infinito, poſita in magnitudine, infert motum in non tempore & poſita extra magnitudinem, non. Huic autem quæſito non ſatisfit dicendo, quòd hoc ideo eſt, quia ibi ſunt duo motores ſeparati & ambo finiti, ſed alter actiuè, & alter vt finis; & ex motore vt finis eſt ſempiternitas, ex motore verò vt agens eſt quod motus ſit in tẽpore. Hoc enim ſiue verum, ſiue falſum ſit, eſt impertinens quæſito: & ſolicitudo ſuperflua. Tota enim quæſtio eſt quare à virtute ſeparata non ſequitur motus in non tempore, ſicut à virtute poſita in magnitudine. Et conſtat ꝙ eſt ſermo de virtute actiua. Hæc autem quæſtio vt & nouitii poſſint percipere (ſicut & quælibet alia) aliquid certum ſupponit, ſcilicet infinitatem virtutis, ſiue in magnitudine, ſiue extra. Et quærit dubium, quare ſi illa infinita virtus ponitur in magnitudine, mouet in non tempore: & extra magnitudinem, non. Quærantur ergo ab iſtis primò: Qualis eſt illa infinitas virtutis, quæ ſupponitur, intenſiua, an durationis? ſi intenſiua, habetur intentum; ſi durationis, quæſtio & nulla & ridiculoſa eſt. Nulla quidem: quia à virtute actiua infinita in duratiõe poſita in magnitudine, non ſequitur motus in non tempore: vt patet de virtute alteratiua ſolis à qua res aliqua alteratur, & tamen in tempore. Nec poteſt dici quòd illud eſt verum tantùm de virtute motiua vnico motu locali tantùm: quoniam expreſſe Ariſt. in 8. Phyſ. text. 79. vnde hoc ſumptum eſt, dicit hoc verificari in omnibus virtutibus motiuis quocunq; re motu. Ridiculoſa autem, quia puerile eſt quærere, quare à virtute finita in vigore, infinita autẽ duratione ſeparata à materia, prouenit motus in tempore, & non in non tempore. Quis enim eſt adeò rudis, vt ignoret finitatem & infinitatem intenſiuam virtutis, ſequi velocitatem certam vel incertam motus, & non finitatem & infinitatem durationis? Vltimum igitur refugium horum eſt, quòd quæſtio illa neutram infinitatem determinatè ſupponit, ſed infinitatem in communi, quoniam ex motu perpetuo neutra infinita determinatè concluditur, ſed in communi concluditur. quòd oportet virtutẽ motiuam tempore perpetuo eſſe infinitã. Vnde dicunt quòd quæſtio Auerroie eſt, cùm ſit quòd virtus motiua tempore infinito ſit infinita, abſtrahendo ab hac & illa infinitate, quare poſita in magnitudine infert motum in non tempore, & extra magnitudinem, non? Et reſponſio eſt ſupponendo quòd ſi aliqua virtus poſita in magnitudine, debet mouere tempore perpetuo, oportet quòd ſit infinita intenſiuè, ex octauo Phyſicorum, textu ſeptuageſimooctauo, & conſequenter moueret in non tempore, ex textu ſeptuageſimonono. & addendo quòd ſi aliqua virtus motiua tempore perpetuo ponatur extra magnitudinem, & illa eſt neceſſariò infinita ſecundum durationem, & diſtinguitur in motorem & agens, & ſic eſt finite motionis, id eſt, mouet in tempore, & motorem vt finis, & ſic eſt infinitæ motionis, id eſt, mouet infinito tempore, quòd virtuti poſitæ in magnitudine cõuenire nõ poteſt. nõ. n. pt diſtingui in motorem vt agens, & vt finis, & ideo oportet, quòd virtus motiua tempore infinito, ſi eſt in magnitudine, moueat in non tempore, extra magnitudinem, non. Sed verè iſti innituntur telis aranearum. Deficiunt. n. dupliciter, ſ. in re ipſa, & in expoſitione Auer in re ipſa quidem, quia falſum eſt, quòd virtus motiua tempore infinito ſi ponitꝰ in magnitudine, eſt infinita intenſiuè, ſi extra magnitudinem, non. Quæratur enim ab ipſis (ne in æquiuoco laboremus de quali infinitate temporis eſt ſermo. Diſtincta eſt enim ſuperius ex 6. Phyſ quia eſt duplex, ex parte mobilis, & ex parte ſpatii, ſeu per ſe, & per accidens. Si eſt ſermo de virtute motiua tempore infinito ex parte mobilis, nulli dubium eſt, ꝙ illam oportet eſſe infinitam intenſiuè, in tractu. n. 78. nõ eſt ſermo de tali virtute, ſed de prima, vt ex dictis patet. Amplius, Cùm Philoſophus obedire debeat rõni, oportet reddere cauſam, quare cùm ad mouendum B mobile certa velocitate, puta motu vnius horæ, requiratur tanta virtus intenſiuè, puta vt centum, & ad continuandum illum motum tempore perpetuo ſufficiat ex parte virtutis motiuæ, ꝙ ſemper perſeueret in eodẽ vigore, quare, inquam, eſt ꝙ virtus talis ſi ponatur in magnitudine, ſequitur ꝙ ſit infinita intenſiuè? Hoc. n, neque ex parte perfectionis virtutis, nec ex natura magnitudinis oritur, & tamen hoc eſt ſuper quod iſti fundanꝰ. Quod ſi dicatꝰ ꝙ hoc oritur ex hoc, ꝙ illa virtus actiua ſemper remanere debet in eodem vigore, hoc puerile eſt, quia ex hoc nihil aliud ſequitur, niſi ꝙ illa virtus oportet ꝙ ponatꝰ in magnitudine inalterabili & incorruptibili. Ex hoc autem, ꝙ virtus actiua ponitꝰ inalterabilis & incorruptibilis, infinitæq; durationis ſiue in quanto, ſiue extra, non habetur maior perfectio intenſiua, vt de ſe patet in primo Eth. c. 7. ab Ariſt. & Auerroe dſ. Et datꝰ exẽplũ de albo, quod ex hoc, ꝙ ponitur perpetuõ, non ſequitur, ergo eſt albius, quia differentia maioris & minoris rationis nõ infert differentiã ſecundũ magis & minus. Vnde ridiculum eſt, ꝙ quidam inter Philo-

ſophos

ſophos ſe locantes dicunt, quòd ideo non poteſt eſſe virtus motiua actiuè tempore perpetuo in magnitudine, quia oportet ipſam eſſe durationis infinitæ, & per hoc infinitam intenſiuè. Deberent enim inferre, ac per hoc inalterabilē & incorruptibilem: ad quod ſequitur infinitas intenſiua.

Pudet autem addocere quorundam fatuitatem dicentium, quòd proceſſus non fit ab Auer. & Ariſt. ad concludendum, primum motorem eſſe incorporeum abſolutè, ſed ad concludendum, ipſum eſſe incorporeum, id eſt non immerſum materiæ, ad eſſe: quæ eſt tantùm apud eos in generabilibus & corruptibilibus. Rationis ſiquidem Ariſt. à tex. 78. vbi inchoat, teſte ipſo Ariſt. ibi cùm Auer. tractatus intendentis oſtendere impartibilitatem primi motoris: vis eſt ex natura quanti & extenſi ſiue corruptibilia, ſiue non, vt patet: & in tex. vlti. rationē formās ea efficacia probatorum, & non aliter, concludit primum motorem impartibilem: vnde hoc eſt ſimpliciter error nimis fatuus. Amplius, Hoc dictum, ſcilicet, quòd virtus motiua actiuè tempore perpetuo ſi eſt in magnitudine, eſt infinita intenſiuè, ſi extra, non, oportet vel ex rationibus formalibus terminorum intelligibiliter deducere, vel ſenſibilibus aſſumere. Sed iam oſtenſum eſt rationibus terminorum hoc non deduci: ſed oppoſitum quo ad primam partem, & ſenſibilia idem teſtantur: ergo hoc eſt voluntariè dictum. Ea ſenſibilibus enim habemus, quòd virtus alteratiua ſolis eſt motiua actiuè, & eſt in magnitudine: & tamen non eſt infinita intenſiuè, nec alterat in nō tempore. Nec poteſt dici, quòd quia ſermo eſt de virtute actiua motus localis, ideo inſtantia non militat. Tum quia eadem eſt ratio quo ad mouere in non tempore, & infinitatem intenſiuam de virtute alteratiua & motiua ſecundum locum, & vniuerſaliter motiua ſi ponantur in magnitudine, vt dicitur 8. Phyſ. tex. 79. vt iam adductum iterum eſt. Tum quia ſi idem alterabile ſemper ſupponeretur alterationi ſolis, tunc ſol vnum numero motum perpetuum poſſet continuare, nulla facta augmentatione ſuæ virtutis, quicquid ſit de antecedente huius conditionalis: & ſic virtus finita intenſiuè, infinita duratione, moueret in tempore infinito vnum motum continuum & non in non tempore: vnde quòd de facto non ſit hoc, eſt per accidens, quantum eſt ea efficacia virtutis. Accidit enim tantæ virtuti, quòd vnum vel plura ſubiiciantur, &c. & nihil minus poſſet in vnum ſemper, quàm plura. In expoſitione autem verborum Auerrois errant: quia ex huiuſmodi ſenſu non haberet reſponſio ad quæſitum: eſſet enim reſponſio, quòd ideo virtus motiua tempore infinito poſita in magnitudine moueret in non tempore, & poſita extra magnitudinem, non: quia virtus extra magnitudinem diſtinguitur in motorem vt agens, & motorem vt finis: in magnitudine autem, nō. Ex hoc autem quomodo haberi poſſit quæſita differentia, centum iuga boum non deducerent.

¶ Quartò principaliter probatur, quòd de infinitate intenſiua ſit ſermo Auer. ibidem: ex eo, quòd ibi dicit, quòd motus cæli inquantum eſt ab anima cæli, ſortitur determinatam velocitatem, inquantum verò eſt à primo motore, ſortitur ſempiternitatē. Ex hoc enim arguitur ſic: Aut intendit, quòd motus cæli habeat ſempiternitatem à primo motore effectiuè, aut finaliter. Si effectiuè, cùm in hoc ponat differentiam inter primum motorem, & animam cæli, tripliciter poteſt hoc imaginari.

Primò, quòd anima cæli, aut non ſufficienter poſſit efficere ſempiternitatem motus, & ideo attribuatur primo motori tanquam cauſæ ſufficienti, & hoc conuincitur demonſtratiuè eſſe falſum ſupponendo animam cæli eſſe virtutem motiuam immobilem, vt patet ex 8. Phy. text. 85. & ex ſupradictis. Secundò, quòd anima cæli dependenter illam faciat, primus autem motor independenter, & ideo attribuitur primo motori, vt eius cauſæ actiuæ independenter. Et hoc conuincitur eſſe contra Auerroim ibi: aut loquimur de communi dependentia, qua omnia entia alia à primo, & actiones eorum dependent à primo: & ſic non ſaluatur commentum, ponens differentiam inter ſempiternitatem & determinatam velocitatem motus cæli in hoc, quòd illa eſt à primo motore, hæc ab anima cæli, tali enim dependentia communi tam ſempiternitas, quàm determinata velocitas eſt à primo motore mediante anima cæli. Aut loquimur de ſingulari dependentia: qua in faciendo talem effectum, ſcilicet ſempiternitatem motus, anima cæli dependet à primo motore. Et hoc conuincitur eſſe impoſſibile, tenendo primum motorem finitum intenſiuè: & deducitur ſic, Motore ſufficiente, ex his, quæ in ſe intrinſecè ſunt, applicato mobili diſpoſito, circunſcripto quocunque alio, excepta communi dependentia ad primum, neceſſariò prouenit effectus proprius illius motoris, Patet iſta ex terminis: alioquin nulla eſſet via ad probandam conſecutionem cauſæ ad effectum, & è conuerſo. Sed anima cæli eſt actiuum ſufficiens ex ſuis intrinſecis reſpectu motus æterni: ergo circunſcripto quocunque alio excepto communi influxu primi, poteſt in motum æternum, ergo nulla eſt opus ſpeciali dependentia. Probatur minor ex eo, quòd anima cæli habet ex ſuis intrinſecis duo requiſita ad faciendum ſempiternitatem motus, ſcilicet tantam virtutem intenſiuè (puta vt mille) & immobilitatem: quilibet enim motor habens hæc duo, poteſt ſempiternum facere motum, quamuis non per ſe, vt dictum pluries eſt. Tertiò, quòd anima cæli licet ſufficienter, tamen per accidens facit ſempiternitatē motus, primus autē motor facit eā per ſe: & ideo attribuitur primo motori, vt eius cauſæ actiuæ per ſe primò intendenti illam. Et ſic habetur intentum: quia, vt ex prima conditionali probata patet, ex hoc ſequitur, ergo primus motor eſt virtutis infinitæ intenſiuæ. Et in rei veritate iſta videtur mens Auer. in illo loco: Loquitur enim de actiua cauſalitate, vt quæſtio mota oſtendit, & non intendit ſubtrahere ab anima cæli cauſalitatem actiuam ſempiternitatis, ſed perſeitatem cauſalitatis: cuius nulla virtus finita eſt capax, vt patet ex dictis. Vnde cauſam actiuam per ſe determinatæ velocitatis poſuit animam, ſempiternitatis verò primum motorem. Si finaliter, hoc poteſt dupliciter imaginari: Primò, vt ſit ſermo de dependentia communi: qua omnia cauſantur in genere cauſæ finalis à primo. Et hoc eſt contra Auer. ibidem: quoniam hoc modo non ſaluatur ſua differentia inter terminatam velocitatem motus & eius ſempiternitatem: hoc etenim modo vterque effectus dependet finaliter à primo motore. Secundò, vt ſit ſermo de aliquo ſpeciali modo dependendi, in genere tamen cauſæ finalis. Et quantum verba eorum ſonant, videntur dicere, quòd quodam ſingulari modo ſempiternitas eſt à primo fine, quo non eſt determinata velocitas, ſic quòd ſempiternitas motus in hoc differt ab eius velocitate, quòd iſta ſufficienter fiat ab agente, illa autem non niſi adiuncta cauſalitate finali primi motoris. Sed quia facile eſt dicere diſtinctionem in qualibet re quamuis ardua, & inexercitati eſt admittere illam in aere, ideo quæramus ab iſtis, quomodo ſit iſta differentia. Hoc enim non poteſt niſi tripliciter imaginari, ſcilicet aut ſic, quòd ſempiternitas careat cauſa actiua, & finali tantùm attribuatur. Et hoc eſt ridiculum, quoniam non eſt intelligibile, ꝙ aliquid effectiuè producat motū, & nō producat eius durationē, maximè cum ipſa, ꝙ eſt duratio

illa (vt 12.Meta. tex. 29. dicitur) aut eſt ipſe motus, aut eius paſsio. Conſtat autem quòd hæc ab eodem fiunt actiuè ſecũdum rem, quamuis non eodem modo, poteſt enim eorũ, quæ ſunt idem realiter vnum, per accidens produci ab agente inferiori, & alterum per ſe: vt patet cùm Sortes generat Platonem: tunc enim licet fiat Plato per ſe: fit tamen corpus vel mixtum per accidens: vt dicitur in primo Phyſ. tex. 76. Aut ſic, quòd ad determinatam uelocitatem cauſa actiua ſufficit abſque finali, ad ſempiternitatem autẽ, non. Et hoc etiam eſt ridiculum: quia finis eſt cauſa cæterarum cauſarum: nullùſque eſt effectus naturæ aut artis abſque fine. Aut ſic, ꝙ ad determinatam velocitatem cauſa actiua cum fine communi ſufficit, ad ſempiternitatem autem non, ſed requiritur ſpecialis ratio dependentiæ ad primum motorem vt finem. Et hoc eſt iterum loqui in aere: niſi huiuſmodi ratio aſsignetur. Nec apparet alia ratio, quàm illa, quæ in eodem com. 41. ex intentione Themiſtij ſubditur, ſcilicet ꝙ motor, qui mouet ad conſequendum aliquid, vel conſeruandum aliquid tranſmutabile, neceſſe eſt quòd quandoque ceſſet. Motor autem, qui mouet ꝓpter aliquid ſemper in actu & immutabile, qua ratione mouet vno tempore, mouet ſemper. Et ſic habetur ſpecialis ratio dependentiæ ſempiternitatis ex fine, quæ non habetur in velocitate motus. Sed adducere hoc ad propoſitum, nouitiorum eſt. Cùm enim omnes animæ cæleſtes prima intentione operentur propter ſe (vt dicitur 12.Metaph. com. 36. & ſecundo Cæli. com. 17. & 21.) & ipſarum natura ſit immutabilis in actu, & earum opera ſint ſicut opera artium, vt dicitur 12. Meta. commen. 44. & finis ſit principium in operabilibus, vt dicitur in 2. Phy. tex. 88. Quemadmodum ex actualitate immutabilis finis ſumunt animæ illæ rationem ſempiternitatis in ſuis operibus, ita ex aliis conditionibus nobis ignotis ſumunt rationem tantæ velocitatis, & quare magis ab Oriente moueant verſus hemiſperium ſuperius, & alia huiuſmodi. Hæc enim omnia fiunt propter melius, vt ex ſecundo Cæli, text. & commen. 34. habetur. Et ex fine neceſſe eſt bonitatem eorum fieri, cum naturalia agũtur propter finem, vt dicitur 2. Phy. tex. Vnde ex hoc non magis habetur, quòd ſempiternitas ſpecialiter dependeat à primo, quàm certa velocitas, vtrunque enim eorum habet hoc modo ſpecialem rationem dependentiæ ex fine. Amplius, Cum ratio ſempiternitatis motus ſufficienter ſumatur ex his finis conditionibus, ſcilicet quòd ſit in ſe actu, & habitu à mouente, & immutabilis, & hæc ſint communia omnib. motoribus cælorũ reſpectu propriarũ eſſentiarũ, nihil proprium primo motori dixiſſet Auer. ſed totũ quod dixit conuenit omnibus animabus cælorum in ratione finis, nec poteſt dici, quòd dictum Auer. commune quidem eſt omni motori ſeparato in ratione finis, ſed appropriatur primo propter dependentiam aliorum à primo & in ratione finis, quia ſic non ſaluatur differẽtia inter ſempiternitatem & velocitatem, vtraque enim propter independentiam primo eſt attribuenda fini. Quòd ſi tanquam ad vltimum refugiũ recurrendo dicatur quòd ſempiternitas motus dependet à primo fine quodam ſingulari modo ignoto nobis, & hoc cognoſci ex hoc quòd omnes motores cæleſtes conueniunt in ſempiternè mouere, non autem in velocitate motus (hoc enim ideo eſſe credendum eſt, quia rationem ſempiternitatis habent reſpiciendo primum, velocitatem verò reſpiciendo propria.) Hoc eſt contra Auer. qui expreſſè dixit in ſecundo Cæli, com. 58. quòd motores inferiores ſumunt rationes ſuarum velocitatum, ſecundum quòd magis deſiderant aſsimilari primo. Et loquitur non ſolùm de motu diurno, ſed etiam in circulo obliquo, Deinde hoc non eſt ſufficienti ratione firmatum, ꝙ enim conueniãt omnes in ſempiternitate motus, vt dicit Auer. in ſecundo Cæli, com. 38. & 71. & alibi, eſt quia conueniunt omnes in hoc ꝙ ſunt motores immateriales. Et ideo hoc non oportet conicere, quòd ſit ex ſingulari modo dependendi à fine, cùm clarè pateat, quod finis communis cum immaterialitate motoris ſufficiat, nec locus eſt coniecturis in manifeſtis. Amplius. Velocitas da qua ibi loquitur Auer. vt patet in commẽ. nihil aliud eſt quàm temporalitas, in qua omnes motores cæli conueniunt, ſicut & in ſampiternitate, nullus enim mouet in non tempore. Reſtat ergo, quòd de infinita intenſiua ſermo Auer. ibidem ſit. Et licèt euidentiores ſint prædictæ rationes ſi duo motores ſecundum rem in primo orbe ponantur, efficaces tamen ſunt etiam ſi duo ſecundum rationem, vnus autem ſecundum rem ponitur, vt patere poteſt cuilibet eas applicare ſcienti. Vnde omnes expoſitiones commenti prædicti falſæ apparent. Vltima autem ordinẽ librorum Auer. non penſauit. Cum enim conſtet ex ſecundo Cæli com. 3. quòd tunc iam fecerat libellum de ſubſtantia orbis, & ex pluribus commentis, quæ tũc etiam fecerat ſuper libros Phyſ. & ex 12. Metaph. com. 65. quòd iuuenis erat quando fecit ſuper lib. de Cælo, & ſperabat in com. 35. ſe perfecturum aſtrologiam, & quòd ſenex ſcripſit ſuper Metaphyſica, manifeſtè liquet, quòd omnia dicta Auer. ſunt examinãda ad 12. Metaphyſicæ eius, & nõ èconuerſo, quoniã opus illud teſtamentum eius eſt.

Secunda autem via ad oſtendendam infinitatem virtutis Dei glorioſi ſumpta ex San. Tho. breuior eſt. Et ſupponit Deum eſſe cauſam actiuam alicuius ſubſtantiæ, ſiue mundi, ſiue primæ intelligentiæ, ſiue omnium incorruptibilium, ſiue ab æterno, ſiue in tempore, nihil enim horum refert, dummodo concedatur per ſimplicem emanationem (quam nos creationẽ dicimus) Deum aliquid produxiſſe. Hoc autem nũc ſupponatur, Tum quia communiter excellentes viri hoc concedunt etiam de mente Ariſt. & Auer. Tum quia expreſſè contra Algazelem pluries Auer. hoc dicit. Tum quia hoc exigeret ſpecialem quæſtionem, quam alibi tetigimus. Aequieſcentibus ergo huic ſuppoſito, hæc via paratur, iuxta quam arguitur prælibando rationes terminorum, ſcilicet quòd virtus creatiua eſt virtus actiua effectus ex nulla potentia paſsiua, ſiue ſit creatiua ab æterno, vt Plato, & Ariſt. cũ ſequacibus poſuerunt, ſiue in tempore, vt fides Chriſtiana determinat. Cæteræ autem virtutes actiuæ ſunt effectuum ex aliqua potentia paſsiua præſuppoſitã, vt patet in naturalibus & artificialibus. Arguitur ergo ſic, loquendo ſemper de quantitate virtutis ſeu perfectionis, Omne quantum excedens aliud quantum, ſic, quòd quantùmcunque exceſſum creſcat, nunquam inter ipſa eſt aliqua proportio, eſt neceſſariò infinitum intenſiuè. Iſta patet ex terminis, quoniam, vt dicitur in 8. Phyſico. text. 79. ſi excedens eſt finitum addendo ſemper quantum ad exceſſum, quandoque æquabitur & excedetur. Sed virtus creatiua eſt aliquantæ perfectionis, & ſic excedit virtutem factiuam rerum ex potentia ſubiecti, quòd quãtùmcunque augeatur nõ eſt inter eas proportio, ergo virtus creatiua eſt infinita intenſiuè. Probatur minor quo ad vltimam partem (quæ ſola eget probatione) & ducendo ad impoſsibile, quia ſequeretur quòd virtus tantùm actiua ex aliqua potentia, & virtus actiua ex nulla potentia poſſent eſſe æquales, quod eſt manifeſtè impoſsibile. Tenet conſequentia ſupponẽdo vnam, quod probatione non eget, ſcilicet ꝙ quantò aliquod actiuum poteſt educere rem de remotiori potentia ad actum, tãtò eſt virtuoſius. Ad ſenſum enim patet, ꝙ ad educendum calorẽ de potentia aquæ, maior virtus

Secundus modus oſtẽdendi infinitatẽ intenſiuam primi motoris.

ior virtus

ſor virtus requiritur, quàm ad educendum ipſum de potentia aëris, hoc igitur ſuppoſito arguitur more Ariſtotelico ſic, Sumatur virtus productiua alicuius (putà bouis) ex nulla potentia, & ſit A. Sumatur quoque virtus productiua bouis ex aliqua potentia puta C, & ſit virtus illa B. Tunc ſic, Iſtæ duæ virtutes, ſcilicet A & B per te habent aliquam proportionem, ſit ergo proportio centupla, ita q̃ A excedat B non plus, quàm in centuplo. Et tunc ſumatur potentia paſsiua in centuplo magis elõgata ab actu quàm ſit illa D. Cũ ergo oporteat tantò virtuoſius eſſe agẽs q̃tò elongatior eſt potentia ab actu neceſſe erit virtutẽ actiuã bouis de potentia D. eſſe in proportione cẽtupla ad B, ac per hoc eſſe ęqualẽ ipſi A. Et ſic virtus productiua ex aliqua potentia, & virtus productiua ex nulla erũt æquales, q̃ eſt impoſſibile. Imò etiã eodem proceſſu, poteſt deduci, quòd illa ſit etiam maior: quod eſt impoſſibilius. Nec poteſt inficiari quiſpiam hunc proceſſum ex eo, quòd non poteſt ſumi in rerum natura potentia remotior ab actu, quacunque potentia data: oportet enim ſic dicentes negare proceſſum Ariſto. 4. Phyſ. tex. 72. vbi aſſumit plenum ſubtilius quocunque pleno, & 6. Phyſ. text. 15. vbi aſſumit motum velociorem quocunque motu: & breuiter deſtruere doctrinam traditam in libr. Phyſ. Saluatur enim efficacia horum & ſimilium proceſſuum ex rationibus formalibus terminorum, & ex veritate conditionalium: quicquid enim repugnat veritati conditionalis, eſt falſum & impoſſibile: vt Auer. dicit in 8. Phyſ. text. 78. Vnde propoſito ſufficit veritas conditionalium: putà, ſi virtus aliqua produceret ex potentia in centuplo remotiori, eſſet in centupla proportione, &c. Stat ergo ratio firma: quamuis quidam neſcientes, aut non volentes eam formare, ſoluiſſe ſe arbitrati ſunt: vt de Scoto patet prima diſt. quarti. Qui ideo credidit ſe ſoluiſſe, quia San. Thom. non ſolicitus circa terminos, qui in authenticis rationibus ſolent ſubintelligi, fecerat maiorem huiuſmodi: Eorum, inter quæ nulla eſt proportio, alterum eſt infinitum: ſoluit Scotus, quòd hæc non eſt vera, vt patet de puncto & linea: & tamen punctum non eſt infinitum. Propter quod notanter nos poſuimus in maiore vtrunque eſſe quantum: vt has pueriles cauillationes effugeremus. Et hæc de ſecundo.

QVAESTIO.

Num Deus moueat vt finis, vel vt agens.

Reſtat igitur argumentis in oppoſitum reſpondere.

¶ Ad primum ergo (quod tres difficultates tangit, vnam principaliter & duas ex conſequenti) tali eſt ordine dicendum, quòd duas annexas difficultates, ſcilicet, an Deus moueat vt finis tantùm, vel vt finis & agens, & ſi vt agens, an mediatè: vel immediatè: pertranſibimus dicendo, quia eſt.

Tertiam verò principalem, ſcilicet an ex poſitione virtutis infinitæ intenſiuæ in rerum natura neceſſariò ſequatur motus in non tempore, pertractabimus dupliciter, ſcilicet ſecundum Auer. & ſimpliciter. Quamuis igitur multi ex ſecundo cœli, text. 64. vbi in ſummo gradu perfectionis vniuerſi locatur id, quod ſine actione optimum poſsidet: & ex 12. Metaph. tex. 30. vbi dicitur, quòd Deus mouet ſicut amatum & deſideratum: credant Deum non eſſe cauſam agentem, ſed finalem: veriùs tamen dicunt ſentientes vtroque modo Deum eſſe cauſam: vt Simplicius arguit ex primo cœli, tex. 30. vbi Ariſto. dicit, Deum nihil agere fruſtra. Si. n. ad hoc incõueniens ſolicitus fuit Ariſto. deducere, quòd Deus nihil agit fruſtra, ergo ſupponebat Deum agere propter finem, ridiculum enim eſſet deducere ad hoc inconueniens de cauſa non actiua. Auerrois quoque in de ſubſtãtia orbis, manifeſtè reprehendit dicentes oppoſitum eſſe de intentione Ariſt. & in 12. Metaph. commen. 7. expreſsè dicit, quòd Deus mouet non tantùm vt finis, ſed vt motor. Quod etiam firmat in 12. comment. 7. & in comment. 44. vbi etiam poſtmodum Auicennam ponentem Deum eſſe tantùm finem, arguit, q̃ oportet primi principis eſſe actionem, quę cum hoc, quòd ſit ſibi propria, ſit comunis cæteris, qualis eſt motus diurnus. Et in ſecundo cæli, commen. 17. dicit, quòd omne habens actionem in ſe, habet actionem in alio, & in comment. 21. dicit, quòd omne quod inuenitur propter ſe prima intentione inuenitur propter aliud ſecunda intentione, niſi illic eſſet natura non innata ad largiendum. Et breuiter totus Auer. plenus eſt hac ſententia vel formaliter vel radicaliter, vt puta quòd in ſeparatis à materia cauſalitas finalis & ſufficiens eidem conueniunt, vt dicitur 12. comment. & 31. & 38. & 55.

Nec obſtat quòd Ariſto. dixit, Deum mouere vt amatum, non enim dixit hoc cum dictione excluſiua, imò ex hoc magis habetur propoſitum, ſuppoſita illa vniuerſali Auer. quam modò diximus. Id verò quod ex ſecundo cęli adducitur, admiratione dignũ eſt, qua fronte ab Auerroiſtis adducatur, cùm Auerrois ipſe ibidem in commento 46. expreſsè dicat, q̃ in illo ſummo gradu habente optimum ſine actione datur latitudo includens omnes intelligentias, ita q̃ apud ipſum omnes intelligentiæ ſunt in illo primo gradu, & non tantum Deus, & tamen conſtat apud eos etiam quòd cæteræ intelligentię agunt ad extra. Intendit enim ibi Ariſtoteles apud Auerroim intelligentias quatenus intelligentiæ ſunt habere optimum (quod eſt fœlicitas ſpeculatiua) ſine omni dependentia ab exteriori actione, non ſicut in nobis iuxta illud 12. Met. text. 39. deductio autem qualis optima, &c. & eſſe in primo gradu. Quatenus verò animæ ſunt, optimum aſſequi per motum, & in ſecundo locari ordine ſimul cum corporib. quorum ſunt animæ. Vnde Deum mouere non ſolum finaliter, ſed actiuè dicimus. Et quamuis ex multis commentis videatur haberi, quòd Deus mouet immediatè, quia in com. 44. & 12. Met. reprehenduntur ponentes Deum eſſe priorem motore primi orbis, & in commen. 38. expreſsè dicitur, quòd primus motor mouet ſine medio, & in commen. 48. numerantur ſubſtantiæ immateriales ſecũdũ numerum motuum cæleſtium expreſsè, ſupponendo nullam eſſe, quæ non mouet, vt tamen ex dictis ſuperius patere poteſt, in commen. 41. & 12. expreſsè dicit motum cœli componi ex duobus motoribus. Et ideo ſciendum eſt quòd iſta ſibi inuicem non contradicunt, quoniam quum ſint in hac re opiniones extremæ, vna Auicennæ, dicentis Deum nihil agere ad motum cœli, niſi ſecundum quòd prima cauſa operatur per ſecundas, ſed primum motorem eſſe primam intelligentiam productam à Deo, quæ cum anima cœli mouet. Alia eorum, qui dicunt Deum ſolum mouere primum cœlum. Auerrois via inceſsit media, vtrunq; declinans extremum, & ideo nunc hoc nunc, illud excludit extremum, quamuis pluries Auicennam impugnauerit. Eſt igitur apud eum primus motor Deus glorioſus, non tamen mouet ſolus.

Sed quia in motu primi cœli ſunt duo (ſempiternitas motus, & certa velocitas, putà 24. horarum) poſuit vtrunque horum habere per ſe primò cauſam actiuam & propriã, ſempiternitatis quidem Deum,

certæ,

illam cauſet. Numerus quoq; intelligentiarũ, eiſdem ſuppoſitionib. ſtantib. optime inueſtigatur ea numero motuum: ſunt enim omnes motores adæquati. Inconueniens & quod dicitur in textu 79. ſcilicet virtutem finitam & infinitam mouere æqualiter: manifeſtè ibidem adſcribitur virtutib. mouẽtib. naturaliter: & breuiter quæcunq; alia ad hoc adduci poſſunt, facilè ſaluari videntur abſque hoc. Nolo tamen propterea Ariſtoteli attribuere, quòd poſuerit Deum agere liberè, ſed opinionẽ ſuam ad nos non peruenisse tantùm contra Auer. tamen illam reſponſionem eſſe nõ dubito: vt ea commentario quarto duodecimi Metaphyſ. deducere facile eſſet: & commentario vigeſimoprimo ſecundi de cœlo manifeſtè habetur.

¶ Sed quoniam ex principijs philoſophiæ non neceſſariò ſequitur. Deum agere neceſſariò: idcirco quum ſoli rationi obediendum ſit, quod ſecundo loco contra hoc obijcitur, ſoluendum eſt. Quum ergo dicitur, id, ad quod ſequitur falſum impoſsibile, eſt ſimpliciter impoſſibile, &c. negatur minor. Et ad primam probationem dicitur, quod quamuis non ſit impoſſibile, Deum velle vti tota virtute ſua: eſt tamen impoſsibile, Deum velle vti tota virtute ſua, in hoc effectu, qui eſt velocitas motus. Nec hoc eſt ex defectu virtutis, aut voluntatis ſed quia hoc non eſt factibile: vnde Deus vtitur tota virtute ſua per ſe cauſando ſempiternitatem motus, & creando, &c.

¶ Ad ſecundã verò dicitur præmittendo quatuor. Notandum eſt. n. primò, ꝙ aliud eſt arguere ex potentia motiua infinita, & aliud eſt arguere ex potentia motiua infinita habente talem modum eſſendi, ſcilicet in magitudine, vel extra, vel modum operandi, ſ. neceſſariò, vel liberè. Primum ſiquidem antecedẽs abſtrahit ab omni modo eſſendi & operandi: ſecundum verò modum eſſendi vel operandi coaſſumit. Conſtat autem ꝙ multa poſſunt deduci ex aliqua ratione formali, & mõ eſſendi vel operãdi ſimul, q̃ nõ poſſent deduci ex illa ratione formali abſolutè. Notãdum eſt ſecundò, ꝙ ex aliqua ratione * abſtractè, ſeu abſolutè ſumpta, dupliciter aliquid deducere cõſueuerunt Philoſophi. Vno modo neceſſariò, ſicut ex ratione motus deducitur, ꝙ oportet eſſe in tempore, alio mõ non repugnanter, ſicut ex ratione motus deducitur, ꝙ quocunq; motu dato, poteſt dari velocior, &c. Et inter hæc tñ refert, ꝙ conſequens aliquid neceſſariò, comitatur ipſum, in quocunq; ponatur ſecundum omnem modum eſſendi illius: conſequens verò aliquid non repugnanter, non oportet comitari illud in aliquo: imò ſtat ꝙ repugnet ei in quocunq; modo eſſendi: vt patet in exemplis adductis.

* Aliàs abſtrahentes.

Notandum eſt tertiò, ꝙ dupliciter poteſt imaginari ꝙ potentia motiua infinita exeat in actum ſecundum, vel ꝙ moueat A mobile certa velocitate, ita ꝙ non poſſit velocius illud mouere: ſed illud mouere ſibi adæquatum.

¶ Vel ꝙ moueat infinita velocitate, id eſt in non tempore: non eſt. n. intelligibile, ꝙ aliquid actualiter moueat infinitè velociter: & tñ in tempore: quia ex quo actualiter mouet, tẽpus illius motus certum eſt ſecundum ſe. ſignetur ergo, & tunc procedatur in ratione tex. 79. octaui Phyſ. & venietur ad hoc, quòd motus infinitæ velocitatis erit in æquali tempore cum motu finitæ velocitatis (vt pote à virtute finita facto) ꝙ eſt impoſsibile. Idem eſt ergo mouere actu infinitè velociter, & mouere in non tempore. Vel medio modo, ſcilicet quòd nunquam moueat tanta velocitate A mobile, quin poſſit illud velocius mouere. Hæc autem tria aliter ſe habent ad potentiam motiuam infinitam abſolutè, & aliter ad eam in magnitudine. Ad potentiam ſiquidem motiuam infinitam in magnitudine, duo extrema comparantur immediatè, ita quòd reſpectu talis virtutis non datur medium inter mouere in non tempore, & mouere certa velocitate.

¶ Ad potentiam verò motiuam infinitam abſolutè, extrema hæc ſunt mediata, ita quòd ſtat quòd moueat ſic velociter, quòd tamen ſemper velocius mouere poſſit. Et ratio differentiæ eſt: quia virtutis extenſæ quantum eſt poſſe, tantum neceſſariò eſt facere: vt patet inductiuè, & conſequenter ſi eſt infiniti poſſe, ergo habet adæquatum facere: aut ergo hoc eſt certa velocitate mouere, aut in non tempore: mouere enim ſic quòd velocius poſſit, non eſſe adæquatum virtuti patet. Virtutis verò motiuæ infinitæ abſolutè non oportet quantum eſt poſſe, tantùm eſſe facere: quia abſtrahit ab omni modo operandi, & eſſendi: & conſequenter abſtrahit ab hoc, quod faciat ſecundum totum poſſe, aut partem & tantùm vel tantùm: & ideo non neceſſariò ſequitur, quòd ſi exeat in actum, quòd exeat in opus adæquatum. Notandum eſt quartò, quod aliter arguendum eſt ex infinita velocitate ad infinitatem potentiæ motiuæ abſolutè, & aliter econuerſo. Ex infinita ſiquidem velocitate, determinatè infertur, ergo potentia motiua eſt actu infinita: quia impoſſibile eſt aliter talem effectum ſaluare. Ex infinita verò potentia motiua nihil aliud poteſt inferri: niſi, ergo põt infinita velocitate mouere: quia ſi aliquanta virtus motiua poteſt mouere aliquanta velocitate, maior poteſt maiore, & infinita infinita. Sed quia poſſe mouere infinita velocitate contingit dupliciter, vno modo ſic, quod poſſit facere motum infinitæ velocitatis in actu, alio modo ſic, quod poſſit ſemper facere maiorem velocitatem quacunque facta velocitate, ideo non poteſt ex infinitate potentiæ motiuæ abſolutè inferri determinatè, ergo eſt actu infinita velocitas: ſicut econuerſo.

¶ His autem præmiſſis, dico quatuor. Primo quod ex hoc antecedente A. eſt virtus motiua infinita in magnitudine, optime ſequitur, ergo mouet in non tempore: quia ſi non, ergo mouet adæquate certo tempore ex tertio notando: & tunc ſequitur iuxta deductionem Ariſto. ergo virtus finita & infinita ſecundum totum poſſe mouent æqualiter. Secundo dico, quod ex hoc antecedente A, eſt virtus motiua infinita, non ſequitur neceſſario, ergo A, mouet in non tempore: dicentibus enim quod non, ſubinferri non poteſt, ergo mouet adæquatæ in certo tempore, datur ſiquidem medium, ſcilicet quòd permittitur mouere A, mobile tanta velocitate (puta decem horarum) non tamen adæquatæ, ſed poteſt ſemper velocius, vt patet ex tertio notando. Quod non poteſt dici, ſi virtus illa eſt in magnitudine, & ideo Ariſto. fundans demonſtrationem ſuam ſuper illa diſtinctione, aut mouet in non tempore, aut certo tempore, loquendo de adæquata operatione aſſumit ab aduerſario virtutem motiuam eſſe in magnitudine, quia de tali conſtat, quod oportet ſupponere aliquam velocitatem eſſe illi adæquatam, quod non oportet verificari de virtute motiua abſoluta, quia abſtrahit ab his. Tertio dico, quod ex hoc antecedente A, eſt potentia motiua infinita, non ſequitur non repugnanter, ergo motus in non tempore. Probatur hoc ex illo principio, impoſſibile in ſe ex rationibus terminorum, ex nullo deducitur poſſibiliter, ex quo non ſequatur neceſſario. Hæc enim eſt differentia inter conſequens poſſibile & impoſſibile ex terminis, quod poſſibile ex aliquo antecedente oritur poſſibiliter, ex quo non oritur neceſſario, vt patet de velocitate motus reſpectu motus & mobilis. Impoſſibile vero niſi habeat connexionem neceſſariam

cum

cum antecedente ex illo oriri non poteſt & hoc ideo eſt quia impoſsibile ex terminis, eſt impoſsibile ſimpliciter & omnino. Tale autem ex nullo oriri poteſt: niſi ex alio impoſsibili, ad quod conditionaliter ſequatur: quod ſine neceſſaria connexione fieri nequit. Cõſtat autem, quòd motus in non tempore claudit contradictionem ex terminis: ſi eſt enim motus, ergo in tempore: & ſi in non tempore, ergo non eſt motus. Et ex antedictis patet, quòd hoc impoſsibile non ſequitur neceſſariò ex infinita potentia motiua: ergo nec ſequitur impoſsibiliter.

¶ Sed accidit hic dubium ex triplici capite. Primò, quia id quod ſequitur neceſſariò ad aliquid cum aliquo ſpeciali modo eſſendi, ſequit̃ permiſsiuè & poſsibiliter ad illud abſolute: verbi gratia: quod ſequitur neceſſario ad animal rationale, ſequitur poſsibiliter ad animal: ſed motus in non tempore ſequitur neceſſario ad virtutem motiuam infinitam habentem eſſe in magnitudine: vt patet: ergo ſequitur poſsibiliter ad virtutem motiuam abſolutè. Secundò, quia quum hoc argumentum valeat: Si aliquanta virtus motiua poteſt mouere aliquanta velocitate: ergo maior poteſt maiore, & infinita infinita: & vlterius valeat, aliquanta virtus motiua poteſt mouere tanta velocitate, ergo poteſt facere tantam velocitatem actualiter, & maior ſimiliter maiorem: quare non valet, ergo ſi eſt infinita poteſt infinitam facere actualiter. Nulla.n. ratio apparet diffotmitatis: & tamen oportet, ſi tenenda ſunt prædicta, negare illam vltimam conſequentiam: quia, vt patet ex dictis, poſſe facere velocitatem infinitã actualiter eſt idem quod poſſe mouere in non tempore. Tertio quia & ſi aſsignata ſit ratio quare infinitæ potentiæ abſolutæ non oportet aſsignare adæquatum facere: quia ſcilicet abſtrahit à modis operandi: non tamen habetur, quare infinitæ potentiæ motiuæ abſolutè repugnet mouere ſecundum totum poſſe. Si enim non repugnat, dato quòd ex ea non ſequatur neceſſariò nec poſsibiliter, habet̃ intentum, quia ſi hoc ſibi non repugnat ergo eſt ſibi poſsibile: poſsibili autem poſito, nullum ſequitur impoſsibile. Ex hoc autem ſequeretur, quod moueret in non tempore, vt patet: ergo.

¶ Ad primum horum dicitur quod maior eſt ſic modificanda: Illud quod ſequitur neceſſariò ad aliquid cum aliquo ſpeciali modo eſſendi compoſsibili illi primo, ſequitur permiſsiuè ad illud abſolutè: ſic enim eſt vera, & non aliter. Si enim aliquid iungatur cum aliquo ſibi incompoſsibili ex terminis, id quod ſequitur ad coniunctum, vtrique partium repugnat: verbi gratia: Ad hominem aereum ſequit̃ habere perfectiſsimum ſenſum tactus, non medium inter contraria: quod vt patet, non ſequitur ex ratione hominis abſolutè, nec aeris: Sic autem eſt in propoſito: quia virtutem motiuam infinitam eſſe in magnitudine, implicat contradictionem, partéſque coniuncti nõ ſunt compoſsibiles; vt ex iam dictis patet, & effectus neceſſario ſequens monſtrat: ſ. motus in non tempore.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd ratio diffotmitatis inter vltimam conſequentiam & priores eſt: quia in omnibus prioribus proportionaliter adaptatur propria cauſa proprio effectui. In vltima autem non ſecundũ veritatem, ſed ſolam apparẽtiam: nõ.n. proprius effectus virtutis potentis infinita velocitate mouere, eſt actualiter mouere infinita velocitate: ſed nulli certæ velocitati obligatum eſſe ſuum mouere quantum eſt ex parte motiuæ potentiæ. Hoc autem ſaluatur, ſi ſic poſsit mouere actualiter, vt ſemper poſſit velocius mouere vt patet. Et ſi quæratur, quum virtuti potenti mouere velocitate vnius horæ proprius effectus aſsignetur mouere actualiter in vna hora, & duplæ potẽtiæ potẽti mouere in medietate horæ proprius effectus dicatur mouere actualiter in medietate horæ: quare virtuti potenti mouere infinita velocitate proprius effectus non aſsignetur mouere actualiter infinita velocitate? Reſpondetur, ꝙ hoc ideo eſt, quia quãdocunque quantitati virtutis poteſt dupliciter attribui quantitas operis, & altero modo eſt impoſsibile propter implicationem contradictionis in ipſo opere, altero vero eſt poſsibile, dicendum eſt, ꝙ effectus proprius illius eſt ille, in quo ſaluat̃ modus poſsibilis. Verbi gratia, & eſt exemplum theologicus: dicimus quòd virtus creatiua Dei eſt infinita, non ſolum ex parte modi agendi, ſed ex parte creabilium, non tamen ſaluatur infinitas in creabilibus, ſic quod Deus poſsit creare aliquod infinitum ens, ſed ſic: qa quacũque creatura facta poteſt facere perfectiorem. Quum ergo in propoſito inter virtutem motiuam quamcunque finitam, & infinitam reſpectu velocitatis motus hæc ſit differentia, ꝙ finitæ virtutis quantitati vno modo & illo poſsibili, reſpondet quantitas velocitatis in effectu, ſcilicet faciendo illam actu, infinitæ verò virtutis quantitati duobus modis quantitas velocitatis reſpondere videtur, ſcilicet faciendo infinitam in actu, uel mouendo abſque obligatione ad certam velocitatem, & primo modo infinita velocitas effectus rationem habere non poteſt, quum ſit de genere impoſsibilium ex terminis, ſecundo modo infinitæ potentiæ proprius affectus eſt.

¶ Ad tertium dicitur, quòd infinitæ potentiæ motiuæ abſolutè, repugnat mouere actualiter ſecundum totum ſuum poſſe quo ad velocitatem motus, non autem quo ad durationem eius, quia operatio talis eſt de genere operationum impoſsibilium ex terminis. Et id, quod multos in materia iſta decipit, eſt, qa aſſumitur talis motio vt operatio quædam, & quare infinitæ potentiæ motiuę repugnet, quærunt, quum tamen, vt ex dictis patet, non ſit de genere operationis, ſicut nec alterare cælum. Nec ex his imponas mihi, quòd dicam infinito poſſe non poſſe attribui adæquatum operari actualiter. Hoc enim ex dictis noſtris diligenter inſpectis non habetur, ſed tantum quòd infinito poſſe motiuo non poteſt reſpondere adæquatum operari actualiter, quo ad velocitatem motus. Ex hoc enim non ſequit̃ vniuerſalis negatiua, ergo non poteſt reſpondere adæquatum operari: ſtat nanque quod reſpondeat infinitum operari quo ad durationem motus, & quo ad operationes immanentes, ſcilicet intelligere & amare. Vnde ad quæſitum cum diſtinctione dicendum eſt, quòd infinita potentia motiua poteſt referri ad motus velocitatem, & ad eius durationem. Et primo modo repugnat ſibi mouere ſecundum totum ſuum poſſe, quia iſta non eſt operatio, ſed quiddam plus quàm chimericum. Secundo modo, non repugnat, imò de facto conuenit, vt ex dictis patet.

¶ Quartò dico, ꝙ ex hoc antecedente A eſt virtus motiua infinita agentis liberi, non poteſt inferri, ergo mouet, aut poteſt mouere in non tempore, dicam enim in illo tempore mouere poteſt tanquam adæquato effectu, ſed mouet ſemper certo tempore ſicut elegit: non tamen ſic quin quantum eſt ex ratione virtutis, poſsit velocius mouere. Quum enim rõne aut potentiæ motiuæ infinitæ abſolutè, nihil aliud ſequatur, niſi quòd quia tanta potentia poteſt mouere tanta velocitate, & maior maiore, infinita poteſt infinita velocitate mouere, & hoc contingat dupliciter, ſcilicet aut quòd poſsit exire in actum ſecundum faciendo infinitam velocitatem: aut quòd ſic ſemper poſsit, vt nunquam exeat in actum ſecundum, faciendo aliquam velocitatem, quin poſsit adhuc facere maiorem, & ex ratione potentiæ motiuæ infinitæ abſolutè non neceſſario ſequatur, quod poſsit exire in

actum

actum primo modo: & ex hoc quod eſt agentis liberi, neceſſario ſequatur quod exeat in actum ſecundo modo, ſi debet exire in actum: conſequans eſt, quod non ex infinita potentia motiua agẽtis liberi abſolutè conſiderata, nec ex ipſa ſumpta cum tali modo agẽdi deducatur neceſſario, ergo motus in non tempore. Et conſequenter quũ omnis conditionalis non vera ſit neceſſaria, iſta conditionalis non eſt vera: ſi datur virtus motiua infinita agentis liberi, poſſit dari motus in non tempore. Et ſic patet ad ſecundam probationem illius minoris, quid dicendum ſit, ſcilicet quod falſum eſt, quòd ex ratione infinitæ potentiæ motiuæ, abſolutè ſequatur, ergo motus in non tempore. Tertium, quod habet hæc ſecunda opinio eſt, quod non poteſt aliter ſaluari infinita potẽtia in rerum natura, niſi ponendo ipſam agere libere, eo quod aliter ſequeretur motus in non tempore. Sed hoc non eſt dictum commune, vnde non videtur tutum ſequi illud: præſertim, quia (vt ex dictis & dicendis apparet) à multis illuſtribus viris ſaluatur, etiam ſi Deus non ageret libere.

¶ Tertia vero opinio quam S. Th. 8. Phy. protulit in lucem: dicit, quod ſola diſtinctio modi eſſendi, ſcilicet in magnitudine, vel extra, ſufficit ad ſaluandam virtutem motiuam infinitam abſq; motu in non tempore, quicquid ſit de modo operandi. Ita quod ſecundum eam, quamuis iſta cõditionalis ſit verã, ſi virtus motiua infinita eſt in magnitudine daretur motus in non tempore: iſta tamen nõ eſt vera, ſi motiua virtus infinita eſt extra magitudinem, daretur motus in nõ tempore. Et fundamentum huius eſt: quia veritas primæ conditionalis fundatur ſuper tribus. Primo, ſuper infinitate motiuæ potentię: ex qua habetur quod poſſit mouere infinita velocitate. Secundo, ſuper modo eſſendi eius in magnitudine, ex eo quod habetur ꝙ quantum eſt poſſe, tantum eſt operari. Tertio, ſuper hoc, quod effectus non eſt dignior ſua cauſa: ex quo habetur, ſi aliqua virtus eſt in magnitudine, eius adæquatum opus poteſt recipi in magnitudine. Ex his enim tribus conſurgere veritatem illius conditionalis patet ex eo, quod quodcunq; horum triũ deſit, conditionalis non eſt vera. Si enim deeſt infinitas potentiæ motiuæ, nunquam deducetur motus in non tempore: ſimiliter ſi non ponitur in magnitudine, ſeu operari tantum, quantum poteſt, nunquam deducetur motus in non tempore: & nihil minus, ſi nõ ponitur quòd operetur in paſſo capaci adæquatæ operationis illius potentiæ, nunquam ſequeretur motus in non tempore: quẽ conſtat non ſequi niſi ex motione adæquata potentiæ motiuæ infinitæ. In operationibus ſiquidem tranſeuntibus non ſolùm impeditur operatio & eius quantitas ex parte potentiæ actiuæ ſed ex parte paſſi. Conſtat autem quòd proprium paſſiuum motiuæ virtutis, eſt mobile in actus quod oportet eſſe actu quantum & corpus, &c. vt patet 6. Phyſ. tex. 32. & ideo niſi ponatur, quòd adæquata motio virtutis motiuæ infinitæ aſſumptæ in antecedente poſſit recipi in corpore in actu ſeu in magnitudine (idem enim ſunt in propoſito) non poteſt deduci, ergo mouet in non tempore: & quia hoc non poni poteſt abſolutè, quia eſt impoſſibile: ideo oportet poni vt ſequens ex antecedente aduerſarij: habetur autem, vt iam diximus ex illo, quia cauſa non eſt indignior effectu. ex his autem patet, quare ſecunda conditionalis, ſcilicet: ſi virtus motiua infinita eſſet extra magnitudinem, daretur motus in non tempore, non eſt vera: quoniam deficit ſibi tertia conditio: non enim oportet virtutis exiſtentis extra magnitudinem dari adæquatum opus in magnitudine, & ratio eſt: quia virtus immatelis comparatur ad omnia quãta, vt vniuerſale ad particulare, non in prædicando, ſed potius in eſſendo, & cauſando: nec eſt rationabile vt materiale poſſit totam immaterialium virtutem adæquare. Vnde ad maiorem horum euidentiam cõſiderandum eſt, quòd motus relatus ad infinitam potentiam motiuam in magnitudine & extra, diuerſimodè comparatur. Illi quidem vt affectus proprius cauſæ particulari & propriæ, huic verò vt effectus particularis cauſæ vniuerſali (quemadmodum liquefactio ceræ virtuti ſolari) quia motus eſt effectus in corpore: & conſequenter fit à virtute corporea, ſicut ab vniuoco, à virtute verò immateriali, ſicut ab æquiuoco & vniuerſali: & ideo ſicut ridiculum eſſet ex quantitate virtutis ſolaris inferre quantitatem huius particularis effectus, vt adæquantem virtutem ſolis, ita irrationabile eſt ex quantitate virtutis immaterialis inferre quantitatem huius effectus particularis, qui eſt velocitas motus tanquam effectum adæquatum. Conſiderandum rurſus eſt, quòd inter potentiam motiuam infinitam in magnitudine ſeu abſolutè: & potentiam motiuam infinitam incorporeã hoc intereſt, ꝙ illa aut nihil aliud per ſe dicit, niſi principium motus, vt patet ſi ſumatur abſolutè, aut ſi aliquid aliud addit, nihil addit eleuans ipſam ſupra rationem proprij principij motus: vt patet ſi ſumatur in magnitudine. Iſta autem ex hoc, quòd immaterialis ordinis ponitur, ſupra rationem proprij principij motus eleuatur, ſicut & ſupra corporalia. Propter ꝙ ex hoc ipſo, quòd ponitur extra magnitudinem, ſequitur quòd nõ per ſe primò reſpiciat motus velocitatem, qui eſt corporeus effectus, quemadmodum faciunt virtutes corporales, ſed altius quid per ſe primo aſpiciat, & ſecundariò & quaſi per accidens motum. Vnde fit, vt infinitas virtutis motiuæ ſi eſſet in magnitudine motus velocitate neceſſariò manifestaretur. Infinitas autem virtutis motiuæ exiſtentis extra magnitudinem non: quia ſcilicet infinitas potentiæ in magnitũdine eſt per ſe primò particularis principij motiui, infinitas vero potentiæ extra, eſt per ſe primò rei eleuatæ ſupra ordinem principiorum motiuorum particularium, ac per hoc altius quid reſpicit vt adęquatum * motum quàm velocitatem motus. Imaginandum eſt enim, quòd res illa infinita extra magnitudinem, quamuis habeat in ſe vnde poſſit mouere: hoc tamen opus non per ſe primò reſpicit ad illa, ſed aliquid altius: quia, vt pluries dictum eſt, motus per ſe primò eſt actus corporis, virtus autem illa eleuata eſt ſicut ſupra corpora, ita ſuper omnia corporalia per ſe primò: quod dico propter ens & bonum, & alia huiuſmodi: quæ etſi ſint corporalia, non tamen per ſe primò: & ideo non oportet, ſi virtus illa eſt infinita, velocitatem infinitam poſſe ab ea prouenire. Ex duobus ergo falſificatur ſecundum S. Tho. conditionalis iſta. Primò, ex eo quod virtutem extra magnitudinem non oportet habere adæquatum facere ſuæ virtuti, quum agat per intellectum: vt dictum eſt in ſecunda opinione. Secundo, ex eo quod conſiderata virtute infinita extra magnitudinem non conſiderato modo operãdi, ſequeretur, ergo daretur motus in non tempore: quia non poſſet fieri motio, quo ad velocitatem adæquatam virtuti motiuæ: quia moueret corpus in actu, putã cœlum, quod non eſſet capax motionis adæquatæ illi virtuti, nec abſolutæ, quia hoc implicat: nec ex hypotheſi data, quia infinita potentia non eſt conceſſa in magnitudine, ſed extra.

* Alias motus.

¶ Contra hanc autem opinionem dupliciter obiicitur. Primo, quia ſi ex ſola incorporeitate virtutis motiuæ infinitæ habetur ſufficiens ratio falſitatis ſecundæ conditionalis, manifeſtè ſequitur, quod non refert, ſi ponatur, virtutem illam eſſe motiuam neceſſario, dummodo ponatur incorporea: ſtant enim iſta

duo

duo ſimul,non enim eſt impoſsibile virtutem immaterialem eſſe neceſſariò motiuam,vt Ari.& Philoſophi tenent de animabus orbium. Ex hoc autem quæratur in quanto tempore moueret virtus infinita extra magnitudinem mouens ſecundum totum poſſe, & ſignetur illud tempus, & tunc procedatur iuxta tex.79.octaui Phyſ.deducendo ad impoſsibile,quòd æqualiter moueant virtus finita & infinita. Secundò: quia hoc eſt expreſsè contra Auer.in ſecundo cœli. com.38.& 71.

¶ Ad primum horum dicitur,quòd iſtæ duæ conditionales diſtant ſicut cœlum & terra. Si infinita potentia motiua eſſet extra magnitudinem,moueret in non tempore, & ſi infinita potentia motiua exiſtens extra magnitudinem, moueret ſecundum totum ſuũ poſſe,moueret in non tempore. Secunda enim eſt vera:quia in antecedente eius iam ponitur ipſam ſecundum totum poſſe actualiter mouere,& conſequenter habere mobile talis motionis ſubiectum: quum motus ſit actus mobilis, ac per hoc in hac conditionali ſaluantur tres auredictæ conditiones. In alia verò nõ habetur ex hypotheſi antecedentis. mobile capax totius poſſe,& ideo eſt falſa ex defectu tertiæ conditionis. De illa autem conditionali, ſuper quam firmatur argumentum,ſcilicet ſi eſſet extra magnitudinem infinita virtus motiua,neceſſariò daretur motus in non tempore: dicenda ſunt duo. Primò,quòd eſt impertinens propoſito: quia non habetur ex dictis S. Tho. Multũ.n.refert poſita virtute infinita incorporea, loqui de ipſa,& conſequentibus ad ipſam vt ſic,abſtrahendo à quibuſcunque aliis, quæ non neceſſario ipſam infinitam & incorpoream comitantur: & loqui de ipſa,addendo ſibi ſpecialem modum agendi,ſcilicet neceſſariò. Primo enim modo eſt ſermo S. Th.& non ſecundo,& primus nihilominus modus nihil ponit incompoſsibile,ſecundus verò fortè adunat incõpoſsibilia: quia quamuis virtuti incorporeæ non repugnet eſſe neceſſariò motiuam,& velo. itariuam motus, repugnat tamen fortè virtuti incorporeæ infinitæ, vnde non oportet de illa condinonali ſolicitum hic eſſe. Si tamen de veritate eius quæratur, dicendũ ſecundò videtur,quòd eſt falſa eadem ratione: quia ſcilicet ex hypotheſi antecedentis habetur quòd in mobili poſſet recipi adæquatus effectus illi virtuti. Vt enim iam infinities tactum eſt,motus in non tempore eſt quoddam in poſsibile ex terminis,& non ſequitur niſi ex aliqua hypotheſi impoſsibili: quam requirere illa tria monſtratum eſt. Et quum contra arguebatur,ergo moueret in aliquo certo tempore, ſignetur illud,&c. Reſpondetur, quòd quia ex parte motoris nulla poſſet certitudo velocitatis determinari,quia nec ex libertate,nec ex finitate potentiæ,& in non tẽpore mouere non ſequitur ex hypotheſi: oportet dicere quòd ſi moueret,moueret ea velocitate,cuius mobile eſſet capax,puta ſi eſset mobile non violentabile & capax motus 24.horarum,tanto tempore moueret illud & non minore. Et ſi contra hoc dicatur: ſignetur tempus illud: intrepidè aſsignetur,puta vna hora,vel decem: hoc enim non refert. Et ſi procedatur deinde ad hoc quòd eodem tempore mouebit idem mobile virtus finita,& infinita,dicetur hoc non eſse inconueniens,quando aliunde prouenit,quàm ex virtute motiua. Inconueniens ſiquidem eſt,quòd virtus finita & infinita ex propriis meritis conſideratæ moueantur æqualiter: ſed quando aliunde hoc prouenit, puta ex libertate agentis(vt ſecunda opinio dicit) vel ex parte mobilis,vt modo dicitur, vel ex mediatione alterius motoris,vt vltima opinio Auer.dicet,nullum inconueniens eſt.

¶ Sed ſunt in hac reſponſione adhuc duo dubia. Primum eſt: quia ex eo quod in antecedente ponitur virtus infinita motiua, ponitur * conſequenter mobile adæquatum. Motiuum enim ad mobile refertur: vt dicitur quinto Meta.c.de ad aliquid: & ſic tertia conditionalis eſt vera. Secundum eſt, quia licet tale vel tale mobile certam velocitatem ſibi determinet: non tamen mobile in communi: & ideo comparando illã virtutem infinitam ſeparatam neceſsario agentem ad mobile in cõmuni,reſtat dubium,an moueret in non tempore,an certo tempore.

* Alias eſt ſequens.

¶ Ad primum horum dicitur: quòd ratio illa tenet,quando vis motiua eſt eiuſdem ordinis cum mobili: tunc enim ex ſuppoſitione tanti actiui, neceſsario ſupponitur adæquatum proportionaliter paſsiuũ. Quando autem ſupponitur tantum actiuum altioris ordinis, non oportet tantùm paſsiuum ſupponere: quia quum paſsiuum non reſpiciat: niſi mediante actione tranſeunte(quam facit,vel facere poteſt in eo) & virtus altioris ordinis,ſcilicet vniuerſalis immaterialis,non oportet quòd habeat,aut habere poſsit aliquam actionem in paſso corporeo ſibi adæquatam: conſequens eſt,quòd non neceſsariò ſuppoſita tanta virtute motiua immateriali ſupponatur mobile adæquatum proportionaliter. Vnde licet motiuum dicatur ad mobile vniuerſaliter,tantum tamen motiuum non dicatur ad tantùm mobile vniuerſaliter: ſed quando motiuum eſt eiuſdem ordinis cum mobili.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd quamuis docuerit Ariſto. in Phyſicis motorem in communi mobili in communi comparare,& quicquid contradicit talibus in proportionibus eſse impoſsibile: non tamen didicimus comparare mobili in communi motorem contractum: qualis eſt iſte,de quo loquimur,motor enim eſt ſeparatus à materia. Vnde tali motori attribuendũ eſt tale mobile: puta cœlum, & non mobile in communi. Conſtat autem quòd tale mobile aliquam ſibi certam velocitatem determinat: vt dicitur ſecundo cœli.textu 39. Et ſi curioſe quæratur quid dicendum ſit ad illud quæſitum. Dicendum eſt,quòd ſi ille motor applicaretur corpori mobili abſolutè, quòd moueret nulla certa velocitate. Et ſi dicatur,hoc eſt impoſsibile,concedatur, quia etiam antecedens eſt impoſsibile: nec eſt à nobis vnquam conceſsum.

¶ Ad alteram obiectionem, qua dicebatur hanc tertiam opinionem eſse contra Auer. dicitur dupliciter. Primò quòd non eſt verum niſi per accidens. Auerrois enim ideo dixit, quòd ſi anima cœli eſset infinitæ virtutis,moueret in non tempore: quia ſupponabat ipſam neceſsariò mouere: vnde ex modo agendi ſuppoſito tenet apud ipſum conſequentia. Sanctus Thomas autem loquitur de virtute infinita incorporea, abſtrahendo à modo operandi, ideo in hac opinione non ſunt contrarii per ſe. Et ſi dicatur, ſaltem habetur,quòd ſecundum Auerroim illa tertia conditionalis eſt vera. Dicitur ſecundò quòd hoc eſt verũ: non tamen propterea eſt relinquenda: quoniam maior eſt authoritas rationis, quam ſit Auerrois & omnium philoſophorum ſimul. Et puerorum non philoſophorum eſt ſequi dicta alicuius, credendo quòd non dixit hoc abſque magna & ſufficienti ratione: & relinquere argumenta ad oppoſitum neceſsaria aut prope.

¶ Quarta opinio ab Auerroe duodecimo Metaphyſicorum, concluſione quadrageſimaprima explanata: duabus diſtinctionibus cenſet egere poſitionẽ, decentem virtutem motiuam infinitam abſque motu in non tempore. Prima eſt modi eſsendi: vt ſcilicet ponatur immaterialis,& non in magnitudine. Secunda eſt modi operandi: vt ſcilicet moueat mediatè,& non immediatè. Supponit enim omnia immaterialia agere naturali neceſsitate: & ſic dicit, quòd ideo non ſequitur motus in non tempore,ſi ponatur primus motor

tor virtutis infinitæ: quia ille mouet mediante anima cœli, modificante in effectu velocitate: ſcilicet motus infinitatem primi.

¶ Sed hæc opinio à Sancto Thoma & Aegidio octauo Phyſic. arguitur inſufficientiæ: à Scoto autem in primo ſenten. diſtinctione octaua, quæſtione vlti. ratione vlti. arguitur falſitatis. Inſufficiens quidem dicitur à Sancto Thoma: quia quum Ariſt. ſexto Phyſic. duos effectus attribuerit infinitati virtutis: ſcilicet mouere tempore infinito, in textu 78. & mouere in nõ tempore, in textu ſeptuageſimonono, & Auer. ponendo infinitam virtutem, ex mediatione motoris finiti dicat impediri motum in non tempore, & non impediri motum in infinito tempore: imo dicit, quòd quia ille primus motor eſt infinitæ motionis, ideo mouet tempore infinito: & quia ibi eſt alius motor finitus ideo mouet in certa velocitate. Reſtat aſſignanda ratio quare mediatè mouere non impedit infinitatem temporis; ſicut impedit infinitatem velocitatis: quod Auer. non fecit. Ab Aegidio verò: quia ſi Deus moueret immediatè, non propterea moueret in non tempore: quia motus in non tempore eſt de genere impoſſibilium. Falſa autem dicitur quia virtus infinita habet omnem perfectionem cauſæ efficientis, quam habet ipſa cum cauſa ſecunda proxima: & ideo ſequitur ꝙ immediatè poteſt cauſare omnem illum effectum in cœlo per ſe, quem poteſt cum anima, ergo & cauſat, ſi neceſſariò agit quicquid poteſt: vt ſupponitur: & vltra, ſi cauſat illud immediatè, ergo in non tempore: quia virtus infinita agens ſecundum vltimum virtutis ſuæ & immediatè, non poteſt agere in tempore.

¶ Ad horum autem primum dici poteſt, ꝙ quamuis difficile ſit reddere illius quæſiti rationem: non tamen eſt impoſſibile. Difficile quidem: quia ratio eius non poteſt ſumi ex eo, quòd infinitas temporis ſit effectus poſſibilis, infinitas verò velocitatis impoſſibilis. Ex hoc enim non habetur quare mediatio impediat ſequelam huius, & non illius, licet habeatur quare illud poſſit fieri, & hoc non. Nec poteſt ſumi ex eo ꝙ aliter attribuitur infinitæ potentiæ infinitas temporis & aliter infinitas velocitatis: ſcilicet quòd illa attribuitur infinitæ potentiæ ſiue in magnitudine, ſiue extra: hæc autem in magnitudine tantum. quoniam dato ꝙ hoc ſit verum, apud Auerroim reputatur falſum, vt patet ex dictis: & ideo ſolicitus fuit de virtute immateriali infinita, quare non mouet in non tempore, & poſuit mediationem motoris. Nec poteſt ſumi ex eo ꝙ virtus velocitatiua in infinitum non eſt communicabilis, virtus autem continuatiua in infinitum eſt communicabilis: quoniam hoc eſt falſum loquendo de virtute per ſe continuatiua in infinitum: qualis eſt virtus primi motoris.

¶ Impoſſibile autem non eſt: quia poteſt ſumi ratio ex eo, quòd ad hoc vt infinitas temporis proueniat ab infinita virtute, ſufficit per ſe primò reſpici ab illa, ꝙ mediatio motoris non aufert: mediatio enim cauſarum non aufert perſeitatem cauſalitatum.

¶ Non. n. ex hoc, ꝙ ſol & homo generant hominẽ tollitur perſeitas cauſalitatis ſolis reſpectu proprii effectus, quem habet in homine, ad hoc autem quòd infinitas velocitatis proueniat à virtute infinita, exigitur quòd virtus illa abſque vlla modificatione attingat motum. Hoc autem motoris mediatio tollit: quia virtus primi motoris modificata in ſecundo, & non in ſua illuminatione attingit motum. Et ſic ex vi mediationis ſatiſfieri videtur quæſtio, & ſufficiẽs reddi reſponſio data. Ad Aegidium verò dicitur, quod illa ratio non excludit, quin illa conditionalis ſit vera; Si Deus virtutis infinitæ moueret immediatè, moueret in non tempore, ſuppoſito eo quod ſupponit Auerrois, ſcilicet ꝙ agat ſecundum totum ſuum poſſe: vnde impoſſibilitas conſequentis nihil aliud concludit, niſi ꝙ antecedens eſt impoſſibile: cuius oppoſitũ probandum erat ab Aegidio, ſi ex impoſſibilitate cõſequentis reprehenſione dignus cenſebatur Auerrois.

¶ Ad ſecundum autem dicitur, ꝙ aliud eſt loqui de perfectione cauſæ, aliud de modo cauſandi: nec licet ex perfectione cauſæ ad modum cauſandi inferẽdo digredi, ſed committitur ſophiſma figuræ dictionis. Vnde ex hoc, quòd primus motor eſt non minus perfectæ virtutis quã ipſe cum anima cœli ſimul, non licet inferre, ergo eodem modo poteſt ſolus facere, quod facit cum anima cœli: quia aliud eſſe poſſe, aliud poſſe tali modo. Et ſimiliter non licet inferre: ergo poteſt immediatè facere quicquid poteſt facere cum medio: quia immediatè agere ad modum agendi pertinet. Et ſi quæratur vt arguendo dicebatur, vnde poteſt reddi ratio, quòd virtus infinita ſit alligata tali modo mouendi, ſcilicet mediatè? diceret Auer. ꝙ hoc, non eſt ex defectu potentiæ, ſed ex eſſentiali ordine connexioneque cauſatum & effectuum vniuerſi, vt in eo ſaluetur vtrunque, ſcilicet & perſeitas cauſalitatis primi, dependentiæque aliorum ab eo. & diſtinctio cauſarum effectuumque cum illarum efficacia & iſtorum dependentia ab illis. Nihil enim horum neceſſariò ſaluaretur in vniuerſo, ordoque vniuerſi neceſſitate careret, ſi primus motor infinitæ virtutis non eſſet neceſſaria connexione coniunctus mediis cauſis in cauſando. Et ſi contra hoc inſteitur, quia vt dicitur in prima propoſitione libri de cauſis, cauſa prima plus influit & prius in effectum quàm ſecunda, ergo ſi eſt infinita & agit naturaliter, in primo ſigno totum effectum totaliter cauſat, & ſic non remanet, ad quid actio cauſæ ſecundæ terminetur. Reſponderi poteſt, quòd ex hoc quòd cauſa prima plus & prius natura influit, quàm ſecunda, non habetur, ergo totaliter cauſat ipſum, quantumcunque ponatur infinita & naturaliter agens, accipiendo ly totaliter, ex parte cauſalitatis. Tum quia non cauſat ipſum omni modo, quem effectus exigit ad ſui factionem naturalem: nec ex eo quòd totus effectus cauſatur ab vna cauſa, habetur, ergo aliæ cauſæ nihil faciunt: quia faciunt idem realiter alio modo. Non enim ideo dãtur plures cauſæ eſſentialiter ordinatæ eidem, quia aliquid eius fiat ab vna, & aliquid ab alia ſed vt totus effectus ſecundum quamlibet ſui rationem habeat propriam & per ſe primo cauſam, quãuis totus à qualibet fiat ſecundum rem: vt ſuperius dictũ eſt, Tum quia infinitas cauſæ primæ non largitur neceſſariò ni ſi efficaciam cauſalitatis eius in ſuo ordine. verbi gr. Quantũcunque ponatur ſolis virtus infinita, ex hoc non habetur, quod ipſe abſque homine poſſet producere hominem: ſed quòd effectum proprium in homine efficaciſſimè ſortiretur: ita quantumcunque ponatur diuina virtus infinita & neceſſario agens, ex hoc non ſubtrahuntur actiones ſecundorum agentiũ ſed ponatur, ipſam omnibus coagere, ad omnia, quæ illa agunt alio modo, & ſaluatur aliquem effectũ (puta ſempiternitatem) habere per ſe cauſam, & propriũ effectum primi eſſe intimum & primũ in quolibet effectu. Illud autem quod ibi dicitur, ꝙ in primo ſigno effectus totaliter eſt à prima cauſa, &c. imaginarium magis, quam philoſophicum qui ſonat: non. n. alia ratione philoſophi (ſecundum quorũ intentionẽ loquimur) dicunt primã cauſam plus & prius influere in effectum cauſæ ſecundæ, quàm ſecundam: niſi quia per ſe primo effectus primæ cauſæ, communioris & intimioris acprioris rationem habet in effectu, vt patet in propoſitione adducta & eius commento ſicut v. g. cauſans per ſe vitã in homine, magis & prius

dicitur

dicitur influere in hominem, quàm cauſans per ſe animalitatem in eodem: quia illud eſt intimius, prius & communius. Ex hoc autem non habetur, quod in illo priori totus effectus ſecundum omnem rationem habet ſufficientẽ cauſam per ſe, & ꝙ aliæ ſuperfluant etiam ſi dans vitam, eſſet virtutis infinitæ, dato etiam ꝙ ſpeciali cauſalitate attingeret hominem. Quod tamen eſt erroneum in philoſophia: quia cauſa prima non attingit effectum cauſæ ſecundæ, niſi media actione cauſæ ſecundæ: quamuis magis & prius propter rationem dictam. Colligendo ergo reſponſionem ad primum argumentum principale, dicimus tripliciter reſponderi poſſe, vel tenendo, primum motorem mouere liberè, vel non conſiderando, hoc tenendo, ipſũ eſſe immaterialem, vel tenendo ipſum mouere mediatè. Et quòd nulla harum Ariſto. repugnat, Auer. autem ſola prima, quamuis tertia ab ipſo habeatur.

Ad ſecundum principale.

¶ Ad ſecundum argumentum principale dicitur, ꝙ tenẽdo viam Auerrois de neceſſaria cõnexione virtutum agentium, &c. manifeſtè patet, ꝙ non ponitur in rerum natura aliquid poſſibile ſecundum potentiã actiuam quin ponatur ſecundum potentiam paſſiuã, & ꝙ infinitati potentiæ diuinæ reſpõdet potentia paſſiua cœli ad ſempiternitatem motus: nec eſt alius effectus in motu poſſibilis ex illa virtute accepta, ſecundum omnes conditiones neceſſariò ipſam comitantes in rerum natura. Tenendo autem alias reſponſiones, iam patet reſponſio dupliciter. Primo admittendo, quòd omnipotentiæ actiuæ reſpondet paſſiua: ſed non quo ad omne quod eſſet abſolutè poſſibile ex illa virtute fieri: & ſic potentiæ infinitæ motiuæ reſpondet potentia cœli quoad ſempiternitatem motus: nõ autem quoad omnem gradum velocitatis, qui poſſet fieri ex illa virtute abſolutè. Et huius ratio ex dictis haberi poteſt, quia potentiæ actiuæ vniuerſali altioris ordinis non oportet reſpondere paſſum corporeũ capax totius eius virtutis quoad omnia: quia non per ſe primò reſpicit effectum particularem: vt dictũ eſt, & eſt philoſophiæ principiis ſatis conſonum. Secundo poteſt dici quòd licet omnipotentiæ actiuæ reſpõdeat poſſibile, non tamen potentia paſſiua, vt patet de productione intelligentiarum à Deo ſiue ab æterno, ſiue in tempore. Et hoc propter rationẽ dictam. Nec tamen oportet reſpondere aliquod vnum poſſibile adæquatum: ſed, vt ex dictis patet, virtuti infinitæ reſpondet infinitum poſſibile, non ſic quòd poſſit produci aliquod infinitum niſi durationſed ſic quòd nullis finibus poſſibilium producibile ab ipſa arctatur: ſed quocunque producto poteſt perfectius producere, quantum eſt ex ratione virtutis actiuæ. Et hoc modo quantitas virtutis in effectu manifeſtatur: & non primo modo tantum. Quod verò in vltima confirmatione dicitur, proportionaliter intellectum propoſitũ magis confirmat, quàm impugnet: quia quemadmodum mobile infinita velocitate poteſt dupliciter intelligi (vno modo quòd poſſit actualiter infinita velocitate moueri, alio modo ſic quòd quacunque velocitate motuum poteſt velocius moueri) & primo modo impoſſibile eſt ponere mobile, ſecundo verò eſt poſſibile: ita eſt de motiuo: ꝙ ſcilicet impoſſibile eſt dare motiuum infinita velocitate primo modo, ſed ſecundo tantùm: quòd etiam oportet eſſe infinitæ virtutis. Et aduerte, quòd de facto ſecundum philoſophos huic argumento dicendum eſt, quòd potentiæ infinitæ reſpondet in rerum natura effectus infinitus, ſcilicet tempus infinitum motus cœli per ſe productum, & potentia paſſiua cœli ad hoc. Et quòd hoc eſt ſufficiens manifeſtationum infinitatis: vt patet ex dictis. Cætera autem pro verè philoſophantium quiete dicta ſint.

¶ Ad tertium principale dicitur, quòd licet ſolo tertio modo arguatur ibi ſecundum mentem Auerrois, & nec etiam illo modo habeatur intentum, attamen ſingulis ordinatè reſpondendum eſt, præmiſſa prius intentione illorum verborum ſecundum veritatem. Intendit igitur ibi Auer. loquens de proximis motoribus orbium, non excludere infinitatem vigoris à Deo qui nullius orbis eſt anima, ſed concludere infinitatem vigoris non ſequi ad motorem tempore infinito: ex hoc quòd motor infiniti vigoris habet neceſſariò infinitam potentiam, & conſequenter infinitam naturam. Ex hoc enim ſequitur, quòd ſi motor tempore infinito neceſſariò eſſet infiniti vigoris, quòd haberet & potentiam & naturam infinitam. Et quum plures ſint motores tempore infinito, ſequeretur vlterius, quòd expoſitione plurium motorum cæleſtium tempore infinito, non haberentur propria naturis motorum: ſed hoc tantum, quòd ſunt motores infiniti. Et ſic vlterius ſequeretur, quòd non eſſet ibi multitudo motorum, nec diuerſitas proportionum motorum ad mobilia, ſed motus in nõ tempore, &c. Et tenent conſequentiæ vt ibi: quia tunc illi motores conuenirent in natura & potentia infinita intenſiuè quemadmodum modo de facto conueniunt in immobilitate: ex qua habent, quod poſſint continuare motum tempore infinito. Et ſic non eſſet vnde differrent ab inuicem. Hæc eſt ſententia Auer. ibidem: vt patere poteſt cuilibet exercitato, ex qua non habetur primum motorem eſſe vigoris finiti. Ad primum ergo modum arguendi ibi tactum, dicitur quod non ſunt in eo tot verba quot errores. Conſequentia primo nihil valet. Propoſitio deinde dicens, quod quælibet pars infiniti eſt infinita, licet ſit vera de parte aliquota, non tamen iuuat cum alia coaſſumpta, ſcilicet infinitum non eſt maius alio infinito. Patet enim in quantitate permanente, quod ſi ponatur linea infinita vtrinque verſus oriens & occidens, & ſecetur in directo puncti meridiei, ꝙ vtraque pars eſt infinita, & tota eſt maior vtraque parte. Et ſimiliter in quantitate ſucceſſiua, ſi ſecetur in termino decimæ horæ huius diei totum tempus æternum: vtraque pars eſt infinita & tamen totum tempus eſt maius qualibet earum. Falſum eſt ergo comparando infinitum ſimpliciter infinito ſecundum quid, quale eſt pars aliquota infiniti, ꝙ vnum non ſit maius alio: & quia talis eſt comparatio in propoſito noſtro, patet nihil concludi. Et vt oſtendatur quantus error in hoc ſophiſmate lateat, adhuc declaratur, quod etiam comparando infinitum ſimpliciter ſtat vnum eſſe maius alio. Numerus enim reuolutionum Lunæ eſt maior numero reuolutionum Saturni (& loquimur de motu proprio) & tamen vterque eſt infinitus ſecundum ponentes motum æternum. Antecedens patet, quia ſingulis reuolutionibus Saturni reſpondent amplius tercentũ ſexaginta reuolutiones lunares: quoniam ille ſingulis triginta annis vnam complet: illa vero vigeſimooctauo quoque die vel circa ſuam peragit. Vnde diuus Tho. præclarè docet in tertia parte, quæſtione decima. ar. tertio ad tertium, ꝙ non eſt proprietas infiniti non excedi ſimpliciter, ſed non excedi in illo ordine, in quo ponitur. Et fundat hoc ſuper ſex. 37. & 38. tertii Phy. vbi dicitur quod infinitum non eſt vt ſubſtantia, ſed vt accidens quætendum: accidentis autem proprium eſt qualificare id, cuius eſt accidens. Et propterea quẽadmodum infinitas adueniens alicui, puta diebus, non infinitat niſi numerum dierum: ita impoſſibilitas infinitatem conſequens non ponitur niſi in ordine dierum. Et propterea in finitis diebus ſimpliciter, non poſſunt dari plures dies: ſunt tamen multo plures horæ illorum dierum quàm ipſi dies. Et ſimiliter infinitis horis nõ dantur plures horæ: ſunt tamen multo plura minuta illarum horarum quàm horæ ipſæ. Neſas quoque eſ-

ſe videtur,

ſe videtur, conditiones totius & partis in impartibili & ſummè perfecto, ac per hoc vocato quanto virtualiter, requireret: quum non maius quid ſit totum hoc: Deus bonus, ſapiens, viuus, quàm hoc ſolùm, ſcilicet Deus: aut è conuerſo: ſiue ponatur finitæ virtutis ſiue infinitæ: quia non eſt æqualis: ſed eadem eſt perfectio rei illius, & omnium quæ eius ſunt. Ad ſecundum verò modum arguendi dicitur, quòd ſicut tactus quantitatiuus, quia ſecundum extrema eſt, expellit id, in quod fertur: tactus autem virtualis, quia interiora penetrat, magis conſeruat & firmat ſi contrarius non eſt tacto: ita infiniti corporei proprium eſt, ſic omnia occupare, vt omnia excludat, nihil ſecum compatiens: infiniti verò virtualiter, & proprium eſt ſic omnia implere, vt ea faciat virtuoſa & cooperantia, & modificantia illimitationem ſuam in effectibus. Vnde ex infinitate virtutis non excluduntur alia actiua, ſed magis ponuntur, vt ſuperiùs quoque dictum fuit. Ad vltimum autem dicitur, quòd dupliciter poteſt poni diſtinctio formalis. Vno modo ſicut aliqua participantia aliquid, propriis conſtitutiuis diuerſificantur: ſicut homo differt ab equo, & albedo à nigredine. Alio modo ſicut aliquid per eſſentiam diſtinguitur ab aliis, quæ ſunt talia per participationem: ſicut homo ſeparatus diſtingueretur à ſingulis hominibus. Diſtinctio primo modo eſt cauſa finitatis vtriuſq; extremi: & de hac eſt ſermo Auerrois ibidem. Secundo modo non infert finitatem niſi vnius extremi, ſcilicet participantis tantùm. Illud autem quod eſt per eſſentiam, ex hoc ipſo quod pura eſt ab aliis diſtinguitur abſq; aliquo finitante & contrahente. Et licet ab infinito nulla poſitiuum excludat virtualiter, multa tamen excluduntur formaliter: quibus participantia ipſum ab ipſo diſtinguuntur, excellentiori modo omnia præhabente.

Ad quartum principale.

¶ Ad quartum principale dicitur, quòd conſequentia nihil valet. Et ad probationem, conceſſa ſuppoſitione, negatur minor: ſcilicet quòd diſtantium ab aliquo in infinitum, alterum non ſit altero propinquius illi: vt patet manifeſtè, & in quantitate permanente, & ſucceſſiua. In permanente quidem, ſi ponatur linea infinita ex parte Septentrionis, conſtat quòd tam pars intercepta ſub Tropico Cancri, & circulo Aequinoctiali, quàm pars intercepta inter circulum Aequinoctialem & Tropicum Capricorni, in infinitum diſtat à quantitate lineæ infinitæ verſùs Septentrionem: & tamen dubium non eſt quin pars ſub Tropico Cancri eſſet propinquior: quia minorem viam actura eſſet, ſi ad infinitam attingendam moueretur. In ſucceſſiua verò, quum tam dies heſternus quam hodiernus in infinitum diſtet ab æterno tempore præterito, conſtat tamen quòd propinquior heſternus fuit quam hodiernus, & hodiernus quam craſtinus. Alioquin mundus quotidie non eſſet maioris durationis, nec aliquid antiquius altero ſimpliciter: quæ ſunt contra ſenſum. Eſt autem ratio quare ſtat inter aliqua eſſe diſtantiam infinitam: & tamen vnum altero magis diſtare, quia diſtantia illa non eſt infinita vtrinque, ſed ex vna parte tantùm, ſicut contingit in propoſito, & in inſtantiis adductis. Tunc enim & ex parte infiniti habetur ratio infinitæ diſtantiæ cæterorum ab illo, & ex parte finitorum habetur ratio maioris appropinquationis ad primum, vt patet in exemplis adductis: quia enim tempus præteritum eſt infinitum, ideo infinita diſtantia eſt à parte antè inter ſingulos dies & ipſum: quia verò hodiernus dies fuit hinc tempus elapſum, ideò eſt finita diſtantia à parte pòſt. Et conſequenter ex iſta parte poteſt accipi ratio, quare eſt propinquior æterno elapſo, quàm dies craſtinus. Et ſimiliter eſt de diſtantia inter Deum & creaturas. Ex parte ſiquidem Dei infinitæ diſtantiæ ratio habetur: ex parte verò creaturæ diſtantia finitur. Et ideo hinc ſumitur, quòd vna eſt propinquior altera primo enti infinito. Vnde poſſet cum diſtinctione dici ad minorem, quòd diſtantia infinita eſt duplex: ſcilicet infinita vtrinque ſeu ſimpliciter, & infinita ſecundum quid, ſeu ex altera parte tantum: & quòd quamuis primo modo ſit vera, ſecundo tamen eſt falſa: & ſicut eſt ad propoſitum.

Ad quintum principale.

¶ Ad quintum principale dicitur breuiter, q̃ omnes authoritates Auer. in hac re, excepta illa octaui Phyſic. qua dicitur non eſſe virtutis finitæ nec infinitæ: loquuntur de motoribus proximis, id eſt animabus cælorum: vt ipſemet Auer. in comment. quadrageſimoprimo. duodecimi dicit: quum poſt diſtinctionem infiniti à finito ſubdit, quòd proportio inter motorem, & mobile in cæleſtibus, eſt propter motorem finitum: & quod propter ipſum dixit Ariſtoteles in ſecundo Cæli, quòd primus orbis eſſet in labore, &c. Vel & clariùs (licet in idem redeat) dicendum, quòd ideo ſæpe Auerr. negat dari motorem infiniti vigoris, ſic quòd poſſit ſemper velocius moueri: non ex defectu potentiæ primi motoris, ſed ex ordine eſſentiali cauſarũ & effectuum, & finitate motorum proximorum. Ex his enim fit, vt quemadmodum negatur octauo Metaphyſ. commen. ſeptimo. Deum poſſe producere muſcam, non ex defectu potentiæ, ſed ex ordine eſſentiali cauſarum & effectuum exigente talem effectum fieri mediante corpore cæleſti mobili: ita nihil minùs negari ſimpliciter ab ipſo poteſt, q̃ motor aliquis poſſit ſemper velociùs mouere. Non ex defectu potentiæ primi motoris, ſed quia non poteſt mouere niſi mediate anima cæli, in qua modificatur virtus eius. Et ſic nullus motor reſtat potens maiorem velocitatem facere: quamuis primus ſit vigoris infiniti. Illud verò quod in commen. 79. octaui Phyſicorum dicitur: ſcilicet quòd motor immaterialis, nec finitus, nec infinitus dici poteſt: quamuis ſonet quid falſum & ridiculoſum, & propterea reprehenſum ſit à multis. Quidam extorquentes intelligunt ea tatione dictum de ſolo Deo, quia non eſt virtutis actiuæ, ſed tantùm mouet vt finis. Quidã vero, quia non eſt virtutis actiuæ reſpectu velocitatis motus, de qua ibi eſt quæſtio: ſed tantum ſempiternitatis motus.

¶ Ego autẽ nolens Auerroim Thomiſtam facere, neque me Auerroiſtam, ſed veritatem ſolam ſequi (quantum cognoſcere potero Deo concedente) puto id tunc voluiſſe Auerroim, quod ſæpe mentem meam pulſauit, tanquam de Ariſtotel. officina veniens: ſcilicet quòd virtutes immateriales non ſunt quantæ virtualiter, & conſequenter nec finitæ. Non ſimpliciter, ſed eo modo, quo ſunt quantæ virtutes corporales: ſcilicet quòd non ſunt proportionales motibus, vt ſcilicet quantò maior motus, tantò virtus immaterialis maior: quemadmodum eſt in corporalibus, ſed ſunt altioris ordinis virtutes. Et hoc modo ſaluari videtur proceſſus Ariſto. octauo phyſic. quia quum ſufficienter excludatur ex tex. ſeptuageſimooctauo. & ſeptuageſimonono. q̃ nulla virtus corporea poteſt mouere tempore infinito ex eo q̃ talem virtutẽ oportet eſſe infinitam, & ad hoc ſequeretur motus in non tempore, & de facto ſupponatur virtutem motiuam cæli mouere tempore infinito: reſtat q̃ virtus illa ſit extra ordinem virtutum corporearum, quarum nulla poteſt hoc facere: quia nec finita, nec infinita. Et conſequenter habetur quòd ſit impartibilis, & nec finita, nec infinita: etiam de vir-

his autem deducitur oppoſita opinio: ſcilicet quòd omnis potentia in rerum natura relata ad actum receptibilem in ea, aut eſt naturalis, aut violenta, ita quòd nulla ſit neutra. Omiſſa pro nunc potentia obedientiali: vtpotè non ſpectante ad præſens propoſitum. Probatur autem hæc concluſio ſic: Omnis potentia receptiua alicuius actus, aut reſpicit illum per ſe primò, aut per ſe ſecundò, aut contrarium his: ſed tam actum per ſe primò reſpectum, quam per ſe ſecundò, reſpicit naturaliter, & contrarium eis reſpicit violenter: ergo omnis potentia receptiua alicuius actus aut eſt naturalis, aut violenta. Minor eſt per ſe nota. Et maior probatur ſic: Si daretur quartum genus actuum receptibilium in aliqua potentia, illud eſſet actus diſparatus ab eo, quem per ſe primò reſpicit illa potentia: ſed hoc eſſe non poteſt: ergo potentia non poteſt recipere niſi illa tria numerata. Quòd autem hoc ſit impoſsibile patet inductiuè. Colorabile enim nullam habet potentiam ad ſonos, neque calefactibile ad colores: & ſic de alijs. Et probatur ratione: quia potentia vnius generis non eſt ad actus alterius: vt patet 12. Metaphy. in tractatu de principijs prædicamentorum. Et quoniam ratio ni hæc conſonant, ideo hanc ſequamur viam. Et hæc de tertio.

QVÒ AD QVARTVM reſpondetur, quòd diſtinctio illa trimembris eſt voluntaria quo ad tertium membrum. Nec id quod adducitur de ſuperficie, iuuat: quoniam aliud eſt loqui de ſuperficie abſolutè, & aliud de ſuperficie phyſica tali in rerum natura inuenta. Superficies enim abſoluta non ſolùm abſtrahit ab albo & nigro, ſed etiam ab omni ſenſibili: & rurſus aliqua ſuperficies eſt quæ repugnat colori omni: vt patet de ſuperficie cœli. Itaque loquendo de ſuperficie tali, id eſt colorabili, dicitur quòd vt ſic non eſt indifferens ad album & nigrum per excluſionem inclinationis naturalis, ſed per excluſionem maioris ad vnum quàm ad alium: quoniam huiuſmodi ſuperficies reſpicit naturaliter colorem, & omnes ſpecies eius, ſed colorem per ſe primò, ſpeciem verò per ſe ſecundò. Et ſimile eſt de materia prima reſpectu diuerſarum formarum ſubſtantialium: ipſa quidem per ſe primò reſpicit formam per motum, aut mutationem acquiſibilem quouiſmodo: per ſe autem ſecundò reſpicit hanc & illam formam. Et ſic naturaliter in omnes: & indifferens eſt ad omnes aut multas, non per excluſionem inclinationis naturalis ad eas, ſed per excluſionem maioris inclinationis ad vnam, quàm ad aliam. Ad id verò quod adducitur de potentia locabili in angelo, dicitur, quòd falſum ſupponit: ſcilicet in angelo eſſe potentiam paſsiuam, reſpectu ipſius vbi. Vt enim in tractatu de angelis dictum eſt, angelum eſſe in loco, non eſt ipſum recipere aut pati, ſed virtualiter tangere locum. Vnde non oportet ſolicitari niſi de actiua potentia angeli: quam conſtat eſſe naturalem, liberè tamen exercitam. Quamuis ea quæ adducuntur à Scoto ad probandum ſuum intentum de angelo, non cogant: quoniam hæc conſequentia formaliter non valet, A eſt naturaliter in vno loco, ergo eſt violenter in aliquo alio: vt patet de ſingulis partibus orbis lunæ. Quælibet enim eſt naturaliter in occidente, & ſimiliter in Oriente, & tamen nullibi violenter: & mutat locum ſubiecto & ratione. Nec confirmatio ex Auic. conuincit: quoniam non niſi de motu merè naturali verificatur dictum eius. Motus enim cœli naturaliſsimus eſt ex parte principij paſsiui: ita quòd ex hac naturalitate redditur ratio, quare in eo nullus eſt labor mouenti: vt patet ſecundo cœli, textu 2. quamuis ex parte principij actiui ſit animalis. Vnde hoc magis ad oppoſitum intenti Scoti videtur quoniam ſic motus angeli eſſet naturalis ex parte principij paſsiui abſque ſequela inconuenientium, ſicut de motu cœli dicimus. Hæc de quarto, & de tota quæſtione.

QVAESTIO II.

Vtrùm potentia receptiua actuum ſupernaturalium ſit potentia naturalis.

IVXTA Eundem articulum quærendum erat, vtrum potentia receptiua actuum ſupernaturalium, ſit potentia naturalis.

¶ In qua quæſtione quatuor agenda ſunt. Primò declarabitur titulus. Secundò recitabitur opinio Scoti. Tertiò examinabitur. Quartò reſpondebitur quæſito.

QVÒ ad primum: potentia receptiua hic ſumitur formaliter, vt receptiua eſt, quicquid ſit de ipſa, vt elicitiua actus. Actus ſupernaturalis dicitur, quem non poteſt ſecundum naturæ curſum adipiſci vt gratia, charitas, viſio Dei, & reliqua huiuſmodi. Potentia naturalis vocatur non ſubiectiuè, id eſt, potentia naturæ: ſed formaliter, id eſt, potentia naturaliter inclinata. Ita quòd ſenſus quæſtionis eſt, Vtrùm potentiæ in rebus naturalibus inuentæ, in quibus recipiuntur actus ſupernaturales, naturaliter inclinentur ad illos. Hæc de primo.

QVÒ AD Secundum, Scotus in primo, quæſt. 1. prologi: & in q. 4. diſtinct. 49. in pluribus locis tenet affirmatiuam partem quæſtionis. Putat namque, quòd potentia comparari poteſt ad actum recipiendum, & agens impreſsiuum actus, & quòd in prima comparatione nulla eſt ſupernaturalis, ſed potentia eſt vel naturalis, vel violenta, vel neutra. In ſecunda autem comparatione eſt differentia naturalitatis à ſupernaturalitate: quoniam ſi comparatur ad agens naturaliter impreſsiuum, eſt naturalitas: ſi non naturaliter impreſsiuum, eſt, ſupernaturalitas. Confirmatque poſitionem ſuam ex hoc, quòd potentia receptiua actus ſupernaturalis, ſeipſa eſt receptiuè capax illius: & naturaliter perficitur per illum, cùm habet, & naturaliter appetit illum. Ex his manifeſtè ſequitur, ergo naturaliter inclinatur in illum: &, ergo eſt potentia naturalis reſpectu illius. Singula autem aſſumpta probantur. Primum quidem: quia nullo eget potentia animæ medio ad recipiendum charitatem: & ſimiliter intellectus reſpectu luminis gloriæ, &c. Secundum verò, quia potentia naturaliter perficitur per actū, qui eſt eius perfectio. Tertium autem: quia vnumquodque appetit naturaliter ſuam perfectionem, ſed maxime naturaliter appetit maximam perfectionem, ex principio Metaphyſicæ. ſed actus ſupernaturalis, vt viſio Dei, &c. maxima eſt perfectio. ergo, &c. Sumus igitur ſecundum hæc in naturali potentia ad ſupernaturales perfectiones: non poſſumus tamen acquirere eas niſi ſupernaturaliter: quia oportet acquiſitionem hanc ab agente ſupernaturali, ſcilicet Deo glorioſo cauſari. Hæc de ſecundo.

QVÒ AD Tertium, tria minus bene dicta in præfata opinione videntur: ſcilicet principalis concluſio, & eius probatio. & vſus vocabulorum. Ma-

lè In primis vtitur ly ſupernaturale, dum omnem actionem Dei ad extra ſupernaturalem vocat: quia Deus eſt agens non naturale, ſed liberum. Conſtat nanque, quòd alia eſt diſtinctio naturalis contra ſupernaturale, & alia naturalis contra liberum. Primo nanque modo anima Sortis producitur naturaliter: ſecundo autem, non. Vnde niſi vocabulis abuti velimus ad placitum cuiuſque, ſupernaturale eſt, quod ſupra facultatem ordinis creaturis debiti in eis eſt. Omnes enim naturalia à ſupernaturalibus diſtinguimus frequenti vſu, per hoc quod aliquid fit ſecundum debitum naturæ ordinem, & aliquid fit ſupra illum. Ratio deinde aſſumpta manifeſtè aut falſa eſt, aut petit principium. Quum enim dicit, quòd potentia naturaliter perficitur per ſuum actum, & ſimiliter appetit ſuam perfectionem: aut ly, ſuum, ſignificat ſuum per informationem actu vel potentia, aut ſuum per naturalem proportionem ſeu inclinationẽ. Si primo mõ, falſa ẽ maior: graue. n. exiſtens ſurſum. non naturaliter, ſed violenter perficitur per eſſe ſurſum, & tamẽ eſſe ſurſum eſt actus & perfectio eius per informationem. Si verò ſecundo modo, petitio eſt principij in minore. hoc enim eſt probandum, ſcilicet quòd potentia naturalis habeat actum ſupernaturalem, vt ſuum hoc modo. Quod quoque dicitur de immediata receptione, ad propoſitum nihil infert: æs enim immediatè eſt receptiuum figuræ Mercurij, & tamen non naturaliter. Concluſio demum principalis voluntaria relinquitur: & irrationabilis oſtendetur probando oppoſitam. Hæc de tertio.

Quo ad quartum, concluſio reſponſiua quæſito eſt, quòd potentia ad actus ſupernaturales, non eſt naturalis, ſed obedientialis. Et probatur tripliciter. Primò ex parte actus, ſic: Actus ſupernaturalia dupliciter inuenitur, ſcilicet ſecundum ſe, vt gratia: & ſecundum talem modum fiendi, vt viſus cæco datus. Viſus enim ſecundum ſe eſt naturalis actus hominis: ſed quòd cæco in inſtanti detur, ſupernaturale eſt. Charitas verò & talia, ſunt ſecundum ſe actus ſupernaturales: adeo vt implicet contradictionem, connaturales eſſe, aut fieri alicui creaturæ factæ vel factibili, vt enim ipſe Scotus in ſecundo, diſtinctio. 23. fatetur. Si ergo in natura nulla eſt naturalis potentia ad actum ſupernaturalem ratione modi vt ſic, à fortiori nulla eſt naturalis potentia ad actus ſupernaturales ſimpliciter. Sed in natura nullam eſſe naturalem potentiam ad illos actus, patet ex frequenti vſu quo naturalem potentiam ad miracula negamus. Et ex hoc ſequitur quod ſupernaturalitas inuenitur, non ſolùm comparando potentiã ad agens, propter ſupernaturalem acquiſitionem actus, ſed etiam comparando potentiam ad actum, propter ſupernaturalitatem actus in ſe.

¶ Secundò, ex parte potentiæ ſic: Omnipotentiæ paſſiuæ naturali, reſpondet aliqua potentia actiua proxima: ergo, reſpondet potentia actiua naturalis. Antecedens eſt maxima aſſumpta ab Ariſtotel. 3. de Anima textu decimoſeptimo. ad probandum dari intellectum agentem. Fundatur enim ſuper hoc, quòd in omni natura, vbi eſt patiens, oportet ponere agens. Et certum eſt quòd de proximo, non de primo agente loquitur: alioquin diſtributiuam nõ feciſſet, dicens, in omni natura, &c. Et per hoc excluditur reſponſio Scoti, dicentis, quòd ſufficit quòd detur primum agens. Conſequentia autem probatur: quia potentia ſupernaturalis non eſt proximũ actiuum naturalis potentiæ, vt ex terminis patet: naturale enim ſoli naturali cognatum eſt.

¶ Tertio ex parte ſubiecti. Quum enim quidditatiua cognitio alicuius ſit ſufficiens ratio omnium proprietatum eius, & ex ea ſoluantur omnes difficultates contingentes rei, vt in quarto Phyſ. dicitur, conſequens eſt, quòd cognita quidditatiuè re aliqua, cognoſci ex ea poſſint omnes eius naturales potentiæ: & quum potentiæ cognitio ex actu pendeat, vt dicitur 9. Meta. conſequens eſt, quòd actus, ad quos ſunt naturales potentiæ, cognoſcantur, & cum huiuſmodi actus ſint ſupernaturales apud Scotum, ſequitur de primo ad vltimum, quòd ex cognitione quidditatiua alicuius naturalis cognoſcuntur ſupernaturalia: quod eſt manifeſtè falſum. Et confirmatur: quia certè ſcimus hanc maiorem, quòd nulla naturalis potentia eſt fruſtra: ergo ſi ſcimus hanc minorem, quòd in materia vel anima, vel quacunque alia re eſt naturalis potentia ad actum ſupernaturalem, oportet concedere quòd ſcimus ſupernaturalia illa debere eſſe: & ſic ſciemus reſurrectionem mortuorum futuram, & gratiam iuſtificantem impium, &c. quod eſt ridiculum. Nec euacuat hanc rationem reſponſio Scotica, dicens, quòd anima ſecundum illam rationem eſt ignota. Cognitio namque quidditatiua alicuius, nihil naturale illius incognitum relinquit: quoniam continet formaliter, vel virtualiter omnem illius notitiam. Nec euaditur dicendo quòd ſubſtantia non poteſt à nobis pro ſtatu iſto quidditatiuè & propriè cognoſci: quoniam quicquid ſit de hoc, habetur intentum, ſcilicet quòd ex quidditatiua rerum naturalium cognitione, ſiue habeatur pro ſtatu iſto, ſiue non, poſſit ſcientia haberi de ſupernaturalibus: & ſic reuelatio de gratia, beatitudineque pollicita, reſurrectione, & aliis huiuſmodi, ad quæ naturalis ponitur potentia receptiua non fruſtrà, erit neceſſaria ſecundum quid, ſcilicet pro ſtatu iſto, & non ſimpliciter: quod eſt manifeſtè falſum, Hæc de quarto Finis.

TRACTATUS QUARTUS.

De Subiecto naturalis Philoſophiæ, vnica quæſtione contentus.

QVÆSTIO.

An ens mobile ſit ſubiectum in Philoſophia naturali.

QVAERITVR, an ens mobile ſit ſubiectum in Philoſophia naturali.

¶ Et videtur quòd non. Primò, Quia aut ens mobile ſignificat ſubſtantiam mobilem, aut accidens mobile, aut tertium commune vtrique. Si primum, cum ſubſtantia mobilis, & corpus mobile ſint idem conuertibiliter, ſequitur quòd poneretur ſecundum rem corpus mobile ſubiectum philoſophiæ, quod eſt contra tenentes ens mobile. Si ſecundum, hoc eſt manifeſtè contra omnes, & veritatem. Si tertium tunc ſequeretur, quòd ens diceret tertium conceptum abſtrahibilem à ſubſtantia & accidente, quod eſt contra Thomiſtas.

¶ Secundò ſic: Subiectum ſciẽtiæ debere eſſe vnius rationis formalis: alioquin non haberet quod quid eſt, & conſequenter nec eſſet principium ſcientiæ: quia, vt dicitur in primo de anima, in text. 11. principium omnis demonſtrationis eſt quod quid eſt. Nec haberet aliquam per ſe primò paſſionem: quia ei, quod non eſt in ſe natura vna, quicquid per ſe vnum conuenit, conuenit ratione partium, & conſe-

quenter nulla paſsio conuenit ei primò: ens autem mobile dicit aggregatum ex duabus rationibus formalibus: ergo non eſt ſubiectum. Si dicatur, quòd illa duo ponuntur ad circumloquendum vnam rationem formalem, quemadmodum moris eſt ponere paſsiones loco differentiarum incognitarum. Ratio ſubiecti in ſcientia debet eſſe primò & maximè nota in ſcientia: eo quòd tota ſcientifica cognitio ex illo dependet: ſed ſi circumlocutione eget, non eſſet huiuſmodi: implicatio ſiquidem eſt in adiecto, dicere quòd eſt ratio formalis in ſcientia, & quòd circumloquitur illam paſsionis nomine, vt ponitè occultam. ergo, &c.

¶ Tertiò: Si ens mobile eſſet ſubiectum philoſophiæ naturalis, aut philoſophia naturalis eſſet pars Metaphyſicæ, aut eſſet ſubalternata illi: vtrunque eſt falſum: ergo. Tenet conſequentia: quia aut ens mobile addit ſupra ens conditionem per ſe diuidentem ens, aut accidentalem enti. Si primo modo, ſequitur quòd ens mobile à Metaphyſico conſiderandum eſt: quia in primo Poſteriorum cap. 21. dicitur, quòd eiuſdem ſcientię eſt conſiderare ſubiectum aliquod & partes ſubiectiuas per ſe: & conſequenter eſſet philoſophia naturalis: cui adſcribitur ens mobile, pars Metaphyſicæ. Si ſecundo modo, ſequitur quod Philoſophia naturalis Metaphyſicæ ſubalternaretur: eò quòd dicitur in primo Poſteriorum, ca. 8. deſcendere de genere in genus ſecundum quid, id eſt, ſecundum conditionem accidentalem (vt communiter exponitur) eſt ſolius ſcientiæ ſubalternatæ conditio ab Ariſtotele tradita.

¶ Quartò ſic: Subiectum in ſcientia debet eſſe illud, ad cuius rationem formalem omnes reſoluuntur paſsiones & concluſiones illius ſcientiæ, vt de ſe patet: ſed paſsiones & conſequenter concluſiones Phyſicæ reſoluuntur vltimò in Philoſophia naturali ad quod quid eſt ſubſtantiæ, ſeu corporis naturalis: eo quòd omnia accidentia Phyſica cauſantur ex ſubſtantia naturali: ergo ſubſtantia naturalis, ſeu corpus naturale ponendum eſt ſubiectum.

In hac dubitatione primò diſtinguam opiniones. Secundò declarabitur opinio Sanct. Thom. Tertiò ſimul ipſa confirmatur, & contra alias opponetur. Quartò reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

Quo ad primum ſciendum eſt de ſubiecto adæquato Philoſophiæ naturalis (de quo hic eſt ſermo) quoſdam loqui in re hac naturaliter, quoſdam verò innaturaliter: propter quod hi à noſtra reſecandi ſunt diſputatione, quam inter Philoſophos agimus. Supponunt enim intelligentias mobiles eſſe: & Philoſophiam naturalem infra ſenſibilia non arctantes, commune aliquid ſenſibilibus & ſeparatis à materia, quatenus mobilia ſunt, ſubiectum Philoſophiæ dicunt: operiuntque errorem ſuum Theologicæ pietatis nomine.

¶ Contra hos enim non oportet naturalem diſputare: apud quem indubitatum principium eſt, ſubſtantias abſtractas immobiles eſſe: & terminum conſiderationis philoſophicæ eſſe animam humanam, partim abſtractam, partim non: vt dicitur ſecundo Phyſicorũ, text. 26. & vltimum, quod poteſt naturalis de intelligentijs attingere, & declarare quia ſunt: vt Auerrois dicit primo Phyſicorum, commentario vltimo. Quanta tamen ſit quorundam horum temeritas, ſilentio inuoluendum non eſt, cum præſumant propriam opinionem Theologiæ ſententiam aſſerere: ſicq; theologicæ facultatis expertibus, in philoſophia tamen nutritis, deridendi Theologiam occaſionem præbent. Non eſt enim ex ſacra Scriptura, nec ex Theologis ſanctis ab Eccleſia approbatis traditum, quòd angeli ſic mouentur, vt motus continui ſubiectum ſint: ſed potius oppoſitum, vt in Theologia diſcuſſum à Sanctis eſt. Vnde ſi Peripateticos arguendos cenſent, glorientur ex Scotica officina hos ſe errores deprehendere, non ex Theologia.

¶ His ergo omiſsis, ad naturales tranſeamus: Quorum opinio nõ eſt vna, dum alij mobile, aliens alij vtrunq; ex ſubiecto phyſicæ reſecandũ putant: Et illi quidem qui mobilius nomen recipiunt, ſecunda & quarta ratione ad oppoſitum facta mouentur: & ſenſibilem ſeu naturalem ſubſtantiam ſubiectum fore cenſent. Qui verò ens tantum abiiciunt, corpus mobile ſubiectum philoſophiæ ponunt. Et hi adhuc diuiſi ſunt, dum quidam ly mobile, paſsionem ſignificare concedunt: quidam autem rationem formalem corporis phyſici ſupponere contendunt. Mobile autem tantùm abiicientes, ſunt qui ens naturale ſubiectum dicunt. Sunt ergo quinque opiniones naturaliter loquentium, S. Thomiſtarum tenentium ens mobile: & Albertiſtarum, dicentium corpus mobile: & modernorum multorum, dicentium ſubſtantiam naturalem ſeu ſenſibilem: & quorundam etiam modernorum aſſerentium corpus phyſicum ſeu naturale: & eorum qui ens naturale ſubiectum credunt.

Auerroiſtæ aliqui, Alberti & Aegidii ſequaces. Quinque opiniones naturales de ſubiecto philoſophię naturalis adæquatur.

Quo ad ſecundum. Cum ens mobile complexionem quandam nominum contineat, ſingula diſtinguenda ſunt. Et primò quidem circa ly mobile triplici opus eſt diſtinctione.

¶ Prima eſt, quòd cum mobile motum reſpiciat, ſicut motus ſumitur dupliciter, ſcilicet propriè, vt diſtinguitur contra mutationem in 5. Phyſic. & ad tria tantùm genera eſſe dicitur & communiter, vt continet in ſe & motum propriè dictum, & mutationem, ſcilicet generationem & corruptionem: ita mobile dupliciter ſumi poteſt. In quæſtione tamen iſta ſumitur communiter prout idem eſt quòd mutabile phyſica mutatione.

¶ Secunda eſt quòd aliquid poteſt dici mobile, dupliciter, ſcilicet ſubiectiuè: quod ſcilicet eſt ſubiectum motus: & terminatiuè: quòd ſcilicet eſt terminus alicuius mutationis. Et quamuis prima facie mobile ſonet ſubiectum motus, ſi tamen reſtringendum eſt in propoſito, magis tenendum eſt terminatiuè quam ſubiectiuè, vt ex dicendis apparet. iudicio tamen meo indiſtinctè tenendum eſt, non ea ratione vt ſit commune ad omnia quomodocunque mobilia: contineatque vt partes ſubiectiuas materiam & formam, &c. quia hoc eſt contra ſan. Tho. in primo Phyſi. ſuper text. com. 5. vbi in diuiſione literæ expreſsè dicit, quòd in primo libro Phy. agitur de principiis intrinſecis entis mobilis, ſcilicet de de materia & forma: ex hoc apertè inſinuans ens mobile, quod eſt ſubiectum philoſophiæ, non eſſe totum vniuerſale reſpectu materiæ & formæ, ſed totum integrale ſeu eſſentiale, ſed ea potius ratione vt ſcilicet illa notiſsima ſui acceptio ſupponatur, quam ex ſenſu ſupponere oportet: perhibent enim nobis ſenſus mobilia eſſe: an autem ſubiectiuè an terminatiuè mutentur ea quæ moueri videmus, ratione magis diſcernitur, quam ex ſenſu habeatur.

¶ Tertia eſt quòd mobile æquiuocum eſt nomen ad aptitudinem, ad motum & ad fundamentũ illius aptitudinis: ſicut ſi riſibile ſignificaret aptitudinem ad ridendum, & rationalitatem, quæ eſt eius fundamentum. Quid autem mobile in propoſito ſignificet, difficile eſt hac ſola quæſtione elucidare. Quamnis enim impoſsibile ſit ſubiectum & paſsionem ſimul accipi pro ſubiecto in aliqua ſcientia, ſic quòd totum aggregatum ſubiectum ſit) quia oportet

ſubiecti vnam eſſe rationem formalem, & ex quod quid eſt ſubiecti, & quid eſt paſsionis vna ratio formalis conſtitui nequit) nihil tamen prohibet aggregatum ex ſubiecto & paſsione, ſubiectum ſic conſtitui, vt paſsionis quod quid eſt, ſit ratio formalis ſubiecti in illa ſcientia. Ex hoc modo intelligi poteſt mobile paſsiuum ſignificare in propoſito: ita quod mobilitas quæ eſt paſsio, ſit ratio formalis enti vel corpori, quod ſit ſubiectum philoſophiæ naturalis: vnde ſolet fieri reduplicatio ſupra ly mobile, dicendo ens aut corpus mobile, inquantum mobile eſt ſubiectum Phyſicæ. Suadetur autem in propoſito ſic ſumi mobile ex ſubiecto Mathematicæ: ſicut enim Phyſica eſt de entibus in eo quòd mobilia, ita Mathematica eſt de entibus in eo quod quanta. Conſtat autem Mathematicæ ſic eſſe ſubiectum ens quantum: vt quantitas ipſa quæ ſubſtantiæ materialis paſsio ſeu proprium accidens eſt, ratio formalis ſubiecti mathematicæ ſit. Erit ergo Phyſicæ ſubiectum ens aptum moueri, ſic quòd aptitudo ad motum, ratio formalis ſubiecti ſit. Et confirmatur hoc magni Alberti autoritate: qui in 1. Phyſic. ſic diſtinguens corpus in Metaphyſicum, Mathematicum & Phyſicum, mobilitatem, quam rationem formalem ſubiecti dicit, poſteriorem corpore quanto naturaliter dicit. Nec obſtat quòd eiuſdem ſcientiæ eſt cõſiderare de paſsione & ſubiecto eius: quoniam hoc intelligitur quando tractatur de paſsione vt paſsio eſt: non autem quando paſsio primum ſubiecti locum tenet: vt patet de quantitate in Mathematica, quæ de ſubſtãtialibus principiis ſubiecti eius, à quo fluit, non ſe impedit. Similiter non obſtat quòd perfecta cognitio de re non habetur abſque quod quid eſt ſubiecti: hoc enim non eſt ſic accipiendum, vt omnis cognitio citra illam ſit imperfecta, ita quòd non ſit euidens & ſcientifica: ſed vt abſque quod quid eſt ſubiecti, conſummata omnimodáque notitia de re haberi non poſsit. Quod Phyſicæ accidere non inconuenit: quoniam Mathematicæ hoc conuenire certum eſt: Mathematicus enim ignorat an quantum ſit ſubſtantia vel accidens, & quantitatia ſubiectum, &c. & tamen certiſsimus eſt omnium: vt dicitur in ſecundo Metaphy. text. & commentario vltimo.

¶ Sed contra hanc viam eſt, quòd ſecundum eam ad philoſophum naturalem non pertineret conſiderare aliquod prædicatum quidditatiuum cuiuſcunque ſubſtantiæ, niſi fortè aliqua ſubſtãtia ſit, de qua quidditatiuè prædicaretur aptitudo ad motum: & conſequenter philoſophia naturalis nõ eſſet de ſubſtantia, ſed eſſet de accidente, quemadmodum Mathematica. Si enim mobilitas (id eſt aptitudo ad motum) quæ paſsio ponitur entium naturalium, ratio formalis ſubiecti Phyſicæ acceptatur, non licebit Phyſico de ratione adæquati ſubiecti eius diſſerere: quia illa prior eſt, ac per hoc deſcendendo à mobilitate in communi ad talem, vel talem mobilitatem in ſpecialibus partibus philoſophiæ naturalis, non licebit ad quod quid eſt talis vel talis ſubiecti deſcendere: ſed quemadmodum adæquati ſubiecti mobilitatis quod quid eſt omiſſum fuerat, pari ratione ſpecialia quod quid erat eſſe ſubiectum talium mobilitatum omittenda ſunt: quoniam nulla pars alicuius ſcientiæ tractat de aliquo priori propria ratione formali. Nec video quomodo poſsit huic rationi ſatisfieri, niſi tenendo quòd Metaphyſicæ eſt cõſiderare quod quid eſt in particulari. Quod quia non credo verum, idcirco puto melius tenere, quòd mobile in propoſito non ſignificat ipſam aptitudinem ad motum ſi eſt paſsio: ſed eius fundamentum. Cùm enim iſta aptitudo, quam mobilitatis nomen ſonat, quibuſdam entibus repugnet, ſcilicet ſeparatis à materia, & quibuſdam non, ſcilicet materialibus, & de entibus materialibus (puta homine & boue) non reputetur prædicari ſubſtantialiter: conſequens eſt, quòd aliquid præcedat in eis, ex quo ipſa aptitudinem hanc ſortiantur: & hoc fundamentum mobilitatis eſt. Notanter autem dixi non reputetur: quia communi voci ſatisfacere volens diſtinctionem hanc mobilitatis pertractaui. 10. ſiquidem Metaphyſicorum textu vltimo ſub dubio relinquitur, an corruptibile ſit ſubſtantia, an in ſubſtantia, id eſt an ſit de ſubſtantia rei, aut eam ſequatur: vt exponit Auerrois. Corruptibilitas autem quædam mobilitatis ſpecies eſt, vel mobilitas ipſa: ſecundum illud octaui Phyſicorum text. commentar. vigeſimoquinto, in omni motu corruptio eſt. Sanctus Thomas etiam ibidem inter ſubſtantialia prædicata corruptibile ponere videtur. Ariſtoteles quoque in primo Phyſicorum text. octauo. idem ſentire videtur: dum dicit quòd ad naturalem non ſpectat probare mobilitatem: hoc enim non eſſet verum, ſi mobilitas eſſet paſsio præuenta à formali ratione ſubiecti philoſophiæ naturalis: poſſet enim per illam rationem à naturali philoſopho probari. Niſi fortè quis dicat dictum Ariſtot. non eſſe verum per ſe, ſed per accidens: quia ſcilicet eſt paſſio notiſsima. Sed hoc non eſt tutum: tum quia non eſt ſermo per accidens conſuetus Ariſtote. tum quia ſaltem defendere mobilitatem pertinet ad philoſophum naturalem, & non ad Metaphyſicum: ſicut & quamlibet paſsionem ſubiecti proprii quilibet artifex defendere debet. Nec obſtat, quòd ſit paſsio per ſe nota de adæquato ſubiecto: quoniam per ſe notum, & non per ſe notum, faciunt quidem differentiam quo ad probari vel non probari poſſe aliquid, vt patet in ſecundo Phyſicorum text. commentario ſexto, non tamen faciunt differentiam quo ad defendere vel non defendere: quoniam ſi occulta tuenda ſunt, manifeſta magis ſunt tuenda, modò non ſint principia, ſed ex principiis: qualis eſt mobilitas, ſi paſsio ponitur. Quicquid autem de hoc ſit mobilitas, quæ eſt ratio formalis ſubiecti phyſicæ, non paſsio, ſed quod quid erat eſſe eſt entium naturalium: & præuenit naturalitatem & mobilitatem paſsionẽ eorum ſi concedatur: illam quidem, quia relatiua proprietas eſt: iſtam verò, quia paſsio dicitur.

¶ Circa verò ly ens, hoc tantùm diſtinguere oportet, quòd dupliciter entia nomine vti conſueuimus. Primò, pro omni eo quod habet eſſe quocunque modo: & ſic hic non capitur. Secundò, pro eo quod propriè eſſe dicitur: hoc autem in his, quæ fiunt, eſt id quod propriè fit: eius ſiquidem eſt eſſe propriè, cuius eſt fieri. Id autem quod propriè fit, vt 7. Metaph. text. comment. vigeſimo octauo. patet, eſt compoſitum: ſiue ſubſtantiale, vt homo: ſiue accidentale, vt homo muſicus. Et ſic ſumitur in propoſito. Vnde colligendo dicta ad hoc quòd aliquid ſit pars ſubiectiua entis mobilis, quod ſubiectum Phyſicæ dicimus, exigitur & quòd ſit propriè ens, & quod ſit mutabile phyſica mutatione. Et propterea nec materia prima, nec forma ſubſtantialis aut accidentalis ens mobile eſt: ſed entis mobilis principia hæc omnia ſunt. Eſt ergo ens mobile communius quàm ſit corpus mobile, & quàm ſubſtantia naturalis ſiue ſenſibilis: quia continet ſub ſe omnia materialia compoſita, quæ ſolùm mutabilia ſunt ſiue ſint ſubſtantialia, ſiue accidentalia, ſiue ſecundum formam abſoluta, ſiue ſecundum vbi. Et eſt ens mobile abſtractius quid quocunq; prædictorum, quãtò ens aliquem gradũ concomitans prius eſt illo: dato

etiam

etiam quòd ad compoſita accidentalia ſe non extenderet. Nec obſtat contradictio per ly mobile: quoniam ſicut ſubſtãtia rationalis abſtractius quid eſt quàm animal rationale : ſic ens mobile abſtractius & prius quid eſt, quàm ſubſtantia mobilis: quamuis enim ex parte ly mobile, æqua ſit abſtractio, ex parte tamen ly ens,& ly ſubſtantia, abſtractius eſt ens mobile. Vnde quemadmodum concedens ſubſtãtiam rationalem, adhuc diſputandi locũ haberet, an illa rationalis ſubſtantia eſſet corpus an animal, & cætera & continuè ab abſtractiori ad minus abſtractum quæſtio deſcenderet, dum à ſubſtantia rationali ad corpus rationale, & à corpore ad corpus animatum, & cætera veniretur. ſic ſub ente mobili quæſtio remanet, an illud ſit ſubſtantia, an corpus, & cætera. Cùm igitur in re mutabili conſiderari poſsit. & quòd ſit corpus mutabile, & quòd ſit ſubſtantia mutabilis, & quòd ſit ens mutabile, diui Thomæ ſententia eſt naturalia rationem ſubiecti philoſophiæ naturalis induere primò, non quatenus ſunt corpora mutabilia, aut ſubſtantiæ mutabiles, ſed quatenus ſunt entia mutabilia : ita quòd ens mobile licet complexionem nominum contineat, incomplexum tamen & per ſe vnum quod quid eſt ſignificat, ſicut ens per ſe. Quemadmodum enim diuiſo ente in per ſe & in alio, ſi ſimplicibus vocabulis careremus, ſubſtantiam ens per ſe nominaremus, & accidens ens in alio, & tamen vnam formalem rationem ſignificaremus, non aggregatam ex pluribus: ita diuiſo ente in tranſmutabile & intranſmutabile ; carentes ſimplici vocabulo, ens tranſmutabile ſeu mobile vocamus alterum membrum, quod vnius eſt quidditatis, & illud philoſophiæ naturalis ſubiectum eſſe adæquatum dicimus. Hæc de ſecundo.

Quo ad tertium, cùm ens mobile duo nomina complectatur, & vnum ſignificet, primò oſtendendum eſt, quòd eius ſignificatum eſt adæquatum Philoſophiæ ſubiectum : deinde quòd his nominibus conuenientiſsimè ſignificatur.

¶Primò probatur tripliciter. Primò ſic : Adæquatum ſubiectum primarum paſsionum naturalium eſt adæquatum ſubiectum philoſophiæ naturalis : ſed ens mobile, & non ſubſtantia aut corpus naturale ſeu mobile, eſt adæquatum ſubiectum primarum paſsionum naturalium : ergo, & cætera. maior eſt per ſe nota. Minor verò probatur accipiendo tranſmutabilitatem, ſeu quod idem eſt, mutabilitatem pro prima paſsione Phyſica, vel ſaltem vna de primis, aut eis æquiualente, vt ab omnibus ſupponitur. Tunc ſic : Adæquatum ſubiectum tranſmutabilitatis habet materiam, formam, & priuationem pro adæquatis principiis : ſed tantùm ens mobile habet hæc pro adæquatis principiis : ergo nihil aliud ab ente mobili eſt ſubiectum adæquatum tranſmutabilitatis, & conſequenter primarum paſsionum naturalium : quod erat probandum. Maior huius proſyllogiſmi eſt ex eo euidens, quòd oportet iſta tria in omni materia eſſe adæquata ſibi inuicem, ſcilicet paſsionem & ſubiectum & propria paſsionis principia : vt patet de riſibilitate, & homine, & animali rationali : conſtat autem ex primo Phyſicorum per longum proceſſum, tranſmutabilitatis principia prima eſſe materiam, formam, & priuationem : oportet igitur eius, ad quod tanquam ad adæquatum ſubiectum primò ſequitur tranſmutabilitas, eſſe adæquata principia, materiam, formam, & priuationem. Minor patet ex his, quæ in 11. Metaph. à textu 19. vſque ad text. 29. dicuntur, ſcilicet quod materia, forma, & priuatio ad genus ſubſtantiæ non arctantur, ſed materia, forma & priuatio generis ſubſtantiæ ſunt principia propria ſubſtantiæ mutabilis : & materia, forma & priuatio in genere quantitatis ſunt propria principia quanti mutabilis : & materia : forma & priuatio in genere qualitatis ſunt principia propria qualis mutabilis.

¶ Si dicatur quòd quẽadmodum principia propria ſubſtantiæ continent propria principia cæterorum generum, quia ſunt cauſæ eorum (vt ibidem docet Ariſto.) ſic ſubſtantia mutabilis continet omne quantum & quale mobile & tranſmutabilitas ſubſtantiæ omnem aliam. Et propterea licet materia, forma, & priuatio excedant ſubſtantiam mobilem formaliter, non tamen virtualiter. Hoc licet ſit ſubtiliter dictum, vim tamen rationis non excludit propter duo. Primò : quia falſum eſt, quòd principia propria ſubſtantiæ mutabilis ſint principia principiorum cæterorum generum mutabilium. Quamuis enim ſit verum & expreſſum in 11. Meta. capit. ſupra dicto, quòd per ſe principia eſſendi in genere ſubſtantiæ ſunt principia principiorum eſſendi in cæteris generibus: id eſt, quòd materia & forma ſubſtantiæ ſunt cauſæ materiæ & formæ in quantitate & qualitate, &c. Veritati tamen aduerſatur, quòd per ſe principia tranſmutabilitatis ſubſtantialis ſint principia principiorum tranſmutabilitatis aliorum generum. Priuatio enim in genere ſubſtantiæ, quæ eſt per ſe principium non ſubſtantiæ, ſed tranſmutationis ſubſtantialis, non eſt vniuerſaliter, & conſequenter nec per ſe principium priuationis, quæ eſt principium tranſmutationis accidentalis, vt in corpore cæleſti patet : vbi ens mobile ſecundum locum, habet omnia propria principia, ſcilicet materiam, formam & priuationem : cælum autem ſubſtantialiter non habet niſi duo principia, quæ ſunt eſſendi per ſe principia. ſiue ibi ſit materia : quæ eſt pura potentia : ſiue ſimplex corporeitas pro materia, & intelligentia, & forma: nullo enim modo eſt ens mobile ſubſtantialiter. Secundò : quia dato, quòd eſſet talis incluſio virtualis, adæquatum tamen ſubiectũ tranſmutabilitatis, & ſimiliter adæquatum principiatum ex materia, forma & priuatione eſſet non ſubſtantia mobilis, ſed ens mobile : quoniam quando aliqua proprietas vniuerſalis ſecundum prædicationem habet ſubiectum adæquatum ſecundum prædicationem, in quo reperitur cauſa, ſecundum quam ineſt quibuſcunque proprietas illa, illud tale eſt eius ſubiectum ſecundum quod ipſum. Nec eſt requirendum pro primo ſubiecto illius illud ad quod per viam reſolutionis proprietas illa & eius principia reducuntur : alioquin periret doctrina tradita in libro Poſt. capitulo, de vniuerſali. Docemur enim ibi ſiſtere, quando adæquatum ſubiectum ſecundum prædicationem inuenimus, & cauſam in eo, per quam ſibi cæteriſque illa paſsio ineſt. Nulla etiam poſſet poni proprietas communis alicui analogo ad ſubſtantias & accidentia : cùm accidentia & eorum proprietates, & principia in ſubſtantiis virtualiter includantur. Niſi ergo velimus abuti vocabulis & rationibus eorum, quod in ſe eſt ſubiectum adæquatum tranſmutabilitatis, in ſeipſo adæquatè claudit propria principia tranſmutabilitatis. Sed nec ſubſtantia mobilis, nec corpus mobile claudit in ſe illa; quoniam propria principia tranſmutabilitatis vniuerſalis ſeu in communi, ſunt materia, forma, & priuatio in communi, quæ genus ſubſtantiæ tranſcendunt. Enti autem mobili adæquantur ; quicquid enim ex materia, forma, & priuatione conſtat, ens mutabile eſt : & èconuerſo, eò quòd priuatio machinatur ad malum. Ens igitur mobile eſt proprium, & primum mobilitatis ſubiectum.

¶ Secundò probatur propoſitum, & directè arguitur contra ponentes corpus mobile ſic: Coniunctio omnis mobilis cum ratione corporeitatis, non ſupponitur in naturali philoſophia, ſed in 6. Phy. probatur, ergo non corpus mobile, ſed ens mobile eſt ſubiectum philoſophiæ naturalis Antecedens patet in tex. 32. ſexti Phyſi. vbi probatur ꝙ omne mobile eſt corpus. Conſequentia verò patet tum ex eo, ꝙ ſi corpus mobile ponitur adæquatũ ſubiectum, oportet ſupponi mobilitatem coniunctam eſſe corpori, aut vt rationem formalem. aut vt paſsionem: tum ex eo quòd oportet ſupponi corpus coextendi ipſi mobili: alioquin non ſupponeretur ſubiectum adæquatum ſcientiæ. Vtrunque autem horum impoſsibile eſt ſupponi ignorata vniuerſali coniunctione ipſius mobilis cum corpore: vt de ſe patet. ergo. Et hæc eſt ratio Sancti Tho. in primo Phyſic. nunquam enim dixit ipſe, quòd philoſophus naturalis probet corpus mobile eſſe vt communiter ſibi imponitur, quia non intelligitur (corpus enim mobile eſſe, qui dubitant, nõ egent medio, ſed ſenſu. quo vel ſeipſos moueri percipiant) ſed dixit quòd probat omne mobile eſſe corpus. Et vt plenius huius rationis vis percipiatur, aduertendum eſt primò, quòd ſubiectum adæquatum ſcientiæ reſoluentis ſuas concluſiones in principia per ſe nota (qualis eſt philoſophia naturalis) oportet & quòd ſit ſubiectum primarum paſsionum, ac per hoc quòd ſit principium eſſendi, & conſequenter cognoſcendi ſecundum naturam exterorum, & quòd ſit principium cognitionis in nobis, ſiue ad latentes proprietates & occulta principia à poſteriori, ſiue a priori procedatur: quoniam ſubiecti cognitio omnibus præſupponitur, &, vt dicit Auer. in . Phy. cõ 29. nec a priori, nec a poſteriori probari poteſt in ſcientia: & innatum eſt nobis, quòd oportet ſemper à notioribus nobis procedere, vt in primo Phyſic. cõ. 4. dicitur. Sicut ergo prima ratio ſuperius facta procedit ex ordine naturæ, ſic iſta procedit ex noſtro ordine cognoſcendi. Et propterea S. Thom. dicit, ꝙ ad audientes probatur, omne mobile eſſe corpus: innuens per hoc, cognitionis magis quam rei ordinem. Aduertendum eſt ſecundò quòd quamuis aliud ſit omnem mobilitatem eſſe cõiunctam corpori, & aliud cognoſci omnem mobilitatem eſſe coniunctam corpori: ad hoc tamen ꝙ corpus mobile ponatur ſubiectũ adæquatum, nihil refert quod horum deficiat: quoniam ſicut deficiente coniunctione illa ſecundum rem, corpus mobile prohiberetur ex parte rei eſſe ſubiectum: ita deficiente coniunctione illa in eſſe cognito, ex parte cognitionis, quæ præhaberi debet, impeditur. Non ſufficit autem præſupponi aliquod mobile eſſe corpus (quod ad ſenſum patet) ſed oportet ſupponere omne mobile eſſe corpus: tum quia ad hoc, ꝙ complexum aliquod, vel complexè ſignificatum induat rationem ſubiecti adæquati in ſcientia, oportet id quod eſt vt formale, & ſit & ſupponatur per ſe coniunctum alteri, vt paſsio, vel ratio formalis alioquin fruſtra de materiali parte complexi illius quæſtio heret: cùm ea quæ ſunt per accidens, variabilia & extra quæſtiones ſcibiles ſunt. Hoc autem ſicut impoſsibile eſt eſſe, niſi omne tale illi inſit: ita eſt impoſsibile ſupponi, niſi omne tale ineſſe illi ſupponatur: quoniam omnia hæc, ſicut in naturæ ordine præexigunt de omni, ita & in cognitionis ordine. Vnde ſi naturalis ſcientiæ ſubiectum eſt corpus mobile, oportet in hac ſcientia quæ de mobili in eo qđ mobile tractat, ſupponere mobile, quod vt formale ſe habet, coniunctum eſſe corpori per ſe, vel vt paſsionem, vel vt rationem formalem. Neutrum autem horum fieri poteſt, niſi ſupponatur omne mobile corpori connexum eſſe: imaginari enim non poteſt vt propria paſsio aut ratio formalis credatur eſſe alicuius, id quod communius illo dubitatur. Tum quia ad hoc vt aliquod complexum vel complexè ſignificatum habeat rationem adæquati ſubiecti alicuius ſcientiæ, non minus oportet id quod vt formale adæquati ſcientiæ, quàm id quod vt materiale ſumitur coextendi illi formali: alioquin ſi materiale rationem formalis contraheret, ſcientia, quæ adæquatè rationem formalem reſpicit, ſubiectum ſuum excederet: nihil autem refert, vt dictum eſt, coextenſionem talem non eſſe, aut non ſupponi. Si igitur corpus mobile in eo quòd mobile, adæquatum ſubiectum ponatur philoſophiæ naturalis, oportet philoſophiam, quæ de mobili, in eo quòd mobile eſt ſupponere, corpus euacuare mobile: alioquin adæquatum ſibi ſubiectum, quamuis haberet, non tamen ſupponeret: & conſequenter ſubiecti rationem non haberet. Hoc autem impoſsibile eſt ſupponi, quandiu neſcitur, an omne mobile ſit corpus: vt de ſe patet. Potes autem rationẽ hanc iuxta ſanctum Thomã ſic colligendo formare. Nulla ſcientia habens ſubiectum complexum, aut complexè ſignificatum, probat eam coniunctionẽ partium ſubiecti, ſine qua complexum illud ſubiecti rationem induere non poteſt: alioquin ſcientia conſtrueret ſibiipſi ſubiectum, quod de nulla ſcientia ſpeciali dicere licet. Hæc enim maior æquiualet maiori ſancti Thom. breuius aſſumentis. nulla ſcientia probat: id eſt, conſtituit, vel componit ſibiipſi ſubiectum: loquendo enim de ſubiecto complexo, æquiualet dicere, nulla ſcientia componit aliquid, vt ſit ſuum ſubiectum: & dicere, nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum, apud formaliter terminos ſpeculantes. Sed philoſophia naturalis, ſi corpus mobile ponitur ſubiectum, conſtrueret ſubiectum ſuum. ergo, &c. Patet minor ex dictis: quia probat vniuerſalem coniunctionem mobilitatis cum corpore, ſine qua corpus mobile ſubiecti rationem habere non poteſt Omiſſa autem verborum ſolicitudine, directe ſyllogizandum eſt ſic Nullum coniunctum, cuius de omni coniunctio probatur in aliqua ſcientia, eſt ſubiectum adæquatum illius: corpus mobile eſt coniunctum, cuius de omni coniunctio probatur in philoſophia naturali, ergo corpus mobile non eſt ſubiectum in philoſophia naturali. Maior iam patet, ex eo quòd omne coniunctum, quod ponitur adæquatum ſubiectum, ſupponitur & per ſe coniunctum ſaltem ex parte formalia, & coextenſum rationi formali adæquanti ſcientiam: ſed cuius coniunctio dubitatur de omni, non ſupponitur coniunctum per ſe, nec coextenſum rationi formali: ergo. Minor ex ſexto Phyſic. patet tex. com. 32. vbi probatur vniuerſalis coniunctio mobilis cum corpore, & proceſſu philoſophiæ naturalis, maxime in ſecundo Phyſi. & ſecundo tractatu primi de Cælo, vnde habetur vniuerſalis coniunctio corporis cum mobili.

¶ Sed remanent contra rationem hanc obiectiones excludendæ Prima eſt quia non videtur verum, quod in ſexto Phyſic. probetur, omne mobile eſſe corpus: eo quòd in tex. 12. probatur tantùm omne mobile eſſe diuiſibile. Conſtat autem, quòd ſi probatur paſsio alicuius de mobili, non propterea probatur ratio formalis ſubiecti illius paſsionis: ſic autem ſe habent diuiſibilitas & corporeitas, vt patet. Secunda eſt: quia videtur hæc ſecunda ratio aduerſari primæ: in hac ſiquidem dicitur omne mobile eſſe corpus: in illa verò dicitur ens mobile communius eſſe, & corpore & ſubſtantia mobili. Ad primum horum dicitur, ꝙ quia non cadit in intellectu humano, quòd aliquid ſupponatur eſſe corpus, de

quo

quo dubitetur eſſe diuiſibile, niſi apud antiquis attributos errores, ponentes corpora indiuiſibilia, quia diuiſibilitas ipſa ſic comes eſt corporeitatis & in ẽe, & ĩ cognoſci, vt priùs abſq; poſteriori nunq̃ cognoſcatur, experimur enim non aliter nos cognoſcere aut ſupponere corpus, niſi vt quantum quoddam quantitate molis: ideo ſi in philoſophia non ſupponatur omne mobile eſſe diuiſibile, à fortiori ſupponi non poteſt eſſe corpus, quia coniunctio mobilis cum corporeitate, dum dubitatur, cum diuiſibilitate non poteſt cognoſci, niſi ratione aut ſenſu. Ex ſenſu autem conſtat, quòd non habetur: ratio autẽ ad illam nulla inuenitur. Et ſi ex demonſtratione illa 6. Phyſi. non acceptatur probatum, ſaltem tanq̃ neceſſariò conſequens concluſionem formaliter cõcluſam, relinquitur maius inconueniens quòd ſcilicet omne mobile eſſe corpus, longe remotius eſt à Philoſophiæ principio: vtpote 3. cœli. & 1. de generatione. Peripatetici tamen ibidem vtranque concludi propoſitionẽ indiſtinctè intelligunt. vnde Auerrois in primo cœli, cõmmen. 5. dicit, Probatum eſt in ſexto Phyſi. quòd omne mobile eſt corpus, &c. Ad ſecundum verò dicitur, quòd licet ens ſit communius corpore (quia de multis prædicatur quidditatiuè, de quibus corpus non prædicatur quidditatiuè) non tamen eſt ſic communius, quòd alicui inſit, cui corporeitas coniuncta non ſit, omne enim ens mobile eſt corpus, vel claudit in ſe corpus. Poteſt & ſecundò dici (licèt in idem redeat) quòd in 6. Phyſi. probatur omne mobile eſſe corpus, id eſt corporeum aliquid Probando enim mobile eſſe diuiſibile, nihil aliud probatur, q̃ mobile eſſe ens corporeum, ſiue illud ſit corpus, ſiue corporeũ aliquid. Corporeum autem conuertitur cum ente mobili, dato quod corpus cum eo non conuertatur. Et eodem modo poteſt argui contra ponentes ſubſtantiam naturalem aut mobilem. Omne enim naturale aut mobile eſſe ſubſtantiam, cùm oporteat ſupponi, aut haberetur ea ſenſibus, aut ex naturali philoſophia. aut ex Metaphyſica. Ex ſenſu quidem non habetur. Ex naturali autem Philoſophia ſi haberetur, concluderet hoc non poſſe ſupponi in ipſa: ſi autem, à Metaphyſico tractatur, vt Auer. dicit ſecũdo Phy. commen. 4. hoc etiam concludit illud non poſſe eſſe ſubiectum in philoſophia naturali, quæ ſcientia ex ſe eſt euidens abſque Metaphyſica. Habet enim ſubiectum & principia propria ea ſenſibus per ſe nota, & non accipit ea poſitione, quamuis à Metaphyſico defendi debeat ſi impugnentur, vt in 1. phyſi. tex. commen. 12. dicitur.

¶ Tertiò probatur idem authoritate. & primò Ariſtot. in 3. Phyſi. vbi in diffinitione motus nõ poſuit corpus aut ſubſtãtiam, ſed ens in potentia. &c. Ex quo arguitur ſic: Id eſt ſubiectum philoſophiæ, quod ponitur in diffinitione primorum accidentium naturalium. quia tale eſt proprium ſubiectum eorum, vt patet in ſeptimo Metaph. text. 15. ſed non corpus nec ſubſtantia ſed ens in potentia ſecundũ quod in potentia (quod idem eſt quod ens mobile, vt patet in tertio Phy. tex. 6. & 9.) ponitur in diffinitione primorum accidentium naturalium, ſcilicet motus, &c. ergo ens mobile eſt ſubiectum philoſophiæ naturalis. Et confirmatur hoc idem ex primo Phyſi. tex. 11. vbi ſupponendum dicitur in Philoſophia omnia aut quædam moueri, & non omnia aut quædam corpora, &c Secundò authoritate Auerrois, qui licet non ſolicitus de vocabulis in 3. Metaphyſi. commen. primo ens mobile. & in 12. eiuſdem commen. 5 corpus mobile, & in proœmio Phyſi. res ſenſibiles ſubiectum philoſophiæ nominauerit, & propterea non verba ſua in hac re, ſed ſenſum conſiderari voluerit: in ſecundo tamen Phyſic. expreſſè docet aliquid priùs corpore ſubiectum eſſe philoſophiæ naturalis; dum dicit commen. tertio: Et ſciẽdum eſt, quòd ſubiectum illius libri eſt natura, & principia naturalia. cum ſint communia omnibus rebus naturalibus, & ideo in hoc libro non diffiniuit corpus, neque alia, de quibus conſiderat naturalis, ſicut fecit in primo cœli & mundi. Ex quo habetur quòd apud ipſum conſideratio de corpore mobili differtur vſque ad librum de cœlo & mundo, vbi ab eius diffinitione inchoatur: vt patet in tex. com. ſecun. Et rurſus, habetur ſubiectum Phyſicæ eſſe commune corpori & alijs, de quibus conſiderat naturalis, vt prima ratione aſſumpſimus. Nõ ergo corpus mobile, ſed aliquid prius eo commune naturalibus omnibus ẽ ſubiectum philoſophię: quod ens mobile eſſe ex prima ratione liquet. Eſt ergo ſignificata ratio per ens mobile ſubiectũ philoſophiæ naturalis: non autem ſignificata per ſubſtantiam, aut corpus naturale, vt mobile, vel ſenſibile. Quòd autem illis vocabulis conuenientiſsimè ſignificetur, ſic patet: Mobilis vocabulum in primis conuenientiùs ſumitur, quàm ſenſibilis: quoniam admiſſo ente ſenſibili, adhuc non eſt naturalis philoſophus liber à Parmenidis & Meliſsi inuectione: concedentes enim ens ſenſibile, negabant mobile: ſuppoſito autem ente mobili, philoſophię principia inconcuſſa manent. Similiter cõuenientius eſt, quã naturalis nomen: tum quia redit idem inconueniens Nam ſuppoſito ente naturali, adhuc philoſophus naturalis liber non incedit, niſi mobile addat: vt ipſe Ariſt. teſtatur in primo Phyſi. tex. 11. contra Parme. & Meliſſ. concedentes ens naturale, ſubdens, Nobis autem ſubijciatur, omnia aut quædam naturalia moueri. Tum quia ſubiectum notiſſimè debet ſupponi, & conſtat diffinientia notiora eſſe diffinito: vnde cùm motus naturam diffiniat, quod clarè ſignificatur per ens mobile, obſcurè importatẽ per ens naturale: hoc enim ſi declarandum eſt, ad motũ oportet venire. Tum quia nominibus vtendũ eſt, vt plures 2. Topic. vſitatiſſimum autem eſt naturæ nomen ad cuiuſcunque rei quod quid eſt, & naturale ad omne non artificiale, ſiue de genere mobiliũ ſint, ſiue non. Et propterea ſi ens naturale ſupponeretur, ens non artificiale intelligeretur ſubiectum in philoſophia naturali, quod eſt falſum. Et ſic inficiationi locum daret vocabuli æquiuocatio, quòd ſi diſtinguendum eſſet, & ens naturale, id eſt, habens in ſe principium motus ſupponendum, cur non potius abſque gloſſa & diſtinctione nos mobile à principio dictis clarius exprimendo? præſertim quòd ſecundi Phyſic. principium anticipandum eſſet, vt gloſſa illa intelligeretur. Entis autem nomẽ clariùs propoſitis, ex dictis patet. Hæc de tertio.

¶ Nunc quartò ſupereſt argumentis in oppoſitum ſatisfacere Et ad primum quidem dicitur, q ens ſignificare tertium quid commune ſecundum analogiam ſubſtantiæ & accidenti, non eſt contra ſanctum Thomam, niſi ſecundum analogiæ naturam ignorantes. Vnde nullum inconueniens eſt, ens mobile commune eſſe ſecundum rationem formalem, non vnam ſimpliciter, ſed vnam analogicè entibus mobilibus omnibus, ſ. ſubſtantijs. quantis, & qualibus, & cæteris. Quamuis etiam ratio ad oppoſitum non concludat contra tenentes, ens mobile extra ſubſtantiam non inueniri, quia homo ipſe inquantum eſt ens mobile, aliud eſt à ſeipſo, inquãtum eſt ſubſtantia mobilis. Et propterea non ſequeretur, ergo ponẽdo ens mobile ſubiectum, ponitur ſubſtantia. aut corpus mobile: quoniam differunt formali ratione.

¶ Ad

8 *Qualis ſit in analogo comparatio.*
9 *Qualis ſit analogi diuiſio,& reſolutio.*
10 *Qualiter de analogo ſit ſcientia.*
11 *De cautelis neceſſarijs circa analogorum nominum intellectum,& vſum.*

CAPVT PRIMVM.

Quotuplex ſit analogia,& quis ſit eius primus modus.

INuitatus,& ab ipſius rei obſcuritate,& à noſtri æui flebili profundarum literarum penuria, de nominum analogia in his vacationibus tractatum edere intendo. Eſt ſiquidem eius notitia neceſſaria.adeò, vt ſine illa non poſſit Metaphyſicã quiſpiam diſcere, & multi in alijs ſcientijs ex eius ignorantia errores procedant. Quod ſi vllo vſquam tempore accidit,hac ætate id euenire clara luce videmus:dum analogiam, vel indiſiunctionis,vel ordinis. vel conceptus præciſi vnitate, cum inæquali participatione conſtituunt: Ex dicendis nanque patebit opiniones huiuſmodi à veritatis,(quæ vltrò ſe offerebat)per abrupta deuiaſſe.

¶ Analogiæ igitur vocabulum proportionem ſeu proportionalitatem(vt à Græcis accepimus)in ꝓpoſito ſonat. Adeo tamen extenſum diſtinctumque eſt,vt multa nomina analoga abuſiuè dicamus: & multarum diſtinctionum adunatio ſi fieret, confuſionem pareret. Ne tamen rectum obliqui iudicio priuetur,& ſingularitas in loquendo accuſetur, vnica diuiſione trimembri omnia comprehendemus, & à minus propriè analogis ad vere analoga procedamus.

Triplex analogia.

¶ Ad tres ergo modos analogiæ analoga omnia reducuntur,ſcilicet ad analogiam inæqualitatis,& analogiam attributionis, & analogiam proportionalitatis. Quamuis ſecundum veram vocabuli proprietatem & vſum Ariſt. vltimus modus tantùm analogiam conſtituat: primus autem alienus ab analogia omnino ſit.

Analogia inæqualitatis.

¶ Analoga ſecundum inæqualitatem vocantur, quorum nomen eſt commune,& ratio ſecundum illud nomen eſt omnino eadem, inęqualiter tamẽ participata. Et loquimur de inæqualitate perfectionis: vt corpus nomen commune eſt corporibus inferioribus & ſuperioribus. Huiuſmodi aũt analoga Logicus vniuoca appellat, Philoſophus æquiuoca: eo quòd ille intentiones conſiderat nominum, iſte aũt naturas. vnde & in 10. Metaphy. tex. cõment. vltimo Ariſto. dicit ꝙ corruptibili & incorruptibili nihil eſt commune vniuocum, deſpiciens vnitatem rationis ſeu conceptus tantùm Et in 7. Phyſico. tex. commen. 13. dicitur iuxta genus latere æquiuocationes, quia huiuſmodi analogia cum vnitate conceptus non dicit vnam naturam ſimpliciter, ſed multas cõpatitur ſub ſe naturas ordinem inter ſe habentes, vt patet inter ſpecies cuiuſcunque generis ſpecialiſſimas,& ſubalternas magis. Omne enim genus analogum hoc modo appellari poteſt: licet non multũ conſueuerint niſi generaliſſima & his propinqua, ſic vocari: vt patet de quantitate & qualitate in prędicamentis,& corpore,&c. Hanc analogiam S. Th. in primo ſentent. diſtinct. 19. vocat analogiam ſecũdum eſſe tantùm, eo quòd analogata parificantur in ratione ſignificata per illud nomen commune, ſed non parificãtur in eſſe illius rationis. Perfectius ſiquidem eſſe habet in vno quàm in alio cuiuſcunque generis ratio, vt in Metaphyſica pluries patet. Non ſolum enim planta eſt nobilior minera, ſed corporeitas in planta eſt nobilior corporeitate in minera. & ſic de alijs. Perhibet quoque huic analogiæ teſtimonium Auerrois in commẽ. 2. 12. Metaphy. ſic dicens, cum vnitate generis ſtare prioritatem, & poſterioritatem eorum. quæ ſub genere ſunt. Hæc pro tanto analoga vocantur. quia conſiderata inæquali perfectione inferiorum. per prius, & poſterius ordine perfectionis de illis dicitur nomen illud commune. Et iam in vſum venit, vt quaſi ſynonime dicamus aliquid dici analogicè, & dici per prius & poſterius; Abuſio tamen vocabulorũ hæc eſt, quoniam dici per prius & poſterius, ſuperius eſt ad dici analogicè. In huiuſmodi autem analogis, quomodo inueniantur vnitas, abſtractio, prædicatio, comparatio, demonſtratio, & alia huiuſmodi, non oportet determinare: quoniam vniuoca ſunt ſecundum veritatem, & vniuocorum canones in eis ſeruandi ſunt.

CAPVT II.

Analogia attributionis quid ſit,& quibus modis fiat,& quæ eius conditiones.

Analogia attributionis quid.

ANalogia autem ſecundum attributionẽ ſunt, quorum nomen eſt commune: ratio autem ſecundum illud nomen eſt eadem ſecundum terminum,& diuerſa ſecundum habitudines ad illud. Vt, Sanum, commune nomen eſt medicinæ, & vrinæ, & animali, & ratio omnium inquantum ſana ſunt, ad vnum terminum, ſanitatem ſcilicet, diuerſas dicit habitudines. Si quis enim aſsignet quid eſt animal, inquantum ſanum, ſubiectum dicet ſanitatis: vrinam vero, inquantum ſanam, ſignum ſanitatis: medicinam autem, inquantum ſanam, cauſam ſanitatis proferet. Vbi clarè patet, rationem ſani eſſe nec omnino eandem, nec omnino diuerſam ſed eandem ſecundum quid,& diuerſam ſecundum quid: eſt enim diuerſitas habitudinum,& identitas termini illarum habitudinum.

¶ Quadrupliciter autem fieri poteſt huiuſmodi analogia ſecundum quatuor genera cauſarum, vocando pro nunc cauſam exemplarem, cauſam formalem. Contigit ſiquidem multa ad vnum finem, & ad vnum efficiens, & ad vnum exemplar, & ad vnum ſubiectum ſecundum aliquam vnam denominationem, attributionem diuerſimodè habere: vt patet ex exemplis ipſius Ariſto. Ad cauſam enim finalem pertinet exemplum de ſano in 3. Metaphyſi. text. comment. 2. ad efficientem verò exemplum de medicinali ibidem poſitum. ad materialem autem analogia entis ibidem ſubiuncta: ad exemplarem demum analogia boni poſita in primo Ethic. cap. 7. Attribuuntur autem analogiæ huic multæ conditiones, ordinatè ſe conſequentes: ſcilicet quòd analogia iſta ſit ſecundum denominationem extrinſecã tantùm: ita quòd primum analogatorum tantũ eſt tale formaliter, cætera autem talia denominantur extrinſecè. Sanum enim ipſum animal formaliter eſt: vrina verò & medicina, & alia huiuſmodi ſana denominantur non à ſanitate eis inhærente, ſed extrinſecè ab illa animalis ſanitate ſignificatiuè, vel cauſaliter, &c. Medicatiuum quoque à medicinali arte deriuatum, medicum formaliter denominat. Inſtrumenta verò, & quæcunque alia medicatiua dicuntur,

Primũ analogatorũ hac analogia oportet eſſe tale formaliter, cætera verò non niſi denominatione extrinſeca.

dicunt, extrinſeca denominatione ab illa arte dicũtur. Sola etiam ſubſtantia formaliter eſt ens, quaſi eſſet ſubiectum, & habens eſſe: cætera autem entia ideo dicuntur, quia illius entis menſuræ, diſpoſitiones, actiua, &c ſunt Boni quoque ratio in bono per eſſentiam ſaluata quo exemplariter cætera denominantur bona, in ſolo primo bono formaliter inuenitur, reliqua autem extrinſeca denominatione ſecundum illud bonum bona dicuntur. Sed diligenter aduertendum eſt, ꝙ hæc huiuſmodi analogiæ cõditio, ſ. ꝙ non fit ſecundum genus cauſæ formalis inhærentis, ſed ſemper ſecundum aliquid extrinſecum, eſt formaliter intelligenda, & nõ materialiter, id eſt, non eſt intelligendum per hoc ꝙ omne nomẽ quod eſt analogum per attributionem, eſt cõe analogatis ſic ꝙ primo tantum conueniat formaliter: cæteris autem extrinſeca denominatione, (vt de ſano & medicabili accidit) iſta enim vniuerſalis eſt falſa vt patet de ente & bono: nec haberi poteſt ex dictis, niſi materialiter intellectis. Sed eſt ex hoc intelligendum, ꝙ omne nomen analogum per attributionem vt ſic, vel inquantum ſic analogum cõe eſt analogatis ſic, ꝙ primo conueniat formaliter, reliquis autem extrinſeca denominatione. Hoc ſiquidem verũ eſt, & ex formali intellectu præcedentium maniſeſtè ſequitur. Ens enim quamuis formaliter conueniat oĩbus ſubſtantijs & accidentibus, &c. inquantum tamen entia omnia dicuntur ab ente ſubiectiuè vt ſic ſola ſubſtantia eſt ens formaliter: cætera autem entia dicuntur. quia entis paſſiones vel generationes, &c. ſunt licet entia formaliter alia ratione dici poſſint. Et ſimile eſt de bono. Licet enim omnia entia bona ſint bonitatibus ſibi formaliter inhærentibus inquantum tamen bona dicuntur bonitate prima effectiuè aut finaliter, aut exemplariter, omnia alia non niſi extrinſeca denominatione bona dicuntur illa tamen bonitate, qua Deus ipſe bonus formaliter in ſe eſt.

Analogũ eſt vnũ numero in oĩnib. analogatis poſitiuè, ſi ſumatur particulariter negatiuè, non, ſi ſumatur vniuerſaliter.

¶ Et ex hac conditione ſtatim infertur alia, ſ. ꝙ illud vnum ad, quod diuerſæ habitudines terminantur in huiuſmodi analogis, eſt vnum non ſolum rõne, ſed numero. Quod dupliciter intelligi poteſt, ſecũdum ꝙ analogata dupliciter ſumi poſſunt, ſ. vniuerſaliter, & particulariter. Si enim ſumũtur analogata particulariter, illud vnum neceſſariò eſt vnum numero verè & poſitiuè. Si aũt ſumãtur vniuerſaliter, illud vnum neceſſariò eſt vnum numero negatiuè, i. non numeratur in illis analogatis vt ſic, quamuis in ſe ſit vniuerſale quoddam & non vnum numero. Verbi gratia: ſi ſumantur hæc vrina ſana, hæc medicina ſana. & hoc animal ſanum: hæc omnia dicunẽ ſana ſanitate exiſtente in hoc animali, quam cõſtat vnam numero verè eſſe. Sortes enim dr̃ ſanus, quia hanc habet ſanitatem: medicina, quia illam fecit: vrina, quia tandem ſignificat, &c. Si verò ſumanẽ animal ſanum in cõi, & vrina ſana in cõi, & medicina ſana in cõi: ſic formaliter loquẽdo, ſanitas à qua huiuſmodi ſana dicuntur, non eſt vna numero in ſe: eo ꝙ cauſæ vniuerſales effectibus vniuerſalibus cõparandæ ſunt. Et ſimile eſt de ſignis, & inſtrumentis conſeruatiuis, & alijs huiuſmodi: ſed eſt vna numero in illis analogatis. Non enim numeratur ſanitas in animali, & vrina & diæta: quoniam non eſt alia ſanitas in vrina, & alia in diæta. & alia in animali. Et ſequitur conditio iſta ex præcedenti, quoniam commune ſecundum denominationem extrinſecã non numerat id, à quo denominatio ſumitur in denominatis ſicut vniuocum multiplicatur in ſuis vniuocatis: & propter hoc, dicitur vnum ratione tantùm, & non numero, in ſuis vniuocatis. Alia enim eſt animalitas hominis, & alia equi, & alia bouis animalis nomine adunatę in vna ratione.

Primũ analogũ ponitur in cæterorũ rationibus.

¶ Ex hac autem conditione infertur alia: ſ. ꝙ primum analogatum ponitur in ratione cæterorum ſecundum illud nomen analogum: quoniam cætera non ſuſcipiunt illud nomen niſi per attributionem ad primum: in quo formaliter ſaluatur eius ratio. Cadit ſiquidem in ratione medicinæ, & diætæ, & vrinæ &c. inquantum ſana ſunt animalis ſanitas: ſine qua intelligi cætera ſana non poſſunt, & ſimile eſt de alijs iudicium. Ex hoc autem ſequitur vlterius, ꝙ nomen ſic analogum vnum certum ſignificatũ cõe omnib. partialibus eius modis ſeu omnibus analogatis non habet. Et conſequenter ꝙ nec conceptũ obiectiuum, nec conceptum formalem abſtrahentẽ à conceptibus analogatorum habet: ſed ſola vox cum identitate termini diuerſimode reſpecti cois eſt. Ita ꝙ cùm in hac analogia ſint tria: vox ſcilicet, terminus reſpectus diuerſi ad illum, nomen analogũ, terminum quidem diſtinctè ſignificat (vt ſanum ſanitatem) reſpectus aũt diuerſos ita indeterminatè, & confusè importat, vt primum diſtinctè vel quaſi diſtinctè oſtendat, cæteros autem confusè, & per reductionem ad primum. Sanum enim reſpectus multos ad ſanitatem, puta habentis, ſignificãtis, cauſantis. &c. ſic in vna voce ſanitatem diſtinctè importante confundit: vt reſpectum primum, ſ. habentis ſeu ſubiecti diſtinctè ſignificet. Sanum enim abſolutè dicimus ſanitatem habentem, vt ſubiectum, cęteros autem reſpectus indeterminatè importat & per attributionem ad primum: vt patet ex dictis. Et propter hoc tria de huiuſmodi analogo dicuntur, ſ. ꝙ cõe eſt omnibus analogatis non ſecundùm vocem tantùm: & ꝙ ſimpliciter prolatum ſtat pro primo, & quod non eſt prius primo analogato, in quo tota ratio formaliter ſaluatur. Primum quidem peculiarius ſignificat, & ſupra omnia analogata ſuperius ſignificatum non habet.

¶ Diuiditur autem à S. Th. analogia hæc in analogiam duorum ad tertium: vt vrinæ & medicinæ ad animal ſanum, & in analogiam vnius ad alterum, vt vrinæ vel medicinæ ad animal ſanum. Nec habet diuiſio iſta alia membra à ſupradictis: quoniã hoc circuit analogiam ſm omnia genera cauſarũ: ſed ad hoc facta eſt, vt oſtendatur differenter ſuſcipi nomen analogum, quando ponitur primum analogatũ ex vna parte, & cętera ex alia parte, & qñ ſecũdorũ analogorũ vnum hinc & alterũ inde ponitur, ſm quodcunq; genus cauſæ analogia fiat. Primo enim & cæteris ſic cõe eſt analogum, vt nihil eis prius ponat aut ſignificet, & propterea vocatur analogia vnius ad alterum, ponendo omnia alia à primo loco vnius. Secundis autem analogatis ſic cõe eſt nomen analogum, vt aliquid omnibus eis prius ponat: primum, ſ. ad quod omnia ſecũda attribuuntur. Et vocatur analogia duorum ad tertium, vel multorũ ad vnum, quia nõ inter ſe eſt attributio, ſed ad primũ. Appellantur aũt analoga ſecundum attributionẽ à Logico æquiuoca: vt in principio Prædicamentorũ patet: vbi animal æquiuocũ dr̃ ad animal verum & pictum. Animal enim pictũ non purè æquiuocè, ſed per attributionẽ ad animal verũ animal dr̃, & in rõne eius inquantũ animal manifeſtè patet verum animal accipi. Quærenti enim, quid animal pictum in eo ꝙ animal? reſpondebitur, Imago animalis veri. A philoſophis verò Græcis, nomina ex vno, vel ad vnũ, aut in vno & media inter æquiuoca & vniuoca dicuntur: vt pluries in metaphyſica patet, & expreſſè in 1. Eth. huiuſmodi noĩa ꝙ analoga diſtinguunẽ, vt infra amplius dicetur. A Latinis autem vocantur analoga vel æquiuoca à conſilio. Hanc analogiã S. To. in primo ſent. diſt. 19. vocat analogiam ſecundum

intentio-

intentionem, & non ſecundum eſſe, eo ꝙ nomē analogum non ſit hic cōe ſecundum eſſe, i. formaliter: ſed ſecundum intentionem, i. ſecundum denominationem: vt enim ex dictis patet in hac analogia nomen cōe non ſaluatur formaliter niſi in primo, de cæteris autem extrinſeca denominatione dr̄. Hæc ideo analoga apud Latinos dicuntur, quia proportiones diuerſas ad vnum dicunt extenſo proportionis nomine ad omnem habitudinem: abuſiua tamen loquutio hæc eſt quamuis longè minor, q̄ prima. Quomodo autem de hmôi analogis ſit ſcientia & contradictiones, & demōſtrationes, & conſequētiæ & alia hmôi de eis fiant, ex dictis & Ariſtotelis conſuetudine patet. Oportet enim ſignificationes diuerſas prius diſtinguere (propter quod ambigua apud Arabes hæc dicuntur) & deinde à primo ad alia procedere: ſicut à centro ad circunferentiā diuerſis proceditur vijs.

CAPVT III.

Analogia proportionalitatis quid & quotuplex ſit, & quomodo propriè analogia dicatur.

EX abuſinè igitur analogis ad propriè analoga aſcendendo, dicimus analoga ſecundum proportionalitatem dici, quorū nomen eſt cōe, & ratio ſecundum illud nomē eſt proportionaliter eadem. Vel ſic, Analoga ſecundum proportionalitatem dicuntur, quorum nomē cōe eſt, & ratio ſecundum illud nomen eſt ſimilis ſecundum proportionem: vt videre corporali viſione & videre intellectualiter, cōi nomine vocantur videre: quia ſic intelligere rem animæ offert, vt videre corpori animato. Quamuis autem proportio vocetur certa habitudo vnius quātitatis ad aliam (ſecundum, quod dicimus quatuor duplam proportionem habere ad duo) & proportionalitas dicatˀ ſimilitudo duarum proportionum: ſecūdum quod dicimus ita ſe habere octo ad quatuor, quemadmodum ſex ad tria, vtrobique enim dupla proportio eſt &c. Tranſtulerunt tamen Philoſophi proportionis nomen ad omnem habitudinem conformitatis commenſurationis capacitatis, & cætera. Et conſequenter proportionalitatem extenderunt ad omnē ſimilitudinem habitudinum. Et ſic in propoſito vocabulis iſtis vtimur.

¶ Fit autem duobus modis analogia hæc, ſ. metaphoricè & propriè. Metaphoricè quidem, quando nomen illud cōe abſolutè vnam habet rationē formalem, quæ in vno, analogatorum ſaluatur, & per metaphoram de alio dicitur, vt ridere vnam ſecundum ſe rationem habet, analogum tamen metaphoricè eſt vero riſui. & prato florenti, aut fortunæ ſucceſſui. ſic enim ſignificamus hæc ſe habere, quēadmodum homo ridēs. Et huiuſmodi analogia ſacra Scriptura plena eſt, de Deo metaphoricè notitiam tradens. Propriè verò fit quando nomen illud cōe in vtroque analogatorum abſque metaphoris dicitur, vt principium in corde reſpectu animalis, & in fundamento reſpectu domus ſaluatur. Quod vt Auerrois in comm. 7. primi Ethic. ait, proportionaliter de eis dicitur.

Analogia hęc cæteris omnibus antecellit.

¶ Præponitur autem analogia hæc cæteris antedictis dignitate & nomine. Dignitate quidem: quia hæc fit ſecundum genus cauſæ formalis inhærentis quoniam prædicat ea, quæ ſingulis inhærent. Altera verò ſecundum extrinſecam denominationem fit. Nomine aūt: quoniā analoga nomina apud Græcos (à quibus analogiæ vocabulum habemus) hæc tantùm dicuntur, vt ex Ariſt. etiam colligitur, qui in Metaphyſica, nomina quæ dicimus analoga per attributionē, ex vno, vel ad vnum, vel in vno vocat, vt patet in principio 4. & in 7. tex. cōm. 15. In quinto autem Metaphyſic. c. de vno in tex. 12. diffiniens vnum ſecundum analogiā, vt ſynonymis vtitur, vnū analogia & vnū proportione: & diffinit eſſe ea, quę cunque ſe habent vt aliud ad aliud, apertè inſinuās illam eſſe propriè analogorū diffinitionem, quam diximus. Quod tamen clarius in Arabica hr̄ trāſlatione, dicente, Illa quæ ſunt vnum ſecundū æqualitatem, ſ. proportionalem, ſunt quorum proportio eſt vna, ſicut proportio alicuius rei ad aliā rem. vbi Auer. exponens ait. Et illa dicuntur vnum, quę ſunt vnum ſecundum proportionalitatem: ſicut dr̄, ꝙ proportio rectoris ad ciuitatem, & gubernatoris ad nauem, eſt vna. In ſecundo quoq; Poſte. c. 11. huiuſmodi nomina proportionalia analoga vocat. Et quod plus eſt in primo Eth. c. 7. diſtinguit ſupradicta * nomina ad vnū aut ex vno, cōtra analoga. dū loquens de cōitate boni ad ea quæ bona dicuntur, ait. Non aſſimilatur à caſu æquiuocis, ſed certè ei, quod eſt ab vno eſſe, vel ad vnum nomina contendere, vel magis ſecundum analogiā. Et ſubdens exēplum analogiæ dicit: Sicut enim in corpore viſus, in anima intellectus. In quib. verbis diligenti lectori non ſolùm nomen analogiæ hoc, quod diximus, ſonare docuit, ſed præferendā eſſe in prædicationibus metaphyſicis hanc inſinuauit analogiā in ly magis: vt S. Th. ibidem propter ſupradictam rōnē optimè exponit. Scimus ſiquidem ſecundum hanc analogiam, rerum intrinſecas entitates bonitates, veritates, &c. quod ex priori analogia non ſcitur. Vnde ſine hmôi analogiæ notitia metaphyſicales proceſſus abſque arte diſcuntur. Acciditque hmôi ignorantibus, quod antiquis neſcientibus logicā vt in . Elenchorum dr̄. Nec fuit fortè ab Ari. tempore tam periculoſus caſus iſte, ſicut modò apud nos eſt: q̄m blaſphemare ferè vr̄, qui metaphyſicales terminos analogos dicens ſecundum proportionalitatem cōes exponit. Cum tamen Auer. dicat ſuper prædicto tex. Et dignius his tribus modis eſt, vt ſit nomen boni dictum de eis ſecundum viam, quæ dr̄ de proportionalib. Vocatur quoq; à S. Tho. in 1. Sent. diſt. 19. analogia hæc, analogia ſecundum eē, & ſecundum intentionem, eo ꝙ analogata iſta nec in ratione cōis, nec in eſſe illius rōnis parificantur, & tamen tam in rōne illius nominis, quàm in eſſe eiuſdem * proportionaliter conueniunt. Sed quoniam vt dictum eſt, obſcura & neceſſaria valde res hæc ē, accuratè diſtinctèque dilucidanda eſt per plura capitula.

* Alias nomina.

* Alias, proportionaliter.

CAPVT IIII.

Quomodo analogum nomen ab analogatis diſtinguatur.

QVoniam autem analogia media eſt inter æquiuocationem puram & vniuocationem, ex extremis medij natura declaranda eſt. Et quia in nominibus tria inueniuntur, ſ. vox, conceptus in anima, & res extra ſeu conceptus obiectiuus, ideo ſingula perluſtrando, dicendum eſt, quomodo analogum ab analogatis diſtinguitur. Et à rebus incipiendo (quia priores cōceptib. & nominib. ſunt) dicimus, ꝙ nomine æquiuoco diuerſæ res ſignificantur, ꝙ vt ſic non niſi voce adunantur. Vniuoco verò diuerſæ res ita ſignificantur, ꝙ vt ſic ad rem in ſe ſimpliciter, vnam ab-

qualitatis quidditate non abſtrahens, cæterorum verò (puta quantitatis & ſubſtantiæ) imperfectè tãtum eſt repræſentatiuus, inquantum eis ſimilis proportionabiliter eſt.

CAPVT V.

Qualis ſit abſtractio analogi ab analogatis.

OPortet autem ex præmiſſis oſtendere, qualiter analogum abſtrahat ab his, quibus commune ſecundum analogiam dicitur: puta, qualiter ens abſtrahit à ſubſtantia, & quantitate. Inſurgit ſiquidem difficultas quædã ĩ re hac, & ex pte rerũ, & ex parte cõceptus. Ex pte ſiquidem rerum, quia vr analogi nõis res ſignificata, eodem abſtrahibilis & abſtracta modo, quo res vniuoco nomine ſignificata. Quoniam cùm (vt in 5. Meta. dicitur) vnum in qualitate faciat ſimile, nulla apparet ratio, cur à quibuſdam ſimilibus ſit vna res abſtrahibilis, & à quibuſdam non: licet euidens ratiũ ſit, cur ab his ſimilibus puta Sorte & Platone abſtrahibilis ſit res magis vna, & ab illis, puta homine, & lapide, minus vna. Vnde ſi ſubſtãtia & quãtitas aſſimilantur in hoc, ꝙ vtraque eſt ens, & conſequenter in eis eſt aliquid vnum quod eſt fundamentum illius ſimilitudinis, quid vetat ab eis abſtrahi rem vnam vtrique communem? Ex parte verò conceptus quia vr eodem modo conceptus analogi abſtrahere ab analogatis ſicut vniuocum ab vniuocatis, eo ꝙ analogum nomen importat in cõfuſo ſingulas proportiones analogatorum, & diſtinctè non ſignificat niſi proportionem in communi. verbi gratia, ens non ſignificat habens ſe ad eſſe ſic vel ſic, puta vt ſubſtantia, aut vt q̃titas, ſed ſi proportionale nomen eſt, ſignificare videtur habens ſe ad eſſe ſecundum aliquam proportionem, quæcunque ſit illa. Hoc autem conſtat eſſe æquè abſtractũ a ſubſtantia, & à quantitate, & conſequenter per modum vniuoci in analogis abſtractio conceptus apparet.

¶ Vt autem euidens fiat huius ambiguitatis determinatio, ſciendum eſt, ꝙ licet abſtrahere diuerſa ſignificet. cum dicimus intellectum abſtrahere animal ab homine & equo: & cum dicimus animal abſtrahere ab homine & equo, eo quòd tunc ſignificat ipſam intellectus operationem attingentem in eis vnum & non alia, nunc verò ſignificat extrinſecam denominationem ab illa intellectus operatione, qua res cognita abſtracta denominatur. In vnũ tamen & idem ſemper tendit, quoniam ſemper ſonat intelligi vnum, non intellecto altero. Ideoque nihil aliud eſt agere de abſtractione analogi ab analogatis quàm inquirere & determinare, quomodo res ſignificata analogo nomine intelligi poſſit, non cointellectis analogatis: & quomodo conceptus illius habeatur abſque cõceptibus iſtorum. cùm igitur ex ſupradictis, & ex ipſo analogiæ vocabulo pateat, ꝙ analogo nomine non ſimpliciter vna res, ſed res proportione vna ſignificatur, talis autem idem eſt quod res diuerſæ, vt ſimiles proportionaliter, facilè deduci poteſt, quòd res analoga poteſt quidẽ intelligi non cointellectis analogatis. & conſequenter abſtrahere ab eis. Sed non ſicut in vniuocis res vna (puta natura ſenſitiua, ſeu animal intelligitur non cointellectis omnino natura humana, & equina, vt ſic) ſed ſicut duæ res vt proportionaliter ſimiles intelliguntur, non cointellectis ipſiſmet duabus rebus ſecundum ſuas proprias naturas abſolutè. Ita, ꝙ analogi abſtractio nõ conſiſtit in cognitione vnius & non in cognitione alterius: ſed in vnius & eiuſdem intellectione ut ſic, & non in intellectione abſolutè. verbi gratia, entis abſtractio non conſiſtit in hoc, quòd entitas apprehenditur, & ſubſtantia aut quantitas non: ſed in hoc quòd ſubſtantia, aut quantitas apprehenditur, ut ſic ſe habet ad proprium eſſe: ſecundum hoc enim ſimilitudo proportionaliter attenditur: & non apprehenditur ſubſtantia, aut quantitas abſolutè. Et ſimile eſt de aliis rebus analogis, quales ſunt ferè omnes Metaphyſicales. Vnde concedi poteſt, rem analogam abſtrahere, & non abſtrahere ab analogatis diuerſimodè. Abſtrahere quidem, pro quanto abſtrahit ab eis, quemadmodum res vt ſic, id eſt, res ſimilis alteri proportionaliter abſtrahit à ſe abſolutè, ſumpta. Non abſtrahere verò, pro quanto res ut ſic accepta ſeipſam neceſſariò includit, & abſque ſeipſa intelligi non poteſt. Quod de vniuocis dici non poteſt: quia res vniuoca, abſque aliis, quibus eſt vniuocè communis, intelligitur, ſic quòd eas in ſuo intellectu nullo modo actualiter includit: vt patet.

Obiectioni autem ad oppoſitum adductæ ex analogæ ſimilitudinis natura, facilè ſatisfit, dicendo, quod cùm unum multipliciter dicatur, non oportet omnem ſimilitudinem attendi ſecundum unum ſimpliciter, ſed quandoque ſufficit, quòd vnum ſecundum proportionem faciat ſimile. Vnum autem proportionaliter non eſt ſimpliciter vnum, ſed multa ſimilia ſecundum proportiones, à quibus ideo non poteſt abſtrahi res vna ſimpliciter: quia ſimilitudo ipſa proportionalis tantùm eſt, & fundamentum non eſt unum niſi proportionaliter. De ratione ſiquidem vnius proportionaliter, eſt habere quatuor terminos: vt in quinto Ethico. dicitur. Quoniam proportionalitas, qua ſimilitudo proportionum fit, inter quatuor ad minus (quæ duarum proportionum extrema ſunt) neceſſariò eſt, & conſequenter unum proportione non vnificatur ſimpliciter, ſed diſtinctionem retinens, vnum pro tanto eſt, & dicitur, pro quanto proportionibus diſſimilibus diuiſum non eſt. Vnde ſicut non eſt alia ratio quare unum proportionaliter non eſt unum abſolutè, niſi quia iſta eſt eius ratio formalis: ita non eſt quærenda alia ratio, cur à ſimilibus proportionaliter non poteſt abſtrahi res una, hoc enim ideo eſt, quia ſimilitudo proportionalis talem in ſua ratione diuerſitatem claudit. Et accidit ulterius procedentibus, vt quærant id, quod ſub quæſtione non cadit, ut quare homo eſt animal rationale, &cæt.

Vnũ proportione, nõ vnum ſimpliciter oportet eſſe ſimilis.

¶ De abſtractione quoque conceptus eodem dicendum eſt modo, abſtrahit enim conceptus analogi nominis non ſicut vnum ſimpliciter, ſed ſicut vnum proportione: ſeu ſimile ſecundum proportiones à multis abſolutè. Sed quia obiiciendo tangitur de abſtractione conceptus analogi à ſpecialibus conceptibus illius analogiæ, & abuſiuè analogata ibidem vocantur partiales analogi rationes, ideo diligenter cauendum eſt, ne apparentia in obiectione iacta in illum errorem ducat, qui ibi tangitur. Sciendum ſiquidem eſt, quòd licet in analogis ſecundum attributionem in hoc omnia analogata conueniunt, quòd eandem formam omnino reſpiciunt: ita ꝙ non ſolùm cõueniunt in uno termino, ſed in hoc, quod eſt reſpicere illum. Erroneum tamen eſt, analogo per attributionem conceptum unum reſpectus in communi ad illum terminum per abſtractionem à tali & tali reſpectu attribuere: verbi gratia, Animal inquantum ſanum, urina inquantum ſana, & medicina inquantum ſana licet conueniant, & in ſanitate tãquam termino, cuius animal eſt ſubiectum, urina

Cõceptus nominis analogiæ abſtrahit non ſicut vnum ſimpliciter, ſed ſicut vnum proportione.

ſignum,

ſignum, & medicina cauſa, & conueniant, in hoc, quod reſpiciant ſanitatem: quodlibet enim eorum ſanitatem reſpicit, licet diuerſimodè. Ab his tamẽ ſpecialibus reſpectibus non abſtrahitur reſpectus in cõmuni ad ſanitatem, importatus ſani nomine: in cuius reſpectu omnes ſpeciales reſpectus ad ſanitatẽ, confusè & in potentia claudantur. Falſum enim eſt quòd ſanum ſignificet hoc quod dico, reſpiciens, vel aliqualiter ſe habens ad ſanitatem. Tum quia ſic Sani nomen vniuocum verè eſſet ad vrinam, & animal, &c. vt patet ex vniuocorum diffinitione. Tum quia hoc eſt contra intentionem dicentium, vrinam aut diætam ſanam. Percunctantibus ſiquidem, quid eſt vrina inquantum ſana, non reſpondetur, reſpiciens ſanitatem: ſed omnes reſpectum illum ſpecificant, reſpondentes ſignum ſanitatis, & ſimiliter de diæta reſpondetur, quòd eſt conſeruatiua ſanitatis, &c. Tum quia contra omnes & Philoſophos & logicos hucuſque à me viſos hoc eſt. Sicut autem in prædictis analogis prædictus cauendus eſt error: ita in analogis ſecundum proportionem (quæ ſola ſimpliciter analoga ſunt) ſimilis cauendus eſt error, ex ſimili cauſa apparentiæ firmitatem trahens. Quia enim analogata conueniunt in hoc, quòd vnumquodque eorum commenſuratum ſeu proportionatum eſt, licet diuerſimodè, credi poteſt, quòd ab his ſpecialibus proportionibus abſtrahatur proportionatum in communi, & nomine analogo ſignificetur. Ac per hoc analogum habeat conceptum unum, in quo confusè & in potentia claudantur omnes ſpeciales proportiones analogatorum: verbi gratia, vt quia ſubſtantia proportionata eſt ſuo eſſe, & ſimiliter quantitas & qualitas, licet diuerſimodè: ideo ſubſtantia, quantitate & qualitate & cæt. diuerſimodè proportionatis ſuis eſſe, abſtrahatur res, ſiue quidditas proportionem habens ad eſſe: qualiſcunque ſit illa proportio & hoc ſit entis primarium ſignificatum, in quo omnes ſpeciales proportiones ſubſtantię, quantitatis, & qualitatis, &c. ad ſua eſſe confusè claudantur, & in potentia.

¶ Sed hoc falſiſſimum eſt. Tum quia hoc quod dicitur, ſcilicet res proportionata ad hoc quòd ſit, non eſt res vna ſimpliciter etiam in eſſe obiectiuo, niſi chimericè. Tum quia proportionalia nomina vniuoca eſſent (vt ex vniuocorum diffinitione patet) & conſequenter periret proportionalitatis ratio, quæ extrema vnum ſimpliciter eſſe non compatitur, & ſic eſſent proportionalia & non proportionalia, quod intellectus capere non poteſt. Tũ quia contra Ariſt. Authoritatem in ſecundo poſt inferiùs adducendam, & adductam ex primo Ethic. & S. Thom. & Auer. & Albert. expreſsè eſt. Vnde confuſio, qua analogum tam ſecundum attributionem, quàm ſecundum proportionem importat ſpeciales habitudines aut proportiones, non eſt confuſio plurium conceptuum in vno communi conceptu: ſed eſt confuſio ſignificationum in vna voce, licet difformiter. Quoniam in analogia Attributionis vox analoga primum diſtinctè ſignificat, cætera autem confuſè. In analogia verò proportionis, nomẽ analogum ad omnes ſuas ſignificationes indiſtinctè ſe habere permittitur.

¶ Cautum tamen & attentum oportet hic eſſe, quia cum analogi rationes dupliciter ſumi poſſint, ſcilicet ſecundum ſe, & vt eadem, & ipſę vt eadem propter identitatis proportionalis naturam non abſtrahant à ſeipſis: & tamen aliquid conuenit eis rõne identitatis, ſeu inquantum eadem ſunt, quod non conuenit eis rõne diuerſitatis, vt patet de cõibus eis) vt quod duo incompoſſibilia ſecundum apparentiam, analogi rõnib. conueniant, ſ. quod ipſæ vt eadem non abſtrahant a ſeipſis, & quod ipſę vt eadem aliquid cauſent, & habeant, quod non vt diuerſę, reduplicariq; poſſint vt eadem, non reduplicatẽs, vt diuerſæ ſunt. Hæc enim nõ ſolum compaſſibiliter, ſed neceſſariò ſimul ſibi vendicat identitas proportionalis: quoniã & extrema vniri omnino non patiẽs, ab eis omnino abſtrahi non permittit: & extrema aliqualiter indiuiſa & eadem ponens, vt eadem ea conſiderabilia & reduplicabilia exigit. Sicq; fit, vt ẽn analogo ſecundum identitatẽ in ſe clauſam, ad diuerſitatem rõnum in ſe quoq; clauſam comparato, abſtractio quædã (quæ non tam abſtractio, quã quidã abſtractionis modus eſt) inueniatur: propter quod non ſolũ ab analogatis (puta ſubſtantia & quantitate) analogum, puta ens, abſtrahere dr̃: vt ſupra diximus. Sed ab ipſis eius rationibus, ſeu à diuerſitate ipſarum rõnum eius, puta rõnis entis in ſubſtãtia & rõnis entis in quantitate. Non quia quandã rõnem eis eandem dicat: quia hoc eſt fatuũ, nec quia illæ rõnes omnino ſint eædẽ, aut eas omnino vniat, quia ſic nõ eſſet analogum, ſed vniuocum: ſed quia eas proportionaliter adunans, & vt eaſdẽ proportionaliter ſignificans, vt eaſdẽ conſiderandas offert annexa inſeparabiliter diuerſitate quaſi ſecluſa, & identitate proportionali vnit, & confundit quodãmodo diuerſitatem rõnum. Sicq; non ſola ſignificationum in voce confuſio, analogo conuenit ſed cõfuſio quædã conceptuum, ſeu rõnum fit in identate eorum proportionali, ſic tamen vt nõ tã conceptus, quàm eorum diuerſitas confundatur. Et quonia analogum talem identitatem præcipuè importat, & tali confuſione frequenter vtimur, analoga nomina ab omni rõnum eius diuerſitate abſtrahere dicentes (dum cõfuſe pro omnib. ſupponere ipſum pluries exponimus) ideo non mediocri opus eſt vigilantia ne in vniuocationem labi contingat. Abſtrahit igitur analogum à ſuis analogatis (puta ens à ſubſtãtia & quantitate) ſicut vnum proportione à multis ſeu ſicut ſimilia proportionaliter a ſeipſis abſolutè tam quo ad conceptum obiectiuum, quam mentalem, ſiue ſit ſermo de abſtractione totali, ſiue de formali. Hæ enim abſtractiones non differunt in eodem, niſi ſecundum præciſionem et non præciſionem, vt alibi declarauimus. Vnde nihil aliud eſt dicere ens abſtractum à naturis prædicamentorum abſtractione formali, quã dicere naturas prædicamentales proportionales ad ſua eſſe vt ſic præciſè: à ſpecialibus autem, ſeu ſingulis analogiæ rõnibus a extremis, non tertio conceptu ſimplici, ſed voce cõmuni et identitate proportionali earundem, quodammodo abſtrahit.

CAPVT VI.

Qualis ſit prædicatio analogi de ſuis analogatis.

VIdebitur autem fortè alicui ex his, quòd prædicatio analogi de ſuis analogatis (puta entis de ſubſtantia, et quantitate, aut formæ de anima et albedine, et cætera) ſit ſicut prædicatio æquiuoci de ſuis æquiuocatis, ita quòd non ſit prædicatio ſuperioris de inferioribus, nec communioris de minùs communi, niſi ſola voce, ſed eiuſdem de ſeipſo. Non eſt. n. analogo res vna ſignificata, quæ in vtroque analogatorum ſaluetur, abſque hoc autem prædicatio communioris aut ſuperioris non inuenitur ſecundum intrinſecam denominationem, ſeu exiſtentiã.

Sic enim analogum ſecundum proportionalitatem commune eſſe dictum eſt. Fouere quoque poteſt non parum opinionem hanc proceſſus iuxta primũ Topicor. Aut ſcilicet analogum eſt prædicatum conuertibile, aut inconuertibile ſecluſa vocis communitate. Et cum conſtet non eſſe inconuertibila (quoniam ſubſtantia vt ſic ſe habens ad ſuum eſſe, quod ens de ſubſtantia dictum prædicat, conuertitur cum ſubſtantia: & ſimiliter quantitas ſic commenſurata ſuo eſſe, cum quantitate conuertitur, & ſic de aliis) conſequens eſt, quòd analogum tanquam ſuperius, de analogatis prædicari non poſſit. Superioris enim intentionem ſuſcipere non poteſt, quòd conuertibile eſſe comprobatur. Et quoniam ſecundum veritatem analogum ut ſuperius prædicatur de analogatis, & non ſola uoce commune eſt eis, ſed conceptu vnico proportionaliter, cuius vnitas ad hoc, quòd prædicatum aliquod ſuperioris rationem habeat, ſufficit: quia ſuperius nihil aliud ſonat, quàm vnum prædicatum ad plura ſe extendens; vnum autem non per accidens, aut congregatione (ſicut aceruus lapidum) ſed per ſe, conſtat eſſe etiam vnum proportione: ideo ad huius veritatis claritatem ex extremis procedendo, ſciendum eſt, quòd quia analogum medium eſt inter uniuocum & purè æquiuocum, conſequens eſt, quòd analogum idem aliquo modo, & non idem aliquo modo de ſuis prædicet analogatis. Et quia prædicat aliquid abſtrahens aliquo modo à ſuis analogatis (ut ex præmiſſo patet cap.) conſequens eſt, quòd comparetur ad ſua analogata ut maius ad minora, ſeu ſuperius ad inferiora: licet non omnino unum ſecundum rationem ſit, quod eis imponit. Quod vt clariùs pateat, figuraliter declaratur ſic: Tam in æquiuocis quàm vniuocis & analogatis, quatuor inueniuntur, ſcilicet duæ res ad minus, æquiuocatæ, vniuocatæ, aut analogatæ: & duæ res, ſeu rerum rationes æquiuocationem, vniuocationem, aut analogiam fundantes. verbi gratia, In æquiuocatione canis inueniuntur hæc quatuor, canis marinus, & canis terreſtris, & ratio illius, & ratio iſtius ſecundum nomen canis. In uniuocatione quoque animalis inueniuntur quatuor, ſcilicet homo & bos, & natura ſenſitiua hominis & natura ſenſitiua bouiſque animalis uniuocationem fundant. In analogia ſimiliter entis quatuor ſunt, ſcilicet ſubſtantia & quantitas, & ſubſtantia inquantum commenſurata ſuo eſſe, & quantitas ſecundum quòd ſuo eſſe proportionatur. Et licet prima duo, ſcilicet æquiuocata & uniuocata, & analogata eodem modo, quantum ad propoſitum ſpectat, in omnibus his diſtinguantur, quia vbilibet ex oppoſito condiſtincta ſunt: altera tamen duo vniuocationem, æquiuocationem & analogiam fundantia, diuerſimodè vnita aut diſtincta ſunt. In æquiuocis nanque rationes illæ, puta canis marini & terreſtris, ſunt omnino diuerſæ ſecundum rationem: & propter hoc id quod prædicat canis de marino cane, nullo modo prædicat de terreſtri, & èconuerſo: & ideo ſola uoce communius aut maius æquiuocatis dicitur, & eſt. In uniuocis verò res illæ (puta animalitas in boue, & animalitas in leone) licet numero & ſpecie, diuerſæ ſint, ratione tamen omnino eædem ſunt: ratio enim vnius eſt omnino eadem quod ratio alterius, & èconuerſo: & propter hoc id quod prædicat animal de homine, idem omnino prædicat de boue, & uniuocum dicitur, & ſuperius homine & boue.

¶ In analogis autem res analogiam fundantes (puta quantitas ut ſic ſe habens ad eſſe, & ſubſtantia ut ſic ſe habens ad eſſe) licet diuerſæ ſint & numero, & ſpecie, & genere, ratione tamen eædem ſunt non omnino, ſed proportionaliter: quoniam unius ratio proportionaliter eadem eſt alteri. Et propter hoc, id quod prædicat analogum, puta ens de quantitate, illudmet proportionaliter prædicat de ſubſtantia, & èconuerſo. Eſt enim illudmet proportionaliter id, quod in ſubſtantia ponit, & èconuerſo: & propter hoc analogum (puta ens) non ſola voce communius, maius aut ſuperius analogatis eſt, ſed cóceptu (ut dictum eſt) proportionaliter uno. Ita quòd analogum & uniuocũ conueniunt in hoc: quòd utrumque communioris & ſuperioris rationem habet. Differunt autem in hoc, quòd illud eſt ſuperius analogicè ſeu proportionaliter, hoc verò vniuocè. Et meritò: quia fundamentum ſuperioritatis vtrobique ſaluatur, uniuocationis autem non. Fundatur enim ſuperioritas ſuper identitate rationis rei ſignificatæ, id eſt ſuper hoc quòd res ſignificata inuenitur non in hoc tantùm, ſed illamet non numero, ſed ratione, inuenitur in alio. Vniuocatio autem ſuper modo identitatis omnimodè, ſcilicet identitate rationis rei ſignificatæ, id eſt ſuper hoc, quòd ratio rei ſignificatæ in illo, & in iſto eſt eadem omnino. Quamuis enim in analogis hic identitatis modus non inueniatur, quem in uniuocis inueniri pluries dictum eſt; identitas tamen ipſa rationis * rationum inuenitur, eſt nanque identitas proportionalis, identitas quædam. Et ideo non minus analogum (puta ens) eſt prædicatum ſuperius, quàm uniuocum, puta animal, ſed alio modo: analogum enim eſt ſuperius proportionaliter: quia fundatur ſupra identitatem proportionalis rationis rei ſignificatæ, uniuocum autem præciſè & ſimpliciter: quia ſemper omnimoda identitate rationis rei ſignificatæ eius ſuperioritas fundatur. Propter quod S. Tho. ſuperioritatis fundamentum aſpiciens in quinto Metaph. dicit, quòd ens eſt ſuperius ad omnia, ſicut animal ad hominem & bouem.

*Aliàs identitas tamen rationum, &c.

¶ Vnde obiectiones ad oppoſitum adductæ, in hoc peccant, ꝙ inter identitatem & modum identitatis non diſtinguunt. Fatendum eſt enim, quòd ad hoc, quòd aliquis terminus denominetur ſuperior, aut communior, oportet ut rem unam & eandem in vtroque ponat: ſed ſophiſma conſequentis committitur inferendo ex hoc, ergo oportet ꝙ dicat rem unã & eandem omnino. Et eſt ſemper ſermo de identitate ſecundum rationem, ſeu diffinitionem. Identitas enim & unitas continent ſub ſe non ſolùm unitatem & identitatem omnimodam, ſed proportionalẽ, quæ in analogi nominis ratione ſaluantur. Negandum eſt igitur ꝙ in analogis non prædicatur idẽ de uno & alio analogato: quoniam unum & idem proportionaliter de omnibus analogatis dicitur, & propterea inter prædicata non conuertibilia numerandum eſt. Quantitas enim licet adæquet ens de quantitate verificatum ſecundum rationem omnino eandem, non tamen ſecundum rationem illam proportionaliter: quoniam entis ratio non aliá proportionaliter ad ſubſtantiam & qualitatem ſe extendit. Verùm quia analogum ſonat identitatem proportionalem, ideo huiuſmodi rationibus formaliter reſpondendo, nullo pacto concedendum eſt analogum conuerti cum aliquo analogato. Ad materiam tamen deſcendendo, poteſt intrepidè dici, quòd quia analogum rationem unam proportionaliter tantùm prædicat, & unum proportionaliter plura eſſe proportionibus ſimilia manifeſtum eſt, dupliciter poteſt ſecundum ſingulas rationes ad analogata comparari. Vno modo abſolutè: & ſic ſecundum

ſingulas rationes cum ſingulis analogatis conuertitur, quia nulla omnino una analogi ratio in duobus analogatis inuenitur. Alio modo ſecundũ identitatẽ proportionalem, quam habet una cum altera: & ſic cum nullo analogato conuertitur: quoniam omnes analogi rationes indiuiſæ ſunt proportionaliter, & vna eſt altera proportionaliter. Et quia, ut dictum eſt, analogum hanc ſinat identitatem, ideo formaliter & ſimpliciter loquendo, analogum inconuertibile & communius prædicatum concedendum eſt eſſe. Non tamen genus, aut ſpecies, aut proprium, aut diffinitio, aut differentia, aut accidens uniuerſaliter eſt. Nec propterea diminutus Ariſt. aut Porphy. fuit: quoniam prædicabile, quod ſimpliciter vnum eſt, docebant, ac per hoc inter æquiuoca analoga connumerauerunt.

¶ Ex prædictis autem manifeſtè patet, quòd analogum non conceptum diſiunctum, nec vnum præciſum inæqualiter participatum, nec unum ordine, ſed conceptum vnum proportione dicit & prædicat. De ordine tamen in analogis incluſo infrà tractabitur. Vnde cùm dicitur de homine, aut albedine, aut quocunque alio quod eſt ens, nõ eſt ſenſus, quòd ſit ſubſtantia, vel accidens: ſed ſic ſe habens ad eſſe. Vtor autem 'y, ſic, quoniam de propriis nominibus proportionum ad eſſe in actu exercito eas importantibus, diſputare nolo ad præſens: quoniam Metaphyſici negotii opus hoc eſt, & exemplariter hic de ente loquimur. Simile ſiquidem eſt de actu, potentia, forma, materia, principio, cauſa, & aliis huiuſmodi indicium.

CAPVT VII.

Qualis analogatorum ſecundum analogi nomen diffinitio.

APPARERE Quoque poterit alicui, quòd in ratione unius analogati, (puta qualitatis) ſecundum analogi, puta entis, nomen alterius analogati, puta ſubſtantiæ, uel quantitatis ratio ſecundum idem analogi nomen cadere debeat ſicut in analogia attributionis contingere dictum eſt. Fundamentum autem inde apparentia hæc ſumit: quia ratio unius analogati, ut eadem proportionaliter eſt alteri, abſque illa altera exprimi complete nequit. Dictum eſt autem, ꝙ analogo nomine rationes hæ importantur, vt eadem proportionaliter ſunt. Et confirmat hoc expoſitio ipſa analogiæ ab Ariſtotele, Auerroe & Sancto Thoma in primo Ethicorum poſita. Exponunt enim, ꝙ bonum ſeu perfectio analogicè dicitur de uiſu & intellectu: quia ſicut viſus in corpore, ita intellectus in anima perfectio eſt. Conſtat autem, quòd non eſt intelligibile hoc ſe habere ſicut illud, niſi utrunque extremorum percipiatur. Neceſſariò igitur videtur, unũ analogatorum ſecundum analogi nomen per aliud diffiniendum eſſe.

¶ VT AVTEM Liqueat huius ambiguitatis ſolutio, recolendum eſt analoga hæc dupliciter inueniri, ſcilicet propriè & Metaphoricè. Diuerſimodè enim hæc ſe habent ad propoſitam quæſtionem. In analogia ſiquidem ſecundum Metaphoram, oportet unum in alterius ratione poni, non indifferenter, ſed propriè ſumptum, in ratione ſui metaphoricè ſumpti claudi neceſſe eſt: quoniam impoſſibile eſt intelligere quid ſit aliquid ſecundum metaphoricum nomen, non cognito illo, ad cuius metaphoram dicitur. Neque enim fieri poteſt, ut intelligam quid ſit pratum in eo, quod ridens, niſi ſciam quid ſignificet riſus nomẽ propriè ſumptum, ad cuius ſimilitudinem dicitur pratum ridere. Eſt autem huius ratio radicalis: quia analogum metaphoricè ſumptum, nihil aliud prædicat, quàm hoc ſe habere ad ſimilitudinem illius, quod abſque altero extremo intelligi nequit. Et propter hoc huiuſmodi analoga prius dicuntur de his, in quibus propriè ſaluantur, & poſterius de his, in quibus metaphoricè inueniuntur, & habent in hoc affinitatem cum analogis ſecundum attributionem, ut patet. In analogia verò, in qua nominis ſaluatur proprietas, nullum analogi membrum per alterũ diffiniri oportet, niſi fortè gratia materiæ: vt Sanctus Thomas in ſecunda quæſtione, de Veri. articulo vndecimo docuit. Sunt enim analogatorum rationes ſecundum analogi nomen quodammodo mediæ inter analoga ſecundum attributionem, & uniuoca. In analogis enim ſecundum attributionem primum diffinit reliqua. In uniuocis verò neutrum alterum diffinit, ſed vnius diffinitio eſt completa alterius diffinitio: & è conuerſo. In analogia autem neutrum alterum diffinit, ſed unius diffinitio eſt proportionaliter alterius diffinitio. Et loquimur ſemper de ratione ſecundum nomen commune, verbi gratia, in diffinitione cordis, ſecundum quòd principium animalis, non ponitur fundamentum, ſecundum quod principium domus, nec è conuerſo: ſed eadem proportionaliter eſt principii ratio vtrobique, ut Commen. vbi ſupra dicit.

¶ Duabus autem opus eſt diſtinctionibus uti in re hac: ea ſcilicet, quæ in logica traditur de actu ſignato & exercito, & ea quæ à metaphyſico vt plurimùm tractatur de ordine rerum ſub uno nomine ex parte rei, & parte impoſitionis nominis. Ex prima ſiquidem diſtinctione ſcimus duo. Primò, quòd ſicut animal dictum de homine & equo importans uniuocationem in actu exercito, non prædicat de homine totum hoc, ſcilicet naturam ſenſitiuam eandem ſecundum rationem naturæ ſenſitiuæ equi & bouis, ſed naturam ſenſitiuam ſimpliciter, quam tamen ad hoc, quòd uniuoca ſit prædicatio, oportet eſſe omnino eandem ſecundum rationem naturæ ſenſitiuæ equi & bouis: ita ens importans proportionalitatẽ in actu exercito, non prædicat de quãtitate totum hoc, ſcilicet habens ſe ad eſſe ſic proportionaliter ut ſubſtantia, aut qualitas ad ſuum eſſe, ſed habens ſe ad eſſe ſic abſque alia additione: quod tamen oportet ad hoc, quòd analoga ſit prædicatio, idem proportionaliter eſſe cum altero, ſic ſe habere ad eſſe quod de ſubſtantia aut qualitate ens prædicat. Secundò, quòd ſicut ex declaratione, qua manifeſtatur animal eſſe uniuocum, quia dicit unam & eandem omnino rationem in omnibus, non fallimur, nec confundimur, nec vagamur circa hominis & bouis ſecundum animalis nomen rationem, ſed quieſcimus, intuẽtes quod animal exercet, quod uniuocorum diffinitio & expoſitio ſignificat. Ita ex hoc, quòd declaratur ens, aut bonum, aut quodcũque aliud eſſe analogum, quia dicit rationes plures eaſdem proportionaliter, & importat hoc ſe habere quemadmodum proportionaliter ſe habet illud ad eſſe uel appetitum, & cæt. non debemus turbari, & inquirere in analogi nominis (puta boni)

ratione

ratione ſignificationem iſtam, ſed ſat ſit, diſtinguendo inter actum ſignatum & exercitum inſpicere quod analogi nominis ratio id exercet, quod analogi ratio & declaratio ſignificat. Ex his autem duobus patere iam poteſt intentum, quòd ſcilicet non oportet vnum analogiæ membrum per alterum diffinire, ex eo quod analogum ſignificat ea eſſe eadem proportionaliter, quoniam hoc in actu exercito ſignificat.

¶ Ex ſecunda verò diſtinctione ſcimus, non ſolùm quòd præpoſterus eſt ordo rerum & ſignificationum quandoque ſub nomine analogo, ita quòd prior ſecundum rem ratio, poſterior interdum ſignificatione eſt (vt de ente & bonò, & aliis huiuſmodi communibus Deo & creaturis accidit: ratio enim, quam in Deo quodlibet horum ponit, ſignificatione quidem poſterior, re autem prior eſt) & quod propter alterum horum dicitur analogum prædicare de ſuis analogatis ſecundum prius & poſterius, ipſam analogi * rationem. Sed etiam ſcimus quòd quando ratio, quam ponit analogum in uno, ex ratione, quam in altero ponit, exponitur, non ideo fit, quia vnum in alterius ratione cadat: ſed quia vnius ratio poſterior altera eſt ſignificatione, & per priorem vtpotè notiorem declaratur, vt Sanctus Thomas in ſecundo articulo, quæſtione decimatertia primæ partis fecit, declarans, quòd dicendo, Deus eſt bonus, ſenſus eſt, id quod bonitatem in creaturis dicimus, præexiſtit in Deo proportionaliter, &c. Et eadem intelligendum eſt ratione fieri, ſi poſterior ſecundum rem per priorem declaretur. Non diffinit ergo analogum ſecundum unam rationem, ſeipſum ſecundum alteram, licet exponat & declaret.

* Aliàs prædicari de ſuis analogatis ſecundum prius & po. ſecundum ipſam analogi rationem.

¶ Obiectionibus autem in oppoſitum, quamuis ex dictis ſatisfactum ſit, formaliter reſponderi poteſt, quòd cognoſci aliqua ut eadem proportionaliter, ſeu hoc ſe habere ſicut illud, dupliciter contingit. Vno modo formaliter, id eſt, quoad relationem identitatis & ſimilitudinis: & ſic abſque extremis cognitio hæc haberi nõ poteſt. Alio modo fundamẽtaliter & ſic in ratione unius non cadit reliquum, ſed ratio vnius eſt alterius ratio, omnino, vel proportionaliter. Conſtat autem, quòd analogum nomen (puta ens aut bonum) non relationem identitatis aut ſimilitudinis ſignificat, ſed fundamentum: & ideo obiectiones, quæ iuxta primum ſenſum procedunt, nihil concludunt contra intentum. Patet autem facillimè hæc eſſe vera exempla de uniuocis, ponendo & applicando ad identitatem vniuocationis. Significat nanque nomen vniuocum plura, inquantum eadem ſunt vniuocè, ſeu ſecundum rationem omnino. Et identitatis relatio in nullo extremorum abſque altero intelligibilis eſt, &c.

CAPVT VIII.

Qualis ſit in analogo comparatio.

DIFFICVLTAS Etiam nõ parua (quæ multos inuaſit ac ſuperauit) de comparatione in analogo dilucidanda eſt. Creditum enim à quibuſdam eſt, quòd non poſſet, analogia poſita, ſermo ille niſi extortè exponi, quo vnum analogatum magis aut perfectiùs tale ſecundum analogi nomen diceretur, verbi gratia: Subſtantia eſt magis, aut perfectius ens quàm quantitas. Moti ſunt autem ex eo, quod comparatio in uno communi, utrinque facienda eſt etiam ſecundum grammaticus: quod in analogo nõ inueniri videtur. Et poteſt formari ratio pro eis talis: Aut comparantur analogata in una communi eis ratione, aut in ſuis rationibus: non in ratione communi, quia illa analogum caret: nec in rationibus propriis: quia tunc falſum eſt, ſubſtantiam eſſe magis ens, quàm quantitatem. Non enim minùs aut imperfectiùs quantitas eſt ſua ratio, quam ens in ea ponit, quàm ſubſtantia ſua, & cætera. Nullo igitur modo videtur comparationem cum analogia ſaluari poſſe.

¶ Succumbitur autem difficultati huic, quia proprium comparationis fundamentum non conſideratur. Fundatur enim ſuper identitate ſeu unitate rei, in qua fit comparatio, & non ſuper modo identitatis aut unitatis: ſicut de intentione ſuperioritatis prædictum eſt. Vnde, cum per analogum ex dictis conſtet rem unam, licet proportionaliter, dicere: nihil prohibet, in ipſa comparari analogata: licet non eo modo, quo uniuoca fit comparatio. Ad comparationem ſiquidem cùm requirantur & ſufficiant hæc tria, ſcilicet diſtinctio extremorum, & identitas eius, in quo fit comparatio, & modus eſſendi illius in extremis, ſcilicet æquè, vel magis, aut minus perfectè: ſub identitate autem ſeu unitate proportionalis unitas ſeu identitas contineatur, conſequens eſt, quòd ſi in diuerſis idem proportionaliter æquè vel magis aut minus perfectè eſſe habet, comparatio ſecundum illud proportionale fieri poſſit, comparatione non uniuoca, ſed analoga. Sicut enim quia natura ſenſitiua eſt in boue, & illa met omnino ſecundum rationem eſt in homine, & perfectius eſſe habet in homine, quàm in boue, homo perfectius animal boue dicitur uniuoca comparatione, ſic quia ſic ſe habere ad eſſe eſt in ſubſtantia: & hoc idem proportionaliter eſt in quantitate, & imperfectius eſſe habet in quantitate, quàm in ſubſtantia, dicitur ſubſtantia magis ſeu perfectius ens, quàm quantitas analoga comparatione. Vnde Sanctus Thomas in ſeptimo articulo quæſtione ſeptima de potentia Dei, tripliciter comparationem fieri docens, duos modos analogicæ comparationis ponit, apertè ex hoc inſinuans comparationem non ſolùm ſuper idẽtitate numerali ſpecifica aut generica fundari, ſed etiam proportionali. Modi autem comparationis ibidem traditi ſunt hi, ſcilicet ſecundum ſolam quantitatem rei participatæ, & ſic unum album dicitur altero albius. Vel extendendo propter præſens propoſitum, hunc modum ad omnem comparationem vniuocam, dicatur quòd primus attenditur ſecundum quantitatem rei participatæ eiuſdem omnino ſecundum rationem, ſiue illa ratio ſit ſpecifica, ſiue generica, ut calidum magis calidum altero dicitur, & homo perfectius animal leone eſt. Secundus verò modus attenditur ſecundum quòd res aliqua in uno inuenitur participatiuè, alterum verò eſt per eſſentiam, quemadmodum homo Platonicus lõgè perfectior homo eſſet nobis. Et abſtractione intellectus utendo, quemadmodum bonitas longè melior eſt quocunque bono, quod participatiuè bonum dicitur. Tertius autem modus attenditur ſecundum quòd res aliqua in uno inuenitur formaliter, & ſecundum ſe, in altero autem uirtualiter & * eleuatum ad rem ſuperioris ordinis. Quemadmodum dicimus, quòd Sol eſt magis calidus quàm ignis, vel quòd calor perfectius eſſe habet in Sole, quàm in igne. Nec eſt dubium hos duos modos uniuocam comparationem impedire, ut Sanc. Thomas ibidem dicit, & Ariſto. in primo Ethicorum, de primo modo

* Aliàs eleuatum.

teſtatur, ubi bonum commune non uniuocè, ſed ſecundum proportionalitatem dicendum docet, bonitati ſeparatæ & bonis cæteris per participationem. Patet igitur ex his, eadem proportionaliter vt ſit eſſe comparabilia, quamuis Phyſicè loquendo in ſola ſpecie aut genere comparatio fiat.

¶ Ad obiectionem autem in oppoſitum, dicitur quòd vtroque modo in analogis comparatio fit. Cõparantur ſiquidem analogata (puta ſubſtantia & quãtitas) in ratione vna & communi proportionaliter, quam analogi nomen (puta ens) dicit, & addit ſupra analogata, ut ex dictis patet. Et comparantur ſecundum ſuas rationes, ſecundum tamen analogi nomẽ, quæ earum ſit perfectior, ſecundum quòd dicimus, ſubſtantia eſt perfectius ens quantitate, quia ratio entis in ſubſtantia perfectior eſt ratione entis in quãtitate. Ita quòd iuxta iſtam comparationem eſt ſenſus, ſubſtantia habet perfectiorem ſecundum entis nomen rationem, quàm quantitas, & non quòd ſubſtantia eſt magis aut perfectiùs ſubſtantia, quàm quantitas ſit quantitas, ut quidam ſomniare videntur. Vnde comparatio iſta extenditur uſque ad analoga ſecundum attributionem, licet in tali analogia non niſi abuſiuè comparatio fieri poſſit. Dicimus enim quòd ens reale eſt magis & perfectius ens ente rationis, quod per attributionem ad illud, ens dicitur in quarto Metaphyſicorum, tex. ſecundo, quia ens reale habet perfectiorem ſecundum entis nomen rationem. Iuxta quem modum ſi vſus admitteret, diceremus, animal eſt magis ſanum vrina, quia perfectiorem, ſecundum ſani nomen rationem habet.

CAPVT IX.

Qualis ſit Analogi diuiſio, & reſolutio.

QVALITER autem Analogum diuidendum ſit, ex dicendis manifeſtum eſt. Poteſt ſiquidem trifariam Analogi diuiſio intelligi. Primò, vt diuidatur vox in ſuas ſignificationes. Dictũ eſt enim quòd analogum plures rationes ſignificat immediatè, & hæc diuiſio conuenit ſibi, inquantum æquiuocum quoddam eſt. Secundò, ut diuidatur ſignificatum eius in quaſi membra eius, eo modo quo eius, quod proportionaliter unum eſt, ſic & ſic proportionatum membra dici poſſunt. Dictum eſt enim ꝙ analogum non ita diuerſas rationes ſignificat, quin ſignificet vnam rationem proportionaliter. Omnes nanque rationes analogo nomine immediatè ſignificatæ, eadem proportionaliter ſunt. Ratio autem vna proportionaliter, cùm conſtituatur ex pluribus rationibus proportionalibus, in eas ſecari poteſt. Hæc autem non eſt diuiſio analogi in ſua analogata, quoniã rationes hæ in ipſius analogi ratione intrinſecè clauduntur, & analogata ea ſunt, in quibus rationes illæ ſaluantur, & non ipſæ rationes. Entis enim analogata ſunt ſubſtantia & quantitas, & non rationes entis in ſubſtantia & quantitate. Rationes enim (vt dictum eſt) analogæ ſunt. Vnde tertio modo poteſt diuidi analogum, diuidendo ſignificatum eius in ſua analogata per diuerſos modos, quibus analogi rationem proportionalem analogata ipſa diuerſi modè ſuſcipiunt. Ita quòd diuiſum eſt ſignificatum unum proportionaliter, diuidentia ſunt modi fundantes & facientes in analogatis proprias proportiones ſecundum quas ſit analogia, conſtituta autem per diuiſionem, vt partes ſubiectiuæ, ſunt analogata ipſa: verbi gratia, Quando ens diuiditur in ſubſtantiam & quãtitatem, diuiſum eſt ratio entis nomine ſignificata, quæ omnes in ſe Entis nomine ſignificatas rationes claudit, vtpote vna proportionaliter: diuidentia ſunt ſubſtantiuum & menſuratiuum, ſeu per ſe & in alio, ſicut ex quibus ſubſtantia & quantitas habent quòd diuerſas entis rationes ſubintrent, partes autem ſubiectiuæ ſunt ſubſtantia & quantitas, quæ in entis ratione analogantur.

¶ Et quia hæc eſt propria analogi diuiſio, idcirco diſtinctè explicandum eſt, quomodo differat diuiſio hæc ab uniuoca. Tripliciter ſiquidem differunt. Primò ex parte diuiſi, quia diuiſione uniuoca vnum omnino ſecundum rationem ſecatur: hic autem unum proportionaliter.

¶ Secundò ex parte diuidentium quia differentiæ ſecantes genus ſunt extra genus, modi autem ſecantes analogum, in ipſius analogi ratione clauduntur, quemadmodum ipſa analogata (ut in capitulo de abſtractione declaratum eſt) propter quod in tertio Metaphyſicorum tex. decimo ens genus eſſe negatur.

¶ Tertiò ex parte ipſarum partium ſubiectiuarum, in quæ per diuiſionem fiunt, quia partes diuiſionis uniuocæ licet ordinem habeant ſecundum ſe (& originis, ut dualitas eſt prior trinitate, & perfectionis, ut albedo eſt perfectior nigredine) tamen ſecundum diuiſi rationem, putà numeri, aut coloris, neutra altera prior, aut poſterior eſt, ſed omnes æqualiter in diuiſi ratione communicant. Analogata verò, quæ analoga diuiſione conſtituuntur, non ſolùm ſecundum ſe, ſed etiam in ipſius analogi, quod diuiditur ratione, ordinem habent, & aliud prius, aliud poſterius eſt, adeò ut in uno eorum tota ratio diuiſi ſaluari dicatur, in alio autem imperfectè & ſecũdum quid. Quod non eſt ſic intelligendum, quaſi analogum habeat vnam rationem quæ tota ſaluatur in vno, & pars eius ſaluetur in alio, quoniam puerile eſt hoc. Sed cùm totum idem ſit quod perfectum, & analogo nomine multæ importentur rationes, quarum una ſimpliciter & perfectè conſtituit tale ſecundum illud nomen, & aliæ imperfectè & ſecundum quid, ideò dicitur, quòd analogum ſic diuiditur, ꝙ non tota ratio eius in omnibus analogatis ſaluatur, nec æqualiter participant analogi rationem, ſed ſecundum prius & poſterius. Cum grano tamen ſalis accipiẽdum eſt analogum ſimpliciter ſaluari in uno, ſecundum quid in alio. Sufficit enim hoc verificari, vel abſolutè (ut patet in diuiſione entis in ſubſtantiam & accidens, illa enim abſolutè loquendo dicitur ens ſimpliciter, hoc autem ſecundum quid) vel in reſpectu, ut patet in diuiſione entis in Deum & creaturam. Vtunque enim, licet ens ſimpliciter ſit, & dicatur, abſolutè loquendo, creatura tamen in reſpectu ad Deum, ens ſecundum quid, & quaſi non ens eſt & dicitur.

¶ Circa reſolutionem autem analogatorũ ſciendum eſt, ꝙ cùm vniuerſaliter primum in compoſitione ſit vltimum in reſolutione, & per diuiſionem in ea, quæ actu in aliquo ſunt reſolutio fiat, eodem modo reſoluenda ſunt analogata in analogum, quo cætera reſoluuntur, ſcilicet vtendo diuiſione prædicta, (quę vocatur diuiſio in partes eſſentiæ vel rationis) & à poſterioribus ſecundum conſequentiam ad priora procedendo, ſi longa eſſet reſolutio facienda. Ad rationem autem analogi, cùm deuentum fuerit, ſingulis analogatis in ſuas rationes ſecundũ analogi nomen

men reſolutis, cum illa analogi ratio ex multis conſtituatur rationibus, ordinem inter ſe & proportionalẽ ſimilitudinem habentibus, vel ordinatè ad primam reſolutio fiet, veniendo ſemper ad ſimilius & propinquius primæ, & id, in quo diſsimilitudo eſt, relinquendo. Vel ſi non ſic ordinatas inter ſe contingit eſſe rationes illas, ad primam omnes modo prædicto deducendæ ſunt. Ordinem enim ad primam nulla ſubterfugere poteſt. Nec refert in propoſito, an fiat reſolutio ad rationem primam ſignificationa, vel ſecundum rem. Intelligenda enim ſunt hæc in ſuo ordine, ſcilicet ſignificationum aut rerum.

CAPUT X.

Qualiter de Analogo ſit ſcientia.

VISUM eſt autem quibuſdã de analogo ſcientiam eſſe non poſſe, niſi quemadmodum de æquiuocis ſcientia habetur, eo quòd plures rationes dicit, licet ſimiles. Imò fallaciam æquiuocationis cõmitti in ſyllogiſmis, in quibus analogo pro medio, ſumpto, certum analogatum ſubſumitur, niſi fortè gratia materiæ bonus eſſet proceſſus, aſſerunt eadem ratione. Nec poſſe ex unius analogati ratione ſecundum analogi nomen concludi alterum analogatum tale formaliter eſſe, ſed ſemper prædictum incidere vitium ratione prædicta confirmant, verbi gratia, Si ponamus ſapientiam eſſe analogicè communem Deo & homini, ex hoc quòd ſapientia in homine inuenta ſecundum formalem rationem præciſè ſumpta, dicit perfectionem ſimpliciter, non concludere poſſum, ergo Deus eſt formaliter ſapiens, ſic arguendo, omnis perfectio ſimpliciter eſt in Deo, ſapientia eſt perfectio ſimpliciter, ergo. Minor enim diſtinguenda eſt, & ſi ly, ſapientia pro ratione ſapientiæ, quæ eſt in homine ſtat, argumentum erit ex quatuor terminis, quia in concluſione ſapientiæ ſtat pro ratione ſapientiæ, quam ponit in Deo, cùm concluditur, ergo ſapientia eſt in Deo. Si autem pro ratione ſapientiæ in Deo ſtat in minore, non concluditur ex perfectione ſapientiæ creatæ Deum eſſe ſapientem, cuius oppoſitum & philoſophi & theologi omnes clamant.

¶ Decipiuntur autem iſti, Scotum (cuius eſt ratio hæc in quæſtione prima diſtinctione 3. primi libri) ſequentes, quia in analogo diuerſitatem rationum inſpicientes, id quod in eo vnitatis & identitatis latet, non conſiderant. Rationes enim analogi, ut ſuperius etiam diximus, poſſunt dupliciter accipi. Vno modo ſecundum ſe, inquantum abinuicem diſtinguuntur, & ea quæ conueniunt eis ut ſic, ſeu ex hoc. Alio modo, inquantum eadem ſunt proportionaliter. Primo modo acceptæ vitium æquiuocationis inducerent, ſi quis eis vteretur, ut patet. Secundo autẽ modo eis vtendo, peccatum nullum incurritur, eo ꝙ quicquid conuenit vni, conuenit etiam alteri proportionaliter, & quicquid negatur de vna, negatur proportionaliter de alia, quia quicquid conuenit ſimili in eo, quòd ſimile, conuenit etiam illi, cuius eſt ſimile, proportionalitate ſemper ſeruata. Vnde ſi ex immaterialitate animę concluditur eam eſſe intellectualem, ex immaterialitate proportionaliter poſita in Deo, optimè concluderetur, Deum eſſe intellectualem proportionaliter, ut quantum immaterialitas illa excedit iſtam, tantùm intellectualitas illa excedat iſtam, &c. Propter quod S. Tho. in q. 2. de potentia Dei, artic. 5. analogata omnia ſub una analogi diſtributione cadere dixit. Et meritò, quia unitas analogi non eſſet in coordinatione unitatum numeranda, niſi unum proportionaliter, unum eſſet affirmabile, & negabile, & conſequenter diſtribuibile, & ſcibile, ut ſubiectum, & medium, & paſsio.

¶ Vnde ad obiecta in oppoſitum dicitur, ꝙ quia, vt in ſecundo Elenchorum, capitulo decimo dicitur, æquiuocatio latens in huiuſmodi proportionalibus, peritiſsimos etiam latet, ideo oportet huiuſmodi analogis nominibus vtendo ex parte unitatis, ſemper modum proportionalitatis ſubintelligi, aliter in uniuocationem lapſus fieret. Niſi enim præ oculis haberetur proportionalitas, cùm dicitur immateriale omne eſſe intellectuale, tanquam vniuocè dictum acciperetur, & latens æquiuocatio non viſa obreperet.

¶ Proportionalitate autem ſeruata de analogis ſcientiam eſſe, & diui Thomæ proceſsus de bono & vero, & aliis huiuſmodi, & quotidianum conuincit exercitium. Teſtatur quoque demonſtratiuæ artis pater Ariſtot. in ſecundo Poſterio. capitulo vndecimo incipiente. Vt habeamus autem propoſita vel problemata, analogum cauſam adæquatam eſſe alicuius paſsionis, & in medium oportere quandoque à demonſtratore aſſumi, dum venationem propter quid docens, inquit, Amplius, alius modus eſt ſecundum analogiam eligere unum, idem enim non eſt accipere, quod oportet uocare ſepion, & os, & ſpinã. Sunt aũt quæ ſequuntur, & hoc tanquã natura una hmôi exiſtente. Et in ſequenti ca. ait, Secundum autem analogiam eiuſdem, & medium ſe habet ſecundum analogiam. In quibus uerbis non ſolùm docuit analogum ut medium aſsumi quandoque in demonſtrationibus, ſed etiam* ipſum non eſſe unum in ſe expreſsit, & cum hoc habere paſsionem adæquatam, ac ſi unius eſſet naturæ.

*Aliàs, ipſa.

¶ Nec impedit analogia hæc proceſsum formalẽ ad concludendum de Deo & creaturis prædicatum aliquod eis commune, quoniam accepta ſapientiæ ratione, & ſegregatis ab ea per intellectum eis, quæ ſunt imperfectionis, ex hoc quòd id, quod eſt ſibi proprium formaliter ſumptum, perfectionem abſque imperfectione claudit: concluditur ergo ſapientiæ ratio non omnino alia, nec omnino hæc, ſed hæc proportionaliter eſt in Deo, quia ſimilitudo inter Deũ & creaturam non eſt uniuoca, ſed analoga. Nec pari ratione poteſt concludi, Deum eſſe lapidem proportionaliter: quia ratio lapidis formaliter ſumpta quantùmcunque expoliata, imperfectionem aliquã claudit, quæ prohibet tam ipſam ſecundum ſe, quàm ipſam proportionaliter in Deo reperiri, niſi metàphoricè, quemadmodum dictum eſt, Petra autem erat Chriſtus. Vnde cùm ſit huiuſmodi proceſsus, omnis perfectio ſimpliciter eſt in Deo, ſapientia eſt perfectio ſimpliciter, ergo, &c. in minore ly ſapientia, non ſtat pro hac uel illa ratione ſapientiæ, ſed pro ſapientia una proportionaliter, id eſt, pro utraque ratione ſapientiæ non coniunctim vel diſiunctim: ſed inquantum ſunt ſimiliſ proportionaliter, & una eſt altera proportionaliter, & ambæ vnam proportionaliter conſtituunt rationem. Significantur enim analogo nomine, inquantum eædem ſunt, unde non oportet analogum diſtinguere, ad hoc quòd contradictionem fundet, & enunciationis ſubiectum, aut prædicatum fiat: ſed ratione identitatis proportionalis in ſe clauſæ, & quam principaliter dicit ex ſe ad hoc ſufficit. Contradictio enim dicitur conſiſtere in affirmatione & negatione eiuſdem de eodem, & cæt. &

non in affirmatione & negatione vniuoci de eodem vniuoco, identitas ſiquidem tam rerum quàm rationum (vt pluries replicatum eſt) ad identitatem proportionalem ſe extendit. Ex hoc autem apparet, Scot. in primo ſenten. diſtinc. 3. quæſtio. 1. vel malè expoſuiſſe conceptum vniuocum, vel ſibi contradicere, dum volens uniuocationem entis fingere, ait, Conceptum vniuocum voco, qui ita eſt vnus, quòd eius vnitas ſufficit ad contradictionem affirmando & negando ipſum de eodem: & ſic uniuocum uult eſſe, ens. Si enim identitas ſufficiens ad contradictionem vniuocatio dicitur, conſtat quod ponendo ens eſſe analogum, & ſecundum proportionalitatem tantùm vnum, ſatisfiet vniuocationi: quod Scoticæ doctrinæ aduerſatur, tenenti ens habere conceptum vnum ſimpliciter, & omnino indiuiſum, vt de uniuocis diximus. Si autem non omnis talis identitas ſufficit ad vniuocationem, non rectè igitur uniuocatio conceptus declarata eſt eſſe ea quæ ad contradictionem ſufficit, quaſi proportionalis identitas ad hoc non ſufficiat.

CAPVT XI.

De cautelis neceſſarijs circa Analogorum nominum intellectum & vſum.

Qvia verò Ariſto. in prædicta ex elenchis authoritate, doctiſſimos viros circa horum nominum conceptus errare dicit ob latentem eorum vnitatis modum: idcirco neceſſarium fore duximus in fine huius tractatus cautelas quaſdam tradere, quibus poſſit ſe quis ab errore multiplici in re hac præſeruare.

Primus error.

Cauendum eſt igitur in primis, ne ex uniuocatione ipſius nominis analogi reſpectu quorundam, credamus ſimpliciter ipſum eſſe vniuocum: omnia, n. ferè analoga, propriè fuerunt priùs vniuoca, & deinde extenſione, analoga communia proportionaliter illis, quibus ſunt vniuoca & aliis vel aliis, facta ſunt. Sapientiæ enim nomen primò impoſitum eſt humanæ ſapientiæ, & uniuocum omnium hominum ſapientiis erat, Deinde ad diuinæ naturæ cognitionem aſcendentes, proportionalemque ſimilitudinem inter nos ut ſapientes & Deum contemplantes, Sapientiæ nomen extenderunt ad id in Deo ſignificãdum, cui noſtra ſapientia proportionalis eſt: ſicque uniuocum nobis analogum factum eſt nobis & Deo. Et ſimiliter de aliis accidit. Falli autem contingit faciliter ex hoc, quia illa ratio prior, vtpote notior, & familiarior, & prior quo ad nos, ſemper profertur ab illuſtribus uiris, & eorum ſequacibus, quando analogi ſignificatio quæritur, & dicitur eſſe tota analogi ratio, pro qua ſimpliciter prolatum ſtat, & omnia analogata illam participare, ut patet cùm ſapientiæ ratio redditur. Aſſignatur enim differentialis eius conceptus pro ratione, ſecundum quam communis ponitur Deo & creaturæ, & ſimile eſt in aliis. Creditur enim ex hoc, quod illa ſit ipſa analogi ratio, & incautè uniuocatio acceptatur: non enim illa ratio eſt ratio analogi, ſed eius origo, quoad nos, quoniam non illa, ſed illa proportionaliter in altero analogato inuenitur, ut ex dictis patet.

Secundus error.

Cauendum ſecundò eſt, ne nominis unitas, aut diuerſitas rationum, analogam vnitatem obnubilet, hoc enim tanquam quoddam accidens, in re hac ſuſcipiendum eſt. Nihil enim minùs analogicè idem ſunt ſepion, os, & ſpina, unum non habentia nomen, quàm ſi unum nomen haberent, nec magis idem eſſent, ſi uuum nomen haberent, & tamen ſi communi nomine oſſa uocarentur, ita quòd defectu vocabulorum, vel rerum proportionali ſimilitudine oſſis nomen ad cætera extenſum eſſet, crederemus eiuſdem eſſe naturæ, & rationis oſſa, & ſpinas, &c. Præſertim quia (vt dictum fuit) ad ea, quæ ſunt proportionaliter eadem, conſequuntur paſſiones, tanquam ſi eorum eſſet natura una.

Tertius error.

Cauendum tertiò eſt, ne vocalis unitas rationis analogi nominis, mentem reuoluat. Ex eo nanque (verbi gratia) quòd principium dicitur eſſe id ex quo res fit aut eſt, aut cognoſcitur, & hæc ratio in omnibus, quæ principia dicuntur, ſaluatur, Principii nomen uniuocum creditur. Erratur autem, quia ratio ipſa non eſt vna ſimpliciter, ſed proportione & voce: vocabula enim, ex quibus integratur, analoga ſunt, vt patet, neque enim fieri, neque eſſe, neque cognoſci, neque ly, ex, unius omnino eſt rationis, ſed proportionalis. Et propterea ratio illa in omnibus, vtpote proportionalis ſaluatur, ſicut & principii nomen proportionaliter commune dicitur.

Quartus error.

Cauendum demum eſt, ne diuerſa doctorum dicta de analogis, nos perturbent. Conſiderandũ quippe eſt, quòd quia analogum medium inter æquiuocũ & vniuocũ eſt, & mediũ extremorũ naturã ſapiẽs, ad alterũ cõparatũ, alterũ induit, adeo vt quando medio ſecundum id quod de uno extremo habet, vtimur, illius extremi conditiones ei attribuamus (vt in quinto Phy. tex. com. 6. & 52. patet) ideo plerunque doctores vtentes analogo ex parte unitatis, quam ex vniuocis participat, vniuocorum non ſolùm conditiones (puta abſtractionem, indiſtinctionem &c.) ſed etiam nomen ei attribuunt, vtentes verò analogo ex parte diuerſitatis, quam ex æquiuocis trahit, conditiones quoque ſupradictis oppoſitas, & nomen illi imponunt æquiuoci. Et vt de multis pauca dicantur, Ariſt. in 2. Meta. tex. 4. ens & uerum uniuoca vocat, quia ex parte identitatis illis vtitur, vt proceſſus ſuus apertè oſtendit.

¶ San. Thom. quoque pluries dicit in ratione alicuius analogi (puta paternitatis communis diuinæ & humanæ paternitati) omnia contenta eſſe indiuiſa & indiſtincta, & quòd paternitas (verbi gratia) abſtrahit à paternitate humana & diuina, quia vtitur analogo ex parte identitatis. Nec tamen falſæ ſunt aut abuſiuæ prædictæ locutiones & ſimiles, ſed amplæ potiùs & largæ, quemadmodum pallidum nigro contrarium eſt, & dicitur. Saluatur ſiquidem in analogis identitas nominis & rationis, in qua (vt ex dictis patet) non ſolùm analogata, ſed etiam ſingulæ analogi rationes uniuntur, & quodammodo confunduntur, utpotè abſtrahentes aliqualiter ab earum diuerſitate. Ariſtot. rurſus in primo Phyſicorum ex parte diuerſitatis, ente vtens contra Parmenidem, multiplex ſeu æquiuocum (vt ipſemet illum text. ſic exponendum ſpecialiter in ſecundo Elenchorum tradit) uocauit: unde & Porphyrius Ariſtot. dicere ens eſſe æquiuocum accepiſſe videtur, vtens ente ex parte diuerſitatis. Quod tamen Scot. in primo, diſtinctio. tertio quæſtio. 3. in Logica Ariſto. non inueniri ideo dixit, quia prædictos text. non coniugauit. Propter quod ibidem quoque contra textum gloſſauit principium Ariſto. contra Parmenidem in primo Phyſicorum text. 11. vt in Elenchis (vt dictum eſt) clarè patet. Sanct. Thomas etiam

ens prius non eſſe primo analogato, nihilque Deo prius ſecundum intellectum eſſe dicit pluries vtens analogo ex parte diuerſitatis rationum. Quælibet ſiquidem eius ratio ſecundum ſe, quia proprium analogatum in ſe claudit, & in ſui abſtractione illud ſecum trahens cum illo conuertitur (vt ſupra diximus) ideo prior ſecundum conſequentiam, aut abſtractior ſuo analogato negatur: ac per hoc primò analogato & Deo nihil eſt prius: quia eius ratio ſecūdum Analogi nomen, quæ ipſo prior ſecundum ſe nō eſt, ſed conuertitur, cæteris prior rationibus. Cum his tamē ſtat, quòd ratio illa in Deo ut eadem eſt proportionaliter alteri rationi, ſecundum idem nomen ſuperior, & ſecundum conſequentiam prior logicè loquēdo, ſit, vt ex dictis patet. Dico autem logicè, quia phyſicè loquendo analogum nec eſt prius ſecundùm conſequentiam omnibus analogatis (quia ab eorū proprius abſtrahere non poteſt: quàmuis ut ſaluatur in vno ſit prius altero) nec poteſt eſſe ſine primo analogato, vbi analogata conſequentes ſe habent. Vnde ſi quis falli non vult, ſolerter ſermonis cauſam coniectet, & extremorum conditiones medio applicaturū ſe recolat: ſic enim facile erit omnia ſanè exponere, & veritatem aſſequi, quæ à prima eſt veritate. Cuius cognitio ex hoc exaltetur & firmetur opuſculo, completo in conuentu ſancti Apollinaris, Papiæ ſuburbio, die primo Septembris, 1498.

¶ Præclariſsimus reuerendiſsimi Domini, Domini Ti. de Vio Caietani. Cardinalis ſancti Xyſti, de nominum Analogia tractatus explicit.

TRACTATUS SEXTUS de Conceptu entis, in duo diuiſus Quæſita, ad Fratrem Franciſcum de Ferraria.

1 *Num ſit vnus conceptus mentalis entis repræſentatiuus.*

2 *Num Analogum à rerum naturis, de quibus dicitur, abſolui poßit.*

AMantiſſime pater, ex acceptis veſtræ ſolicitudinis literis percepi libellum noſtrum de analogia nominū vos perlegiſſe, duoque dubia de conceptu entis mentem veſtram tenere, ſoluique à me familiariter flagitaſtis. Ego autem quàm primum compleui expoſitionem librorum de anima (cuius fini incumbebam, cum veſtras recepi) reſpondere curaui, ne præclaro ingenio tuo deeſſem. Primum igitur dubium fuit ad hominem meipſum, ſ. quia in commentariis de ente & eſſentia, ſuſtineo unum conceptum mentalem repræſentatiuum entis, & in tractatu de analogia nominum videor hoc negare. Secundum autem eſt ad diuum Thomam: quoniam ego in præfato libello ſuſtineo analogum non abſolui ab his, quibus analogum dicitur, & diuus Tho. in q. de Veri. q. 1. arti. 1. docet ens habere conceptum vnum ſimplicem, ad quem omnia prædicamenta, & tranſcendentia addunt, in quem reſoluuntur, qui eſt primò notus. Hæc enim inuicem ſibi aduerſari videntur, quandoquidē ſi ens abſolui non poteſt à naturis rerum non erit ſimpliciſſimus, nec primò notus, nec in quē ultimò reſolutio fiat, & ad quem omnes addunt.

Ad euidentiam horum, & ſpecialiter primi, recolito, quòd quicquid eſt imago alicuius ſimilis alteri, eſt & imago illius alterius quatenus primo aſsimilatur, ac per hoc omnis cōceptus creaturę eſt conceptus Dei, ſicut oīs creatura aliqua eſt ſimilitudo Dei. Hinc ergo fit, quòd cùm unum proportionabiliter vt ſic habeat ſingula membra ſimilia proportionabiliter, oportet quòd habeat etiam vnum conceptum mentalem repræſentatiuum illius vnius proportionabiliter. Nec huius oppoſitum teneo in tractatu de analogia nominum, ſed conceptus iſte vnus numero in mente ſecundum eſſe repræſentatiuum, nec repræſentat unā ſolùm naturam, ſed vltra vnam, quam determinatè repræſentat (à qua eſt impreſſus) repræſentat implicitè cæteras ſimiles illi primò repræſentatæ ſecundum id, in quo proportionabiliter eis ſimilis eſt, idem. n. eſt iudicium de ſimilitudine rerum inter ſe, & conceptus mentalis & rerum. Quemadmodum. n. oſsis natura ſimilis eſt naturæ ſpinæ in ſuſtinendo carnes animalium (in quo analogantur) ita conceptus mentalis oſsis, ut ſuſtinens carnis, eſt ſimilis oſſi & ſpinæ, ſed oſſi determinatè, ſpinæ antē implicitè, ſicut ēt ipſum os non eſt ſimile ſpinæ determinatè, ſed quatenus ſpina ſuſtinet carnes, ſicut ipſum os. Hic eſt primus modus, quo analogum habet unum conceptum mentalem, ac per hoc ens, cùm analogum ſit, unum hoc pacto hēt conceptū in mente à reb. impreſſum. Alter aūt modus ſuper ipſius intellectus opere, quo natus eſt adunata diuidere, fundatur, & eſt tunc conceptus ſimilis vnus numero in mente, repræſentans analogū quidē determinatè, nullū autem eorū, quæ fundant analogiam explicitè. Contingit aūt hoc, cū intelligens, mentalem conceptum, quē paulò antè diximus, expoliat ab illa determinata natura, quam repræſentabat, & loco illius naturæ concipit pronomē aliquod referens naturas fundantes analogiā indeterminatè, v.g. Si conceptus oſsis eſt os ſuſtinens carnes, intelligens loco oſsis ponat, quòd & dicatur, quòd ſuſtinet carnes: tunc. n. manifeſtè repræſentatur analogū explicitè, implicitè autem tantùm naturæ fundantes analogiam. Eſt autem inter hos duos conceptus non ſolùm dicta ex radicibus differentia, ſed etiam quia primus ad quid rei ſpectat analogi, ſecundus autem ad quid nominis, neuter tamen perfectè repræſentat analogum. De quo ſ. perfecto ſeu adæquato explicitè conceptu analogi interpretandum eſt, cùm à me vel ab alio ſcriptum inuenitur, quòd non poteſt analogum vnum numero mentalem conceptum habere, ſed unum analogia tantùm. Et quoniam conceptus mentales ſunt imagines rerum repræſentatarū (niſi ſint fictitii) quemadmodum in mente conceptus adęquatus analogi non eſt vnus, ſed exigit repræſentationem omnium fundantium analogiam, ita ſignificatum analogi adæquatum & perfectum non poteſt ſic abſtrahi, ut obiiciatur, repræſentetur, aut concipiatur abſque fundantib. rebus. Et ſicut in mente duplex conceptus imperfectus reperitur, ita res ſignificata, extra poteſt obiici dupliciter imperfectè, ſcilicet vel in uno explicitè, in quo cætera obiiciuntur indeterminatè, vel in nullo explicitè, ſed omnia implicitè, in ſolo formaliſſimo ſignificato explicitè.

¶ Nec prædicta contrariantur doctrinæ Sancti Thomæ, ens enim primo notum ordine generationis eſt ſecundum conceptum imperfectum, ordine autem diſtinctæ cognitionis eſt ſecundum conceptū perfectum. Ens quoque habere conceptum ſimpliciſſimum, conſonat dictis, quoniam cùm ſimplicitas cōpoſitioni opponatur, & unum analogia non ſit unum compoſitione aliqua, non habet ens ex hoc, quòd analogum compoſitionem admixtam. Et ut exercita-

tione reſolutio monſtretur, ſi ſubſtantiam in ens viſ re ſoluerc, ſi in conceptum diſtinctum entis reſolutio quæritur, reſoluetur in ipſam naturam ſubſtãtiæ qua tenus eſſe fundat, quod eſt ſimpliciſſimum, cui & ad dit ipſa ſubſtantia & addunt tranſcendentia. Et ſi in conceptum confuſum, quod eſt, reſolues, quod etiã eſt ſimpliſſimum, cui etiam prædicta adduut. Sed oc caſio errandi multis eſt, quia in reſolutione diſtincta quærunt reſoluere in unum analogia ſicut conſue uit reſolui in unum uniuocatione. Ita quod quærunt in analogia quaſi unum numero terminum, ſicut in vni uocis, cùm tamen terminus in analogiá ſit unus pro portionabiliter tantùm. Itaquòd & ſingula reſolubi lia reſoluuntur in conceptus ſimplices obiectiuos & mentales, & omnia in conceptum obiectiuum & mẽ talem ſimplicem, & unum proportionabiliter. Ita quod (vt vnico verbo rem abſoluam) ens eſſe primò no tũ, in quo ſit omnis reſolutio, in quod omnia addunt, per modum analogi interpretandum eſt, cum quo ſtare poteſt, quòd ens ſecundum perfectum adæqua tumque conceptum non abſtrahit, à naturis prædica mentalibus, ſicut nec aliquod analogum à fundanti bus analogum. In hoc pendet tota uis claritatis rei huius, ut ſemper animaduertas ſecundum analogo rum morem hæc dici. Plura nunc non mihi occurrut ad propoſitum dicenda, imò prolixior fui acutiſſimo ingenio tuo, quo ex unico uerbo concepiſſes cuncta. Bene vale, & pro me orare digneris. Romæ die 27. Februarii, 1509.

TRACTATVS SEPTIMVS.

ſuper librum de Ente, & Eſſentia Sancti Thomæ Aquinatis, in ſeptem capita diuiſus.

1 *Entis, & Eſſentiæ nomine quidnam ſigni ficetur, oſtendit, nomina item varia po nit, quæ eſſentiam ſignificant.*

2 *Subſtantiarum eſſentiam propriè dici, acci dentium autem non, niſi ſecundum quid, oſtendit. Nobiliores item eſſe ſimplicium eſſentias, quàm compoſitarum ſubſtantia rum probat. Quòd demum eſſentia ſub ſtantiæ compoſitæ non materia, non for ma, vel inter ea aliqua excogitata reſo lutio, vel quidpiam ipſi compoſito ſuper additum, ſed ipſum ſit compoſitum varijs rationibus demonſtrat.*

3 *Eſſentia generis, ſpeciei, indiuiduorum, quomodo tam abſolutè, quàm primæ im poſitionum nominibus concepta diſtin guantur, quomodo item genus, ſpecies, differentia, diffinitio differant, exponit. Deinde quomodo eſſentia ſpeciei ipſis in diuiduis comparentur, declarat.*

4 *Quanam ratione compoſitorum eſſentiæ conueniat eſſe genus, ſpeciem, & differen tiam, oſtendit.*

5 *Quòd ſimplicium ſubſtantiarum eſſentia minimè ſit ex materia & forma quid compoſitum, ſed tantum forma, quomodo item comparetur compoſitorum eſſentiæ, & quòd ex eſſe & eſſentia ſit compoſita, quod denique intelligentiæ effectiua ſint à Deo, ex actu & potentia compoſita, multipliciter*

6 *Quaiſnam ſit eſſentia Dei, quanam item ratione in ſimplicibus ſubſtantiis ſepara tis, & à quo genus & differentia ſumen dum ſit, & quomodo multiplicari eas con tingat, exponit.*

7 *Quòd accidentia habeant eſſentiam incom pletam, oſtendit, varia item accidentia di ſtinguit, & quomodo in ipſis ſumatur ge nus & differentia, exponit.*

PROOEMIVM.

Eorum, quæ dicenda ſunt, vtilitatem ac ne ceſſitatem ponit, difficultatem item il lorum, & ordinem ea expo nendi, edocet.

QVIA Paruus error in prin cipio magnus eſt in fine, ſe cundum Philoſophum pri mò Cœli & Mundi: ens au tem & eſſentia ſunt, quæ pri mo in intellectu concipiun tur, vt dicit Auicenna in Me taphyſica, ideo primò, ne ex eorum ignorantia errare cõ tingat, ad horum difficultatem aperiendam dicendũ eſt quid nomine Eſſentiæ & Entis ſignificetur, & quomodo in diuerſis inueniantur, & quomodo ſe ha beant ad intentiones logicas, ſcilicet genera, ſpecies, & differentias.] Te. Cõ. 33 Cap. 5. in prin.

OPVS Iſtud inſigne in duas partes diuidi tur principales, in proœmium, ſ. & tracta tum incipientem ibi, Sciendum eſt, &c. In proœmio artem Rhetoricæ ſeruan do tria agit Primò reddit auditores beneuolos, utili tatem & neceſſitatem dicendorum oſtendens tali ra tione. Omnis errans circa principia omnium intelli gibilium magis errabit circa alia, omnis errans circa eſſentiam & ens errat circa principia omnium intel ligibilium ergo omnis errans circa eſſentiam & ens magis errabit circa alia. Vtile igitur & neceſſarium eſt tradere notitiam de eſſentia & ente ad vitandos multiplices errores, qui ex eorum ignorantia acci dunt, huius rationis Maioris ſubintellectæ probatio ponitur in litera ſumpta ex primo cœli text. Cum mentario trigeſimotertio. Minor autem probatur authoritate Auicen. primo ſuæ Metap. capite ſepti mo ¶ Ad euidentiam Maioris & ſuæ probationis ſci to, quòd quia principium eſt paruum in quantitate, ideo error in principio paruus appellatur, & quia principium eſt magnum in uirtute (vtpote uirtuali ter continens omnia principiata) ideo error in princi Cap. 5. prin.

pio parũs, in fine efficitur magnus. Creſcit enim error ſicut & dilatatur principium in ſuis principijs, vt manifeſtè patet in principio huius, in quo modica deuiatio ad magnam diſtantiam deducit in proceſſu.

QVÆSTIO I.

Num ens ſit primum cognitum ordine, & via originis.

AD EVIDENTIAM minoris occurrit dubitatio in hoc ſtudio trita, an ſcilicet ens ſit primò cognitum ordine originis ab intellectu noſtro.

Quæſt. 1. ¶ In hac quæſtione quinque agam. Primò declarabitur in quo ſtat difficultas quæſtionis, ſecundò ponetur opinio Scoti cum fundamentis ſuis. Tertiò ponetur opinio Sancti Thomæ, & impugnabitur ſimul opinio Scoti. Quartò arguetur contra dicta Sancti Thomæ, & reſpondebitur. Quintò ſatisfiet argumentis principalibus.

¶ Quò Ad primum notandum eſt quòd vniuerſale (quod tantùm ab intellectu directè cognoſci ſupponimus) duplicem habet totalitatem, eſt enim totum diffinibile, & eſt totum vniuerſale. Differunt autem hæ totalitates tripliciter. Primò, quia totalitas diffinitiua fundatur ſupra actualitatem rei, totalitas autem vniuerſalis ſupra virtutem ſeu poteſtatem. Secundò, quia illa eſt in ordine ad ſuperiora, ſi habet ea, iſta verò eſt in ordine ad inferiora. Tertiò, quia illa naturaliter eſt iſta prior. Et ſicut habet duplicem totalitatem ipſum vniuerſale, ita habet duplicem cognitionem, confuſam, & duplicem diſtinctam. Prima cognitio confuſa eſt, qua cognoſcitur ut totum diffinibile, non reſoluendo in partes diffinitiuas. Secunda cognitio confuſa eſt, qua cognoſcitur, vt totum vniuerſale non componendo ipſum cum partib. ſubiectiuis. Prima diſtincta eſt, qua cognoſcitur totum diffinitum, reſoluendo ipſum in ſingulas partes diffinitionis: & hæc reſpondet primæ confuſè. Secunda diſtincta eſt, qua cognoſcitur totum vniuerſale, componendo ipſum cum ſuis partibus ſubiectiuis: & hæc reſpondet ſecundæ confuſè. Differunt autem illæ duæ cognitiones confuſè inter ſe tripliciter. Primò quia prima cognitio reſpicit obiectum, vt totum diffinibile, ſecunda verò vt totum vniuerſale. Tertiò, quia prima nullam notitiam diſtinctam eiuſdem obiecti ſecum compatitur. Secunda verò compatitur ſecum notitiam diſtinctam eiuſdem obiecti in eo quod totum diffinibile, vtpote non ſibi oppoſitam. Similiter enim ignoro animal in ſuis ſpeciebus, & noui quid ſit animal. Tertiò, quia prima naturaliter eſt prior ſecunda: ex quibus pono verbalem differentiam. Et prima vocetur cognitio confuſa actualis: ſecunda verò notitia virtualis confuſa. Et meritò: eo quod prima cognitione cognoſcitur confuſè, id quod actualiter in obiecto reperitur: ſecunda verò cognoſcitur confuſè id, quod virtualiter in obiecto includitur.

¶ Illæ verò duæ diſtinctæ cognitiones differunt etiam tripliciter. Primò, quia prima cognitione penetratur res, vt totum diffinibile: ſecunda verò vt totum vniuerſale. Secundò, quia prima compatitur ſecum eiuſdem obiecti aliquam cognitionem confuſam vniuerſalem, ſcilicet vtpote ſibi non oppoſitam; ſecunda verò nullam confuſam ſecum compatitur: cum notitia enim animalis cum ſuis ſpeciebus non ſtat ignorantia animalis in ſe. & ex his ſequitur tertia differentia, quod ſecunda diſtincta infert primam, & non è conuerſo. Ex quibus pono etiam hic verbalem differentiam: & prima quidem vocetur notitia diſtincta actualis, ſecunda verò notitia diſtincta virtualis: & meritò: quia prima penetrat ut res, ſecundum id, quod actualiter in ea inuenitur, ſecunda autem cognoſcitur res ſecundum id, quod virtualiter in ea includitur.

¶ Ex his Elicio primò diffinitiones iſtarum quatuor cognitionum: deinde coordinationes quatuor earundem. Et quia priuatio cognoſcitur & diffinitur per ſuum habitum: ideo à diſtinctis incipiendo, dicitur quod cognitio diſtincta actualis eſt: qua penetratur id, quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio confuſa actualis eſt, qua circa penetrationem cognoſcitur id, quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio diſtincta virtualis eſt, qua obiectum penetratur ſecundum id quod virtualiter in ipſo includitur. Cognitio confuſa virtualis eſt, qua obiectum ſecundum id, quod virtualiter in ipſo includitur non perfectè cognoſcitur.

¶ Coordinationes Harum cognitionũ ſunt iſtæ, prima eſt cognitionum confuſarũ actualium: ſecunda confuſarum virtualium: tertia diſtinctarum actualium: quarta diſtinctarum virtualium. In prima eſt cognitio, qua cognoſcitur ſubſtantia in ſeipſa non penetrando tamẽ, & cognitio qua cognoſcitur corpus: & qua corpus animatum vt ſic, & quà animal vt ſic, & qua homo vt ſic: ſemper abſq; penetratione, id eſt, abſq; hoc quod habeatur ratio formalis clara & reſoluta. In tertia ſunt cognitiones oppoſitæ ſupradictis, ſcilicet qua ſubſtantia, & qua corpus & qua animal, & qua homo quidditatiuè cognoſcuntur. In ſecunda ſunt cognitiones, quibus ſubſtantia, corpus, corpus animatum, & animal cognoſcuntur, non componendo cum inferioribus ſuis. In quarta ſunt cognitiones his oppoſitæ, ſcilicet qua ſubſtantia iam cum ſuis inferioribus perfecta cognitione componitur totum vniuerſale, ſcilicet cum ſuis partibus, & qua corpus ſimiliter cum ſuis partibus ſubiectiuis penetratur, & ſic de alijs. Cùm autem, vt ex dictis patet, ordo cognitionum confuſarum actualium ſit via originis prior cæteris, primum cognitum in ordine cognitionis confuſæ actualis, erit primum cognitum ſimpliciter. & ſic cum hic quæramus, quid ſit primum cognitum ſimpliciter ab intellectu noſtro via originis, nihil aliud dubitamus niſi quid ſit primum cognitum in ordine cognitionis confuſæ actualis. Stat ergo inter nos, & Scotum difficultas in hoc, an in ordine cognitionis confuſæ actualis via originis primum cognitum ſit ens, an ſpecies ſpecialiſſima. Ex quo patet defectus Antonij Trombetæ, qui hanc quæſtionem mouendo adducit opinionem Sancti Thomæ ex propria parte, q. 85. art. 3. etenim à San. Tho. nulla ibi facta eſt comparatio inter cognitiones confuſas actuales, de quibus eſt hic tota quæſtio; ſed comparauit ibi cognitiones diſtinctas actuales inter ſe, comparauit quoq; diſtinctam actualem ſuperioris diſtinctæ virtuali eiuſdem comparauit & confuſam virtualem ſuperioris diſtinctæ virtuali eiuſdem; comparauit & confuſam actualem diſtinctæ actuali eiuſdem obiecti, vt patet intuenti, Et hæc de primo. Infrà q. 85. art. 3. ſubtiliſſime indagauit mente docte expoſitor.

¶ Quoad ſecundum, Scotus primo ſen. diſt. 3. q. 2. ponit hanc concluſionem, Primum cognitum cognitione confuſa actuali eſt ſpecies ſpecialiſſima, cuius ſingulare efficacius primò mouet ſenſum. Et probat tribus rationibus Sco. 1 d. 3. q. 2.

¶ Prima eſt, Cauſæ rationales non impeditæ producunt primò perfectiſſimum effectum, quem poſſunt primò producere, patet iſta, quia agunt ſecundum vltimum potentiæ ſuæ, ſed agentia ad primum actum intellectus ſunt cauſæ naturales non impeditæ, ergo producunt primò perfectiſſimum effectum,

quem

quem poſſunt primò producere, talis effectus non eſt niſi conceptus actualis confuſus ſpeciei ſpecialiſsimæ, ergo &c. Probatur hoc vltimò aſſumptum, quia ſi talis conceptus, ſ. perfectiſsimus ſit conceptus communioris, ſequitur ꝙ nunquam illa agentia poterunt producere conceptum ſpeciei ſpecialiſsimæ. Tenet conſequentia, quia nunquam aliqua potentia poteſt in effectum perfectiorem ſuo perfectiſsimo effectu, conceptus autem ſpeciei ſpecialiſsimæ eſt perfectior conceptu communiori, ſicut totum ſua parte. Et confirmatur, inquit Ant. Trombeta, quandocunq; ſunt aliqua duo naturalia agentia æquè approximata paſſo debitè diſpoſito, id, quod eſt actualius, præuenit id quod eſt minùs actuale in agēdo erga paſſum, ſed rationes obiectiuæ ſpeciei ſpecialiſsimæ, & cuiuſcunq; ſuperioris ſunt huiuſmodi, ſ. ꝙ ſpecies ſpecialiſsima eſt actualior, ergo ſpecies ſpecialiſsima priùs producit effectum ſuum, quàm genus.

a. 3. circa medium.

¶ Secunda ratio eſt iſta. Termini metaphyſicales, vel vniuerſaliſsimi ſunt vltimò actualiter noti via doctrinæ. Patet iſta ex Auic. 1. metap. c. 3. dicente, ꝙ Metaphyſica eſt vltima ordine doctrinæ, ſed termini illi ſunt vniuerſaliſsimi, ergo vniuerſaliora nō ſunt priùs nota actualiter. Et confirmatur, ait Anto. Trombeta, quia ordo ſcientiarum quò ad nos attenditur penès ordinem cognoſcibilium quoad nos, ſi ergo Metaphyſica eſt vltima quoad nos, ergo termini ſui erunt etiam vltimò noti quoad nos.

¶ Tertia ratio eſt iſta, Si oporteret ante ſpeciei cōceptum concipere vniuerſaliora, tunc ſuppoſito ſenſu in actu & intellectu ſoluto, magnum temporis interuallum accideret antequam intellectus cognoſceret ſpeciem, Tenet conſequentia, quia multa ſunt prædicata media inter ſupremum & infimum.

¶ Quartò ad idem arguit Anto. Trombeta ſic, Id prius cognoſcitur quod eſt facilioris abſtractionis, ſed ſpecies ſpecialiſsima eſt facillimæ abſtractionis, ergo ſpecies ſpecialiſsima priùs cognoſcitur. Probatur Maior: quia cùm intellectus non intelligat niſi abſtrahendo: ſicut ſe habet ad abſtrahendum, ita ſe habet ad intelligendum. Minor patet, quia à ſimilioribus facilior eſt abſtractio, quàm à diſsimilioribus: indiuidua autem vnius ſpeciei, à quibus abſtrahitur genus: ſeu quoduis ſuperius.

¶ Quintò, Id vniuerſale priùs cognoſcitur ab intellectu, cuius ſingulare fortiùs mouet ſenſum, ſed ſingulare ſpeciei ſpecialiſsimæ fortius mouet ſenſum, quàm cuiuſcunq; ſuperioris ſingulare: ergo ſpecies ſpecialiſsima primò cognoſcitur ab intellectu, Maior patet: quia noſtra cognitio intellectiua naſcitur ex ſenſitiua. Minor probatur dupliciter. Primò, Senſus mouetur à ſingulari, ergo maximè mouetur à maximè ſingulari (per regulam Topicam, ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter) ſed maximè ſingulare eſt ſingulare ſpeciei ſpecialiſsimæ: quia eſt determinatum nō ſolùm determinatione ſingularitatis, ſed etiam naturæ determinatæ: non amplius determinabilis per aliam naturā, quod indiuiduis ſuperiorum nō conuenit: ergo, &c. Secundò probatur eadem minor ſic, Singulare actualius fortiùs mouet ſenſum, ſed ſingulare ſpeciei ſpecialiſsimæ eſt actualius, cùm ſit perfectius, cùm ad alia ſingularia addat, ergo ſingulare ſpeciei ſpecialiſsimæ fortiùs mouet.

Primo Topi.

¶ Sextò ſic, Compoſitius eſt priùs notum: ſpecies ſpecialiſsima eſt compoſitior omnibus ſuperioribus; ergo ſpecies ſpecialiſsima eſt prius nota omnibus ſuperioribus. Maior habetur à Commentatore primo Phyſicorum commento tertio. Minor à Porphyrio dicente, quòd ſpecies abundat à genere. Et hoc de ſecundo.

¶ Qvoad tertium Ponuntur duæ concluſiones, Prima eſt, Ens concretum quidditati ſenſibili eſt primum cognitum cognitione confuſa actuali.

¶ Antequam hæc concluſio probetur, duo præmittam. Primò declarabo quid nominis ſubiecti concluſionis, ſcilicet quid ſit dicere ens concretum quidditati ſenſibili? Secundò declarabitur quoddam, quod præſupponit ipſa concluſio.

Abſtractio formalis & totalis quid ſint.

¶ Circa primum ſcito ꝙ ens ſub triplici conditione poteſt terminare actum intellectus. Primò vt habet conditionem iſtam, quæ eſt abſtractio totalis, nō dico à ſingularibus; ſed à ſpecieb. & generibus. Secundo modo, vt habet conditionem iſtam, quæ eſt abſtractio formalis ſimiliter à ſpecieb. & generibus. Tertio modo, vt neutram iſtarum conditionum habens: abſtractum tamē à ſingularibus. primo modo, ens non eſt pertinens ad hanc quæſtionem: quia ipſum vt ſic eſt totum vniuerſale, nos autem loquimur de cognitione confuſa actuali non virtuali. Secundo modo, ens eſt terminus metaphyſicalis: & fortè adhuc viris doctiſsimis non innotuit. Tertio modo, ens eſt primum cognitum, & nuncupatum eſt ens concretum quidditati ſenſibili: quia non eſt ſeparatum aliqua dictarum abſtractionum à quidditate ſpecifica vel generica.

Abſtractio.

¶ Ad horum pleniorem intelligentiam nota ꝙ ſicut eſt duplex compoſitio, ſ. formæ cum materia, & totius cum partibus, ita duplex eſt abſtractio per intellectum, ſ. qua formale abſtrahitur à materiali, & qua totum vniuerſale abſtrahitur à partibus ſubiectiuis: ſecundum primam quantitas abſtrahitur à materia ſenſibili, iuxta ſecundam animal abſtrahitur à boue & leone, primam voco abſtractionem formalem, ſecundam verò voco abſtractionem totalem, eò quia quod abſtrahitur prima abſtractione, eſt vt forma eius, à quo abſtrahitur. Quod verò abſtrahitur ſecunda abſtractione, eſt vt totum vniuerſale reſpectu eius, à quo abſtrahitur.

¶ Differunt autem hæ duæ abſtractiones quadrupliciter. Primò, quia in abſtractione formali ſeorſum vterq; conceptus completus habetur, eius ſ. quod abſtrahitur, & eius à quo abſtrahitur, id eſt, formalis & materialis, ita ꝙ conceptus alter alterum non includit. Linea enim in eo ꝙ linea, habet completè ſuam diffinitionem non includentem materiam ſenſibilē, & èconuerſo, materia ſenſibilis lineæ habet completè ſuam diffinitionem non includentem aliquid lineæ, in eo ꝙ linea: aliter diffinitiones naturales abſtraherentur à materia ſenſibili. in abſtractione verò totali non remanet ſeorſum vterq; conceptus completus, ita ꝙ alter alterum non includit, ſed vnus tantùm, eius, ſcilicet quod abſtrahitur. Quando enim abſtraho animal ab homine non præcidunt ſe inuicem conceptus hominis & animalis, ſed tantùm cōceptus animalis non includit conceptum hominis, homo. n. non eſt intelligibilis ſine animali. Fundamentum huius differentiæ eſt, ꝙ illa abſtractio fit per conſiderationem alicuius, quod eſt de ratione inferioris, & per remotionem, id eſt, non conſiderationem alicuius, quod eſt de ratione illiuſmet inferioris, abſtrahitur enim animal ab homine per hoc, quòd intellectus conſiderat in homine animal & non rationale, quorum vtrunque eſt de ratione hominis. Illa autem abſtractio non fit per conſiderationē alicuius quod ſit de illius ratione, ſed potius fit per ſeparationem eorum, quæ ſunt de ratione formalis, ab his, quæ ſunt de ratione materialis, & èconuerſo, vt exemplum datum oſtendit.

¶ Secundò differunt, quia per abſtractionem formalem oritur in eo quod abſtrahitur actualitas, diſtinctio & intelligibilitas. In abſtractione verò totali oritur in eo, quod abſtrahitur, potentialitatis confuſio,

fosio,

fuſio,& minor intelligibilitas. Tertiò differunt,quia in abſtractione formali quantò aliquid eſt abſtractius, tantò eſt notius naturæ. In abſtractione verò totali quantò eſt abſtractius, tantò eſt notius nobis. Fundamentum harum differentiarum eſt, quia abſtractio formalis fit per ſeparationem à materialib. potẽtialibus,& hm̃ói. Abſtractio autem totalis fit per ſeparationem à ſpeciei actualitatibus à quib.quanto aliquid eſt abſtractius,tantò,eſt potentialius,cùm genus poteſtate contineat inferiora, & tantò eſt minus intelligibile, cùm actus ſecundum ſe ſit notior potentia,ſexto Meta.tex.Commen.2. Quarto differunt, quia penes diuerſos modos abſtractionis formalis ſcientiæ ſpeculatiuæ diuerſificantur, vt patet ſexto Metap.in principio. Abſtractio autem totalis communis eſt omni ſcientiæ.Propter quod metaphyſicalia vt ſic non comparantur ad naturalia per modum totius vniuerſalis ad partes ſubiectiuas, ſed vt formalia ad materialia, ſicut & mathemathicalia: licet enim gradus metaphyſicales ſint vniuerſaliores alijs,& comparari poſſint ad alia vt ad partes ſubiectiuas,eo quòd eidem poteſt vtraque abſtractio conuenire, tamen inquantum ſtant ſub conſideratione metaphyſicali,non ſunt vniuerſalia reſpectu naturalium, ſed formæ, & naturalia ſunt earum materia, hoc eſt valde notandum. Patet ergo quomodo ens quandoque habet abſtractionem formalem, quando ſcilicet cum præciſione cæterarum rationum genericarum & ſpecificarum accipitur, & quomodo quandoque habet abſtractionem totalem, quando ſcilicet vt totum vniuerſale poteſtate includens cætera genera & ſpecies,conſideratur. Patere etiam poteſt quod nunc intendimus, quomodo ens ſit concretum quidditati ſenſibili, cùm ſcilicet neutra illarum abſtractionum fulcitur, ſed in quidditate ſenſibili abſtracta à ſingularibus abſque aliqua ſeparatione inſpicitur, & ſic eſt manifeſtum quid ſignificetur nomine Entis concreti quidditati ſenſibili.

Tex. Cõ. 4.

Supplemẽtum in cõcluſione.

¶ Id verò quod præſupponit concluſio eſt, ens poſſe cognoſci cognitione actuali confuſa, quod Scotiſtæ negant, tenentes ens non poſſe cognoſci cognitione actuali confuſa, ſed diſtincta tantùm. Et probant ſic, Id quod habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, non poteſt cognoſci cognitione confuſa actuali, ens habet conceptum ſimplicem, ergo. Maior patet ex eo, quòd cognitio confuſa actualis fit, cùm intellectus fertur in obiectum ſecundum id quod actualiter in eo includitur, neſciendo reſoluere in partes rationis illius obiecti. In id autem quod habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, non contingit intellectum ferri ſecundum aliquid, & ſecundum aliquid non, aliter conceptus eius eſſet compoſitus. Minor patet,quia conceptus entis eſt irreſolubilis. Vt autem videatur quòd concluſio non præſupponit aliquod falſum, & pateat inſufficientia huius rationis, aduertas, quòd ſicut ratione cognitionis diſtinctè actualis non eſt,quòd obiectum cognoſcatur per reſolutionem in partes rationis, vt patet,cùm diſtinctè cognoſcitur ens, ſed eius ratio ſtat in hoc quòd obiectum penetretur ab intellectu ſecundum omne, quod actualiter in illo inuenitur,ſiue hoc fiat per reſolutionem obiecti in partes rationis,ſiue fiat ex claro intuitu obiecti ſimplicis, ita non eſt de ratione cognitionis confuſæ actualis,quòd intellectus intelligat obiectum ſecundum aliquid, & ſecundum aliquid ignoret: ſed ſufficit quòd intellectus feratur in obiectum ipſum actualiter,& non penetret eius actualitatem, ita quòd in hoc ſtat ratio cognitionis confuſæ actualis, quòd intellectus feratur in obiectum ſecundum id quod actualiter in eo eſt, non penetrando ipſum. Siue autem id contingat ex eo,ꝙ obiectum eſt reſolubile in plures conceptus, ſiue ex alio per accidens, hoc ſe habet ad cognitionem confuſam actualem, & ſic ratio Scoti aſſumit maiorem falſam, & probationem peccantem fallaciam conſequentis,ab inferioris ad ſuum ſuperius negatiuè,à negatiua vnius modi cognitionis confuſæ ad negatiuam omnis modi.

¶ Et ꝙ ita ſit, & ꝙ ens & quodlibet ſimpliciter ſimplex poſſit cognoſci cognitione confuſa actuali,probo ſic, Quandocunq; intellectus fertur in ens, actualiter ipſum concipiendo, & neſciendo ſeparare ens à ſubſtantia & accidente, habet de ente cognitionem confuſam actualem, ſed multorum hominum intellectus eſt huiuſmodi, ergo, &c. Maior ſic manifeſtatur, quia cùm intellectus actualiter fertur in ens, & tamen neſcit ſeparare propriam eius rationem à rationibus proprijs ſubſtantiæ & accidentis, aut habet cognitionem confuſam,aut diſtinctam. Non diſtinctam, quia effectus inſeparabilis cognitionis diſtinctæ,eſt ſcire illius obiecti differentiam ab alijs, ergo confuſam,& cùm poſitum ſit ꝙ ſit cognitio actualis, ſequitur quòd ſit cognitio confuſa actualis. Minorem experientia docet,videmus enim multos per plures annos exercitatos in ſtudijs adhuc neſcire diſtinguere rationem propriam entis à ſubſtantia. & accidente,quos neſcire habere conceptum actualem entis fatuum eſt dicere, & contra ſenſum, conſiderant enim ens ſecundum id quod actualiter in ſe habet,& totum attingunt, ſed quia non totaliter comprehendunt,ideo neſciunt ipſum ab alijs ſeparare,reſtat igitur præſuppoſitum in noſtra concluſione ſolidum,& falſum eſſe,quòd ens ſola cognitione actuali diſtincta cognoſcatur. Nunc ſupereſt probare concluſionem,quam habes quo ad primam partem à San.Th. & Auicen.dicentib. quòd ens eſt id quod intellectui noſtro primò imprimitur,probatur ergo ſic concluſio, Conceptus imperfectiſsimus omnium eſt primus via originis,ſed conceptus actualis confuſus entis eſt conceptus imperfectiſsimus omnium, ergo eſt primus via originis. Maior patet,patet,quia imperfectiora ſunt priora via generationis, 9.Metaph.tex.com.15. Minor etiam eſt de ſe euidens, quia omnis alius conceptus cùm addat ad entis conceptum, eſt perfectior illo,ſicut totum ſua parte.

Tex. Cõ. 15.

¶ Reſpondet Antonius Trombeta, ꝙ perfectio conceptus eſt duplex, perfectior obiectalis & perfectior euidentiæ, ille conceptus eſt perfectior obiectalis, qui habet obiectum perfectius poſitiuè, ille autem eſt perfectior euidenter,qui habet obiectũ pauciora includens ex Ariſt.(in proœ.Meta.) Vnde ſi in argumento ſit ſermo de perfectione obiectali,maior eſt falſa,& minor vera, ſi de perfectione euidentiæ, maior eſt vera & minor falſa.

¶ Contra,& probo quòd minor ſit vera de perfectione euidentiæ loquendo, ita quod conceptus actualis confuſus entis ſit imperfectiſsimus, quo ad euidentiam. Ille conceptus eſt omnium ineuidentiſsimus, ſub quo intellectus poſitus magis remotus eſt à cognitione aliorum omnium, quàm ſub quocunque alio conceptu,conceptus actualis confuſus entis eſt huiuſmodi, ſcilicet quòd intellectus habens ipſum, magis diſtat ab aliorum cognitione, quàm habens quemcunque alium conceptum, ergo conceptus actualis confuſus entis eſt ineuidentiſsimus omnium. Maior patet ex eo quòd euidentia conceptus, cùm ſit propria perfectio intellectus, quantò maior eſt, tantò intellectum magis propinquum reddit ad aliorum cognitionem, præſertim cum intellectus ex euidentibus ad ineuidentiam naturaliter procedat. Minor verò probatur ſic, Quandocunq; ſunt aliqui

Lect. 2.

duo

duo conceptus, quorum vnus actualiter alterum includit, & non èconuerſo, intellectus habens illũ, qui actualiter includit alterum, eſt in proximiori diſpoſitione ad cognoſcendum reliquum, quàm èc õuerſo, modo conceptus entis ita ſe habet ad alios, ꝙ ipſe alios nõ includit, alii verò actualiter ipſum includũt, ergo intellectus habens conceptum entis magis diſtat ab aliorum cognitione, quam habens quemcunque alium conceptum. Et confirmatur per Sco. dicẽtem ꝙ pars rõnis actualiter intellectæ eſt ſatis proxima intellectui, adeò ut proximius eſſe non poſſit. Illud autem quod adducitur ex proœ. Metaph. ꝙ euidentia attenditur penès obiectum pauciora actu includens, ad propoſitum non eſt, quoniam certitudo illa eſt certitudo obiectalis, ſermo autem noſter eſt de euidentia ſe tenente ex parte intellectus, ex talib. enim euidentibus & certis procedit intellectus ad ſibi ineuidentia & incerta.

¶ Secundò probatur eadem concluſio ſic, Cognitio primorum principiorum eſt prima cognitio complexa, ergo cognitio entis eſt prima cognitio incomplexa. Antecedens patet ex eo ꝙ cognitio, quæ eſt à natura, debet præcedere eam, quæ eſt ex induſtria, & ex eo ꝙ in omnium ſunt notitia etiam in pueritia, & ex eo ꝙ præſupponuntur ad quodlibet diſcere, vt habetur primo Poſte. Conſequẽtia verò probatur, quia cùm ens ſit terminus ille, ex quo conficitur principiũ primum: ſi ens non eſſet primum cognitum, ſed aliquid aliud, poſſet tunc fieri alia complexio ab intellectu, adhuc non habita notitia principii, &c.

Tex. cõ. 5

Contra Scoti poſitionem.

¶ Contra ipſam poſitionem Scoti arguitur: Species ſpecialiſsima non eſt obiectum confuſiſsimum ſimpliciter, ergo cognitio eius actualis confuſa non eſt prima ſimpliciter, & conſequenter ipſa non eſt primum cognitum. Conſequentia tenet ex poſitione aduerſa dicente, ꝙ ideo ſpecies ſpecialiſsima eſt primũ cognitum, quia eſt confuſiſsima. Antecedens probatur ſic: Genus eſt confuſius ſpecie: ergo ipſa non eſt confuſiſsima. Conſequentia iterum eſt nota: Antecedens probatur, Quod plura continet, eſt confuſius, genus plura continet, quàm ſpecies: animal enim cõtinet plura, quàm homo. ergo, &c.

¶ Reſpondent, ꝙ continentia eſt duplex, quædã actualis, quædam potentialis: & quòd id eſt cõfuſius, quod plura continet actualiter, non potentialiter, modo genus continet plura in potentia: ſpecies autem in actu, & ideo ſpecies eſt confuſior.

¶ Contra, confuſius eſt quod continet plura ſine ordine, quàm ꝙ continet plura cum ordine: ſed continens actualiter continet plura ordinatè, ſpecies. n. ordinatè continet partes diffinitiuas: continens autẽ in potentia continet plura ſine ordine. ergo continẽs plura potentialiter eſt confuſius.

¶ Reſpondet Anto. Trombeta, ꝙ genus continet ſpecies ordinatè & non ſine odine, eo ꝙ non reſpicit eas niſi mediis differentiis, quæ ſunt valde ordinatæ.

a. de differentiis.

7. com. 49

¶ Contrà, Genus continet ſpecies & differentias non in actu: ſed in potentia (vt dicit Porphyrius.) ergo continet eas indiſtinctè. Tenet conſequẽtia, quia actus eſt qui diſtinguit, 7. Meta. tex. com. 49. tunc vlterius continet indiſtinctè, ergo non ordinatè. Tenet conſequentia: quia ordo abſque diſtinctione non eſt imaginabilis (etiam ſi fingendi detur licẽtia.) Quòd autem dixit, genus, ſ. non reſpicere ſpecies niſi mediis differentiis ordinatis, non iuuat, eo ꝙ non ſolùm ſpecies, ſed etiam differentias inter ſe ordinatas genus abſque ordine continet, ut probatum eſt.

¶ Aduertas hic, ꝙ confuſio non ſequitur continẽtiam plurium (vt Scotiſtæ fingunt) ſic enim vniuerſum eſſet maximè confuſum: ſed continentiam plurium ſine ordine. Vnde prouerbium eſt, Vbi pluralitas ſine ordine, ibi confuſio, &c.

Secunda concluſio eſt iſta, Inter conceptus actuales confuſos prædicatorum quidditatiuorum non eſt eſſentialis ordo originis. probatur ſic, Quandocunque ſunt aliqui conceptus eſſentialiter ordinati ordine originis, impoſsibile eſt extremos generari non genitis intermediis. Iſta patet de ſe: alioquin non eſſet ordo eſſentialis originis inter illos: ſed de facto habemus conceptus confuſos actuales extremorum abſque intermediorum conceptibus: ergo non eſt inter eos eſſentialis ordo originis. Minorem experientia declarat: experimur nanque nòs concipere hominem, & ſubſtantiam, & tamẽ intermedia ignoramus non ſolùm diſtinctè, ſed confusè: caremus enim conceptibus propriis eorum, quibus actualiter in ipſa dirigatur intellectus acies: & non ſolùm ignoramus reſoluere ipſa in partes diffinitiuas. Et quia hæc ratio conuincit me, ideo ſolam adduco. Ex hoc patet defectus Scotiſtarum dicentium, ꝙ eſt ordo eſſentialis inter conceptus confuſos: non enim poſſunt ſoluere hanc rationem.

¶ Sed immediatè contra hæc obiicitur ſic, Inter conceptus confuſos actuales ſuperioris & inferioris non eſt ordo eſſentialis originis: ergo ita poteſt primò generari cõceptus ſpeciei ſpecialiſsimæ, ſicut entis: quod eſt contra primam concluſionem. Tenet conſequentia: quia ordo non eſſentialis non eſt neceſſarius, & variari poteſt.

¶ Ad hoc dico negando conſequentiam, licet. n. non ſit ordo eſſentialis inter omnes conceptus confuſos, eſt tamen talis ordo inter conceptus entis, & quemcunque alium. Nec hoc eſt uoluntarium, eo ꝙ conceptus entis eſt quædam forma generaliſsima ipſius intellectus, ſicut forma corporeitatis eſt forma generaliſsima ipſius materiæ, vnde ſicut inter formam corporeitatis & alias eſt ordo eſſentialis, non autem inter alias formas inter ſe, ita inter conceptum entis & alios, non autem inter alios inter ſe: poteſt. n. poſt conceptum entis quodcunque aliud concipi, ſiue ſubſtantia, ſiue accidens ſiue ſpecies, ſiue genus. Eſt etiam conceptus entis quaſi naturalis ipſi intellectui, ſicut & cognitio primi principii, ſtatim. n. præſentatum ens ab omnib. cognoſcitur, & ideo ipſum oportet eſſe prius aliis eſſentialiter ſicut vniuerſaliter actus naturalis præcedit cæteros, qui penitus ab extrà ſunt, non eſt autem ſimilis ratio de aliis conceptibus inter ſe. Et hæc de tertio.

Quinque dictorũ Sã. Tho. defenſio.

¶ Quo ad quartum, quia Anto. Trombeta impugnat quædam dicta S. Doc. in prima parte, q. 85. art. 3. vbi tradit ordinem intellectualis cognitionis ſecundum uiam Peripateticam, ideo adduco eius impugnationes, & ſoluo. Quinque autem ſunt dicta, cõtra quæ arguit. Primum eſt, Intellectus eſt vniuerſaliũ & prius magis uniuerſalium. Secundum, Intellectus noſter procedit de potentia ad actum. Tertium, Notitia rerũ in uniuerſali eſt notitia incompleta. Quartum, Notitia in uniuerſali eſt notitia ſecundũ quid, & in potentia. Quintum, Senſus exiens de potentia ad actum prius communia, quàm minus communia cognoſcit.

Primò intellectus eſt uniuerſaliũ, & prius magis vniuerſalium.

¶ Contra primũ arguit ſic, S. Tho. tenet, ꝙ quicquid eſt in re, & ex natura rei ſit ſingulare, addo huic aliã propoſitionẽ, ſ. illud quod præcedit actũ intelligendi eſt reale, tunc ſic, quicquid eſt in re eſt ſingulare, quicquid prima intellectione intelligiť, eſt in re, ergo quicquid prima intellectione intelligitur, eſt ſingulare, ergo non põt intelligere magis uniuerſaliter, Maior eſt S. Th. Minor ex ſecundo ſuppoſito patet, ꝙ quadrupliciter probať. Tum quia ens rõnis eſt poſterius actu collationis intellectus. Tum quia tale obiectum eſt cauſa entis realis, ſcilicet primi

actus intelligendi. Tum quia talis primus actus refertur ad obiectum relatione reali, quæ non eſt niſi ad terminum realem. Tum quia talis primus actus dependet ab obiecto, vt à menſura, ens autem reale non dependet ab ente rationis.

¶ Ad hæc reſpondeo, quòd Maior poteſt habere duplicem ſenſum. Primus eſt, quòd quicquid eſt in re, eſt ſingulare, id eſt, quicquid eſt in re eſt ſingularitas, & ſic eſt falſa, eſt enim in Sorte nonſolum ſingularitas, ſed humanitas & animalitas. Secundus ſenſus eſt, quicquid eſt in re, eſt ſingulare, id eſt, quicquid eſt in re, habet eſſe ſingularizatum, & hoc modo eſt apud Peripateticos veriſsima, vnde argumentum ſi debet eſſe tribus terminis, Maior eſt falſa in primo ſenſu. In ſecundo autem conceditur totum argumentũ, ens ſiquidem primò cognitum non habet eſſe reale niſi in ſingularibus. Quæ autem addit, quantùm veritatem habeant, infra patebit.

Secũdũ, intellectus humanus procedit ex potẽtia ad actum.

¶ Contra ſecundum dictum, ſcilicet intellectus noſter procedit de potentia ad actum, arguitur ſic, Iſta propoſitio aſſumitur à San. Tho. ad probandum illam concluſionem, ſcilicet magis vniuerſale priùs intelligitur, aut iſta propoſitio concludit nihil ad propoſitum, aut ipſa eſt ſimpliciter falſa. Quia ſi intelligit quòd intellectus priùs intelligat aliquid in potentia, quàm in actu, ipſa eſt vera, ſed non ad propoſitum: concedo enim quòd intellectus priùs intelligit ſpeciem ſpecialiſsimam in potentia, quàm in actu: ſed hoc non habetur, ꝙ priùs genus quàm ſpeciem intelligat. Si autem intelligat, quòd intellectus procedit de potentia ad actum, id eſt de notitia imperfecta ad perfectam, ipſa non eſt vniuerſaliter vera, vt patet cùm proceditur à notitia præmiſſarum ad concluſiones, & à notitia cauſæ ad effectus notitiam: & per hoc patet etiam illud eſſe falſum, ſcilicet quòd intellectus priùs peruenit ad actum imperfectum quàm perfectum, nam aër illuminatus non priùs imperfectè, deinde perfectè illuminatur à ſole; ſimiliter intellectus priùs recipit actum quàm habitum: & tamen actus eſt perfectior habitu: vnde ad hoc quòd propoſitio ſit vera, oportet probare ordinem eſſentialem actus incompleti ad actum completum.

¶ Ad hoc reſpondeo, quòd Sanctus Thomas intelligit illam propoſitionem neutro illorum modorum præcisè, ſed hoc modo, Intellectus exiens de potentia ad actum vltimatè perfectum, tranſiturus per multos actus medios, priùs peruenit ad actum imperfectum, quàm perfectum: & habetur iſta propoſitio ex octauo Phy. text. com. 58. & nono Meta. text. comment. 15. & in libro ſecundo de Partibus animalium, quòd priora via generationis ſunt imperfectiora. Sub illa ergo Maiore ſubſumatur Minor, ſcilicet, intellectus noſter eſt exiens de potentia ad actum vltimatè perfectum, puta cognitionem diſtinctam ſpeciei ſpecialiſsimæ, tranſiturus per multos actus intermedios, ergo priùs peruenit ad actum imperfectum, quàm perfectum: minor eſt euidens: eo quòd cognitiones generum ab omnibus conceduntur actus intermedij, & ſic ratio concludit ꝙ priùs magis vniuerſale, quàm minus vniuerſale diſtinctè cognoſcatur: quod intendebat beatus Thomas, ſed ille deceptus eſt quia credidit ſanctum Thomam loqui de cognitionib. confuſis actualibus, cùm, ſicut ſuprà dictum eſt, loquatur de cognitione confuſa virtuali ipſius ſpeciei, & diſtincta eiuſdem & generis, cognitio enim diſtincta actualis generis appellatur ibi confuſa ipſius generis & ſpecierum, eò ꝙ confusè in illa ſpecies & generis poteſtas cognoſcitur. Ad id quod additur contra hanc propoſitionem. Intellectus procedit de notitia imperfecta ad perfectam, dico ꝙ hæc propoſitio eſt vera vniuerſaliſsimè ſi intelligatur.

¶ Pro cuius intellectu & omnium inſtantiarum ſolutione aduerte primò, ꝙ proceſſus naturæ & intellectus eſt duplex, alter ſecũdum ordinem generationis tantùm, alter ſecundum ordinem generationis & cauſalitatis effectiuæ vel finalis. Primus proceſſus eſt quando inter terminos & media non cadit niſi prioritas & poſterioritas ſecundum generationem. Secundus eſt quando vltra iſtam prioritatem inuenitur in illo quod eſt prius, etiam prioritas cauſæ effectiuæ, vel finalis.

¶ Secundò aduerte ꝙ aliud eſt perfectius altero dupliciter, ſ. ſimpliciter, vel ſecundum quid, ſtat enim ꝙ aliquid ſit ſimpliciter, id eſt, ſecundum ſuam naturam altero perfectius, quod tamen ſecundũ aliquam conditionem eſt imperfectius illo, ſicut ſubſtantia materialis eſt ſimpliciter perfectior accidente, quo tamen eſt imperfectior ſecundum quid, inquantum actuatur per illud. Dicit ergo ꝙ tam natura, quàm intellectus in proceſſu generationis tãtùm ſemper procedit de imperfecto ſimpliciter ad perfectum ſimpliciter: eo ꝙ ordo generationis attenditur penès genus cauſæ materialis: ſicut animal priùs generatur quàm homo (vt dicitur in libro de animalibus.) In proceſſu autem ſecundo proceditur de imperfecto non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ad perfectius ſecundum quid, ſicut ſubſtantia eſt prior generatione accidente, & vltra hoc ẽ prior cauſalitate finali, eo ꝙ eſt finis eius, & quandoque agens, conſtat autem ipſam eſſe ſecundum quid imperfectiorem accidente, inquantum eſt in potentia reſpectu eius, & cauſalitatem materialem participat.

¶ Ad primam igitur inſtantiarum dicitur, ꝙ præmiſſæ non ſunt priores concluſione via generationis tantùm, ſed etiam ordine cauſalitatis effectiuè (vt dicitur ſecundo Phy. tex. commen. 31.) In alia litera, vt teſtatur ibi San. Tho. & colligi poteſt ex primo Poſteriorum, & ideo ſufficit, ꝙ notitia earum ſit imperfectior ſecundum quid, vnde etiam in genere cauſæ materialis collocantur, ſecundo Phy. ibidem & quinto Metaph. tex. com. 32. Idem dico ad ſecundam de proceſſu notitiæ cauſæ ad effectum. De aëre illuminato non eſt ad propoſitum, quia illuminatio non eſt ſucceſsiua, conceptus verò generis & ſpeciei ſibi ſuccedunt. Falſum quoque eſt ꝙ actus præcedens habitum ſit ſimpliciter habitu perfectior, licèt hoc ſit verum de actu elicito ab ipſo habitu, vt habes primo Ethic. talis autem eſt poſterior habitu. Ordo quoque eſſentialis conceptus generici ad ſpecificum ſatis ſufficienter notus in notitia diſtincta eſt ex dictis ibidem, vnde non oportebit aliter laborare.

Tertium notitia in vniuerſali, eſt notitia incompleta.

¶ Contra tertium, ſcilicet quòd notitia in vniuerſali eſt notitia incompleta, arguis ſic, Demonſtratio vniuerſalis eſt potior demonſtratione particulari, ergo notitia in vniuerſali, quæ acquiritur per demonſtrationem vniuerſalem, eſt potior notitia particulari.

¶ Ad hæc dico, quòd argumentum peccat per fallaciam æquiuocationis illius termini, vniuerſale. Ariſt. enim vocat demonſtrationem vniuerſalem illam, qua paſsio de ſuo proprio ſubiecto ſcitur, & hoc tam in paſsionibus genericis, quàm ſpecificis, & vult dicere quòd potior eſt notitia illa, quam acquirimus per demonſtrationẽ demõſtrantem paſsionem de ſuo ſubiecto primo, quàm illa, quæ fit per demonſtrationem, qua illa paſsio demonſtratur de parte ſubiecta primi ſubiecti. Nos autem dicimus quòd cognoſcere hominem in animali eſt cognoſcere hominem imperfectiùs, quàm cognoſcere hominem in ſeipſo, & hanc vocamus cognitionem in

vni-

vniuerſali. Manifeſtum igitur eſt omni habenti ingenium, quòd noſtra dicta Ariſt. non repugnant. Aliud eſt enim dicere, A, cognoſcitur in vniuerſali, &, A, demonſtratur demonſtratione vniuerſali; primo modo A, non cognoſcitur in ſemetipſo, ſed in ſuo ſuperiori, ſecundo modo A, in ſeipſo cognoſcitur ineſſe ſuo primo ſubiecto.

Quartũ, notitia in vniuerſali eſt notitia ſecũdum, quid & in potentia, ac cõfuſa.

¶ Contra quartum, ſcilicet notitia in vniuerſali eſt notitia ſecundum quid & in potentia, propterea ꝙ in ipſo vniuerſali intelligunt particularia ſub quadam confuſione, ea quæ infertur, ergo notitia in vniuerſali eſt notitia confuſa.

¶ Contra, illa probatio nulla eſt, quæ procedit ſecundum fallaciam æquiuocationis, iſta eſt huiuſmodi, ergo, &c. Declaratur Minor, quia aliud eſt loqui de notitia actuali obiecti, & aliud de notitia virtuali eorum, quæ in ipſo includuntur. Licet enim notitia virtualis particularium in vniuerſali ſit confuſa, tamen notitia actualis ipſius vniuerſalis eſt diſtincta; & quia ab his, quæ actualiter confunduntur in obiecto, attenditur confuſio notitiæ, cum notitia ſpecificetur ab obiecto, & his, quæ ſunt intrinſeca; non debet dici notitia confuſa, ſed diſtincta.

¶ Ad hæc dico ꝙ iſte non intelligit S. Tho. qui vult, ꝙ notitia diſtincta animalis, vt eſt totum diffinibile, ſit notitia confuſa animalis, vt eſt totum vniuerſale, & conſequenter notitia confuſa ſpecierum, & ideo non accidit æquiuocatio. Fatemur enim ꝙ notitia quâ actualiter fertur intellectus in ipſum animal, vt vniuerſale, & non in ſuas ſpecies eſt notitia confuſa animalis, vt totum vniuerſale eſt, & non ſolum ſpecierum eius, vt expreſſè dicit ibi S. Tho. vnde contingit animal ſimul eſſe notũ diſtinctè & confuſè diuerſimodè, vt ſuprà dictum eſt. Nec oportet ꝙ ſi iſtæ duæ notitiæ ſimul inueniantur, ſint eædem cum etiam ſeparentur, puta cùm & actualiter & virtualiter animal diſtinctè cognoſcitur. Quod autem addit, quòd talis notitia non debet dici confuſa, falſum eſſe oſtenditur, ex eo quòd minor eſt confuſio actualis quàm potentialis. Quod vltimò additur, ꝙ notitia ſpecificatur ab obiecto & eius intrinſecis, ad propoſitum non eſt, confuſio enim & diſtinctio non ſunt ſpecies cognitionum, alioquin cognitio confuſa & diſtincta eiuſdem obiecti non eſſent eiuſdem ſpeciei, & ſic notitia non ſpecificaretur ab obiecto. vnde aſſumptum eius implicat contradictionem in propoſito.

a. q. 85. art. 3.

Quintũ, ſenſus exiens de potentia ad actũ, magis cõmune prius attingit, quàm minus commune.

¶ Contra quintum, ſcilicet ꝙ ſenſus exiens de potentia ad actum prius communius quàm minus commune cognoſcit, arguitur ſic, Senſus non cognoſcit niſi ſingulare, ergo non prius cognoſcit magis commune. Quòd ſi dicas ſenſum non cognoſcere magis communia in ſe, ſed præcognoſcere ſingulare magis communius; contrà, aut cognoſcit ſingulare magis communius, ita ꝙ ſingularitas eſt ratio cognoſcendi; aut ita ꝙ natura communis ſit ratio cognoſcendi, primum non eſt dicendum, vt de ſe patet, nec ſecundum poteſt dici à Thomiſtis, quia hoc ideo eſſet, quia natura illa eſſet ratio mouendi ſenſum.

¶ Contra quod arguitur ſic, illud nõ eſt ratio mouendi, quod eſt idem re & ratione ei, cui repugnat ratio mouendi, ſed natura communis eſt eadem re & ratione ſingularitati, cui repugnat ratio mouendi, ergo, &c. probatur minor, quia natura & ſingulare non diſtinguuntur realiter, non ex natura rei apud te, nec ratione; quod probo, quia diſtinctio rationis ſequitur actum intellectus, in illo autem priori nullus actus eſt intellectus. Et confirmatur, quia actus realis non dependet ab ente rõnis, ſed ſenſatio eſt actus realis, ergo non dependet ab ente rõnis, ſed obiectum ſenſibile habens in ſe diſtinctionem rõnis eſt ens rationis, vel aggregatum ex ente reali & rationis, ergo, &c. Et confirmatur ratio principalis ſic, Quæcunque ſunt indiſtincta omnino ſecundum rem, ſi vnum terminat ad aliquam actionem realem, & reliquum terminabit eandem. ſed natura magis communis & minus communis ſunt huiuſmodi, ergo &c. & hoc ſuppoſita debita approximatione ad ſenſum. Confirmatur ſecundò; idem ſenſus primò cognoſcit quod ſpecies ſenſibilis primò repræſentat, ſed ſpecies ſenſibilis primò repræſentat ſingulare ſpeciei ſpecialiſſimæ poſita debita diſtantia, ergo, &c. Minor probatur, Species ſenſibilis primò repræſentat obiectum ſub ea ratione, qua imprimitur ſenſui, ſed imprimitur ab obiecto ſub ratione naturæ ſpecificæ, tum quia eſt actualior & perfectior, tum quia ſpecies ſenſibilis eſt naturalis ſimilitudo cauſata ab obiecto repræſentans ipſam adæquatè ſecundum rationem ſibi eſſentialiter competentem, ergo magis repræſentat ipſum ratione, quæ ſibi eſſentialiùs & perfectiùs competit, quàm ſub ea ratione quæ ſibi remotè & minus principaliter competit.

¶ Ad hæc reſpondetur, quòd reſponſio ibi recitata eſt bona & recta. Ad impugnationem dico, ꝙ natura talis, puta color, & non natura communis, vt eſt color communis eſt ratio mouendi. Ad improbationem, negatur Minor pro vtraque ſui parte, nam apud San. Tho. in Prima parte. q. 3. ar. 3. in rebus materialibus natura, & ſingularitas diſtinguntur realiter, & diſtinctio rationis, licet actualiter ſit poſt ſenſationem, fundamentaliter tamen præuenit ipſam, & hoc ſufficit. Ad confirmationem dicitur primò, quòd obiectum ſenſibile habens diſtinctionem rationis fundamentaliter, non eſt ens rationis, nec aggregatum ex ente reali & ente rationis. Diſtinctio enim rationis fundamentaliter nihil addit ſupra rem. Dicitur ſecundò quòd ſenſatio non cauſatur à diſtinctione naturæ, ſed à natura ipſa habente talem conditionem, & ideo dato quòd diſtinctio illa eſſet ens rationis, adhuc nihil concludit, non enim color inquantum diſtinctus à ſua ſingularitate mouet, ſed hic color, inquãtum color, de cuius rõne, nec diſtinctio, nec adunatio eſt. Ad aliam confirmationẽ dicitur, ꝙ maior eſt falſa quo ad actiones nihil reale ponentes in ſuis terminis, quales ſunt actiones immanentes, poſſum. n. intelligere Dei ſapientiam non intelligendo eius bonitatem. Ad alias confirmationes præmitto, quòd non dicit San. Tho. quòd ſemper ſenſus prius cognoſcat magis communia, quàm minus commune, verba enim ſua ſunt iſta, Et quia ſenſus exit de potentia ad actum, ſicut & intellectus, idem etiam ordo cognitionis apparet in ſenſu, nam primò ſecundum ſenſum diiudicamus magis commune, quàm minus commune & ſecundum locum & ſecundum tempus. Ex quibus verbis non habetur niſi, quòd ſenſus primò ſecundum locum & tempus cognoſcit ſingulare magis communis, & non habetur, quòd ſemper ita ſit, vnde argumenta illa non ſunt contra San. Tho. licet non concludant. falſum enim eſt, quòd ſpecies ſenſibilis primò repræſentet ſingulare ſpeciei ſpecialiſsimæ, & eius probatio falſa eſt, ſcilicet quòd ſpecies ſenſibilis ſit primò impreſſa à natura ſpecifica, nam ſpecies ſenſibilis primò imprimitur à per ſe primo obiecto ſenſus, nullius autem ſenſus obiectum primum eſt ſpecies ſpecialiſsima, vt patet diſcurrendo, propterea ſpecies viſibilis imprimitur primò à viſibili in eo, quod coloratum, & non ab ipſo, in eo, quod eſt album vel nigrum. Nec obſtat, quòd albedo ſit actualior colore, quia hoc non ſufficit, ſed requiritur quòd ſit primum obiectum potentiæ. Nec eſt verum quod aſſumit,

a. quæſt. 4. art. 3.

nie, ſcilicet quòd eſſentialius inſit ſenſibili natura ſpecialiſsima, quàm natura generis, imò huic viſibili, vt ſic eſſentialior eſt color, quàm albedo ſiue nigredo, quod patet ex hoc, quòd ſublata albedine ſiue nigredine viſibile remanet, non autem èconuerſo. Et hæc de quarto.

¶ Quo ad quintum reſpondetur ordinatè argumentis factis, & ad primum negatur illud vltimò aſſumptum, ſ. quòd perfectiſsimus effectus, quem poſſunt primò producere agentia ad intellectionem, ſit conceptus ſpecificus. Dico.n. quòd perfectiſsimus, quem pro tunc poſſunt, eſt conceptus entis, imò nullum alium poſſunt pro tunc. Et cùm contra hoc arguitur, quia ſic nunquam produceretur conceptus ſpecificus, non valet conſequentia. Ad cuius probationem dr̃, quòd nulla virtus poteſt in perfectiorem effectum ſuo effectu perfectiſsimo ſimpliciter, quælibet tamen virtus poteſt in effectum perfectiorem ſuo perfectiſsimo effectu, in quem poteſt pro aliquo priori, quia ille non eſt perfectiſsimus, niſi ſecundum quid. Exemplum, Virtus generatiua leonis nõ poteſt in perfectiorem effectũ, quàm ſit leo, quia huiuſmodi eſt eius effectus perfectiſsimus ſimpliciter, poteſt tamen in effectum perfectiorem illo, quẽ producit in principio actionis, quia tamen effectus fuit perfectiſsimus, quẽ pro tunc poſſet producere. Ad confirmationem dr̃, quòd Minor eſt falſa, nam intellectus exiſtens in pura potentia non eſt æquè diſpoſitus ad cõceptum ſpecificum, ſicut entis, non per poſitionem, alicuius contrariæ diſpoſitionis, ſed propter ordinem conceptus generaliſsimi ad ſpeciales, ſicut materia prima omni contraria diſpoſitione inconſiderata, nõ eſt æquè diſpoſita ad formas ſpecificas, & ad formam corporeitatis: ſed oportet primò recipi formam corporeitatis propter ordinem formæ generalis ad ſpeciales: propter quod conſueuit dici, quòd eſt indiſpoſitus priuatiuè & non contrariè.

¶ Ad ſecundum patet reſponſio ex dictis: nam termini metaphyſicales vt ſic, non ponuntur à nobis primò cognoſci: ſunt enim termini metaphyſicales abſtracti abſtractione formali: ſed dicimus quòd ſignificatum huius termini ens concretum quidditatis ſenſibilis eſt primò cognitum.

¶ Ad tertium dico, quòd nõ oportet in quacunq; formatione conceptus ſpecifici ſemper ſigillatim præformare conceptũ cõfuſum entis: ſed ſufficit ens primò omnium fuiſſe cognitum: in illo.n. omnia virtualiter concipiuntur. Vlterius dr̃, quòd cùm apud nos non ponatur ordo eſſentialis inter iſtos conceptus confuſos, non oportet tantum temporis intereſſe.

¶ Ad quartum dr̃ quòd ſpecies ſpecialiſsima non eſt facilioris abſtractionis, quàm ens, loquendo de abſtractione ad propoſitum requiſita: ſicut.n. ad conceptum cõfuſum ſpeciei ſpecialiſsimæ requiritur, & ſufficit duplex abſtractio: altera per actum intellectus agentis, ſ. ſeparatiua à ſingularibus: altera per actũ intellectus poſsibilis, ſ. actualiter intueri ſpeciẽ, & non actualiter intueri genus: ita ad conceptum confuſum actualem entis duplex eſt abſtractio neceſſaria, prima eſt à particularibus, quæ quidem fit, cùm ſpecies quæcunq; abſtrahitur ab intellectu agente: altera fit ab intellectu poſsibili per hoc, quòd in quidditate quacunq; ſibi primò præſentata actualiter, primò concipit ens non cõcipiendo actualiter cætera quæ in illo ſunt: vnde tanta & tam facilis eſt abſtractio illa entis, quàm facilis eſt abſtractio ſpeciei ſpecialiſsimæ: imò abſtractio iſta entis eſt facilior: quia faciliùs eſt actualiter concipere prius ſine poſteriori, quàm èconuerſo: ex quo patet, quòd abſtractio illa, de qua loquitur argumentum non eſt neceſſaria ad cognitionem confuſam.

¶ Ad quintum dico, quòd Minor eſt falſa: & ad eius probationem negatur conſequentia, eò quòd ſenſus non mouetur à ſingulari in eo quòd ſingulare. Ille.n. modus arguendi ſecundum regulam Topicam non tenet, niſi cùm prædicatum conuenit ſubiecto, ſecundum quòd ipſum, vt habes à S. Tho. in tertio contra Gentiles c. 139. quod in propoſito non reperitur: non.n. hic color, in quantum hic, mouet viſum; ſed in quantum color. Ad aliam probationem dr̃, quòd Maior aſſumpta nõ eſt vera vniuerſaliter: eò quòd coloratum magis mouet viſum, quàm hoc nigrum: quia à remotioribus mouet. Agens namq; corporale quantò in remotius egit, tantò fortius vr̃. Secundò dr̃, quòd fortius mouẽt ſenſum multa ſingularia imperfecta, quàm vnum actualius & perfectius: & quia omnia ſingularia ſunt ſingularia entis, ideo cogitatiua pueri, in qua prima cognitio oriri debet, magis mouetur à ſingularib. entis, quàm à ſingularibus huius ſpeciei, & cùm intellectus accipiat vniuerſale ex multis ſingularibus, vt dicitur 2. Poſte. (& in proœmio Meta.) ideo priùs cognoſcit ens, quàm ſpecies: & ſecundum hoc dicitur ad argumentum, quòd maior eſt vera cæteris paribus: nũ autem vbi aliqua imparitas ſicut in propoſito accidit, præponderans inuenitur: multò.n. plura ſingularia entis præponderent paucioribus ſingularibus ſpeciei, ſicut plus trahunt mille homines non nimis fortes, quàm decem fortes.

¶ Ad ſextum dicitur, quòd Maior ſimpliciter eſt falſa. Ad authoritatẽ Philoſophi dicitur primò, quòd tex. Commentatoris eſt corruptus: debet enim legi confuſa & non compoſita. Dicitur ſecundò, vt ſaluemus Cõmmẽtatorem, quòd compoſitum eſt notius ſuis componentibus, vt ſic, non autem abſolutè: vnde prius confuſè cognoſco hominem, quàm partes eius diffinitiuas vt ſic: abſolutè tamen prius cognoſco magis vniuerſale. Ex his apparet veritas Minoris authoritate Auicennæ approbatæ.

¶ Deinde reddit auditores attentos, dicendorum difficultatem aperiens, tria proponendo, quid nomine Eſſentiæ & Entis ſignificetur, & quomodo in diuerſis diuerſimodè inueniai, & quomodo ſe habeant ad intẽtiones Logicas. Horum enim difficultas non modica eſt, vt diuerſitas opinionum circa ipſa teſtatur: ſunt enim maxiuè vniuerſalia, quæ ſunt difficillima ad cognoſcendum: vt dicitur primo Metaphyſicorum.

Quid rei & quid nominis intellectus.

¶ Circa hanc particulam nota, quòd ſicut quid rei eſt quidditas rei, ita quid nominis eſt quidditas nominis: nomen autem cum eſſentialiter ſit nota earum, quæ ſunt obiectiuè in anima paſsionum (ex primo Perihermenias) non habet aliam quidditatem niſi hanc, quòd eſt ſignum alicuius rei intellectæ ſeu cogitatæ: ſignum autem vt ſic, relatiuum eſt ad ſignatum: vnde cognoſcere quid nominis nihil eſt aliud, quàm cognoſcere ad quid tale nomen habet relationem: vt ſignum ad ſignatum. Talis autem cognitio poteſt acquiri per accidentalia illius ſignati, per communia, per eſſentialia, per nutus, & quibuſuis alijs modis, ſicut à Græco quærentibus nobis (quid nominis anthropos) ſi digito oſtendatur homo, iam percipimus quid nominis: & ſimiliter de alijs. Interrogãtibus verò quid rei, oportet aſsignare id, quod conuenit rei ſignificatæ in primo modo perſeitatis adæquatæ. Et hæc eſt eſſentialis differentia inter quid nominis, & quid rei, ſcilicet, quòd quid nominis eſt relatio nominis ad ſignatum: quid rei verò eſt rei relatæ ſeu ſignificatæ eſſentia: & ex hac differentia ſequuntur omnes aliæ quæ dici ſolent, puta quòd quid nominis ſit non entium complexorum, per accidentalia, per communia, per extranea: quid rei verò eſt entium incomplexorum per propria, & eſſentialia: relatio enim vocis poteſt terminari ad non entia in rerum natura, & complexa, & de-

clara-

clarari per accidentalia, & huiuſmodi: eſſentia autem rei non niſi per propria eſſentialia habetur de entibus incomplexis.

¶ Quia verò ex compoſitis cognitionem ſimplicium accipere debemus, & ex poſterioribus deuenire in priora, vt à facilioribus incipiẽtibus conuenientior fiat diſciplina: ideo ex ſignificatione entis ad ſignificatione eſſentiæ producendum eſt.

¶ In hac tertia parte procemij reddit auditores dociles ordinem dicendorum proponens tali concluſione. ab ente ad eſſentiam procedendum eſt: quam probat duplici medio. Primò ſic, Ex compoſitis ad ſimplicia procedendum eſt: ſed ens eſt velut compoſitũ, & eſſentia velut ſimplex: ergo ab ente ad eſſentiam procedendum eſt. Secundò ſic, Ex poſterioribus in priora procedendum eſt: ſed ens eſt poſterius eſſentia: ergo ab ente ad eſſentiam procedendum eſt. Maior vtriuſq; rationis probatur: quia ex facilioribu eſt inchoandum: compoſita autem & poſteriora ſunt faciliora nobis ſimplicibus.

Cap. 1. in prin. c. 1. q. 2. in fi.

¶ Circa minorem primæ rationis nota, quòd ens, vt infra dicetur, ſignificat id quod habet eſſe: id antẽ quod habet eſſe, comprehendit in ſe eſſentiam: eſſentia verò ſignificat id quod importat diffinitio, vt dicetur: quæ non dicit eſſe vel non eſſe, ex primo Poſteriorum: ens ergo ita ſe habet ad eſſentiam: ꝙ complectitur in ſe vtrunq;, eſſentiam, ſcilicet & eſſe: eſſentia verò alterum tantùm, & ideo ens appellatur compoſitum reſpectu eſſentiæ.

¶ Circa maiorem ſecundæ rationis ſcito, ꝙ quando dicimus, Ex poſterioribus procedendum eſt, intelligitur ex poſteriorib. ſecundum naturam priorib. quo ad nos: innata enim eſt nobis via ex notioribus nobis in ignotiora naturæ, vt dicitur primo Phyſ. tex. com. 2. Minor ſecundæ rationis probatur ex eo, quòd compoſitum eſt poſterius componentibus: & ens (vt dictum eſt) compoſitum eſt reſpectu eſſentiæ.

CAPVT I.

Entis & eſſentiæ nomine quidnam ſignificetur, oſtendit.

Nomina item varia ponit, quæ eſſentiam ſignificant.

SCIENDVM eſt ꝙ ſicut in quinto Metaphyſicę Philoſophus dicit, ens per ſe dicitur dupliciter. Vno modo, quod diuiditur per decẽ genera. Alio modo, quod ſignificat propoſitionum veritatem. Horum autem differentia eſt, quia ſecundo modo poteſt dici ens omne illud, de quo affirmatiua propoſitio formari poteſt, etiamſi illud in re nihil ponat: per quem modum priuationes & negationes entia dicuntur: dicimus enim ꝙ affirmatio eſt oppoſita negationi, & ꝙ cæcitas eſt in oculo. Sed primo modo non poteſt dici aliquid quod ſit ens, niſi quod in re aliquid ponat. Vnde primo modo cæcitas & huiuſmodi non ſunt entia. Nomen igitur Eſſentiæ non ſumitur ab ente ſecundo modo dicto: aliqua enim dicuntur hoc modo entia, quæ eſſentiam non habent, vt patet in priuationibus: ſed ſumitur eſſentia ab ente primo modo dicto. Vnde Com. in eodem loco dicit, Ens primo modo dictum eſt, quod ſignificat ſubſtantiam rei.]

¶ Hic incipit tractatus diuiſus in duas partes. In quarum prima declaratur quid nomina Entis & eſſentiæ ſignificẽt. In ſecunda verò quo eſſentia in diuerſis diuerſimodè inueniat: pars prima vnico abſoluitur capitulo, pars ſecunda ſex: & ſic totum integrãt tractatum capitula ſeptem. Quorum primum, quod præ manib. habemus, tres partes continet: in prima declaratur quid nomine Entis ſignificetur, in ſecunda quid nomine eſſentiæ, in tertia differentia nominum ipſius eſſentiæ deſignat. Primum tali diuiſione declarat, ens per ſe dupliciter dr: vno modo, vt diuiditur per decẽ genera, alio modo vt ſignificat veritatem propoſitionum: quemadmodum dicit Ariſt. 5. Meta. tex. com. 14. Dixit ens per ſe ad differentiã entis per accidens aggregati ex reb. diuerſorum generum, vt homo albus: de quo habes quinto Met. tex. com. 13. Et innuit, ꝙ tripliciter differunt ens primo modo, & ens ſecundo modo. Primò, quia ens primo modo prædicaẽ non niſi de reb. exiſtentib. in decem generibus, ens aũt ſecundo mõ prædicaẽ de omni eo, quod põt eſſe ſubiectum propoſitionis affirmatiuæ. Secundò differunt: quia ens primo mõ eſt illud compoſitũ, de quo ſuprà diximus, quod aliqualiter complectiẽ in ſe eſſentiam & eſſe: ens aũt ſecundo modo non eſt hmõi: quĩ aliquid eſt hoc modo ens (puta negatio aut chimera) quod non hẽt eſſentiam aliq̃. Et ex hoc ſequiẽ tertia differentia, ꝙ ab ente primo modo tanq̃ à compoſito notiori Eſſentiæ, nomen ſumitur: non autem ſecundo modo.

Ens ſignificare veritatẽ propoſitionis quidnam.

¶ Circa Primam differentiam aduerte primò, ꝙ veritas propoſitionis, quæ eſt entis ſecundo mõ ſignificati, nihil aliud eſt quàm compoſitio facta in ſecunda operatione intellectus obiecto conformis. v.g. Sortes eſt cæcus, ly eſt, non ſignificat inhærentiam cæcitatis in Sorte, eo ꝙ cæcitas omni inhærentia caret, cum inhærere realium accidentium ſit: ſed ſignificat compoſitionem factam ab intellectu adæquante ſeipſum per illam obiecto, Sorti, ſcilicet carenti virtute viſiua. vnde 5. Meta. in alia litera dr, ꝙ ens ſignificans veritatem propoſitionis ſignificat, quoniam propoſitio eſt vera. Prima autem ſignificatio entis quid ſit, infrà videbitur.

T. cõ. 14. c. q. 9. in fi. c. 4. circa mediũ.

¶ Aduerte Secundò, ꝙ licet nullo intellectu conſiderante Sortes ſit cæcus, & per conſiderationẽ intellectus non fiat magis vel minus cæcus: tñ cæcitas nullo intellectu conſiderante nullum habet eſſe in Sorte, ſtant. n. iſta duo ſimul. Quod ſic declaratur, Sortẽ eſſe cæcum, vt ſic, non eſt Sortẽ hẽre aliquod eſſe ſubſtantiale, vt patet, nec accidentale, quia Sortes ſit cæcus ſola abſentia viſiuæ virtutis, quæ nihil ſupra Sortem addit: vnde cæcitas nullum eſſe omnino ponit in Sorte: ac per hoc quod abſq; omni conſideratione intellectus virtus viſiua Sorti non ineſt, oportet Sortem nullo intellectu conſiderante eſſe cæcũ. Dubitatio autem in hac re accidit, quia non rectè inſpiciẽ ꝙ eſſe cæcum non eſt eſſe aliquid: ſed carere virtute viſiua. Exẽplum. Nauis caret gubernatore nullo intellectu conſiderante, abſentia tñ gubernantis nullũ eſſe ſubſtantiale aut accidentale ponit in naue, vnde nauẽ eſſe ſine gubernatore extra animam non eſt eſſe aliquod, ſed non eſſe gubernatã. Acquirunt aũt eſſe & fiunt entia priuationes & negationes, ex hoc ꝙ intellectus intelligens priuationes per habitus: & negationes per affirmationes format in ſeipſo rai carentis aliquo modo idolum quoddam. V.g. cum intellectus format in ſe idolum quoddã nauis gubernatore carentis: quod eſt iſta propoſitio mentalis. Nauis eſt ſine gubernatore, non pſentia gubernatoris, quæ extra animam nihil ponit in anima, fit ens: per hoc ꝙ intellectus fecit ipſam propoſitionis terminum aliquem, & cum hoc eſſe ſit in anima, & nullum aliud eſſe habeat conſequens eſt quòd negationes huiuſmodi & priuationes non ſint entia niſi in anima obiectiuè, & ſic earum eſſe nihil aliud eſt, quàm intelligi quomodo tantum omnia entia rationis habent eſſe.

¶ Circa

Circa tertiam differentiam aduertendum eſt, quòd cum nomina ſint ſigna cõceptuum, ſecundum ordinem concipiendi eſt ordo nominandi: propterea ſicut ab ente primo modo tanquam à compoſito nobis notiori eſſentiæ notitiam ſumpſimus: ſic Eſſentiæ nomen ab ente originem habet.

[Et quia, vt dictum eſt, ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera, oportet quòd eſſentia ſignificet aliquod cõmune omnibus naturis, per quas diuerſa entia in diuerſis generibus & ſpeciebus collocantur, ſicut humanitas eſt eſſentia hominis: & ſic de aliis.]

¶ In hac ſecunda particula declaratur quid nomine Eſſentiæ importetur tali concluſione, Eſſentia ſignificat quoddam cõmune omnibus naturis omniũ entium. Cuius talem declarationẽ inſinuat: ſicut ens ſignificat aliquod commune omnibus exiſtentibus, ita eſſentia, cum ab illo ſumatur, ſignificat aliquod cõmune omnibus generibus & ſpeciebus: & ſicut ens ſignificat id quod eſt in quolibet genere & qualibet ſpecie, ita eſſentia oportet ꝙ ſignificet id quo aliquid eſt in quocunq; genere & quauis ſpecie. habent.n.ſe ens & eſſentia vt quod & quo. cum aũt naturæ rerum ſint illæ, quibus res reponuntur in generibus & ſpeciebus: ſequitur ꝙ eſſentia ſignificat aliquod commune omnibus naturis rerum: vnde quemadmodũ ens prædicatur de homine, boue, & ſimilibus, quæ ſunt in generibus: ita eſſentia prædicatur de humanitate & bouinitate, quibus in generibus reponuntur. per nomen ergo Eſſentiæ intelligitur natura rei, ſicut per nomen Entis, id quod habet naturam illam.

QVAESTIO. II.

Num Ens, & Eſſentia ſignificent immediatè ipſa prædicamenta, vel illorum naturas, an immediatè.

CIRCA Hanc particulam inſurgit dubitatio valde difficilis: an ens & eſſentia ſignificent immediatè ipſa prædicamenta ſeu naturas eorum. an mediatè: in hac dubitatione tria agam. Primò declarabitur titulus quæſtionis: ſecundò adducetur opinio Scoti, & impugnabitur. tertiò ponetur opinio Sancti Thomę.

¶ Pro primo ſcito, ꝙ ſignificare mediatè in propoſito eſt ſignificare aliquid mediante aliquo ſuperiori: ſicut animal ſignificat ſpecies ſuas mediatè (mediãte ſ. natura ſenſibili) non enim animal ſignificat hominem: niſi quia homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Significare immediatè eſt ſignificare aliquid non per aliquam naturã ſeu realitatẽm ſuperiorẽ, ſed per ipſam primò: ſicut animal ſignificat gradum ſenſitiuũ immediatè, vt patet. Vertitur ergo in dubium hoc, an ens ſignificet aliquem gradum, ſeu aliquam realitatẽ abſtrahibilem à naturis prædicamentalibus communẽ eis ſicut ſuperius eſſentiale ſuis inferioribus: & ſic immediatè ſignificet prædicamenta, an immediatè ſignificet ipſas naturas ꝑdicamentales. Hæc de primo.

Quò ad ſecundum, Scot. vt colligitur ex primo ſen. di.3.q.1.& 3.& di.8.q.2. opinatͬ ꝙ ens ſignificet decem prædicamenta mediatè: imaginatͬ.n. ꝙ à quibuſcũq; ſimilibus ſit abſtrahibilis vna realitas obiectiua veris que communis & prior vtroque: & ſic cũ ſubſtantia & accidens habeant ſimilitudinem in ente, ab eis eſt abſtrahibilis vna ratio obiectalis vtriq; communis & prior tam ſubſtantia, quam accidente, quæ nomine entis ſignificatur. Quod vt meliùs intelligatur pono proceſſum iſtarum abſtractionũ diffusè. Cum enim Sortes conueniat cum Platone in humanitate, & non cum Brunello, ab eis poteſt abſtrahi humanitas communis & prior eis: & inde cum homo conueniat cum

Sco. 1. diſ. 3. q. 1. & 3. & di. 8. q. 2.

Brunello in ſenſibilitate & non cum planta, ab eis poteſt abſtrahi animalitas communis, & prior eis: & inde cum animal conueniat cum planta in vegetabilitate, & non cum lapide, ab eis poteſt abſtrahi vita communis & prior eis: inde cum viuum conueniat cum lapide in corporeitate & nõ cum intelligentiis, ab eis poteſt abſtrahi corporeitas communis & prior eis: inde cũ corpus conueniat cũ intelligentiis in ſubſtantialitate, & non cum accidentibus, ab eis poteſt abſtrahi ſubſtantialitas cõis & prior eis: inde cum ſubſtantia conueniat cum accidente in entitate reali, & nõ cum entibus rõnalibus, ab eis eſt abſtrahibilis entitas cõis & prior eis, & cum hìc realitas vltimò abſtrahibilis ſit illa, quam ſignificat ens immediatè; oportet quòd prædicamentales realitates ſeu naturæ mediatè ſub entis ſignificatione claudantur.

¶ Ad hanc poſitionem confirmandam multa poſſent adduci media, quæ ne digrediamur ad analogiã entis & comparationem tranſcendentium ad prædicamenta, an. ſ. ſint eorum prædicata quidditatiua vel non, omittemus pro nunc: quia infrà ſpeciales erunt de his quæſtiones. ca. 1. queſt. 3. & 1. 1. Metaph. q. dam dubio. T. cap. 1.

¶ Contra hanc opinionem arguo dupliciter. Primò authoritate Ariſt. 8. Met. text. com. 16. vbi ſoluens quæſtionem. Quare quidditas ſit vna, dicit ꝙ in ſubſtantiis ſeparatis nõ eſt quærenda alia cã: quia in eis non eſt niſi forma, quę ſtatim ſeipſa eſt ens & vnum: quẽadmodum ens ſtatim ſeipſo eſt ſubſtantia & quãtitas, & cęt. prædicaméta, non expectans aliud faciens ipſum naturas prædicamentales. ex qua authoritate arguitur ſic, ens ſignificat quandam realitatem priorem prædicamentis: ergo expectat aliquid cõtrahens ipſum ad prædicamenta, conſequentia nota, conſequens autem eſt contra Ariſt. ergo à deſtructione cõſequentis ad deſtructionem antecedentis ens non ſignificat realitatem priorem prædicamentis.

¶ Secundò arguitur authoritate Com. 10. Met. cõ. 18. dicentis, ꝙ hoc nomen ens, vnũ, ſignificat id quod ſignificat in prædicaméto ſubſtantiæ & quantitatis & qualitatis prima ſignificatione ſine medio & non mediante aliqua communi. quid clarius? Ratione nõ arguo: quia oportet egredi limites. Hæc de ſecundo. Com. 18.

Quò ad tertium pono opinionem ſancti Thomæ ex duabus concluſionibus eliciendam. Quarum prima eſt iſta, Ens ſignificat vnum cõceptum formalem, communem in repræſentando ſubſtantiæ & accidenti, Deo & creaturæ. Concluſiones duę.

Secunda eſt iſta, Ens ſignificat vt conceptum obiectalem aliquid reale inuentum in omnibus generibus diſtinctum ſecundum rationem à propriis conceptibus obiectalibus omnium generum: nullum gradum ſupra naturas genericas ſpecificas & indiuiduales exprimens.

¶ Pro intelligentia terminorum nota, ꝙ conceptus eſt duplex, formalis & obiectalis. Conceptus formalis eſt idolum quoddam, quod intellectus poſſibilis format in ſeipſo repræſentatiuum obiectaliter rei intellectæ: quod à Philoſophis vocatur intentio ſeu cõceptus: à Theologis verò verbum. Conceptus autem obiectalis, eſt res per conceptum formalem repræſentata in illo terminans actum intelligendi. Verbi gratia, conceptus formalis leonis, eſt imago illa, quam intellectus poſſibilis format de quidditate leonina, cùm vult ipſam intelligere: conceptus verò obiectalis eiuſdẽ. eſt natura ipſa leonina repræſentata & intellecta. Nec putandum eſt enim dicitur nomen ſignificare conceptum quòd ſignificet alterum tantùm: ſignificat enim Leonis nomen conceptum vtrunque licet diuerſimodè. eſt nanque ſignum conceptus formalis, vt medij, ſeu quo, & eſt ſignum conceptus obiectalis, vt vltimi, ſeu quod. Vn-

de idem eſt loqui de conceptu entis & de ſignificatione eios.

¶ Probo ergo concluſionem primam tali medio, omnia ſimilia quacunque ſimilitudine etiam analoga ſeu imitatiua ſecundum id io quo aſſimilantur, poſſunt per eãdem imaginem repræſentari: ſed Deus & creaturæ, ſubſtantia & accidens habent ſimilitudinem inter ſe ſaltem analogam: ergo ſecundum id in quo aſſimilantur, poſſunt per eandem ſimilitudinem repræſentari. Sed aſſimilantur in eſſe: ergo eadem ſimilitudine poterunt repræſentari inquantum habent eſſe, ſimilitudo illa eſt conceptus formalis entis. ergo, &c. Proceſſus clarus eſt, & propoſitiones ab omnibus ſunt conceſſæ; cum Maior fuerit dilucidata, quam ſic ex notioribus ſuademus. Vbicunque inuenitur agens producere ſui ſimilitudinẽ in alio, ſi id aliud producat aliud ſimile ſibi ſecundum id, quo ipſum aſſimilatur primo: oportet tertium aſſimilari vtrique ea ratione: quia quicquid eſt ſimile alicui in eo, ꝙ illud eſt alteri ſimile, eſt ſimile utriq;: ſicut ſpẽs Sortis in oculo meo producta ab imagine Sortis in ſpeculo, eſt ſimilitudo repræſentatiua vtriuſque, & figuræ Sortis in ſpeculo, à qua immediatè eſt cauſata: & figuræ Sortis in ſeipſo, à qua eſt mediatè cauſata. Sed ita eſt modo, ꝙ inter habentia analogam ſimilitudinem deum & creaturam, ſubſtantiã & accidens, reperitur huiuſmodi habitudo in ordine ad conceptum formalem: igitur, &c. Fit autem hoc ſic manifeſtum exemplariter, Sapientia diuina producit ſapientiam humanam, quæ eſt quædam ſui ſimilitudo (imperfecta tamen) ſapientia autem humana producit ſimilitudinem ſui in intellectu noſtro, quæ nil aliud eſt, quàm ſapientia in eſſe intentionali: ſicut ſapientia extra eſt ſapientia in eſſe naturali. Cùm autem ſimilitudo iſta ſapientiæ in intellectu repræſentet ſapientiam humanam ſecundum id quo illa aſſimilatur ſapientiæ diuinæ: quia repræſentat eam ſecundũ propriã rõnem formalem, ſequitur de neceſſitate, ꝙ hic unica ſimilitudo repræſentat utramque, humanã ſ. & diuinam: vtpote quæ ſimilis eſt vtriq;: licet ab humana ſit immediatè exemplata, à diuina mediatè. Ex hoc exẽplo in terminis ſpecialib. intuere propoſitum noſtrum in terminis tranſcendentib. qualis eſt ens. Cùm. n. eſſe creaturæ aſſimiletur eſſe diuino, à quo exemplatum eſt, & eſſe accidentale aſſimiletur eſſe ſubſtantiali, à quo emanat; ſimilitudo producta in intellectu ab eſſe ſubſtantiali ſiue accidentali inquantum aſſimilantur, erit omnium repræſentatiua imago, & cum conceptus non requiratur ad intellectionem, niſi ut obiectaliter repræſentet rem, vnico conceptu intellectus in Deum & creaturam, in quod ens feretur: & ſimiliter in ſubſtantiam, & accidens. Nec oportet ponere plures conceptus, & multiplicare entia ſine neceſſitate. Quòd autẽ hic ſint non ſolum ſecundum mentem S. Tho. dicta, ſed ẽt ſecundum expreſſam ſnĩam, patet in q. de di. potentia Dei q. 7. ar. 5. in corpore: vnde hanc rõnem accepi: & in eadem q. ar. 6. vbi circa finem corporis q. adducit exemplũ de ſpeculo: & dicit expreſſe, ꝙ ſic ſe habet conceptus noſter ad Deum & creaturas ſicut ſpecies rei viſæ in ſpeculo: ita ꝙ Deus ſe habet ut res producens ſimilitudinem ſuam in ſpeculo: creatura ut ſpecies in ſpeculo: cõceptus noſter ut ſimilitudo extracta à ſpẽ ſpeculo vtriuſque repræſentatiua. Vnde nullus mentis compos poteſt hoc negare in eius uia.

¶ Concluſio ſecunda habet tres partes. Quoad primam declaratur ſic, conceptus obiectalis entis eſt id ꝙ repræſentatur per eius conceptum formalẽ: ſed eius conceptus formalis repræſentat id, in quo aſſimilantur omnia entia realia, ꝙ oportet in eis eſſe, ergo conceptus obiectalis entis eſt aliquid reale inuentum in omnib. Secunda propoſitio aſſumpta licet patere poſſit ex dictis, tamen declaratur adhuc, ſicut cõceptus formalis animalis repræſentat fundamentum ſimilitudinis genericæ: & conceptus formalis hominis repræſentat fundamẽtum ſimilitudinis ſpecificæ: & vniuerſaliter quælibet imago communis pluribus in repræſentando repræſentat fundamentum ſimilitudinis inter illa plura: ut patet in exemplo ſuprà poſito de ſpecie in oculo cauſata à ſpecie Sortis in ſpeculo: quoniam illa repræſentat non ſimilitudinem inter ſpẽm in ſpeculo, & Sortis: cùm ſit relatio, ſed fundamentum illius ſimilitudinis puta qualitates & lineamenta quæ ſunt in utroq;: ſic conceptus entis formalis repræſentat fundamentum analogicæ ſimilitudinis in eſſe inter omnia entia realia exiſtentis, quod in omnib. eſſe abſque opere intellectus ex eo patet. vnde ꝙ ſimilia ſunt extra animam: cùm hoc fundamentum repræſentatum ſit conceptus obiectalis entis, ut dictum eſt, patet conceptum obiectalem entis eſſe aliquid reale inuentum in omnibus: quod erat in prima parte concluſionis poſitum.

¶ Secunda pars concluſionis ſequitur ex iſta, ſi. n. conceptus obiectalis entis inuenitur in omnib. & nullus conceptus obiectalis proprius ſubſtantiæ, aut accidentis inuenitur in omnib. conſequens eſt ꝙ non omnino ſunt idem, & ꝙ ſaltem ratione diſtinguatur conceptus entis à proprijs omnium conceptibus obiectalibus, quod erat ſecunda pars concluſionis.

¶ Tertia pars eiuſdem ſic declaratur, Si cõceptus obiectalis entis eſſet aliquis gradus ſupra gradus ſpecificos & genericos, tunc conſideratis præciſè gradibus ſpecificis & genericis: eũm eorum præciſè paſſionib. nõ eſſet in eis ut ſic, inuenire paſſiones entis: hoc eſt falſum: ergo à deſtructionib. conſequẽtis, &c. conſequentia declaratur: quia enim animal dicit alium gradum ab homine, ideo homini ſecundum differentialem conceptum præciſè nõ inſunt paſſiones animalis, vt oſtendit falſitas iſtius reduplicatiuæ, homo inquantum rõnalis, eſt bipes, circũloquendo per ly bipes, paſſionem animalis propriam, & ſimiliter ſi ens dicit alium gradum à ſubſtantia, ſequitur ꝙ cõſiderata præciſè ratione conſtitutiua ſubſtantię ſubſtãtia non eſt una, nec vera nec bona, &c. quæ nominãt paſſiones entis, &c. Falſitas conſequentis probatur ſic, Homo inquantum rõnalis præciſè eſt unum quid vnitate, quæ eſt paſſio entis: homo inquantum rationalis dicit alium gradum ab ente, ſecundum te, contra quem arguo: ergo paſſio entis conuenit alijs gradibus ab ente præciſè, vt ſic acceptis: quod eſt oppoſitum conſequentis. Prima propoſitio aſſumpta habetur ex Sco. in ſecundo ſen. diſt. 3. q. 1. tenente unitatem mediam minorem unitate numerali, & maiorem generica eſſe paſſionem entis, & ſequi naturam ſpecificam ratione ultimæ differentiæ. Manifeſta quoque fit ſic pro nunc eadem propoſitio, Homo inquantum rationalis eſt indiuiſibilis formaliter; ſuppoſito, ꝙ rõnale ſit ultima differentia: ergo homo inquantum rationalis eſt unus formaliter, unitas enim nihil aliud eſt, quàm indiuiſio. Sed de hoc (cùm de unitate naturæ agetur) amplior erit ſermo. Nunc autem ſufficiat quòd in gradibus ſpecificis præciſè acceptis & ſimiliter genericis eſt inuenire paſſiones entis, quod erat probandum, & conſequenter, quòd ens non ſignificat diſtinctum gradum à naturis ſpecificis & genericis. quod erat tertia pars concluſionis. Infra. c. 4. §6.

¶ Sed tunc ex quo res ſignificata per hoc nomen ens, eſt aliquid inuentum in omnibus: & non eſt gradus diſtinctus contra ſpecificos & genericos: declarandũ ſupereſt quid ſit. Quod ſic declaratur, Gradus quicunque genericus uel ſpecificus, uel differẽtialis vel indiuidualis, habet in ſe unum, ꝙ multis modis

concipi poſſit: & ſecundum quòd quilibet gradus eſt habens eſſe, nomine Entis importatur, & ad conceptũ obiectalem entis pertinet: ſecundum verò ꝙ abſolutè talis gradus cõſideratur, nomine proprio ſignificatur, & conceptus obiectalis illius eſt: verbi gratia, humanitas ex ſua propria perfectione formali, qua diſtinguitur contra reliquas vniuerſi perfectiones, habet ꝙ per conceptum formalem humanitatis repræſentetur & cognoſcatur & ſignificetur humanitatis nomine, humanitas: vt ſic etiam habet quod ſibi debeatur, ſeu cõueniat eſſe quidditatiuum, & actualis exiſtentiæ: & ſic repræſentatur conceptu formali entis tanquam para ſui obiectalis Conceptus, & Entis nomine ſignificaſ. Similiter animal hæc duo in ſe habet, & ſic de alijs. Vnde conceptus obiectalis entis ſunt naturæ genericæ & ſpecificæ, vt habentes eſſe, ſic.n. fundant analogam ſimilitudinẽ, de qua loquimur, & propterea ens & paſſiones eius in quolibet gradu præciſè accepto ſaluãtur: quilibet.n. gradus vt ſic habet in ſe vnde ſit, & indiuiſus ſit & conformabilis intellectui & appetitui, &c. quod à ponentibus ens abſtrahibile à gradibus ſpecificis, & genericis ſaluari non poteſt. Quòd autem hæc ſint ſecundum doctrinam S. Tho. diligenter intuentem eius doctrinam cenſorem conſtituo. Infrà tamen cùm de analogia entis agetur, hoc oſtendemus: pro nunc ſatisfaciant hæc dicta, præſertim, quòd tam prima, quàm ſecunda pars concluſionis ex præcedente concluſione ſequitur, quam conſtat eſſe ſancti Thomæ.

¶ Tertia autem pars ab omnibus Thomiſtis aſſeritur vnanimiter. Sic ergo patet qualiter ab omnibus entibus vtpotè ſimilibus abſtrahibilis eſt conceptus entis, non modo Scotiſtico, & patet qualiter ſit verum quod hic San. Tho. dicit, ſ. eſſentia ſignificat aliquid commune omnibus naturis omnium generum, & ſpecierum: non.n. intendit ꝙ eſſentia ſignificet aliquam naturam communem omnibus naturis, ſed quòd ſignificet omnes naturas, vt aſſimilantur in hoc, quòd eſſentia ſunt: quælibet enim naturæ vt ſunt (quibus res ſunt) eſſentiæ rõnem habent: ſicut quælibet res habent rõnem entis, vt ſunt habentes eſſe, ſeu quæ ſunt.

Quinque nomina, quæ ad eſſentiã ſpectant.

[Et quia illud, per quod res conſtituitur in proprio genere vel ſpecie, eſt quod ſignificamus per diffinitionem indicantem quid eſt res. Inde eſt, ꝙ nomen Eſſentiæ à Philoſophis in nomen quidditatis mutatur. Et hoc eſt qđ Philoſophus in ſeptimo Metaphyſicæ frequenter nominat, quod quid erat eſſe, id eſt hoc, per quod aliquid habet eſſe quid. Dicitur etiam forma, ſecundum ꝙ per formam ſignificatur perfectio vel certitudo vniuſcuiuſq; rei, ſicut dicit Auic. in ſecundo Metaphiſicæ ſuæ. Hoc etiam alio nomine natura dicitur, accipiendo naturam ſecundum primum modum illorum quatuor modorũ, quos Boetius de duabus naturis aſſignat, ſecundum. ſ. ꝙ natura dicitur eſſe illud, quod quocunq; modo intellectu capi poteſt: nõ enim res intelligibilis eſt niſi per ſuam diffinitionem & eſſentiam. Et ſic etiam dicit Philoſophus in quinto Metaphyſicæ, ꝙ omnis ſubſtantia eſt natura: Nomen autem Naturæ hoc modo ſumptæ videtur ſignificare eſſentiam rei ſecundum quòd habet ordinem, vel ordinationem ad propriam operationem rei, cùm nulla res propria deſtituatur operatione. Quidditatis verò nomen ſumitur ex hoc, quod per diffinitionem ſignificatur: ſed eſſentia dicitur ſecundum quod per eam, & in ea res habet eſſe.]

¶ In hac tertia parte huius capituli declaraturus quomodo differant nomina Eſſentiæ inter ſe, enumerat quinq; eius nomina: primò, ſ. eſſentia, quidditas, quod quid erat eſſe, forma, & natura: quorum ratio & differentia ſatis clarè, ac manifeſto ſermone in litera traditur, adeò vt addere non ſit opus.

¶ Nota tamen circa id quod de Boetio aſſeritur, ꝙ Boetius in libro de duabus naturis, & vna perſona Christi, naturam quadrupliciter accipi dicit. Primò omne intelligibile: ſecundò omnis ſubſtantia: tertiò principium intrinſecum motus: quartò ſpecifica eſſentia ſeu differentia: quos modos (ſi Boetium non habes) vide ſi placet in ſecundo ſen. ſan. Tho. diſt. 37. q. 1. articulo 1. primo modo accipit hic naturam San. Tho. quoniam ſic communis eſt eſſentijs ſubſtantialibus & accidentalibus genericis & ſpecificis, &c. Paulo poſt principiũ.

CAPVT II.

Subſtantiarum eſſentiam propriè dici, accidentium autem non niſi ſecundum quid oſtendit: nobiliores item eſſe ſimplicium eſſentias, quàm compoſitarum ſubſtantiarum probat. quòd demum eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ non materia, non forma, vel inter ea aliqua excogitata relatio, vel quippiam ipſi compoſito ſuperadditum, ſed ipſum ſit compoſitum varijs rationibus demonſtrat.

SED Quia ens abſolutè & primò dicitur de ſubſtantiis, & poſteriùs, ſecundum quid de accidentibus: inde eſt ꝙ eſſentia propriè & verè eſt in ſubſtantiis: ſed in accidẽtibus eſt quodammodo & ſecundum quid, &c.]

¶ Expedito primo propoſitorum exequens in hac ſecunda parte tractatus, quomodo eſsẽtia in diuerſis diuerſimodè inueniaſ, quod ſecundo loco propoſitum erat. Primò declarat, quomodo eſsentia inueniatur in ſubſtantiis compoſitis in tribus capitulis, ſecundò in ſubſtantiis ſeparatis duobus capitulis: tertiò in accidentibus vnico capitulo: Circa ſubſtantias compoſitas tria declarantur in illis tribus capitulis. In primo, quid ſint entia ſubſtãtiarũ compoſitarum: in ſecundo, quomodo differant inter ſe eſsentiæ ſubſtantiarum compoſitarum: In tertio, quomodo ſe habeãt ad intentiones Logicas. Incipiẽs aũt exequi in hoc ca. quomodo eſsentia in diuerſis diuerſimodè inueniatur. Primò hoc declarat in cõi, omnes eſsentias vniuerſi adinuicẽ cõparando in duabus cõparationibus. Secundò, quid ſit eſsentia ſubſtantiarum cõpoſitarum tribus concluſionibus negatiuis, & quarta affirmatiua. Tertiò mouet dubitationẽ quandã circa concluſionẽ affirmatiuã, & ſoluit eam. Facit primò cõparationem primã inter eſsentias ſubſtantiarum, & accidentiũ tali cõcluſione, Subſtantia verè & propriè habet eſsentiam: accidens aũt ſecũdum quid, quam ſic probat, Vnumquodq; ſicut ens, ita habet eſſentiam: ſed ſubſtantia eſt ens ſimpliciter, accidens verò eſt ens ſecundum quid: ergo ſubſtãtia habet eſsentiam ſimpliciter, accidens autem ſecundùm quid. maior ex dictis in præcedenti capitulo patet. Minor licèt habeatur ſeptimo Meta. in principio, tamen ſic probatur in litera: illud eſt ens ſimpliciter, de quo ens abſolutè & primò prædicatur, & illud eſt ens ſecundum quid, de quo ens poſteriùs, & ſecundum quid dicitur: ſed de ſubſtantia ens dicitur abſolutè & primò, de accidente autem poſteriùs & ſecundum quid: ergo ſubſtantia eſt ens ſimpliciter, accidens verò ſecundum quid.

QVAESTIO. III.

Num ens per prius de ſubſtantia, poſteriùs de accidente dicatur, an de vtroque vniuocè.

CIRCA Hunc particulam dubitetur, an ens per prius dicatur de ſubſtentia, & poſteriùs de accideote, an vniuocè de vtroq;. In hac quæſtione quinq; agenda ſunt. Primò declarabitur titulus. Secundò ponetur opinio Sco. Tertiò arguetur cõtra illã. Quartò ponetur opinio S. Tho. Quintò reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

¶ Quò ad primum ſciendum eſt, ꝙ aliquid dupliciter contingit de aliquibus prædicari per prius & poſterius. Vno modo ſecundũ eſſe illius prædicati. Alio modo ſecundum propriam rationem eiuſdem. Illud dicitur predicati analogicè (ſecundum eſſe) quod perfectius habet eſſe in vno, & ſic omne genus prædicatur per prius & poſterius de ſuis ſpeciebus: eo ꝙ perfectios eſſe neceſſariò habet in vna ſpecie, quã in alie. vnde com.12. Met. com.2. dicit ꝙ prioritas & poſterioritas ſpecierum non impedit vnitatem generis. & hoc modo non quærimus hic per ſe enim notum eſt omnibus, ꝙ ens perfectiori modo eſt in ſubſtaotia, quàm in accidentibus, & ꝙ hoc modo prædicatur per prius & poſterius.

¶ Illud verò dicitur prædicari analogicè, ſeu per prius & poſterius ſecundũ rationẽ ꝓpriam, quod de vno prædicatur ſine reſpectu ad aliud, de altero verò nõ niſi in reſpectu ad aliud. Verbi gratia: Sanum prędicatur de animali ſine reſpectu ad diætam, medicinã & vrinam, de iſtis verò prædicatur non niſi in reſpectu ad animal. dicitur enim animal ſanum abſq; additione aliqua. vrine verò nõ dr̃ ſana, niſi quia eſt ſignũ ſanitatis exiſtentis in animali: & diæta ſimiliter non eſt ſana, niſi quia eſt conſeruatioe ſanitatis: & ſic de aliis. Cùm.n. diffinies ſanũ prædicatũ de animali, non pones in eius diffinitione reſpectũ ad aliquid horũ. Cùm aũt diffinies ſanũ prædicatũ de vrina, in diffinitione eius ponetur reſpectus ad ſanitatẽ animalis cũ ipſa animalis ſanitate. & ſimiliter in diffinitione diætæ & medicinæ in eo, ꝙ ſanæ ſunt, dices.n. (vt iam dictum) ꝙ vrina eſt ſana, in eo ꝙ ſignum eſt ſanitatis: diæte in eo ꝙ conſeruatiue: & medicina in eo ꝙ cã eſt illius: & hoc modo vertitur hic in dubium, an ens prędicetur analogicè: ita ꝙ abſolutè prædicetur de ſubſtantia: de accidentibus verò non niſi relatiuè ad ſubſtantiam: quod idem eſt quod quærere, vtrũ ſubſtãtia in eo, ꝙ ens non includat accidens. accidens verò in eo ꝙ ens includat ſubſtaotiã: & in hoc pẽdet tota quæſtio inter nos & Scotum: quoniam accidens in eo, ꝙ accidens includere ſubſtantiam ab omnibus conceditur. ſed non accidens in eo, ꝙ ens. Hæc de primo.

Quò ad ſecundum, Scotus primo ſen. di.3. q.1. & 3. di.8. q.2. ponit hanc concluſionem, Ens eſt vniuocum ſubſtantiæ & accideoti Deo & creaturæ: & probat eã ſic: Omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de diuerſis, habet cõceptũ, de quo eſt certus, aliũ à conceptu de quo eſt dubius: intellectus quiſque poteſt eſſe certus de Deo ſeu de propria paſſione, quod ſit ens, dubitãdo an ſit ens finitum vel infinitum: ſiue an ſit ſubſtantie vel accidens. ergo conceptus entis eſt alius à conceptibus iſtis, & ita neutrum eſt ex ſe: ſed in vtroque illorum includitur: igitur vniuocus. prima propoſitio patet ex terminis. Minorem verò experientia docet.

¶ Secundò ſic, Ens nõ eſt vniuocũ, ergo Deus nõ eſt à nobis naturaliter cognoſcibilis aliquo conceptu ſimplici. hoc eſt falſum. ergo à deſtructione cõſequẽtis, &c. Conſeqũẽtia probaẽ, Nullus conceptus eſt producibilis in intellectu nr̃o, qui nõ cõtineatur eſſentialiter, vel virtualiter in obiecto relucente in phãtaſmate: ſed cõceptus nõ vniuocus Deo & obiecto relucenti in phantaſmate eſt non contentus tam eſſentialiter quàm virtualiter in obiecto relucente in phantaſmate, ergo nullus conceptus eſt producibilis in intellectu noſtro, niſi ſit vniuocus obiecto relucenti in phantaſmate: hoc autem eſt creaturæ. ergo omnis cõceptus ſimplex, quem habemus de Deo, eſt vniuocus creaturæ: & conſequenter conceptus entis, Maior patet, Minor declaratur: quia obiectum creatum cõtinet eſſentialiter conceptum increatum, vt de ſe notum eſt, nec virtualiter: quia prius non includitur virtualiter in poſteriori, ſed èconuerſo.

¶ Tertiò ſic, Omnis inquiſitio Metaphyſicalis de Deo procedit, conſiderando rationem formalem alicuius: & auferendo ab ea imperfectionem, quam habet in creaturis, & reſeruando illam rationem formalem, & attribuendo ſibi omnino ſummam perfectionem, & ſic ponendo illam in Deo. ergo omnis inquiſitio de Deo ſupponit intellectum habere conceptũ eundem vniuocum, quem accipit ex creaturis.

¶ Quartò ſic, Ens nõ eſt vniuocũ ſubſtantiæ & accidenti. ergo ſubſtantie non eſt à nobis naturaliter cognoſcibilis, hoc eſt falſum: ergo, &c. Tenet cõſequentia, eo ꝙ cũ ſubſtantia non immutet immediatè intellectũ noſtrũ ad aliquã intellectionẽ ſui: ſed tantũ accidens ſenſibile, ſequiẽ ꝙ nullũ conceptũ quidditatiuũ habere poterimus de ea, niſi aliquis talis poſſit abſtrahi à conceptu accidentis, ſed nullus talis quidditatiuus abſtrahibilis eſt à cõceptu accidentis, niſi ens vniuocum accidenti & ſubſtantiæ. Hoc autẽ quod in iſta rõne aſſumit, ſ. ꝙ ſubſtantia nõ immutet intellectum noſtrũ ad aliquã ſui intellectionem, probaẽ ſic, Quicquid ſua præſentia immutat intellectum, abſentia illius poteſt naturaliter cognoſci ab intellectu qñ non immutatur (ſicut apparet ex ſecundo de Anima) ꝙ viſus eſt tenebræ cognoſcitiuus, quando lux nõ eſt præſens, eo ꝙ tunc viſus non immutatur. igitur ſi intellectus naturaliter immutatur à ſubſtantia immediatè ad actum circa ipſam, ſequeretur ꝙ quando ſubſtantia non eſſet præſens, poſſet naturaliter cognoſci non eſſe pſens, & ita naturaliter cognoſci poſſet in hoſtia conſecrata non eſſe ſubſtantiam panis: ꝙ eſt manifeſtè falſum.

¶ Quintò arguitur authoritatibus ſecundi Metaphyſ. tex. com.4. Probans Ariſtoteles cauſam entitatis & veritatis, maximè entia & vera, aſſumit hãc propoſitionem, Vnumquodque maximè ipſum aliorum dr̃, ſecũdum quòd aliis ineſt vniuocatio, ens ergo vniuocum dr̃ apud Ariſtotelem de cauſa entitatis, ſ. Deo & aliis, aliter proceſſus Ariſtotelis nullus eſſet. arguit enim ſic, Cauſe vniuoca entitatis & veritatis eſt maximè ens, & verè Deus eſt huiuſmodi. ergo. Auicenna quoq; primo Metaphy. capitulo ſecundo dicit, Subſtantia & quantitas non habent intentionem communem niſi entis, cuius quædam ſunt quaſi ſpecies, & quædam accidentia propria. Et capitulo quinto facit argumentum, quod adductum eſt de conceptu certo, & dubiis, Omnes, inquit, imaginantur certitudinem entis. dubitant autem vtrùm ſit agens vel patiens. Algazel in Metaphyſica ſua tractatu primo habet, ꝙ quidam homines putauerunt, ꝙ ens non prædicat alium conceptum à ſuis inferioribus, dicentes quòd eſſe accidentis nihil aliud ſit, quàm eſſe ſubſtantiæ. Multa alie argumenta adducuntur ad hoc, ſed quia (vt patebit) non probant vniuocationem, ſed alietatem conceptus entis, omitto, & etiam quia ex dicendis cuilibet ingenioſo patebit reſponſio ad omnia. Hæc de ſecundo.

Aui.c.2.circa me.

Algazel.

Quò

Prima ratio.

Quò ad tertium Arguo prim ò ſic, Nullum vniuocatum in ratione ſui vniuoci habet aliquid plus, quàm reliquum vniuocatum: ſubſtantia & accidens ſunt vniuocata per te in ente: ergo accidens non habet aliquid plus in ratione ſui vniuoci, ſ. entis, quàm ſubſtantia: diſcurſus bonus, concluſio verò eſt falſa, ergo altera præmiſſarum; non Maior: quia illa habetur ex antepredicamentis: ergo Minor, quæ eſt concluſio aduerſæ partis. Falſitas concluſionis habetur ſeptimo Metaph. textibus & commentis ſecundo & tertio, vbi dicitur ꝙ in ratione accidentis, inquantum ens ponitur ſubſtantia, vnde Commen. dicit in commento tertio, ꝙ ſedens & ſtans non dicuntur eſſe entia ſine ſubſtantia. patet autem ꝙ in diffinitione ſubſtantiæ, inquantum ens, non ponitur accidens nec ſubſtantia, eo ꝙ abſtrahit apud eos ab illis. Patet ſecundò, falſitas illius concluſionis ex dictis Antonij Trombetæ, qui in hac quæſtione fatetur in diffinitione accidentis, inquantum ens, cadere ſubſtãtiam. Vnde etſi ratio poſſit à Scoto ſecundum apparentiã ſolui gloſſando Ariſtotelem (gloſſa deſtruente textum) nullo tamen pacto poteſt ab Antonio Trombeta ſolui: eo ꝙ ab ipſa veritate coactus conceſſit in Quolibeto ſuo falſitatem concluſionis, quam Scotus negaret.

Vide ad hoc propoſitum commen. huius doc. ſecundo Poſte. ca. 6. circa me. & videas conſequentiam. Ariſt. 1. di. 3. q. 3.

¶ Secundò arguitur ſic, Ens eſt vniuocum prædicatum in quid de pluribus differentibus ſpecie, in nulla differentia quidditatiuè incluſum: ergo eſt genus. Tenet conſequentia ex diffinitione generis, & conditione appoſita à Scoto in primo ſen. diſt. 3. q. 3: vltimam enim particulam aſſumptam exigi dicit ad genus, & benè, ſecundum Ariſt. quarto Topi. Antecedens quo ad primam partem & ſecundam Scoti ibidem eſt. Quo ad tertiam autem probatur ſic: Si ens eſſet incluſum in aliqua differentia non vltima, ſequeretur ꝙ addendo differentiam non vltimam generi, eſſet nugatio: hoc eſt falſum: ergo, &c. Tenet conſequentia: quia bis ens poneretur eodem modo: ſemel ratione generis, & ſemel ratione differentiæ. Verbi gratia, Si ens includitur quidditatiuè in ratione animalis, & rationalis, dicendo animal rationale, erit nugatio: cùm enim prima pars rationis animalis ſit ens, erit rõ propria animalis ens, A, B, C. Similiter, cũ prima pars rationis rationalis ſit ens. erit ratio rationalis ens, D, E, F, & ſic dicendo animal rationale, dices ens, A, B, C, ens, D, E, F, & conſequenter pones ens bis: & expreſsè nugationem committes. Nec eſt opus impugnare reſponſionem Scoti, vbi ſupra ad hoc argumentum, quia non eſt ad propoſitum: ait enim ꝙ ſicut dicimus, animal album abſque nugatione, eo ꝙ ens clauſum in ratione albedinis denominat accidentaliter ens clauſum in ratione animalis: ita in propoſito dicimus animal rationale eo ꝙ ens clauſum in rationali denominat eſſentialiter ens clauſum in animali abſque nugatione.

q. 3.

1. diſt. 3. q. 3. in ſolutione quint. contra vniuocationẽ patet.

¶ Hoc enim non eſt ad propoſitum: aliud enim eſt loqui de ente in ſua ratione communi, in qua indiſtinctè vniuocantur ſupradicta: & aliud eſt loqui de ente particulariter accepto. Licet enim palliari poſſit, quòd ens particulatum ad album & rationale denominet ens particulatum ad animal: non tamen poteſt intelligi, quòd prima pars rationis albi formaliter ſumpti, denominet primam partem rationis animalis. Ea enim eſt ens eodem modo ſumptum, cùm vniuocum ſit: remanet ergo, quòd nugatio eſt dicere apud Sco. animal rationale: imò animal album eodem modo arguendo, vt prius vtendo loco nominum eorum rationibus quidditatiuis.

¶ Quòd ſi aliquis vim faciendo in verbis Scoti, fortè dixerit, ens non claudi in rationali quidditatiuè & albo, ſed in rationalitate & albedine, tunc iterum ſequitur principale intentum noſtrum: quòd, ſ. ens in nulla differentia, includatur quidditatiuè: quia rationalitas non eſt differentia ſed differentiæ principium ſecundum veram Auicennæ doctrinam, differentia enim prædicatur de ſpecie: rationalitas autem non: quare, &c.

¶ Tertiò arguitur ſic, Ens eſt vniuocum ſubſtantiæ, & accidentis, ergo in ratione ſubſtantiæ expreſsè cadit ens, ergo in diffinitione hominis explicitè cadit ens, hoc eſt inconueniens & contra Ariſtotelem & viam communem, ergo, &c. Prima conſequentia probatur, ex eo, quòd omne ſuperius vniuocum explicitè cadit in ratione ſui eſſentialis inferioris, ſicut animal cadit explicite in ratione hominis. Secunda cõſequentia probatur ex authoritate Ariſtotelis poſita in ſecundo libro Topicorum, illa, ſcilicet quando aliquid ponitur in diffinitione alicuius loco illius, ſi ponatur eius ratio, clarior erit intellectus. Cùm ergo ſubſtantia ponatur in diffinitione hominis, & loco ſubſtantiæ liceat ponere eius rationem, in qua explicitè cadit ens, vt clarior ſit diffinitio, ſequitur ꝙ ens debeat poni in diffinitione hominis explicitè, vt clarior reddatur. Nec prohibet hoc communiſſimus ambitus ipſius entis, aut carentia differentiarum. Sicut nec ex his prohibetur ens tanquam prædicatum vniuocum, & quidditatiuum cadere in ratione ſubſtantiæ. Et confirmatur hoc per Scotum, qui in primo ſententiarum diſtin. tertia ponit ens eſſe primum cognitum cognitione diſtincta, eo ꝙ ens cadat in conceptu quidditatiuo omnium tanquam primum prædicatum quidditatiuum. Hęc de tertio.

7. M. 12. T. 6. 16.

Cap. 5.

1. di. 3. q. 2.

Quò ad quartum principale prænoto differentiã inter vniuocum & æquiuocum purum, & analogũ. Vniuocata ſunt, quorum nomen eſt commune, & ratio ſecundum illud nomen eſt eadem ſimpliciter. Pura æquiuocata ſunt, quorum nomen eſt commune, & ratio ſecundum illud nomen eſt diuerſa ſimpliciter. Analogata ſunt quorum nomen eſt commune, & ratio ſecundum illud nomen eſt aliquo modo eadem, & aliquo modo diuerſa, ſeu ſecundum quid eadem, & ſecundum quid diuerſa. Verbi gratia, Animal & medicina ſunt analogata ſub ſano, vnde habent illud nomen commune, vtrunque enim illorum dicimus ſanum, diffinitio autem eorum inquãtum ſana ſunt, eſt aliquo modo eadem, & aliquo modo diuerſa, animal enim, inquantum ſanum, eſt habens ſanitatem, medicina, inquantum ſana, eſt cauſa ſanitatis, ſunt enim eædem aliquo modo iſtæ diffinitiones, quia in omnibus includitur ſanitas, & ſunt diuerſæ aliquo modo, quia diuerſis modis ſanitatẽ reſpiciunt, vnde analogum eſt mediũ inter purũ æquiuocũ et vniuocũ, ſicut inter idem ſimpliciter, & diuerſum ſimpliciter cadit medium idem ſecũdum quid & diuerſum ſecundum quid, & ſicut medium ſapit naturam vtriuſq; extremi, dicit enim quodam modo plures rationes, & quoddammodo vnam, propter quod inuenitur quandoque apud illuſtres Philoſophos, ꝙ analogum dicit plures rationes, & quandoque ꝙ dicit vnam rationem.

¶ Nota ſecundò, ꝙ duplicia ſunt analogata. Quędam ſecundum determinatam habitudinem vnius ad alterum. Quædam ſecundum proportionalitatẽ. Exemplum, Subſtantia & accidens ſunt analogata primo modo ſub ente. Deus autem et creatura ſecũdo modo, infinita enim eſt diſtantia inter Deum et creaturam. Differunt autem hæc plurimùm, quoniam analogata primo modo ita ſe habent, ꝙ poſterius ſecundum nomen analogum diffinitur per ſuũ prius, putà accidens, inquantum ens per ſubſtantiã,

Analogata verò ſecundo modo non: creatura.n.inquantum ens non diffinitur per Deum: vnde analogata primo modo habent nomen cõe:& rationem ſecundum illud nomen, ſecundum quid eandem, & ſecundum quid diuerſam: per hoc quòd analogum illud ſimpliciter, id eſt, ſine additione aliqua de primo dicitur: de aliis verò non niſi diuerſimodè reſpiciendo primũ, quod cadit in eorum rationibus: ſicut in exemplo de ſano manifeſtum eſt. Analogata verò ſecundo modo habent nomen cõe,& rationem ſecundum illud nomen aliquo modo eandem,& aliquo modo diuerſam; non propter hoc, quòd illud ſimpliciter dicatur de primo & de aliis relatiuè ad primũ, ſed habẽt rõnem eandẽ ſecundũ quid ꝓp identitatẽ proportionis, quæ in eis inuenitur, & ſecundũ quid diuerſam, propter diuerſitatem naturarũ ſuppoſitarũ illis proportionibus. Exemplum, Forma & materia ſubſtãtialis,& forma,& materia accidentiũ ſunt analogata quædã ſub nominibus formæ & materiæ: habent.n.nomen cõe, puta formã & materiã & rõnem ſecundũ nomen formæ ſiue materiæ eandẽ, & diuerſam hoc modo: quia forma ſubſtantialis ita ſe habet ad ſubſtantiam, ſicut forma accidentalis ad accidens: ſimiliter materia ſubſtantiæ ita ſe habet ad ſubſtantiam, ſicut materia accidentis ad accidens: vtrubique n.ſaluatur identitas proportionum cum diuerſitate naturarum,& vnitate nominis: hunc modum analogiæ exprimit Commentator 12. Metaph. commento 28.& clarius cum Ariſt. primo Ethic.c.7.

con.28. & 5.Meta cõ. 12. circa medium, cap.7.

Cõcluſiones duæ.

Quibus ſic prælibatis, pono duas cõcluſiones. Prima eſt, Ens analogicè vtroq; modo analogiæ dr̃ de ſubſtantia & accidente. Secunda cõcluſio, Ens dr̃ de Deo & creatura ſecundo modo tantùm. Prima concluſio probari põt rationibus factis contra Scotum, & maximè prima. Authoritatibus autẽ Ariſt.4. Meta.text.com.2.& Commen.ibidem: expreſsè.n.ibi dr̃ quòd ens non eſt vnum, ſed ad vnum. Duodecimo quoque Metaph.text.cõ.28.expreſsè dr̃, quòd principia prædicamentorum non ſunt aliquo modo eadem niſi ſecundum proportionem. Super qua authoritate põt argui ſic, Illa non ſunt vniuoca, quæ nullam identitatem habent niſi proportionis: ſed principia propria ſubſtantiæ,& accidentium ſunt huiuſmodi: ergo,&c. Minor expreſsè eſt in litera Ariſt. Maior eſt nota ex terminis: ſi.n.nullam aliam identitatem habent niſi proportionis, oportet quòd careant vnitate vniuoca. Et hæc authoritas eſt notanda contra Scotiſtas, quia ſi concedant ens habere entitatem analogam, dicunt cum hoc, quòd habet etiam identitatem vniuocam: cuius oppoſitum Ariſtot. dicit, ſolam identitatem proportionis inter principia prædicamentorũ ponens.

¶ Secunda concluſio nõ aliter pro nunc probetur, quàm authoritate ſan. Tho. in quæſtionibus de veritate, quæſt.2.artic.11.vbi examinans quomodo ſcientia ſit analoga ſcientiæ diuinæ & ſcientiæ creatæ, expreſsè fatetur, quòd ſecundo modo ſit analoga,& nõ primo modo. Vnde cùm ens dicitur de Deo, & creatura, hoc modo dicitur proportionabiliter, qui exprimitur, quòd ſicut Deus ſe habet ad ſuum eſſe, ita creatura ad ſuum: ſed de his aliàs, cùm ex propoſito tract abitur, diffuſiùs loquemur: modò ſufficiãt hæc pauca dixiſſe, ex quibus innoteſcere poteſt, quòd conceptus entis formalis eſt vnus inæqualiter repræſentans eſſe ſubſtantiæ & accidentis Dei & creaturæ: & quòd conceptus obiectalis non habet niſi vnitatem proportionis determinatæ ex identitate termini, vel vnitate proportionabilitatis & identitate proportionum. Ex quibus elici poteſt, quòd cùm talis vnitas apud Ariſt. quarto Metaphy. text. com.2. ſufficiat ad ſubiectum ſcientiæ, ens non oportet poni vniuocum ad hoc, quòd paſſiones habeat:& contradictionem ſundet,& ſolu-

In tract. de Analogia.

qua huiuſmodi habeant ſibi conuenientia. Hæc de quarto.

Quo ad quintum reſpõdet̃ ordinatè ad argumẽta.

¶ Et ad primum dicitur, quòd argumentum illud, ſi aliquid probat, alietatem conceptus non vniuocationem probat: ſicut ipſemet Scotus dicit,& ideo gratis concedimus illud, ſicut etiam Auic. qui tenet ens nõ eſſe prædicatum quidditatiuum, concedit ens dicere alium conceptum, non tamen vniuocum & quidditatiuum. 2. d.3. q.2.

¶ Ad ſecundum negatur conſequentia. Ad cuius probationem dico, quòd aliquid continere virtualiter aliud, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſicut cauſa virtute ſua continet effectum. Alio modo ſicut effectus continet virtutem cauſæ, participando illã ſic: hoc ſtante Minor eſt falſa, etenim effectus quilibet virtualiter continet ſecundo modo Deum. Nec oportet quòd continens iſto modo ſit prius: imò neceſſariò eſt poſterius. Quòd ſi mihi dixeris, quod hoc eſt abuti vocabulis, quia apud omnes continere virtualiter non attribuitur niſi cauſæ, dico quòd ſi fiat vis in verbo, falſa eſt Maior, eò quòd datur triplex modus continendi, ſ. eſſentialiter, virtualiter,& participatiuè, ſicut effectus continet in ſe cauſam.

¶ Ad tertium, conceſſo toto antecedente, negatur conſequentia, ſufficit enim analogia illius rationis formalis.

¶ Ad quartum negatur conſequentia. Ad probationem dr̃ quòd falſum ſupponit, ſ. quòd ſubſtantia non immutet intellectum per propriam ſpeciem. Vnde ad eius probationem dico, quòd quantitas & accidentia in Eucharistia agũt & patiuntur totum, quod ageret & pateretur ſubſtantia, ſi eſſet, ſicut.n.acceperunt modum eſſendi ſubſtantiæ, ſ. abſq; ſubiecto, ita etiã agere & pati eius,& ideo ex multis hoſtiis ſcẽtis generatur in intellectu ſpecies intelligibilis ſubſtantiæ panis,& eius quidditatiua cognitio, ſicut & ad nutritionem agunt, ac ſi eſſet ibi panis, non.n.minus ex illis accidentibus nutrimur, quàm ex aliis hoſtiis non cõſecratis, ſicut non minùs ex conſecratis generantur vermes & cineres, quàm ex non conſecratis. Vnde ad argumentum dico, quòd panis abſens immutat, quoniam non eſt omnino abſens, remanſit.n.ibi accidẽs ſuum, quod eſt vice panis, quare nõ eſt ſimile de viſu reſpectu tenebræ. Nec eſt contra nos authoritas Ariſt. quoniam hæc omnia habent locum, vbi eſt ſimpliciter abſentia obiecti, quam hic non concedimus quo ad operationes.

¶ Ad quintum dico quòd quia medium comparatum vni extremorum, vt oppoſitum induit alterũ extremum, vt dicitur quinto Phy. text. com.6. ideo analogum comparatum æquiuoco, quod diuerſas rationes ſimpliciter ſonat, vniuocum appellatum eſt ab Ariſt. ibi,& meritò, eo quòd vtebatur analogo ſecundum id, quod habet de vnitate, oportet enim ad verificandam illam maximam, quòd cauſa & effectus non in ſola voce conueniant, ſed in ratione aliqua formali eadem aliquo modo in illis, vnde textus ille non eſt contra nos.

¶ Ad Auicen.& Algazelem dico, quòd nihil contra dicunt, quia alietatem non vniuocationem conceptus entia inſinuant. ¶ Ad vltimum.

[Subſtantiarum verò quædam ſunt ſimplices,& quædam compoſitæ, & in vtriſq; eſt eſſentia, ſed in ſimplicibus veriori & nobiliori modo ſecundum & quod habent eſſe nobilius, ſunt etiam cauſa eorum, quæ compoſita ſunt, ad minus ſubſtantia prima, & ſimplex, quæ Deus eſt.]

¶ Hic ponitur ſecunda comparatio, qua ſubſtantias inter ſe comparat tali concluſione: Subſtantiæ ſimplices nobiliori & veriori modo habent

bent eſſentiam, quàm compoſitæ, quam probat dupliciter: primò ſic, Quorum eſſe eſt nobilius, eorum eſſentia eſt nobilior: ſubſtantiarum ſimplicium eſſe eſt nobilius, quàm compoſitarum: ergo eſſentia ſubſtantiarum ſimplicium eſt nobilior. Secũdo ſic, Cauſa, ſupple, effectiua, non vniuoca habet nobiliorem eſſentiam ſuo effectu: ſubſtantia ſimplex ſaltem prima eſt huiuſmodi cauſa compoſitarum: ergo ſubſtãtia ſimplex eſt perfectioris eſſentię quàm compoſita.

Subſtantiæ ſimplices ſubſiſtẽtes perfectiores ſũt ſubſtantiis cõpoſitis.

Ad euidentiam huius partis nota, ꝙ vt habes à San. Tho. quarto ſent. di. 11. q. 2. art. 1. ad primum, ſimplicitas nec perfectionem ſimpliciter nec imperfectionem ſonat: res. n. ex eo ꝙ ſimplex, non habet perfectionem maiorem, ſed ex eo ꝙ taliter ſimplex, id eſt ſimplicitatem ſubſiſtentẽ habet. Vnde materia prima eſt ſimpliciſſima, & formæ accidentales ſunt ſimplices, & tamen non ſunt perfectiores ſubſtantiis compoſitis. Et ideo cùm dicimus ſubſtantias ſimplices eſſe perfectiores compoſitis, intelligas non de quibuſcunq; ſimplicibus ſubſtantiis, ſed de ſimplicibus ſubſiſtentibus in ſua ſimplicitate, quales ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ omnes.

Sco. 1. diſ. 8. q. 1. ad primum quolibet. q. 1.

Propterea caueto hic opinionem Scoti in primo ſent. diſt. 8. quſt. 1. dicentis ſimplicitatem eſſe perfectionem ſimpliciter. Vt autem veritatem tutari ac falſum impugnare ſcias, notato quid ſit perfectio ſimpliciter.

Diffinitio perfectionis ſimpliciter.

Perfectio ſimpliciter, apud Anſelmum Monologion 15. eſt quæ in vnoquoq; melior eſt ipſa, quàm non ipſa. Gloſſa ſic, In vnoquoq; inquantum eſt indiuiduum entis, id eſt, hoc ens non inquantum eſt indiuiduũ huius vel illius naturæ, puta, hic homo, aut hic angelus, melior eſt, &c. quia cõparatiuum includit ſuum poſitiuum: ideo melior eſt, id eſt, bonitatẽ ſeu perfectionem meliorem ponit, quam non ipſa, id eſt, quàm quodlibet ſibi incompoſſibile, ita ꝙ (ly non ipſa) non teneatur contradictoriè, ſed incompoſſibiliter. Vnde perfectio ſimpliciter exigit duas conditiones, primò, ꝙ dicat perfectionem, ſecundò, ꝙ illa perfectio in indiuiduo entis ſit melior, quã quodlibet ſibi in eo incompoſſibile. Propter defectum. n. primæ conditionis tã relatio, ꝗ negatio à perfectionibus ſimpliciter excluditur. Propter verò defectum ſecundæ, ratiocinari ridere, latrare, & huiuſmodi perfectiones ſimpliciter non ſunt, quia iſta etſi ſint meliora in indiuiduo huius vel illius naturæ, non in entis. Diximus ꝙ ly, non ipſa, tenetur incompoſſibiliter, & non cõtradictoriè, quia aliter omne poſitiuũ eſſet perfectio ſimpliciter, quia in indiuiduo entis melius eſt poſitiuũ quodlibet contradictorio formaliter ſumpto. Nec ſuperficie tenus conſideres primã conditionem, quã propter defectum eius ſimplicitas non dicit perfectionem ſimpliciter. Simplicitas. n. nihil aliud eſt quàm negatio compoſitionis; vnde non eſt perfectio, ſed negatio imperfectionis. Propterea deficit talis modus arguẽdi. In indiuiduo entis quodlibet incompoſſibile ſimplicitati dicit imperfectionẽ ergo ipſa ſimplicitas eſt melior in vnoquoq; quàm non ipſa, & conſequenter perfectio ſimpliciter. Oportet enim addere in antecedente, & ipſa dicit perfectionem, quod falſum eſt, quia negatiuum prædicatum eſt.

¶ Potes autem contra Scoti poſitionem arguere ſic, Nulla perfectio ſimpliciter ſaluatur in relatione, vt relatio eſt, ſimplicitas autem ſaluatur in relatione vt relatio eſt, ad, ſiquidem eſt ſimpliciſſimum, nullã enim compoſitionem includit, & vniuerſaliter, ſecundum Scotum, omnis differentia vltima relationis, ergo, &c. maior patet. ex eo ꝙ relatio vt relatio, nec perfectionem nec imperfectionem ſonat apud nos & Scotum.

¶ Præterea. Quod diuiditur per quantum, & non quantũ, non eſt perfectio ſimpliciter. Patet iſta, quia implicat ꝙ aliquid ſit non quantum, & perfectio ſimpliciter. Sed ſimplicitas diuiditur per quantum & non quantum, ergo, &c. Patet Minor, quia diuiditur in ſimplicitatem relatiuam & abſolutam, ſimplicitas autem relatiua eſt non quanta.

¶ Si dicatur ad iſta, ꝙ relatio formaliter ſumpta non eſt ſimplex, ſed ſimplicitas prædicatur de ea denominatiuè: hoc non euadit argumenta, quia ſimplicitas relatiua eſt paſſio relationis ſecundum hoc, aut modus intrinſecus. Impoſſibile eſt aũt ꝙ alterũ horum ſit perfectius eo, cuius eſt vt arguatur ſic: Nulla paſſio eſt maioris entitatis ſubiecto ſuo: ſimplicitas denominans relationem eſt eius paſſio, ſicut vniuerſaliter paſſio ſuperioris eſt paſſio inferioris, licet nõ primò: ergo ſimplicitas relationem denominans nõ eſt maioris entitatis relatione; ſed relatio non eſt q̃ta. ergo ſimplicitas relatiua non eſt quanta, ergo nec perfectio ſimpliciter. Stat ergo aſſumptum verum. ſ. ꝙ ſimplicitas diuiditur per quãtum, & non quantũ.

¶ Similiter arguere potes, ſi dicant ꝙ ſimplicitas ſit modus, quod tamen minus conſonum veritati videtur. Subſtantiæ ergo immateriales, non ratione ſimplicitatis ſunt perfectiores eſſentiis ſubſtantiarum compoſitarum, ſed ratione ſimplicitatis ſubſiſtentis, & adunantis in ſe tantam perfectionem, ita indiuiſè, qua gaudent.

Materia non eſt eſſentia ſubſtantiæ cõpoſitæ.

[Sed quia illarum ſubſtantiarum eſſentiæ ſunt nobis magis occultæ, ideo ab eſſentiis compoſitorum incipiendum eſt, vt à facilioribus conuenientior fiat diſciplina. In ſubſtantiis igitur compoſitis forma & materia notæ ſunt, vt in homine aĩa & corpus. Non aũt poteſt dici, ꝙ alterum eorum tantũ eſſentia dicatur eſſentia. Quòd enim materia ſola non ſit eſſentia, planum eſt: quia res per ſuam eſſentiam cognoſcibilis eſt, & in ſpecie ordinatur vel in genere: materia aũt non eſt cognitionis principium nec ſecundũ cãm aliquid ad ſpeciẽ vel ad genus determinaſ, ſed ſecũdũ id ſolũ, quo ĩ actu aliquid eſt.]

¶ In hac ſecunda parte capituli quid ſit eſſentia in ſubſtantiis compoſitis, declaraturus (quia à notioribus inchoandum eſt) concluſionem hãc negatiuã ponit, Materia ſola non eſt eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ: ꝗ duplici rõne probat. Prima eſt talis, Illud quod eſt eſſentia ſubſtantiæ cõpoſitæ eſt principium cognoſcendi illã: ſed materia ſola non eſt principiũ cognoſcendi illam: ergo materia ſola nõ eſt eſſentia ſubſtãtiæ cõpoſitæ. Maior patet ex eo, ꝙ vnumquodque per ſuam eſſentiam cognoſcitur quidditatiuè: vnde omnes aliæ cognitiones oriuntur. Minor habetur ex 9. Meta. text. com. 20. vbi dicitur, quòd principium cognoſcendi eſt actus & non potentia.

¶ Secunda ratio eſt, Eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ eſt id, quo res ponitur in genere & ſpecie: ſed materia ſola non eſt id quo res ponitur in genere & ſpecie, ergo materia ſola non eſt eſſentia ſubſtantiæ cõpoſitæ. Maior eſt euidens inducendo in ſingulis: Sortes. n. per ſuam naturam in ſpecie humana collocatur: ſimiliter in genere animalis: & ſic de aliis. Minor probatur: quia id, quo aliquid in ſpecie reponitur, oportet ꝙ actuale ſit, eò ꝙ eſt principium diſtinguendi ipſum ab aliis ſpeciebus: & collocãdi ipſum in tali gradu vniuerſi: materia autem ſola actualitatem non includit.

Commentator. 7. Meta. 1. 44. & cõment. 34.

Eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ nõ eſt ſola forma

[Neque etiam forma tantùm ſubſtantiæ compoſitæ eſſentia dici poteſt, quamuis quidam hoc aſſerere conentur. Ex his enim, quæ dicta ſunt, patet, quòd eſſẽtia eſt id, quod per diffinitionem rei ſignificatur: diffinitio autem ſubſtantiarum naturalium non tantùm formã, ſed & materiam continet, aliter

enim diffinitiones naturales & Mathematicæ nō differrant. Nec ēt poteſt dici, ꝙ materia in diffinitione ſubſtantiæ naturalis ponatur, ſicut additum eſſentiæ eius: vel ens extra illā naturam, vel eſſentiam eiusr. quia hic modus proprius eſt accidentibus, quæ eſſentiam perfectè non habent: vnde oportet, ꝙ in diffinitione ſua ſubſtantiam, vel ſubiectum recipiant, quod eſt extra genus eorum: patet ergo ꝙ eſſentiam comprehendit materiam, & formam.]

¶ Hic ponitur ſecunda concluſio negatiua talis, Eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ nō eſt ſola forma, quā vnica ratione probat ſic, Illud eſt eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ, quod per eius diffinitionem ſignificatur: ſed ſola forma per eius diffinitionem non ſignificatur: ergo ſola forma non eſt eſſentia ſubſtantiæ compoſitę. Maior eſt de ſe nota: minor probatur: quia diffinitiones naturales per hoc differunt à Mathematicis, quia iſtæ ſignificant ſolam formam, id eſt formā abſq; materia ſenſibili, naturales verò ſignificant formam, & materiam ſenſibilem.

¶ Sed ad hanc rationem poteſt dici, ꝙ cùm ſignificari per diffinitionem contingat dupliciter. Vno modo, vt pars rei diffinitæ, alio modo, vt ſubiectum rei diffinitæ, ſeu vt deferens rem diffinitam, per diffinitionem naturalem ſignificatur ſola forma vt res diffinita, & ideo quidditas eſt ſola forma, materia autem ſignificatur, vt quidditatem deferens.

¶ Contra hanc reſponſionem ſubiungitur in litera talis ratio, Illud quod eſt proprium accidentibus, ex imperfectione ſuæ eſſentiæ, non conuenit ſpecificis ſubſtantiis, ſed recipere in diffinitione aliquid extra eſſentiam ſuam eſt proprium accidentibus ex imperfectione ſuæ eſſentiæ, ergo hoc non conuenit ſubſtantiis ſpecificis, Maior patet ex terminis, quod.n. eſt proprium alicui ex ſua imperfectione, non conuenit alteri habenti perfectionem oppoſitam illi imperfectioni. Minor habetur ex ſeptimo Meta.tex. com.13.15. & 16.

Circa Maiorem nota, ꝙ licet formæ partis, puta animæ conueniant ēt diffiniri per aliquid extra eſſentiam eius, ac per hoc iſtud videatur eſſe non propriū accidentibus, ſed commune eis & formis partium, in rei tamen veritate proprium eſt accidentium: eo ꝙ diffinitio non eſt niſi rerum exiſtentium in recta linea prædicamentali habentium ſpeciem completā, cùm diffinitio componatur ex genere, & differentia, ſola autem accidentia inter entia, & ſpecie completa ſunt per additamētum diffinibilia, & ideo proprium accidentibus dixit eſſe tali modo diffiniri, vnde, & anima diffinitur per aliud extra eſſentiam ſuam, pro quanto participat de accidentis natura eſſe in alio.

Eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ non eſt relatio inter materiā & formā, aut aliquod ſuperadditū compoſito.

[Nō etiam poteſt dici, ꝙ eſſentia ſignificet relationem, quæ eſt inter materiam & formam, vel aliquid ſuperadditum illis, quia hoc de neceſſitate eſſet accidēs extraneum à re, nec per eam res cognoſceretur, quæ omnia eſſentiæ conueniunt, per formam enim, quæ eſt actus materiæ, materia efficitur ens actu, & hoc aliquid, vnde illud, quod ſuperaduenit, non dat eſſe actu ſimpliciter materiæ, ſed eſſe actu tale, ſicut accidentia faciunt, vt albedo facit actu album, vnde quando talis forma acquiritur, non dicitur generari ſimpliciter, ſed ſecundum quid.]

¶ Hic ponitur tertia concluſio negatiua, Eſſentia ſubſtantiæ cōpoſitæ non eſt aliqua relatio inter materiā, & formā aut aliquid additū cōpoſito ex materia & forma, quā ꝓbat ex duabus rationibus. Primò ſic, Omnis relatio media inter materiam & formam, & ſimiliter omne additum compoſito ex materia & forma eſt accidens extraneum ſubſtantiæ, nulla eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ eſt accidens extraneum, ergo. Minor eſt de ſe nota, Maior verò probatur, Omne adueniens enti ſimpliciter faciens formaliter ens tale eſt accidens extraneę naturæ à ſubſtantia, omnis relatio media inter materiam & formam, & omne additum compoſito adueniunt enti ſimpliciter, & faciunt ens tale, ergo omnia huiuſmodi ſunt accidentia extraneæ naturæ à ſubſtantia compoſita. Huius proſyllogiſmi Minor declaratur, primò ex eo, ꝙ forma ſubſtantialis adueniens materiæ facit eſſe ſimpliciter, & hoc aliquid, vt dicitur ſecundo de Anima, tex.com.2. Declarabitur ſecundò ex eo, ꝙ generatio terminata ad formam ſubſtantialem eſt generatio ſimpliciter, terminata verò ad formam accidentalem, eſt generatio ſecundum quid, vt dicitur 5. Phyſ.tex.c.7. cùm enim materia Sortis acquirit formam ſubſtātialem, tunc ſine additione dicitur Sortes fieri, acquiſita autem forma ſubſtantiali, cùm magnitudinem acquirit, non dicitur Sortes fieri ſimpliciter, & ſine additione, ſed fieri magnus.

¶ Secunda ratio eſt iſta, Nullum additum vt relatio illa media, aut vt quomodolibet ſequens compoſitum ex materia & forma eſt proprium principium à priori perfectæ notitiæ ſubſtantię compoſitæ, eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ eſt proprium principium à priori cōpletæ notitiæ eius, ergo, &c.

[Relinquitur ergo, ꝙ nomē Eſſentiæ in ſubſtantiis cōpoſitis ſignificat illud quod eſt ex materia, & forma compoſitū, & huic poſitioni ſonat verbū Boetij in cōmento Prædicamentorū, vbi dicit, ꝙ Ouſia ſignificat cōpoſitum. Ouſia.n. apud Græcos idē eſt, quod eſſētia apud nos, vt ipſemet in lib. de Duabus naturis fatetur. Auicē. autem dicit, ꝙ quidditas ſubſtantiarū cōpoſitarū eſt ipſa cōpoſitio formæ, & materiæ. Commentator aūt dicit ſuper ſeptimo Metaphyſic, natura q̄ habent ſpecies in rebus generabilibus, eſt aliquod medium, id eſt compoſitum, ex materia, & forma. Huic etiam ratio concordat, quia eſſe ſubſtantię cōpoſitę non eſt tantùm formę, nec tantū materię, ſed ipſius cōpoſiti, eſſentia aūt eſt ſecūdum quā res dr̄ eſſe. Vnde oportet vt eſſentia, qua res denominatur ens, nō tantum ſit forma nec tantum materia, ſed vtrunq;, quāuis huiuſmodi eſſe, ſiue eſſentiæ ſola forma ſuo modo ſit cā. Sicut.n. in aliis videmus quę ex pluribus principiis cōſtituuntur, ꝙ res nō denominantur ex altero illorum principiorum tātum, ſed ab eo quod vtrunq; cōplectitur, vt patet in ſaporibus, quia ex actione calidi digerentis humidum cauſatur dulcedo, & quamuis hoc modo calor ſit cauſa dulcedinis, nō tñ denominatur corpus dulce à calore, ſed à ſapore, qui calidum & humidum complectitur.]

Boetius in li. de Duabus naturis, & vna pſona Chriſti. 5. Meta. cap 4 Cō. 27.

¶ Hic ponitur quarta cōcluſio affirmatiua, Eſſentia in ſubſtātiis cōpoſitis ſignificat cōpoſitū ex materia & forma, q̄ ꝑ locū à diuiſiōe cōcludit ex authoritate Boetii, Auicennę, & Cōmentatoris, ſeptimo Meta.cō.27. & ratione tali probat, Id quo tanquam principio completo denominante, ſubſtantia compoſita eſt ens, eſt compoſitum, ſed eſſentia ipſius ſubſtātiæ compoſitæ eſt id, quo tanquam principio completo denominante ſubſtantię compoſitæ eſt ens, ergo eſſentia ipſius ſubſtantiæ compoſitę eſt compoſita. Minor de ſe eſt clara, dr̄.n. & eſt Sortes ens ꝑꝑ ſuam eſſentiam, q̄ habet, Maior verò declaratur ſic, Quandocunq; aliqua res ex pluribus principiis conſtituitur, non eſt talis ex altero eorū, vt completo principio, ſed ex cōplectente vtrunq;, ſed ſubſtantia compoſita eſt ens ex pluribus principiis conſtitutum, ſ. materia & forma: ergo non ex altero tāquam completo principio, ſed complectente vtrunq; eſt, & dicitur ens, ſed id ꝙ complectitur vtrunque, eſt cōpoſitum, ergo id, quo ſubſtantia compoſita tanquam completo principio, denomināte eſſe, oportet eſſe cōpoſitum, quod erat pro-

probandam: Maior huius proſyllogiſmi exemplariter in ſuperioribus declaratur in litera tanquam ex notioribus: & declaratio eſt manifeſta per ſe: quod autẽ dicitur, quòd ſola forma, & cauſa eſſendi, infrà patebit.

QVAESTIO. IIII.

Num Materia ſit pars quidditatis naturalis.

Circa prædicta dubitatur an materia ſit pars quidditatis naturalis. In hac dubitatione tria faciam: primò ponam opinionem Cõmentatoris: ſecundò ponam opinionem Sanct. Thom. tertio reſpondebitur argumentis oppoſitis.

Quo ad primum, Commentator 4.Met. com.11.& 34. opinatur, materiam non eſſe partem quidditatis naturalis, ſed cadere in diffinitione rei naturalis, vt deferens illam quidditatem: adducit autem in 34.cõ. ad hæc rationem talem: Eſſentia rei eſt ſubſtantia declarans rem quidditatiuè: materia non eſt ſubſtantia declarans quidditatem rei: ergo materia non pertinet ad eſſentiam rei: minor colligitur ex primo Phyſico. text.com 69. vbi dicitur, quòd materia ſecundum ſe eſt ignota: & per conſequens alterius declaratiua nõ eſt. Ex com. verò 11. poteſt elici talis ratio ad hoc: ſi quidditas hominis eſſet homo compoſitus ex materia & forma, tunc quidditas hominis haberet quidditatem: & ſic quidditatis eſſet quidditas: quod eſt falſum. Tenet conſequentia: quia quæcunque ſunt idẽ, quicquid habet vnum, habet reliquum: ſi ergo quidditas hominis, & homo compoſitus ſunt idem, cùm homo compoſitus habeat quidditatẽ, ſequitur quòd quidditas hominis habeat quidditatem. Hanc eandẽ poſitionem videtur docere Ariſt.7.Meta.text.com.34 expreſsè dicens materiam non eſſe partem quidditatis: & ſecundo Phyſ.tex.com. 28. partes diffinitionis in genere cauſæ formalis collocans. Vnde & 10.Metaphyſicæ, tex. commento 25. dicit quòd mas & fœmina non variant ſpeciem, quia ſunt differentiæ materiales.

¶ Idem etiam perſuaderi poteſt ex conſequentibus materiam: materia enim eſt cauſa corruptionis, diſtinctionis ſuppoſiti à natura ſenſibilitatis & ſimilium, quorum oppoſita conueniunt quidditatibus: ſunt enim eſſentiæ rerum ingenerabiles, incorruptibiles, inſenſibiles, & huiuſmodi. Hæc de primo.

CONCLVSIO.

Materia eſt pars quidditatis ſubſtantiæ naturalis.

Lect. 9. Quo ad ſecundum S.Tho.7.Metaph. ſupra text.commen.33.& prima parte quæſt. 75. artic.4.& hic tenet materiam eſſe partem quidditatis ſubſtantiæ naturalis: probat hanc concluſionem, tribus rationibus: quarum duæ in litera poſitæ ſunt. Tertia, verò eſt iſta, Quicquid de eſſentia omnium indiuiduorum contentorum ſub ſpecie, vniuerſaliter conceptum eſt de eſſentia ſpeciei: iſta eſt vera pro tanto: quia aliter eſſentia ſpecifica non prædicaret eſſentialiter totam eſſentiam indiuidui: ſed materia eſt de eſſentia omnium indiuiduorum naturalium: ergo materia vniuerſaliter accepta eſt de eſſentia ſpeciei, & ſic non cadit in ſpecie, vt deferens ipſam, ſed pars eſſentialis.

¶ Ad primam rationem in litera factam dicunt aduerſarii, quòd proprium eſt accidentibus diffiniri per additamentum alterius generis: & hoc non conuenit ſubſtantiis, ſed diffiniuntur ſubſtantiæ per additum ſui generis: materia enim eſt in eo genere, in quo eſt quidditas declarata.

¶ Contra, Ergo nulla eſt differentia inter diffinitionem formæ partis, & diffinitionem formæ totius, niſi fortè ſecundum modum ſignificandi, cum vtraque per additum ſui generis diffiniatur: & ſic eadem erit diffinitio animæ & viui: & tunc ſicut nullum genus prædicamenti ſubſtantiæ ponitur in diffinitione animæ: ita nullum ponetur in diffinitione viui: & ſic de aliis: quod eſt manifeſtè falſum.

¶ Confirmatur S. Tho. poſitio adhuc tripliciter. Primo ſic, In omni obiecto quidditatiuè ſumpto, cui conuenit aliqua paſſio adæquata, oportet inueniri intrinſecè cauſam illius paſſionis: ſed corpus contrarietati ſubiectũ quidditatiue ſumptum eſt ſubiectum, cui conuenit corruptibilitas per modum paſſionis adæquatæ: ergo in corpore contrarietati ſubiecto quidditatiue ſumpto oportet intrinſece inuenire cauſam corruptibilitatis: & talis cauſa non eſt niſi materia: ergo, &c. Maior eſt de ſe nota: quia paſſio fluit ab intrinſecis principiis quidditatis: aliter non conueniret ei ſecundum quod ipſa. Minor ex eo manifeſtatur, quòd corruptibilitas primò concluditur de corpore contrarietati ſubiecto. Quod autem cauſa corruptibilitatis ſit materia. clarum eſt, apud Comment. maxime.

¶ Secundò ſic, id quod eſt pars humanæ naturæ eſt pars quidditatis humanæ: quia natura & quidditas ſunt idem: ſed materia eſt pars naturæ humanæ: ergo &c. probatur Minor, ex eo quòd materia eſt natura ſecundo Phyſ.text.com.11. Et ſi non eſt pars, oportet quòd in Sorte ſint duæ naturæ non partiales: quia non ſunt partes alicuius naturæ: quod eſt impoſſibile. Tertiò declaratur hanc fuiſse mentem Ariſt. primò ex octauo Meta.tex.com.15.& 16. vbi aſſignat cauſam, quare diffinitio compoſitorum eſt vna: quia ex actu & potentia natum eſt fieri vnum. quidditates autem ſimplices ſeipſis, inquit, habent vnitatem ſtatim, eo quòd formæ tantùm ſint: ex quibus habetur, quòd ſi eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ eſſet ſola forma, non oporteret Ariſt. aſſignare cauſam propter quid ſit vna: forma enim ſeipſa eſt vna: ſed quia eſt compoſita ideo dixit quòd vnitatem habet, ex eo quòd altera pars eſt actus, altera potentia. Similiter 9.Metaph. textu vltimorum commentorum dicit, quòd in quidditatibus compoſitorum accidit error, non autem in quidditatibus ſimplicium propter multitudinem partium, ex quibus ſunt compoſitæ illæ quidditates: vnde ex earum compoſitione error accidere poteſt: qui in ſimplicibus, cum careant partibus, locum non habet, ex quibus apparet ipſum opinari eſſentiam compoſiti eſſe compoſitam, & non ſimplicem, & quòd quidditas ſubſtantiæ materialis differt à quidditate ſeparata, ex eo quòd iſta eſt eſſentialiter ſimplex, alia verò eſt eſſentialiter compoſita. Hæc de ſecundo.

Primo phyſ.c. 8. 9. meta phyſ. tex. 17. T. c. 7

Tex. 11.

¶ Quo ad tertium dicendum eſt ad rationes in oppoſitum, ad quarum primam negatur Minor, licet n. materia ſecundum ſe, id eſt, ſolitarie ſumpta ſit ignota, adiuncta tamen & ſubſtracta tali formæ ſpecificæ ſiue genericæ declaratiua eſt alterius.

¶ Ad ſecundam negatur conſequentia, ad cuius probationem dicitur, quòd Maior illa poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſic, Quæcunque ſunt idem realiter, quicquid realiter coniunctum eſt vni, eſt & realiter coniunctum alteri, & ſic conceditur, ſed non eſt contra nos. Alio modo ſic. Quæcũque ſunt idem realiter, quicquid prædicatur de vno prædicatur de al

teto: &

tero : & hoc modo eſt falſa. Aliquid enim conuenit vni, vt diſtinctio ſecundum rationem ab altero: quod non conuenit alteri; ſicut in propoſito, habere quidditatem conuenit homini, vt diſtincto à ſua quidditate ſecundum rationem: diſtinguitur enim ab illa, vt habẽs ab habito, & quia ſic oportet diſtingui illã Maiorem in propoſito, ideo argumentum non procedit.

T.c.34.& 37. ¶ Ad id quod additur ex Ariſt. dicitur, quòd ſeptimo Metaphyſicæ non remouet materiam à quidditate: ſed materiam particularem & eas partes, quæ per accidens ſe habent ad ſpeciei intellectum, vt manus & pedes: verbi gratia, ab hominis ratione: & has carnes & hæc oſſa. Quod autem partes definitionis in genere cauſæ formalis collocentur non eſt contra id quod dicimus. Meminiſſe enim oportet quòd omne ſuperius ſe habet, vt formale reſpectu inferioris, vt ibidem, ab Ariſt. habetur. Maſculus quoque & fœmina etſi non differant ſpecie in genere animalis ſicut album & nigrum, differunt tamen ſpecie in genere ſexus, cuius differentiæ ad genus animalis per accidens ſe habent, & ex parte materiæ: & propterea in illo genere non cauſant diuerſitatem ſpecificam.

Secundo Phyſi T.c.28

¶ Ad vltimã confirmationem de paſſionibus materiæ dicitur, quòd illa ſequuntur materiam particulariter exiſtentem & non ſequuntur materiam abſtractam à ſingularibus: quæ eſt pars quidditatis ſpecificè: & ideo nõ oportet illa ineſſe quidditati, nec oportet materiam remoueri à quidditate propter hoc, quod illorum oppoſita quidditati inſunt.

[Sed quia indiuiduationis principium eſt materia, ex hoc forte videtur ſequi, quòd eſſentia, quæ complectitur in ſe ſimul & formam, ſit tantum particularis & non vniuerſalis, ex quo ſequeretur vniuerſalia diffinitionem non habere, ſi eſſentia eſt id, quod per diffinitionem ſignificatur.]

¶ In hac tertia parte huius capituli obiicit contra quartã concluſionẽ ſic, Id, quod comprehendit in ſe materiam intrinſecè, eſt particulare: eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ comprehendit in ſe materiam intrinſecè: ergo eſſentia ſubſtantiæ eſt particularis: ergo non datur eſſentia ſubſtantię compoſitæ vniuerſalis quod eſt falſum. Et vlterius ſequitur, quòd vniuerſalia naturalia non ſunt diffinibilia: quia rerum naturalium non niſi eſſentiæ ſunt diffinibiles: eo quòd diffinitio ſignificat eſſentiam rei: eſſentiæ autem naturalium, vt deductum eſt, particulares ſunt. Maior probatur ſic, Quod habet in ſe actu intrinſecè principium indiuiduationis, eſt particulare: habens intrinſecè materiam, habet in ſe principium indiuiduationis, quia materia eſt principium indiuiduationis: ergo, &c.

[Et ideo ſciendum eſt, quòd materia non quomodolibet accepta eſt principium indiuiduationis, ſed ſolum materia ſignata. Et dico materiam ſignatam, quæ ſub certis dimenſionibus conſideratur. hęc autem materia in diffinitione hominis, inquantum homo non ponitur, ſed poneretur in diffinitione Socratis, ſi Socrates diffinitionem haberet: in diffinitione autem hominis ponitur materia non ſignata: non .n. in diffinitione hominis ponitur hoc os, & hęc caro, ſed os & caro abſolutè, quæ ſunt materia hominis non ſignata]

¶ Hic reſpondet obiectioni, deſtruendo Maiorem cum ſua probatione dicens, quod materia dupliciter accipitur: ſignata ſcilicet & non ſignata: ſignata eſt principium indiuiduationis, non ſignata ponitur pars eſſentiæ ſpecificæ: ſignata poneretur in diffinitione Socratis ſi diffiniretur: non ſignata ponitur in diffinitione vniuerſalium. vnde & patet vniuerſalia diffiniri, & tamen materiam includere: ſed non ſignatam, quæ particularitatis eſt principium.

QVAESTIO V.

Num materia eſt principium indiuiduationis.

CIRCA Hanc partem dubitatur, an materia ſit principium indiuiduationis. In hac quæſtione ſunt ſex agẽda. Primò declarabitur titulus: ſecundò ponetur opinio Scoti: tertiò impugnabitur: quartò ponetur opinio San. Tho. quintò arguetur contra illam: ſextò reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

Quo ad primum nota, quòd cum de principio indiuiduationis agitur, cum indiuiduum duo dicat, ſcilicet indiſtinctum à ſe & diſtinctum ab aliis: nihil aliud quæritur niſi per quid primò natura ſpecifica reddatur incommunicabilis: ita quòd repugnet ſibi communicari pluribus, vt ſuperius inferioribus communicatur, atque per quid hoc indiuiduum primò diſtinguitur realiter ab aliis eiuſdem ſpeciei. Duo ergo quæruntur concurrentia ad indiuiduationem, ſcilicet quo (primò) natura ſpecifica reddatur incommunicabilis & quo (primò) realiter diſtinguatur ab aliis eiuſdem ſpeciei: Et aduertas bene ſingulas partes tituli, quas declarauimus, quoniam aliquos in hac parte errare inuenio. Agitur enim hic de incommunicabilitate, quæ opponitur communicationi reali, & non de incommunicabilitate, quæ opponitur communicationi formæ, hanc enim nullus dubitat primò conuenire materiæ, Et ſimiliter agitur hic de diſtinctione reali indiuiduorum ſub eadẽ ſpecie, quæ non eſt niſi inter entia realia, & non de diſtinctione, qua Sortes viuus & Plato mortuus diſtinguntur. Aduertendo ſemper, quòd non loquimur nunc niſi de indiuiduatione ſubſtantiarum materialium. Hęc de primo.

SCOTI PROPOSITIO.

Non materia, nec forma, vel compoſitum, ſed indiuidualis proprietas, hecceitas, principium eſt indiuiduationis.

QVo ad ſecundum. Scotus ſecundo ſentẽ. diſt. 3. q. 6. opinatur, quòd natura ſpecifica indiuiduatur per quoddam poſitiuum per ſe contrahens illam, & faciens vnum cum illa: ita quòd illud poſitiuum nec eſt materia, nec forma, nec compoſitum, ſed eſt modus omnium, ſeu vltima realitas materiæ, formæ & compoſiti, eadem illis realiter, & ſic apud eum de principio indiuiduationis ponitur talis concluſio. Principium indiuiduationis non eſt materia, nec forma, nec quantitas, ſed proprietas indiuidualis, ſcilicet hecceitas.

¶ Huius concluſionis probationes, quoad tres primas partes nunc omitto, poſtmodum quantum ad propoſitum ſpectat adducendas. Pro quarta arguitur ſic, Vnitas ſequitur entitatem, & proportionaliter loquendo, eodem enim modo res eſt ens & vna. igitur vnitas ſimpliciter vltima, ſcilicet numeralis ſeu indiuidualis ſequitur entitatem indiuidualem, ſed clarũ eſt, quòd entitas illa indiuidualis non eſt aliquod eorum, quæ

rum quæ ſunt actu in ſpecie, nec aliquod accidens: cum omnia accidentia ſint poſt: ergo eſt proprietas indiuidualis, indiuiduorum ſcilicet conſtitutiua: & arguatur ſic. Illud ad quod primò ſequitur vnitas numeralis eſt principium indiuiduationis: proprietas illa ſeu heccheitas eſt id, ad quod primò ſequit̃ vnitas numeralis, ergo heccheitas ẽ principiũ indiuiduationis. Maior patet: q̃a vnitas proportionaliter ſequit̃ eos. Minor probatur: quia vnitas numeralis non ſequitur quidditatem, vt patet: nec ad aliquod accidẽs, cum præcedat totum genus accidentium.

¶ Secundo ſic, Omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primò diuerſa: alioquin non eſſet ſtatus in differentibus: ſed indiuidua propriè differunt, ergo eorum differentia reducitur ad aliqua primò diuerſa, hæc non ſunt naturæ ipſorum, nec priuationes, nec accidentia aliqua: ergo ſunt heccheitates. probatio huius vltimi aſſumpti quo ad tertiam partẽ: quia ſi differẽtia indiuiduorum reducitur ad aliquod accidens, maximè reducitur ad quantitatem: ſed hoc non. Quod ſic patet: quæratur enim per quid hæc quantitas & illa quantitas differant, non ſeipſis: ſic.n. ſpecificè diſtinguerentur, ergo aliquo alio, puta ſitibus. Sed hoc non poteſt eſſe: quia aut diſtinguntur ſitu, qui eſt ſpeciale prædicamẽtum, & hoc non: quia ille eſt poſterior quantitate; aut ſitu, quia eſt differentia q̃titatia, & hoc nõ quia q̃rat̃ per quid illi ſitus diſtinguunt̃: aut ſeipſis, & hoc nõ pót dici: q̃a ſeipſis nõ ſunt hi, aut aliquo alio, & ſic in infinitum. Et propterea cum ſitus qui eſt differentia quantitatis integretur ex continuatione & permanentia partium idem eſt dicere, hæc quantitas differt ab illa propter alium ſitum, & quòd hæc quantitas differt ab illa quantitate ſeipſa.

¶ Tertiò ſic, Id quod ſe toto primò conſtituit aliquod ſingulare in ſua entitate ſingulari, & vnitate eõ ſequente talem entitatem, ei ſe toto primo repugnat diuidi diuiſione oppoſita illi vnitati: & conſequenter eſt principium indiuiduationis, ſed ſola proprietas indiuidualis, ſeu heccheitas eſt huiuſmodi. ergo, &c. Maior patet ex terminis: Minor eodem modo probatur: vt ſuprà. Hęc de ſecundo.

Cõtra Scotum ã ratione.

Quo ad tertium arguitur contra opinionem Sco. quadrupliciter: Primò ſic, Omnis actus ſingularis pręexigit potentiam ſingularem, quã actuat: ſed heccheitas eſt actus ſingularis, ergo præexigit potentiam ſingularem, quam actuat: ſed illa potentia eſt natura ſpeciei in natura ipſius indiuidui, ergo natura indiuidui eſt ſingularis ante aduentum heccheitatis: & ſic heccheitas non eſt principium indiuiduationis. propoſitiones aſſumptæ omnes ſunt Scoti in hac materia, etiam maior, quę tamen probatur ex doctrina Ariſt. 2 Phyſ. tex. com. 38 vbi docet comparationes cauſarũ, unde ſicut forma particularis pręexigit materiam particularem, ſic actus potentiam. Si dicatur, q̃ hoc eſt verum, vbi actus & potentia diſtinguntur realiter, eo quòd tunc potentia realiter recipit actum, hoc non obſtat, eo quòd ſecundum Sco. quando aliqua duo adunantur realiter eundem ordinem ex natura rei retinent, quem haberent ſi eſſent diſtincta realiter. cum ergo actus ſingularis ſi diſtinctus eſſet realiter, ex natura ſua præexigeret potentiã ſingularem, oportet quòd & nunc hoc idem exigat, cum ordo idem ſeruetur.

¶ Secundo ſic, Illa quæ ſunt principia indiuiduationis, ſeipſis primò diuerſa, heccheitas Sortis & Platonis non ſunt huiuſmodi, ergo. Maior eſt Scoti, minor probatur, Id quod conuenit magis cum vno, q̃ cum alio, non eſt primò diuerſum ab eo, cum quo magis conuenit: ſed heccheitas Pla. magis cõuenit cũ heccheitate Sortis, q̃ cũ heccheitate albedinis: ergo haccheitates Platonis & Sortis nõ ſunt primò diuerſæ. Maior proſyllogiſmi patet ex terminis, primò enim diuerſum ab alio non conuenit cum illo. Minor probatur dupliciter: primò: quia heccheitas Sortis & Platonis conuenit in ſpecie: heccheitates Sortis & albedinis differunt genere. Secundò, quia illa magis conueniunt quæ magis aſſimilantur: magis autem aſſimilantur quæ ſunt magis cõparabilia: heccheitates autem Sortis & Platonis ſunt comparabiles magis q̃ heccheitates Sortis & albedinis: ſicut vniuerſaliter res eiuſdem prædicamenti ſunt magis comparabiles quàm res diuerſorum prædicamentorum.

¶ Tertiò ſic, Quod conuenit & repugnat alteri indiuiduo eiuſdem ſpeciei præexigit neceſſario ipſorũ diſtinctionem: proprietas indiuidualis, puta Sorteitas, conuenit Sorti, & repugnat Platoni eiuſdem ſpeciei indiuiduo: ergo proprietas indiuidualis præexigit diſtinctionem Sortis à Plat. & ſic proprietas indiuidualis non eſt id, quo primò Sortes diſtinguitur à Plat. Concluſio eſt falſa ſecundum Sco. proceſſus eſt bonus: ergo altera præmiſſarum eſt falſa: vtraque autem eſt ſua: ergo omnino falſus conuincitur: & Maior quidẽ habetur à Scoto in quolibet. quæſt. 2. Minor autem eſt ſua concluſio quam nunc impugnamus.

¶ Quartò oſtendo hanc poſitionem contradicere Peripateticis, Ariſt. & Com. 12. enim Metaph. text. cõ. 42. fit hæc conſequentia, primum cælum, id eſt primũ principium eſt vnum ſpecie & plura numero: ergo habet materiã, quæ conſequentia nulla eſſet, ſi proprietas indiuidualis poneret̃ diſtinguere indiuidua eiuſdem ſpeciei.

¶ Gloſſam autem Sco. intelligentis per materiam indiuidualem proprietatem, deſtructiuam eſſe textus apparet ex Commentatore ibi dicente, Omne quod eſt vnum in ſpecie & plura in numero, habet materiã ſed iam declaratum eſt, q̃ principium cœli non habet materiam. ex quibus verbis apparet, q̃ de illa materia loquitur, quàm declarauit nõ eſſe in primo principio. Apparet autem in text. commen. 40. expreſſè de declaraſſe motorem cæli non habere materiam ad vbi & adeſſe, & nullam feciſſe mẽtionem de proprietate indiuiduali. Apparet quoque fictio illius gloſſæ ex 3. Metaph. text. commen. 11. vbi dicitur, q̃ omnia multitudo, aut eſt rerum differentium ſecundum formam, aut ſecũdum quantitatem, quod idem habes in Commentatore in primo Phyſic. com. 6.

¶ Nec admittenda eſt gloſſa Antonij Trõbetæ, q̃ intelligitur concomitanter. Eodem enim modo & vniformiter debet teneri (ly ſecundum) in primo membro & in ſecundo: in primo autem notat cauſalitatem, ergo & in reliquo. Deprehendi quoq; poteſt eſſe puram fictionem nouam hanc de heccheitatibus inuentionem, ex primo cæli text. com. 92. & 93. vbi vnitatem & pluralitatem in diuiduorum in eadem ſpecie, in rebus materialibus non niſi ex materia, aſſignant. Ariſt. & Comment. Hæc de tertio. Tex. 92 & 93.

Quo ad quartum opinio S. Tho. poſita ab eo hic & in multis aliis locis eſt quòd materia ſignata eſt principium indiuiduationis.

¶ Circa hanc concluſionem aduertendum eſt, q̃ Thomiſtæ inter ſe differunt & conueniunt. Conueniunt in hoc omnes, q̃ ad indiuiduationem duo concurrere debent, materia & quantitas. Differunt autem, quia aliqui tenent quòd aggregatum ex materia & quantitate ſit intrinſecum indiuiduationis principium, materia dante incommunicabilitatem, ſiue indiſtinctionem in ſe, quantitate dante diſtinctionem ab aliis, & tale aggregatum dicunt eſſe materiam ſignatam. Alij verò longè melius ſentiunt dicentes q̃ principium intrinſecum indiuiduationis & quo ad in

com nunicabilitatem, & quo ad diſtinctionem ab aliis eſt materia ſignata non materia quanta; ſeu aggregatum ex materia & quantitate. Et cũ hoc iudicio meo ſit doctrina S. Tho. vera vt oſtendetur, ideo hanc declarare volumus & tueri. declarando primò quid importet materia ſignata: ſecundò excludendo primam expoſitionem Thomiſtarum: tertiò probando concluſionem intentam.

¶ Materia ſignata nihil aliud eſt quàm materia capax huius quantitatis; ita q non illius: hæc nanque materia eſt pars intrinſeca Sortis de diffinitione eius ſi diffiniretur. Imaginandum eſt enim, quòd agens particulare, puta hoc ſemen ex nriuuè appropriat materiam ad formam inducendam hoc modo, quòd ſicut ſemen humanũ appropriat materiam ad animam humanam: ita hoc ſemen ad hanc animam: vnde cũ in primo inſtanti generationis Sortis, quod eſt primũ eſſe Sortis, & primum non eſſe formæ præcedentis, & accidentium primo ordine naturæ fiat particulare compoſitum: deinde naturali ordine ſequuntur omnia accidentia (in via noſtra) in illo priori ſecundum naturam, quo compoſitum particulare terminat per ſe primò generationem, materia quæ eſt pars intrinſeca eius, ſcilicet Sortis, ita eſt appropriata ipſi Sorti ab agente particulari: q non eſt capax alterius quantitatis quàm eius quam Sortes ſibi determinat: omnium enim natura conſtantium determinata eſt ratio magnitudinis & augmenti, vt dicitur ſecundo de Anima ex com. 41. & talis materia vocatur materia ſignata.

T.c.41.

Nihil ergo addit materia ſignata ſupra materiam, niſi capacitatem huius quantitatis: ita quòd non illius. Capacitas autem materiæ reſpectu huius quantitatis nihil aliud eſt quàm potentia receptiua huius quantitatis: ita quòd non illius, potentia autem receptiua nihil realiter diſtinctum in recto dicit: ſed addit aliquid reale diſtinctum ſecundum rationem tantum à materia. Sicut materia propria nihil addit, ſupra materiam realiter diſtinctum ab ipſa: dicit tamen aliquid reale in materia, quod non explicat materia ſecundum ſe: materia enim ſignata non eſt diffinibilis, niſi per hanc quantitatem ſi diffiniretur: ſicut propria potentia, non niſi per proprium actum diffinitur vt dicitur tertio Phyſi. tex. com. 10.

T.c.10.

Materia autẽ ſecũdum ſe hanc quantitatem in ſua diffinitione non exigit: vnde materia propria ĩdiuidui, & materia ſignata, & materia ſub certis dimenſionibus idem important & propterea S. Tho. non dixit materiam ſignatam materiã cum certis dimenſionibus, ſed ſub certis dimenſionibus: & alibi dicit, quòd ſicut materia in ordine ad formas generales, puta formam totalem & partialem diſtinguit genericè corpora cœleſtia ab inferioribus: ita materia in ordine ad hanc, vel illam quantitatem diſtinguit numeraliter in rebus materialibus. Materia igitur ſignata non dicit aggregatum ex materia & quantitate, ſed materiam in recto ſignificat, quantitatem vero in obliquo, ſicut potentia materiæ ſignificat materiam in recto: in obliquo verò actum, quem reſpicit, eo quòd non niſi per actum eſt diffinibilis. Et ſic manifeſtum eſt quid importet materia ſignata.

¶ Quòd autem Thomiſtę alii non conuenienter exponant, ſic declaratur, Idem eſt principium diſtinctiuum indiuidui à ſpecie & ab altero indiuiduo eiuſdem ſpeciei: ſed materia non quanta, ſed ſic ſignata modo præexpoſito eſt principium intrinſecè diſtinctiuum indiuidui à ſpecie: ergo non materia quanta, ſed materia ſignata eſt principium intrinſecum diſtinctiuum indiuidui ab altero eiuſdem ſpeciei indiuiduo. Minor ab eis conceditur: & eſt ſancti Thom. expreſsè in tractatu, qui de principio indiuiduationis vocatur: qui ſecundum veritatem & antiquum titulũ vocatur de Potentiis cognoſcitiuis: vt habetur in Bibliotheca ſummi Pontificis, in qua ſola tractatum illum completum vidi: eſt enim truncatus ille, qui communiter habetur.

Tractatus de principio indiuiduationis

Maior verò non niſi voce à proteruis negari poſſe videtur: vniuerſaliter nanque verum videmus, quòd quandocunque aliquod commune diuiditur in plures partes ſubiectiuas, per idem differunt inferiora inter ſe, & à ſuperiori: ſicut per idem homo differt ab animali, & à leone, ſcilicet differentia propria: vnde, & Prophyrius tres actus differentię dat, diuidere ſuperius, conſtituere inferius, & diſtinguere conſtitutum à ſuperiori, & aliis comparibus.

e de differentia.

Probatur ergo hæc concluſio modo præexpoſito, ſcilicet materia ſignata eſt intrinſecum indiuiduationis principium: Illud eſt intrinſecum principium indiuiduationis, cui primo repugnat communicari pluribus per modum, quo vniuerſale communicatur particulari: ſed materia ſignata eſt id, cui primò repugnat cõmunicari vt vniuerſale particulari: ergo, &c. Maior ab omnibus conceditur. Minor vero probatur: ſed nota quòd Minor duo includit in ſe, ſcilicet quòd materiæ ſignatæ repugnat communicari pluribus: & quòd primò ei repugnat primum horum ex ſe patet: materiam enim capacem huius quantitatis tantum, impoſſibile eſt pluri fieri. Secundum autem probatur, illud competit primò materiæ ſignatæ, quod circunſcripto quocunque alio ſibi conuenit: & ipſa circunſcripta nulli alteri conuenit (ex primo Poſteriorum) ſed non communicari pluribus vt vniuerſale particulari circunſcripto quocunque alio exiſtente in ſubſtantia ſenſibili conuenit materiæ ſignatæ: & ipſa circunſcripta nulli alteri conuenit: ergo non communicari plurib. primò conuenit materiæ ſignatæ inter omnia, quæ in ſubſtantia ſenſibili inueniuntur.

T.cap. 4

Probatur minor, quo ad vtranque ſui partem, quoad primam ſic, Id quod materia ſignata præcisè ſumpta ſibi vendicat, ita q ſub eius oppoſito non eſt intelligibilis, conuenit ſibi circunſcripto quocunque alio: patet iſta ex terminis, ſed incommunicabilitas conuenit materiæ ſignatæ præcisè vt ſic acceptæ: itaq ſub eius oppoſito materia ſignata non eſt intelligibilis: non enim poteſt intelligi materia propria indiuidui communicabilis: ergo incommunicabilitas conuenit materiæ ſignatæ circunſcripto quocunque alio. Secũda pars minoris patet exemplariter; quia circunſcripta Sortis materia ſignata, ſeu materia propria, quod idem eſt, certum eſt quod non remanet hic, neque forma eius remanebit hic, neque ipſa materia, ſi enim materiam propriam non habet per quid exigit ordinem communium?

Secunda ratio.

Secundo probatur eadem concluſio ſic, Fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, & æquè bene: ſed abſque quibuſque aliis ex materia ſignata ſufficienter ſaluatur indiuiduatio ſubſtantiæ compoſitæ: ergo fruſtra adducuntur quæcunque. minor ex dicendis apparebit, vbi ſolutis aduerſariorum rationibus ſtabilis ac firma remanebit poſitio noſtra. Et confirmatur, quia cum in ſubſtantia compoſita non ſint niſi materia & forma & compoſitum ex his, & accidentia quæcunque indiuiduo accidunt, nullam aliam intrinſecam cauſam habent, niſi aliquid horum, & ſic ad inueſtigandam indiuiduationis cauſam non oportet extra hoc vagari. Probatur tertiò eadem concluſio authoritatibus Ari. & cõ. ſupra inductis, quas nõ opus eſt repetere. Apparet quidem apud eos euidenter omnem diſtinctionem aut ex formis, aut à quantitate oriri. Eſt igitur materia ſignata intrinſecum indiuiduationis principium, quo intrinſecè (licet particulariter) Sortes eſt hic. Dico autem particulariter, quia non arbitror materism ſignatam eſſe ipſam indiuidualem proprietatem ſeu differentiam, ſed potius differentiæ indiuidualis eſſentiale principium. Opi-

nor

non enim quòd proportio materiæ ſignatæ ad proprietatem ſeo differentiam indiuidualem ſit, ſicut proportio animæ humanæ ad differentiam hominis conſtitutiuam: ſicut enim anima intellectiua non eſt ipſa differentia, puta rationale: ſed id vnde ſumitur: ita materia ſignata non eſt ipſa differentia indiuidualis, ſed id vnde ſumitur, & ꝙ cauſat ipſam intrinſecè. Et ſicut homo eſt homo, & per rationale tanquam per principium formale totale, & per animam intellectiuam tanquam per principium partiale intrinſecum formale, à quo rationale mendicat & cauſatur, ita Sortes eſt hic per differentiam indiuidualem, tanquam per totale quoddam denominans, quod nihil aliud eſt quàm gradus indiuidualis, ſicut differentia ſpecifica eſt gradus ſpecificus, & per materiam ſignatam tanquam per priorem cauſam intrinſecam, à qua ipſa indiuidualis differentia mendicat. Vt ſic inter nos & Sco. in hoc ſtet diuerſitas, ꝙ ipſi differentias indiuiduales abſque eſſentiali dependentia à materia ſignata multiplicant, nos autem ſicut animal contrahere neſciremus ad hominem & bouem ſine formis partium à quibus differentiæ contrahentes animal cauſantur, ſic ſpeciem, puta hominem contrahere ad indiuiduũ non nouimus ſine materia ſignata, quæ eſt cauſa indiuidualium differentiarum, & conſequenter primò principium indiuiduationis intrinſecum. Moueor ad hoc dicendum, quoniam teneo Sortem ſubſtantialiter ſumptum in recta ſcilicet linea prædicamentali ſub ſpecie eſſe vnum numero, non vnitate de prædicamento quantitatis, ſed ſubſtantiali, quam neceſſe eſt antecedi, cum ſit entis paſſio ab indiuiduali gradu, quem ipſa iodiuidualis differentia importat. Et hoc an ſit de mente S. Doct. non cenſeat quiſquam, priuſquam legerit ipſum, & in compendio Theologiæ, c. 157. vbi vult Sortem eodem numero eſſe poſt reſurrectionem eius quantitate numerata, & in tractatu ſupradicto.

cap. 157. De principio indiuiduationis, & di. 5. q. 7

Quò ad quintum arguitur contra concluſionem & dicta in ea à Sco. vbi ſupra. Primò ſic, Impoſſibile eſt aliquid dependens à poſteriori naturaliter eſſe idẽ priori naturaliter, quia tunc eſſet prius, & non prius, ſed ſubſtantia eſt prior naturaliter quantitate, igitur nihil cauſatum à quantitate ſiue qualitercunque præexigens naturam quantitatis poteſt eſſe idem ſubſtantiæ, non igitur ſignatio iſta à quantitate cauſata eſt eadem ſubſtantia. probatio Maioris, vbi eſt vera & realiter identitas, licet non ſit formalis, ibi impoſſibile eſt hoc eſſe, & illud non eſſe, quia tunc idem realiter eſſet, & non eſſet, ſed poſſibile eſt prius naturaliter eſſe ſine poſteriori naturaliter, ergo multo magis abſque eo quod derelictum eſt, vel cauſatum à poſteriori naturaliter.

¶ Præterea, Id quod eſt neceſſaria conditio cauſæ in cauſando, non poteſt habere eſſe à cauſato, quia tunc cauſa, inquantum ſufficiens ad cauſandum, eſſet cauſata à cauſato, & illud cauſatum eſſet cauſa ſuiipſius, ſed ſingularitas ſiue ſignatio ſubſtantiæ eſt neceſſaria conditio in ſubſtantia ad cauſandam quantitatem, quia cauſatum ſingulare requirit cauſam ſingularem; ergo impoſſibile eſt iſtam ſignationem ſeu ſingularitatem eſſe à quantitate.

¶ Præterea, Quæro quid eſt quantitatem cauſare, vel derelinquere talem modũ ſeu ſignificationem in ſubſtantia; ſi nihil ex hoc eſt, niſi quòd præfuit quantitati, tunc nullo modo ſignatio eſt per quantitatem, quia tunc ſignatio ſubſtantiæ naturaliter præcedit ipſam quantitatem. Si autem aliquid aliud, quæro quomodo cauſetur à quantitate, & in quo genere cauſæ.

¶ Præterea, Quare quantitas potius relinquit talem modum in ſubſtantia, quam qualitas, non videtur ratio: quia ſicut qualitas in ſeipſa informat ſuperficiem, nihil relinquendo in ea, ità quantitas informat ſubſtantiam in ſeipſa, & non per aliam formam derelictam.

¶ Preterea, Quantitas iſta, quę ad indiuiduationẽ concurrit, aut eſt quantitas terminata, aut interminata non terminata, quia illa ſequitur formam in materia, & per conſequens ſingularitatem ſubſtantiæ, quia ſicut ſubſtantia ẽ cauſa eius, vt ẽ terminata, ita hæc ſubſtantia eſt cauſa eius, vt eſt hic terminata. Et confirmatur hoc, quia cum quantitas terminata varietur ſola rarefactione, idem indiuiduum erit multis ſingularitatibus idem, quod eſt impoſſibile. Si autem interminata, contra, illa manet eadem in genito & corrupto.

¶ Præterea, Si quantitas concurrit ad indiuiduationem, vt primò diſtinguens, oportet ꝙ in ſeipſa ſit primò diſtincta numeraliter ab alia, ſed tunc tua propoſitio non eſt vera, illa ſcilicet, omnis differentia formalis eſt ſpecifica. quãtitas enim hæc & illa cum ſint formæ, differrent ſpecifice. Quòd ſi quantitatem excipias ab illa proportione fundamentali ædificii ruinoſi, vnde probabitur, quòd differentia formalis ſit ſpecifica, quæcunque enim ratio fuerit adducta de forma, habebit locum in quantitate, cùm quantitas forma ſit.

¶ Præterea, Tota latitudo prædicamenti ſubſtantiæ eſt prior cæteris prædicamentis, ergo cum indiuiduum ſubſtantiæ claudatur in iſta latitudine, oportet ꝙ ſit intrinſecè completũ abſque dependentia a quantitate, quę eſt poſterior. Et confirmatur, quia nihil reponitur in aliquo genere per aliquid, quod ſit extra illud genus. Multa alia argumenta ſunt a Scoto & aliis, ſed quia concludunt materiam ſolam vel quantitatem ſolam vel aggregatum ex materia & quantitate non eſſe principium indiuiduationis, omiſi, nihil enim contra nos. Omiſi prætereà quæ indirecte contra poſitionem noſtram eſſent, breuitati ſtudens. Hæc de quinto.

Quoad ſextum reſpondendum eſt argumentis factis nunc, deinde aliis pro opinione contraria inductis.

¶ Ad primum igitur iſtorum dicitur, quòd falſa eſt Maior. Ad cuius euidentiam eſt notandum, quòd proportio materiæ ſignatæ ad hanc quantitatem eſt proportio potentiæ ad proprium actum, vnde ſicut potentia materiæ eſt eadem realiter ipſi materiæ, & tamen dependet a forma, ita potentia ſeu capacitas materiæ reſpectu huius quantitatis, quæ vocatur eius ſignatio dependet à quantitate, & tamen eſt eadem materia. Et quia potentia eſt prior & poſterior, & naturaliter actu, prior eſt in genere cauſæ materialis, poſterior in ordine cauſę formalis, ideo ſignatio materiæ eſt prior quantitate ordine cauſæ materialis, poſterior autem in ordine cauſæ formalis vnde vtroque modo Maior eſt falſa, tam ſi intelligatur de priori & poſteriori ſecundum genus cauſæ materialis, quàm ſi intelligatur de priori & poſteriori in ordine cauſæ formalis. Aliquid enim dependens à forma eſt idem realiter materiæ & aliquid dependens à materia eſt idem realiter formæ vt patet. Ad probationem primam qua dicitur, quia tũc eſſet prius, & nõ prius, dico ꝙ nõ eſt incõueniẽs in conuerſis generibus cauſarũ. Ad aliam probationem, qua dicitur, Vbi eſt vera & realis identitas, &c. negatur ſecunda propoſitio aſſumpta, non enim omne prius poteſt eſſe ſine poſteriori, vt aliàs oſtendatur.

¶ Ad ſecundum negatur Maior, cum cauſatum eſt cauſa ſuæ cauſæ in alio genere cauſæ, ſicut in propoſito accidit, materia enim ſignata eſt cauſa quantitatis in genere cauſæ materialis, quantitas eſt cauſa materiæ, ſignatæ in genere cauſæ formalis, vt actus potentiæ. Et patet falſitas Maioris in exemplo ſupra poſito

In c. 7. q. 8. ſecundo

potentia

potentia enim materiæ eſt neceſſaria conditio materiæ ad cauſandam formam:& tamen dependet à forma in genere cauſæ formalis. Ad probationem dicitur, ꝙ cauſa materialis ſecundum cauſalitatem ſuam dependet à ſuo effectu, ſcilicet forma: ſed non in quantum eſt effectus eius, ſed in eo quod eſt cauſa materiæ: cauſæ enim ſunt ſibi inuicem cauſæ, vt dicitur ſecundo Phyſi.tex.com.30. non ergo inconuenit cauſã in cauſando dependere à cauſato: non vt cauſato, ſed vt cauſa eſt ſecundum aliud genus.

¶ Ad tertium dicitur, quòd quantitatem cauſare talem ſignationem in materia nihil aliud eſt, quàm materiam eſſe ſub hoc agente factam capacem adeò huius quantitatis, quòd non illius: & ſic quantitas cõcurrit ad ſignationem materiæ vt actus: propter quẽ talis capacitas fit. Agens verò vt efficiens illam: & talis ſignatio ſeu capacitas præeſt ipſi quantitati in genere cauſæ materialis: & non poteſt ex hoc inferri, ergo non fit per quantitatem: eo quòd ſit quantitate in genere cauſæ formalis, quæ ſicut & finis inter cauſas poſteriores ineſſe numeratur.

¶ Ad quartum dicitur, quòd non ſolùm quantitas tali modo ſignat materiam, ſed etiam qualitates propriè. Materia enim Sortis ita eſt capax harum qualitatum, quòd non aliarum: ſed quia ſola quantitas immediatè recipitur in ſubſtantia, & ex ſola quantitate oritur radicaliter diſtinctio materialis, ideo ad propoſitum, materiam ſignatam, materiam ſub certis dimẽſionibus & non ſub certis qualitatibus dicimus.

¶ Ad quintum dicitur, quòd quantitas illa quæ ad indiuiduationem vt originalem non intrinſecum indiuiduationis principium concurrit, eſt quantitas terminata. Nec obſtat, ꝙ ſequatur formam: quia etiam forma ſequitur potentiam materiæ, à qua tamen cauſatur: & concedimus hanc ſubſtantiã eſſe cauſam materialem huius quantitatis: ſed è conuerſo in genere cauſæ formalis hanc quantitatem eſſe cauſam huius ſignationis materiæ modo præexpoſito. Ad confirmationem Antonii Trombetæ dicitur, quòd quantitas terminata ad indiuiduationem concurrens non ſtat in diuiſibili, ſed latitudinem habet. ſicut enim quælibet ſpecies naturalis determinat ſibi quantitatem maximam & minimam infra quandam latitudinem: ita & quodlibet indiuiduum determinat ſibi hanc quantitatem infra tales limites, & non indiuiſibili. vnde poteſt fieri rarefactio ſine eius (vt indiuiduatiua eſt) variatione. non enim hic accipitur quantitas terminata punctualiter, ſed cum certa latitudine.

¶ Ad ſextum dicitur concedendo conſequentiam primam: ſed negando quòd ex hoc ſequatur falſitas illius propoſitionis fundamentalis firmiſſimi ædificii Peccauit enim arguens peccato maximo non diſtinguens inter differentiam formalem & formarum: omnis enim differentia formalis eſt ſpecifica, non autem omnis differentia formarum, vt dicit S.Tho. ſecundo contra Gentiles, c 81. alioquin forma huius ignis & forma illius ignis diſtinguerentur ſpecificè cum ſint formæ, & differant. vnde linea mathematica diuiſa in partes, habet duo indiuidua. quælibet enim pars lineę eſt linea, & illa indiuidua ſunt formæ, & differunt, ſed non differentia formali. Appellatur autem differentia formalis illa, quæ eſt per principia quidditatiua. hæc enim ſemper oritur à forma in eo quòd forma, qualis nõ eſt inter hanc lineam & illam cum ſit eadem vtriuſque quidditas. verum arguentis error eſt valde puerilis, ſicut formę, & differunt: ergo differunt formaliter: eſt monachus, & eſt albus, ergo eſt monachus albus.

¶ Ad vltimum negatur conſequentia: licèt enim id quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ ſit prius ſimpliciter quolibet alio prædicamento: tamen aliqua conditio (ſine qua indiuiduum vt ſic non eſt in prædicamento) poteſt eſſe poſterior in genere cauſæ formalis, & alterius prædicamenti, eò ꝙ cauſa formalis eſt poſterior in eſſe.

¶ Ad confirmationem dicitur quòd quodlibet prædicamentum completur per res ſui generis, ſi loquamur de his quę ponuntur in prædicamentis, & de ratione reponendi ea in illis, non autem ſi loquamur de conditione rei repoſitæ in prædicamento. Sortes enim non eſt niſi ſubſtantia, & ratio ponens ipſum in prædicamento eſt ſubſtantia: conditio autẽ indiuiduationis, ſine qua non eſt ratio reponendi ipſum in prædicamento, non inconuenit quòd coexigat aliquod accidens, puta quantitatem.

¶ Ad primum verò eorum, quæ pro oppoſita concluſione adducta ſunt, dicitur, quòd minor eſt falſa, ad materiam nanque ſignatam primò ſequitur vnitas numeralis.

¶ Ad ſecundum dicitur, ꝗ differentia indiuiduorũ reducitur ad q̃titates, q̃titates aũt differũt ſitibus propriis, qui ſunt differentiæ quantitatis. ſitus autem non ſolum integratur ex illis duobus, ſcilicet permanentia, & continuatione partium: ſed ex his duobus cum tertio ordine, ſcilicet partium in toto, vt docet Alber. in prædicamentis, ca. de quantitate: per hoc enim differt à ſitu ſpeciali prædicamento qui dicit ordinem partium in loco: vnde ſitus in propoſito diſtinguuntur ſuis ordinibus partium in toto, qui ſunt de eorum ratione: ordines autem ſeipſis: in diffinitione enim ordinis cadit diſtinctio: & ſic patet, quòd nõ eſt æquè dubium de his, ad quæ facimus reductionem, & de quantitatibus, & quòd non oportet quantitates propter hoc diſtingui formaliter: talis enim ordo partium in toto vt materiale quid, eſt in ipſa quãtitate, quod in nulla alia forma inuenitur. C. tertiũ.

¶ Ad tertium Antonii Trombetæ dicitur quòd Minor eſt falſa: materia enim ſignata, vt probatum eſt, eſt id, cui prima repugnat diuidi, vt vniuerſale in particularia: ratione enim eius repugnat eſſeitati.

CAPVT IX.

Eſſentia generis, ſpeciei, & indiuiduorum quomodo tam abſolutè, quàm primæ impoſitionis nominibus concepta diſtinguantur: quomodo item Genus, Species, Differentia, diffinitio differant, exponit: deinde quomodo Eſſentia ſpeciei ipſis indiuiduis comparetur, declarat.

PAtet ergo, quòd eſſentia hominis & Socratis non differunt, niſi ſecundum ſignatũ & non ſignatum. vnde Cõ. dicit ſuper 8. Metaph. quòd Socrates nõ aliud eſt, quam animalitas & rationalitas, quę ſunt quidditas eius: Sicut etiam eſſentia generis & eſſentia ſpeciei ſecundum ſignatum, & non ſignatum differunt, quamuis alius modus deſignationis ſit vtrobique, quia deſignatio indiuidui reſpectu ſpeciei eſt per materiam determinatam dimenſionibus: deſignatio autem ſpeciei reſpectu generis eſt per differentiam conſtitutiuam, quę ex forma rei ſequitur.]

Com. 10. Eſſentia Generis, ſpeciei & indiuidui diſtinguũtur abſolutè conſideratæ penes ſignatum & non ſignatum.

Poſtquam determinatum eſt quid ſit eſſentia ſubſtantiarum

ſtantiarum compoſitarum in communi, in hoc tertio capite intendens agere de differentia eſſentiarum compoſitarum inter ſe: cùm eſſentię compoſitę ſint tres, ſcilicet generica, ſpecifica, & indiuidualis, quinque facit. Primò loquitur de differentia earum abſolutè: ſecundò determinaturus de differentia earum, vt ſubſunt primis intentionibus, & illarum nominibus, oſtendit quomodo eſſentia generica differat à ſpecifica: tertiò genus, ſpecies, differẽtia, diffinitio qualiter inter ſe differant, declarat: quartò excludit quandam dubitationem: quintò aſsignat differentiam inter eſſentiam ſpecificam & indiuidualem.

Ad euidentiam dicendorum prænotandum eſt ꝙ de eſſentiis poſſumus tripliciter loqui: primò, de eis abſolute abſque habitudine ad primas vel ſecundas intentiones: ſecundò, de eis, vt ſubſunt nominibus primę intentionis: tertiò, vt ſubſunt nominibus ſecundę intentionis, v.g. De natura humana contingit loqui ſecundum ſe, id eſt, ſecundum ea, quę conueniunt ſibi ratione ſui, contingit loqui de ipſa, vt ſtat ſub hoc nomine, humanitas, & hoc nomine, homo, & ſimilib. contingit & tertiò loqui de ipſa, vt ſtat ſub hoc nomine ſpecies. S. Tho. ergo in prima huius c. parte loquitur de eſſentiis rerum primo modo, in toto verò reſiduo loquitur de eis ſecundo modo ſumptis, in ſequẽti autem cap. de eis tertio modo acceptis ſermonem faciet, & hoc, ſi non vis decipi in hoc c. diligentiſsimè notato, ponit igitur aſsignando differentiam inter eſſentiam genericam, ſpecificam, & indiuidualem ſecũdum ſe ſumptas hanc concluſionem, eſſentiæ prædictæ non differunt, niſi ſecundum ſignatum, & non ſignatum, hoc ſic declaratur, animalis, hominis, & Sortis eſsentiæ proprie non differunt, niſi per hoc, quia in ratione animalis cadit ſubſtantia animata ſenſibilis abſque determinatione eius per rationale, in ratione autem hominis ponitur ſubſtantia animata ſenſibilis rationalis, & ſic additur in ea deſignatio per differentiam, ratio verò Sor. ponit ſubſtantiam animatam, ſenſibilem, rationalem in iſtis carnibus, & iſtis oſſibus, & ſic in ea additur deſignatio materiæ, quæ nõ ponebatur in ratione hominis, vnde abſolutè loquendo, & ſecundum ſuas rationes proprias apparet, has eſsentias, non niſi ſecundum ſignatum, & non ſignatum differre, id eſt ſecundum explicitam concluſionẽ alicuius deſignationis, ſiue determinationis, & non explicitam incluſionem illius, licet talis deſignatio non vniformiter ſit in natura ſpecifica, & in natura indiuidui, determinatio enim, quam addit natura ſpecifica ſupra genericam, eſt formalis eſsentialiter diuerſificans genus, vtpotè à forma in eo, ꝙ forma ſumpta, determinatio autem, quam natura indiuidualis ſupra ſpecificam addit, eſt materialis, non formaliter, ſed materialiter tantum diuerſitatem in ſpecie faciens vtpote ſumpta à materialis conditionibus rei. Ex his habes ꝙ homo & humanitas, animal & animalitas ſecundũ ſe, id eſt, naturas ſignificatas, nullo modo differunt, eadem omnino eſt ratio naturæ ſignificatæ per hominẽ, & humanitatem, ita ꝙ nulla deſignatione differunt, ſed, vt poſt dicetur, differunt vt ſubſunt nominib. primæ intentionis. Quia verò diſtinctio per ſignatum, & non ſignatum, non eſt diſtinctio realis, ideo dicit

Com. 10.

commen. 7. Meta. com. 10. quòd Sortes ſubſtantialiter ſumptus, nil aliud eſt quàm animalitas, et rationalitas, quæ ſunt quidditas eius, Sorteitas enim, quæ naturam Sortis nominat, eadem realiter eſt animalitati, et rationalitati.

Genus eſt paratur ad ſpeciẽ non ſicut eius pars, ſed vt totum.

[Hæc autẽ determinatio vel deſignatio, quæ eſt in ſpecie reſpectu generis, non eſt per aliquid in eſsentia ſpeciei exiſtens, quod nullo modo in eſsentia generis ſit, imo quicquid eſt in ſpecie, eſt etiam in genere, vt non determinatum, ſi enim animal non eſſet totum, quod eſt homo, ſed pars eius, non prædicaretur de eo, cũ nulla pars integralis prædicetur de ſuo toto.]

¶ In hac ſecunda parte capituli determinatur, quomodo eſſentia generica differt à ſpecifica, ſecundum ꝙ ambæ ſtant ſub nominibus primæ intentionis, puta quomodo differant eſſentia hominis, & eſſentia animalis ſub his nominibus, homo & animal, & intendit ꝙ eſſentia ſignificata per nomen genericum, puta animal, & eſſentia ſignificata per nomen ſpecificum, puta homo, non differunt per hoc, quòd eſsentia ſignificata per nomen ſpecificum includat aliquam determinationem, quæ omnino ſit extra rem ſignificatam per nomen genericum, ſed per hoc, quòd eſsentia per ſpeciei nomen importata includit actu deſignationẽ ſpecificam, quæ fit per differentiam eius conſtitutiuã, ſicut homo actu includit rationale, ponitur nanque in eius diffinitione. Eſsentia verò nomine generico ſignata confusè, & indeterminate importat deſignationem illam, ſicut animal in potentia includit rationale, vt dicit Porphyrius, vnde animal, & vniuerſaliter omnis eſsentia generico nomine importata vt ſic, totum includit quod includit ſpecies. licet non eodem modo. Et propterea ad poſitæ differentiæ declarationem ponit talem concluſionem, Genus dicit totum eſſe ſpeciei, quam ſic probat, Omne prædicatum dicit totum eſſe eius, de quo prædicatur, genus prædicatur de ipſa ſpecie, ergo natura generica, puta animal, dicit totum eſſe ſpeciei. Maiorẽ probat per hoc, quia nulla pars ꝓdicatur de ſuo toto. Vbi aduertẽdũ eſt ꝙ hic ſermo verus eſt de prædicatione in recto, & directo, ſiue eſsentiali, ſiue denominatiua, & de parte, in eo ꝙ pars, & nõ de parte vt ſignificatur per modum totius, poteſt enim pars vtrobique modo ſignificari, ſicut materia ſignificatur vt pars rei (per ly materia) ſignificatur autem vt totum (per ly materiale) his enim modificata conditionibus propoſitio illa, ſcilicet nulla pars prædicatur de ſuo toto, nullam patitur inſtantiam, cũ enim dico, Homo eſt albus, ly albus, confundit in ſe totum quod eſt in homine, & ſimiliter cum dico. Homo eſt materialis, ly materialis, comprehendit in ſe implicite totum quod eſt homo, & ſic cum dicitur, Homo eſt animal, ly animal, continet implicite totum quod eſt homo modo qui infrà declarabitur. & ſic probandum eſt, quòd eſsentia generico nomine importata includit deſignationem ſpecificam, extra totum enim nihil eſt.

Inc. de di[ffinitione]

Genus eſt par... ad ſpeciẽ ... cipitur vt pars.

[Hoc autem quomodo contingat, videri poteſt, ſi inſpiciatur corpus ſecundum quod ponitur pars animalis, & ſecundum quod ponitur genus, non enim poteſt dici eo modo eſſe genus, quo eſt pars integralis. hoc igitur nomen, quod eſt corpus, multipliciter accipi poteſt, corpus enim ſecundum quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ, dicitur ex eo quòd habet talem naturam, vt in eo deſignari poſſint tres dimenſiones, ipſæ autem tres dimenſiones deſignatæ ſunt corpus, quod eſt in genere quantitatis. Contingit autem in rebus, quod habet vnam perfectionem, ad vlteriorem perfectionem pertingat, ſicut patet in homine, qui naturam ſenſitiuam habet, & vlterius intellectiuam, ſimiliter etiam & ſuper hãc perfectionem, quæ eſt habere talem formam, & vt in ea poſſint tres dimenſiones deſignari, poteſt alia perfectio adiungi, vt vita vel aliquid huiuſmodi. poteſt ergo hoc nomen corpus, rẽ quandam deſignare, quæ habet talem formam, ex qua ſequitur in ipſa deſignabilitas trium dimenſionũ cum præciſione, vt ſcilicet ex illa forma nulla vlterius perfectio ſequatur, ſed ſi aliquid aliud ſuperadditur, ſit præter ſignificationem corporis ſic dicti, & hoc modo corpus erit materialis & integralis pars animalis, quia ſic anima erit præter id quod ſignificatum eſt nomine Corporis, & ſuperueniens ipſi corpori, ita quod

ex ipſis

ex ipſis duobus,ſcilicet ex anima & corpore,ſicut ex partibus conſtituitur animal. Pôt etiam hoc nomen Corpus hoc modo accipi,vt ſignificet rem quandam, quæ habet talem formam,ex qua poſſint in ea tres dimenſiones deſignari: quæcunq; forma ſit illa,ſiue ex ea poſſit prouenire alia vlterior perfectio,ſiue non,& hoc mô corpus erit genus animalis, quia in animali nihil eſt accipere,quod in corpore implicitè non contineatur,non enim anima eſt alia ab illa forma,per quã in re illa poterant deſignari tres dimẽſiones:ideo,qñ dicebã, ꝙ corpus eſt, quod habet talẽ formã,ex quã poſſunt deſignari tres dimenſiones, in eo intelligeba quæcunq; forma eſſet illa,ſiue anima eſſet, ſiue lapideitas, ſiue quæcunque alia forma; & ſic forma animalis implicite in corpore,ſiue in corporis forma cõtinetur,prout corpus eſt genus eius.

¶ Quoniam declaratum eſt, genus comparari ad ſpeciem,non vt eius partem,ſed vt totum:aperte intendit hic quomodo res per genericum nomen ſignificata poſſit vtroque modo accipi, vt pars ſcilicet & totum:& primò in corpore tanquam notiori,deinde in animali, dicens ꝙ ex quo non pôt eodẽ mô ſumpta res eſſe pars rei & genus eiuſdẽ (vt oſtenſum eſt) ſcire debes,ꝙ hoc nomen Corpus accipitur dupliciter eſt.n.æquiuocum ad corpus quod eſt res prædicamenti Subſtantiæ,& ad corpus quod eſt res prædicamenti quantitatis. — *Immediate ſupra.* — Corpus vt ſignificat rẽ prædicamẽti Subſtantiæ,importat naturã,ex qua nata eſt fluere trina dimenſio. Corpus verò vt ſignificat rem prædicamenti quantitatis,importat ipſam trinã dimẽſiunẽ

¶ Iterum corpus quod ſignificat rẽ prædicamenti Subſtantiæ,de quo nunc eſt ſermo, accipitur dupliciter. Vno modo,vt ſignificat naturã illã,ex qua nata eſt fluere trina dimenſio,cũ præciſione oẽs ſubſtantialis perfectionis vlterioris. Alio modo,vt ſignificat illãmet naturã abſque præciſione vlterioris perfectionis ſubſtantialis. Cauſam huius & ſimiliũ diſtinctionum aſſignat in litera,ex eo quod res habens aliquã perfectionem ſubſtantialem,non excludit à ſe aliquã aliam vlteriorem ſubſtantialem perfectionẽ.ſicut homo ex eo ꝙ habet perfectionẽ ſenſitiuam,non excludit à ſe perfectionem intellectiuam, & ſimiliter corpus ex eo,ꝙ habet perfectionem corpoream,non excludit à ſe perfectionem vitalem,& ſic de aliis,cũ.n. prior perfectio ſubſtantialis non excludat ſecundam & tertiam: & manifeſtum ſit etiam, ꝙ non includit eas in actu,pôt prior perfectio concipi & ſignificari, & cum præciſione ſeu excluſione aliarum,& cum incluſione confuſa earum. Ex eo nanque,ꝙ formaliter non includit alias,poteſt præciſe concipi & ſignificari. Ex eo verò,ꝙ coniunctionem cum aliis non excludit,poteſt cum aliarũ confuſa & potentiali incluſione concipi & ſignificari,vnde natura ſignificata per hoc nomen Corpus.quia non formaliter includit perfectionẽ vitalem,nec ſenſitiuã, nec intellectiuã pôt cũ præciſione omnium horum concipi & ſignificari, & quia non excludit adunationem eſſentialem ſui cum illis,ideo poteſt abſque eorum præciſione concipi & ſignificari,vt confuſe & determinate includens omnia illa, colligitur autem ex textu triplex differentia inter hæc,differunt n.primò in hoc,quia corpus primo modo dicit corporeitatem ſolam, ex qua nata eſt fluere trina dimenſio,& nulla vlterior perfectio:corpus verò ſecundo modo dicit formam quamcunque à qua ſit corporeitas,ex qua nata eſt fluere trina dimenſio cum quacunque alia perfectione. Secundò differunt, quia corpus primo modo eſt pars ſpeciei, eo ꝙ ſignificatum formale eſt præter & extra ſignificatum eius, ſicut anima rationalis eſt extra corporeitatem,ſunt enim in homine duo,perfectio ſcilicet corporalis, quam præciſè acceptam patet non includere aliquo modo intellectualitatem:& perfectio intellectualis,quæ eſt altera pars; corpus verò ſecundo modo eſt totum reſpectu ſpeciei,eo quia perfectio ſeu forma formaliter importata per ſpeciem includitur in ſignificato corporis ſic accepti:ſignificat.n. quãcunq; formam,à qua ſit perfectio corporea:& ſic anima intellectiua includitur in ly, quacunque. Tertiò differunt,quia corpus primo modo non eſt in recta linea prædicamentali, ſicut nec quæcunq; pars:corpus verò ſecundo modo eſt directè in prædicamento ſubſtantiæ,ſicut & quolibet aliud genus.

[Et etiam talis eſt animalis habitudo ad hominẽ. Si enim animal nominaret tantũ rem talem,quæ habet quandã perfectionem, vt poſſit ſentire & moueri per principium in ipſo exiſtens, cum præciſione alterius perfectionis: tunc quæcunq; alia perfectio vlterius ſuperueniret,haberet ſe ad animal per modum partis,& non ſicut implicitè contenta in ratione animalis: & animal non eſſet genus. ſed eſt genus ſecundum quòd ſignificat rem quandam, ex cuius forma poteſt prouenire ſenſus & motus, quæcunq; ſit illa forma,ſiue ſit anima ſenſibilis tantùm,ſiue ſit anima ſenſibilis & rationalis ſimul.] — *Ad idem.*

¶ Declarat hoc quoq;in hoc genere.quod eſt animal:poteſt.n. animal accipi vt ſignificat formam, ex qua præcisè oriantur ſenſus & motus,quibus animal à nõ animali diſcernitur: vt dicitur primo de Anima, tex.com.19. Poteſt ẽt accipi animal, vt dicit formam quãcunq;, ex qua oriantur ſenſus & motus non præcisè:& ſic eſt genus; primo autem modo eſt pars ſpeciei:vnde homo eſt compoſitus ex animali & intellectiuo principio tanquã ex ſuis partibus eſſentialibus, accipiendo animal primo modo, ſic.n.extra ſignificatum eius eſt intellectiua natura: animal verò ſecundo modo eſt totum reſpectu hominis implicitè includens ſpecificas perfectiones: cum.n. ſic dico,animal, dico habẽs naturam ſenſitiuam indeterminatè relinquendo, per quam formam habeat ſenſitiuam naturam,& ſic implicitè includuntur omnes formæ ſpecificæ: habetur.n.natura ſenſitiua non niſi per formam hominis,leonis vel bouis, &c. Ex his patet differentia inter eſſentiam genericam & ſpecificam, vt ſubſunt nominibus generico & ſpecifico primæ intentionis:quia ſcilicet differunt ſicut includens implicitè & includens explicitè illamet.

[Si igitur genus ſignificat indeterminatè id totũ, quod eſt in ſpecie,non.n.ſignificat tantùm materiã,ſimiliter ẽt differentia ſignificat id totũ,quod eſt in ſpecie,& non tantùm formam: & ẽt diffinitio ſignificat totum,& ẽt ſpecies,ſed diuerſimodè. Quia genus ſignificat totum, vt quædam denominatio determinãs id, quod eſt materiale in re ſine determinatione propriæ formæ:vnde genus ſumitur à materia: vnde patet ex hoc,ꝙ corpus dicitur ex hoc,ꝙ habet talẽ perfectionem vt poſſint in eo deſignari tres dimenſiones. quæ quidem perfectio eſt, vt materialis ſe habens ad vlteriorem perfectionem. Differentia verò èconuerſò eſt, ſicut quædã determinatio à forma determinata ſumpta præter hoc, ꝙ de intellectu primo ſit materia determinata: vt patet cùm dicitur animarum.ſ.illud,quod habet animam, non determinatur quid ſit vtrum corpus, vel aliquid aliud. vnde dicit Auic.ꝙ genus non eſt in differentia ſicut pars eſſentiæ eius, ſed ſolum ſicut ens extra quidditatem, ſiue eſſentiã, ſicut etiam ſubiectum eſt de intellectu paſſionum. & ideo genus non prædicatur de differentia per ſe loquendo, vt dicit Ariſt.in tertio de Anima,& quarto Topicorum: niſi forte ſicut ſubiectum prædicatur de paſſione. Sed diffinitio ſiue ſpecies cõprehẽdit vtrunq;.ſ.determinatã materiã, quã deſignat nomẽ Generis: & determinatã formã, quã deſignat nomen Differentię.

Vide Auicen. 5. metap. ca. 5. per totum. Genus ſpecies, differentia ac diffinitio idẽ & realiter ſũt diſtinguũtur autẽ formalibus eorũ ſignificatis.

5. met. c. 5. circa med.

In

In hac tertia parte capituli comparat genus,ſpeciē, differentiam & diffinitionem inter ſe quò ad conuenientiam & differentiam. Conuenire ait hæc omnia in hoc ꝙ quodlibet eorum ſignificat totum quod eſt in ſpecie. Quod ex prædictis immediatè ſequit̃: ſi.n. genus ſignificat totũ: quia verè & propriè prædicatur de ſpecie,& confundit in ſe omnia, ad quæ ſe extendit: pari rõne differentia cùm verè & propriè prædicetur de ſpecie,& confundit in ſe oĩa, ad quæ ſe extendit vt prædicabile,totum ſignificabit. Differentiā aũt duplicem ponit inter ea. Differunt primò quò ad formalia ſignificat eorum: quia formale ſignificatum generis eſt perfectio materialis: formale aũt ſignificatum differentiæ eſt perfectio formalis: formale verò ſignificatum ſpeciei eſt aggregatum ex vtraq; perfectione,non diſtinguendo eas: formale aũt ſignificatũ diffinitionis eſt ſimiliter aggregatum ex vtraq; perfectione: ſed diuidēdo in ſingulas: verbi gratia, formale ſignificatũ animalis eſt natura ſenſitiua quæ ſe habet vt materialis ad perfectionē intellectualē,quę formaliter importat̃ per rõnale: & cõſequenter perfectio intellectualis ſe hẽt vt formalis ſimiliter formale ſignificatum hominis & animalis rationale eſt aggregatum ex natura ſenſitiua & intellectiua: ſed animal rationale ſeparatim explicat vtrunq;, homo verò non.

Pro Intellectu horum nota ꝙ ſignificatum formale nominis ad præſens eſt perfectio ſeu forma determinatè: & primò explicata per illud nomen: Materiale verò eſt illud quod ſub nominis ſignificatione cadit non primò: vnde conſiderato omni eo quod tam formaliter quàm materialiter importatur per genus,ſpeciem,differentiam & diffinitionem, dicit, ꝙ idem ſignificant,& ꝙ conueniunt: conſideratis autē formalib. eorum ſignificatis,dicimus,ꝙ differunt & ꝙ non ſignificant idem. Sed ne vageris,quærendo differentiam inter ſignificatum formale ſpeciei & diffinitionis: quoniam nulla eſt, ſed in modo tantùm exprimendi idem formale ſignificatum differunt: ſpecies enim indiſtinctè actu tamen explicat totũ: diffinitio verò diuidit in ſingula,vt dicit 1.Phy. tex.com. 5.Genericum ergo,nomen puta animal formaliter & determinatè explicat materialem hominis perfectionem,ſ. ſenſitiuam: & ideo genus ſumitur à materia, 8.Met.tex.com.9. Differentiæ verò nomen puta rationale,formaliter & determinatè explicat formalem rei perfectionem: ideo dicitur ibidem ſumi à forma. Et ſicut in formali ſignificato generis non cadit perfectio per differentiam importata, quia indeterminatè in illo includitur: ita in formali conceptu differentiæ nõ cadit genus eadem ratione: quia ſcilicet perfectio generica indeterminatè cadit in nomine Differētiæ. Sicut enim ex eo ꝙ animal ſignificat habens naturā ſenſitiuam,duo ſignificat,naturam ſenſitiuam formaliter,& primò,& ꝙ habet illam indeterminatè: non enim explicat an id ſit homo vel bos: ſic rationale,ex eo ꝙ ſignificat habens rationalitatem,duo ſignificat, ſcilicet rationalitatem formaliter & primò,& habens illam ſecundariò & indeterminatè. non enim determinat quid ſit id habēs an homo,vel animal; & ideo dicit Aui.ꝙ genus non eſt in differentia,ſicut pars eſſentiæ eius, id eſt ſicut pars ſui formalis ſignificati, ſed eſt extra formale ſignificatum eius: ſicut ſubiectũ eſt extra formale ſignificatum ſuæ paſsionis. Album enim puram qualitatem ſignificat: vt dicitur in prædicamentis. Et licet genus non ſit de intellectu differentiæ tali modo, ſcilicet vt formaliter ſignificatum per illa: eſt tamen de intellectu eius alio modo: vt ſubiectum ſcilicet de intellectu paſsionis. Dupliciter enim vt ſuprà dictum eſt,aliquid cadit in ratione alicuius. Vno modo vt pars quidditatis. Alio modo vt

5. Meta. cap.6.

Prædicamētu ſubſtantiæ.

ſubiectum eius: quomodo ſubiectum intrat diffinitionem paſsionis: vt habet 7. Metaphyſ. text. comment. 19. & ideo dicit Auiſto. 3. Metaphy.text.comment. 10. & 4. Topi. capit. 3. quòd genus per ſe non prædicatur de differentia, niſi forte ſicut ſubiectum prædicatur de paſsione. Ratio primi dicti eſt, quia genus in nullo modo dicendi per ſe prædicatur de differentia: non quidem in quarto, quia differentia non explicat cauſam generis: nec in ſecundo, quia differentia non ponitur in generis diffinitione, nec etiam in primo propriè, quia prædicata primi modi in recto, quæ propriè prædicantur, ſunt ea quæ intrinſecè in ratione cadunt,& non ea quæ per additamentum in ea ſunt. homo enim non prædicatur propriè de riſibili in primo modo, quod patet ex eo quòd iſta, Riſibile eſt homo, eſt per accidens, vt dicitur 1. Poſte. capit. 18. Ratio ſecundi eſt, quia ſi genus eſt de intellectu differentiæ,ſicut ſubiectum eſt de intellectu paſsionis: conſequens eſt quòd genus prædicetur de differentia, ſicut ſubiectum de paſsione. Quod dicit fortè,non dubitantis eſt, ſed non determinantis. conſueuit enim apud ipſum res non deciſa ſub dubia verborum forma poni.

¶ Aduerte quòd licet in intellectu differentiæ cadat genus determinatè: nomē tamē differētiæ genus illud non explicat determinatè. rationale enim non explicat animal cum rationalitate, ſed habens rationalitatem, ſicut & in diffinitione riſibilis cadit homo: & tamen hoc non riſibile non explicat hominem determinatè, ſignificat enim habens riſibilitatem.

Vide Auicē. 5. me ph. c.5

[Et ex hoc patet ratio,quare genus, & ſpecies & differentia ſe habeant proportionaliter ad materiam, formam & compoſitum in natura: quamuis non ſint idem cum illis,quia neque genus eſt materia: ſed ſumitur a materia vt ſignificans totũ. nec dĩa eſt forma,ſʒ ſumit̃ à forma,vt ſignificãs totũ,vnde dicimus hominem eſſe animal rationale,& non ex animali & rationali,ſicut dicimus eum eſſe ex corpore & anima. Ex corpore enim & anima dicitur eſſe homo,ſicut ex duabus rebus quædam tertia res conſtituta,quæ neutra illarum: eſt homo enim nec eſt animā neque corpus: ſed ſi homo aliquo modo ex animali & rationali dicatur eſſe,non erit ſicut res tertia ex duabus rebus ſed ſicut intellectus tertius ex duobus intellectibus. Intellectus enim animalis eſt ſine determinatione formæ ſpecialis naturam exprimens rei, ex eo quòd eſt materiale reſpectu vltimæ perfectionis. Intellectus aũt huius differentiæ rationalis conſiſtit in determinatione formæ ſpecialis, ex quibus duobus intellectibus conſtituitur intellectus ſpeciei,vel diffinitionis: & idõ ſicut res conſtituta ex aliquibus,non recipit prædicationem earum rerum,ex quibus conſtituitur: ita nec intellectus recipit prædicationem eorum intellectuum, ex quibus conſtituitur: nõ enim dicimus, quòd diffinitio ſit genus,vel differentia.]

Genus ſumitur à materia, quia non ſignificat: differentia verò à forma, quā non importat: ſpēs verò à cõpoſito extra que, quę tamē nõ ſignificat.

¶ Correlariè concludit ſecundā differentiam inter genus & ſpeciem & differentiam: quia,ſ. genus proportionaliter ſe habet ad materiam, quæ eſt pars compoſiti,& non ſignificat ipſam: differentia proportionaliter ſe hẽt ad formā.& non ſignificat ipſam. ſpecies proportionaliter ſe habet ad cõpoſitũ ex materia, & forma, & vt ſic non ſic non ſignificat compoſitum ex materia & forma,ſed aliquid cõplectens genus & differentiam. In aſsignatione huius differentiæ ſecundum quodlibet membrum ponuntur duæ particulæ: puta in primo membro prima particula eſt, quòd genus proportionaliter ſe habet ad materiam. ſecunda verò eſt,ꝙ genus non ſignificat materiam ſimiliter in ſecundo & tertio membris. Prima particula omnium

num ſequitur ex ſupradictis. Si enim perfectio generica, quæ formaliter importatur per genus, eſt materialis reſpectu perfectionis differentialis, quæ formaliter importatur per differentiam, oportet ꝙ ſicut ſe habet materia reſpectu formæ in compoſito naturali, puta Sorte, ita genus reſpectu differentiæ in compoſito rationali, ſcilicet ſpecie: vt ſicut materia eſt potentialis, & perficitur ac ſpecificatur per formam, ſic generica perfectio eſt potentialis perfectibilis & ſpecificabilis per differentiam. Secunda vero particula, licet ſequatur etiam ex ſupradictis, quia ex eo quòd genus differentia & ſpecies ſignificat totum, ſequitur immediatè ꝙ genus non ſignificet materiam, quia materia non eſt totum: & quòd differentia non ſignificet formam, quia forma non eſt totum, & ꝙ ſpecies vt ſic non dicat compoſitum ex materia & forma, eo ꝙ partes eius vt ſic non ſunt materia & forma, ſed genus, differentia. Attamen S. Thom. probat eam tali ratione. Materia & forma ſunt partes ſui totius, ſicut duæ res tertiæ rei: genus & differentia non ſunt partes ſui totius, ſcilicet ſpeciei, vt duæ res tertiæ rei: ergo genus, & differentia non ſunt materia & forma ſpeciei. Maior patet ex ſe, homo enim eſt alia res à materia ſua, & alia à ſua forma. Nec eſt curæ modò vtrum ſit res diſtincta realiter, vel ſecundum rationem ab illis duabus coniunctis: ſufficit enim nobis, quòd ſit tertia res realiter diſtincta à qualibet parte. Minor verò declaratur hoc modo, Si genus & differentia componerent ſpeciem, vt duæ res tertiam, tunc homo eſſet compoſitus ex animali & rationali, hoc eſt falſum: ergo à deſtructione conſequẽtis genus & differentia non componunt ſpeciem, vt duæ res tertiam: quod erat probandum. Conſequentia patet ex ſe: falſitas verò conſequentis probatur ex eo; ꝙ nulla pars prædicatur de ſuo toto, vt ſuprà dictum eſt. Habetur quarto Topic. cap. 11. Animal autẽ prædicatur de homine: ſimiliter rationale dicimus. n. quòd homo eſt animal, & quòd eſt rationalis.

Aduertendum eſt ꝙ S. Tho. in textu explanando Maiorem exemplariter dicit, ꝙ homo dicitur eſſe ex anima & corpore, ſicut ex duabus rebus tertia res. Circa quæ verba dubitatur quomodo hoc ſit verum, eius doctrinã ſuſtinendo ponentis vnicam formam ſubſtantialem in compoſito: quæcunque enim ſunt idem realiter, non conſtituunt aliquod, vt duæ res tertiam, perfectio autem corporea, & anima ſunt idem realiter, ſi vnica forma ponitur: quomodo ergo conſtituent hominem, vt duæ res tertiam?

¶ Hanc dubitationem propter eius magnam difficultatem diuerſi diuerſimodè ſoluunt. Quidam dicunt, Corpus & anima non ſunt ſecundum rem partes hominis, ſed ſecundum rationem tantum: licet enim anima ſit verè pars, corpus autem ſecundum rẽ eſt totum. dicit enim compoſitum ex materia & forma, quæ eſt anima; ideo non eſt compoſitus ex anima & corpore tanquam ex duabus partibus ſecundũ rem, ſed ſecundum rationem, ſed bene eſt compoſitus ex eis tanquam ex duabus rebus: eo modo, quo totum & pars ſunt duæ res, vt tertia res ſecundum rationem diſtinctã ab altera, ſcilicet corpore. & ſecundum rem ab altera, ſcilicet anima.

¶ Alii dicunt, & in idem redit, quòd homo eſt cõpoſitus ex anima & corpore, ſicut ex cauſa formali, & eo cuius eſt cauſa formalis. Diuerſæ enim res ſunt ſecundum Auicen. cauſa formalis, & id cuius eſt cauſa formalis: ſicut lucidum eſt compoſitum ex luce & lucido: vnde & iſti dicunt, quòd eſt compoſitus homo ex duabus rebus, ſcilicet ex toto & ex parte: ſed non ex duabus partibus ſecundum rem.

¶ Alii dicunt, quòd locutio iſta eſt intelligenda per ſynecdochen, Homo eſt compoſitus ex anima & corpore ratione ſuæ partis, ſcilicet materiæ. Mihi autem pro nunc videtur dicendum, quòd homo eſt cõpoſitus ex anima & corpore, non ſolùm tanquam ex duabus rebus tertia res: ſed tanquam ex duabus partibus ſecundum rem totum, accipiendo corpus non vt eſt genus, ſed vt ſignificat partem: & accipiendo animam præcisè, vt diffinitur ſecundo de Anima. Significat autem corpus ſic acceptum compoſitum ex materia & perfectione corporea præcisè. Anima verò perfectionem vitalem præciſe. Probatur intentum ſic, Corpus differt realiter ab anima, & non vt totum à parte: ergo vt pars à parte, probatur media: quia totum confuſè ſaltem includit partem, corpus autem ſic acceptum excludit animam; vnde in diffinitione animæ ponitur corpus, vt ſubiectum deferens animã vt ibi dicit S. Tho. Prima propoſitio eſt ex ſe euidẽs, & ab omnibus conceſſa. Conſequentia autem ex ſufficienti diuiſione robur trahit: oportet enim vel vt totum à parte, vel vt pars à parte, corpus realiter differre ab anima, ſi realiter differunt: homo igitur eſt compoſitus ex corpore & anima tãquam ex partibus realiter diſtinctis: quod erat intentum. Et aduerte quòd corpus, pars cum importet corporeitatem præciſè ex tra ipſum, eſt identitas perfectionis corporeæ ad animam ſeu perfectionem vitalem; accidit enim, accidẽte extraneo corpori præcisè, quòd eius perfectio ſit idem cum anima: per ſe enim præſcindit animam: & ideo per ſe loquendo ſubtiliter dictum eſt, hominem componi realiter ex anima & corpore. Vnde ſecundum hoc ad obiectionem deductam, dic quòd licet perfectio corporea ſeu forma corporeitatis ſit eadem realiter animæ: corpus tamen aliud eſt realiter ab anima, & ipſa perfectio corporea, per ſe loquendo non eſt eadem realiter ipſi animæ, imò ipſam excludit præcisè accepta: & ideo corpus & animam cum præciſione, per ſe loquendo, realiter partes ipſius hominis conceditur eſſe. Huic reſponſioni fauent verba tex. vbi aſſignatur pro cauſa dicti præciſio animæ à ſignificato corporis. Quod dicimus de corpore, eſt anima reſpectu animalis, dicere poteris de animali & anima intellectiua reſpectu hominis, de corpore & forma lapidis reſpectu lapidis: & ſic de aliis, ſemper accipiendo terminos præcisè pro partibus, licet non conſuetum ſit dici inanimata componi ex corpore & forma ſpecifica, ſicut animata ex anima & corpore, propter latentem differentiam inter corporeitatem & formam inanimatorum: & etiam quia forma animatorum eleuat compoſitum ad hoc, ꝙ moueat ſeipſum, oportuit in ipſo diſtinguere partem mouentem, & partem motã animam ſcilicet et corpus: quod non inuenitur in formis inanimatorum.

Aduerte Secundò, ꝙ S. Thom. ad clarificandam minorem dicit, quòd homo non eſt ex animali et rationali, ſicut ex duabus rebus tertia res: ſed ſicut intellectus tertius ex duobus intellectibus. Vbi ſciendum quod genus, ſpecies & differentia poſſunt accipi tripliciter. Primò modo pro re ſignificata per nomẽ genericum, ſpecificum, & differentiale primæ intentionis. Secundo modo pro conceptu formali talium nominum. Tertio modo pro re ſignificata per eorum nomina ſecundæ intentionis: verbi gratia, Animal, homo, & rationale poſſunt accipi primò pro re ſignificata per hæc nomina: ſecundò pro conceptibus eorum formalibus: tertio pro relationibus generis, ſpeciei & differentiæ. Primo modo nec ſpecies nec diffinitio eſt compoſita ex genere & differentia, eo quòd res ſignificata per ſpeciem & diffinitionem eſt eadem realiter cum re ſignificata per genus & differentiam; idẽ enim non componitur ex ſeipſo. Tertio modo ſimiliter nec ſpecies nec diffinitio eſt compoſita ex genere & differentia, eo quòd relatio ſpeciei relatiuæ ap-

ponitur relationi generis, vt dicitur à Porphyrio. Nullum autem correlatiuum componitur ex ſuo correlatiuo, & vniuerſaliter non apparet quomodo relatio poſſit componi ex alijs relationibus: vnde ſicut relatio, quam ſignificat hic nomen Propoſitio, non eſt compoſita ex relatione prædicati ad ſubiectum: ſed eſt relatio attributa ab intellectu ipſi complexo ex prædicato & ſubiecto: ita relatio diffinitionis eſt relatio attributa tali formato conceptui in prima operatione intellectus, explicanti diſtinctè genus & differentiam.

Secundo verò modo tam ſpecies, quàm diffinitio eſt compoſita ex genere, & differentia: conceptus enim formalis ſpeciei integratur ex conceptu formali generis, & conceptu formali differentiæ tanquam ex duabus partibus: verbi gratia, Conceptus formalis hominis eſt aggregatum quid ex conceptu formali animalis, & conceptu formali rationalis. Quod ex ſupradictis ſic deducitur: ex eo enim, quòd oſtendimus, genus, & differentiam, & ſpeciem differre in ſignificato formali, liquet quòd conceptus formalis animalis eſt conceptus perfectionis ſenſitiuæ, & conceptus formalis rationalis eſt cõceptus perfectionis intellectiuæ, & cõceptus formalis hoïs ẽ cõceptus vtraq; pfectionẽ complectens ex illis tanquam conceptus tertius illorum adunatione formatus: & ſic homo eſt ex animali, & rationali tanquam intellectus tertius ex duabus intellectibus: id eſt tanquam conceptus tertius ex duobus conceptibus, & non tanquam res ex duabus rebus: & quia nulla pars vt pars prædicatur in recto de ſuo toto: ideo intellectus ſiue conceptus formalis animalis non prædicatur in recto de intellectu, id eſt conceptu formali hominis. Iſta enim eſt falſa, Conceptus formalis hominis eſt cõceptus formalis aïalis, quia conceptus formalis hoïs aggregat totũ ex intellectiua, & ſẽſitiua ſ'm perfectionis cõiunctũ: conceptus verò formalis animalis non niſi partem, ſcilicet perfectionem ſenſitiuam dicit: licet, vt ſupra dictum eſt, ſecundum conceptum ſeu ſignificatum materiale, & formale ſimul totum dicat. homo ergo ſecundum ſuum formalem intellectum ſeu conceptum acceptus non eſt animal, neque rationale: ſed ex animali, & rationali. Et ſicut dictum eſt de homine, qui eſt ſpecies, ita dicito de animali, quod eſt diffinitio: animal enim rationale ſecundum ſuum formalem conceptum, non eſt animal neque rationale ſed ex animali, & rationali: differt nanque formalis conceptus animalis rationalis à conceptu formali animalis, & à conceptu rationalis ſicut totum à partibus.

¶ Hoc autem, quod dictum eſt, conceptum formalem, ſcilicet ſpeciei, & diffinitionis componi ex conceptibus formalibus generis, & differentiæ, poteſt dupliciter intelligi. vno modo de conceptu mentali. Alio modo de conceptu obiectali formaliter ſumpto. Si primo modo, adhuc dupliciter intelligi poteſt. Vno modo de conceptu mentali ſecundum eſſe ſubiectiuum, ſeu ſecundum id quod eſt. Alio modo de illo ſecundum eſſe repræſentatiuum: conceptus mentalis ſpeciei, ſecundum id quod eſt, non eſt compoſitus ex conceptibus mentalibus generis, & differentiæ, ſecundum id quod ſunt, eo quòd omnes ſunt qualitates ſimplices, nec poſſunt diſtingui in plures partes componentes. Non enim eſt imaginandum, cùm intellectus format conceptum diffinitionis hominis, ſcilicet animal rationale, quod formet plures conceptus, ſed vnũ tantum: qui eſt quædam ſimplex qualitas, diſtinctè ſingulas repræſentans, ſicut & in re extrà, res diffinita eſt habens rem generis, & differentiæ abſque compoſitione reali: vnde hoc primo modo dictum noſtrum non eſt verum: conceptus verò mentalis ſpeciei ſecundùm eſſe repræſentatiuum formaliter acceptus eſt compoſitus ex conceptibus mentalibus generis, & differentiæ ſecundùm eſſe repræſentatiuum formaliter acceptis, ſicut idolum repræſentans totum ex idolis partium: homo enim in mente repræſentat aggregatum ex perfectione ſenſitiua, & intellectiua: animal verò in mente formaliter non repræſentat niſi perfectionem ſenſitiuam, rationale autem non niſi intellectiuam: vnde hoc modo verificatur dictum noſtrum. Conceptus autem obiectalis ſpeciei formaliter ſumptus, cum nihil aliud ſit, quàm ſignificatum formale conceptus mentalis eiuſdem eſt compoſitus ſecundum rationem ex conceptibus obiectalibus generis, & differentiæ formaliter acceptis: ſicut ſignificatum formale ſpeciei eſt compoſitum ſecundum rationem ex ſignificatis formalibus generis, & differentiæ, vt ſuprà oſtenſum eſt: vnde homo acceptus, vt eſt obiectus conceptui mentali ſuo, ſcilicet ſpecifico, non eſt animal neque rationale: ſed ex animali, & rationali, accipiendo etiam animal, & rationale, ſecundum quòd obiecta ſunt ſuis mentalibus conceptibus: vt oſtendit falſitas huius propoſitionis, Obiectum formale ſpecificum eſt obiectum formale genericum, ſiue differentiale: dicit enim homo, vt ſic aggregatum ex perfectione ſenſitiua, & intellectiua. animal verò vt ſic non niſi vnam partem aggregati, ſcilicet ſenſitiuam naturam, & rationale, vt ſic non niſi alteram partem, ſcilicet intellectiuam perfectionem. manifeſtum eſt autem, quòd aggregatum non eſt aliquod aggregatorum: vnde & hoc modo dictum noſtrum veritatem continet, & eſt maxime ad propoſitum. Et ſic animal quò ad rem importatam, nec eſt pars, nec totum reſpectu hominis & animalis rationalis, quò ad ſignificatum verò materiale, & formale ſimul eſt totum: quò ad ſignificatum formale autem eſt pars tam obiectaliter, quàm repræſentatiuè ſumptum. Vnde cùm dico. Homo eſt animal rationale, ſi res ipſa ſolum attendatur, nec partis, nec totius ratio ſaluabitur: ſi verò res ipſa ſic ſignificata, ſcilicet implicitè includens inferiora inſpiciatur, totius rationem habet: ſi autem res ipſa ſic ſignificata attendatur ſecundùm id, quòd explicitè includit vt ſic: partis rationem ſortitur, propter quod animal ponitur in diffinitione hoïs, vt res, res enim de re prædicatur, vt totum, quia prædicatur in recto, & vt pars, quia additur dĩa, quæ aliud explicat, &c.

¶ Quòd ſuprà diximus de ſpecie, dicito de diffinitione ſeruato ſemper eo quod dicitur primo Phyſic. text. commen. quinto, ſcilicet quòd diffinitio diuidit in ſingula, non autem ſpecies. Nec fallaris, noſtra dicta in hac materia legens, & ſupra quoniam ſupra, nec conceptum formalem conceptum mentalem diſtinctum contra obiectalem accepimus, in hac materia verò per intellectum, ſeu conceptum formalem tam mentalem conceptum, quam obiectalem formaliter ſumptum intelligi volumus.

¶ Quamuis autem genus ſignificet totam eſſentiam ſpeciei, non tamen oportet vt diuerſarum ſpecierum, quarum eſt idem genus, ſit vna eſſentia: quia vnitas generis ex ipſa indeterminatione, vel

Tametſi genus ſignificet vnã eſſentiam, plures tamẽ ſpecies eſſentialiter diſtinguũtur.

indifferẽtia procedit: non autem ita quòd id quod ſignificatur per genus, ſit vna natura numero in diuerſis ſpeciebus, cui ſuperueniat res alia, quæ ſit differentia determinans ipſum: ſicut forma determinat materiam, quæ eſt vna numero: ſed quia genus ſignificat quandam formam, tamen non determinatè hanc vel illam, quam determinatè differentia exprimit, quæ non eſt alia quàm illa, quæ indeterminatè ſignificabatur per genus: & ideo dicit Commentator in 11. Metaphyſic. quòd materia prima dicitur vna per remotionem omnium formarum, ſed genus dicitur vnum per communitatem formæ ſignatæ: vnde patet, quòd per additionem differentiæ remota illa indeterminatione, quę erat cauſa vnitatis generis, remanent ſpecies diuerſæ per eſſentiam.]

¶ In quarta parte capituli huius intendit excludere talem obiectionem. Quæcunque habent vnũ genus, habent vnam eſſentiam: diuerſæ ſpecies habent vnum genus: ergo diuerſæ ſpecies habent vnã eſſentiam, quod eſt falſum: quia ſpecies differunt eſſentialiter. Maior probatur ex eo, quòd genus ſecundùm prædicta dicit totam eſſentiam ſpecierũ. Et licèt iſta obiectio faciliter ſolui poſſet, dicendo quòd ſpecies habent eandem eſſentiam genericè, non tamen ſpecificè: quia tamen argumentum altiorem difficultatem petit, ex altiori principio reſpondere oportuit. Inducta eſt enim hæc obiectio ad concludendum diuerſas ſpecies habere eãdem eſſentiam ſimpliciter, & non genericè: vt patet ex medio aſſumpto ſic arguendo, Ea, quorum tota eſſentia eſt vna, habent eandem eſſentiam ſimpliciter: diuerſarum ſpecierum eiuſdem generis, tota eſſentia eſt vna, ergo diuerſæ ſpẽs eiuſdẽ gñis habẽt eandem eſſentiam ſimpliciter. Minor patet ex eo, ꝙ genus dicit totam eſſentiam ſpecierum, & eſt vnum in eis.

¶ Ad huius obiectionis excluſionẽ declarat quomodo genus eſt vnum, & innuit talem diſtinctionẽ. Aliquid ſignificat vnum dupliciter: vno modo per poſitionem vnius determinatè rei ſignificatæ: alio modo per indifferentiam ſeu indeterminationem plurium rerum importatarum. Primo modo genus non ſignificat vnum, ſed ſecundo modo. Illud enim primo modo ſignificat vnum, cuius ſignificatum ſecundum ſe acceptum eſt vna aliqua natura, & determinata: ſicut homo ſignificat humanitatem quæ eſt certa & determinata natura, ſcilicet humana. Illud autem, quod ſignificat vnum ſecundo modo, habet ſignificatum, non aliquam determinatam naturam, ſed plures naturas indeterminatè: ſicut animal ſignificans perfectionem ſeu naturam ſenſitiuam non ſignificat aliquam certam & determinatam naturam ſiue formam: nulla enim eſt in vniuerſo forma, quæ ſit anima ſenſitiua, ſed quælibet eſt vel bouina, vel leonina vel humana, &c. Vnde dicitur 7. Phyſ. text. commen. 31. quòd iuxta genus latent multa, & 10. Meta. text. com. 24. quòd natura generis diuerſa eſt in ſpeciebus. & 1. de Anima. tex. com.... quòd ratio animalis ſecundũ vnumquodque animal eſt altera: eſt igitur genus vnum ſecundo modo. vnde ad formam rationis dicitur ſecundum præmiſſam diſtinctionem, quòd quorum eſt tota eſſentia vna primo modo, eorum eſt eſſentia eadem ſimpliciter, non autem quorum tota eſſentia eſt vna ſecundo modo: ſicut eſt in propoſito. ſpecierum enim totam eſſentiam non adunat genus niſi vnitate indeterminationis.

¶ Aduertendum autem eſt in litera appoſitam fuiſſe differentiam inter vnitatem generis, & vnitatẽ materiæ primę ad maiorẽ prædictorum euidentiãm: quam etiam differentiam ponit Commen. 12. Metaphy. Commen. 14. vbi nota quod de materia contingit loqui dupliciter. Vno modo, vt eſt quoddam totum vniuerſale reſpiciens hanc materiam, vel illam, vt partes ſubiectiuas: & ſic de ipſa modò non eſt ſermo. idem enim eſt iudicium de eius vnitate. & de vnitate cuiuſque vniuerſalis. Alio modo contingit loqui de ea ſolitariè ſumpta ſecundum ſe: non prout eſt vniuerſalis, aut particularis, neque prout eſt in hac ſpecie vel illa: & ſic de ea loquitur Commen. ibi, & ſanctus Thomas hic. differunt ergo vnitas materiæ ſic accepta, & vnitas generis. in hoc, quòd vnitas materiæ eſt vnitas numeralis fundata ſupra determinatam rem: vnitas verò generica eſt vnitas non numeralis, ſed indeterminationis fundata ſupra diuerſas naturas indeterminatè. Cùm autem audis vnitatem materię primæ eſſe vnitatem numeralem intellige negatiuè non poſitiuè. Dicitur enim aliquod vnum numero dupliciter: poſitiuè ſcilicet & negatiuè. illud eſt numero poſitiuè, quòd eſt vnum per poſitionem proprietatis ſeu differentiæ numeralis: ſicut Sor. & hoc modo materia prima ſecundum ſe non eſt vna numero, quia nullam proprietatem indiuidualem includit. Illud eſt vnum numero negatiuè, quod vniuerſale cum non ſit, eſt non plura numero. hoc autem eſt illud, quod nullum diſtinctiuum includit in ſe, vnde pluralitatem & numerum habere queat, & hoc modo materia prima ſecundum ſe eſt vna numero: & talis vnitas numeralis fundatur ſupra determinatam entitatem, illam, ſcilicet, quæ eſt materia: quæ nullum diſtinctiuum includit cum ab omni denudata ſit actu, cuius eſt diſtinguere: & ideo dicit Commen. quòd materia eſt vna per remotionem omnium formarum: quia vnitatem ſuam negatiuè habet, ex hoc quòd non habet diſtinctiuas formas. Genus autem non eſſe vnum numero neque poſitiuè, neque negatiuè propriè loquendo, ex eo patet, quia vnitas numeralis tam poſitiuè, quam negatiuè fundatur ſupra certam, & determinatam rem: quod in genere non inuenitur. dicit enim genus plures naturas, & res, ex quibus numerari poteſt. Sed & quòd genus ſit vnum vnitate indeterminationis, ex eo patet, quòd naturæ plures per genus importatę non adunantur in eius ſignificatione, niſi propter hoc, quòd indeterminatè ſignificat eas: animal enim ideo adunat in ſe equum, bouem, leonem, &c. quia non determinatè explicat quis eorum ſit habens perfectionem ſenſitiuam. & ideo dicit Commen. ibi, quòd genus eſt vnum per communitatem formæ ſignificatæ, id eſt ex eo quòd communiter, & non determinatè formas ſignificat. Vnde & patet quomodo propoſito S. Thom. deſeruit inducta authoritas. Si enim materia, & genus in hoc differunt quòd materiæ vnitas eſt per negationem formarum ſupra entitate determinata fundata:, & genus non eſt vnum niſi propter hoc quòd ſignificat communiter plura, cõſequens eſt, quòd genus non ſit vnum niſi ex indeterminatione, quod erat propoſitum.

Eſſentiã ſpeciei in diuiduis comparatam totã contingit eſſe, & partẽ, vt autem pars

{ Et quia, vt dictum eſt, natura ſpeciei eſt indeterminata reſpectu indiuidui, ſicut natura generis reſpectu ſpeciei, inde eſt, quòd ſicut id, quod eſt genus, prout prædicatur de ſpecie implicitè in ſua ſignificatione, quamuis indiſtinctè: totum id quod determinatè eſt in ſpecie, ita id quod eſt ſpecies ſecundum, quòd prædicatur de indiuiduo, oportet quòd ſignificet totum, quod eſſentialiter eſt in indiuiduo licet indiſtinctè,

ſtinctè: & hoc modo eſsentia ſpeciei ſignificatur nomine Hominis: vnde homo de Sorte prædicatur. Si autem ſignificatur natura ſpeciei cum præciſione materiæ ſignatæ, quæ eſt principium indiuiduationis, ſic ſe habebit per modum partis: & hoc modo ſignificat nomen humanitatis: humanitas enim ſignificat id vnde homo eſt homo. Materia autem ſignata non eſt illud, vnde homo eſt homo: & ita nullo modo continetur inter illa, ex quibus homo habet, ꝙ ſit homo: cum igitur humanitas in ſuo intellectu includat tantùm ea, ex quibus homo habet, ꝙ ſit homo, patet quòd à ſignificatione eius excluditur, vel præſcinditur materia determinata, vel ſignata. Et quia pars non prædicatur de toto, inde eſt, quòd humanitas nec de homine, nec de Sorte prædicatur: vnde dicit Aui. quòd quidditas compoſiti non eſt ipſum compoſitum, cuius eſt quidditas. quàuis etiam ipſa quidditas ſit compoſita, ſicut humanitas, licet ſit compoſita non tamen eſt homo, imò oportet quòd ſit recepta in aliquo, quod eſt materia ſignata. Sed quia, vt dictum eſt, deſignatio ſpeciei reſpectu generis ẽ per formas, deſignatio autẽ indiuidui reſpectu ſpeciei eſt per materiam: ideo oportet vt nomen ſignificans id, vnde natura generis ſumitur, cum præciſione formæ determinatæ perficientis ſignificet partem materialem totius: ſicut corpus eſt pars materialis hominis: nomen autem ſignificans id, vnde ſumitur natura ſpeciei cũ præciſione materiæ deſignatę, ſignificat partem formalẽ, & ideo humanitas ſignificatur vt forma quædam. Et dicitur quòd eſt forma totius, non quidem quaſi ſuperaddita partibus eſsentialibus materiæ, & formæ, ſicut forma domus ſuperadditur partib. integralibus eius, ſed magis eſt forma, quæ eſt totum, i. formam complectens, & materiam: cum præciſione tamen eorum, per quæ materia eſt nata deſignari. Sic ergo patet, quòd eſsentia hominis ſignificatur hoc nomine, homo, & hoc nomine, humanitas ſed diuerſimodè, vt dictum eſt, quia hoc nomẽ, homo, ſignificat eam vt totum, inquantum, ſ. non præcidit deſignationem materiæ, ſed implicitè continet eam, & indiſtinctè: ſicut dictum eſt, quòd genus continet differentiam: & ideo prædicatur hoc nomen, homo de indiuiduis: ſed hoc nomen humanitas ſignificat eam vt partem, nec continet in ſua ſignificatione niſi id quod eſt hominis inquantum homo, & præcidit omnem deſignationem materiæ, vnde de indiuiduis hominis non prædicaretur: & propter hoc quandoque hoc nomen eſſentia inuenitur prædicatum de re. dicitur enim Sortis eſſentia quædam: & quandoque negatur, ſicut dicimus, ꝙ eſſentia Sortis non eſt Sortes.

¶ In hac quinta, & vltima parte huius capituli comparat eſſentiam ſpecificam ad indiuiduum ſecundum totalitatem, partialitatem, prædicabilitatem, & formalitatem.

Ad quorum euidentiam aduertendum eſt, ꝙ ſicut ſuprà de eſſentia generica dictũ eſt, quòd poteſt ſignificari per modum totius, & per modũ partis, ita nunc dicitur, quòd eſſentia ſpecifica poteſt accipi vt ſignificata nomine primæ intentionis per modum totius, & per modum partis. Per modum quidem totius ſicut eſſentia humana ſignificatur per ly homo: per modum verò partis, ſicut illamet ſignificatur per ly humanitas. Differt autem ipſa à ſe altero modo ſignificata in hoc, ꝙ ſignificata per modum totius implicitè includit indiuidua: ſignificata verò per modum partis excludit illa à ſuæ ſignificatione. Quod ſic declaratur explariter, Homo cùm ſignificet habens naturam humanam, implicitè includit ſub ly habẽs, omnia indiuidua humana: habens enim naturam humanam eſt quodcunque indiuiduum humanum: humanitas autem cum ſignificet quo homo eſt homo omne aliud ab humanitate excludit, à ly quo: nullum enim aliud ab humanitate eſt, quo homo eſt homo: & ideo cum principia indiuiduantia ſint aliud ab humanitate, vt ſuprà dictum eſt, ſequitur ꝙ humanitas excludit principia indiuiduantia à ſui ſignificatione. & conſequenter indiuidua, quæ ſine indiuiduatione intelligibilia non ſunt: ſicut nec ſpecies abſque differentia intelligi poteſt, & cum pars vt pars non prædicetur de ſuo toto: omne autem prædicatum in recto habet rationem totius, ideo eſſentia primo modo, id eſt per modum totius ſignificata de indiuiduis in recto prædicatur ſignificata verò per modũ partis, nequaquam, & propter hoc illa eſt vera. Sortes eſt homo. illa autem falſa, propriè loquendo. Sortes eſt humanitas (vt Auic. teſtatur) & ſic iam patet proportio eſſentiæ ſpecificæ ad indiuiduum ſecundum tria, ſcilicet totalitatem, partialitatem, & prædicabilitatem.

Quo ad formalitatem verò declaratur apposita differentia inter eſſentiam genericam per modũ partis ſignificatam reſpectu ſpeciei, & eſſentiã ſpecificam per modum partis ſignificatã reſpectu indiuidui. Differunt enim in hoc, ꝙ illa eſt pars materialis ſpeciei, iſta verò eſt pars formalis indiuidui. Et ro eſt, quia illa, ſ. eſſentia generica cõparatur ad alteram partem ſpeciei, vt materia ad formam, & perfectibile ad ſuam perfectionem, cùm deſignatio ſeu determinatio generis ad ſpeciem fiat per differentiam quæ ſumitur à ſpecifica forma, quæ perficit & complet perfectionem genericam: iſta verò ſcilicet ſpecifica eſſentia comparatur ad alteram partem indiuidui, vt forma ad materiam, & perfectio ad perfectibile, cũ deſignatio ſeu determinatio ſpeciei ad indiuidua fiat ꝑ materiã ſignatã, quæ imperfectiorem eſſe ſpecifica forma, qua eſſentia ſpecifica ſumitur, conſtat: ideo animalitas eſt pars materialis hominis, humanitas verò eſt pars formalis Sortis: & dicitur quòd eſt forma totius non quaſi ſuperaddita, &c.

¶ Ad euidentiam horum verborum eſt notandum, ꝙ forma totius & forma partis, vt in ſecundo ca. viſum fuit, differunt realiter: nõ ſicut vna forma differt ab alia forma, puta albedo à dulcedine, ſed ſicut totum & pars, & ideo dicitur hic, ꝙ forma totius nõ eſt quaſi ſuperaddita partibus, i. nõ eſt forma addita materiæ & formæ, ſicut forma domus eſt forma addita lignis, lapidibus, cæmento, & cæteris partibus: ſed magis eſt forma, quæ eſt totum, i. ipſum compoſitum reſultans ex partibus. Quod cum per modum partis formalis ſignificatur, forma totius appellatur, eo ꝙ totius eſt completè certificatiuum & diſtinctiuum & determinatiuum: hæ enim ſunt conditiones formæ. Et reſiduum ſermonis epilogus per ſe patens eſt.

CAPVT IIII.

Quenam ratione eſſentiæ conueniat eſſe genus, ſpeciem, vel differentiam, oſtendit.

Viſo quid ſignificetur nomine Eſſentiæ in ſubſtantiis cõpoſitis, videndum eſt quo ſe habeat ad rationem generis, ſpeciei, & differentiæ, quia autem cui conuenit rõ generis ſpeciei vel differẽtiæ, prædicatur de hoc ſingulari ſignato, impoſſibile eſt. quòd ratio generis, vel ſpeciei, vel differentiæ conueniat eſſentiæ, ſecun-

[Left margin:] eſt de illis minime ꝓdicatur, vt nõ totum eſt, & in concreto nomine ſignificata de illis prędicatur,

[Right margin:] Nulla eſſentia ſubſtantiæ cõpoſitæ ſignificata per modũ partis, eſt genus, vel

ſpecies, vel differentia. 5. Meta. c. 6. in princ.

ſecundùm quod per modum partis ſignificatur, vt nomine humanitatis vel animalitatis, & ideo dicit Auic. quòd rationalitas non eſt differentia, ſed differentiæ principium, & eadem ratione humanitas non eſt ſpecies, nec animalitas genus.]

¶ In hoc quarto ca. intendens determinare quo eſſentia ſubſtãtiarum compoſitarum ſe habeat ad intentiones logicas, ſ. genus, ſpeciem, differentiam, quatuor facit, primò ſex concluſionibus determinat intentum. ſecundò excludit quendam Auer. errorem, tertiò excludit quandam aliam obiectionẽ, quartò reſpondet cuidam tacitæ obiectioni.

¶ Pro intellectu primæ partis notandæ ſunt duæ diſtinctiones. Prima eſt iſta, Natura ſeu eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ poteſt tripliciter accipi, primò, vt ſignificata per modum partis, ſecundò, vt per ſe exiſtens ſeparata à ſingularib. tertiò, vt ſignificata per modum totius. Secunda diſtinctio, quæ eſt ſubdiuiſio tertij membri eſt iſta, Natura ſubſtantiæ cõpoſitæ ſignificata per modum totius poteſt accipi tripliciter, primò, ſecundum ſe, ſecundò ſecundum eſſe quod habet in ſingularibus, tertiò, ſecundum eſſe quod habet in intellectu.

¶ His prælibatis, ſcias ꝙ ſecundum ſingula mẽbra harũ diuiſionũ ponit ſingulas concluſiones, ſecundũ primam quidẽ duo membra vtriuſque diuiſionis ponit quatuor negatiuas, ſm verò vltima vtriuſq; ponit duas affirmatiuas, ita ꝙ ſecundũ quãlibet diuiſionem primò ponit duas negatiuas, deinde tertiam affirmatiuã, & ſic fiunt ſex concluſiones.

¶ Prima ergo concluſio negatiua eſt, Eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſignificata per modũ partis, ſicut animalitas, humanitas, rationalitas non eſt genus neq; ſpecies neq; dña: Quã probat ſic, T. genus, q̃ ſpecies, q̃ dña prædicatur i recto de hoc particulari ſuppoſito, puta Sorte: eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſignificata per modum partis non prædicatur in recto, de hoc particulari ſuppoſito: ergo eſſentia taliter ſignificata non eſt genus, nec ſpecies, nec differentia. Omnes propoſitiones patent ex præcedenti ca. & ideo dicit Auic. ꝙ rationalitas, quæ ſignificat per modum partis, non eſt differentia, ſed principium differentiæ, & ſimiliter animalitas non eſt genus, ſed generis principium, & humanitas non eſt ſpecies, ſed ſpeciei principium, ſicut albedo eſt principium albi, & pars eſt principium eius, cuius eſt pars.

Eſſentia p ſe ſubſiſtẽs non in ſingularibus eſt genus vel ſpẽs, vel differentia.

[Similiter etiam non poteſt dici, ꝙ ratio generis, ſpeciei, differentiæ conueniat eſſentiæ, ſecundũ ꝙ eſt quædam res exiſtens extra ſingularia, vt Platonici ponebant, quia ſic genus & ſpecies non prædicarentur de hoc indiuiduo, non enim poteſt dici ꝙ Sortes ſit hoc, quod ab eo ſeparatũ eſt. Nec ſeparatum illud proficit in cognitione huius ſingularis ſignati.]

¶ Hic ponitur ſecunda concluſio negatiua, Eſſẽtia ſubſtantiæ compoſitæ per ſe non in ſingularib. exiſtens non eſt ſpecies ſiue genus. Et probat eã duplici ratione. Primò ſic, Genus ſeu ſpecies prædicatur de hoc particulari, eſſentia per ſe ſubſiſtens nõ in ſingularib. non prædicatur de hoc particulari: ergo eſſentia per ſe ſubſiſtens non in ſingularib. non eſt genus ſeu ſpecies: Maior patet. Minor probatur ſic, Subiectum eſt id quod in recto de eo prædicatur Sortes non eſt homo ſeparatus, ergo Sortes non eſt ſubiectum reſpectu hominis ſeparati, ergo homo ſeparatus non prædicatur de Sorte, quod erat aſſumptum in Minore. Secundò ſic, Genus ſeu ſpecies eſt id, quò indiuidua cognoſcũtur, eſſentia per ſe ſubſiſtens non in ſingularibus non eſt id, quo indiuidua cognoſcuntur: ergo eſſentia per ſe ſubſiſtens nõ eſt genus neque ſpecies: Maior patet ex eo ꝙ vnumquodque per ſuum genus, ſpeciem, differentiam cognoſcitur. Minor verò ex eo, ꝙ vnumquodque cognoſcitur quidditatiuè per id quod eſt in eo, & nõ per id quod non eſt in eo.

Eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ, vt per modum totius ſignificatur, ſiue note concreto, eſt genus ſpecies, vel differentia. Et natura, vel natura per ſe, id eſt abſolutè acceptæ nõ niſi prædicata quidditatiuè cõuenit ſibi ipſæ; verò, vt hẽt eſſe in ſingularibus, vel in anima, conuenit prædicata per accidens, & denominatiue, & abſolutè ſumpta eſt, quæ prædicatur de indiuiduis

[Et ideo relinquitur ꝙ ratio generis, vel ſpeciei vel differentiæ conueniat eſſentiæ, ſecũdum quod ſignificat per modum totius, vt nomine Hominis, vel animalis prout implicitè & indiſtinctè continet totum hoc quod in indiuiduo eſt.]

¶ Hic ponitur tertia concluſio affirmatiua: Eſſẽtia ſubſtantiæ cõpoſitæ ſignificata per modũ totius eſt ſpecies, genus vel dña, &c. probatur ſic. Genus, ſpecies ſeu dña ſubſtantialiter continet & implicitè totũ quod eſt in indiuiduis, eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ non niſi ſignificata per modum totius continet implicitè totum eſſe indiuiduorum, ergo eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſignificata per modũ totius eſt genus vel ſpecies, vel dña. Propoſitiones omnes ex præcedenti ca. patent, vbi diximus genus, ſpeciem differentiam, conuenire in hoc ꝙ ſignificant totum, quod eſt in inferioribus, & ſua abſtracta excludere ea, quæ ſunt in inferioribus. eſt igitur animal genus, homo ſpecies, rationale differentia.

[Natura autem vel eſſentia ſic accepta poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum naturã, & rationem propriam: & hæc eſt abſoluta conſideratio ipſius: & hoc modo nihil eſt verum de ea dicere, niſi quod conueniat ſibi, ſecundum ꝙ huiuſmodi. Vnde quicquid aliorum ſibi attribuitur, falſa eſt attributio: verbi gratia. Homini in eo, ꝙ eſt homo. conuenit rationale & animal, & alia quæ in eius diffinitione cadunt, album verò vel nigrum vel quodcunq; huiuſmodi, quod non eſt de ratione humanitatis, non conuenit homini in eo, ꝙ eſt homo. Ideo ſi quæratur vtrùm iſta natura poſſit dici vna, vel plures, neutrum concedendum eſt, quia vtrunq; eſt extra intellectum humanitatis, & vtrunque põt ſibi accidere. Si enim pluralitas eſſet de ratione eius, nunquam poſſet eſſe vna, cum tamen vna ſit ſecundum ꝙ eſt in Sorte. Similiter ſi vnitas eſſet de intellectu, & ratione eius, tunc eſſet vna, & eadem natura Sortis & Platonis, nec poſſet in plurib. plurificari. Alio modo conſideratur, ſecundum ꝙ habet in ſe in hoc vel in illo: & ſic de ipſa prædicatur aliquid per accidens ratione eius in quo eſt, ſicut dicitur ꝙ homo eſt albus, quia Sortes eſt albus, quamuis homini non conueniat in eo, ꝙ eſt homo. Hæc autem natura habet duplex eſſe, vnum in ſingularibus aliud in anima, & ſecundum vtrunque conſequuntur accidentia dictam naturam, & ſic in ſingularibus habet multiplex eſſe ſecundum diuerſitatẽ ſingularium, & tamen ipſi naturæ ſecundum propriam conſiderationem, ſcilicet abſolutam, nullum iſtorum eſſe debet, falſum enim eſt dicere, ꝙ natura hominis, inquantum huiuſmodi, habeat eſſe in hoc ſingulari. ſi enim eſſe in hoc ſingulari conueniret homini, inquantum eſt homo, non eſſet vnquam extra hoc ſingulare, ſimiliter ſi conueniret homini inquantum eſt homo, non eſſe in ſingulari, nunquam eſſet in eo. Sed verum eſt dicere, ꝙ homo, inquantũ eſt homo, non habet ꝙ ſit in hoc ſingulari, vel in illo. patet ergo ꝙ natura hominis abſolutè conſiderata abſtrahit à quolibet eſſe; ita quòd non fiat præciſio alicuius eorum; & hæc natura ſic conſiderata, eſt quæ prædicatur de omnibus indiuiduis.]

¶ Hic anteq̃ ponatur quarta concluſio, inchoatur ſecũda diuiſio, ſupra poſita, cuius terminos oportet prædeclarari ad intellectum concluſionum. Natura per modum totius ſignificata, ſecundum naturam

ſeu

ſeu rationem propriam, vel ſecundum ſe, idem ſonat. quod natura conſiderata ſecundum eas conditiones, ſiue ea prędicata, quæ conueniunt ſibi ex ſua diffinitione, ſeu in primo modo dicendi per ſe, Natura verò ſecundum eſſe in ſingularibus idem ſonat quod natura conſiderata ſecundum eas conditiones, ſiue ſecundum ea prædicata, quæ conueniut ſibi ex hoc, ꝙ in ſingulari vel in ſingularibus eſſe habet. Natura autem ſecundum eſſe in intellectu idē ſonat, quod natura conſiderata ſecundum eas conditiones, ſiue illa prædicata, quæ conueniunt ſibi ex hoc, ꝙ habet eſſe in intellectu. Differunt autē quadrupliciter, vt ex textu colligitur. conditiones conuenientes naturæ ſecundum has diuerſas acceptiones, eo ꝙ conditiones debitæ naturæ ſecundum ſe ſumptæ ſunt prædicata eſſentialia: homo enim ſecundum ſe non eſt niſi animal rationale, conditiones vero debitæ naturæ reliquis duob. modis ſunt prædicata denominatiua. homo enim non eſt res illa, quæ conuenit ei ex eſſe in ſingularibus, ſed ab ea denominatur: non enim homo eſt albedo quæ conuenit ei ex hoc ꝙ eſt in Sorte, ſed ab ea denominatur albus Similiter homo non eſt res illa, quæ conuenit ei eſſe in ītellectu, puta relatio vniuerſalitatis aut ſpeciei, ſed nominatur ab ea vniuerſalis, & ſpecies. Et licet hæc duo vltima membra in hoc conueniant, ꝙ attenduntur penes prædicata denominatiua: differunt tamen, quia prædicata denominatiua, quæ conueniunt naturæ ſecundum eſſe in ſingularibus, aliquid ponunt reale ſupra ipſam, ſicut album addit ſupra hominem, naturam albedinis quę eſt ens reale: prædicata vero denominatiua quę cōueniunt rei ſecundum eſſe in intellectu, nihil ponunt reale ſupra naturam ipſam: ſed denominationem negatiuam aut relatiuam ſecundum aliquam relationem rationis. Cum enim dico. Homo eſt ſpecies, ly ſpecies, nihil reale addit ſupra hominem ſed ſolam relationem rationis, qua reſpicit ſuum genus: ſpecies enim generis eſt ſpecies.

¶ Secundò differunt iſtius diuiſionis poſitæ mēbra in hoc ꝙ natura abſolutè ſumpta nec eſt vna numero, nec plures numero. ſi enim eſſet vna numero nō poſſet reperiri in plurib. numero: quod patet eſſe falſum, eo ꝙ natura humana eſt in Sorte & Platone. Conſequentia probatur ſic, Natura ſecundum ſe eſt vna numero, ergo non poteſt eſſe diſtincta numero: ergo non poteſt reperiri in pluribus numero, quod erat intentum. Prima conſequentia harũ ex eo eſt clara: quia impoſſibile eſt alicui conuenire oppoſitum eius quod conuenit ei ſecundum ſe, ſicut impoſſibile eſt homini conuenire irrationale: diſtinctio autem numeralis eſt oppoſita vnitati numerali, & ideo ſi natura ſecundum ſe habet vnitatē numeralem, nunquam habere poteſt diſtinctionem numeralem. Similiter probatur, ꝙ natura ſecundũ ſe non ſit plures numero: ſequeretur enim naturā humanam non eſſe in Sorte, quia non poſſet habere vnitatem numeralem, ex quo vendicat ſibi ſecundum ſe diſtinctionem numeralem. Natura autem ſecundum eſſe in ſingularibus vnitatem & diſtinctionem numeralem ſortitur: propterea nanque homo eſt vnus numero, quia Sortes eſt vnus numero: & propterea homo eſt diſtinctus numero in pluribus quia Sortes & Plato ſunt diſtincti numero.

¶ Tertiò differunt in hoc, quia natura ſecundũ ſe ſumpta nullum eſſe ſibi vendicat: ſ. nec eſſe in ſingulari aut ſingularibus, nec eſſe in intellectu: nec ēt vendicat ſibi non eſſe in ſingulari, & ſingularibus, aut non eſſe in intellectu, quod patet ex eiſdem fundamentis. ſi enim eſſe in ſingulari eſſet de ratione ſua, nunquam extra illud inueniretur: cum nihil inueniatur extra id, quod eſt de eius ratione. ſimiliter ſi eſſe in ſingularibus, eſſet de eius ratione, non poſſet in vno inueniri, quia in vno natura exiſtens nō eſt in pluribus. ſimiliter ſi eſſe in intellectu eſſet de ratione eius, nunquam poſſet extra intellectum reperiri. eodem modo ſi non eſſe in ſingularibus aut ſingulari eſſet de eius ratione, nunquam poſſet habere eſſe in aliquo ſingulari: & ſi non eſſe in intellectu eſſet de eius ratione, nunquam poſſet habere eſſe in intellectu ex illo fundamento. Nulli poteſt conuenire oppoſitum quod eſt de ratione ſui, vnde natura abſolutè ſumpta ab omni eſſe, et non eſſe abſtrahit ſine præciſione, id eſt nec includit nec excludit aliquod huiuſmodi eſſe vel non eſſe, natura autem tam ſecundo, quàm tertio modo accepta: alterum illorum eſſe includit, & alterum excludit. vt de ſe patet, homo enim ſecundum quòd eſt in ſingularibus, non eſt in intellectu, & ècontra, ſecundum ꝙ eſt in intellectu, non eſt in ſingularibus.

¶ Quartò differunt: quia natura per modum totius ſignificata ſecundum ſe ſumpta eſt ea, quæ prędicatur de indiuiduis, cum dicitur, Sortes eſt homo. Natura autem ſumpta tam prout eſt in ſingularibus, quam prout in intellectu non prædicatur de indiuiduis: quod declaratur ſic, Id prædicatur de indiuiduis, quod attribuitur illis in propoſitione: ſed natura abſolutè accepta & non ſecundùm eſſe in ſingularibus, neque ſecundum eſſe in intellectu attribuitur in indiuiduis In propoſitione: ergo natura abſolutè ſumpta, & non ſecundum eſſe in ſingulari vel intellectu prædicatur de indiuiduis. Maior eſt nota ex terminis. Minor declaratur exēplariter cum dico, Sortes eſt homo, ſenſus propoſitionis eſt, Sortes eſt animal rationale: ita quòd in iſta propoſitione nihil attribuitur Sorti niſi eſſe animal rationale: quæ ſunt conditiones naturæ humanæ abſolute acceptæ, vt patet non enim cum dico, Sortes eſt homo, attribuo Sorti aliquod debitum naturæ humanæ ex eſſe in ſingularibus aut ex eſſe in intellectu: neque attribuo Sorti habere naturam humanam cum aliquo addito: ſed tantum attribuo Sorti habere naturam humanam, ſeu eſſe animal rationale, quæ ſunt, vt dictum eſt. conditiones naturæ humanæ ſecundum ſe acceptæ. Natura igitur primo modo ſumpta eſt, quæ prædicatur de indiuiduis, & non natura ſecundo, & tertio modo.

Dubitatio

¶ In hoc loco antequam vlterius procedatur, dubia quædam examinanda ſunt. Circa prædicta dubium eſt. Primò circa primam differentiam aſſignatam in eo, quod dictum eſt, quòd naturæ ſecũdum ſe ſumptæ non inſunt niſi prædicata quidditatiua. hoc enim patitur difficultatem tum propter tranſcendentia, tum propter quædam prædicata negatiua. ſi enim tranſcendentia, quæ ſunt, ens, res, vnum, aliquid, verum, & bonum, conuenire aſſerantur naturæ abſolutè ſumptæ erunt prædicata quidditatiua, & ſi ſic, ponētur in diffinitione. nulla enim diffinitio eſt completa, niſi omnia prędicata quidditatiua includat: tranſcendentia autem in diffinitione poni omnes negant.

¶ Confirmatur conſequentia ex dictis S. Th. in litera. vbi habetur, ꝙ quæ inſunt naturæ abſolutè ſunt de diffinitione illius. ſi autem tranſcendentia dicantur non conuenire naturæ abſolutè, tunc homo ſecundum ſe ſumptus non eſt aliquid. nec res, nec vnum quid, quod omnino negatur.

¶ De Prædicatis verò negatiuis occurrit difficultas talis: quia negationes naturarum diſparatarum, ſi conueniunt naturæ abſolutè, erunt prædicata quidditatiua: & ſic negatio erit de

diffinitione ſubſtantiæ. Si autem conueniunt naturæ ſecundum eſſe in ſingularibus vel in intellectu, tunc accipiendo hominem abſolutè, iſta erit falſa, Homo non eſt leo: quod videtur irrationabile.

¶ Ad horum diſſolutionem conſiderandū eſt primò, quō tranſcendentia ſe habeant ad naturas rerū ſupra quas cadunt. vt autem ſupra in q̄one de ſignificatione entis tactum fuit, nullum traſcendentiū importat alium gradum, ſeu aliam naturam a gradibus ſeu naturis eorum, quibus apponuntur, cum enim dico, ens homo, vnus homo, res homo, verus homo. bonus homo, aliquid homo, nullum aliū gradum ab humanitate ſignifico, ſed ipſam humanitatem diuerſis modis, ly enim ens ſignificat humanitatem, prout habet eſſe: ly vnus illam prout nō eſt diuiſa formaliter: ly res, illam prout latitudinē habet. vtpotè non ex intellectu fabricata: ly bonum, ipſam prout perfectiua eſt appetitus: ly verum, ipſam vt perfectiua eſt intellectus: ly aliquid. ipſam, vt aliud quid eſt ab alijs. Simili modo eſt dicendū accepto quocunque gradu generico: vt faciliter exemplo manifeſtari poteſt.

c.1.q.2.

¶ Conſiderandum eſt ſecundò, ꝙ cùm primum inter tranſcendentia ſit ens (eo ꝙ eius ratio cæterorum rationes præuenit,) & omnia conuertantur cum ente, tanquam eius paſſiones, cùm declaratū fuerit quomodo ens conueniat naturis rerum, planum erit de cæteris. Scotus ergo primò ſent. diſt. 3. q. 3. opinatur ens eſſe vniuocum, & prædicari, inquit, de omnibus inferioribus exceptis vltimis differentijs. Et primum quidem horum tanquam per ſe notum ſupponens, ſecundi duplicem rationem reddit.

Sc. 1. d. 3. q. 3. in ip. q. 1. vt ſupra dictū ē c. 2. q. 3

Prima ratio.

¶ Primò, quia ſi differentiæ includant ens vniuocè dictum de eis, & non ſunt omnino idem: oportet ꝙ ſint diuerſa aliquā idem entia: & conſequenter ſequitur, ꝙ differentiæ vltimæ ſint propriè differentes, & ſic habent alias dr̃ias, & non ſunt vltimæ.

¶ Secundo, quia ſicut ens compoſitum in re eſt compoſitum ex actu & potentia: ita conceptus cōpoſitus per ſe vnus eſt cōpoſitus ex conceptu actuali & potentiali determinabili & determinante. Sicut ergo reſolutio cōpoſiti in re ſtat ad ſimpliciter ſimplicia, ſ. actum vltimum & potentiam vltimā, ita ꝙ actus nihil potentiæ, & potētia nihil actus includat: ita reſolutio conceptus debet ſtare ad conceptus ſimpliciter ſimplices actualem & potētialem, determinabilem tantū ita, ꝙ nihil determinantis includat. & determinantē tantū, ꝙ nihil determinabilis includat. tales ſunt conceptus entis & vltimæ differentiæ: ergo vltima differentia non includit formaliter ens.

¶ Contra Primum arguitur: quia ſequeretur, ꝙ ens poneretur in diffinitione, contra Ariſtot. 8. Metaph. text. com. 6.

t. c. 16.

¶ Prætereà ſequitur, ꝙ eſſet negatio in diffinitione, vt ſupra in quæſtio. de vniuocatione entis deduximus.

co. 1. q. 2. ratione 2.

¶ Contra ſecundum dictum arguo ſic. Omne id de quo formaliter ſumpto prædicantur in ſecundo modo paſſiones entis includit in ſe formaliter ens: ſed de vltima dr̃ia formaliter ſumpta prædicantur in ſecundo modo paſſiones entis: ergo vltima differentia includit in ſe formaliter ens: Minor patet, quia vltima differentia eſt per ſe vna & intelligibilis. Maior probatur ſic, Omne formaliter includēs medium proprium a priori, per quod demonſtrantur paſſiones entis, includit in ſe formaliter ens, patet ꝗa: quia entis conceptus eſt illud medium. Sed omne id, de quo formaliter ſumpto prædicantur in ſecundo modo paſſiones entis, includit in ſe formaliter medium, per quod tales paſſiones de eo ſunt demonſtrabiles: ergo omne tale includit formaliter ens. Patet iſta Minor quia implicat oppoſitum. Si enim, A. formaliter non includit proprium medium concludendi B. quo de A formaliter ſumpto erit à priori demonſtrabile B. Secūdò arguo, & in idem redit. Omnis paſſio conueniens pluribus formaliter ſumptis. conuenit eis ratione alicuius communis in eis formaliter incluſi, cui illa paſſio primò conuenit: ſed vnitas vel intelligibilitas eſt paſſio cōueniens omnibus vltimis differentijs formaliter ſumptis: ergo conuenit eis ratione alicuius communis formaliter incluſi in eis, cui primò cōuenit: tale autem eſt ens: ergo omnes differentiæ vltimæ includunt ens Minor eſt per ſe nota. Maior eſt Ari. primo Poſteriorum. Nec poteſt dici ad Maiorem, quòd ſufficit ſubiectum denominatiuè includi in eis, quibus formaliter ſumptis conuenit paſſio illius ſubiecti. Quia cùm tota ratio quare paſſio alicuius inſit alteri. ſit participatio illius ſubiecti primi: ſi alicui formaliter ſumpto ineſt paſſio, eidem formaliter ſumpto ineſt & ſubiectum, & ſi formaliter ſumptum ſubiecti expers eſt, quomodo formaliter ſumptum illius paſſionem habere poteſt? Vt arguatur ſic, Id quod formaliter ſumptum à ſe ſubiectum excludit. etiam à ſe paſſionem excludit, ſed vltimæ differentiæ formaliter ſumptæ non excludūt à ſe paſſiones entis in ſecundo modo: ergo nec excludunt ens in primo modo. Nec patiantur aures tuæ audire reſponſionem Franciſci de Mayronis dicētis, regulam adductam Poſterioriſticam Ariſt. non tenere in tranſcendentibus. Voluntaria enim, & deſtructiua totius Metaphyſicæ gloſſa eſt.

t. c. 15.

¶ Ad rationes autem Scoti dicitur. quòd cùm tam prima, quàm ſecunda ſupponant ens habere conceptum obiectiuum vnum ſimpliciter, nihil cōcludit. Dicitur ſecundò ad ſecundam, quòd argumentum a ſimili claudicat: licet enim ſit ſimilitudo quò ad aliquid inter compoſitum naturale, & intellectuale, & diſſimilitudo tamen eſt magna in propoſito, quia partes cōpoſiti naturalis mutuò ſe excludunt, quia quædam res ſpeciales ſunt, partes autem compoſiti intellectualis non poſſunt mutuò ſe excludere: quia altera (puta ens) eſt adeò vniuerſalis, vt nihil poſſit eam ſubterfugere.

Primo ſent. q. 6. qua quærit, vtrū à ſimpliciter ſimplā ch poſſit abſtrahi aliquo conceptus cōmuni in hoc.

¶ Auicenna autem Alpharabius & Algazel, vt teſtatur Albertus in Poſtprædicamentis, cap. 9. opinantur, quòd ens non conueniat naturæ abſolutè ſumptæ. Vnde dicunt hanc conſequentiam non valere, Homo eſt ſubſtantia: ergo homo eſt ens: eo ꝙ ens ſignificat aliquid additum eſſentiæ rei: quod non eſt de eius ratione: quod expreſsè etiā de Auicenna refert Commentator quarto Metaphyſicæ Comment. tertio. & decimo. Metaphyſicæ Commento octauo.

Cap. 9. Cap. 3. Cap. 6. Circa T. com. 3. Circa T. c.

¶ Sanctus Th. Autem cuius eſt opus, quod exponendum ſuſcepimus ſuper quarto Metaphy. lectu. 2. ſuper textu, Comment. 1. & ſuper 10. lect. 2. ſupra text. Comment. 8. expreſsè in hoc reprehendit Auicen. vnde ſententia eius non eſt cenſenda eadē opinioni Auicen. licet difficile ſit videre in quo differat ab ea, cùm ipſe teneat nullum aliud à Deo eſſe ens per ſuam eſſentiam, ſed per aliquid additum ſuæ eſſentiæ, & expreſsè dicat in quolibeto ſecundo, quæſt. 2. artic. 1. ens non eſſe prædicatum eſſentiale, & in primo contra Gen. cap. 26. dicat ens nō cadere in conceptu ſubſtantiæ, quod eſt genus generaliſsimum.

Quolib. 2. q. 2. ar. 1 côtra Ge. cap. 26.

¶ Propter quòd à quibuſdam dicitur, quòd ens dupliciter ſumitur, ſcilicet nominaliter & participaliter. Et quòd ens nominaliter quidditatiuè, &

intrinſe-

intrinſecè de omnibus prædicatur: ſic enim vnum quodq; eſt ens per eſſentiam ſuam. Ens verò participaliter, cùm idem ſonet quod exiſtens non eſt prædicatum quidditatiuum: ſic enim nihil aliud à Deo eſt ens per eſſentiam ſuam: vnde ſecundum iſtos ens nominaliter conuenit naturæ abſolutè, non autem ens participaliter. Addunt quoque quòd ens nominaliter eſt diuiſum in decem prædicamenta, & eſt tranſcendens conuerſum cum alijs, propriè loquendo, non ens ſecundo modo: & ideo reprehenſibilis erat Auicen. qui hanc diſtinctionem prætermiſit.

Prima parte, q. 5. ar. 1. ad primũ de veri. q. 21. c. 2. vide cõ Ethic. 1. poſte. ca. 6. & prin. & circa medium.

¶ Mihi autem aliter dicendum occurrit: dico enim quòd ens participaliter eſt id quod eſt tranſcendens, diuiſum in decem prædicamenta. Quod ex eo patere poteſt, quòd San. Thomas prima parte, quæſtione quinta & ſexta & in quæſtione de Veritate, quæſtione vigeſimaprima oſtendit bonum, quod etiam diuiditur in decem prædicamenta (vt dicitur primo Ethicorum) conuerti cum ente participaliter non nominaliter, vt clarè patet ex duobus.

¶ Primò ex eo quòd dicit, quòd cum bonum & ens conuertantur ſicut res eſt ens, ita bona: ſed non eſt ens per eſſentiam ſuam: ergo nec bona. In quo proceſſu, vt fallacia æquiuocationis vitetur, non niſi de ente participaliter eſt ſermo. Secundò, ex eo quòd dicit, id, quo res formaliter eſt bona, nõ eſſe ens: quod dict: de ente nominaliter falſum eſt: quia eſſe actualis exiſtentiæ, quo res eſt & bona, eſt ens nominaliter, Ens igitur quod conuertitur cum bono, quod eſt tranſcendens, diuiſum in decem prædicamenta, eſt ens participaliter.

Duo includuntur in prædicamento Entis c. 1. in princ. T. c. 13.

¶ Sed in Entis nomine duo aſpici poſſunt, ſcilicet id à quo nomen Entis ſumitur: ſcilicet ipſum eſſe quo res eſt, Et id, ad quod nomen Entis impoſitum eſt, ſcilicet id quod eſt. Suprà enim, in principio operis dictum eſt, ens ſignificare id quod eſt in quolibet prædicamento: & in hoc differre ab eſſentia, quæ ſignificat id, quo res in prædicamento reponitur. Vnde primo Phyſicorum, textu comment. decimitertij. Ariſtot. loco ly ens, ponit ly quod eſt. Auicen. ergo attendens ad id, quo res eſt, vnde nomen entis ſumptum eſt, dixit ſimpliciter ens eſſe prædicatum extra eſſentiam rei: ſanctus Thomas verò intuens id quod eſt, ad quod nomen Entis impoſitum eſt. Auicen. non adhæſit. Nanque ipſum quod eſt, nõ prædicat aliquid extra eſſentiam rei. Inſuper aduertens, quòd ipſum, quo res eſt, ſcilicet actualis eſſentia, non eſt extraneæ naturę ab ipſo, quod eſt, ſed per principia propria ipſius, quod eſt, conſtruitur inter prædicata accidentalia, ens annumerare noluit: hoc enim non poteſt aſſeri de quocunque alio extra eſſentiam rei. Nihil enim extra eſſentiam rei per propria principia ipſius rei conſtituitur, niſi rei exiſtentia. Quodcunque enim aliud per principia propria alterius generis conſtituitur, ſcilicet genus proprium, & differentiam propriam, & vniuerſaliter propria illius prædicamenti principia. Ipſum autem exiſtere non niſi per genus & differentiam & principia ipſius, quod eſt conſtituitur. Et hæc eſt ratio, qua San. Tho. arguit Auicen. quarto Metaphyſi. vbi ſuprà, vnde ens prædicatum de aliquo, puta homine, cùm nõ trahat hominem extra proprium genus & propriam differentiam: nec ratione ipſius, quod eſt ſubſtantiale, prædicatum eſſe relinquitur cum Ariſtotele & Commentatore, vbi ſuprà, licet non ſit omnino eodem modo ſubſtantiale, quo prædicata illa, quæ in diffinitione cadunt. His prælibatis ad dubium dico quòd tranſcendentia non ſunt prædicata propria naturæ ſecundum ſuam abſolutam conſiderationé, neque ſecundum eſſe in ſingularibus, neque ſecundum eſſe in intellectu: ſed ſunt prædicata comunia naturæ quomodolibet acceptæ, conuenientia non ſolùm concomitatiuè, ſed & cauſaliter. Et de natura quidem tam ſecundo quàm tertio modo accepta patet: ex hoc enim quòd homo in ſingularibus inuenitur entis, vnius rei, & reliquorum rationem habet. Similiter ex hoc quòd habet eſſe in intellectu ens eſt aliquo modo indiuiſum. &c. debetur enim ſic ſibi aliquod eſſe, licet rationis. De natura autem primo modo ſumpta, ex dictis patere poteſt: & ex eo quòd in quocunque inuenitur poſterius tranſcendens, inuenitur & prius. Manifeſtum eſt autem de poſterioribus tranſcendentibus, quæ ſunt vnum, res, aliquid, & c. quòd conueniunt naturæ abſolutè. Vnde de homine, abſolutè loquendo, iſta eſt vera. Homo eſt ens. Vnde & S. Tho. dicit ſuper 10 Meta. vbi ſupra, quòd ens prædicat naturas decem generum, ſecundum quòd ſunt actu, vel potentia & non tantum ſecundum quòd ſunt actu.

Circa T. c. 8.

Circa T. c. 3.

T. & c. 3.

Ad dubiũ primum principale.

¶ Ad rationem in dubio tactam, qua dicebatur, Si ſic, ergo tranſcendencia eſſent ponenda in diffinitione, dicitur primò, quòd non oportet omnia prædicata eſſentialia poni in diffinitione, ſed ea tantum quæ explicant alium gradum eſſentialem diffiniti: qualia non ſunt tranſcendentia, de quibus dictum eſt, quod eundem gradum prædicant, quem genus vel differentia importat. Vnde 8. Meta. tex. com. 19. dicit Ariſt. quod ideo nec ens ponitur in diffinitionibus, nec vnum: quia ens ſtatim eſt vnumquodque: diffinitio enim completa tunc eſt, cùm omnes rei gradus explicantur à prima potentia vſque ad vltimum actum intrinſecum, quod ſine tranſcendentibus, quæ nullum gradum addunt fit. Dicitur ſecundo de ente, quòd quia ens importat aliquo modo ipſum eſſe quod pertinet ad quæſtionem, An eſt: & non ad quæſtioné, Quid eſt: ideo a prædicatis quidditatiuis aliqualiter declinat.

Suprà c. 2. q. 2. 6.

T. c. 16.

Immediatè, ſupra.

¶ Ad dictum ſan. Tho. dicitur, quòd tranſcendentia duo habent: & quòd in nulla diffinitione ponatur ratio dicta & quòd in quolibet conceptu includantur, vt dicitur de ente, 3. Metaph. text. Com. 10. quod ſecundum ideo dictum arbitror, quia traſcendentia quemlibet gradum comitantur: & ideo conceptui nulli deſunt. Et ſic dico, quòd ea quæ naturæ abſolutè conueniunt, in cuius ratione cadunt conueniunt rei in eo, quòd talis. homo enim in eo quòd homo, eſt ens, res, aliquid, & c. Ex his diligens lector, habes vnde diuerſa dicta ſanct. Tho. ſane intelligere debeas.

T. C. 10.

¶ Quo ad prædicata negatiua verò dicitur breuiter, quòd negationes illæ poſſunt dupliciter accipi, formaliter, ſcilicet & fundamentaliter. Si formaliter falſum eſt, quòd conueniant naturæ abſolutè: per opus enim intellectus attribuuntur ei, cùm negationes entia rationis ſint. Si fundamentaliter, cũ negatio ſuper affirmatione fundetur, cõceditur eſſe prædicata quidditatiua; ſed ſic ſumptæ nihil aliud ſunt, quàm genus & differentia propria. Fundamentum enim negationum naturarum diſparatarum de homine nihil aliud eſt quàm natura hominis: ea hoc nanq; quòd homo eſt animal rationale, non eſt leo neque bos, &c.

Ad ſecundum dubium de negatiuis prædicatis.

QVÆSTIO VI.

Num natura abſolutè ſumpta vnitatem, vel pluralitatem habeat.

DVBIVM Secundò eſt circa dictum San. Thomæ in litera in aſsignatione ſecũdæ differentiæ, quo dicitur, quòd natura abſolutè ſumpta nec vnitatem, nec pluralitatem habet.

¶ Videtur

¶ Videtur enim hoc eſſe impoſsibile, cũ id, quod vnum non eſt diffinibile non ſit: vt dicitur 7. Meta. tex. com 13. imò nec intelligibile, vt habetur quartò Meta. com. 10. Et ſi vnitatem naturæ abſolutè habere concedatur qualis ſit illa vnitas non eſt facilè aſsignare: cùm non numeralis ſit, vt declaratum eſt, nec ſpecifica, nec generica, cùm hæ ex intellectu fiant, nec analogica, vt de ſe patet, homo enim non eſt vnũ analogicè. Nec etiam facilè quiſquam dicet, an vnitas illa ſit realis an non.

T. c. 13.
T. c. 10.
In expoſitione literæ.

¶ Ad euidentiam huius dubitationis quinque facienda ſunt Primò videndum eſt quid ſit vnitas quælibet. Secundò, vnde habeat vnitas realitatem. Tertiò, quomodo vnitas quælibet ſit extra animã. Quartò reſpondendum eſt dubitationi motæ. Quintò, quædam obiectiones excludendæ ſunt.

Vnitas quælibet rei eſt indiuiſio.
T. c. 3.

Quo ad primum ſciendum eſt, quòd cùm vnum nihil addat ſupra ens, niſi priuationem diuiſionis: ita ꝙ vnum nihil aliud eſt quàm ens indiuiſum: vt dicitur 4. Meta. tex. commẽ. 3. Vnitas quælibet nihil aliud eſt, quàm rei indiuiſio. Et quia quælibet priuatio per ſuum habitum cognoſcitur: ideò vnitas quæ indiuiſionem ſonat, ex natura diuiſionis, quam priuat, cognoſci debet: & ſecundum diuiſionis multiplicitatem, multiplicitatẽ vnitatis accipere oportet.

¶ Conſiderandum eſt igitur ꝙ diuiſio eſt duplex, quædam eſt materialis per principia indiuiduationis cauſata, quædam eſt formalis, quæ per eſſentialia fit. Et hæc habet latitudinem, quia quædam eſt per eſſentialia principia propria. Quædam verò per principia eſſentialia communia. & hoc iterum habet latitudinem, ſecundum ꝙ principia eſſentialia communia ſunt magis & minus cõmunia. verbi gratia, Inter Sortem & Platonem eſt diuiſio numeralis & non formalis: quia non cauſatur diſtinctio eorũ ex eſſentialibus, ſed indiuidualibus principijs. Inter Sortem verò & hunc leonem, dato ꝙ leo & homo eſſent ſub eodem genere proximo, eſt diuiſio formalis per eſſentialia principia propria, vltimas ſcilicet differentias tantum. Inter Sortem verò & hanc plantam eſt maior diuiſio formalis per principia, ſcilicet eſſentialia communia Sorti, & multis alijs ſpeciebus, ſcilicet ſenſibile & inſenſibile. Inter Sortem verò & hunc lapidem eſt diuiſio formalis adhuc maior per communiora principia, ſcilicet per animatum & inanimatum. Et ſic ſemper aſcendendo intenditur diuiſio formalis: adeò quòd inter Sortem & hanc albedinem eſt maxima diuiſio formalis vtporè per propria & communiſsima principia eſſentialia, ſcilicet ſubſtantiuum & diſpoſitiuum modos entis prædicamentorum conſtitutiuos.

¶ Similiter per omnia de vnitate dicendũ eſt. Vnitas. n. eſt duplex. Quædam numeralis, & quædam formalis. Vnitas numeralis attẽditur penes priuationẽ diuiſionis numeralis. Vnitas aũt formalis attẽditur penes priuationem diuiſionis formalis: & hęc habet latitudinem. Quædã enim priuat diuiſione formali omnino cauſabili per principia propria communia: & hæc eſt vnitas formalis ſimpliciter. Quædam verò priuat diuiſione formali non ſimpliciter, ſed taliter cauſabili, ſ. per principia communia: & hæc eſt vnitas formalis ſecundum quid, & habet latitudinem ſecundũ ꝙ diuiſio priuata cauſabilis eſt à magis & minus communibus principijs eſſentialibus: verbi gratia, Sortes eſt vnus numero: quia non eſt per materiales differentias in ſe diſtinctus. Homo eſt ſimpliciter vnus formaliter: quia non compatitur ſecũ diuiſionem formalem quamcunque. Animal verò eſt vnum formaliter, inquantum non compatitur ſecum diuiſionem per ſenſibile & inſenſibile; non tamen habet vnitatem ſimpliciter, quia compatitur ſecum diuiſionem per rationale & irrationale. Corpus verò eſt minus vnum formaliter: eſt enim vnũ, quia non eſt in ſe diuiſum & corporeum & incorporeum. Eſt autem minus vnum, quia compatitur ſecum diuiſionem formalem maiorem, ſcilicet per animatum & inanimatum. Ens autem minimè eſt vnũ; vnum quidem eſt pro quanto non eſt in ſe diuiſum proportionaliter: minimè verò pro quanto tantam diuerſitatem formalem cũ ſua vnitate compatitur. Ex his patet primum, quid ſcilicet ſit vnitas quælibet: quia ſcilicet vnitas eſt indiuiſio, & talis vnitas eſt talis indiuiſio, id eſt diuiſionis priuatio: ita quòd nihil aliud eſt dicere, Sortes eſt vnus numero, niſi Sortes eſt ens carens diuiſione numerali. Homo eſt vnus formaliter, id eſt homo eſt ens carens diuiſione formali. Hæc de primo.

Vnitas eſt ens reale quæ exiſtit extra ſuas cauſas.

Quò ad ſecundum eſt ſciendum, ꝙ ens reale dupliciter accipitur. Vno modo vt diſtinguitur contra ens ab intellectu fabricatum. Alio modo vt diſtinguitur contra non exiſtens actu. Primo modo omnis res prædicamentalis eſt ens reale ſiue ſit, ſiue nõ. Secundo modo id tantùm quòd realiter exiſtit extra cauſas ſuas, eſt ens reale. Et quia hoc propriè eſt ens reale apud ſanctum Thomam dicentem in quæſtionibus de potentia Dei, quæſtione 3. articul. 5. ad ſecundum, quòd res antequam exiſtat, eſt nihil, & eſt ſententia hæc conformis Ariſtoteli in prædicamentis dicenti, quòd deſtructis primis ſubſtantijs, impoſsibile eſt aliud remanere: ideo vnitas ſicut & cætera realitatem habet propriè loquendo: pro quanto ipſa exiſtit actu extra animam & cauſas ſuas.

Potentiæ q. 3. ar. 5. & in prædicamẽto ſubſtantiæ.

Quo ad tertium propono tres propoſitiones. Prima eſt, Quælibet vnitas ſupradicta, tam ſcilicet numeralis, quàm formalis exiſtit extra animam. Secunda eſt, Nulla vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exiſtit in rerum natura. Tertia eſt. Omnis vnitas formalis exiſtens extra animam multiplicatur realiter ad multiplicationem ipſarum rerum. Prima propoſitio eſt adeò manifeſta, quòd nullus ſanæ mentis poteſt eam negare. In Sorte enim præter omnem intellectus operationem apparet vtraque vnitas. Caret enim in ſeipſo diuiſione numerali & formali cauſabili per principia propria & communia: & ſic indiuiſionem numeralem & formalem habet. Vnde in Sorte non eſt ſola vnitas numeralis, ſed formalis multiplex ſecundum multitudinem prædicatorum quidditatiuorum: & ſicut non ſola indiuidualitas Sortes eſt extra animã, ſed quodlibet eius prædicatum quidditatiuum: ita non ſola vnitas numeralis, ſed quælibet eius vnitas formalis extra animam dicenda eſt eſſe.

Probatur prima propoſitio.

Ad intelligentiam verò ſecundæ eſt notandum ꝙ res poteſt intelligi communis extra animam dupliciter. Vno modo poſitiuè, alio modo negatiuè. Illa res eſt communis poſitiuè, quæ indiuiſa manens in pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis inuenitur. Illa verò eſt communis negatiuè, quæ nulli ſuppoſito eſt propria. Primo modo rem communem nullam recolo aſſerentem dari extra animã niſi eſſentium diuinam ſecundum fidem Chriſtianam. Secundo modo videtur à quibuſdam poni res extra animam cõmunis, de quibus ſermo erit infrà: & quia hoc alienum à veritate mihi videtur: ideo de tali communitate intelligendo ſecundam propoſitionem probo dupliciter.

Probatur ſecũda propoſitio.

¶ Primo ſic, Nulla res exigens quidditatem ſolitariè inueniri extra animam exiſtit in rerum natura: ſed vnitas communis extra animam, negatiuè pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis eſt res exigẽs quidditatem ſolitariè inueniri extra animam. ergo nulla vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter

taliter

raliter diſtinctis exiſtit in rerum natura. Maior ſic probatur. Nullum exigens ad ſuu exiſtere aliquod impoſsibile inuenitur: ſed quidditatem extra animã ſolitariè inueniri eſt impoſsibile. oportet enim ipſam eſſe in aliquo ſuppoſito. ergo id quod exigit ipſam ſolitariè inueniri, nunquam exiſtit in rerum natura. Minor autem probatur ſic: Id, quod exigit quidditatem non propriam alicui ſuppoſito extra animam, exigit ipſam ſolitariè exiſtentem. Sed vnitas hominis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exigit quidditatem non propriam alicui ſuppoſito. ergo vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exigit quidditatem ſolitariè inueniri in rerum natura. Huius præallegati præmiſſæ notæ ſunt ex terminis. Maior quidem: quia quidditas non propriè alicui ſuppoſito neceſſario eſt ſolitariè. ſi enim non eſt ſolitariè, eſt in aliquo ſuppoſito: & ſi eſt in aliquo ſuppoſito, eſt propria illi. Minor verò patet: quia commune & proprium ſunt oppoſita commune enim includit negationem proprij, & econuerſo. Statim enim vt res appropriata eſt alicui communis negatiuè, eſſe deſinit, eo q negatione appropriationis caret: & ſtatim vt communis negatiua eſt appropriata alicui, non eſt, eo q negationem appropriationis habet. Oppoſitum ergo prædicati infert oppoſitum ſubiecti in vtraque præmiſſa.

In hac q.

¶ Præterea ſecundò probo ſic: Omnis res exiſtens in rerum natura eſt res particularis. Nulla vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis eſt res particularis. ergo nulla talis vnitas eſt in rerum natura. Maior eſt nota ex communi Peripateticorum ſententia. Minor probatur ſic: Omnis res particularis eſt alicui vni ſuppoſito propria: aliter non eſſet particularis. Nulla vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis eſt alicui vni ſuppoſito propria. Hoc patet ex terminis ergo nulla talis vnitas eſt particularis.

Probatur tertia propoſitio.

¶ Tertia propoſitio probatur ſic: Quotieſcunq; aliqua duo ſunt conuertibiliter idem realiter, multiplicato realiter vno, multiplicatur & reliquum: ſed res vna & vnum ſunt conuertibiliter idem realiter: ergo multiplicata realiter multiplicabitur realiter & eius vnitas. Sed pluralitas numeralis eſt realis. ergo pluraficata re numeraliter pluraficabitur & eius vnitas. vnde in Sorte & Platone ſicut ſunt duæ corporeitates, animalitates & humanitates, ita ſunt duæ vnitates formales ſequentes corporeitates, & duæ ſequentes animalitates, & duæ ſequentes humanitates. Oportet enim ſecundum numerum prædicatorum eſſentialium eſſe numerum vnitatum formalium in quolibet indiuiduo. Sicut enim quodlibet prædicatum quidditatiuum dat aliquid eſſe: ita dare oportet aliquam vnitatem, vnum enim & ens idem ſunt, vt dicitur quarto Met. tex. com. 3.

T. com. 3.

¶ Ex his patet tertium, quomodo ſcilicet vnitates habeant eſſe extra animam: quia ſunt non communes, ſed particulatæ & multiplicatæ numeraliter iuxta numerum indiuiduorum quorum ſunt. Hæc de tertio.

Natura abſolutè ſumpta habet vnitatem formalem ſcilicet genericã, vel ſpecificã habet: non quidem formaliter, ſed quia alis vnitatis fundamentum eſt: nullo autẽ modo vnitatẽ vel pluralitatem numeralẽ habere dicitur.

Quò ad quartum dico, q natura abſolutè ſumpta habet vnitatem quandam: vt efficaciter concludit ratio adducta, quæ eſt ſancti Thomæ, in tractatu de Natura generis.

¶ Et quando quæritur, aut illa vnitas eſt numeralis, aut ſpecifica dico, quod eſt vnitas formalis, quæ alia eſt à numerali: ſicut diuiſio formalis alia eſt à materiali. Nec illa vnitas formalis eſt ſpecifica aut generica formaliter: ſed eſt fundamentum vnitatis ſpecificæ & vnitatis genericæ. Hæ enim vnitates formaliter ab intellectu ſiunt: illa verò omnem actum intellectus præuenit. Quod autem in litera dicitur, quod natura abſolutè ſumpta, nec eſt vna, nec eſt plures intelligendum eſt de vnitate & pluralitate numerali.

¶ Ad id verò quòd dubitationi additur, an iſta vnitas ſit realis, aut non, dico quod ſecundum ſe eſt realis primo illorum modorum, quos ſuprà poſuimus, accipiendo ens reale ſicut & natura ipſa abſolutè ſumpta: & ſicut natura ſecundum eſſe in ſingularibus eſt ens reale ſecundo modo, ita vnitas illa, quæ ſemper naturam comitatur, in particularibus poſita eſt realis verè & propriè. Idem enim eſt iudicium de natura & eius vnitate. Hæc de quarto.

Quò ad quintum duo dubia propria occurrunt. Primum eſt circa ſecundam propoſitionem, in qua dictum eſt, q nulla eſt vnitas communis extra animam. Secundum eſt circa id quod nunc dictum eſt: qua ſcilicet alietate ſit alia vnitas formalis à numerali in Sorte.

In hac q.ſtione.

¶ Contrà primum enim inſtatur ſic. Quæcunque ſuppoſitaliter diſtincta ſunt vnum formaliter extra animam, habent aliquam vnitatem communem eis extra animam, Sortes & Plato ſunt vnum formaliter extra animam: ergo Sortes & Plato habent aliquam vnitatem ſibi communem extra animam. Maior ex eo videtur manifeſta, quòd ſi aliqua ſuppoſitaliter diſtincta ſunt vnum, in eo in, quo ſunt vnum non diſtinguuntur: & ſic illud vnum eſt commune vtrique extra animam, ex quo ſic ſunt vnum.

¶ Præterea, Humanitas quæ eſt in Sorte, quantum eſt ex ſe, non eſt determinata ad Sortem vel Platonem: ergo vnitas formalis humanitatis, quæ eſt in Sorte quantum eſt ex ſe, eſt communis negatiuè Sorti & Platoni. Conſequentia eſt nota: quia etiam vnitas formalis non eſt determinata quantum eſt ex ſe ad Sortem & Platonem. Antecedens autem de ſe eſt manifeſtum: datur ergo extra animam aliqua vnitas communis negatiuè pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis.

Circa ſecundum dubium videtur, quòd inter vnitatem formalem & vnitatem numeralem in Sorte exiſtentem ſit alietas realis: quia quarumcunq; priuationum habitus diſtinguuntur realiter, ipſæ quoque diſtinguuntur: ſicut quia viſus & auditus diſtinguuntur realiter, cæcitas etiam & ſurditas realiter differunt: ſed vnitatis formalis & numeralis habitus diſtinguuntur realiter: ergo, &c. Patet iſta quia diuiſio formalis & diuiſio numeralis adeò diſtinguuntur, quòd in rebus ſeparatis à materia formalis ſine numerali inuenitur: & in iſtis inferioribus indiuidua eiuſdem ſpeciei numeralem diuiſionem abſque formali habeant.

¶ Ad oppoſita verò reſpicienti apparebit, quòd ſit alietas rationis tantùm: quia ſicut ſe habet natura formalis ad naturam indiuidualem, ita vnitas formalis ad vnitatem numeralem: ſed natura formaliter ſumpta eſt eadem naturæ numeraliter ſumptæ, & non niſi ratione ab ea diſtinguitur: ergo vnitas formalis eſt eadem realiter vnitati numerali, & non niſi ratione ab illa eſt alia.

Pro diſſolutione primi dubij nota, quòd aliqua duo ſuppoſitaliter diſtincta eſſe vnum formaliter cõtingit dupliciter. Vno modo per hoc, quòd illa duo adunentur in aliquo extra animam communi vtrique indiuiſo in vtroque illorum. Alio modo per hoc, quòd illa duo habeant mutuam negationem inter ſe diuiſionis formalis. Exemplum primi non inuenio in rerum natura, niſi (vt dictum eſt) ſecundum fidem Chriſtianam in Trinitate. Exemplum ſecundi inuenitur in omnibus indiuiduis eiuſdem ſpeciei. Sortes enim nullo intellectu conſiderante, ha-

bet

bet hanc negationem: ſcilicet quòd non eſt diuiſus à Platone formaliter, & Plato ſimiliter non eſt diuiſus à Sorte formaliter. Et quia ad eos eſſe vnum formaliter, nihil aliud requiritur, quàm eſſe indiſtinctos formaliter: ideo ſimpliciter verum eſt Sortem & Platonem eſſe vnum formaliter extra animam. Committitur ergo fallacia Conſequentis in argumento à ſuperiori ad ſuum inferius affirmatiuè, eſſe enim vnum formaliter eſt ſuperius ad habentia aliquod commune indiuiſum in eis extra animam, & ad habentia duas naturas cum mutua negatione diuiſionis formalis. Non enim eſt imaginandum Sortem & Platonem eſſe vnum formaliter, quia conueniant in aliquo, in quo non diſtinguuntur extra animam: ſed ideo, quia vterque negatione diuiſionis formalis ab altero gaudet. Vnum enim formaliter nihil aliud eſt, quàm non diuiſum formaliter. Et quod dicimus de vnitate formali ſimpliciter inter Sortem & Platonem, intellige de vnitate formali ſecundum quid inter Sortem & hunc leonem, & hunc lapidem, & hanc intelligentiam, &c. Sicut enim quia Sortes & Plato habent duas naturas, inter quas non cadit diuiſio formalis, ideo ſunt indiſtincti formaliter ſimpliciter extra animã: ita quia inter Sortis & huius leonis naturas non cadit diuiſio formalis talis qualis nata eſt cauſari per ſenſibile, & inſenſibile ideo Sortes & hic leo ſunt indiſtincti formaliter ſecundum quid. Ita etiam quia inter Sortem & hunc lapidem nõ eſt diuiſio formalis per corporeum & incorporeum, ideo Sortes & hic lapis ſunt indiſtincti formaliter ſecundum quid: ita quoque quia inter Sortem & Gabrielem non eſt diuiſio formalis, qualis nata eſt cauſari per modos entis, ſcilicet per ſe & in alio: ideo Sortes & Gabriel ſunt indiſtincti formaliter ſecundum quid: & conſequenter ſunt vnum formaliter abſque omni opere intellectus: iam enim pluries dictum eſt, vnum idem ſonare quod ens indiuiſum.

¶ Ad ſecundum dico, quòd aliud eſt dicere, natura humana exiſtens extra animam ſecundum ſe eſt communis pluribus negatiuè, ſeu indifferens negatiuè. Et aliud eſt dicere, natura humana exiſtens extra animam eſt communis pluribus ſeu indifferens negatiuè, prima enim eſt vera, ſecunda verò eſt falſa. Et veritas primæ patet ex ſupradictis, vbi diximus quòd natura, quæ eſt extra animam, puta natura Sortis, ſecundum ſe, id eſt ſolitariè ſumpta, non eſt determinata, neque appropriata alicui, & conſequenter eſt indifferens ſeu communis negatiuè. Falſitas autem ſecundæ patet ex eo, quòd omnis propoſitio eſt ſimpliciter falſa, in qua prædicatum repugnet ſubiecto ratione conditionis explicitè importatæ in illo: ſicut iſta eſt ſimpliciter falſa, Ignis non approximatus combuſtibili comburit: quia comburere repugnat igni non approximato paſſo. Sed illa propoſitio ſecunda, ſcilicet natura exiſtens extra animam eſt communis pluribus negatiuè, eſt huiuſmodi: ergo iſta eſt falſa.

In hac q.

Ad euidentiam minoris ſcito, quòd cùm dico natura ſecundum ſe, ſeu natura abſolutè, dico duo, ſcilicet naturam & ſolitudinem, & eius conditionem. Similiter cùm dico, natura exiſtens extra animam, dico duo, ſcilicet naturam & particularem exiſtentiam ibi coniunctam, & eius conditionem. Vnde aliquid conuenit ſiue repugnat naturæ abſolutè ratione naturæ, & aliquid ratione ſolitudinis. Similiter aliquid conuenit ſiue repugnat naturæ exiſtenti extra, ratione naturæ & aliquid ratione aſſociationis eius ad particulare. Cùm igitur communitas negatiua, quæ eſt prædicatum in propoſitione noſtra, non conueniat naturæ abſolutè ratione ſui, ſcilicet naturæ, quia non eſt eius prædicatum quidditatiuum, ſed conueniat ei ratione explicitæ conditionis per ly ſecundum ſe, ſeu ly abſolute, quæ eſt ſolitudo (ex hoc enim natura eſt communis negatiuè; quia ſolitariè accipitur abſque determinatione ad hoc, vel illud) oportet quòd repugnet naturæ ſub oppoſita conditione ſumpta ratione illius oppoſitæ conditionis. Explicat autem conditionem oppoſitam ſolitudini natura exiſtens extra: eo quòd explicat coniunctionem eius ad particularem exiſtentiam, quæ ſolitudinem illius tollit. Et ideo communitas negatiuè repugnat naturæ exiſtenti extrà: non ratione naturæ, ſed ratione conditionis explicitæ per ly exiſtenti extra animam: & conſequenter propoſitio illa, in qua ſubiectum erat natura exiſtens extrà, & prædicatum erat communitas negatiuè, eſt ſimpliciter falſa. Statim enim, vt natura perdit ſolitudinem, communitatem quoque perdere cogitur. Amittit autem ſolitudinem, quàm primùm in alio eſt.

¶ Vnde apparet reſponſio ad argumentum, quòd licet tam natura quàm vnitas formalis, quantum eſt ex ſe, id eſt ſolitarie, ſit communis negatiuè: ipſa tamen exiſtens extra, non eſt communis: ſicut ipſa, quantum eſt ex ſe, non eſt cum alio: ipſa tamen exiſtens extrà neceſſariò eſt cum alio. & ſic non licet inferre, ipſa quantum eſt ex ſe non eſt cum alio, ergo ipſa exiſtens extrà non eſt cum alio: ita non licet inferre, Ipſa quantum eſt ex ſe, eſt communis negatiuè, ergo ipſa exiſtens extrà, eſt communis negatiuè. Vtrobique enim idem peccatum accidit, & eſt ſecundum fallaciam accidentis. Et ſi hoc intuitus fueris, videbis in quo differt poſitio Scoti in ſecundo ſen. di. 3. quæſt. 1. à poſitione noſtra: & vnde in talem opinionem incidit. Dicit enim ipſe naturam ſpecificam, puta humanitatem ratione ſui ſequi hæc duo, ſcilicet vnitatem formalem & communitatem negatiuam ſeu indifferentiam ad plura numero. Dicit namque in fine illius quæſtionis, quòd non oportet quærere cauſam, quare natura ſit cõmunis: quia natura ipſa eſt cauſa ſufficiens ſuæ communitatis: ſed bene oportet quærere cauſam, quare ſit ſingularis: quia non ex ſe eſt ſingularis: & ideo ſicut extra animã inuenitur natura vna formaliter: ita inuenitur natura cõmunis pluribus. Nos autem in primo non diſſentimus, ſed in ſecundo. Dicimus enim naturam ratione ſui ſequi vnitatem formalem: ſed cõmunitatem negatiuam fatemur non ſequi eam ratione ſui; ſed ratione ſolitudinis ſuæ: ſicut ſingularitatem ſequi eã diximus ratione aſſociationis eius ad exiſtentiam. Et quia conditio ſolitudinis non cõuenit naturæ ratione ſui, nec ratione ipſius eſſe, quod habet extra animam, ſed ratione intellectus, qui natus eſt adunata diuidere: ideo ante omnem actum intellectus nulla communitas in natura inuenitur. Et ſicut quærenda eſt cauſa, vnde habeat natura eſſe ſolitarium, & eſſe extrà: quia de ſe neutrum habet: ita quærenda eſt cauſa, vnde habeat natura communitatem & ſingularitatem: de ſe enim neutrũ habet.

Sco. 2. di. 3. q. 1.

¶ Cauſa autem vnde falſitas in hac Scotica proceſſit opinione, videtur duplex. Prima eſt æquiuocatio illius termini, ex ſe, ſeu, de ſe. Poteſt enim vtrũque eorum accipi dupliciter. Vno modo poſitiuè: & ſic dicit aliquam habitudinem cauſæ. Alio modo negatiuè: & ſic dicit ſolitudinem, id eſt non cum alio, & primo modo intellexit naturam eſſe communem ex ſe: ita quòd ipſa eſt ſibi ſufficiens cauſa ſuæ communitatis, vt ex verbis eius ibi patet: cùm tamen debuiſſet intelligere ſecundo modo: natura enim ex ſe, id eſt non cum alio, eſt indifferens & communis: ſicut quando dicitur, natura ex ſe eſt ſola. ly ex ſe, non

Cauſa duplex erroris poſitionis Scotiſtarum.

ſe, non dicit aliquam cauſalitatem, ſed tantùm negationem coniunctionis cum alio.

Secunda. ¶ Secunda cauſa eſt diſtantia inter propoſitionem negatiuam & affirmatiuam de prædicato infinito, reduplicatione addita. Licet enim ex affirmatiua de prædicato infinito ſequatur negatiua, & ècõuerſo, vt dicitur in ſecundo Petihermenias, quando non ſunt replicatiuæ, cum reduplicatione: tamen licet ex affirmatiua de prædicato infinito ſequatur negatiua de prædicato finito: non tamen econtrà. Hanc enim, Homo in eo quòd homo non eſt albus, Cap. 1. non ſequitur iſta, Homo in eo quòd homo eſt non Lec. 3. albus. Si enim homo in eo quòd homo eſſet non albus, nunquàm homini coniungi poſſet albedo: quia quod conuenit alicui, ſecundum quòd ipſum, conuenit ei ſemper neceſſariò & per ſe. Apparet autem in hoc defeciſſe manifeſtè proceſſum Scoticum: cùm enim commune negatiuè idem ſonet quod non proprium, argumentatus eſt ſic, Natura, puta humanitas, inquantum talis, non eſt propria alicui: ergo humanitas inquantum humanitas, eſt non propria: vbi expreſsè patet defectus prædictus. Et quòd ſic proceſſerit, patet ex ſuo proceſſu. Concluſio enim ſua eſt affirmatiua de prædicato infinito, cùm concludat, ergo natura ex ſe eſt communis, id eſt non propria. Antecedens verò eſt negatiuum, ſcilicet natura non eſt de ſe hic, id eſt propria alicui. Similiter patet ex alio proceſſu quem ibi inducit, ſcilicet humanitati Sortis ratione ſui non repugnat eſſe in alio, ergo humanitas Sortis ex ſe eſt communis: vbi apertè patet prædictus defectus. Reduplicationem enim in primo proceſſu ſonat ly ex ſe, ſeu de ſe, in ſecundo ly ratione ſui, &c. Et hoc eſt valde notandum in hac materia, & in materia de vniuerſalibus: eo quòd hinc omnia pendent. Attentum ergo oportet eſſe, quòd hæc propoſitio, Natura ex ſe eſt communis, ſi debet eſſe vera, oportet quòd tam ly ex ſe, quã ly communis, teneatur negatiuè ſecundum viam noſtram, & veritatem: & tunc idem eſt, ac ſi dicatur, Natura non cum alio ſumpta, eſt non propria alicui: quod patet eſſe verum. Secundum verò Sco. ly ex ſe, tenetur poſitiuè, & malè: & ſenſus eſt, Natura ratione ſui ſiue inquantum talis eſt non propria alicui: quod eſt manifeſtè falſum.

¶ Attentior adhuc ſis, quòd aliud eſt dicere, natura, puta humanitas, inquantum huiuſmodi, non eſt propria alicui. Et aliud eſt dicere, humanitas, inquantum huiuſmodi, eſt non propria ſeu communis, quod idem ſonat in propoſito. Prima enim eſt vera: quia humanitati in eo, quòd humanitas, non conuenit quòd ſit appropriata alicui. Secundum verò patet eſſe falſum ex eadem radice: quia humanitati in eo quòd humanitas, non conuenit, quòd ſit non appropriata alicui. Abſtrahit enim ab vtroque, ſcilicet ab eſſe proprio & ab eſſe non proprio. Si enim humanitas in eo quòd humanitas, eſſet non appropriata, nunquam humanitas eſſet appropriata alicui, quia vt dictum eſt ex primo Poſteriorum, quod conuenit alicui ſecundum quod ipſum, præ- T. c. 12. ſupponit de omni, neceſſarium & per ſe. Quòd autem naturæ ratione ſui non conueniat illa communitas, licet ſuprà indirectè probatum fuerit, vbi duabus rationibus deducta eſt falſitas illius propoſitio- in hac q. nis, Vnitas exiſtens extra animam eſt communis pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis: ad falſitatẽ enim huius ſequitur falſitas illius: quia quod non conuenit rei extra animam, non conueni ei ratione ſui. Directè tamen nunc probo ſic, Omne quod ſequitur aliquam naturam ratione ſui, prædicatur ſimpliciter, id eſt ſine aliqua additione de ſuppoſito illius naturæ: ſed communitas ſequitur naturam humanam per te ratione ſui, ergo communitas prædicatur ſimpliciter, id eſt ſine aliqua additione de ſuppoſito naturæ humanæ. Proceſſus bonus in tertio primæ: concluſio autem eſt falſa, ergo altera præmiſſarum: non Maior, vt declarabitur: ergo Minor, quæ eſt poſitio tua. Falſitas concluſionis patet: quia iſta eſt ſimpliciter falſa, Sortes eſt communis pluribus: & ſi addatur ly ex ſe, adhuc eſt falſum dicere, Sortes ex ſe eſt communis pluribus. Veritas Maioris declaratur ſic. Quod ſequitur naturam ratione ſui aut eſt paſsio, aut modus, aut prædicabile per ſe, aut per accidens, aut ſeparabile, aut inſeparabile. Modò omnia iſta, ſi comitantur naturam ratione ſui, ita ſe habent quòd ſicut natura prædicatur eſſentialiter de indiuiduo, puta homo de Sorte, ita iſta prædicantur denominatiue in ſuo ordine de ipſomet indiuiduo: vt patet diſcurrendo.

¶ Et confirmatur hoc, quia in propoſito noſtro naturam humanam ſequuntur vnitas formalis & cõmunitas ratione ſui ſecundum te. Vnde neutrius eſt alia cauſa quærenda niſi natura ipſa. ergo ſicut vnitas formalis prædicatur ſimpliciter de Sorte: iſta enim eſt ſimpliciter vera, Sortes eſt vnus formaliter, ita communitas prædicabitur de Sorte ſimpliciter dicendo, Sortes eſt communis. Hoc eſt falſum, ergo &c. Quænam eſt maior ratio de vnitate quàm de communitate, & quare eorum, quæ ſequuntur naturam ratione ſui, alia prædicentur de indiuiduis, alia non? Non enim erit facilè fingere rationes Scoti, quas ibi facit: quia non concludunt communitatem dari extra animam ſed vnitatem: ideo ſuperfluum indicaui adducere. Si quæ autem ex eis aut expoſitis ab eodem in ſeptimo Meta. ad communitatem probandam adducerentur, non erit difficile ſumere reſponſionem ex dictis ad duas illarum hic inductas.

Ad ſecundi dubij euidentiam ſciendum, quòd Ad ſecundum dubium. vnum, cùm dicat ens indiuiſum, importat aliquid poſitiuum, & aliquid priuatiuum. Si loquamur de vnitate formali, & vnitate numerali ſubſtãtiali, quo ad propoſitum quod important, ſic ſunt idem realiter & diſtinguuntur ſola ratione. Sic idem realiter ſunt Sortes & homo: & ratione diſtinguuntur: eo quòd eadem res eſt vna formaliter & numeraliter. Si autem loquamur de his vnitatibus, quo ad priuationes diuiſionum importatas, ſic dico ꝙ diſtinguũtur realiter: dũmodo non fiat vis in hoc, ꝙ diſtinctio realis ſit paſsio entis realis: eo ꝙ alia priuatio eſt priuatio diuiſionis formalis: & alia eſt priuatio diuiſionis numeralis. Sicut alia eſt diuiſio formalis, & alia eſt diuiſio numeralis. Nec inconuenit in vno eſſe plures vnitates ſubſtantiales realiter diſtinctas, quoad priuationes importatas: eſſet autem impoſſibile in vno eſſe plures vnitates ſubſtantiales realiter diſtinctas quoad res poſitiuas, quas important. Vnde vtriuſque rationis adductæ concluſio concedenda eſt, diuerſimodè loquendo: nec aliter reſpondere eſt opus.

QVAESTIO.

Num Natura abſolutè ſumpta ſit illa, quæ prædicetur de indiuiduis.

DVBIVM eſt tertiò circa aſsignationem Dubium tertium. quartæ differentiæ: non enim videtur verum, ꝙ natura abſolutè ſit illa quæ prædicatur de indiuiduis: quia natura abſolutè ſumpta, non eſt vniuerſalis, neque communis. In huiuſmodi autem propoſitionibus, Sortes eſt homo, &

mo, &

mo.& Sortes eſt animal,& ſimilibus prædicatur vniuerſale,& ſuperius de particulari & inferiori. Similiter etiam cùm quæritur,an iſta prædicatio, Sortes eſt homo,ſit æqualis de æquali, vel inferioris de inferiori non videtuc poſſe reſponderi, tenendo quòd natura abſolutè prædicatur cùm illa, nec æqualis, ne ſuperior ſit.

¶ Ad hoc dicendum eſt, quòd ſicut in naturæ extra eſt conſiderare ipſam rationem agendi: & eſt cõſiderare conditionem eius ſine qua non operatur. Verbi gratia,in colore conſideratur natura eius, ex qua eſt viſibilis & conſideratur particularitas, quæ eſt conditio, ſine qua non eſt viſibilis. Ita in natura prædicabili eſt conſiderare duo, ſcilicet id quod prædicatur & attribuitur ſubiecto & conditionem ſine qua non attribuitur illi. Sicut in hac propoſitione, Sortes eſt homo, id quod attribuitur ſubiecto, eſt ipſa natura humana: & nihil aliud. Conditio verò ſine qua ly homo, non prædicatur de Sorte, eſt eſſe vniuerſale ſuperius commune, vel aliud huiuſmodi: vt enim infrà patebit, & habetur ab Ari.7. Metaph. tex com. 46. Nulla res prædicatur, niſi vt habet eſſe in intellectu, eo ꝙ prædicatio ab intellectu dependet. Vnde ad dubium dico, ꝙ natura ſecundum ſuã rationem eſt id quod prędicatur de ipſo indiuiduo. Eſt enim prædicatio rei de re. Superioritas tñ & vniuerſalitas &c. huiuſmodi, ſunt conditiones eius. Et ideo ad interrogationem, an in illis prædicationibus ſit prædicatio æqualis vel ſuperioris, dico ꝙ eſt prædicatio ſuperioris.

In fine huius capit. T.c.46.

¶ Nec obſtat, quòd ſuperioritas non inſit naturæ abſolutè quæ prædicatur: quoniam non dicit ſan. Thom. quòd naturæ abſolutè, prout abſtrahit ab omni eſſe, conueniat hæc conditio, ſcilicet prædicatio de indiuiduis: ſed dicit, quòd res cui conuenit illa conditio, eſt natura abſolutè, & non aggregatũ ex natura & eſſe in intellectu, ſeu in ſingulari. Non enim cũ dico, Sortes eſt homo, eſt ſenſus, Sortes eſt homo ſm eſſe in intellectu, aut in ſingulari: aut ſuperiori, aut æquali: Sortes eſt habens humanitatem.

¶ Vnde valde attendenda eſt diſtinctio inter id quod prædicatur & conditionem prædicati: qua nõ attenta forte decepti ſunt dicentes abſolutè ex hoc textu haberi, quòd iſta, Homo eſt animal: nec eſt prędicatio ſuperioris, nec inferioris, nec æqualis. Senſus ergo literæ eſt, Natura abſolutè quæ prędicatur, id eſt natura ſecundum conditiones ſibi debitas ratione ſui eſt id quod attribuitur ſingularibus: & nõ ſecundum conditiones ſibi debitas ex eſſe in intellectu vel ſingulari, cum quo ſtat, quòd eſſe in intellectu vniuerſalitas & ſuperioritas ſint conditiones, ſine quibus natura ipſa non prædicatur de ſingularibus.

[Non tamen poteſt dici, quòd ratio vniuerſalis conueniat naturæ ſic acceptæ, quia de ratione vniuerſalis eſt vnitas & communitas. Naturæ autem humanæ neutrum eorum conuenit ſecundum ſuam abſolutam conſiderationem. Si enim communitas eſſet de intellectu hominis, tunc in quocunque inueniretur humanitas, inueniretur communitas, & hoc falſum eſt: quia in Sorte non inueniretur cõitas aliqua, ſed quicquid eſt in eo, indiuiduatum eſt.]

Eſſentia abſolutè ſumpta nõ eſt vniuerſalis.

¶ Hic iam ponitur quarta concluſio negatiua, eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ abſolutè ſumpta non eſt vniuerſalis, vt ſpecies, & cætera. Probatur ſic Vniuerſale eſt vnum commune multis: eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſecundum ſe non eſt vna communis multis: ergo eſſentia ſubſtantiæ compoſita ſecundum ſe non eſt vniuerſalis, & cætera. Maior eſt Ariſtotel. ſecundo Poſteriorum. Minor vero probatur ex eo quòd ſi ſecundum ſe eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ eſſet vna & communis, in quocunque inueniretur illa eſſentia, eſſet vna & communis multis, quod eſt impoſſibile. Conſequentia patet ex eo, quòd omne quod conuenit alicui ſecundum ſe conuenit ei in quocunque ponatur: vt ex primo Poſteriorum apparet. Impoſſibilitas autem conſequentis adeò eſt manifeſta, vt Auicen. dicat ſecundo ſuæ Metaphyſicæ, quòd nullus ſanæ mentis poteſt oppoſitum illius opinari. Quis enim eſt adeo fatuus, qui dicat eſſentiam Sortis ſibi communem eſſe & Platoni?

T.c.27.

T.c.11.

SED HIC Occurrit dubium circa propoſitionem illam, ſupra quam fundatur totus proceſſus, ſcilicet, Omne quod conuenit alicui ſecundum ſe, conuenit ei, in quocunque ponatur: videtur enim multas habere inſtantias. Motus enim ſecundum ſe eſt velocitabilis in infinitum: ex ſexto Phyſicorum, textu. Comment. decimoquinto. Motus autem in cælo poſitus, nequaquam, ſed eſt velocitas, vt dicitur ſecundo Cæli, textu. Commenta. vigeſimooctauo. Similiter continuum ſecundum ſe eſt diuiſibile in infinitum: ex ſexto Phyſicorum. text. Comment. tertio. Continuum autem in re naturali poſitum, non. cum omnium natura conſtantium determinata ſit ratio magnitudinis: vt dicitur ſecundo de Anima: text. Comment. quadrageſimoprimo. Similiter motus ſecundum ſe habet contrarium, ex quinto. Phyſicorum. textu. Comment. 8.& 14. Motus autem in cælo poſitus caret contrario: primo Cæli, text. Comment. 20.

T.c.15. T.c.28. T.c.3. T.c.41. T.c.8.& 14. T.c.20.

AD HÆC Et ſimilia dicitur prænotando quòd aliud eſt dicere, A conuenit aliquid ſecundum ſe: & aliud eſt dicere, A non repugnat aliquid ſecundum ſe. Ad veritatem enim primi exigitur, quòd A vendicet ſibi illud in primo, vel ſecundo, vel quarto modo perſeitatis. Ad veritatem ſecundi ſufficit, quòd ipſi A vt ſic, non repugnat illud. Ad veritatem quoque primi ſequitur, illud conuenire ſibi in quocunque ponatur: ad veritatem ſecundi, non. Multa enim ſunt quæ non repugnant animali in eo quòd animal: quæ tamen non inueniuntur in quolibet animali. Quicquid autem conuenit animali in primo, vel ſecundo, vel quarto modo dicendi per ſe inuenitur in omni animali. Vnde in propoſito dico, quòd nulla inſtantiarum adductarum eſt contra propoſitionem aſſumptam, eo quòd omnia, quæ in illis dicuntur, intelligenda ſunt per non repugnantiam & conuenientiam. Cùm enim dicitur, motum eſſe velocitabilem in infinitum, intelligimus motui vt ſic, non repugnare velocitatem in infinitum. Similiter cùm dicitur, continuum eſſe diuiſibile in infinitum, intelligitur continuo vt ſic, non repugnare diuiſibilitatem in infinitum. Similiter cùm dicitur, motum habere contrarium, intelligimus motui, vt ſic, non repugnare habere contrarium.

¶ Quod ſi hoc non placet, dicito, ꝙ aliud eſt dicere, A in eo quòd, A conuenit aliquid: & aliud eſt dicere, A in eo quòd, A non conuenit aliquid: vt patet. Et quòd quicquid conuenit A, in eo, ꝙ A, conuenit omni A: quicquid autem non conuenit A, in eo quod A, nõ oportet negari ab omni A. Riſibile enim non conuenit animali in eo, quòd animal: & tamen non negatur ab omni animali. Conuenit enim animali in homine. Et ſubiungito, ꝙ omnes propoſitiones in inſtantijs adductæ ſunt intelligendæ negatiuè, vt ſit ſenſus: Motus eſt velocitabilis in infinitum, id eſt motus vt ſic, non eſt determinatæ velocitatis. Similiter continuum eſt diuiſibile in infinitũ, id eſt continuũ vt ſic, nõ eſt determinatæ diuiſionis. Similiter motus habet contrariũ, id eſt motus vt ſic

non

non determinat ſibi eſſe abſq; contrariò: & ſic ſecundum vtrũque modum reſpondendi, remanet propoſitio aſſumpta vniuerſaliter vera.

Poſſet tamẽ & aliter dici ad has inſtantias: ſed quia magis ad formam propoſitionis attendo, quàm ad materiam, ideo impræſentiarum pertranſeo.

Eſſentia abſolutè accepta non eſt vniuerſalis vt habet eſſe in ſingularibus.

[Similiter etiã non poteſt dici, quòd ratio generis accidat naturæ humanæ ſecundum illud eſſe, quod habet in indiuiduis, quia non inuenitur in indiuiduis natura humana ſecũdum vnitatem, vt ſit vnum quid conueniens cuilibet, quod ratio vniuerſalis exigit.]

Hic ponitur quinta concluſio negatiua, ſ. eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſecundum eſſe quod habet in ſingularibus, non eſt vniuerſalis, probatur ſic, Vniuerſale eſt vnum in multis, eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſecundum eſſe quod habet in indiuiduis, non eſt vna in multis, ſed diuerſa in multis: ergo eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſecundum eſſe, quod habet in indiuiduis, non eſt vniuerſalis: & conſequenter, nec ſpecies nec genus, nec differentia quæ vniuerſalitatem ſupponunt.

Eſſentia vt habet eſſe in intellectu, eſt vniuerſalis, vel vt genus vel ſpecies vel differentia.

[Relinquitur ergo quòd ratio ſpeciei accidat naturæ humanæ ſecundum illud eſſe, quod habet in intellectu. Ipſa enim natura habet eſſe in intellectu abſtractum ab omnibus indiuidualibus, & habet rationem vniformem ad omnia indiuidua, quæ ſunt extra animam: prout eſſentialiter eſt imago omnium: & inducens in cognitionem omnium, in quantum ſunt homines, & ex hoc quòd talem relationem habet ad omnia indiuidua, intellectus adinuenit rationem ſpeciei, & attribuit ſibi; vnde dicit Commen. primo de Anima, quòd intellectus eſt, qui facit vniuerſalitatem in rebus: hoc etiã Auicen. in ſuæ Metaphyſicæ octauo dicit.]

Comm. 8. in medio.

¶ Hic per locum à diuiſione concluditur ſexta cõcluſio affirmatiua determinatiua quæſitæ difficultatis, ſ. eſſentia ſecundum eſſe in intellectu eſt vniuerſalis, genus, ſpecies, differentia, &c. probatur ſic. Vnum in multis & de multis eſt vniuerſale, natura ſecundum eſſe in intellectu eſt vna in multis & de multis: ergo eſt vniuerſale. Probatio Minoris, Vniformiter ſe habens ad multa, vt eſſentialis eorum imago, eſt vnum in multis & de multis; natura ſecundum eſſe in intellectu eſt huiuſmodi, quia habet eſſe abſtractum ab omni difformitate indiuiduorum eſſentialiter eorum cognitionem gignens: ergo, &c.

Ad euidẽtiam huius concluſionis & rationis: quia termini multipliciter dicti ſecundum Ariſt. doctrinã diſtinguendi ſunt Nota primò diſtinctiones terminorum in cõcluſione poſitorum. Eſſe in intellectu contingit dupliciter, ſubiectiuè & obiectiuè. Eſſe in intellectu ſubiectiuè eſt inhærere ipſi, ſicut accidens, ſuo ſubiecto, vt albedo ſuperficiei. Eſſe in intellectu obiectiuè, eſt terminare actũ intellectus. Intellectus eſt duplex in nobis, agens & poſſibilis, vt dicitur tertio de Anima. text. Com. 17. Intellectus agẽs eſt ille, qui abſtrahit ſpeciem intelligibilem à phantaſmatibus. Intellectus poſſibilis eſt ille, qui intellectionem recipit in ſe. Vniuerſale eſt duplex, repræſentando & in prædicando. Vniuerſale in repræſentando in propoſito eſt quod repræſentat rem, non repræſentando conditiones eius indiuiduales. Vniuerſale in prædicando eſt illud quod prædicatur de multis differentibus ſecundum eſſe.

T. c. 17.

¶ His viſis, ſcito concluſionem illam, ſ. natura ſecundum eſſe in intellectu eſt vniuerſalis, trifariam verificari. Primò ſic, Natura ſecundum eſſe obiectiuum in intellectu agente eſt vniuerſalis in prædicando. Secundo ſic, Natura ſecundum eſſe ſubiectiuum in intellectu poſſibili eſt vniuerſalis in repræſentando. Tertiò ſic, Natura ſecundum eſſe obiectiuum in intellectu poſſibili eſt vniuerſalis in prædicando.

¶ Sciendum eſt ſecundò, quòd res extrà, ſecundum quòd eſt actu intelligibilis eſt obiectiuè in intellectu agente: ſic enim terminat eius actionem, quia ad hoc poſitus eſt ab Ariſt. intellectus agens, vt faciat rẽ intelligibilẽ in potẽtia, intelligibilẽ in actu, vt Cõ. dicit tertio de Anima. Cõ. 18 Fit aũt actu intelligibilis res extrà ab intellectu agẽte, nõ per hoc quòd recipiat, aut perdat aliquid ſecũdum eſſe per illius actionem, ſed ex hoc quòd eius ſpecies intelligibilis producitur ab intellectu agente. Per hãc enim res extrà repræſentatur nõ repræſentatis conditionibus indiuidualibus: cum quibus in potentia intelligibilis erat non in actu. Vnde ipſa productio ſpeciei intelligibilis eſt factio rei extra intelligibilis in actu. Habet enim ratio illa duos terminos. Vnum intra animam, ſ. ſpeciem intelligibilem, quæ realiter producitur de nouo in intellectu poſſibili. Et alium extra, ſ. rem, cuius eſt illa ſpecies quæ nihil reale ex hoc acquirit, ſed tantùm denominationem extrinſecam, ſ. quòd eſt abſtracta ab hoc, & nunc, quòd eſt actu intelligibilis, &c.

Com. 18.

¶ Natura autem extrà, ſecundum, quòd eſt actu intellecta, eſt obiectiuè in intellectu poſſibili: ſic. n. terminat eius actionem, quæ eſt intelligere. Fit autem & eſt actu intellecta res extrà, non per hoc quòd aliquid accipiat, aut amittat per actionem intellectus poſſibilis, ſed ex hoc quòd conceptus eius formatur ab intellectu poſſibili: tunc enim res intelligitur, quã do eius conceptum formamus. Vnde ipſa conceptus formatio eſt factio rei extrà actu intellectæ: habet enim & hæc actio duos terminos. Vnum intra animam, ſ. conceptum, qui realiter fit, qui nihil aliud eſt quàm expreſſa ſimilitudo rei, rem præſentem obiectaliter faciens intellectui poſſibili. Et alterum extrà, ſcilicet rem, quæ ex producto conceptu extrinſecè denominatur actu intellecta.

¶ Ex his patet, quæ ſit differentia, & quæ ſit conuenientia inter rem obiectiuè in intellectu agente & intellectu poſſibili. Differentia ſiquidem eſt, quia ex hoc quòd obiectiuè in intellectu agente ſit, & eſt actu intelligibilis, non autem actu intellecta. Ex hoc verò quòd eſt obiectiuè in intellectu poſſibili, quæ iam erat actu intelligibilis, fit actu intellecta. Conueniẽtia autem eſt, quia tam ex hoc quòd eſt obiectiuè in intellectu agente, quàm ex hoc, quòd eſt obiectiuè in intellectu poſſibili, habet quòd ſit repreſentata abſque indiuidualibus conditionibus: & conſequenter quòd ſit abſtracta ab hoc, & nunc, &c.

Sciendum eſt tertiò ex Auic. 5. Meta. c. 1. quòd vniuerſale in prędicando, eſt id quòd in intellectu non eſt impoſſibile prędicari de multis. Et hoc tripliciter poteſt ſe habere. cap. 1.

¶ Primò, quòd illa multa ſint actu in rerum natura: ſicut homo obiectus intellectui eſt vniuerſale reſpectu Sortis & Platonis.

¶ Secundò, quòd illa multa non ſint, poſſint tamen eſſe, ſicut domus heptangula obiecta intellectui eſt vniuerſale reſpectu plurium heptangularum, quę non ſunt, poſſunt tamen eſſe.

¶ Tertiò, quòd illa multa nec ſint nec poſſint eſſe, ſicut luna obiecta intellectui eſt vniuerſale reſpectu plurium lunarum, quas impoſſibile eſt eſſe. Et Gabriel obiectus intellectui eſt vniuerſale reſpectu plurium Gabrielium, quos implicat contradictionem eſſe. Vniuerſale primo modo vocatur à S. Tho. prima parte, quęſt. 13. vniuerſale ſecundum rem & ſecundum rationem: quia res illa realiter eſt in pluribus, & non ſolùm vt obiecta intellectui. Vniuerſale tertio modo vocatur ibidem vniuerſale, ſeu commune ſecundum rationem tantùm: quia res illa non inuenitur realiter in pluribus, ſed vt obiecta intellectui tantùm. Vniuerſale ſecundo modo ibi non diſtinguitur

1. par. q. 13. artic. 9. c.

contra

contra vniuerſale primo modo. Poſſet tamen nomine proprio dici vniuerſale ſecundum rationem & ſecundum rem in potentia tamen. Nec ſolùm nomina ibi imponuntur à S. Tho. ſed & dictorum ratio aſſignatur valde ſubtilis, quæ ſuper quatuor propoſitiones fundatur.

¶ Prima eſt, Vniuerſalitas & prædicabilitas non conueniunt rei ſecundum ſe: nec ſecundum eſſe, quod

In hoc ca. habent extra animam, patet illa ex dictis.

¶ Secunda eſt, Res materialis, quæ ſola per propriam ſpeciem cognoſcitur à nobis, ſecundum quòd eſt in intellectu noſtro, obiectiuè repræſentatur abſq; conditionibus indiuidualibus, patet illa etiam ex dictis.

¶ Tertia eſt, Res immaterialis etiam Deus ipſe ſecundum quod eſt in intellectu noſtro, obiectiuè repræſentatur per modum rerum materialium, ſcilicet non repræſentatis proprietatibus indiuidualibus. Patet illa: quia res illæ non cognoſcuntur à nobis ſecundum quòd in ſeipſis ſunt, ſed per modum rerum materialium: nec per proprias ſpecies, ſed per ſpecies rerum materialium.

¶ Quarta eſt, Res omnis vt repræſentata abſque conditionibus indiuidualibus, non magis reſpicit vnum quàm plura indiuidua. Patet illa: quia vt abſtracta eſt, æqualiter ad vnum & multa ſe habet. Nihil enim fingi poteſt, vnde abſtractum vt abſtractum vnum magis reſpiciat, quàm plura, vel econtrà. Vnde & notanter Auicen. appoſuit in diffinitione vniuerſalis illam particulam, ſecundum quod eſt in intellectu. Multa enim ſunt vniuerſalia, quibus tam ſecundum eſſe extrà, quàm ſecundum propriam rationem repugnat prædicari de pluribus, vt de intelligentiis dicitur.

1.5.q.9. Nulli autem vniuerſali, ſecundum quòd eſt in intellectu repræſentatum, abſque propria & particulari exiſtētia proprietate & hypoſtatica repugnat prædicari de pluribus. Ex quibus formatur talis ratio: Res quælibet & ſola æqualiter ſe habens ad vnum & plura indiuidua eſt vniuerſalis in actu in prædicando: res quælibet ſola vt repræſentata intellectui noſtro, eſt æqualiter ſe habens ad vnum & plura inferiora: ergo res quælibet & ſola vt repræſentata intellectui noſtro, eſt vniuerſalis in actu in prædicando. Maior patet ex diffinitione vniuerſalis aſſignata ab

ca. 7. circa principiū. Ariſt. primo Perihermias. Minor verò quo ad ſecundam partem patet ex prima propoſitione: quo ad primam autem partem ex reliquis tribus.

Ex his corollariè elicio, quòd ad hoc quòd aliquid ſit vniuerſale in actu in prædicando, non exigitur actualis relatio naturæ obiectę ad particularia: ſed ſufficit quòd res ipſa ſit in ea diſpoſitione, ſecundum quam intellectus ad libitum poſſit illam relationem ſibi verè attribuere, nihil addendo preter ipſam actualem relationem.

¶ Iſtis prælibatis, iam patere poteſt concluſio intenta ſecundum omnes tres ſenſus aſſignatos.

Primus ſenſus. ¶ Et pro primo quidem ſenſu argui poteſt ſic, Id quod in intellectu non eſt impoſſibile prędicari de multis, ſeu (vt Ariſtot. verbis vtar) aptum natum eſt predicari de multis, eſt vniuerſale in prędicando: ſed res ſecundum eſſe obiectum in intellectu agente eſt huiuſmodi. ergo res ſecundum eſſe obiectiuum in intellectu agente eſt vniuerſalis in prędicando. Maior patet ex Auic. & Ariſtot. Minor verò probatur ſic, Res abſtracta à conditionibus indiuidualibus vt ſic, eſt apta nata predicari de pluribus: res ſecundum eſſe obiectiuum in intellectu agente, eſt abſtracta à conditionibus indiuidualibus: ergo & cętera. Pręmiſſę omnes ex dictis ſunt manifeſtę.

1. diſtin. 3. q. 1. Ex his habes quàm malè dixerit Sco. ſecundo ſen. diſtinct. 3. q. 1. in reſponſione ad primum, dicendo, quòd natura ante actum intellectus poſſibilis nihil habet, niſi quòd conuenit ſibi extra animam. Patet enim iam quòd ſecundum ſententiam Ariſto. eſt actu intelligibilis abſtracta ab hoc & nunc: & conſequenter vniuerſalis in actu ante actum intellectus poſſibilis.

¶ Pro tertio ſenſu arguere aliter non eſt opus: eo quòd eodem modo procedendum eſſet.

Secundus ſenſus. ¶ Secundus autem ſenſus intelligentibus terminos ex rationibus terminorum clarus eſt. Natura namque ſecundum eſſe ſubiectiuum in intellectu poſſibili, nihil aliud eſt quàm ſimilitudo immaterialis ſui repræſentatiua in illo exiſtens. Similitudo autem immaterialis à ſingularibus abſtracta, rem vniuerſaliter neceſſe eſt repræſentet, eoipſo quòd abſtracta eſt. Si enim rem vniuerſaliter non repræſentet: ſed particularibus conditionibus immiatam & non à materialibus conditionibus abſtractam, non eſſet uniuerſalis: ergo in repræſentando ipſam eſt vniuerſalis res, ſecundum quod eſt ſubiectiua in intellectu poſſibili, id eſt ſpecies ſeu ſimilitudo ipſius naturæ pro quanto repræſentat naturam ipſam non repræſentatis conditionibus indiuidualibus.

¶ Et nota, quòd quia natura ipſa habet duas ſimilitudines in anima, ſcilicet ſpeciem intelligibilē & conceptus, ſiue ſpeciem impreſſam & ſpeciem expreſſā: ideo ſecundum vtranque ſpeciem eſt vniuerſalis in repræſentando. Quare autem oporteat duas ſpecies ponere, & quomodo, ſi Deus conceſſerit nobis vitā, alibi dicetur. Quàmuis autem concluſio ſecunda poſſit omnibus modis dictis verificari: attamen primus & tertius ſunt ad propoſitum literæ. Intēdimus enim hic de vniuerſali in prædicando quòd intentionem logicam ſonat, & non de vniuerſali in repræſentando quòd nulla intentione ſecunda logica dicimus vniuerſale, ſed ex eſſe proprio, quod ſecundùm rem ſortitur.

¶ Literam ſic gloſſare potes. Ipſa enim natura habet eſſe in intellectu agente vel poſſibili tam obiectiuè, quam ſubiectiuè abſtractum ab omnibus indiuidualibus conditionibus. Et habet rationem vniformem, obiectiuè in prædicando, ſubiectiuè in repræſentando, ad omnia indiuidua quæ ſunt extra, prout eſſentialiter eſt ſimilitudo omnium obiectiuè in eſſendo: ſubiectiuè in repræſentando, inducens cognitionem omnium, inquantum ſunt homines: quia ut ſic aſſimilantur. Et ex hoc quòd talem relationem, ſcilicet uniformitatis & ſimilitudinis eſſentialis vel repræſentatiuæ habet natura ad omnia indiuidua, intellectus adinuenit rationem ſpeciei, id eſt ſecundam intentionem, quæ eſt ſpecies, & attribuit ipſi naturæ vniformiter ſe habenti ad indiuidua ex hoc, quòd repræſentatur abſque omni indiuiduantium difformitate.

QVAESTIO VII.

Num Vniuerſalia in actu ſint extra animam.

CIRCA Dicta eſt quæſtio non modica, An vniuerſalia in actu ſint extra animam, an fiant per opus intellectus, quemadmodum dictum eſt. In hac quæſtione primò declarabitur titulus. Secundò ponetur opinio Sco. Tertio ponetur opinio S. Tho. Quartò reſpondebitur ad argumenta in oppoſitum.

¶ Quo ad primum: quia hęc quæſtio diuerſimodè

intelle-

intellecta, diuerſis modis à philoſophis determinata eſt, impræſentiarum Peripateticam ſententiam ſupponendo, ſcilicet ꝙ vniuerſalia non ſubſiſtant extra ſingularia, declaranda eſt quomodo intelligatur.

¶In nomine Vniuerſalis tria intelligimus. Primò vniuerſalitatẽ, quæ eſt relatio rõnis. Secundò rem, quę denominatur vniuerſalis ab illa vniuerſalitate. Tertiò, aptitudinem ad eſſendum in multis, quæ eſt quid medium inter illa duo, & eſt fundamẽtum proximum quare res ſuſcipiat illam relatiuam denominationem: ideo.n. rei intellectus attribuit relationem vniuerſalitatis, quia res illa apta nata eſt eſſe in pluribus: non vertitur in dubium, an illa relatio, quæ vocatur vniuerſale formaliter ſit extra animam: eam.n. omnes ab intellectu fieri dicunt. Nec quæritur an illa res, quæ denominatẽ vniuerſalis, quæ vocatur vniuerſale obiectiuè in potentia, ſit extra animam. Cõis enim ſnĩa eſt quod qñq; res illa eſt extra animã, qñq; nõ. Si.n. res illa eſt res realis, puta homo, bos & hmõi ponitur extra animam. Si aũt res illa ſit ens rationis, non ponitẽ extrà, vt ſubiectum, prædicatum, propoſitio, ſyllogiſmus, & ſimilia. Sed dubitatio eſt, an aptitudo ad eſſendum in multis ſit extra animam: ita ꝙ abſq; omni opꝫ intellectus inueniatur res apta nata eſſe in multis, quæ vocatur vniuerſale in actu obiectiuè. an ſolum extra animam ſit res. Aptitudo aũt ad eſſendum in multis ineſt rei per opus intellectus. Et quia aptitudo illa complet rõnem vniuerſalis in actu obiectiuè ſumendo vniuerſale, licet non formaliter: ideo quærere an extra animã inueniatur totum hoc, ſcilicet res apta nata eſſe in pluribus eſt quærere, an ſit extra animam vniuerſale in actu obiectiuè.

Vniuerſale dupliciter ſequitur. ¶Et debes Scire ad euidentiam terminorum, ꝙ ſicut album accipitur dupliciter, ſ. formaliter & ſubiectiuè: ita vniuerſale accipitur dupliciter, ſ. formaliter & ſubiectiuè. Subiectiuè.n. accipi non poteſt, eo ꝙ vniuerſalitas in nullo eſt ſubiectiuè cùm ſit ens rõnis. Vniuerſale formaliter eſt ipſa vniuerſalitas, q̃ relationis eſt. Vniuerſale obiectiuè ſubdiuiditur in vniuerſale obiectiuè in actu, & vniuerſale obiectiuè in potentia. Vniuerſale obiectiuè in actu eſt totum hoc, ſ. res vna apta nata eſſe in pluribus. Vniuerſale obiectiuè in potentia eſt res ipſa vna formaliter. non adiungendo ſibi aptitudinem ad eſſendum in pluribus. Ex his patet, in quo ſtat difficultas: & patet in quo quid nominis terminorum in titulo quæſtionis poſitorum. Intendimus.n. non de vniuerſali formaliter, nec de vniuerſali obiectiuè in potentia: quia in his conuenimus, ſed de vniuerſali obiectiuè in actu. Propterea cum loquimur de vniuerſali in actu abſq; additione obiectiuè intelligi volumus ne in æquiuoco laboremus. Hæc de primo.

Sco. 7. meta. q. 15. & 2. d. 3. q. 1. ¶Quò ad Secundum Sco. ſupra 7. Met. q. 16. ſequendo fundamenta ſua: ꝙ ſ. naturam extra animam ſequatẽ vnitas formalis & cõitas, opinatur rem vnã aptam natã eſſe in plurib. dati extra animã: ac per hoc dicit vniuerſale in actu eſſe in rerum natura abſq; omni opere intellectus. Adducit quoq; ad hoc multas rationes, quas in medium afferre eſſet limites intentionis noſtræ excedere: propterea eas afferam, ex quarum ſolutione reliquarum debilitas innoteſcit.

¶Arguit primò per locum à diffinitione ad diffinitum ſic: Circunſcripto quocunq; actu intellectus res eſt apta nata eſſe in pluribus: ergo datẽ vniuerſale in actu extra animã. Tenet cõſequentia, quia vniuerſale obiectiuè in actu, vt diſtinguitur contra ſingulare & prædicabile diffinitur, primo Perihermenias, cap. 15. Lec. 10. vniuerſale eſt quod aptum natũ eſt eſſe in pluribus. Antecedens probatur: quia ſi non, ergo aptitudo ad eſſendum in pluribus repugnat ſibi, nec conferri ſibi poſſet ſaltem ab intellectu: quia tunc pari ratione poſſet dare Sorti talem aptitudinem.

¶Prætereà, Vniuerſale in actu eſt proprium obiectum intellectus: igitur præcedit actum intellectus. T.c.33. Tenet conſequentia ex ſecundo de anima, vbi dicitur quòd obiectum eſt prius actu.

¶Prætereà, Obiectum ſcientiæ realis eſt ens extra animam, vniuerſale in actu eſt obiectum ſcientiæ realis: igitur vniuerſale in actu eſt ens extra animam.

¶Prætereà, Relatio menſuræ eſt realis, quinto Meta. T.c.20. ſed illa fundatur in aliquo vniuerſali. Probatur: quia oportet eſſe aliquod vnum menſuram aliarum ſpecierum: ſed non vnum numero ſecundum Ariſt. ergo vniuerſale.

¶Prætereà, Operatio ſeu paſſio realis primò & adæquatè ineſt vniuerſali: vt intelligere homini ex primo poſteriorum. T.c.39. igitur datur vniuerſale extra animam.

¶Prætereà, Contrarietas eſt oppoſitio realis: & eius extrema ſunt vniuerſalia nõ ſingularia, ergo dantur vniuerſalia extra animam.

¶Prætereà, Si vniuerſale fit ab intellectu, quomodo res prædicatur de re? & quomodo vniuerſale eſt vbique & ſemper incorruptibile & æternum? & quomodo materia & forma pertinent ad quidditatem vniuerſalis Phyſici? & quomodo vniuerſalium tantùm eſt diffinitio? & quomodo genera & ſpecies, & vniuerſaliter prædicamenta ſunt entia extra animam?

¶Præt. Si nihil eſſet in re niſi ſingulari, nulla eſſet vnitas realis, niſi numeralis, q̃ eſt propria ſingulari: conſequens eſt falſum: ergo, &c. Hæc de ſecundo.

Opinio ſancti Tho. ¶Quò ad Tertium ſcito nos ſequentes S. Th. ac per hoc cõem Peripateticorum doctrinam oppoſitã in hac re proferre ſententiam. Dicimus nanq; ꝙ illorum trium, quæ in Vniuerſalis nomine intelligunẽ, vnum tñ quandoq; eſt extra animam, ſ. res ipſa vna formaliter, reliquis duobus opus intellectus conſequentibus: quod & probatur ſimili modo arguendo, quo ſupra argutum eſt, Quicquid ſequitur naturam ratione ſui, ſimpliciter prędicatur de indiuiduo illius In hoc co. c. q. 5. circa fi. naturæ: ſed aptitudo ad eſſendum in plurib. apertè ſequiẽ naturã: puta humanitatẽ rõne ſui. ergo aptitudo ad eſſendum in plurib. prædicatur ſimpliciter de indiuiduo humanæ naturæ: igitur iſta erit vera, Sortes eſt aptus natus eſſe in pluribus: quod eſt impoſſibile. Maior manifeſta fuit ſuprà, ex eo ꝙ omnia, quæ comitantur naturam ratione ſui, non ſeparantur ab ea poſita in indiuiduo: & conſequenter prædicantur de eo: quia, eſſe in, fundat dici de.

¶Prætereà, Omnis aptitudo fluens ab aliqua natura, inuenitur in qualibet ſingulari natura inferiori ad illam: ſed aptitudo iſta, ſcilicet ad eſſendum in pluribus fluit ab aliqua natura: puta ab humanitate, ergo aptitudo ad eſſendum in pluribus inuenitur in qualibet natura humana. proceſſus bonus, & concluſio falſa: ergo altera præmiſſarum, non Maior, quæ ex terminis patet: ergo Minor, quæ eſt concluſio aduerſariorum. Falſitas concluſionis probatur ſic, Illa aptitudo attribuenda non eſt cuilibet humanitati, quæ in qualibet humanitate impoſſibilis eſt reduci ad actum. Patet iſta: quia aliter ocioſè data eſſet talis aptitudo. Aptitudo enim eſt propter actum: ſed aptitudo ad eſſendum in plurib. eſt huiuſmodi, ſcilicet ꝙ in qualibet humanitate poſita impoſſibilis eſt reduci ad actum: quia impoſſibilis eſt, vt humanitas Sortis actu ſit in Sorte & Platone, aut migret de Sorte in Platonem: ergo aptitudo ad eſſendum in pluribus non eſt attribuenda cuilibet ſingulariter humanitati. Dicamus igitur rem vnam eſſe extra animam. Aptitudinem autem ad eſſendum

in pluribus conuenite rei ſecundum eſſe, quod habet in intellectu: quia conuenit ei ſub ſolitudinis conditione poſitæ. Solitariè enim accepta natura apta nata eſt in multis, ſaltem ſecundum rationem eſſe. Solitudo autem cùm importet ſeparationem naturæ à proprietatibus indiuidualibus, non conuenit rei niſi in intellectu agente, vel poſſibili obiectè.

¶Et aduertas ad Maiorem nostræ poſitionis euidentiam quòd hic accidit ſimilis defectus Scoto illi, qui poſitus eſt ſuprà. hoc eo c. q. 5. circa fin. Cùm enim aptitudo ad eſſendum in pluribus ſit idem, quod non repugnantia ad eſſendum in pluribus, arguit ſic, Naturæ, puta humanitati inquantum humanitas non repugnat eſſe in pluribus: ergo humanitati, inquantum humanitas, conuenit aptitudo, ſeu non repugnantia ad eſſendum in pluribus: & conſequenter humanitas eſt vniuerſalis abſque opere intellectus. Apparet autem manifeſtè peccatum in hoc proceſſu, cum ex negatiua inferrur affirmatiua de prædicato infinito reduplicatione addita. Prima enim propoſitio, quæ eſt negatiua veritatem habet. Secunda verò quæ affirmatiua eſt, eſt impoſſibilis: quod patet ex eo, quòd humanitas inquantum humanitate abſtrahit à repugnantia ad eſſendum in pluribus, & non à repugnantia ad eſſendum in pluribus ſicut abſtrahit ab albo & non albo. Si enim humanitas vindicaret ſibi inquantum humanitas, non repugnantiam ad eſſendum in pluribus, nullo pacto humanitati poſſet conuenire repugnantia ad eſſendum in pluribus: & ſic nec per ſe, nec per accidens poſſet repugnare humanitati eſſe in pluribus: quod eſt manifeſtè falſum. Humanitati enim Sortis ratione adiunctæ hecceitatis repugnat eſſe in pluribus: Conſequentia tenet: quia oppoſitum eius quod conuenit alicui, ſecundum quòd ipſum, nullo modo poteſt inueniri in illo: T.c.11. vt habes ex primo Poſteriorum. Quamuis igitur naturæ ratione ſui non repugnet eſſe in pluribus; non tamen vendicat ſibi ratione ſui non repugnantiam ad eſſendum in pluribus: & cùm eam non vendicet ſibi ſecundum eſſe, quod habet in ſingularibus, relinquitur, quòd vendicabit eam ſibi ſecundum eſſe quod in intellectu ſortitur. Et quia ad hoc quòd aliquid ſit vniuerſale in actu, exigitur, quòd vendicet ſibi non repugnantiam ad eſſendum in pluribus cùm in diffinitione eius ponatur: quod enim ponitur in diffinitione per ſe competit diffinito: ideo res ratione ſui non poteſt eſſe vniuerſalis in actu, ſed quàm primùm eſt obiecta intellectui agenti vel poſſibili, fit vniuerſalis in actu, quæ vniuerſalis erat in potentia. Quomodo autem fiat huiuſmodi reductio potentiæ ad actum, iam dictum eſt, ſcilicet quòd ab intellectu agente fit per productionem In hoc eo càpit. ſpeciei intelligibilis, ab intellectu verò poſſibili per formationem conceptus.

¶Quod ſi aliquis finxerit, vniuerſale in actu conſtitui per negationem repugnantiæ ad eſſendum in pluribus: & non exigere affirmationem non repugnantiæ, aduertat ſe errare propter tria.

¶Primò, propter hoc, ꝙ in diffinitione vniuerſalis affirmatiuæ cadit ipſa aptitudo ſeu non repugnantia ad eſſendum in pluribus.

¶Secundo, quia ſi ad vniuerſalem ſufficit negatio repugnantiæ ad eſſendum in pluribus, ad ſingulare quoq; ſufficiet negatio repugnãtiæ ad eſſendum in vno ſolo. Sicut enim vniuerſale ſe habet ad multa; ita ſingulare ad vnum tantum: & ſi ſic eſt tunc humanitas, inquantum humanitas, erit vniuerſalis & ſingularis: de ea enim vt ſic negatur vtraque repugnantia.

¶Tertiò, quia cùm vniuerſale in actu diſtinguatur contra ſingulare: ſicut ſingulari repugnat eſſe in pluribus, ita vniuerſali in vno tantum: humanitati autem, de qua negatur repugnantia ad eſſendum in pluribus, non repugnat eſſe in vno tantùm: ergo negatio talis repugnantiæ non ſufficit ad conſtituendum 2. diſt. art. te. cõ. 33. vniuerſale in actu. Et poteſt hæc ratio formari contra principale ſic: Vniuerſale in actu repugnat eſſe in vno tantùm: humanitati inquantum humanitas non repugnat eſſe in vno tantùm, aliter non poſſet ſaluari in vniuoco tantùm indiuiduo: ergo humanitas vt ſic, non eſt vniuerſalis in actu, ſimiliter dicas de quacunque alia natura. Hæc de tertio.

¶Qvò ad Quartum reſpondendum eſt argumentis in oppoſitum. Et primi quidem negatur antecedens, ad cuius probationem dicitur negando conſequentiam. Non enim valet, res circunſcripto actu intellectus, non eſt genus: ergo ſibi repugnat eſſe genus. Stat enim ꝙ abſtrahat ab vtroq;: ſic autem eſt in propoſito. Natura enim ipſa circunſcripto actu intellectus abſtrahit ab aptitudine ad eſſendum in pluribus, & à repugnantia ad eſſendum in pluribus: vt ex dictis patet.

¶Ad ſecundum dupliciter reſpondetur, & vtroq; modo bene. Primò negatur conſequentia, ſi ſermo ſit de intellectu agente: quia potentia actiua non præſupponit obiectum ſuum, ſed facit illud. Si autem ſermo ſit de intellectu poſſibili, conceſſa conſequentia prima, non ſequitur, ergo vniuerſale in actu eſt extra animam: quia fit per actum intellectus agentis. Secundò dicitur, ꝙ cùm vniuerſale in actu nominet duo, ſcilicet rem & aptitudinem, &c. res ipſa eſt obiectum, aptitudo autem eſt modus obiecti ſeu conditio, ſine qua res non eſt obiecta. 2. diſt. art. te. cõ. 33. Sufficit autem, ꝙ res ipſa, quæ eſt obiectum, præcedat actum intellectus: & non oportet ꝙ modus eius procedat. Obiectum enim, ait Ariſtot. eſt prius actu, non modus obiecti. Vnde ad formam argumenti negetur conſequentia, quia & ſi poſterioritati antecedentis non obſtet aptitudinem eſſe medium obiecti: obſtat tamen illationi conſequentis ex eo, prioritas enim modi non poteſt inferri ex poſterioritate obiecti.

¶Per hoc idem reſpondetur ad tertium, ꝙ ſcilicet res obiecta ſcientiæ reali eſt extra animam, non modus rei obiectæ: vniuerſale autem in actu nominat vtrunq;, ſcilicet rem & modum: & ideo vniuerſale in actu non ſequitur eſſe extra animam, ex eo ꝙ res, de qua eſt ſcientia, eſt extrà.

¶Ad formam argumenti dicitur, ꝙ vera exiſtente maiore committitur fallacia figuræ dictionis: mutatur enim res obiecta in modum rei, ſeu in rem cum modo.

¶Sed contra Iſtas reſponſiones inſtat Sco. a. d. 3. q. 5 in quinta via contra ad. ibi: & primò contra primam ſic, Quicquid ex per intellectum agentem eſt prima intentio: ergo nullum vniuerſale eſt in genere ſubſtantiæ: conſequenter nulla eſt prædicatio in quid ſuperiorum de inferioribus.

¶Prætereà, Vniuerſale præcedit ſenſum, vt alibi probatum eſt, ergo præcedit intellectum agentem.

¶Præterea, Intellectus agens & poſſibilis ſunt vna potentia: aliàs quilibet homo haberet duos intellectus: ſed vnius potentiæ eſt vnum obiectum, quare ſi præcedit actum vnius, præcedit actum alterius.

¶Præterea. Secundum hoc non eſſet generatio vniuoca ſine actione intellectus agentis. Dicetur fortè ꝙ non habeat aliquam vnitatem realem generans & genitum, ſed ſimilitudinem. Contrà, quia proximum fundamentum ſimilitudinis eſt vnum. quinto Metaphyſicæ: T.c. 20. ſed non generãs neque genitum, ergo aliquid commune vtrique.

¶Contra ſecundam verò reſponſionem arguit: quia

quia nullo intellectu conſiderante non erit vniuerſale in actu: & ita ſcientia habitualis non eſſet obiecti vniuerſalis in actu.

¶ Præterea, Obiectum, inquantum eſt prius actu, non intelligitur ſub hoc modo: ergo vel ſub nullo, vel ſub oppoſito modo: ſed non ſub nullo: ergo, &c.

¶ Prætereà, Aut ille modus eſt factus ab intellectu, aut non: ſi non, habetur intentum: ſi ſic, ergo non eſt neceſſarius in obiecto: quia prius obiectum eſt intellectum ſine illo modo cauſato per intellectionem obiecti.

¶ Ad has Inſtantias reſpondetur, præſupponendo ſæpe iam dictum, ꝙ vniuerſale duo dicit, rem & aptitudinem, ſeu vniuerſalitatem. Vniuerſale pro re poſita in prædicamento eſt prædicabile, ſcibile eſt obiectum intellectus, diffinibile, & huiuſmodi. Vniuerſale autem pro aptitudine eſt modus ſeu conditio rei prædicamentalis prædicabilis, ſcibilis, diffinibilis, &c. neque intellectus agens, aut poſsibilis facit rem, ſed modum tantùm.

¶ Ad primam ergo conceditur, ꝙ vniuerſale pro eo quod fit ab intellectu agente, non eſt in prædicamento ſubſtantiæ, vlterior autem conſequentia nullam habet apparentiam.

¶ Ad ſecundam negatur antecedens, viſus enim etſi ſit coloris vniuerſaliter, vt habes à S. Th. Prima Secundæ, q.26. ar.6. nõ tamen eſt coloris vniuerſalis.

¶ Ad tertiam ſimiliter negatur antecedens: neceſſarium enim eſt, vt dicitur tertio de Anima, text. Com.17. in anima noſtra eſſe duos intellectus, ſcilicet agentem & poſsibilem: qui non poſſunt eſſe eadem potentia, cùm potentia actiua & potentia paſsiua non ſint eadem apud Ariſt.

¶ Ad quartam negatur conſequentia, & dicitur ꝙ reſponſio illa ibi data eſt optima ſanè intellecta. Ad improbationem eius dicitur, ꝙ ſimilitudo fundatur ſupra res ipſas, puta duas albedines, vel humanitates, tanquam fundamentum: & ꝙ vnitas non eſt fundamentum ſimilitudinis, ſed conditio fundamenti: fundatur enim ſimilitudo propriè dicta ſupra duas res habentes illam conditionem, ſcilicet mutuam negationẽ diſtinctionis formalis, puta duas albedines:
T.c.20. & hoc modo intelligendus eſt Ariſt.5.Meta. Et dato quod vnitas eſſet fundamentum, adhuc non ſequeretur dari aliquid commune vnum vtriq; : dicam enim ꝙ ſimilitudo non fundatur ſupra vnum, quod eſt generans, neq; ſupra vnum, quod eſt genitum, ſed ſu-
In hoc c. pra vnum, quod ſunt generans & genitum. Iam au-
q.5. tem declaratum eſt ſuprà committi fallaciam conſequentis, ſi ſic procedatur, Generans & genitum ſunt vnum formaliter, ergo habent aliquid vnum commune vtrique.

¶ Ad primum Eorum, quæ contra ſecundam reſponſionem adducuntur, dicitur ꝙ præcisè loquendo, de intellectu poſsibili, ſequatur vniuerſale, quemadmodum ſcientia: ita ꝙ ſcientia in actu eſt vniuerſalis in actu: ſcientia in potentia eſt vniuerſalis in potentia, & ſcientia in habitu eſt vniuerſalis in habitu, quod tunc accidit, quando cùm volumus ipſum, in actu facimus. Egrediendo autẽ ad intellectum agentem, dicitur ꝙ nullo intellectu conſiderante, dummodo producta ſit ſpecies intelligibilis, datur vniuerſale in actu: eo ꝙ Philoſopho dormiente, roſa, cuius ſpecies intelligibilis in illius intellectu conſeruatur, denominatur repræſentata abſque hoc, & nunc actu intelligibilis, &c.

¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ obiectum vt prius actu nullum ſibi vendicat modum: abſtrahit enim ab omni eſſe & modo quidditas.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ modus ille fit ab intellectu agente: & cùm infertur, ergo non eſt neceſſariũ, negatur conſequentia: quia potentia actiua non præſupponit conditionem ſui obiecti, ſed facit. Dicitur ſecundo, quod dato quòd non fieret ab intellectu agente, fit ab intellectu poſsibili: & ſimiliter negatur illa conſequentia. Ad probationem dicitur, quòd falſum aſſumit, ſcilicet ꝙ prius intellectus intelligat rem, deinde facit eius modum: ſimul enim vtrumq; fit, intellectus enim formando conceptum rem abſq; hoc & nunc apud ſe facit, neq; poteſt imaginari, ꝙ prius faciat rem, deinde abſq; hoc, & nunc ſicut Sortes ſimul generat hominem hunc, & non prius hominem, deinde hunc.

¶ Ad quartum negatur, ꝙ relatio menſuræ fundetur in aliquo vniuerſali, fundatur enim neque in vniuerſali, neque in ſingulari, vt ſic, ſed in natura vna formaliter quæ in ſingulari reperitur, & ſic non eſt vnum numero, vt ſic menſura aliorum, ſed vnum formaliter.

¶ Ad quintum dicitur, ꝙ nihil aliud concludit, niſi ꝙ vniuerſale pro re eſt extra animam, ſic enim accepto vniuerſali ineſt primò paſsio ſeu realis operatio, homo enim eſt cui primò conuenit ridere, non homo vniuerſalis, alioquin riſibile non inueniretur in homine non vniuerſali, puta Sorte.

¶ Ad ſextum dicitur ſimiliter, ꝙ extremæ contrarietatis ſunt res ipſæ non res particulares vt ſic, neq; vniuerſales, aliter res non vniuerſales ſcilicet hæc albedo & hæc nigredo, non eſſent contrariæ.

¶ Ad ſeptimum dicitur, ꝙ ſtant iſta duo ſimul, Vniuerſale prædicatur de rebus, &c. Vniuerſale fit ab intellectu, eo ꝙ vniuerſale pro re eſt id quod prædicatur, & quo ad hoc non fit ab intellectu. Vniuerſale autem pro aptitudine eſt conditio rei, quæ prædicatur, & talis fit ab intellectu, prædicatio enim non debetur rebus niſi habentibus conditionem aliquam intentionalem. Vnde & Ariſto. 7.Meta.tex. Commen. 46. ait, ꝙ ſubſtantia non dicitur de ſubiecto, quia loquebatur de ea ſecundum ſuam naturam. In prædicamentis verò vbi de ſubſtantia induta accidentia intentionalia loquebatur, dixit ſubſtantiam dici de ſubiecto.

¶ Ad id verò, quod ibi additur, dicitur quòd omnia illa verificantur de vniuerſali pro re, ſed exponenda eſt affirmatiua propoſitio negatiuè, vt ſit ſenſus, Vniuerſalia ſunt vbique, &c. id eſt, naturæ ipſæ denominatæ vniuerſales non terminant ſibi locum neq; tempus. Similiter dicitur ad id, quod ſubiungitur, ꝙ forma, & materia pertinent ad quantitatem vniuerſalis, id eſt rei phyſicæ, quæ denominatur vniuerſalis. Similiter vniuerſalium tantum eſt diffinitio, id eſt rerum quæ denominatæ ſunt vniuerſales. Similiter res denominatæ genera, ſpecies, & differentiæ ſunt extra animam, conditiones autem earum ſunt per opus intellectus.

¶ Ad octauum dicitur, quòd per ly ſingulare, duo intelligere poſſumus, quandoque intelligitur ipſa ſingularitas, quandoque totum, ſcilicet res ſingularis. Primo modo accipiendo ſingulare, conceditur conſequentia, ſed antecedens non eſt verum. Secundo modo antecedens Peripateticum eſt, ſed conſequentia nihil valet, ſuprà enim iam diximus, in ſingulari multas vnitates exiſtere, & non tantum hoc c.q.5. numeralem.

¶ Et quamuis hæc natura intellecta habeat rationẽ vniuerſalis, ſecundum quòd comparatur ad res, quæ ſunt extra animam, quia eſt vna ſimilitudo omnium, tamen ſecundum quòd habet eſſe in hoc intellectu, vel in illo, eſt ſpecies quædam intellecta particularis, & ideo patet defectus Commentatoris in tertio de anima, qui voluit ex vniuerſitate formæ intellectæ vnitatem intellectus concludere: Com.5.

quia nõ aſt vniuerſalitas illius formæ ſecundum hoc eſſe, ꝙ habet intellectum, ſed ſecundum ꝙ ad res refertur, vt ſimilitudo rerum. Sicut etiam, ſi eſſet vna ſtatua corporea repræſentans multos homines, conſtat ꝙ illa imago vel ſpecies ſtatuæ haberet eſſe ſingulare & proprium, ſecundum quod eſſet in hac materia: [ſe] haberet rationem communitatis, ſecundum ꝙ eſſet commune repræſentatiuum plurium.]

¶ In hac ſecunda parte capituli huius Auer. errorem remouere intendit, qui in tertio de anima, cõ. 5. ex vniuerſalitate formæ intellectæ voluit declarare vnitatem intellectus hoc modo, Quod eſt vniuerſale, ſuam vniuerſalitatem retinent eſt indiſtinctum numero: forma intellecta, id eſt natura ſecundum eſſe in intellectu ſubiectiuè eſt vniuerſalis ſuam vniuerſalitatem retinens: ergo eſt indiſtincta numero, igitur ſubiectum eius quod aſt intellectus poſsibilis non eſt diſtinctum numero: & ſic vnus intellectus in omnibus hominibus concluditur. Maior videtur ex ſe nota, quia vniuerſalitati oponitur diſtinctio numeralis, Minor verò ex eo patet ꝙ ſpecies intelligibilis repræſentat vniuerſale. Hæc ratio etſi alterius principium exigat pro ſui diſsolutione, & pro ſui probatione: attamen quantum præſentis intentionis eſt ex dictis ſic deſtruitur, vniuerſale eſt aliquod duplex, ſcilicet in eſſendo, & in repræſentando. Vniuerſale in eſſendo eſſet, ſi daretur natura hominis ſeparata, vt idea Platonis: & de tali vniuerſali vera eſt Maior: ſed falſa Minor. Vera quidem Maior, quia tali vniuerſali cùm ſecundum eſſe vniuerſalitatem ſortiatur, ſecundum eſſe quoque repugnabit diſtinctio numeralis: vnde impoſsibile eſt imaginari plures homines vniuerſalas. Falſa autem eſt Minor, quia ſpecies intelligibilis non eſt vniuerſalis in eſſendo, cum ſit in ſingulari ſubiecto, ſcilicet intellectu poſsibili, qui indiuiduum quoddam aſt, licet immateriale. Vniuerſale verò in repræſentando (vt dictum fuit) eſt quod rem vniuerſalem repræſentat: & tali vniuerſali falſa eſt maior: licet Minor ſit vera: & Maioris quidem falſitas ex eo cognoſci poteſt, ꝙ tale vniuerſale vniuerſalitatem non habet ſecundum ſuum eſſe, quo reſpicit ſubiectum: vnde vnitas vel pluralitas numeralis in accidentibus oritur: ſed habet vniuerſalitatem ſecundum repræſentationem, quæ reſpicit obiectum: vnde non repræſentat obiecta diſtincta numero: ſed vnum & idem obiectum omnium repræſentant omnes ſpecies cuiuſdam rei, puta ſpecies humanitatis in te & in me: ſicut eadem Sortis facies à pluribus per plures ſpecies idem omnino repræſentantes videtur. Minoris autem ſic intellectæ veritas ex ſupradictis liquet: ſpecies enim intelligibilis repræſentat naturam, non repræſentando conditiones particulares eius, vt dictum eſt. hæc eſt ſententia literæ in hac parte.

Hoc 2a capitulo.

[Et quia naturæ humanæ ſecundum ſuam abſolutam conſiderationem conuenit, ꝙ prædicetur de Sorte: & ratio ſpeciei non conuenit ſibi ſecundum ſuam abſolutam, ſcilicet humanæ naturę conſiderationem, ſed eſt de accidentibus, quæ conſequuntur eam, ſecundum quoddã eſſe, quod habet in intellectu: ideo nomen Speciei non prædicatur de Sorte, vt dicatur, Sor. eſt ſpecies, quod de neceſsitate accideret, ſi ratio ſpeciei conueniret homini ſecundum eſſe, quod habet in Sorte, vel ſecundum ſuam abſolutam conſiderationem, ſcilicet inquantum eſt homo, quicquid enim conuenit homini, inquantum eſt homo, prædicatur de Sorte.]

¶ In hac parte tertia capituli huius talem obiectionem ex ſupradictis excludere intẽdit, quia quod prędicatur de prædicato prædicatur & de ſubiecto, ſed ſpecies prædicatur de homine, quod eſt prædicatum reſpectu Sortis, ergo ſpecies prædicatur de Sorte, & ſic Sortes erit ſpecies. Concluſio aſt falſa, Maior vera ex antepredicamentis habetur. Huius obiectionis peccatum vnde oriatur ex ſupra poſita diſtinctione eorum quæ conueniunt naturæ manifeſtat ſimul ex hoc inſinuans, quàm conueniens tradita fuerit doctrina, cum ex ea difficultates accidentales diſſoluuntur. Cùm enim dictum ſit, ꝙ triplicia ſunt quæ de natura prædicantur, quædam ſcilicet abſolutè, & quædam ſecundum eſſe in intellectu, & quædam ſecundum eſſe in ſingulari, ea quæ conueniunt naturæ ſecundum eſſe in intellectu, non conueniunt ei abſolutè, neque ſecundum eſſe in ſingulari cùm oppoſita ſint, & ideo in prædicto proceſſu error accidit, quia denominatio ſpecifica homini ſecundum eſſe in intellectu conuenit, & concluditur de homine ſecundum eſſe in ſingulari, dum infertur, ergo Sortes eſt ſpecies. Vt autem ad formam argumenti dici poſsit, innuit talem diſtinctionem, Prædicari de prædicato contingit dupliciter. Vno modo vt prædicato, id eſt ſecundum quod illud prædicatur de altero, ſicut animal prædicatur de prædicato Sortis, ſcilicet homine, ſecundum id, ſecundum quod homo prædicatur de Sorte, ſecundum idem enim homo recipit prædicationem animalis & prædicatur de Sorte, ſecundum ſuam naturam, & hoc modo Maior eſt vera, Minor autem falſa. Alio modo contingit prædicari de prædicato, non vt prædicato, id eſt non ſecundum illam rationem, qua illud prædicatum de ſuo ſubiecto prædicatur, ſicut in propoſito ſpecies non prædicatur de homine inquantum homo eſt prædicatum Sortis, id eſt non prædicatur de homine ſecundum illud eſſe, quo homo prædicatur de Sorte, eo ꝙ homo prædicatur de Sorte ſecundum ſuum eſſe quidditatiuum abſolutè, ſpecies autem prædicatur de homine non ſecundum eius eſſe quidditatiuum, ſed ſecundum eſſe, quod in intellectu habet, & hoc modo Maior eſt falſa, Minor autem vera ſemper, ergo altera præmiſſarum eſt falſa. Et hoc eſt quod in litera dicitur, ꝙ ratio ſpeciei non conuenit homini ſecundum ſuam abſolutam conſiderationem, ſecundum quam conuenit ſibi prædicari de Sorte, quia ſic oporteret etiam conuenire Sorti (vt ſupra dictum fuit) ſed conuenit ei ſecundum eſſe in intellectu ſecundum quod eſſe prædicatur de Sorte. In hoc c. q. 5. ſin.

[Et tamen prædicari conuenit generi per ſe, cùm in eius diffinitione ponatur. Prædicatio enim eſt quoddam, quod completur per actionem intellectus componentis & diuidentis, habens tamen fundamentum in re, ipſam vnitatem eorum, quorum vnum de altero dicitur. Vnde ratio prædicabilitatis poteſt claudi in ratione huius intentionis, quæ eſt genus, quæ ſimiliter per actionem intellectus completur, nihilominus id, cui intellectus intentionem prædicabilitatis attribuit, componens id cum altero, non eſt ipſa intentio generis, ſed potius id, cui intellectus intentionem generis attribuit, ſicut ꝙ ſignificatur hoc nomine Animal, ſic ergo patet qualiter eſſentia vel natura ſe habet ratione ſpeciei, quia ratio ſpeciei non eſt de illis, quæ conueniunt ei ſecundum ſuam abſolutam conſiderationem, neq; de accidentibus, quæ conſequuntur ipſam ſecundum eſſe, quod habet extra animam, vt albedo vel nigredo, ſed eſt de accidentibus, quæ conſequuntur eam ſecundum eſſe, quod habet in intellectu, & per hunc modum conuenit ſibi ratio generis, vel differentiæ.]

¶ In hac quarta parte capituli huius reſpondere intendit cuidam tacitæ obiectioni, quæ talis eſt. Quod per ſe prædicatur de ſpeciebus, conuenit ipſis ſpeciebus, ſed ly genus, per ſe prædicatur de ſpeciebus, puta homine & boue, ergo ly genus, cõuenit ipſis

ſpeciebus,

ſpeciebus,& ſic homo erit genus & ſimiliter bos. Maior eſt ex terminis nota,implicat enim ꝙ aliquid per ſe perdicetur de aliquo in quocunq; modo perſeitatis,& non conueniat illi. Minor probatur ſic, Illud, in cuius diffinitione ponitur prædicari de ſpeciebus, per ſe prædicatur de illis, ſed ly genus eſt, in cuius diffinitione ponitur prædicari de ſpeciebns, ergo genus per ſe prædicatur de ſpeciebus. Maior ſyllogiſmi huius patet ex eo, ꝙ quælibet pars diffinitionis in recto in primo modo perſeitatis cõuenit diffinito. Minor autem ex Porphyrio patet ſic dicente, Genus eſt prædicabile de pluribus ſpecie differentibus.

Capitulo de genere.

¶ Similiter omnino poteſt argui de ſpecie reſpectu indiuidui, cùm etiam in diffinitione ſpeciei ponatur prædicari de indiuiduis, & ſic videtur ꝙ malè dictum ſit, Sortem non eſſe ſpeciem. Huius obiectionis in litera motiuum tantùm tangitur, cùm dicitur, Et tamen prædicari per ſe conuenit generi, cùm in eius diffinitione ponatur.

¶ Reſponſio autem in reſiduo ponitur, in quo ad plenam materiæ huius diſcuſsionem duas diſtinctiones innuit. Prima eſt, prædicari dupliciter capitur, ſcilicet formaliter,& fundamentaliter, ſeu materialiter. Secunda eſt, genus dupliciter accipitur, ſcilicet formaliter,& fundamentaliter, ſeu materialiter. Et debes ſcire, vt terminos intelligas, ꝙ in hac propoſitione, Homo eſt animal, ſunt tria, ſcilicet ly homo, ly eſt, & ly animal, quæ extra animam nihil aliud ſunt, quàm natura humana importata per ly homo, & natura ſenſitiua importata per ly animal, & vnitas ſeu cõiunctio earũ inter ſe importata per ly eſt, hęc enim tria intellectus apprehendens in ſecũda ſua operatione format hãc propoſitionem, Homo eſt animal, qua formata reflectendo ſe ſuper *illa* tria, vt terminant actum ſui cõponentis adinuenit & attribuit eis quaſdam relationes,& ly homo attribuit relationem ſubiecti,& ly animal, relationem prædicati, & ly eſt, relationem prædicationis. Vnde prædicatio formaliter eſt illa relatio adinuenta ab intellectu: fundamentaliter verò ſeu materialiter eſt coniunctio rei prædicatæ cum re ſubiecta. Similiter cùm intellectus apprehendit naturam ſenſitiuam, & reflexerit ſe ſuper illam, vt ſtat ſub actu eius, viderit q; eam vt ſic indifferenter ſe habere ad ſpecies in quibus primò inſpexerat naturam illam ſaluari, attribuit naturæ ſenſitiuæ ſeu animali obiecto relationem generis,& ſic genus formaliter eſt illa relatio, genus autem fundamentaliter ſeu materialiter eſt natura ipſa, puta ſenſitiua,& ſic patent termini diſtinctionum.

¶ Ex his tria deducuntur. Primum eſt, ꝙ cùm genus fundamentaliter, puta animal, non includat in diffinitione ſua prædicationem fundamẽtalem, quia in diffinitione animalis non ponitur coniunctio eius cum homine vel boue, neq; prædicationem formalem, quia in diffinitione rei non ponitur res ſecundæ intentionis, conſequens eſt ꝙ genus formaliter ſumatur, quando diffinitur à Porphyrio.

Capitulo de genere.

¶ Secundum eſt, ꝙ cùm in diffinitione generis formaliter non cadat prædicatio fundamentalis de ſpecie, puta homine, quia relatio generica non eſt cõiuncta realiter rei, quæ denominatur ſpecies, conſequens eſt, ꝙ prædicari de pluribus poſitum in diffinitione generis, ſit accipiendum formaliter, ſcilicet pro relatione prædicationis: vna enim relatio poteſt cadere in diffinitione alterius, ita vt conceptus relationis, quæ eſt prædicatio de pluribus, &c. cadat in in conceptu relationis, quæ eſt genus. Et hinc habes, quàm conformiter S. Th. dicant aſſerentes genus & ſpeciem diffiniri pro ſecundis intentionibus in concreto.

De hoc vide co. ha

¶ Tertium deducendum eſt, ꝙ aliquid dicitur prædicari de ſpecie dupliciter, Vno modo, vt res denominata prædicabilis de ſpeciebus, & ſic animal prædicat de homine & boue. Alio modo, vt id, quo res denominatur prædicabilis de ſpeciebus, & ſic genus, in cuius diffinitione ponitur prædicari de ſpeciebus, prædicatur de ipſius ſpeciebus. Sicut aliquid dicitur diſgregatiuum viſus dupliciter. Vno modo vt res denominata diſgregatiua viſus: hoc enim modo nix dicitur diſgregatiua viſus. Alio modo, vt id, quo res denominatur diſgregatiua viſus, quemadmodum albedo dicitur diſgregatiua viſus, cùm in diffinitione eius ponatur, diſgregrare viſum. Et ſicut ſtant iſta duo ſimul, ſcilicet ꝙ res diffinita per diſgregare viſum eſt albedo,& non nix, res autem denominata diſgregatiua viſus eſt nix & non albedo, ita pręciſè in propoſito ſtant iſta duo ſimul, ſcilicet ꝙ res diffinita per prædicari de ſpeciebus eſt relatio generica, res autem denominata prædicabilis de ſpecieb. eſt natura, quę ſubeſt illi relationi, puta animal, ita ꝙ res diffinita per prædicari, &c. eſt genus formaliter non materialiter, res autem denominata prædicabilis eſt genus materialiter, non formaliter. Vnde in litera dicitur, ꝙ ratio prædicabilitatis clauditur in hac intentione, quæ eſt genus, id tamen, cui intellectus intentionem prædicabilitatis attribuit non eſt ipſa intentio generis, ſed res, cui etiam ipſa intentio generis attribuitur.

ius doc. ſu per Porphy. in c. de genere in princi.

¶ Ex quibus patet reſponſio ad obiectionem, quia loquendo de eo, quod per ſe prędicatur de ſpeciebus, vt res denominata prædicari, vera eſt Maior, ſed falſa Minor, loquendo autem de eo quod per ſe prædicatur: vt ratio denominandi falſa eſt Maior, licet Minor ſit vera. Vnde cùm ſemper altera præmiſſarum ſit falſa nihil concluduut. Hac diſtinctione nunc aſſignata in terminis ſimplicibus ſic vti poteritis, prædicabile de ſpeciebus dupliciter, formaliter & denominatiuè, quod prædicatur de homine & boue denominatiuè eſt animal, quod autem prædicatur formaliter de homine & boue, eſt genus, de prædicabili nominatiuè falſa eſt Minor, de prædicabili formaliter falſa eſt Maior. Hæc dicta cùm applicaueris ad ſpeciem reſpectu indiuiduorum ad differentiam, proprium,& accidens,& reliqua huius modi, ſolues multas obiectiones, & illuceſcet tibi veritas multarum propoſitionum, quæ obſcuræ apparent. Reſiduum capituli eſt Epilogus, per ſe patent, &c.

CAPVT V.

Quòd ſimplicium ſubſtantiarum eſſentia minime ſit ex materia & forma quid compoſitum, ſed tantùm forma, non item comparetur compoſitorum eſſentiæ, & quod ex eſſe & eſſentia ſit compoſita. Quòd denique intelligentiæ effectiuæ ſine à Deo ex actu & potentia compoſita, multipliciter oſtendit.

NVnc reſtat videre ſecundum quem modum eſſentia ſit in ſubſtantijs ſeparatis: ſcilicet in anima, intelligentijs, & cauſa prima. Quamuis autem cauſæ primæ ſimplicitatem omnes Philoſophi concedant, tamen compoſitionem materiæ & formæ in intelligentijs & animabus quidam nituntur ponere, cuius poſitionis fuiſſe dicitur Auicebron Author libri Fontis vitæ. Hoc autem dictis Philoſophorum reperitur eſſe contrarium, quia eas ſubſtantias à materia ſeparatas nominant, & abſque omni materia

Subſtantię ſimplicium atq; abſtractæ immateriales ſunt.

ria eſſe probant, cuius demonſtratio potiſsima eſt ex virtute intelligendi, quæ in eis eſt. Videmus enim formas non eſſe intelligibiles in actu, niſi ſecundum quòd ſeparantur à materia, & à conditionibus eius: nec efficiuntur intelligibiles in actu, niſi per virtutem ſubſtantiæ intelligentis, ſecundum quòd recipiuntur in ea, & ſecundum quòd aguntur per eam: vnde oportet, quòd in qualibet ſubſtantia intelligente ſit omnimoda immunitas à materia, ita quòd nec habeat materiam partem ſui, neque etiam ſit ſicut forma impreſſa materiæ, vt eſt de formis materialibus.]

¶Hic incipit tractatus ſecundus huius operis, intendens in duobus capitulis tradere notitiam de eſſentijs ſubſtantiarum ſimplicium, quemadmodum tradita eſt de eſſentijs ſubſtantiarum compoſitarum. Facit autem ſex in præſenti capitulo. Primò declarat, quòd eſſentia in ſimplicibus non ſignificat compoſitum quid ex materia & forma, ſed formam tantùm. Secundò comparat illas eſſentias eſſentijs ſubſtantiarum compoſitarum. Tertiò oſtendit tales ſubſtantias eſſe compoſitas ex eſſe & eſſentia. Quartò declarat intelligentias habere eſse effectiuè à Deo. Quintò oſtendit eas eſse compoſitas ex actu & potentia. Sextò de multitudine earum agit. Præmiſsa igitur primò concordi ſententia Philoſophorum de ſimplicitate omnimoda primæ cauſæ; & quibuſdam diſsentientibus circa immaterialitatem intelligentiarum adductis. Contra hos talem concluſionem ponit, Omnis ſubſtantia intellectualis eſt immaterialis, id eſt compoſita ex materia & forma, & independens à materia: quam ſic probat, Omne patiens, vel agens, vel recipiens, vel habens in ſe intelligibile in actu eſt immateriale: omnis ſubſtantia intellectualis eſt patiens, vel agens, vel recipiens, vel habens in ſe intelligibile in actu: ergo omnis ſubſtantia intellectualis eſt immaterialis. Maior quo ad tres ſui partes ex eodem medio probatur, ſcilicet, ex hoc quòd intelligibila in actu oportet eſse immateriale, tertio de Anima. tex. Com. 11. & 15. agens autem rem immaterialem oportet eſse immateriale, eo, quòd agens non poteſt eſse ignobilius ſuo effectu, vt dicitur 3. de Anima tex. Com. 18. & text. Com. 40. recipere quoque materiale non poteſt res immaterialis, vt patet 3. de Anima, Com. 5. vnumquodque recipitur per modum recipientis: & per idem innoteſcit, quòd habere non poteſt res immaterialis materiale cognoſcibile in ſeipſa. Minor autem ab omnibus conceditur. Fruſtrà enim eſset ſubſtantia intellectualis niſi aliquid intelligeret: cum vnumquodque ſit propter ſuam operationem, vt dicitur 2. Cœli tex. Commenta 17.

T. c. 11.
T. c. 15.
T. c. 5.

[Nec poteſt dicere aliquis quòd intelligibilitatem non impediat materia quælibet, ſed materia corporalis tantùm: Si enim hoc eſset ratione materiæ corporalis tantùm, cùm materia non dicatur corporalis, niſi ſecundum quòd ſtat ſub forma corporea, tunc oporteret, quòd hoc haberet materia à forma corporali, ſcilicet impedire intelligibilitatem. Et hoc non poteſt eſse: quia & ipſa forma corporalis actu intelligibilis eſt, ſicut & aliæ formæ, ſecundum quòd à materia abſtrahuntur. Vnde in anima intellectiua & intelligentia nullo modo eſt compoſitio ex materia & forma, vt hoc modo accipiatur materia in eis ſicut in ſubſtantijs corporalibus, ſed eſt ibi compoſitio formæ & eſse. Vnde in commento nonæ propoſitionis libri de cauſis dicitur, quòd intelligentia eſt habens formam & eſse, & accipitur ibi forma pro ipſa quidditate, vel eſsentia ſimplici.]

Intelligentia ſimplex immunis eſt nō modò à corporali, ſed ab omni materia, & forma tātū eſt.

¶Quia poſset aliquis credere rationem factam recipere reſponſionem, ideo intendit hic excludere reſponſionem, quæ poſset imaginari ſufficiens. Ad hoc poſset aliquis diſtinguere de materia corporali & materia ſimpliciter, & dicere quòd maior eſt vera de materia corporali, non autem de materia ſimpliciter, & conſequenter concedere, quòd omnis ſubſtantia intellectualis eſt immunis à materia corporali, non autem à materia, quia non materia, ſed materia corporalis impedit intelligibilitatem in actu.

¶Contra hanc fugam inſtatur ratione ducente ad impoſsibile ſic, Materia corporalis impedit intelligibilitatem per te, ergo forma corporalis eſt id vnde materia habet, quòd impediat intelligibilitatem, hoc eſt impoſsibile, ergo à deſtructione conſequentis, &c. conſequentia eſt nota ex terminis. Cùm enim materia corporalis duo dicat, ſcilicet ly materia, & ly corporalis, & ex ly materia ſecundum aduerſarium non impeditur intelligibilitas in actu, reſtat quod hoc impedimentum ſit ex ly corporali, ſed ly corporalis nihil addit ſupra materiam, niſi formam corpoream, ergo ex forma corporali ſeu corporea oritur, quòd materia impediat intelligibilitatem in actu. Falſitas autem conſequentis probatur ſic, Omnis forma non concepta cum materia eſt actu intelligibilis, patet iſta ex 3. de anima, text. Commen. 11. Forma corporea eſt forma ſecundum ſe non concepta cum materia, accipitur enim diſtincta contra materiam, ergo forma corporea ſecundum ſe eſt actu intelligibilis. Tunc vltrà, Nihil ſecundum ſe actu intelligibile ex ſe impedimentum præſtat intelligibilitati, forma corporea eſt huiuſmodi, ergo forma corporalis non eſt id vnde materia impedimentum intelligibilitatis ſumat, quod erat probandum. Eſt igitur tam anima intellectiua, quàm intelligentia quælibet non compoſita ex materia & forma. Si accipiamus compoſitionem ex materia & forma vniuocè, proui ſcilicet, materia & forma nominant partes eſſentiales rei, quemadmodum dictum eſt, ſubſtantias aliquas eſse compoſitas, in præcedentibus, ſed eſt in eis aliud genus compoſitionis, ſcilicet ex forma & eſse, de quo infrà erit ſermo, & ſic habet prima pars intenti, ſcilicet quòd eſsentia in ſubſtantijs intellectualibus non ſignificat cōpoſitum quid ex materia & forma. Remanet ergo modò declarandum, quomodo ſignificet formam tantùm, propterea ſubiungit.

T. Com. 11.

In c. 3. hic eo. c. Dubio ſequē. poſt q. 10.

[Et quomodo hoc ſit, planum eſt videre. Quæcunque enim ita ſe habent adinuicem, quòd vnum eſt cauſa eſse alterius, illud quod habet rationem cauſæ, poteſt habere eſse ſine altero, ſed non conuertitur. Talis autem inuenitur habitudo materiæ & formæ, quòd forma dat eſse materiæ: & ideo impoſsibile eſt eſse aliquam materiam ſine forma: tamen non eſt impoſsibile eſse aliquam formā ſine materia: forma enim non habet in eo, quòd forma dependentiam ad materiam, ſed ſi inueniantur aliquæ formæ, quæ non poſſunt eſse niſi in materia, hoc accidit eis ſecundum quòd ſunt diſtantes à primo principio, quod eſt actus primus & purus. Vnde illæ formæ, quæ ſunt propinquiſsimæ primo principio, ſunt formæ per ſe ſine materia ſubſiſtentes: non enim forma ſecundum totum genus ſuum materia indiget, vt dictum eſt, & huiuſmodi formæ ſunt intelligentiæ: & ideo non oportet vt eſſentiæ vel quidditates harum ſubſtantiarum ſint aliud, quàm ipſa forma.]

Eſſentia ſimplicium tantū forma eſt.

¶Intendens in his verbis declarare, quomodo eſsentia in ſubſtantijs ſimplicibus ſignificet formam tantùm tali ratione hoc probat: Quæcunque ita ſe habent, quòd vnum eſt cauſa eſse alterius, & non èconuerſo: illud quod habet rationem cauſæ, poteſt eſse ſine altero: ſed forma & materia ita ſe habent, quòd forma cauſat eſse materiæ, & nō èconuerſo: ergo forma poteſt eſse ſine materia, & materia non ſine forma.

Alterius cauſa exiſtens pōt ſecundum aliquid ſui ordinis eſſe ſine illo.

forma. Tunc vltrà, Eſſentia intellegentiarum non eſt compoſita ex materia & forma, & nõ poteſt eſſe materia tantùm, ergo eſt forma tantùm.

¶ Et nota Quòd maior propoſitio poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ſic, quòd id quod eſt cauſa alterius, &c. idem numero poſsit eſſe ſine altero: & ſic non aſſumitur à nobis, quia eſt falſa & extra propoſitum. Falſa quidem: quia ſubiectum cauſat eſſe propriæ paſsionis, & non ècontra: & tamen ſubiectum non poteſt eſſe ſine propria paſsione. Extra propoſitum verò, quia nolumus concludere, quòd forma, quæ eſt in materia, ſit ſine materia: ſed quòd aliqua forma non exigit materiam. Alio modo intelligitur Maior ſic, quòd id quod habet rationem cauſæ ſecundum ſuum ordinem, poteſt eſſe ſine altero, id eſt ſecundum aliquod ſui ordinis poteſt reperiri ſine altero, & ſic eſt vera, & ad propoſitum. Vera quidem, quia cauſa cùm independens ſit à cauſato, conſequens eſt, vt aliquod pertinens ad ſuum ordinem poſsit habere eſſe extra cauſatum. Ad propoſitum verò, quia intendimus concludere, quòd forma ſecundum ſuum genus non dependet à materia, ita quòd aliqua forma poteſt inueniri ſeparata. Vnde & in minori notanter non aſſumitur forma materialis, ſeu habens eſſe in materia: ſed forma ſine additione aliqua, ad inſinuandum, quòd loquimur de forma, vt forma, eſt, non vt talis vel talis. Patet autem Minor illa ex nono Metaphy. text. com. 13. & 15. vbi habetur quòd actus eſt prior potentia ſimpliciter & independens ab ea. Ex eo enim quòd forma eſſentialiter eſt actus, materia autem eſſentialiter potentia, ſi actus ſecundum totam ſuam latitudinem non dependet à potentia, conſequens eſt quòd forma ſecundum totam ſuum ordinem non dependeat à materia. Materiam, autem cùm eſſentialiter ſit potentia, neceſſe eſt dependere à forma ſine qua actualitas non inuenitur: & ſic patet Minor, quia à forma abſolutè in eo quòd forma, dependet materia in ſuo eſſe, ſicut potentia ab actu, & non èconuerſo. Quòd verò alicui actui conueniat, quòd non inueniatur niſi receptus in aliqua potentia, hoc eſt ex eius imperfectione, & non habet hoc in eo, quòd actus: & ſimiliter quòd aliquæ formæ non ſint niſi in materia, hoc habent ex ſua imperfectione, quæ attenditur penes diſtantiam à primo principio Deo glorioſo, & propinquitatem ad primam materiam, vnde tales formæ non ſolùm cauſant eſſe materiæ, ſed & ipſæ cauſatæ ſunt quodammodo à materia. Cauſæ enim ſunt ſibiinuicem cauſæ, vt dicitur ſecundo Phyſico. text. Comman. 30. Eſſentia igitur ſubſtantiarum intellectualium eſt immaterialis & forma tantùm.

T.c.13.& 15.

T.co.30.

QVÆSTIO VIII.

Num materia poßit eſſe ſine forma.

CIRCA hanc partem occurrit quæſtio, & hæc eſt octaua, an materia poſsit eſſe ſine forma. In hac quæſtione tria facienda ſunt, primò ponetur Scoti opinio, ſecundò ponetur opinio S. Tho. tertiò reſpondebitur rationibus in oppoſitum.

Sco.2.di. 12.q.2. ¶ QVÒD AD primum Scotus in 2. ſent. diſt. 12. q. 2. opinatur poſſe materiam eſſe ſine forma, arguitque ad hoc probandum multipliciter.

¶ Primò ſic, Non minùs dependet accidens à ſubſtantia quàm materia à forma, ſed accidens poteſt eſſe ſine ſubſtantia, vt patet in Sacramento altaris. Ergo materia poteſt eſſe ſine forma.

Secundò. ¶ Præterea, Abſolutè diſtinctum & prius & alio abſoluto poteſt eſſe ſine illo abſq; contradictione, materia reſpectu formæ eſt huiuſmodi, ergo poteſt eſſe ſine forma. minor eſt euidens, maior probatur, quia prius in eo quòd prius, non dependet à poſteriori, & accipitur hoc ex quinto Metaphyſi. tex. Commen. 16. priora ſunt, quæ poſſunt eſſe ſine alijs, alia non ſine ipſis. T.c.16.

Tertiò. ¶ Præterea, Quicquid abſolutum facit Deus in creaturis mediante cauſa ſecunda, quæ non eſt de eſſentia cauſati, poteſt facere ſine illa, ſed materiam Deus facit mediante forma, quæ non eſt de eſſentia eius, ergo poteſt facere ſine illa.

Quartò. ¶ Præterea, Quicquid Deus immediatè creat, immediatè conſeruat vel conſeruare poteſt, ſed materiam Deus immediatè creat, ergo immediatè conſeruare poteſt, ergo ſine omni forma.

Quintò. ¶ Præterea, Cùm nihil Deus extra ſe neceſſariò velit, ex hoc quòd vult materiam eſſe, non eſt neceſſe, quòd velit materiam eſſe, niſi propter neceſſariam connexionem vtriuſque, ſed inter materiam & formam non eſt talis neceſsaria connexio, ergo, &c. Quòd autem non ſit talis neceſsaria connexio inter materiam & formam, probatur, quia tunc ſequeretur, quòd materia determinaret ſibi neceſsariò aliquam determinatam formam. Probatio conſequentiæ, Quod determinat ſibi genus formæ, determinat ſibi aliquam ſpeciem in genere illo, & quod determinat ſibi ſpeciem, determinat ſibi eſſe in aliquo indiuiduo illius ſpeciei, omne enim quod de neceſsitate eſt homo, neceſsariò eſt hic vel ille homo, cõſequẽs autem eſt falſum, materia enim nullam ſibi determinat formam, ergo relinquitur, quòd materia non determinat ſibi genus formæ ad hoc quòd ſit. Confirmatur, Quicquid contingenter ſe habet ad quodlibet generis abſoluti, contingenter ſe habet ad id genus abſolutum, ſed materia contingenter ſe habet ad quamlibet formam, ergo materia contingenter ſe habet ad genus formæ. Probatur adhuc, quòd ſi materia ſibi determinat de neceſsitate genus formæ, quòd etiam de neceſsitate determinat ſibi vnum indiuiduum ſolùm illius generis, quia vnum eſſentiale & vnum ſingulare eſt impoſsibile dependere à pluribus eſſentialiter eiuſdem generis, materia autem eſt vna eſſentialis & ſingularis. ergo impoſsibile eſt, quòd depẽdeat à pluribus formis eiuſdem generis, & ſic ſi neceſsariò determinat ſibi genus formæ, neceſsariò quoq; determinabit ſibi aliquam vnam formam, quod falſum eſt. Hæc de primo.

1.q.66.a.2. & c. pô. q.4. ar. 1. quolib.q.

¶ QVÒD AD ſecundum S. Tho. in prima parte. q. 66. art. 1. & in quæſtionibus de potentia Dei, q. 4. art. 1. & in quolib. q. 3. art. 1. confirmat id quod hic dicit, ſcilicet materiam non poſſe eſſe ſine forma duabus rationibus.

¶ Prima eſt ducens ad impoſsibile ſic, Si materia exiſteret abſque omni forma, materia ſimul eſſet, & non eſſet: hoc implicat contradictionem, ergo: probatur conſequentia quò ad ſecundam partem, quia quò ad primam ab aduerſarijs conceditur. Impoſsibile eſt effectum formalem ſeparari à forma, ſed exiſtere eſt effectus formalis formæ, ſic enim diffinitur, Forma eſt, quæ dat eſſe rei, ergo impoſſibile eſt ponere exiſtentiam ſine forma. Sicut enim impoſsibile eſt eſſe album ſine albedine, ita eſſe in actu ſine actu, actus autem primus, cuius eſt dare eſſe, idem eſt quod forma. Ex illa ergo propoſitione, Materia exiſtit abſq; omni forma, ſequuntur duo cõtradictoria ſimul vera, ex eo enim quòd materia exiſtit, ſequitur quòd ſit in actu, ex eo autem quòd eſt abſque omni forma, ſequitur quòd non ſit in actu. Huic rationi dat Sco. quandam reſponſionẽ, quę quia nõ niſi chimerica, & nunquam indigna, de qua verba ſiant,

omittatur, quolibet enim proferente contraria ſolitum eſſe ſtultum eſt, ait Ariſto. à quo didicimus in libro nono Metaphyſ. quid ſit actus & quotuplex.

¶ Secunda ratio San. Tho. ad hoc idem eſt iſta,
1. Topi-co. cap. 9. Tex. 1. Omne indiuiduum determinatum ad genus completum vel incompletum in rerum natura per ſe exiſtens eſt in aliqua certa ſpecie per ſe vel reductiuè, materia ſola neque per ſe neque reductiuè eſt in aliqua certa ſpecie, ergo materia ſola non poteſt eſſe indiuiduum quodcunque in rerum natura. Minor eſt ex ſe clara, non enim facile eſſet fingere, in qua determinata ſpecie eſſet materia ſola. Minor probatur ex eo quòd indiuiduum omne tam completum, quàm incompletum, ſi per ſe exiſtit in rerum natura ſeparatum (quod dico propter indiuiduum generis, ut hæc ſubſtantia, hoc animal &c.) non continetur ſub genere per ſe vel reductiuè immediatè, ſed mediante ſpecie, inter genera enim & indiuidua mediat ſpecies, & inter principia generis & principia indiuidui mediant principia ſpeciei pariformiter. Inſuper hæc Maior poteſt probari ad hominē aſſumendo dicta Sco. 5. arg. ibi enim ipſe expreſsè aſſumit, quòd quicquid determinat ſibi genus aliquod, determinat ſibi aliquam certam ſpeciem illius generis. Et potes etiā ex dictis Sco. ibi arguere ad hominem, & probare oppoſitum intenti ſui ſic, Quicquid determinat aliquod genus, determinat ſibi aliquam certam ſpeciem illius generis, materia ſola determinat ſibi genus ſubſtantiæ, ergo determinat ſibi aliquam certam ſpeciem ſubſtantiæ ſaltem reductiuè, ergo materia ſola eſſet in aliqua certa ſpecie, hoc eſt falſum. Minor eſt omnium, & proceſſus bonus, ergo, &c.

2. diſt. 3. q. 2. ¶ Hanc veritatem approbat Ariſto. (vt ipſe Sco. confitetur) loco allegato. Sed quia dicit ex falſo fundamento Ariſto. hanc concluſionem tenuiſſe, ſcilicet ex hoc, quòd Deus non poteſt agere ſine cauſis ſecundis, oſtendo in hoc, Scotum errare ex dictis Commen. ſecundo enim Phyſic. Commen. 12. Auer. ex eodem præcisè fundamento quod Sanctus Tho. eddnxit in prima ratione, tenet iſtam concluſionem. Vbi nullam fieri mentionem de connexione cauſalitatis primæ cauſæ apparet, ſed tantùm de actu & potentia, ita quòd ex natura actu & natura primæ materiæ, quæ eſt pura potentia, concludit Auer. quòd
Com. 12. 1. Phy. c. 56. & ſeq. Proœm. duo contradictoria eſſent ſimul vera, vt deductum eſt &c. Auicenna quoque in ſecundo Metaphyſicæ ſuæ, capitulo tertio tenet concluſionem Scoti eſſe impoſsibilem, & tamen poſuit expreſsè materiam eſſe creatam. Vnde hæc tanquam deſtructiua Metaphyſicalium principiorum vitanda eſt. Hæc de ſecundo.

Ad primū. ¶ QVÒ AD Tertium reſpondeo. Ad primum negatur antecedens, plus enim dependet potentia pura ab actu, quàm actus imperfectus ab actu perfecto.

¶ Sed contra hoc inſtat Antonius Trombeta ſic, Magis dependet poſterius à priori, quàm prius à poſteriori, ſed accidens eſt poſterius ſubſtantia, materia autem eſt prior forma, ergo magis dependet accidēs à ſubiecto, quàm materia à forma. Fortè diceretur (ait) quòd materia non eſt prior ſed poſterior forma. Contrà, nam licet materia ſit poſterior forma ordine perfectionis, eſt tamen prior ordine generationis, & conſequenter prior ſimpliciter, vt arguatur ſic, Quandocunq; ſunt aliqui duo ordines, quorum vnus ſimpliciter eſt prior altero, quicquid eſt in ordine priori eſt ſimpliciter prius quocunque exiſtente in ordine poſteriore, ſed ordo originis & ordo perfectionis ita ſe habent, quòd ordo originis eſt ſimpliciter prior ordine perfectionis (& hoc in natura limitata) ergo quicquid eſt prius origine, eſt prius ſimpliciter quocunque priore ordine perfectionis, ſed ita eſt, quòd materia eſt prior origine forma, licet forma ſit prior pfectione, ergo materia eſt ſimpliciter prior forma. Proceſſus bonus, & Maior probatur, quòd ſcilicet ordo originis eſt ſimpliciter prior ordine perfectionis, nam priora generatione ſunt poſteriora perfectione, natura enim ſemp procedit de imperfecto ad perfectum, ergo quicquid eſt imperfectius, eſt ſimpliciter prius quocunque perfectiori, ſed materia prima eſt imperfectior forma, ergo materia prima eſt ſimpliciter prior forma. Tunc vltrà, Eſt ſimpliciter prior forma, & omne prius in ſuo priori poteſt eſſe ſine poſteriori, ergo, &c.

¶ Ad hoc reſpondetur triplici reſponſione, ad inſinuandum argumenti multiplicem defectum.

¶ Primò dicitur, quòd forma, licet ſit poſterior materia ordine generationis, eſt tamen prior etiam ordine generationis materia exiſtente. Magni enim refert dicere materiam, & materiam exiſtentem, ſicut ſuperficies eſt prior albedine, albedo tamen eſt prior ſuperficie habente eſſe album, vnde in propoſito cùm ſermo ſit de materia exiſtente (ſi enim poneretur materia ſola in rerum natura, oporteret ipſam exiſtere) patet falſum aſſumi.

¶ Secundò dicitur, quòd aliud falſum ibi aſſumitur, ſcilicet quòd ordo generationis ſit ſimpliciter prior ordine perfectionis, ſtando infra limites naturæ finitæ, cùm enim actus ſit prior potentia ſimpliciter, tam ſi ponatur Deus finitus, quàm infinitus, vt patet ex nono Metap. tex. Com. 15. & 18. & tex. com. 30. & T. c. 15. prioritas actus ſit prioritas perfectionis, conſequens T. c. 30. eſt quòd ſecundum Ariſto. & veritatem ordo perfectionis ſit ſimpliciter prior ordine generationis. Amplius, Id quod eſt prius natura ratione, & tempore, eſt ſimpliciter prius, ordo perfectionis eſt prior natura rōne & tempore ordine imperfectionis, qualis eſt ordo generationis, qui ſe tenet ex parte cauſæ materialis, ordo igitur perfectionis eſt prior ſimpliciter; media quoque propoſitio eſt Ariſtote. octauo Phyſico. T. 26. 75. text. Com. 75. vbi expreſsè loquitur in natura finita ad probandum, ſcilicet motum circularem eſſe primum. Vnde ad probationem, conceſſo, quòd priora generatione ſunt imperfectiora, & quòd natura procedit de imperfecto ad perfectum, negatur conſequentia ergo ordo generationis eſt ſimpliciter prior, licet enim agens naturale priùs attingat imperfectū, oportet tamen priùs agens in ſe perfectum eſſe, vt dicitur in 12. Metap. tex. Com. 40. Hic aduerte tu, quòd T. ca. 40. q. 2. vide. oportet mendacem eſſe memorem in quæſtione de primo cognito. Anto. Trombeta, quas impugnat propoſitiones, has nunc aſſumit, &c.

¶ Tertiò dicitur, quòd dato toto proceſſu, vltima conſequentia nihil valet, falſum eſt enim, quòd omne prius poſſit ſecundum rem abſolui à poſteriori quolibet (vt ad ſecundum dicetur.)

¶ Sed contra primam reſponſionē, quæ ponit materiam non hēre propriam exiſtentiam, ſed eam mendicare à forma, inſtatur ſic: cuicunq; conuenit actu cauſare pro aliquo ſigno, conuenit & exiſtere pro eodem ſigno: ſed materiæ primæ in primo ſigno, quo recipit formam, conuenit cauſare, ergo pro tunc ſibi conuenit exiſtere: ſed pro illo ſigno non habet exiſtentiam formæ, ergo propriam. Et confirmatur, quia materia aut cauſat compoſitum, & recipit formam, quando exiſtit, aut quando non exiſtit: non quando non exiſtit, ergo quando exiſtit, ergo pro tunc conuenit ſibi propria exiſtentia: quia exiſtentia formæ ſequitur totum compoſitum. Et confirmatur ſecundò, quia cauſa non mendicat à ſuo effectu, materia autem cauſat exiſtentiam compoſiti

&

& formæ:ergo non mendicat exiſtentiam ab eis,&c.

¶ Ad hæc dicitur, quod ſufficit cauſæ pro quolibet inſtanti temporis quo actu cauſat, habere exiſtentiam: nec apparet neceſſarium, quòd pro quolibet ſigno naturæ inſit exiſtentia ſibi, quo ineſt cauſalitas: ordo enim naturæ talis eſt in eodem inſtanti temporis, quòd ſcilicet materia recipit formam: ex quibus reſultat compoſitum, cui iam eſſe actualis exiſtentię aduenit, quo ipſum compoſitum primò, forma ſecundò, & materia tertiò exiſtunt. Ad formam autem primæ inſtantiæ negatur Maior. Ad primam confirmationem dicitur, quod materia cauſat, quando exiſtit: quia pro omni inſtanti quo cauſat, exiſtit, quando.n. eſt terminus temporalis. Ad ſecundam confirmationem dicitur, quòd licet cauſa ut cauſa non mendicet à ſuo effectu: tamen cauſa materialis mendicat à ſuo effectu, qui eſt eius cauſa in altero genere cauſæ: eo quòd cauſæ ſunt ſibiinuicem cauſæ, quinto Metaph. tex, commen. 2. Oportet autem has reſponſiones à Scotiſtis admitti: quia cùm Sco. ponat ſecundo ſen. diſt. 3. q. 3. exiſtentiam eſſe ultimum actum poſteriorẽ tota coordinatione prædicamentali, licet non diſtinctum realiter à re cuius eſt, oportet eſſentiam materiæ ex natura rei habere habitudinem ad ſuam exiſtentiam, ut potentiam ad actum. Et tunc poteſt argui ſic, Eſſentia materiæ, vt diſtincta contra ſuã exiſtentiam, cauſat ex natura rei in genere cauſæ materialis ſuam exiſtentiam, recipiendo eam: ergo ſibi pro illo ſigno conuenit exiſtentia: & ſic habet exiſtentiam antequam recipiat eam. ſimiliter ſtando in illo ſigno: aut eſſentia materiæ recipit ex natura rei ſuam exiſtentiam, quando eſt, aut quando non eſt. &c.

Text. 2. 2. d. 3. q. 3.

Ad ſecundum.

¶ Ad ſecundum principale negatur Maior. Ad eius probationem dicitur, quòd non ſola dependentia, ſed neceſſaria connexio aliquorum poteſt eſſe cauſa inſeparabilitatis eorum. Ad id, quod adducitur ex quinto Metaphy. dicitur, quòd vniuerſalis affirmatiua non conuertitur ſimpliciter: iſta enim eſt vera, Quæcunque poſſunt eſſe ſine aliis & alia non ſine ipſis ſunt priora: ſed non conuertitur, quæcunque ſunt priora, poſſunt eſſe ſine aliis, & alia ſine ipſis.

T. c. 16.

¶ Et nota quòd maxima illa Scotica, Oẽ prius abſolutum, &c. non poteſt ſaluari, etiam ſequẽdo uiam Sco. quod pro nunc ex duobus manifeſtatur. Primò ex eo, quod partes eſſentiales ſimul ſumptę ſunt priores toto, & tamen apud Sco. non poſſunt eſſe ſine toto.

¶ Secundò ex eo, quòd prædicamentum quantitatis eſt abſolutum prius prædicamento qualitatis, præſertim quo ad quartam ſpeciem eius, & tamen non poteſt fieri quantitas continua ſine figura. Si.n. quantitas ſine figura fieri dicatur, aut finita aut infinita, non infinita, quia illa non dabilis, & ſi forte imaginetur dari adhuc, cùm oporteat eſſe lineatam, aut ergo linea recta aut curua, & ſic eſſet figura, ſi finita, ergo figurata, figura enim eſt quæ termino vel terminis clauditur, & ſimiliter aut habet lineas rectas, aut curuas, aut circulares, &c.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertium quicquid ſit de Maiori, negatur Minor, forma enim etſi non ſit de eſſentia materiæ, eſt tamen de eſſentia materiæ exiſtentis.

Ad quartum.

¶ Ad quartum dicitur, quòd cùm medium ſit duplex effectiuum & formale, quicquid immediatè Deus cauſat effectiuè, poteſt abſque media cauſa effectiua conſeruare, non autem abſque media cauſa formali, quale medium eſt forma reſpectu materiæ.

Ad quintum.

¶ Ad quintum negatur, quòd inter materiam & formam non ſit neceſſaria connexio. Ad cuius probationem negatur conſequentia, cuius probationis falſa eſt Maior, per id autem quod additur, ſcilicet ſecundum quòd neceſſariò eſt homo, neceſſariò eſt hic vel ille homo, nihil aliud habetur, niſi quòd quia materia neceſſariò determinat ſibi genus formæ, ideo materia non poteſt eſſe ſine hac vel illa forma, quod eſt intentum noſtrum. Non enim valet conſequentia, A neceſſariò eſt homo, ergo A neceſſariò eſt hic vel ille determinatè, ſed vagè: & ſic conceditur, materia neceſſariò determinat ſibi formam: ergo neceſſariò determinat ſibi hanc uel illam formã non determinatè, ſed vagè.

¶ Ad confirmationem, cùm dicitur, Quicquid contingenter ſe habet ad quodlibet generis abſoluti, contingenter ſe habet ad genus ipſum, eodem modo reſpondetur, diſtinguendo contingenter ſe habere ad quodlibet determinatè vel vagè. Primò enim modo falſa eſt Maior. Secundo verò falſa eſt Minor, materia enim non contingenter, ſed neceſſariò ſe habet ad quamlibet formam indeterminatè, & vagè.

¶ Ad aliam probationem dicitur, quòd unum eſſentialiter unum & ſingulare negatiuè, ſicut eſt materia prima, poteſt eſſentialiter dependere in eſſe à pluribus eiuſdem generis indeterminatè & vagè, ſecundum quod illa plura habent unam rationem cõmunem, ſicut in propoſito omnes formæ conueniunt in hoc, quòd dant eſſe actuale. Reflecte hoc argumẽtum contra Sco. de quantitate & figura. & forte perſuadebis infirmitatem eius, quantitas enim continua determinat ſibi genus figuræ, nullam tamen ſibi figuram vendicat. Hæc de quarto.

[In hoc ergo differt eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ & ſubſtantiæ ſimplicis, quòd eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ non tantùm formam, nec tantùm materiam, ſed complectitur formam & materiam, eſſentia verò ſubſtantiæ ſimplicis eſt forma tantùm. Et ex hoc cauſantur duæ aliæ differentiæ, & una eſt, quòd eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ poteſt ſignificari ut totum, uel ut pars, quod accidit propter materiæ deſignationem, ut dictum eſt, & ideo non quomodolibet prædicatur eſſentia rei compoſitæ de ipſa re compoſita. Non enim poteſt dici, quòd homo ſit quidditas ſua. Sed eſſentia rei ſimplicis, quæ eſt ſua forma, non poteſt ſignificari niſi ut totum, cùm nihil ſit ibi præter formam, quaſi formam recipiens. Et ideo quocunque modo ſumatur eſſentia ſubſtantiæ ſimplicis, de ea prædicatur. Vnde Auicenna dicit, ꝙ quidditas ſubſtantiæ ſimplicis eſt ipſummet ſimplex, quia non eſt aliquod recipiens ipſam.]

5. Metap. c. 6. poſt medium.

¶ In hac ſecunda parte capituli comparat eſſentias ſubſtantiarum ſimplicium eſſentiis ſubſtantiarũ compoſitarum, triplicem differentiam inter eas aſſignando. Prima differentia eſt, quòd eſſentia ſubſtantiæ ſimplicis ſignificat formam tantùm, eſſentia autẽ ſubſtantiæ compoſitæ ſignificat compoſitum quid ex materia & forma: utraque pars differentiæ patet ex ſuprà dictis. Secunda differentia eſt, ꝙ eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ poteſt ſignificari ut totum & pars, non autem eſſentia ſubſtantiæ ſimplicis. Vnde oritur, ꝙ quia prædicatum non debet habere rationem partis, ꝙ eſſentia ſubſtantię compoſitæ quandoque prædicatur de ea, & quandoque non cùm.ſ. ſignificatur ut pars. Eſſentia autem ſubſtantiæ ſimplicis, quia vt pars denotabilis non eſt, ſemper prædicatur de eo, cuius eſt.

¶ Ad euidentiam huius differentiæ notandũ: quia primo aſpectu apparet falſa ex eo quòd patet, quòd in poſitis nominibus ſubſtantiis ſeparatis, poſſunt ſignificari earum eſſentiæ in abſtracto & in concreto, & conſequenter ut totum & pars: poſſum enim di-

cere

cere Gabriel & Gabrielitas, Deus & Deitas, &c. Sed licet ita appareat, diligenter tamen inſpicienti oppoſitum illuceſcit. Cõſiderandum n. enim, quòd loquimur de eſſentiis rerum & conditionibus earum, quæ eas ſequuntur, & non de illia quæ ex ſolo opere intellectũa fiunt: eſſentiæ enim ſubſtantiarum compoſitarũ ex eo, quòd duas partes realiter habent, ſeu ex eo, ꝙ ſunt formæ in materia, ex ſe habent, vnde intellectus fundet in eis ſignificationem per modum partis & per modum totius. Cùm enim ſignificat formam illã in habente ſeu deferente, ſignificatur ut totum & cõcretum, vt homo: cùm autem ſignificat illam, non ut in habente ſeu differente, ſed per ſe, ſignificat in abſtracto & per modum partis, vt humanitas. Eſſentiæ autem ſubſtantiarum immaterialium, quia dicũt formas non receptas in materia: ideo ex ſe non habent, quòd ſignificentur in concreto & in abſtracto, ut totum & pars, &c. non enim eſt ibi deferens nec delatum. Sed quia intellectus noſter intelligit res ſimplices & altiſsimas per modum rerum compoſitarum: C. 39. 1. 2. 3. 2. ideo, ut dicunt Commen. 12. Meta. commen. 39. & Sã. Thom. prima parte, q. 13 fuit neceſſe, ut in illis formaret abſtractum & concretum, & intelligeret eas per modum totius & partis. Differentia ergo poſita hic eſt cum additione intelligendi, ſic, quòd eſſentia ſubſtantiarum compoſitarum ex ſe habet, quòd ſignificabilis ſit per modum totius & partis, eſſentia autẽ ſimplicium ex ſe non habet quòd ſignificetur per modum totius & partis, ſed ab intellectu tãtùm, & ideo diuerſitas, quæ inter abſtractum & concretum in ſubſtantiis compoſitis, eſt ex parte rei, & reducuntur ad diſtinctionem, quæ eſt inter ſubiectum deferens & formam delatam. Diuerſitas autem, quæ eſt inter abſtractum & concretum in ſubſtantiis ſeparatis, non, C. 39. 6. 5. meta. C. 5. eſt id ex parte intellectus, ut Comm. ibi dicit. Et propter hoc dicit Auic. quòd quidditas ſimplicis eſt ipſum ſimplex, & quidditas compoſiti non eſt ipſum compoſitum.

¶ Circa hanc particulam eſt unum dubium, An verum ſit, quòd in ſubſtantiis ſeparatis idem ſit quidditas, & id cuius eſt, id eſt natura & ſuppoſitum. Eſt Quoli. 2. q. 2. ar. 2. 7. Cõ. 20. & 21 T. Cõ. 9. autem ratio dubitandi, quia S. Tho. in quolib. 2. q. 2. ar. 2 dicit quòd cùm apud Ariſ. 7 Meta. tex. com. 20. & 21 in his, quibus admiſcetur aliquod accidens, natura & ſuppoſitum diſtinguantur, & in intelligentiis aliis à prima aliquod accidens ſit in omnibus excepta prima, natura & ſuppoſitum diſtinguuntur, ſiue quidditas, & id cuius eſt. Ex alia parte, 3. de ani. Com. 9 dicit, in ſeparatis à materia idem eſt, quòd quid eſt 1, 39. ar. 3 & id, cuius eſt. Et in prima parte, San. Tho q. 3. arti. 3. expreſsè hoc dicit, quod & apparet hic authoritate Auicennæ.

¶ Ad intellectum huius difficultatis eſt notandum, quòd cum nomine Naturæ intelligatur id quod per diffinitionem ſignificatur, nomine autem Suppoſiti indiuiduum habens illam quidditatem ſecundum triplicem gradum ſubſtantiarum, in uniuerſo tripliciter inuenitur differentia ſuppoſiti à natura.

¶ In ſubſtantiis ſiquidem materialibus ſuppoſitũ differt à natura dupliciter ſecundum rem, & ultra hoc ſecundum rationem. Differt primo modo intrinſecè, quia aliquod reale ſuppoſitum ſibi intrinſecum includit, quod non includit natura, ſcilicet principia indiuiduationis. Si enim Sortes diffiniretur, in eius diffinitione poneretur hæc materia, quæ non ponitur in diffinitione naturæ humanæ. Differt ſecundò extrinſecè, quia aliquid reale extrinſecum ſibi includit, ſuppoſitum, ſcilicet eſſe actuale exiſtentiæ, quod non includit natura, exiſtentia enim primò eſt actus ſuppoſiti, cuius eſt fieri, quæ tamen caderet in diffinitione Sortis, ſi diffiniretur. Differt tertiò ſecundum rationem, vt patet.

¶ In ſubſtantiis autem ſeparatis aliis à prima ſuppoſitum differt à natura duobus modis tantùm, ſcilicet extrinſecè ſecundum rem, & ſecundum rationem nihil enim reale intrinſecum ſibi includit ſuppoſitum in eis, quod non includat natura, quia non indiuiduatur per aliquod poſitiuum contrahens naturam ſpecificam, quod ſit velut differentia indiuidualis ſuppoſito intrinſeca, ſicut eſt in ſubſtantiis materialib. Sed quia in eis, ut patebit, exiſtentia differt realiter à natura, quæ primò, vt dictum eſt, eſt actus ſuppoſiti, ideo In eo. ca. ſuppoſitum in eis differt extrinſecè à natura, addit. n. extrinſecè realitatem exiſtentiæ, Differt ſecundò ſecundum rationem, ut patet. In Deo verò glorioſo ſuppoſitum vno modo tantùm differt, ſcilicet ſecundum rationem, quia nec natura diuina indiuiduatur per additum, nec exiſtentia ſua diſtincta eſt realiter ab eius eſſentia, vnde patet, quòd utraque pars dubii eſt vera aliquo modo, & quòd in ſubſtantiis ſeparatis differũt ſecundum rem quod quid eſt, & id cuius eſt, quia extrinſeca differentia differunt ſecundum rem, & ꝙ ſint idem quia non differunt per aliquam intrinſecam differentiam realem, hanc autem eſſe mentem Sã. Tho. diligenter intuenti dicta eius in locis allegatis facilè innoteſcere poteſt.

[Secunda differentia eſt, quia eſſentiæ rerum compoſitarum ex eo ꝙ recipiuntur in materia deſignata, Eſſentiæ ſimpliciũ nõ plurificãtur in eadẽ ſpecie, ſicut compoſitorum. vel multiplicantur ſecundum diuiſionem eius, contingit ꝙ aliqua ſint idem ſpecie, & diuerſa numero. Sed cùm eſſentia ſimplicium non ſit recepta in materia, non poteſt ibi eſſe talis multiplicatio. Et ideo nõ oportet quod inueniantur plura indiuidua vnius ſpeciei in illis ſubſtantiis. Sed quotquot ſunt indiuidua, tot ſunt ſpecies, ut Auicenna dicit expreſsè.]

¶ Hic ponitur tertia differẽtia in ordine uocata ſecunda inter eas quæ oriuntur ex prima, & dicitur ꝙ differunt etiam in hoc eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ, & eſſentia ſubſtantiæ ſimplicis, quòd eſſentia ſubſtãtiæ compoſitæ eſt plurificabilis numero in eadem ſpecie, ſicut eſſentia humana diſtinguitur numero in Sorte & Platone. Eſſentia autem ſubſtantię ſimplicis, id eſt ſeparatæ à materia non eſt plurificabilis in plura indiuidua eiuſdem ſpeciei, ſed quodlibet indiuiduum conſtituit unam ſpeciem, & diſtinguitur ſpecificè ab alio. Et fundamentum eius eſt in duabus propoſitionibus, quarum prima eſt, Cùm actus ſit, quod diuidit & ſeparat 7. Meta. tex. com. 46. omnis diuiſio aut Cap. 49. T. co 11. Com. 6. eſt formalis aut quantitatiua, ut Ariſ. inquit. 3. Meta. tex. Cõ. 11. & Cõmentator 1. Phy. com. 6. Secunda eſt, Formæ ſpecificæ ſunt indiuiſibiles formaliter. Ex his enim deducitur quòd formæ ſpecificæ, quæ recipiuntur in materia diuiduntur ad diuiſionem materię per quantitatem, & ſic fiunt multa indiuidua eiuſdem ſpeciei. Forma autem ſpecifica non recepta in materia omni diuiſione caret. & formali quidem ex eo, quòd ſpecies ſpecialiſsima eſt, quantitatiua autem ex eo, ꝙ non eſt recepta in materia, quam ſequitur quantitas, & ideo non poteſt eſſe multa indiuidua in eadem ſpecie, multitudo enim diuiſionem ſequitur.

QVAESTIO. IX.

Num qualibet ſpecies ſubſtantiarum ſeparatarum, vnum tantùm habeat indiuiduum.

CIRCA Hanc partem occurrit quæſtio, An quælibet ſpecies ſubſtantiarum ſeparatarum vnum tantùm

tantùm habeat indiuiduum. In hac quæſtione tria ſunt facienda. Primò ponetur opinio Scoti cum fundamentis, ſecundò ponetur veritas Peripatetica, tertiò reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

Scoti. 3. d. q. 7. Quo ad primum Scotus ſecundo ſententiarum diſtin. 3. q. 7. opinatur plures eſſe intelligentias eiuſdem ſpeciei talibus mediis.

Prima. ¶ Primò ſic, Omnis quidditas quantum eſt de ſe eſt communicabilis, intelligentia eſt aliqua quidditas, ergo quidditas intelligentiæ eſt de ſe communicabilis, ergo poteſt inueniri in pluribus. Maior probatur, quia ſi quidditas omnis non eſſet communicabilis, vel communicabilitas repugnaret ei ratione perfectionis quidditatiuæ aut imperfectionis, non ratione perfectionis, quia communicabilitas, ſecundum fidem catholicam, conuenit quidditati diuinæ quæ ſummè perfecta eſt. Nec ratione imperfectionis, quia communicabilitas conuenit quidditatibus ſubſtantiarum compoſitarum, quæ ſunt imperfectæ. Cum ergo ratione neutrius repugnet ſibi, reſtat Maior vera.

Secunda ¶ Præterea, Omnis quidditas intelligibilis ſub ratione uniuerſalis, abſque contradictione eſt plurificabilis numero, quidditas ſeparata eſt intelligibilis ſub ratione uniuerſalis abſque contradictione, ergo eſt plurificabilis numero. Maior probatur ex eo, ꝙ implicat intelligi ſub ratione vniuerſalis, & eſſe de ſe hoc, eſt enim uniuerſalitas oppoſita hecceitati, ſicut implicat intelligere eſſentiam diuinam ſub ratione uniuerſalis; quia eſt de ſe hoc.

Tertia. ¶ Præterea, Deus poteſt hunc Angelum in hac ſpecie annichilare, iſto annichilato, Deus poteſt ſpeciem hanc reparare in aliquo alio indiuiduo, non in eodem, ſecundum iſtam opinionem, quia ſecundum iſtos homo non poſſet reſurgere idem numero niſi anima intellectiua remanente eadem numero, ergo in eadem ſpecie erunt plura indiuidua ſaltem ſucceſſiuè.

Quarta. ¶ Præterea, Animæ intellectiuæ diſtinguuntur numero in eadem ſpecie, & tamen ſunt immateriales, ergo &c.

Quinta. ¶ Præterea, Auguſt. in Enchiridio. c. 29. dicit quòd quia tota natura ſeu ſpecies humana ruerat, ideo miſertus Deus ad eam ſaluandam uenit, non autem uenit ad ſaluandam naturam angelicam, quia tota non ruit. Ecce, ꝙ Auguſt. dicit totam naturam angelicam non lapſam eſſe per peccatum, quod non poteſt eſſe verum, ſi tot ſunt ſpecies, quot ſunt indiuidua, ſic enim multæ naturæ angelicæ lapſæ totaliter eſſent, humana autem tantùm una, cum humana non ſit niſi vna.

Sexta. ¶ Præterea, Damaſcenus in Elementario, cap. 12. dicit, quòd ſecundum unamquamque ſpeciem fecit Deus angelos.

Quolib. q. 2. ar. Pariſien. ¶ Præterea, Arguit ad idem in quolibet. quæſt. 2. quòd prædicta opinio eſt damnata Pariſiis in pluribus articulis. Primus eſt, Si quis dixerit Deum non poſſe multiplicare formas ſine materia, error. Secundus, Si quis dixerit formam non recipere diuiſionem ſine materia, error. Tertius, ꝙ quia intelligentiæ non habent materiam, Deus non poſſit eiuſdem ſpeciei facere plures, error.

¶ Quod ſi dicatur, inquit Antonius Trombeta quòd iſta ſententia non eſt damnata ubique, dato ꝙ Pariſiis ſic ſit, contrà, nam ſententia damnata in aliqua Vniuerſitate famoſa ubique eſt damnata, aut ſuſpecta de hæreſi, non ſolùm authoritate diœceſani, ſed etiam authoritate Domini Papæ, ut patet extra de hæreticis, capitulo ad abolendam. Hæc de primo.

¶ Quo ad ſecundum, veritas Peripatetica ab Ariſtote. Commenta. & San. Tho. accepta eſt, quòd quælibet intelligentia conſtituat vnam ſpẽm, ita quòd nõ poſſint ibi inueniri plura indiuidua eiuſdem ſpeciei. Et S. Tho. quidem in quæſtionibus diſputatis de ſpiritualibus creaturis, articu. 8. & in ſecundo contra Genti. cap. 93. & in prima parte. q 50. ar. 4. & alibi probat hoc multis rationibus, quarum duabus nunc vtendum eſt. S. Tho. 1. q. 50. ar. 4.

¶ Prima ex earum immaterialitate ſumitur, vnde omni principio diſtinctiuo numeraliter carent, & formatur ratio ſic, Omnis ſpecies habens plura indiuidua, habet in ſe diſtinctiuum numerale, intelligentia non habet tale principium diſtinctiuum, ergo. Minoris probationem habes ſuprà immediatè ante quæſtionem. Et nota, quòd hæc ratio eſt ſumpta ex 12. Metaphy. Tex. Commen. 49. vbi fit hæc conſequentia, Cœlum, id eſt primum principium eſt vnum ſpecie & plura numero, ergo eſt materiale, vnde expreſſè datur intelligi, quòd immaterialitas eſt ſufficiens cauſa non plurificationis numeralis. Sed quia Sco. expreſſè dicit loco prællegato, quòd opinio ſua eſt contra Ariſtote. ideo omittam authoritates. T. Cõ. 49.

¶ Secunda ratio San. Tho. eſt ſumpta ex ordine vniuerſi fundata ſuper tres propoſitiones, quarũ prima eſt, Vniuerſum habens tres partes, ſcilicet ſphæram generabilium & corruptibilium, corpora cæleſtia, & ſubſtantias immateriales habet pro bono intrinſeco ordinem, hæc habetur, 12. Metaphy. Tex. Commen. 52. T. co. 25.

¶ Secunda propoſitio eſt, quòd ordo eſt duplex, ſcilicet per ſe & per accidens. Ordo per ſe eſt inter eſſentialiter ordinata, ut ſpecies quæ ſunt ſicut numeri 8. Meta. tex. Com. 10. Ordo per accidens eſt inter indiuidua eiuſdem ſpeciei, ut dicitur tertio Meta. tex. Commen. 11. T. c. 10. 8. 3. c. 11.

¶ Tertia propoſitio eſt, quòd ea pars uniuerſi, in qua eſt ordo per ſe purus, eſt potior ea, in qua eſt ordo per ſe admixtus ordini per accidens, ex 12. Meta. tex. Commen. 52. vbi comparatur prima pars vniuerſi filiis familias, quibus nihil ordinatum per accidens ineſt. Super his propoſitionibus fundatur talis ratio, Id quod caret ordine per accidens non habet plura indiuidua eiuſdem ſpeciei, ſuprema pars vniuerſi caret ordine per accidens, ergo non habet plura indiuidua eiuſdem ſpeciei. Maior ex terminis patet: Minor licet ex Ariſt. habeatur loco allegato, quia iſti tamen negant Ariſt. in hac parte. ſicut & alibi, ratione probatur ſic. Non minus excludit ordinem per accidens ſuprema pars uniuerſi, quàm media pars: cum ſuprema ſit perfectior & bonitas vniuerſi in ordine conſiſtat, & ordo per accidens ſit imperfectum quid & deficiens ab ordine, per ſe, imò ordinatum per accidens eſt inordinatum, eo ꝙ per accidens eſt conditio diminuens rationem ordinis: ſed media pars excludit ordinem per accidens: ut patet: corpora enim cęleſtia non habent plura indiuidua eiuſdem ſpeciei, non. n. eſt niſi vnus Sol, vna Luna, &c. ergo ſuprema pars vniuerſi à fortiori excludit ordinẽ per accidens. Hæc de ſecundo.

Reſpondetur ad argument. ¶ Quo ad tertium reſpondetur argumentis Sco. Et ad primum quidem, ut terminos Theologicos admiſceamus, quia argumentum Theologicum eſt, dicitur quòd communicabilitas eſt triplex. Quædam cum diuiſione eſſentiæ, ſicut uniuerſale communicabile eſt particularibus. Quædam vero abſque diuiſione aliqua eſſentiæ & eſſe per identitatem, ſicut eſſentia diuina communis eſt tribus ſuppoſitis. Quædam per aſſumptibilitatem ad hypoſtaticam unionẽ, ſicut natura humana communicabilis eſt omnibus ſuppoſitis diuinis. Si in præmiſſis Sco. aſſumit communica- Ad primũ.

municabile primo modo, falſa eſt Maior, patet in eſſentia diuina. Si ſecũdo modo, falſa etiam eſt Maior, nulla enim eſsentia creata eſt illo modo communicabilis. Si tertio modo falſa quoque eſt Maior, vt patet de eſsentia diuina. Si autem accipiatur communicabile neutro illorum modorum: ſed pro communicabili in communi non deſcendendo determinatè ad hoc, vel illud communicabile, conceſſo toto argumẽto, non concluditur quòd quidditas angelica ſit cõmunicabilis, ſicut uniuerſale particularibus. Committitur enim fallacia conſequentis à ſuperiori ad inferius affirmatiuè. Vnde probatio adducta nihil contra nos facit. Communicabilitas primo modo repugnat intelligentiis propter earum perfectionem. Cõmunicabilitas ſecundo modo repugnat intelligentiis propter earum imperfectionem. Communicabilitas tertio modo conuenit eis ex earum imperfectione: quia eſſe diſtinguitur realiter ab earum eſſentia.

Ad ſecundum. ¶ Ad ſecundum dicitur diſtinguendo maiorem. Aliquid enim eſſe intelligibile ſub ratione uniuerſalis conuenit dupliciter. Vno modo ex parte rei & intellectus, ut uerbis S. Tho. vtar. Alio modo ex parte intellectus tantum. Primò modo Maior eſt vera, & Minor falſa. Secundò modo Maior eſt falſa, licet Minor ſit vera: cum enim vniuerſalitatis fundamentum ex parte rei ſit inuentio illius quidditatis in pluribus indiuiduis ſimul uel ſucceſſiuè. Fundamentum verò ex parte intellectus ſit repræſentatio illius quidditatis non repræſentatis conditionibus indiuiduationis, ut ſic, illud eſt vniuerſale utroque modo, ſcilicet ex parte rei & intellectus, quod utroque fulcitur fundamento, ſicut humana eſſentia eſt intelligibilis ſub ratione vniuerſalis ex parte rei: quia ipſa eſt realiter diuiſa & inuenta in multis, & ex parte intellectus: quia repræſentatur abſque hic & nunc. Illud autem eſt vniuerſale ex parte intellectus tantùm, quod altero tantum fulcitur fundamento, ſcilicet repræſentatione, &c. ita quod eius vniuerſalitas ex hoc ſolo habetur, quòd obiectiuè in intellectu ponitur: cui obiicitur res ſecundum conditiones quidditatiuas non indiuiduales ut ſic: & hoc modo quidditas intelligentiæ eſt vniuerſalis. Licet enim indiuiduale & ſpecificum eſſe ibi idem habeat principium, quia tamen repræſentatur ut talis res non ut hoc: quia non repræſentatur ſecundum quod in ſe eſt, ſed ſecundum modũ rerum compoſitarum, in quibus aliud eſt natura, & aliud eſt indiuiduum illius naturæ: ideo eſt vniuerſalis, vt obiecta eſt tantùm. Et hoc eodem modo eſt prædicabilis quidditas intelligentiæ de pluribus, ſcilicet nec actu nec aptitudine, ſed ut obiecta eſt intellectui, ut ab Auicen. habes quinto Metaph. Cap. 2. qui- nimo ipſa quidditas diuina hoc modo communis & vniuerſalis ſecundum rationem eſt, vnde & numerum pluralem apud grammaticos habet. Ad probationem autem Maioris ſic negatæ patet reſponſio: cùm enim dicitur, quòd implicat quidditatem eſſe de ſe hanc & uniuerſalem & prædicabilem de pluribus: hoc eſt verum, accipiendo uniuerſale ex parte rei: & ſimiliter prædicabile. Vniuerſale enim ſecundum rationem tantùm eſt unum in multis, & de multis vt obiectum eſt tantùm. Vniuerſale tantùm ex parte rei eſt in multis ſecundum rem, licet unitatem habeat, ut obiectum eſt. Hæc ſi uis plenè intelligere, memento eorum quæ dicta ſunt in quæſt. de Vniuerſalibus.

Ad tertium. Vide S. T. quol. 5. q. 5. ¶ Ad tertium dicitur, quòd in caſu illo repararetur neceſſariò idem numero Angelus: ex eodem enim Gabriel eſt hic & Gabriel. Nec eſt verum quòd apud nos Deus non poſſit idem numero reparare licet dicamus quòd ſi in reſurrectione non reſumeretur eadem anima numero, quæ non annihilata eſſe debet: ſi reſurrectionis ratio ſaluanda eſt, non eſſet idem homo numero, cum quo ſtat idem numero poſſe reparari à Deo.

Ad quartum. ¶ Ad quartum dicitur, quòd non eſt ſimile de intelligentiis & animab. intellectiuis quo ad hoc, quia animæ ſunt partes ſpeciei corporibus unibiles: non autem intelligentiæ: ſed de his infrà erit amplior ſermo.

Ad quintum. ¶ Ad quintum reſpondet Sanct. Thomas quòd natura humana & angelica poſſunt dupliciter accipi. Vno modo ſecundum eſſe naturæ: & ſic natura humana eſt una: angelica verò plures. Alio modo accipiuntur ſecundum eſſe viæ, ſcilicet ut uiatrices ad beatitudinem ſupernaturalem: & ſic ſicut natura humana eſt una, ita tota latitudo angelicarum ſpecierum eſt una natura, eo quòd ſicut omnes homines vno modo tendunt ad patriam, ſcilicet per liberum arbitrium flexibile remediabiliter: ſic omnes Angeli vno modo tendunt ad beatitudinem, ſcilicet per liberum arbitrium flexibile irremediabiliter, ſemel enim flexum reuerti amplius non poteſt apprehendunt. n. immobiliter. Et propterea Auguſt. vt Theologus loquens ad quem pertinet conſideratio de homine & Angelis in eſſe viæ & patriæ uocauit omnes angelos vnius naturæ. (c. 6. q. 1. in de ſpiritualibus creaturis, q. vni. ſupra 8. ad primum.)

Ad ſextũ. ¶ Ad ſextum dicitur, quod Damaſc. fortè opinionem illorum quos in hoc non ſequimur imitans dixit illa verba. Vel per ſpeciem intellexit ſpeciem ſubalternam non ſpecialiſſimam: & hoc mihi placet magis, cùm non conſtet ipſum contrariæ opinionis eſſe: & tunc largè ſpeciei nomen accipiendum eſt, ſi veritatem habere debet.

Ad ſeptimum. ¶ Ad ſeptimum dicitur primò, quòd argumẽtum procedit ex malo intellectu articulorum. Pariſienſiũ. Illi enim ſunt contra Auerroiſtas, qui animam intellectiuam, non multiplicabilem numero dicunt: quia eſt forma immaterialis: vnde ſenſus primi articuli eſt, Si quis dixerit Deum non poſſe multiplicare formas ſine materia, id eſt ſine dependentia à materia, error. Similiter ſecundi, Si quis dixerit formas non recipere diuiſionem ſine materia, id eſt ſine dependẽtia à materia, error. Similiter tertii, quod quia intelligentiæ non habent materiam, Deus nõ poſſet eiuſdẽ ſpeciei facere plures, error. non habent materiam, id eſt dependentiam à materia, uel non poſſet, id eſt ex impotentia Dei procedere. (De ar. Pariſienſib.)

Reuocati ſunt articuli Pariſienſes, ut tangũt doct. S. Th. Vidẽ de iſto artic. Capreo. 2. d. 3. q. 2. ad 8. contra primã cõcluſionẽ. ¶ Vel dicatur ſecundò, quòd articuli Pariſienſes, inquantum tangunt uel tangere uidentur doctrinam Sanct. Thom. reuocati ſunt per dominum Stephanum epiſcopum Pariſienſem apud Bertiliacum, anno Domini, 1325. Die Iouis ante ſacras Cineres, ut patet in literis, quæ incipiunt, Magiſtra rerum experientia certis indiciis euidenter demonſtrat.

¶ Dicitur tertiò, quòd cùm ſanctiſſimus Vrbanus Papa doctrinam Sanct. Thom. approbauerit in Extrauagante quæ incipit, Laudabilis Deus in Sanctis ſuis & in ſui maieſtate mirabilis, mirum eſt, quomodo iſti audeant contra Romanæ eccleſiæ approbationem reducere articulos Pariſienſes. Sunt autem verba domini Papæ in calce Extrauagantis ad Vniuerſitatem Tholoſanam, iſta, volumus inſuper, & tenore præſentium vobis iniungimus, ut dicti Beati Thomæ doctrinam tanquam veridicam & catholicam ſectemini, eamque ſtudeatis totis viribus ampliare. Datum apud Montem Flaſconem, & cæt. Hæc uerba attendant aduerſarii, & uideant quanta temeritate contra mandatum ſummi Pontificis Catholicam Sancti Thomæ doctrinam impugnare nituntur.

Eſſentiæ ¶ Huiuſmodi ergo ſubſtantiæ quamuis ſint formæ

fine

ſimplicia cōpoſitæ ſunt ex eſſe & eſsētia.

ſine materia,non tamen in eis eſt omnimoda ſimplicitas,nec ſunt actus puri, ſed habent permixtionem potentiæ,& hoc ſic patet, Quicquid enim non eſt de intellectu eſſentiæ vel quidditatis, hoc eſt adueniens extrà, & faciens compoſitionem cum eſſentia, quia nulla eſſentia ſine his quæ ſunt partes eſſentiæ intelligi poteſt. Omnis autem eſſentia vel quidditas intelligi poteſt ſine hoc,quòd aliquid intelligatur de eſſe ſuo facto. Poſſum enim intelligere quid eſt homo vel phœnix,& tamen ignorare an eſſe habeant in rerum natura,ergo patet quòd eſſe eſt aliud ab eſſentia vel quidditate.]

¶ In hac tertia parte capituli huius probatur ſubſtantias ſeparatas eſſe compoſitas ex eſſe & eſſentia. Sed antequam ad probationem accedatur,prænotandum eſt in ſubſtantiis materialibus inueniri quatuor realiter diſtincta, ſcilicet materiam, formam, eſſentiam compoſitam ex eis, & eſſentiam. In homine enim eſt conſiderare materiam, in qua recipitur eius forma, & formam ipſam, quæ eſt illius materiæ actus, & eſſentiam humanam, quæ nec eſt materia nec forma, & eſſe actualis exiſtentiæ, quo homo formaliter exiſtit in rerum natura, vnde fit, vt in iſtis ſubſtantiis duæ compoſitiones pertinentes ad genus ſubſtantiæ reperiantur. Quarum prima eſt ex materia & forma, ſecunda eſt ex eſſentia & exiſtentia, quæ vocatur compoſitio ex eſſe & eſſentia.

Cōuenientia & differētia inter cōpoſitionē ex materia & forma, & compoſitionē ex eſſētia & eſſe.

¶ Conueniunt autem inter ſe & differunt hæ compoſitiones. Conueniunt quidem in duobus. Primò in hoc,quòd utraque conſtat ex actu & potentia: materiam enim & formam alterum eſt ſe habere, vt potentiam & actum, eſſentia autem & eſſe ex eo liquet, quòd ſe habent ut potentia & actus, quia quidditas quælibet ex hoc ponitur in rerum natura quòd exiſtentiam acquirit.

¶ Secundò conueniunt in hoc, quòd vtriuſque extrema ſunt in eodem genere, tam enim materia & forma hominis,quàm eſſentia & eſſe eius in genere ſubſtantiæ & ſpeciei humanæ reponuntur.

Differunt Primò.

¶ Differunt autem quoad decem. Primò,quia extrema primæ compoſitionis ſunt partes ſubſtantiæ, & non ſunt ſubſtantia, propriè loquendo, ut patet. Materia enim & forma non ſunt in genere ſubſtantiæ niſi reductiuè, unde prædicationem ſubſtantiæ, quæ eſt genus generaliſſimum non niſi in obliquo ſuſcipiunt. Extremorum verò ſecundæ compoſitionis neutrum eſt pars ſubſtantiæ, ſed alterum eſt ſubſtantia,eſſentia ſcilicet quæ eſt in recta linea prædicamentali,alterum verò extra ſubſtantiam,ſcilicet exiſtentia.

Secundò.

¶ Secundò differunt, quia extremum illud quod ſe habet ut potentia in prima compoſitione,eſt ens purè potentiale,materia ſ. Extremum verò illud quod ſe habet in potentia, in ſecunda compoſitione non eſt pura potentia, ſed ens in aliqua ſpecie quidditatiuè completum,eſſentia ſcilicet.

Tertiò,

¶ Tertiò differunt,quia extremum illud, quod ſe habet ut potentia in prima compoſitione, non eſt id quod eſt, nec quod fit, propriè loquendo. Materia enim non fit,ut dicitur 7.Metaph.tex.commen.27.

T.C.26, & 32. me ta.tex.6. 12.

eiuſdem autem eſt eſſe,cuius eſt fieri,cum fieri ad eſſe ſe terminetur. Extremum vero id quod in ſecunda compoſitione ſe habet, ut potentia, eſt id quod eſt, & fit,cum omnis factio ad compoſitum terminetur, ut ibidem dicitur.

Quartò.

¶ Quartò differunt,quia extremum illud quod in prima compoſitione ſe habet,vt actus non eſt ultima actualitas rei,ſed cauſat alium ulteriorem actum, forma enim hominis,quæ eius materiam informat, cauſando totum cōpoſitum,complet proprium receptiuū

7. metaph. T.C. 27.

ipſius exiſtentiæ,& ſic eam cauſat,quæ eſt ulterior actus. Extremum verò illud quod in ſecunda compoſitione ſe habet, ut actus,eſt ultima actualitas illius generis,poſt exiſtentiam enim Sortis nihil ſibi ſubſtantiale amplius aduenit.

¶ Quintò differunt,quia extremum illud,quod in prima compoſitione ſe habet ut actus,eſt ita actus quòd tamen comparatur ad aliud,ut potentia. Extremum verò illud quod in ſecunda compoſitione ſe habet ut actus eſt ita actus,quòd ad nihil ipſius rei comparatur ut potentia. Quod patere poteſt aduertendo proportionem,quæ eſt inter formam & exiſtentiam. Eſt enim proportio formæ ad eſſe actuale, ſicut proportio diaphaneitatis ad lumen, forma ſiquidem recipit exiſtentiam & cauſat eam,ſicut diaphaneitas lumen. Sicut nanque aer in eo,quòd aer non eſt capax luminis,ſed oportet ipſum diaphaneitate informari,ut proprium receptiuum luminis fiat, ideoque neque aer nec diaphaneitas,ſed aer diaphanus eſt qui primò luminoſus eſt,licet ſecundariò tam aer,quàm diaphaneitas lumine careat,ita in propoſito materia ſola nō eſt capax exiſtentiæ,quia actus in propria ſuſcipi dēt potentia,ſed oportet in ipſa formam recipi,ut propriū receptiuum exiſtentia fiat,non materia nec forma,ſed compoſitum ex eis. Id enim quod primò exiſtit, eſt compoſitum,cuius primò etiam eſt fieri, tamen tam materia, quàm forma ſecundariò actuatur illa met exiſtentia; Vnde ſicut diaphaneitas eſt cauſa formalis aeri diaphano,& eius complementum formale ad hoc ut proprium ſuſceptiuum luminis ſit, & cum hoc comparatur ad lumen adueniens ut potentia recipiens, licet ſecundariò ad actum, ita forma eſt cauſa formalis compoſito & complementum eius formale ad hoc,ut proprium receptiuum exiſtentiæ ſit, ac per hoc,comparatur ad ipſam exiſtentiam ſubſequentem vt potentia recipiens, ſecundariò tamen ad actū receptum; vnde fit,ut ipſum eſſe actualis exiſtentiæ ad nihil aliud comparetur,ut potentia ad actum, ſed ſit ultima actualitas omnis rei etiam ipſius formæ.

Quintò.

Nota optimè hanc ſubtilem doctr.

Sextò.

¶ Sextò differunt,quia extremum illud, quod in prima compoſitione ſe habet ut actus, eſt de intellectu ſeu diffinitione rei extrinſecè,forma enim ſecundum omnes intrinſecè in diffinitione concipitur. Extremorum verò illud quod in ſecunda compoſitione ſe habet ut actus,eſt extra quidditatem rei: diffinitio enim non ſignificat eſſe, uel non eſſe, ut dicitur primo Poſte.

T.C.67.

Septimò.

¶ Septimò differunt,quia ex extremis primæ compoſitionis fit unum tertium per ſe unum. Ex extremis verò ſecundæ compoſitionis non fit unum tertium per ſe unum neque per accidens,propriè loquendo. Et colligitur ratio huius differentiæ ex ſupradictis,unum enim per ſe non fit niſi ex duobus, quorum vtrunque eſt pars ſubſtantiæ,nulla enim ſubſtantia completa facit unum per ſe cum quocunque alio, & quorum alterum eſt pura potentia, ex duob. enim actibus non fit tertium per ſe unum, & quorum alterum eſt ita actus,ut poſſit cōparari ad aliquid aliud, ut potētia partes. n. ſunt materia totius, quinto Metaphy.tex. cō.3. Cùm autē in prima compoſitione omnes iſtæ compoſitiones ſaluētur. in ſecunda verò nulla, ſequitur quòd in ſecunda compoſitione non fiat vnum tertium per ſe,neque etiam unum per accidēs fit,quia unum per accidens aggregat res diuerſorum generum, cum his tamen ſtat quòd eſſentia per ſe adunetur cum eſſe.

T.C.6.3.

Octauò.

¶ Octauò differunt,quia prima compoſitio eſt cōpoſitio ex his,& ideo fit ibi unum tertium. Secunda verò eſt compoſitio cum his. Nulla enim res datur,quæ conſtet ex eſſentia,& exiſtentia, propriè loquendo,ſicut datur res conſtans ex materia & forma,

ſed

ſed aſſentia componit cum exiſtentia & èconuerſo, & ideo dictum eſt, quòd adunantur per ſe, non tamen componendo tertium.

Nonò. ¶ Nonò differunt, quia prima compoſitio ad pauciora ſe extendit, quàm ſecunda. Extrema enim primæ compoſitionis non inueniuntur niſi in rebus ſenſibilibus, eam tanque ſolam ex materia & forma conſtare, ſuprà concluſum eſt. Extrema verò ſecundæ cõpoſitionis reperiuntur & in rebus ſenſibilibus, & in rebus immaterialibus, habent enim intelligẽtiæ quidditatem & exiſtentiam. Vnde prima compoſitio infert ſecundam, & non èconuerſo, omne enim compoſitum ex materia & forma eſt compoſitum ex aſſentia & eſſe, ſed non conuertitur.

c.1.a.5.in prin.

Decimò. ¶ Decimò differunt quo ad paſſiones ſuas: compoſitionem enim primam quantitas, accidentia ſenſibilia, & tranſmutatio ſaltem localis ſequuntur. Compoſitionem autem ſecundam neque generatio, neque corruptio, neque tranſmutatio aliqua phyſica ſequitur, ſed tantùm recipere & recipi, perficere & perfici, quia hęc ſequuntur actum & potentiam, illa verò materiam & formam. In litera igitur hanc ſecundam cõpoſitionem in omni ente citra primum inueniri probatur ſub concluſione propoſita, Omne ens aliud à primo eſt compoſitum ex eſſe & eſſentia. Ratio talis eſt, Omne habens aliquid realiter ſuæ quidditati coniunctum, quod eſt extra eſſentiam eius, eſt compoſitum ex quidditate & illo additamento, id eſt eſſentia & eſſe, omne ens aliud à Deo habet aliquid reale ſuæ quidditati realiter coniunctum extra eſſentiam eius, ſ. eſſe, ergo omne ens aliud à Deo eſt compoſitum ex eſſe & eſſentia. Maior relinquitur à Sã. Tho. pro manifeſta. Et eſt modificanda ita, quòd illud additũ ſit extra eſſentiam rei particulariter ſumptam (quod dico propter inferius, cùm ſit extra eſſentiam ſuperioris, non tamen componit cum illo) & etiam deſeruit ſic modificata propoſitio, quia eſſe eſt extra eſſentiam Sortis, non enim poneretur in eius diffinitione ſi diffiniretur. Relinquitur igitur manifeſta Maior, quia duo adunata, quorum neutrum eſt contrahens alterum, & alterum ſe habet ut actus, & alterum ut potentia, non niſi per compoſitionem realiter ſunt coniuncta. Minor autem patet ex ſexta differentia, & Ariſtotele primo Poſteriorum dicente, quòd nulla diffinitio ſignificat eſſe.

Formae rõnem literæ in textu poſitam.

T.c.15.

[Niſi forte ſit aliqua res, cuius quidditas ſit ſuum eſſe, & hæc res non poteſt eſſe niſi una & prima: quia impoſſibile eſt ut fiat plurificatio alicuius niſi per additionem alicuius differentiæ, ſicut multiplicatur natura generis in ſpeciebus. Vel per hoc, quod forma recipitur in diuerſis materiis, ſicut multiplicatur natura ſpeciei in diuerſis indiuiduis. Vel per hoc, quod vnum eſt abſtractum, & aliud in aliquo receptum, ſicut ſi eſſet quidam color ſeparatus, eſſet alius à colore non ſeparato, ex ipſa ſua ſeparatione. Si autem ponatur aliqua res, quæ ſit eſſe tantùm, ita ut ipſum eſſe ſit ſubſiſtens, hoc eſſe non recipiet additionem differentiæ, quia iam non eſſet eſſe tantùm, ſed eſſe, & præter hoc forma aliqua. Et multominus recipiet additionem materiæ, quia iam eſſet eſſe non ſubſiſtens, ſed materiale; vnde relinquitur, quod talis res, quæ ſit ſuum eſſe, nõ poteſt eſſe niſi una, unde oportet, quod in qualibet alia re præter eam ſit aliud eſſe ſuum, & aliud quidditas vel natura, ſeu forma ſua. Vnde in intelligentiis oportet, quod ſit eſſe præter formam: & ideo dictum eſt, quod intelligentia eſt forma & eſſe.]

¶ Hic ponitur ſecunda ratio ad idem quæ inducitur per modum excluſionis tacitæ reſponſionis, quia aliquis poſſet dicere ad rationem factam, quòd aliqua res eſt, cuius quidditas eſt ſuum eſſe & illius diffinitio non abſtrahit ab exiſtere. Contra hoc inquam inducitur ſecunda ratio probans, quòd in uno ſolo ente, ſcilicet primo, eſſentia eſt idem quod exiſtentia, & conſequenter in quolibet alio, eſſe & eſſentia diſtinguuntur realiter. Ratiocinatur ergo ſic, Omne plurificabile, ſeu plurificatum altero trium modorũ multiplicatur uel per additionem differentiæ formalis, vel per receptionem utriuſque in materia, vel per receptionem unius in materia & alterius ſeparationem; ſed quidditas quæ eſt ſuũ exiſtere, nullo iſtorũ modorũ eſt multiplicabilis: ergo quidditas, quæ eſt ſuũ eſſe, nec eſt plurificabilis nec plurificata eſt: ergo eſt vna tãtũ, & ſic oẽ aliud ab ea non eſt ſua exiſtẽtia. Proceſſus clarus; Maior verò declaratur, quoniã cũ pluralitas ſequatur diuiſionẽ, diuiſio alicuius fit per differẽtias formales, ſicut natura generica animalis multiplicatur in homine & leone. Vel per differẽtias indiuiduales, ſicut natura ſpecifica multiplicatur in Sorte & Platone propter hoc, quòd humanitas Sortis eſt in alia materia ſignata ab illa, in qua eſt humanitas Platonis. Vel tertio modo poteſt imaginari diuiſio inter aliqua duo eiuſdem naturæ, propter hoc, quòd alterum eſt omnino ſeparatum à materialibus conditionibus, alterũ verò concretum eſt illis, ſicut homo ſeparatus apud Platonem, diſtinguitur ab homine particulariter propter hoc, quòd homo ſeparatus eſt immaterialis, natura verò Sortis eſt recepta in hac materia. Nec apparebit diſcurrenti per omnia Prædicamenta aliquis alius modus realis multiplicationis in uniuerſo. Nec aliquis mihi obiiciat quòd quantitas & ſubſtantia diſtinguuntur realiter, & tamen non per differentias formales, nec, &c. Quoniam ſiue modis ſiue differentiis fiat diuiſio, non refert, dummodo contrahens ad aliquam limitatam naturam trahat contractum. Minor autem declaratur quo ad omnes eius particulas. Primò, quòd non ſit multiplicabilis per modum generis, patet ex eo, quòd genus recipit additionem differentiæ, per quam trahitur natura generis ad determinatam naturam ſpecificam: & ſic perdit genus puritatem propriam, animal enim contractum ad humanam ſpeciẽ non eſt purum animal, ſed animal humanum: quidditas verò, quæ eſt ſua exiſtentia, eſt ipſum eſſe purum, & non coarctatum: ſtatim enim quod contraheretur, perderet puritatem, & eſſent ibi duo: eſſe, ſcilicet & quidditas ad quam contractum eſſet. Secunda pars Minoris clarius patet: quod enim recipitur in alio, non eſt eſſe purum, & per ſe ſubſiſtens, ſed ſuſtentatur in alio, quidditas autem, quæ eſt ſuum eſſe, eſt pura & conſequenter per ſe ſubſiſtens, & non alteri admixta, in quo ſuſtentetur. Per idem quoque patet tertia pars Minoris; ſi enim una quidditas, quæ eſt ſuum eſſe, eſt ſeparata, altera quæ eſt recepta ex hoc, quòd eſt recepta, non poterit eſſe eadem ſuæ exiſtentiæ, ut enim dictum eſt, eſſe receptum non poteſt eſſe idem quidditati: & ſic cõcluditur, quòd quidditas, quæ eſt ſuum eſſe, eſt una tantùm, quæ eſt prima cauſa omnium, & per hoc cætera habent eſſe diſtinctum à ſuis eſſentiis.

[Omne autem quod conuenit alicui, uel eſt cauſatum ex principiis naturæ ſuæ, ſicut riſibile in homine, vel aduenit ab aliquo principio extrinſeco, ſicut lumen in aere ex influentia ſolis. Non autem poteſt eſſe, quòd ipſum eſſe ſit cauſatum ab ipſa forma, uel quidditate rei: dico ſicut à cauſa efficiente: quia ſic aliqua res eſſet cauſa ſuiipſius, & aliqua res ſeipſam in eſſe produceret, quod eſt impoſſibile: ergo oportet, quòd omnis talis res, cuius eſſe eſt aliud à natura ſua, quòd habeat eſſe ab alio.]

Intelligentiæ ſunt effectiuè productæ à Deo.

¶ In hac parte quarta huius capituli declaratur intelligentias habere eſſe à Deo effectiuè, in quo omnino idem eſt eſſe cum eſſentia, primum horum in ſua uniuerſali concluſione hoc, ſcilicet, omne aliud à

prima

prima cauſa eſt productum ab ipſa, probatur ſic. Om
ne habens eſſe diſtinctum à ſua quidditate, eſt produ
ctum effectiuè à prima cauſa: omne ens aliud à cau-
ſa prima habet eſſe diſtinctum à ſua quidditate: ergo
omne ens aliud à prima eſt effectiuè productum à
prima cauſa. Minor ſupponitur ex dictis & dicendis.
Maior probatur ſic, Omne illud, cui cõuenit aliquod
diſtinctum à ſua quidditate, ita ſe habet quòd vel ip
ſum eſt cauſa effectiua illius, aut habet illud ab alio
effectiuè, non enim poteſt imaginari tertium: riſibili
tas ſiquidem & albedo, & quicquid aliud conuenit
homini, aut cauſatur ab ipſo homine effectiuè, aut ab
aliquo alio, quod non eſt hominis quidditas: ſed im-
poſſibile eſt, ut aliquod ens efficiat ſuam propriam
T. c. 47. exiſtentiam, ut dicitur 2. de Anima tex. com. 47. ergo
oportet quòd illam habeat ab alio effectiuè. Quòd
autem ſit impoſſibile, ut aliquid ens efficiat ſuam pro
priam exiſtentiam, patet ex eo, quòd ſequeretur, ꝙ il
lud eſſet antequam eſſet, ex eo enim quòd efficeret,
T. c. 17. eſſet: omne enim efficiens exiſtit, 3. Phyſi. text. Com-
men. 17. ex eo verò quòd ſuum proprium eſſe cauſa-
ret ſuum exiſtere, eius cauſalitatem ſequeretur: & ſic
eſſet antequam eſſet.

Eſſentia primæ cauſæ eſt ſuũ exiſtere immediatè ſuprà. [Et, quia omne, quod eſt per aliud, reducitur ad
id, quod eſt per ſe, ſicut ad cauſam primã: ideo opor-
tet quod ſit aliqua res, quæ ſit cauſa eſſendi omnibus
rebus, eo quòd ipſa eſt eſſe tantùm, aliàs iretur in in-
finitum in cauſis, cùm omnia res, quæ non eſt eſſe tan-
tùm habeat cauſam ſui eſſe, ut dictum eſt. Patet er-
go, ꝙ intelligentia eſt forma & eſſe, & quòd eſſe ha-
beat à primo eſſe, quod eſt eſſe tantùm, & hoc eſt pri-
ma cauſa, quæ Deus eſt.]

¶ Hic declaratur ſecundum propoſitorum, hæc cõ
cluſio, ſcilicet eſſentia primæ cauſæ eſt ſuum exiſtere,
tali ratione, Omne quod eſt per aliud tale, præcedi-
tur ab eo quod eſt per ſe tale, omne ens aliud à prima
cauſa eſt per aliud tale, id eſt ens, ergo præceditur ab
eo quod eſt per ſe ens, quod autem eſt ex ſe ens cauſa
eſt omnibus, ut entia ſint, ut dicitur 2. Metaphyſi. text.
T. c. 4. Commen. 4. prima ergo cauſa eſt ex ſe ens, ſeu per ſe
ens, & conſequenter ſua quidditas eſt ipſum eſſe, ali-
ter nõ eſſet per ſe, ſed per aliud à ſua quidditate ens
& conſequenter dependeret ab alio, ut antè poſita ra-
tione deductum eſt. Maior propoſitio etſi habeatur
ſecundo Phyſi. tex. Commen. 66. & 8. tex. Commen.
39. tamen in litera probatur ex eo, quòd aliter ſeque-
retur proceſſus in infinitum in cauſis, ſi enim non eſ-
ſet deuenire ad unum per ſe tale, ſed omnia eſſent
per aliud talia, qua ratione ante unum eſt aliud, eadẽ
ratione ante illud erit aliud, & ſic in infinitum. Minor
verò eſt concluſio præcedentis rationis.

QVAESTIO. X.

Num intelligentiæ ſint à Deo effectiuè productæ.

CIRCA hanc partem dubitatur, an intelli-
gentiæ effectiuè ſint productæ à Deo.
¶ Et pro parte quidem negatiua arguitur
ſic, Omne agens aliquid, agit illud per
motum, nulla cauſa ſubſtantiarum immaterialiũ agit
T. c. 45. eas per motum, ergo nulla cauſa earum eſt agens eas.
T. c. 12. Maior eſt Ariſto. 1. de Generatione. tex. commen. 45.
Et confirmatur, quia apud Ariſto. 12. Metaphyſi. text.
Commen. 12. Omnis productio exigit tria, à quo, ex
quo, & ad quod, quæ in ſubſtantiis immaterialib. ſal-
uari non poſſunt.
T. c. 33. ¶ Præterea, In 1. Phy. tex. Cõmenti trigeſimitertii,
communis conceptio Philoſophorum eſt, quòd ex ni
hilo nihil fit, ſed ſi intelligentiæ ſunt effectiuè à Deo,
ſunt ex nihilo, &c.

¶ Præterea, Quarto Cœli, com. 1. nullum æternum,
inquit Auer. habet efficiens verè, niſi per modũ for- Auer. c. 1 c. 44.
mæ & finis. Similiter 12. Meta. com. 44. reprehendit
modernorum morem, dicens, quòd in ſeparatis à ma
teria non eſt verè agere.

¶ Præterea, Nullum poſſibile ex ſe eſt neceſſariũ
ex alio, apud Commentatorem 12. Meta. com. 41. niſi
motus, ſed intelligentiæ, ſi ſunt effectiuè à Deo, ſunt poſtmo. ſecũda ratio
poſſibiles ex ſe, ergo non ſunt neceſſariæ ex alio, er- com. 41.
go corruptibiles.

In hac dubitatione, quoniam noſtra ætate in hoc
Patauino ſtudio non uertitur in dubium, an ita ſit ꝙ
Deus creauerit intelligentias, ſed an hoc ſit ſecundũ
mentem Ariſto. & Commentatoris, ideo breuiter &
incidenter perſuadere uolumus, quòd omnes intelli-
gentiæ ſunt à Deo effectiuè ſecundum commentato
rem, & conſequenter Ariſto. omnes enim admittunt
in hac re conſequentiam iſtam. Deinde quoniam
multi in hac re quærunt modum, quo apud commen.
productio iſta ſit, declarabitur & modus produ-
ctionis.

¶ Primum declarabitur ſic, Id quod eſt maximè
ens, & verum eſt cauſa entitatis & veritatis in cæteris.
2. Meta. tex. com. 4. Deus eſt maximè ens & uerum, T. c. 4.
ergo Deus eſt cauſa entitatis in cæteris. Si dicatur ꝙ c. 36. circa med. &
eſt cauſa finalis & non effectiua, contra 12. Met. com. 44.
36. & 44. quælibet res ſeparata à materia, cuiuſcunque
eſt principium finale, eſt principium efficiens: ergo ſi
Deus eſt principium finale intelligentiarum, erit &
principium efficiens earum. Dicitur fortè, quòd Cõ.
non ponit illam propoſitionem uniuerſaliter, ſicut aſ-
ſumpta eſt, ſed indefinitam, contrà, Commentator ex
ſeparatione à materia, ſeu immaterialitate rei ponit
cauſalitatem effectiuam concomitari cauſalitatem fi- Ibidem de forma
nalem reſpectu eiuſdem effectus, ut patet ibi, ergo balnei, &c.
ubicunque reperitur immaterialitas cum cauſalitate
finali reſpectu alicuius, oportet etiam reperiri cauſali
tatem effectiuam reſpectu eiuſdem. Confirmatur ex
verbis Commentatoris in de ſubſtantia orbis, capitu Cap. 2.
lo ſecundo, ubi expreſsè dicit cœlum egere intelligẽ-
tia non ſolùm mouente, ſed largiente in ſua ſubſtan-
tia permanentiam æternam, par autem eſt ratio de in
telligentiis. Quòd ſi dicatur, quòd loquitur de cauſa
finali & formali exemplari, replica facta eſt, & adde
quòd ibi dicit Commentator, quòd finis ſignificat a-
gens ſignificatione neceſſaria, & ſunt uerba ualde no-
tanda. Confirmatur adhuc, quia Auerrois in 12. Meta.
& nuncnunc declarabitur, non ſolùm ponit ipſas pro
duci, ſed etiam modũ quo à prima cauſa omnes pro-
ducuntur, aſſignat. Modus autem productionis ab ip
ſomet ponitur, 44. Commento 12. Meta. vbi reprehen Cap. 44.
dit Auic. non quia ponebat intelligentias produci à
Deo, ſed quia ponebat, quòd Deus cauſaret eas per
modum naturæ, ſ. ꝙ ab uno unum tantùm procedat.
Poſuit enim Auicenna Deum glorioſum, qui pura
actualitas eſt, intelligendo ſe, producere primam in-
telligentiam, quæ producta intelligendo Deum, pro
ducebat ſecundam intelligentiam, Intelligendo autẽ
ſe ſecundum id, quod habet de actualitate, produce-
bat animam primi orbis, intelligendo autem ſe ſecun
dum id quod habet de potentialitate, producebat or-
bem primum, & ſimiliter ſecunda intelligentia facie
bat uſque ad ultimam, quæ præſidet ſphere actiuorũ
& paſſiuorum. Reprehenditur ergo Auic. de hoc, ꝙ
vnum tantùm procedere à Deo immediatè dicebat. vbi ſupra
Vnde dicit, Non enim eſt illic prouentus, neque con c. 44. parum poſt
ſecutio, neque actio, ita quòd dicamus, ꝙ una actio principiũ.
ſequitur unum agentem. Vbi apparet ꝙ propterea
appoſuit

appoſuit ly. Ita quòd una actio, vt declararet modum productionis ſe impugnare. Vnde & verè productionis modum ſubiungit in verbis ſequentibus dicens, Tantùm enim eſt illic cauſa & cauſatum: ſecundòm quod dicimus, intellectum eſt cauſa intelligẽtis. Vbi ſcito ex Alberto 12. Metaphyſicorum, quòd contemplatio intelligentiarum, ſi veritatem inuenire quærit in eas, ut operatiuas non ſpeculatiuas tẽdat: ſeu enim eſſentialiter opifices, ut earum inſtrumenta corpora, ſ. & cælaſtia præ ſe ferunt. Inter artes enim talis inuenitur proceſſus, quòd ars communis & principalis ſpeciales artes ſubſeruientes cauſat exemplariter & effectiuè (partialiter ſaltem) prout diuerſis modis eſt imitabilis; Verbi gratia, ars militaris cauſat equeſtrem & frænefactiuam, & alias huiuſmodi, ut ſic, & ſic & aliter imitabilis: omnes enim inferiores artifices inuiendo artem principalem, & communem, ad eius imitationem formant operationes ſuas proportionatas illi, Deus autem glorioſus eſt ars prima & communiſſima imitabilis ab omnibus artificialibus, quales ſunt omnes intelligentiæ. Vnde ipſa ars diuina, vt ſic imitabilis, puta per modum talem, qualis eſt motus Saturni cauſat artem intelligentiæ Saturni; & ut alio modo imitabilis, puta per operationes tales, quales ſunt Iouis, cauſat artem intelligentiæ Iouis, & ſic de aliis: cauſat dico non ſolum exemplariter, ſed effectiuè, & totaliter. Ars enim uniuerſalis in humanis ideo non cauſat, niſi partialiter & exemplariter artes ſpeciales: quia non poteſt niſi concurrente lumine intellectus agentis in alterius intellectus fieri. Si nanque ars uniuerſalis eſſet ſeparata à materia per ſe ſubſiſtens ex ſe, non probiberetur quin poſſet artes ſpeciales ſui imitatiuas effectiuè producere. Vnde cùm ars diuina ſit per ſe ſubſiſtens, & ſummè efficax, non requirit coagens: ſed ſola intelligendo ſe ut pluribus nobis imitabilem artes ſpeciales orbium motiuas tanquam propriorum inſtrumentorum produxit: & quia artes illæ non ſunt receptæ in aliquo, oportet quòd ſint ſubſiſtentes, & quòd ſint non ſolùm formæ intelligibiles, ſed intelligentes. Omnis enim res immaterialis ſi eſt ſubſiſtens, eſt intelligens ſecundum doctrinam Ari. 3. de Anima tex. Com. 16. Vnde cùm Deus immediatè producat plures artes ſpeciales ſubſiſtentes, ſequitur quòd immediatè producat plures intelligentias. ipſæ enim ſunt eſsentialiter artes: & ſic ibi eſt tantum cauſa & cauſatum, ſicut intellectum, id eſt, ars communis intellecta, eſt cauſa intelligentis artificis ſubſeruientis.

Nota hic diuinã declarationem.

T. c. 16. & 15.

In eodem Commẽ.

¶ Confirmant hunc ſenſum verba ſequentia, quibus ait, non eſt impoſſibile, ut id quod eſt per ſe intelligentia & intellectum, ſit cauſa plurium entium, ſecundum quod ex eo intelliguntur multi modi, Ars enim diuina, quæ eſt pura intelligentia & purum intellectum, ſecundum quod intelligitur à ſe practicè pluribus modis imitabilis, plures artes producit. Quarum cuilibet, quia quod concipit de arte communi, eſt ratio operandi, cùm ſumat principia ſua ab illa: ideo ſubdit, quòd aliud eſt quod concipit de primo motore motor orbis Iouis, & aliud quod concipit motor orbis Saturni: & eſt cauſa in anima, eius ſcilicet, quòd operetur.

¶ Confirmat quoque hoc idem proportio inter intelligentias aſsignata ab ipſo Com. ait enim in Com. 44. quòd habitudo intelligentiarum aliarum ad primam eſt habitudo artium ſpecialium ad communem: ita quòd ſicut artes ſpeciales perficiuntur & cauſantur à communi in humanis: ita proportionabiliter intelligentiæ aliæ perficiuntur & cauſantur à prima.

Ad primũ

¶ Ad Primum in oppoſitum dicitur, quòd agens dupliciter ſumitur. Quandoque propriè pro illo, quod ex ſua actione infert paſsionem, quæ magis facta abiicit à ſubſtantia: & ſic ſumitur ibi ab Ari. agẽs, ſic enim opponuntur agens & patiens. Alio modo pro omni eo, quod in genere cauſæ efficientis cauſat: & ſic agens communius eſt mouente, ut patet ex 7. Metaphyſi. Commento 31.

Ad confirmationẽ

¶ Ad confirmationem primam dicitur, quòd & illud & ſimilia intelligenda ſunt de productione Phy. ſcilicet per motum & mutationem. Similiter dicitur ad ſecundum.

Com. 39. ad primã rationem

¶ Ad authoritates Commentatoris adductas & ſimiles ſibi dicitur, ꝙ loquuntur de agente proprio dicto & productione Phyſica; uel contra poſitionem Auic. quòd unum ab uno emanat.

ad ſecundam rationem.

¶ Ad rationem ſecundam conceſſa Maiore, negatur Minor: ſtat enim apud Ariſt. Com. S. Tho. & veritatem aliquid eſſe ab alio effectiuè, & tamen eſſe neceſſarium ex ſe.

Ad cuius euidentiam notandæ ſunt quatuor propoſitiones. Prima eſt. Poſſibile ex ſe eſt id, quod habet in ſeipſo potentiam ad non eſſe. Patet iſta ex extremis. ideo enim aliquid eſt in ordine poſſibilium & non in ordine neceſſariorum: quia habet in ſeipſo potentiam ad non eſſe. Si enim careret potentia ad non eſſe, impoſſibile eſt ipſum non eſſe: & ſic neceſſarium eſſet illud eſſe.

Secunda propoſitio eſt, Id ſolùm habet in ſeipſo potentiam ad non eſſe, cuius aliquid habet potentiã ad aliud eſſe. Patet iſta ex eo, quòd nulla potentia per ſe primo appetit non eſſe, omnis enim appetitus per ſe tendit ad aliquod eſſe, ſed quia cum illo ad quod tendit, non poteſt ſtare eſſe quod habet: ideo ex conſequenti appetit non eſſe, quod eſt priuatio formæ, quam habet. Sicut materia aquæ per ſe primò appetit formam ignis, ſed quia cum forma ignis non poteſt ſimul ſtare aquæ forma, ideo ex conſequenti appetit priuationem formæ aquæ, quam habet. Potentia ergo omnis appetens non eſſe prius natura appetit aliquod aliud eſſe. Notanter autem dixi in hac propoſitione, cuius aliquid habet potentiam, quoniam non totum appetit aliud eſſe, ſed pars potentialis. non enim tota aqua appetit eſſe ignis, ſed eius materia.

Tertia propoſitio eſt, Neceſſarium ex ſe eſt illud, quod caret potentia ad eſſe & non eſſe. Patet iſta ex terminis 5. Meta. tex. Commen. 6. Neceſſarium enim eſt quod impoſſibile eſt aliter ſe habere, quod autem caret potentia ad eſſe, & non eſſe, impoſſibile eſt aliter ſe habere. omnis enim ſucceſſio, quæ dicitur ſic ad aliter ſe habere, fit per poſſe hoc eſſe perdere, & aliud acquirere.

T. 2. 6.

Quarta propoſitio eſt, ꝙ nec intelligentiæ, nec corpora cæleſtia habent aliquid ſui, quod ſit in potentia ad aliud eſſe. Iſta quoad intelligentias eſt per ſe nota, quia ſunt ſimplices formæ, quoad corpora cæleſtia verò ſecundum Auerroim ſimiliter dicendum eſt, quia ſunt ſubſtantiæ ſimplices apud ipſum, ſecundum autem Sanctum Thomam ex eo eſt vera, quòd materia cuiuſque eorum non eſt capax niſi formæ quam habet.

¶ Ex quibus quatuor propoſitionib. ſuccinctè declaratis patere poteſt, ꝙ ſecundum veritatem intelligentiæ & corpora cęleſtia ſunt neceſſaria ex ſe arguẽdo ſic, Oẽ carens potentia ad eſſe & non eſſe eſt neceſſarium ex ſe, intelligentiæ & corpora cęleſtia carent potentia ad eſſe & non eſſe. ergo, &c. Cũ hoc tamen ſtat, ꝙ ſint effectiuè ab alio, poteſt. n. unũ neceſſarium eſſe effectiuè ab alio neceſſario. ut dicitur 8. Phy. tex. Com. 15. & 5. Meta. tex. Com. 9. Vnde intelligentiæ et corpora cœleſtia dupliciter ſunt neceſſaria et ex ſe et ab alio, ex ſe quidem formaliter et intrinſecè,

T. c. 5.

T. c. 9.

trinſecè, ab alio verò effectiuè & extrinſecè. Vnde Commentator 12 Metaph. Com. 41. dicit, quòd non poteſt eſſe aliquid poſſibile ex ſe, neceſſarium vero ex alio niſi motus: & non dixit impoſſibile eſt aliquid eſſe neceſſarium eſſe ex ſe & ex alio. Et cùm hoc inſpexeris, fugabuntur omnes dubitationes inter dicta eius in de ſubſtantia orbis, & hic, reputauit enim impoſſibile niſi in motu aliquid eſſe neceſſarium ex alio præciſè. pro nunc ſufficiant hæc.

Com. 4. Nota vera hæc & optima.

Intelligentiæ ſunt cõpoſitæ ex actu & potentia, quo eſt, & quòd eſt

[Omne autem, quod recipit aliquid ab alio, eſt in potentia reſpectu illius: & hoc quod receptum eſt in eo, eſt actus eius, ergo oportet, quòd ipſa forma vel quidditas, quæ eſt intelligentia, ſit in potentia reſpectu eſſe, quod à Deo recipit. & illud eſſe receptum eſt per modum actus, & ita inuenitur actus & potentia in intelligentiis: non tamen formæ & materia, niſi æquiuoce vnde etiam pati, recipere, ſubiectum eſſe, & omnia huiuſmodi, quæ videntur rebus ratione materiæ conuenire, æquiuoce conueniunt ſubſtantiis intellectualibus & corporalibus, vt in tertio de Anima Commentator dicit.]

C. 14. circa princ. cap. magno: circa princ.

¶ In hac quinta particula declaratur talis concluſio, Intelligentiæ ſunt compoſitæ ex actu & potentia quo eſt & quod eſt: ſic, omne quod recipit aliquid ab alio effectiue, eſt compoſitum ex recipiente potentia & actu recepto: intelligentiæ recipiunt aliquid ab alio, ſcilicet eſſe à Deo: ergo intelligentiæ ſunt compoſitæ ex potentia & actu. Maior ex eo patet, quòd nihil eſt in ſeipſo. Minor autem ex præcedentibus nota eſt. Et quamuis ſic ſit, quòd in intelligentiis inueniatur actus & potentia: non tamen habent formam & materiam. In plus enim ſe habent actus & potentia, quàm forma & materia. Vnde pati, recipere, & ſubiici, & ſimilia, quæ ſunt paſſiones materiæ æquiuoce in inferioribus, & ſuperioribus reperiuntur. Aliena eſt ratio recipiendi, ibi & hic: ibi abſque omni motu & materiali conditione, in iſtis verò non niſi cum motu & indiuidualibus conditionibus, vt & Commentator teſtatur 3. de Anima com. 14.

Ca. præd. [illegible]

[Et quia, vt dictum eſt, intelligentiæ quidditas eſt ipſamet intelligentia, ideo quidditas vel eſſentia eius eſt ipſum quod eſt ipſa, & eſſe ſuum receptum à Deo eſt id, quo ſubſiſtit in rerum natura, & propter hoc à quibuſdam huiuſmodi ſubſtantiæ dicuntur componi ex quo eſt, & quod eſt, vel ex quo eſt, & eſſentia, vt Boetius dicit.]

In lib. de Hebdo. pp. 2.

¶ Aſſignat rationem, quare intelligentia dicitur compoſitæ ex quo eſt, & quod eſt, Omne compoſitũ ex quidditate, quæ eſt ipſum ſuppoſitum & eſſe, eſt compoſitum ex quo eſt, & quod eſt: intelligentiæ ſũt compoſitæ ex quidditate, quæ eſt ipſa intelligentia, & eſſe quo ſubſiſtunt. ergo ſunt compoſitæ ex quo eſt & quod eſt Omnia aſſumpta ex prædictis ſunt manifeſta.

QVAESTIO X.

Num eſſe actualis exiſtentia, & eſſentia diſtinguantur realiter.

CIrca Supradicta duæ dubitationes ſunt. Prima eſt, an eſſe actualis exiſtentiæ & eſſentia diſtinguantur realiter. Secũda eſt, an intelligentiæ ſint compoſitæ ex actu & potentia.

¶ Circa primam tria agenda ſunt: primò ponetur opinio Scoti. Secundò ponetur opinio Sancti Thomæ. Tertiò reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

Sc. 3. diſt. 6. q. 1.

Quo ad primum Scotus in tertio ſententiarum, diſtinctione ſexta, quæſtione prima, opinatur eſſe actualis exiſtentiæ & eſſentiam rei eſſe idem realiter: licet diſtinguantur ex natura rei, ſicut modus intrinſecus & quidditas cuius eſt, ſicut nec albedo diſtinguitur à ſuo modo intrinſeco, gradu ſcilicet, vt tria vel quatuor. Ad probandum autem hoc licet adduci poſſent rationes Scoti: quia tamen vnionem naturæ humanæ cum ſuppoſito diuino concernunt, decem rationes inductas ab Antonio Trombeta in Quolibeto ſuo nũc recitendas primò cenſui.

Antoni⁹ Trõbeta in Quolibet medio li.

¶ Primo arguit, vt ipſe dicit, contra fundamentum Thomæ ſic, Manente eadem ratione, manet idem effectus: ſed tota ratio quare ponitur ab iſtis, eſſentiam differre ab eſſe eſt propter indifferentiam eſſentiæ ad eſſe & non eſſe: nam, vt dicunt, lapis eſt in potentia, vt ſit & non ſit. ergo vbi talis indifferentia inuenitur, ibi ponenda eſt talis diſtinctio: ſed ita eſt, quod eſt cõſimilis indifferentia eſſe ad eſſe & nõ eſſe (eſſe enim roſæ in hyeme non eſt, in vere autem eſt) conſimilis etiam indifferentia eſt eſſentiæ ad eſſentiam & non eſſentiam, eſſentia namque creaturæ ab æterno nõ eſt ergo eſſe differt realiter ab eſſe, & eſſentia differt ab eſſentia, quod eſt ridiculum.

Secundò

¶ Præterea, Quandocunque ſunt aliqua duo eſſẽtialiter ordinata, & realiter diſtincta, prius poteſt ſine contradictione fieri abſque poſteriori: ſed eſſentia nõ poteſt fieri ſine exiſtentia: ergo. Minor patet: quia eſſentia particularis, quæ ſola fit, neceſſariò eſt exiſtens.

Tertiò,

¶ Præterea, Quæcunque diſtinguuntur, realiter ſe habent ſicut res, & res: ſed eſſentia & exiſtentia non ſe habent ſicut res, & res: ergo, &c. Patet iſta: quia res, proprie loquendo, conuertitur cum ente in actu actualitate exiſtentiæ.

quarto,

¶ Præterea. Nulla res componit cum ſua realitate ergo nulla quidditas differt realiter à ſua exiſtentia. Tenet conſequentia: quia exiſtentia eſt ipſa realitas rei, nihil enim aliud eſt dicere rem eſſe realiter, quã exiſtere, & econuerſo. Antecedens eſt de ſe notum, ridiculum eſt enim dicere, quod aliquid componat cũ ſua realitate.

quintò,

¶ Præterea, Homo verus non componit cum ſua veritate: nec homo affirmans cum ſua affirmatione: ergo quidditas non componit cum ſua exiſtentia. Cõſequentia patet ex eo, quod rei exiſtentia nihil aliud eſt, quàm poſitio veritatis & affirmatio huius. Antecedens autem oppoſitum non videtur bene intelligibile.

Sextò,

¶ Præterea, Exiſtentia & eſſentia habent idem cõtradictorium, ergo non diſtinguuntur realiter, Conſequentia eſt nota: antecedens verò manifeſtatur ex eo quod nihil eſt quod priuet eſſe, quin priuet eſſentiã: nec eſt aliud nihil priuans eſſe: & aliud nihil priuans eſſentia.

Septimò

¶ Præterea, Homo in potẽtia non componit cum homine in actu: ergo eſſentia & exiſtentia non componunt: & conſequenter non realiter diſtinguuntur. Conſequentia relinquitur per ſe nota: quia eſſentia eſt in potentia, exiſtentia verò eſt actualitas eius. Antecedens vero patet ex eo, quod actus, & potẽtia diuidunt ens, vt conditio diminuens, & perficiens: ſicut verum & pictum diuidunt animal, vt Commentator dicit nono Metaphyſ. commento ſeptimo: homo ergo in potẽtia cùm non ſit homo ſimpliciter, cùm ſit homo in actu, ſolam conditionẽ diſtrahentem perdit poſitum ſub conditione perficiente: & ſic nullam compoſitionem habet cum homine in actu.

Com. 7.

Octauò.

¶ Præterea, Eſſe exiſtentiæ ſi eſt diſtinctum realiter à quidditate, non eſt ſubſtantia, nec accidens ergo probatur antecedens: quod enim non ſit accidẽs

vt conceſſum ponatur. Quòd autem non ſit ſubſtantia, probatur: quia aut eſt materia, aut forma, aut compoſitum: nullum illorum eſt apud Thomam: ergo, & cæt.

Nonò. ¶ Præterea, Exiſtentia & eſſentia diſtinguuntur realiter: ergo in qualibet generatione ſubſtantiali ſunt duo termini totales, & duo termini formales. Cõſequens eſt impoſſibile: ergo, &c. Conſequentia probatur quo ad utranque partem, ſupponendo duo. Primum eſt, quòd compoſitum per ſe unum fit ax per ſe actu, & per ſe potentia, ea octauo Metaphyſicæ, vbi nullam cauſam uouit Ariſtoteles quare compoſitum ſubſtantiale eſt per ſe vnum, niſi quia materia eſt per ſe potentia, forma verò per ſe actus. Secundò ſupponitur, quòd eſſentia eſt per ſe potentia: exiſtentia verò per ſe actus. Ea quibus concluditur, quòd id quod reſultat ex eſſe & eſſentia, eſt per ſe unum, quo dato, ſequitur quòd erunt duo compoſita per ſe unitatem habentia: quorum alterum erit compoſitum ex materia, & forma, alterum ex eſſe & eſſentia, & cùm vnũ quodque per ſe unum natum ſit terminare generationem, ergo in generatione erunt duo termini totales: & ſic patet prima pars. Erunt etiam duo termini formales, ſcilicet exiſtentia, & forma ſubſtantialis: quod etiam probatur ſic, Terminus formalis generationis eſt id, quo aliquid generatur: ſed tam exiſtentia, quã forma eſt id, quo aliquid generatur: ergo, &c. probatur Minor ſic, Eo modo, quo aliquid eſt ratio eſſendi, eſt ratio generandi: ſed exiſtentia eſt ratio eſſendi, ergo eſt ratio generandi. Vel formetur ſic ratio, Eo modo quo aliquid generatur, eo modo eſt: ſed per te ipſum compoſitum non generatur per eſſe ſic, ꝙ eſſe ſit terminus generationis, ergo non habet eſſe per ipſum eſſe. Conſequens eſt falſum, ergo altera præmiſſarum: non maior, ergo minor.

Decimò. ¶ Præterea, ſi ex exiſtentia & eſſentia fit per ſe vnũ: ergo datur proceſſus in infinitum in eſſentiis. Conſequens eſt impoſſibile: ergo, &c. Antecedens patet ex præcedenti ratione: & probatur ſic, Nam ſicut ex materia & forma reſultat tertium per ſe unum: quia illa eſt per ſe potentia, hæc per ſe actus: ita ex exiſtentia & eſſentia, cùm etiam exiſtentia ſit per ſe actus, & eſſentia per ſe potentia, eadem enim ratio eſt. Conſequentia autem probatur: quia ſi ex eſſe & eſſentia fit tertium per ſe unum, cùm illud iterum diſtinguatur à ſua exiſtentia, componet cum ea: & ex eis fiet aliquod per ſe unum, & iterum arguitur eodem modo de illo: & ſic in infinitum. Hæc de primo.

Opi. Sã. Tho. 2. contra Gen. c. 52. ¶ Quo ad ſecundum, opinio Sã. Tho. ab eo poſita in ſecundo contra Gentiles, c. 52. eſt ꝙ in omni creatura quidditas, & eius eſſe actualis exiſtentiæ diſtinguũtur realiter, & licet hæc concluſio nunc in textu probata ſit, attamen ad pleniorem declarationem deducam tres probationes ex S. Tho. ibi.

Prima rõ. ¶ Prima eſt, Omnis eſſentia creata habet aliquid ſibi realiter coniunctum, præter ſuum eſſe, nullum eſſe receptum habet aliquid ſibi annexum præter ſe, ergo nullum eſſe irreceptum eſt eſſentia creaturæ, & conſequenter eſſe & eſſentia non ſunt idem, eſſet. n. ipſum eſſe irreceptum, ſi eſſet idem eſſentiæ, ſicut & ipſa eſſentia irrecepta eſt, de ſubſtantiis loquendo. Maior eſt nota per ſe, Sortes enim præter ſuum eſſe habet quantitatem, albedinem, & ſimilia, ſimiliter ſubſtantiæ ſeparatæ, ut nũc ſupponimus, habent aliquod accidens, puta actum intelligendi ſaltem. Minor verò declaratur ex eo, quòd ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio erit cauſa negationis, ſed præciſa cauſa, quare eſſe habeat aliquid præter ſe annexum, eſt, quia eſſe eſt receptum in alio, in quo poteſt recipi aliud, quod patet ex hoc, ꝙ eſſe ſubſtantiale Sortis & eſſe album eiuſd. nulla alia ratione adunatur, niſi quia utrunque recipitur in Sorte, ſunt enim tantum unum ſubiecto. Cum ergo eſſe non erit receptũ, non remanebit aliquis modus, quo poteſt habere aliquid ſibi annexum.

¶ Confirmatur hoc, quia eſſe ſubſtantiale Sortis, aut adunatur cum aliis præter ſe identicè, & hoc eſt manifeſtè falſum, eſſe enim ſubſtantiale Sortis, non eſt eſſe album. Aut ſicut potentia & actus, ita, quòd eſſe ſubſtantiale ſit potentia, & accidẽtale actus eius, & hoc non, quia nullum eſſe actualis exiſtentiæ poteſt poni ſubiectum alterius cùm ſit ultima actualitas. Remanet igitur, quòd ea ratione adunentur, quia ambo recipiuntur in tertio, & ideo ſublato hoc ab ipſo eſſe actualis exiſtentiæ, quòd ſit, ſcilicet receptum, aufertur etiam, quòd poſſit habere aliquid ſibi annexum, & hoc eſt, quod Boetius dicit in Hebdomadibus, quòd ipſum quod eſt aliquid, habet ſibi præter ſe coniunctum, ipſum verò eſſe nihil. Cap. 1. propoſitione 4.

Secunda ratio. ¶ Secunda ratio ad idem eſt, Omne eſſe irreceptum eſt infinitum ſimpliciter, nullum eſſe creaturæ eſt infinitum ſimpliciter, ergo nullum eſſe creaturæ eſt eſſe irreceptum, ergo diſtinguitur ab eſſentia, &c. Minor eſt per ſe nota. Maior probatur ſic, Omne purum eſſe eſt infinitum ſimpliciter, Omne eſſe irreceptum eſt purum eſſe, ergo omne eſſe irreceptum eſt infinitum ſimpliciter. Maior eſt nota ex terminis (eſſe enim ideo eſt limitatum, quia non eſt purum, ſed prædicamentis mixtum) eſſe enim limitatur per naturas prædicamentales, à quibus ſi depuretur, omni finitate carens infinitum omnino reſtabit. Minor verò etiam patet ex præcedenti ratione, & ex ratione facta ſuprà in textu. Et adhuc exemplariter declaratur, Albedo ſi ponatur non recepta in aliquo, eſt pura albedo, & nihil haberet niſi ſe tantum, & eſſet infinita in ſpecie albedinis, ut de ſe clarum eſt, non enim poteſt à ſano intellectu imaginari albedo ſeparata definita ad aliquem modum albedinis, omne. n. quod eſt per ſe tale, habet omnem perfectionem poſſibilem illi naturæ, ſicut homo ſeparatus apud Platonem habet omnem perfectionem poſſibilem naturæ humanæ.

3. diſt. 3. q. 4. ¶ Nec valet id quod Anto. Trombeta contra hoc dicit ſumptum ex Scoto. 2. ſenten. diſt. 3. q. ulti. quòd ſi albedo eſſet ſeparata, & haberet omnem perfectionem poſſibilem tali ſpeciei, ſequeretur quòd albedo eſſet infinita ſimpliciter, quia haberet perfectiónem infinitorum indiuiduorum poſſibilium eſſe ſub ſpecie albedinis. Hoc inquam nihil valet, quoniam ſicut infinita indiuidua albedinis, etiam ſimul poſita non ſunt perfectionis infinitæ ſimpliciter, cum ſint limitata ad ſpeciem albedinis, ita nec albedo ſeparata eorum perfectiones habens erit infinita ſimpliciter, ſed in tali ſpecie.

Tertia ratio. ¶ Tertia ratio eſt iſta, Id quod conuenit naturæ ſpecificæ abſque omni cauſa effectiua, diſtinguitur realiter ab eo, quod conuenit illi, non niſi per aliquã cauſam effectiuam, ſed prædicata quidditatiua conueniunt rei abſque omni cauſa effectiua, exiſtentia autem non conuenit rei, niſi per aliquod efficiens, ergo prædicata quidditatiua, & exiſtentia rei diſtinguũtur realiter. Maior eſt per ſe nota. Minor etiam quo ad ſecundam partem eſt clariſſima, quo ad primam verò declaratur ſic, Secluſa omni cauſalitate effectiua reſpectu roſæ, quæro an iſta ſit vera. Roſa eſt ſubſtantia corporea, ſi ſic, habeo intentum, ſi non, ergo ſola abſolutè ſumpta non eſt in prato, & prædicata primi modi poſſunt intelligi non ad eſſe rei, & diffinitio ſeparatur à diffinito, quæ omnia nõ ſunt imaginabilia, &c. Videtur etiam hæc opinio ab antiquis deriuata, Platone, ſcilicet Alpharabio, Auicenna, Algazele, Boetio, Hilario, Alberto, & eorum ſequacibus, licèt Videatur huius doct. 1. 9. poſ. c. 6. circa princi. 2. cont. Gẽ. 52.

ab

ab Ariſt.nihil manifeſti in hac re habeamus. Hæc de ſecundo.

Quo ad tertium reſpondetur argumentis in oppoſitum. Et ad primum dicitur præmittendo, quòd arguens non vidit ſanctum Tho.in fonte: vt enim apparet ex ſecundo contra Gentiles, vbi ex intentione ſeptem rationibus fundat ſuam opinionem, ſeu poſitionem: ratio aſſumpta ab arguente non nominatur inter illas: vnde peccauit imponendo nobis hoc eſſe totum fundamentum poſitionis noſtræ, licet illa ratio ex dictis ſancti Thomæ primo ſententiarum, diſtinctione octaua, quæſtione quarta, articulo ſecundo elici poſſit (vbi tamen de hac re non tractat) & eſt formanda ſic ratio illa, Eſſentia particulariter ſumpta eſt indifferens ad eſſe & non eſſe: ergo diſtinguitur realiter à ſuo eſſe. Nec valet reſponſio ſua dicens, ꝙ in antecedente oportat addere, quòd eſſentia habeat propriam realitatẽ aliam à realitate exiſtentiæ, quia hoc eſt voluntarium, Diſtinctio enim realis eſt inter materiam & formam: quas Philoſophi non dubitant habere eandem realitatem exiſtentiæ, cùm ex eis ponant vnum per ſe fieri.

q.di.8.q. 4.ar.2.

¶ Ad argumentum ergo contra hanc rationem factum dicitur, ꝙ falſum eſt, ꝙ eſſe ſit indifferens ad eſſe, & non eſſe, & eſſentia ad eſſentiam, & non eſſentiam: nihil enim eſt indifferens ad aliqua duo: quorũ alterum ſibi determinat in ſua diffinitione: conſtat autem quòd eſſe eſt de intellectu eſſe, & eſſentia de intellectu eſſentiæ. Quòd autem eſſe roſæ in hyeme non ſit, ſed in vere: hoc ideo eſt, quia eſſentia roſę, cui ſemper ſua prædicata quidditatiue adſunt, ad actum eſſendi non peruenit, & non ideo, quia ipſum eſſe ſit indifferens. Cùm autem addit, quòd eſſentia eſt indifferens ad eſſentiam, & non eſſentiam, quia non eſt ab æterno non videtur intelligere vocem propriam: ex negatione enim actus eſſendi ab æterno, bene ſequitur, quæ roſa ſit indifferens ad eſſe & non eſſe: ſed non quòd ſit indifferens ad roſam & non roſam: vt enim dicunt Alpharabius, Auicenna, Algazel, & Albertus, ſiue roſa ſit, ſiue non ſit, ſemper eſt roſa, & ſemper eſt ſubſtantia corporea, &c. ſi in aliquo termino menſuræ in his vti licet.

ad ſecundum. ¶ Ad ſecundum negatur vtraque præmiſſa: & Maior quidem ſuppoſita oſtenſa eſt eſſe falſa. Minor verò oſtenditur in Chriſto in quo humanitas abſq; creata exiſtentia actuali eſt.

ad tertiũ ¶ Ad tertium negatur. Maior ad intellectum arguentis: non enim requiritur ad diſtinctionem realẽ, quòd vtrunque eorum habeat propriam exiſtentiam.

ad quartũ ¶ Ad quartum dicitur, quòd ſicut eſſe eſt duplex, ſcilicet exiſtentiæ & eſſentiæ, ita duplex eſt realitas eſſentiæ & exiſtentiæ: & licet nulla res componat cũ ſua realitate, tamen cum hoc ſtat, quòd componat cũ realitate exiſtentiæ: vnde eſſentia hominis abſolutè in reali prædicamento, ſubſtantiæ ſcilicet, reponitur: poſita autem in rerum natura fit realis realitate exiſtentiæ.

ad quintũ ¶ Ad quintum dicitur eodem modo: quia etiam verum conuertitur cum ente & re: vnde ſimpliciter homo dupliciter eſt verus, ſcilicet veritate eſſentiæ & exiſtentiæ. homo verus veritate eſſentiæ non componit cum tali veritate, quæ nihil aliud eſt, quam fundamentalis conformitas ad ſua prædicata quidditatiuè: componit autem cum ſua veritate exiſtentiæ, id eſt cũ eſſe, quòd fundat hanc veritatem, homo eſt, ſimiliter dicitur de affirmatione.

ad ſextũ. c q.1a ¶ Ad ſextum negatur antecedens, cuius probationis vtrunque aſſumptum eſt falſum. Cùm enim quot modis vnum oppoſitorum dicitur, tot dicatur & reliquum (in primo Topicorum) ſicut ens dupliciter dicitur, ſcilicet ens quidditatiuum & exiſtentiæ, ita non ens, ſeu nihil dicitur dupliciter, ſcilicet nihil quidditatiuè, & nihil exiſtentiæ, homo enim abſolutè ſumptus cùm ſit in prædicamento ſubſtantiæ, eſt ens quidditatiuè, non tamen extrà nihil oppoſitum actuali exiſtentiæ, & ideo aliud eſt nihil oppoſitum enti prædicamentali ſeu eſſentiæ, & aliud, quod opponitur exiſtentiæ actuali, &c. & ſimiliter alia eſt negatio eſſentiæ, & alia eſt negatio exiſtentiæ.

¶ Ad ſeptimum negatur conſequentia: non enim idem eſt dicere, homo in potentia componit cum homine in actu, & eſſentia componit cum exiſtentia. prima enim eſt falſa, quia idem non componit cum ſeipſo: ſecunda autem eſt vera, quia extrema realiter diſtinguuntur, vnde non eſt eadem proportio exiſtentiæ ad eſſentiam, & hominis in actu ad hominem in potentia. Inter prima enim eſt proportio potentiæ receptiue ad actum: & diſtinctio realis vtroque extremo poſito extra cauſas ſuas, inter ſecunda vero non, ſed eſt proportio eiuſdem ad ſeipſum ſecundum diuerſas ſui diſpoſitiones ſimul incompoſſibiles, ſcilicet eſſe in potentia & eſſe in actu. *ad ſeptimum.*

¶ Ad octauũ negatur antecedens, exiſtentia enim ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, & exiſtentia accidentis eſt accidens, & (vt ſuprà patet) exiſtentia ſubſtantiæ non eſt materia, nec forma, nec compoſitum, ſed actualitas omnium eorum, & ſic eſt reductiue in genere ſubſtantiæ. Sed contra hoc inſtat arguẽs ſic. Omne quod eſt reductiue in genere, reponitũ vt principium ipſius, ſed eſſe non eſt principium ſubſtantiæ, ergo non eſt in genere ſubſtantiæ reductiue. *ad octauum. In hoc eodem cap.*

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum eſſe ſit vltima actualitas rei: & vltimum in generatione ſit primum in intentione, eſſe erit in genere ſubſtantiæ vt principium formale vltimatum ipſius ſubſtantiæ: per hoc enim res reponitur in genere ſubſtantiæ, quia eſt capax eſſe ſubſtantialis: etenim differentiæ in omnibus generibus (vt infra declarabitur) ſumuntur ab ordine ad ipſum eſſe. *Capit. 6. par. 3.*

¶ Ad nonũ negatur conſequentia. Ad cuius probationem dicimus, ꝙ primum ſuppoſitum malè intellectum adducitur. eo ꝙ Ariſt. 53 Metaphy. textu commen. 16. quem arguens adducit, non dicit ꝙ ex per ſe potentia & per ſe actu reſultet vnum tertium, ſed ꝙ Ideo res habens partes eſt vna, quia altera eſt actus, altera verò potentia, & intelligendum eſt (ſicut ſupra declaratum fuit) ſi ad compoſitionem realem referatur. ſcilicet quòd altera pars eſt potentia, eo quòd ex duobus actibus non fit tertium per ſe vnum; modò quidditas rei & exiſtentia eius non ſe habent ſicut pura potentia & actus, nec ſunt partes, vt patet: vnde authoritas illa non eſt ad propoſitum. Relinquitur ergo falſum eſſe ꝙ eſſentia fiat tertium per ſe vnum, & conſequenter probatio conſequentiæ quo ad primam partem nihil valet, quia non ſunt ibi duo compoſita. Ad probationem verò conſequentiæ quoad ſecundam partem dicitur, ꝙ non inconuenit generationem habere duos terminos formales difformiter, vnum primò, alterum ſecundariò: terminus formalis generationis primus eſt forma, ſecundarius autem eſſe, ſicut per oppoſitum creationis terminus formalis primò eſt eſſe: ſecundarius verò forma, & hoc modo conceduntur argumenta. *ad nonũ T.c.15. In hoc eodem cap.*

¶ Quòd ſi intendat probare, ꝙ eſſe ſit terminus generationis primò, reſpondetur & dicitur ꝙ id quod aſſumit, ſcilicet eo modo, quo aliquid eſt ratio eſſendi, eſt ratio generandi, falſum eſt: licèt enim ſit verũ, quòd id quod eſt ratio eſſendi, ſit ratio rei, quæ generetur; non tamen eſt verum, quòd eo modo quo eſt ratio eſſendi, ſit ratio generandi, & ratio eſt: quia res per generationẽ nõ exit de nõ eſſe omnino ad eẽ ſed de priuatiõe ad formã, vt dr 1. Phyſ. creationis enim *T.c.75.*

eſt proprium, vt res transferat de non eſſe omnino ad eſſe, quo ſit vt eſſe, quod eſt primo ratio eſſendi mentò ſit & primò ratio primæ productionis, quæ eſt creatio: & forma, quæ eſt, ſecũdariò ratio eſſendi, ſi prima ratio ſecundæ productionis, generationis ſcilicet. vnde & primo Phyſicorum principia generationis ponuntur forma & priuatio. Per idem patet ad aliam formam eiuſdem rationis. falſa enim eſt Maior, alius nanque eſt modus quo res generatur, & alius quo eſt; eſt enim per formam ſecundariò, per ſe autẽ primò: generatur verò econuerſo.

T.co.66. & 67.

Ad decimum

¶ Ad decimum patet reſponſio ex dictis, falſum enim eſt antecedens.

Secundũ dubiũ, ſ. vtrum intelligentiæ ſint cõpoſitæ ex actu & potentia.

Circa Secundum dubium ſciendum eſt, communem Philoſophorum ſententiam eſſe intelligentias alias à prima nõ eſſe actus omnino puros: ſed admixtionem in ſe potentiæ habentes: verùm diuerſitas inter eos magna eſt de modo, quo hæc duo, actus ſcilicet, & potentia eis inſunt.

op. Sco. 1. di. 8. q. 2.

¶ Et vt reliquos omittamus, ne limites intentionis noſtræ egrediamur. Sco. in primo ſententiarum, d. 8. q. ſecunda, opinatur omnem creaturam eſſe compoſitam ex actu & potẽtia hoc modo, quia quælibet creatura cum non ſit nihil, oportet quod habeat aliquam actualitatem: & cùm ſit definita ad tale genus vel ſpeciem, ſeu gradum perfectionis, oportet quòd habeat in ſe negationem alterius perfectionis poſſibilis reperiri in latitudine entis, & ſic ſit poſſibilis: quicquid enim eſt ens, & caret aliqua perfectione in ente poſſibili, eſt ſimpliciter poſſibile, & ſic quælibet res eſt cõpoſita ex actu & potentia obiectiua: ex eo enim quòd eſt, habet in ſe actum: ex eo verò, quòd eſt ens poſſibile, habet in ſe potentiam, poſſibile nanque à potentia dicitur. Cum autem ſolus Deus ſit actus non poſſibilis, id eſt non potens terminare actionem alicuius agentis ſui factiui: intelligentiæ apud ipſum erunt cõpoſitæ ex actu & potentia obiectiua tantum: quia nullam in earum ſubſtantia receptiuam formam ponit.

Ratio. Scot. vbi ſupra.

Sanctus Thomas autem ex fundamentis in dubitatione præcedenti poſitis opinatur intelligentias, & quamlibet creaturam eſſe compoſitas ex actu & potentia: ſicut ex duabus rebus diſtinctis realiter, eſſe ſcilicet & eſſentia: nec oportet repetere probationes, ſed ſoluere rationem Sco. quam ibidem facit contra hoc. Arguit enim ſic, Si in qualibet creatura eſt compoſitio ex duabus rebus, accipio alteram illarum rerũ componentium, & quæro, an ſit ſimplex, an compoſita. Si ſimplex, ergo non quælibet res creata eſt compoſita. Si compoſita, iterum quæretur de partibus eius: & ſic in infinitum.

Reſpondetur.

¶ Ad hoc facillimè reſpondetur: procedit enim argumentum ex malo intellectu poſitionis noſtræ, cùm nanque dicimus, quòd quodlibet aliud à Deo eſt compoſitum (ly Quodlibet) diſtribuit nõ niſi pro his, quæ verè ſunt, & propriè eſſe habent: quæ apud Ariſtot. & veritatem ſunt ſola ſubſtantia: omne ergo ſuppoſitum tam ſubſtantiale, quam accidentale (ſi ſic loqui licet) eſt compoſitum ex actu & potentia realiter diſtinctis, quidditate ſcilicet & eſſe: Sortis enim quidditas, vt declarauimus, diſtinguitur realiter à ſuo eſſe: & huius albi albedo diſtinguitur realiter à ſua propria exiſtentia, vt ex dictis patere poteſt. Non enim ſumus adeò inſenſati, vt dicamus omnem entitatem qualitercunq; eſſe compoſitam: Componentia enim vltima in reſolutione quis dubitat oportere eſſe ſimplicia? Dicimus igitur in propoſito intelligentias cùm ſubſiſtant habere in ſe quidditatem, & exiſtentiam adunatas vt potẽtiam & actum: & ſic compoſitas eſſe ex duabus rebus realiter diſtinctis. Scot. autem ſententiam tenere poteſt ſuam abſque alterius læſione: ſed linguam coercere debet.

Septimo Metaph. T.co. 27. 2q. pſe.

[Et quia in intelligentiis ponitur potẽtia & actus, non erit difficile inuenire multitudinem intelligentiarum: quod eſſet impoſſibile, ſi nulla potentia in eis eſſet. Vnde dicit Com. in tertio de Anima, quòd ſi natura intellectus poſſibilis eſſet ignorata, non poſſemus inuenire multitudinem in ſubſtantiis ſeparatis. Eſt ergo diſtinctio earum adinuicem ſecundum gradum potentiæ & actus: ita quod intelligentia ſuperior, quæ plus propinqua eſt primo, habet plus de actu, & minus de potentia, & ſic de aliis: & hoc completur in anima humana, quæ tenet vltimum gradum in intellectualibus ſubſtantiis. vnde intellectus potentialis eius ſe habet ad formas intelligibiles ſicut materia prima, quæ tenet vltimum gradum in eſſe ſenſibili ad formas ſenſibiles, vt Commentator tertio de Anima dicit: & ideo Philoſophus comparat eam tabulæ raſæ, in qua nihil eſt depictum. Et propter hoc, quia inter alias ſubſtantias intelligibiles plus habet de potentia, ideo efficitur in tantum propinqua rebus materialib. vt res materialis trahatur ad participandum eſſe ſuũ: ita quod ex anima & corpore reſultat vnum eſſe in vno compoſito, quamuis illud eſſe, prout eſt animæ, non ſit dependens à corpore, & ideo poſt iſtam formã quæ eſt anima, inueniuntur aliæ formæ plus de potẽtia habentes, & magis propinquæ materiæ, in tantum, quod eſſe earum ſine materia non eſt: in quibus etiã inuenitur ordo, & gradus vſque ad primas formas elementorum, quæ ſunt propinquiſſimæ materiæ, vnde nec aliquam operationem habent niſi ſecundum exigentiam qualitatum actiuarum, & paſſiuarum, & aliorum, quibus materia ad formam diſponitur.]

Facile eſt numerũ intelligẽtiarum inuenire rõ ſit cõpoſitæ ex actu & potentia. c. 5. ex magiſtro circa ſ. fin. c. 5.

Tertiò de Anima. T.co. 14.

¶ In hac ſexta & vltima parte huius capituli de multitudine intelligentiarum agens primo proponit duas concluſiones: quarum prima eſt, quod ſecundũ fundamenta prædicta non eſt difficile inuenire pluralitatem intelligentiarum. Secunda eſt, quod abſque talibus fundamentis impoſſibile eſt inuenire in eis pluralitatem: & hoc quidẽ non niſi authoritate com. 14. Probatio vero primæ concluſionis eſt: quia quandocunque eſt aliquod medium per participationem vtriuſque extremi plurificatur penes maiorem participationem vnius & minorem alterius: verbi gratia, Imponatur nomen coloribus mediis, & vocentur A: tunc: A quia eſt inter albedinem, & nigredinem medium, per participationem multiplicatur in plures ſpecies: puta pallidum, croceum, citrinum, propter maiorem appropinquationem ad albedinem & receſſum à nigredine, & econuerſo: ſed intelligentia eſt quid medium ſecundum prahabita inter duo extrema, ſcilicet actum purum, & puram potentiam, participans naturam vtriuſque, quia habet actum coniunctum potentiæ, ergo intelligentias plures eſſe, ex hoc fundamento facilè perpendi poteſt, ſcilicet ex eo quod ſunt compoſitæ ex actu & potentia.

Ad horum euidentiam eſt ſciendum, quod in latitudine entis ſunt duo extrema, ſcilicet Deus glorioſus actus purus omnino, & materia prima pura potentia omnino, reliqua omnia ſunt intermedia, vt potẽ habentia actum & potentiam, & attenditur eorum eſſentialis, ſeu ſpecifica multitudo penes appropinquationem & elongationem ab extremis, quia enim aliquid magis ſapit naturam actus, quàm aliud, & illud quàm aliud, ideo plura ſunt, & dignitas in eis eſt penes maiorem appropinquationem ad extremum nobile, ſcilicet actum purum, quanto enim res eſt actualior, & minus potentialis, tanto nobilior, omnes igitur formæ intermediæ participant actum & potentiam. Sed inter eas quæd tantùm actualitatis ſortitæ ſunt, vt adeo propinquæ ſint actui puro, quod per ſe abſ-

que

quę materia ſubſiſtant, vtpotè ab ea valde elongatæ: non tamen ſine admixtione potentiæ, cuius puritas eſt ratio materiæ quod ſit extremum: & inter has tanta latitudo eſt ſecundum maiorem & minorem participationem actus & potentiæ, vt vltima earum tantùm potentialitatis habeat, quod materiam informet (anima, ſcilicet intellectiua.) Hæc enim inter omnes formas ſubſiſtentes elongata eſt maximè ab actu puro: propter quod contingit, quòd adeò appropinquat alteri extremo, ut materiam ipſam recipiat & ad eius eſſe trahatur. Aliæ autem formæ tantùm potentialitatis habent, quòd à materia dependent in eſſe & fieri, inter quas etiam magna latitudo inuenitur, dum quædam quibuſdam actualiores ſunt. Quod ex operibus cognoſcere potes (operatio enim facit cognoſcere formam) vnde formæ elementorum, quæ ſunt maximè potentiam habentes, vtpotè materiæ propinquiſſimæ, nullius ſunt principia operationis, niſi per materiales qualitates, ſcilicet caliditatem, frigiditatem. Formæ verò mixtorum, vtpotè eleuatiores à materia altiori modo operantur, ſicut adamas trahit ferrum non ratione caliditatis, aut frigiditatis, ſed ex naturæ proprietate. Formæ autem animalium longè actualiores dignoſcuntur, cum ſeipſa mouere & alia diſcernere intuemur.

¶ Ex his non ſolùm percipitur, quàm facilis ſit aditus ad pluralitatem intelligentiarum cognoſcendam, ſed etiam quòd impoſſibile eſt fingere illam abſque hoc fundamento. Quomodo enim latitudo poteſt inueniri in eo, quod actu & potentia caret? Cōmune eſt namque omnibus extremis, ſi extrema ſunt, latitudinem in ſeipſis non compati: eſſent enim vltima, & non vltima, ut de ſe patet: & ideo oportet media eſſe illa, in quibus latitudo quæritur, quæ vtriuſque extremi naturam ſapiant. Et quia intellectualem naturam, quam ex hoc, quòd intellectualis eſt, ſcimus actualitatem habere, non cognoſceremus habere potentiam admixtam, niſi uideremus animam noſtram illam habere; cùm potentia æquiuocè dicatur de potentia rerum intellectualium, & de potentia rerum ſenſibilium, & ſine potentia non poteſt intelligi multitudo ſubſtantiarum intellectualium, ideo Commentator ait, quòd ſi non eſſet nota natura intellectus poſſibilis, non poſſemus intelligere pluralitatē in ſubſtantiis abſtractis.

Tertio de Anima, c. 6. Notanda ſunt in hac litera tria. Primum eſt, hoc ex dictis Commentatoris adducitur, quòd ſi non eſſet nota natura intellectus poſſibilis, non poſſemus ſcire pluralitatem in ſubſtantiis immaterialibus.

¶ Secundum eſt, quòd S. Tho. non dicit animam intellectiuam eſſe adeò potentiæ participem, ut forma materialis ſit: ſed ut materia trahatur ad participandum eſſe ipſius animæ.

¶ Tertium eſt, quia dicit animæ & corporis eſſe vnum & idem eſſe: quod eſt independens à corpore.

T.c.43. Primo dicto videtur obuiare proceſſus Ariſtot. 12. Metaphyſicæ, text. comment. 43. vbi ex pluralitate motuum pluralitatem intelligentiarum concludit, & nullo modo meminit actus, & potentiæ. Sed hoc rectè intelligentibus non obſtat. Aliud eſt enim concludere numerum motorum, & aliud eſt concludere pluralitatem ſubſtantiarum intellectualium: licèt enim idem ſubiecto ſint motores orbium, & ſubſtantiæ immateriales, differunt tamen ratione, adeò ut ad diuerſas ſcientias pertineant, ſecundum Commentatorem 12. Metaphyſ. comment. 6. & ideo ex pluralitate motuum quamuis pluralitas motorum ut ſic concludi poſſit: non tamen pluralitas ſubſtantiarum intellectualium ut ſic. Intendunt igitur Auerrois & S. Tho. Com. 8. quòd intelligentiarum, inquantū intelligentiæ ſunt, multitudo non niſi per notam naturam intellectus poſſibilis diſcernitur à nobis: licet earum, inquantum motrices ſunt orbium, ex ſuorum effectuum numero pluralitas inferatur. Vel dicito, quòd venatio illa ſuppoſita notitia habita in libro de Anima: vbi radicaliter inuoluit pluralitas ſubſtantiarum intellectualium poſſibilis quærit ex numero motuum, quot ſunt. Quòd autem ibi ſupponatur motores proprios orbium habere potentiam admixtam, poteſt perſuaderi ex eo, quòd ſupponitur ibi, ſcilicet motores proprios orbium eſſe proportionatos ſuis orbibus: ita ut vnus vnum tantùm moueat orbem. Et ſi ſtella adderetur, vel non moueret, vel tardiùs (vt dicitur ſecundo Cœli) text. commenti ſeptuageſimiprimi. T.c.71. Talis enim propoſitionis, ſeu commenſurationis, cùm alterum extremum ſit res materialis, ſcilicet orbis, reliquum extremum à potentia omnino denudatum putandum non eſt: imò à ſano intellectu non eſt intelligibile.

Propter ſecundum intelligendum eſt inueniri duplicem rerum ordinem in vniuerſo, intelligibilium, ſcilicet & ſenſibilium. Ordo ſenſibilium materialis eſt materiam ſibi neceſſariò vendicans: omnes enim ſubſtantiæ ſenſibiles materiam habent, licet diuerſimodè, ut dicitur octauo Meta. tex. commen. 3. & 12. T.c.3. & 12. Ordo intelligibilium immaterialis eſt, & à materia non dependens. Intelligibile enim eſt vnumquodque per ſeparationem à materia: ut dicitur tertio de Anima text. comment. 11. T.c.11 Cùm ergo materia ſit ſub aliqua forma ſenſibilis ordinis, cuiuſmodi eſt omnis forma habens omnes vires ſuas ſenſibilibus organis affixas non egreditur limites proprios: ipſa enim ad illud genus pertinet. Cùm verò ſit ſub forma intelligibilis ordinis, extrà limites ſuos aſcendit, & trahi dicitur ad id quod capacitatem eius tranſcendit, ſcilicet eſſe rei à ſe non dependentis; & quia ſupremum infimi attingit infimum ſupremi, ſecundum doctrinā Diony. in lib. de Cœleſt. hiera. cap. 7. ideo ſupremū inter ſenſibilia: homo, ſ. ſeu materia eius coniungitur infimæ formæ intelligibilis ordinis, ſ. animæ intellectiuæ, & eius eſſe participat: & propter hoc dicitur, quòd materia trahitur ad eſſe eius, eleuatur enim materia ad ſuperius.

¶ Ad euidentiam tertii adducendæ ſunt rationes Scoti contra hoc dictum S. Thomæ, ut magis ueritas eluceſcat. Sco. in quolib. q. 9. & 4. ſen. diſtinc. 43. quæſtione prima, ſex motiua contra hoc facit, quorum aliqua recitantur ab Antonio Trombeta, in quæſtione vtrum corruptum per potentiam diuinam poſſit idē numero redire, in qua tam ipſe, quàm Sco. ubi ſuprà Sanct. Thom. opinionem non ſuam attribuunt de eo, quòd ibi quærit, & hoc quia locuti ſunt non tota lege perſpecta, & iuxta Ariſto. ad pauca reſpicientes de facili enunciabant.

Num eſſe animæ et ipſius corporis. Sco. quo. q. 9. 4. di. 43. q. 1.

Primò. ¶ Arguit ergo primò in propoſito ſic, Eſſe animæ & hominis eſt idem; ergo anima coniuncta corpori non eſt perfectior ſeipſa extra corpus, Conſequēs eſt contra Sā. Thomam prima parte, quæſtio. 89. vbi dicit animam habere perfectiorem ſtatum in corpore, quàm extrà. Conſequentia autem probatur, quia nihil habens idem eſſe, ex hoc ſolo eſt perfectius, quòd aliquid communicat alteri, licet alterum perficiatur ex hoc, communicare enim licet ſupponat perfectionem in communicante, non tamen dat illam ei, modò anima in corpore ſi ſemper retinet idem eſſe, nihil in corpore plus habet, niſi quod communicat eſſe ſuum corpori, ergo ex hoc non eſt perfectior ſeipſa ſeparata. Et confirmatur, quia ex hoc ſolo quòd cauſa Cōfirmatio non communicat aliquid, nullam imperfectionem acquirit, ergo anima non eſt imperfectior ſeparata, ſi idem eſſe retinet, nihil enim amiſit niſi ſui communicationem corpori.

Secundò. ¶Præterea, Anima habet idem eſſe cum homine, ergo homo non eſt perfectior in eſſendo ipſa anima in eſſendo. Antecedens eſt falſum: conſequentia verò probatur, quia quæcunque habent omnino idem eſſe ſunt æquè perfecta in eſſendo, vel ſaltem id, cui communicatur illud eſſe non eſt perfectius in eſſendo communicante.

Tertiò. ¶Præterea, Homo, vt homo, eſt tertium ens realiter diſtinctum ab vtraque ſui parte, ſ. anima & corpore: ergo habet proprium eſſe aliquid ab eſſe partium: & conſequenter non eſt idem eſſe animæ & hominis. Tenet conſequentia, quia diſtinctum ens debet habere diſtinctum eſſe.

Quartò. ¶Præterea, Eſſe hominis in morte corrũpitur, eſſe autem animæ non corrumpitur: ergo eſſe animæ & hominis non ſunt idem. Conſequentia plana eſt, & antecedens probatur: quia ſicut generatio terminatur ad eſſe compoſiti, ſcilicet hominis: ita corruptio ad eſſe ipſius.

Quintò. ¶Præterea, Homo poſt mortem non manet: ergo nec eſſe eius. Tunc vltrà, Eſſe hominis non manet poſt mortem: ergo eſſe animæ & hominis nõ eſt idẽ: cùm eſſe animæ remaneat. Proceſſus totus clarus eſt excepta prima cõſequentia: quæ probatur ex eo quòd nullius actuale eſſe inuenitur, cùm illud cuius eſt, non inuenitur.

Sextò. ¶Præterea, In homine eſt alia forma præter animam: ergo in ea eſt aliud eſſe præter eſſe animæ. Cõſequentia eſt nota: quia quælibet forma habet proprium eſſe: antecedens verò aliàs probatum eſt.

1. par. q. 76 a. 4. q. de ſ. q. 9. quo. ſz. q. 5. 1. par. q. 76. ſuprà a. & 4 Potentia Dei. q. 5. & a. 9. neque forma elementorum 1. q. 76 1. 4. q. D. ſecũdis. Inter hominem & alia compoſita materialia. Antequam ad argumenta hæc reſpondeatur, aduertas primò, fundamentum S. Tho. vniuerſaliter eſſe, in omni compoſito nõ inueniri niſi vnum eſſe ſubſtantiale actualis exiſtentiæ, de quo nunc ſermo eſt eo quòd vnam tantùm formam ſubſtantialem in compoſito tenet, ab vna enim forma non eſt niſi vnum eſſe ſubſtantiale. Sed inter eſſe hominis & eſſe aliorum diuerſitas eſt, quòd licet tam eſſe hominis, quam aliorum primò ſit actus ſuppoſiti, vt quod, in homine, tamen totum compoſitum mendicat illud eſſe à forma: cuius eſt primò actus, vt proprii & completi principii, in aliis verò compoſitis forma mendicat illud à compoſito. Et eſt ratio diſparitatis: quia in ſolo homine, qui ſupremum tenet locum inter ſenſibilia, ordo inferior, ſenſibilis ſcilicet, iungitur ad ordinem ſuperiorem intelligibilem & immaterialem. Vnde eſſe hominis, cum ab anima intellectiua fluat, immateriale & altioris ordinis, quam homo eſt, ſicut & ipſa anima: & ideo homo mendicat illud ab anima, cui eſt proprium: vtpotè ad ſuum pertinens genus: & inde eſt quòd poſt mortem hominis anima remanet, eſſe etenim proprium independens erat à compoſito corrupto: & ſic illud retrahendo ad ſe ſubſiſtit. Cæterorum verò eſſe, cùm ſint eiuſdem ordinis cum compoſitis, quibus attribuuntur, ſicut & formæ à quibus fluunt, formæ ipſæ mendicant à compoſitis, ſicut & fieri, ita quòd tandiu illo gaudent, quandiu in compoſitis ſunt: vnde corruptis compoſitis ipſæ (cùm ſine exiſtentia remanere non poſſint) deſinunt ſtatim.

¶ Aduerte ſecundò pro reſolutione argumentorũ tres propoſitiones. Prima eſt, ꝙ cùm duplex ſit perfectio rei, prima ſ. & ſecunda, res creata potes cauſare, etſi non efficiatur perfectior ſecundum perfectionem primam, ex hoc ꝙ actu cauſat, efficitur tamen perfectior ſecundum perfectionem ſecundam. Patet hoc ex tribus. Primò ex eo ꝙ eſt magis in actu res actu cauſans re in potentia cauſante. operatio. n. eſt actus ſecundus cauſæ, perfectio aũt actualitatẽ ſequitur, ſicut imperfectio potentialitatẽ. Secundò patet ex eo ꝙ vnumquodq; eſt perfectius cõiunctũ ſuo fini, quã ſeparatum ab illo: res autem actu operans coniuncta eſt ſuo fini intrinſeco, qui eſt operatio: iuxta illud ſecũdi de Cœlo & mundo tex. com. 17. Vnumquodque eſt propter ſuam operationem. T. c. 17. Tertia patet idem, ꝙ vnumquodque quantò eſt ſimilius Deo, tantò perfectius eſt: res autem actu cauſans eſt ſimilior Deo, quã non actu cauſans, quia non ſolùm aſsimilatur Deo ſecundum hoc, quòd eſt, ſed etiam ſecũdum hoc, quòd eſt communicare ſe aliis.

¶ Secunda propoſitio eſt, Res eſt perfecta ſimpliciter non propter perfectionem primam ſed propter vltimam. Hoc traditur à Boetio in libro de Hebdomadibus dicente, Intuemur in rebus aliud eſſe, quòd ſunt. & aliud eſſe, ꝙ bona ſunt: & declaratur à San. Tho. prima parte, quæſtione quinta, articulo primo ad primum. Libro de Hebdomadibus. 1. q. 5. ar. 1. Ad primum. 1 q. 6 ar. 3. c. Triplex perfectio rei

¶ Ad cuius intellectum nota, quòd, vt idem dicit prima parte, q. 6. arti. tertio, triplex eſt perfectio rei, ſcilicet prima, ſecundum quam res conſtituitur in ſuo eſſe, ſicut prima perfectio hominis eſſe ſuum ſubſtantiale. Secunda verò eſt, ſecundum quam eſt potens proximè ad ſuas perfectas operationes: ſicut vires animæ & habitus eas informantes, quibus homo in perfectam operationem poteſt exire. Tertia autem perfectio eſt, ſecundum quam coniungitur ſuo fini, ſicut ſpeculatio, quæ hominem ſubſtantiis ſeparatis vnit. Manifeſtum eſt autem, non eſſe hominem ſimpliciter perfectum, qui ſola naturæ bonitate gaudet: aut qui à proprio fine procul eſt, vnde ordo entis ſimpliciter ad ens, ſecundum quid oppoſitus eſt ordini perfecti ſimpliciter ad perfectum ſecundum quid: ſecundum namque eſſe ſubſtantiale homo ens ſimpliciter dicitur perfectus autem ſecundum quid: ideo enim qui nullam aliam perfectionem habet, niſi quia eſt homo perfectus non aſſeritur ſimpliciter, ſed cum additione dicimus, quòd eſt perfectus ſecundum eſſe ſubſtantiale. Secundum verò eſſe accidentale, quale eſt habituum & operationum, ens ſecundum quid homo dicitur, perfectus autem ſimpliciter. nihil enim tunc ſibi deficit eorum, quæ ad perficiendum hominem exiguntur. Patet ergo intenta propoſitio, ꝙ ſ. res eſt perfecta ſimpliciter ex vltima perfectione. Oppoſito modo dicitur ordo entis ſimpliciter, & ordo perfectionis ſimpliciter

¶ Tertia propoſitio eſt iſta, Realis pars eſſentiæ perfectior eſt in toto exiſtens, q̃ ſeparata: & declaratur ſic, Vnumquodque eſt perfectius, cum eſt in complemento ſui eſſe ſpecifici, quã cùm deficit ab illo: pars autem eſſentialis, quando eſt in toto, eſt in complemento ſuæ ſpeciei, ad cuius integritatem eſſentialiter ordinatur: cùm autem eſt ſeparata ab eo, iam cum eſſe completo ſpeciei non eſt natura ſpecifica materiam & formam aggregante: perfectior igitur eſt in toto pars eſſentialis, quàm ſeparata.

¶ Ex quibus ad propoſitum deſcendẽdo, dicimus perfectiorem ſtatum habere animam intellectiuam in compoſito, quàm extrà: eo quòd quando eſt coniuncta corpori, habet non ſolùm perfectionem primam, quæ eſt eſſe, ſed etiam perfectionẽ ſecundam, influendo vires ſuas corpori, & communicãdo ſe: & ſic ſimilior eſt Deo, quàm ſeparata: licet Deus omnino immaterialis & incomponibilis ſit: ſicut cor motũ ſimilius eſt Deo, quàm non motum, licet Deus ſit omninò immobilis, perfectio enim eorum conſiſtit in hoc.

¶ Eſt præterea perfectior in corpore: quia in eo habet completum eſſe ſpecificum, quod non niſi partialiter obtinet ſeparata, quamuis enim integrum eſſe exiſtentiæ retineat ſeparata, quod in compoſito habebat: non tamen habet tunc integrum eſſe eſſẽtiæ completum in ſpecie eo modo, quo nata eſt habere, ſcilicet vt pars in toto: ad quod tamen habendum non accidentaliter, ſed eſſentialiter ordinatur: vnde falſum eſt, animam ſeparatam retinentẽ idem eſſe q. de a. q. 1. a. 16

ctualis exiſtentiæ, nihil niſi ſui communicationem ex ſeparatione perdidiſſe: amiſit enim eſſe quidditatiui ſpecifici integritatem, quandoquidem in ſua ſpecie integra non manet: vnde & beatus Tho. in quæſtionibus de Anima, q. 1. ad 16. ait principia eſſentialia alicuius ſpeciei ordinari, non ad eſſe tantùm, ſed ad eſſe huius ſpeciei. Licet igitur animal poſſit per ſe eſſe, non tamen in complemento ſuæ ſpeciei eſſe ſine corpore.

Ad primũ

Ad primum ergo argumentorum negatur conſequentia. Cuius probationem patet ex prima propoſitione aſſumere falſum: licet enim communicare ſupponat primam perfectionem, in communicante tamẽ perficit ipſam perfectionem ſecunda, qua res perfectior ſimpliciter dicitur: imò apud Dionyſium ſupremum, quod participant creaturæ, de Deo eſt, ꝙ communicatiuæ ſunt.

¶ Dicitur ſecundò; quòd etiam minor probationis eſt falſa, ſcilicet quòd anima ſeparata hoc ſolo careat, ſcilicet communicatione ſui, vt patet ex tertia propoſitione: caret enim integritate ſpecifici ſui eſſe: & hoc eſt primum & principale quod reddit imperfectiorem animam ſeparatam: ideo namque caret perfectionibus ſecundis, quia caret integritate ſpecifica, & non econuerſo. Ad confirmationem patet ex prima propoſitione: quia cauſa creata ex hoc, quod cauſat, habet perfectionem ſecundam, cuius priuatio imperfectio magna eſt: & in propoſito aliquid plus eſt, quia anima ſeparata non ſolùm deſinit communicare ſe, & vires ſuas, ſed eſt in ſtatu tali, in quo impeditur à ſui & virium ſuarum communicatione. & hoc eſt ſignum imperfectionis non modicæ, & eſt ea, quam diximus, ſcilicet ſeparatio à completo eſſe quidditatiuæ ſuæ ſpẽi, vt expreſſè habetur à Sancto Thoma, in quæſtione de ſpiritualibus creatu. ſecunda ad quintũ.

Ad confirmationem

¶ de ſpiritualibus creat. q. 3. 5.

Ad ſecundum

¶ Ad ſecundum negatur conſequentia. Ad probationem dicitur, quod cùm eſſe ſit duplex, quidditatiuum & exiſtentiæ actualis: primum non remanet in anima niſi partialiter. Homo vero habet illud integraliter, & ſecundum tale eſſe homo eſt perfectior in eſſendo. Quò ad eſſe autem exiſtentię poteſt dici homo perfectior, quo ad modum habendi hũc, ſcilicet quia habet illud vt ſuppoſitum. anima autem ſecundum alium modum perfectior dici poteſt, inquantum ſcilicet tale eſſe eſt ſibi, & non homini proprium, modo ſuprà declarato, vnde ſe habent in hoc homo & anima ſicut excedens & exceſſum.

Ad tertiũ

¶ Ad tertium negatur conſequentia, de eſſe actualis exiſtentiæ loquendo, non enim res diſtincta realiter ab alia habet aliam exiſtentiam ab illa, iam enim dictum eſt, partes & totum habere idem eſſe. Conceditur autem conſequentia de eſſe eſſentiæ, ſed hoc noſtro fauet propoſito.

Ad quartum

¶ Ad quartum dicitur ſicut antè, quod ſi in antecedente ſit ſermo de eſſe eſſentiæ, verum aſſumitur in prima eius parte, ſed non in ſecunda, liquet enim ex ſupradictis, quod eſſe ſpecificum completum animæ corrumpitur.

¶ Si autem ſit ſermo de eſſe exiſtentiæ, poteſt dupliciter intelligi. Primo, quod eſſe actualis exiſtentię hominis deſinat ſimpliciter. & ſic eſt falſum, retrahit enim anima illud ad ſe. Alio modo poteſt intelligi, ꝙ eſſe hominis in morte deſinat eſſe hominis, id eſt deſinat informare hominem. & hoc modo conceditur, ſicut enim de generatione hominis ſpecialem ſermonem facimus, & non ſic de cęterorum propagatione animalium, dicente Ariſtotele, in ſecundo de Generatione animaliũ, c. 3. ꝙ intellectus tantum venit ex intrinſeco, & ipſe ſolus eſt diuinus, eo ꝙ operatio ſua non habet communicationem cum operatione corporali omnino: ita de corruptione eiuſdem ſpecialis ſermo eſſe debet, dicente eodem 12. Metaphyſicæ textu com. 17. quòd in quibuſdam nihil prohibet formam remanere poſt, vt ſi eſt anima talis, non omnis forſan ſed intellectus.

Cap. 3.

T. c. 17.

Ad quintum.

¶ Ad quintum negatur prima conſequentia. Et ad probationem vtendo diſtinctione facta dicitur, quòd cùm eſſe actuale hominis dupliciter ſumatur, ſcilicet ſecundum ſe, ſeu ſimpliciter. Alio modo prout eſt huius: primo modo remanere non eſt impoſſibile corrupto homine: ſecundo modo non eſt intelligibile, ꝙ remaneat: nullius ergo rei eſſe actuale manet, vt eius eſt, quando id, cuius eſt, non inuenitur: poteſt tamen ſimpliciter inueniri: & ratio eſt in propoſito ſæpe iam dicta: quia id eſſe non eſt proprium homini, ſed animæ: ideo oportet quòd inueniatur ſemper quando eſt id, cuius eſt proprium: etſi deſignat id, cuius erat vt communicatum.

Ad ſextũ.

¶ Ad ſextum negatur antecedens. Ad probationes verò aliàs factas ſunt reſponſiones aliàs datæ: relinquitur igitur verum eſſe de eſſe actualis exiſtentiæ, quòd vnum omnino eſt eſſe animæ intellectiuæ, & hominis, quod ſecundum ſe independens eſt à corpore, vtpote non cauſatum ab illo: quia non eſt eductum de potentia materiæ, licet prout eſt huius, ſcilicet hominis, non niſi in corpore inueniri poſſit.

CAPVT VI.

Qualiſnam ſit Eſſentia Dei: quanam item ratione in ſimplicibus ſubſtantijs ſeparatis, & à quo genus & differentia ſumendum ſit, & quomodo multiplicari eas contingat, exponit.

HIs Viſis, patet quomodo eſſentia inuenitur in diuerſis. Inuenitur autem triplex modus habendi eſſentiã in ſubſtantiis: aliquid.n. eſt ſicut Deus, cuius eſſentia eſt ipſum ſuũ eſſe: & ideo inueniuntur aliqui philoſophi dicentes, ꝙ Deus habet eſſentiam: quia eſſentia eius non eſt aliud, quàm eſſe eius.

Eſſentia diuina eſt ipſũ eius eſſe.

¶ Hoc eſt principium capituli ſexti, quod diuiditur in quatuor partes. In prima agitur de eſſentia Dei In ſecunda de eſſentia intelligentiarum & animæ. In tertia oſtenditur, quomodo iſta ſe habeant ad intentiones logicas. In quarta replicatur de eſſentiis compoſitis. De eſſentia ergo Dei poſiturus duas concluſiones, & excluſurus duos errores, ponit primam concluſionem affirmatiuam talem, Eſſentia in Deo ſignificat ipſum eſſe eius: Hanc concluſionem non aliter, quàm ex ſupradictis deducendo ponit: fuit nanque ſupra probata, & ab omnibus eſt conceſſa. Eſt autem intellectus concluſionis, quòd eſſe actualis exiſtentiæ diuinum eſt ipſa quidditas eius: ita ꝙ prædicatur de Deo ſicut prædicatum primi modi dicendi per ſe: ita quòd iſta, Deus eſt, eſt in primo modo perſeitatis, quod de nullo alio à Deo communis via fatetur, dato etiam, quod eſſe & eſſentia in creaturis teneatur eſſe idem realiter, & quia ipſum exiſtere eſt eſſentia Dei, ideo à quibuſdam, Platonicis ſcilicet, dicitur: quod Deus non habet eſſentiam, quaſi pura exiſtentia ſit.

Cap. 5. in prin. & circa medi.

¶ Et ex hoc ſequitur, quòd ipſe non ſit in genere, quia omne quod eſt in genere, oportet ꝙ habeat quidditatem præter eſſe ſuum, cum quidditas, aut natura

Deus nõ eſt in genere.

generis aut ſpeciei non diſtinguatur ſecundum rationem naturæ in illis, quorum eſt genus vel ſpecies: ſed eſſe eſt in diuerſis diuerſimodè.]

¶Hic ponitur ſecunda cõcluſio & negatiua, Deus non eſt in genere: Probatur in litera ex antedictis ſic, Omne quod eſt in genere, habet quidditatem præter ſuum eſſe: Deus non habet quidditatem præter ſuum eſſe: ergo Deus non eſt in genere. Minor eſt concluſio præcedens: Maior probatur ſic, Omnia, quæ ſunt in genere, indiſtincta ſunt in eſſentia generis vel ſpeciei: diſtincta autem per diuerſimodè habere eſſe illius naturæ genericæ vel ſpecificæ: ergo eſſe naturæ genericæ vel ſpecificæ eſt præter naturam ipſam genericam vel ſpecificam: & ſic omne quod eſt in genere, habet naturam præter ſuum eſſe. Antecedens huius conſequentiæ eſt de ſe notũ: homo enim & leo, ſunt indiſtincti in natura animalis: diſtinguuntur autem inter ſe per hoc, quòd diuerſimodè habẽt eſſe animatum, genus enim diuerſum habet eſſe in ſpeciebus: ſimiliter Sortes, & Plato indiſtincti ſunt in natura humana: diſtinguuntur autem inter ſe, quia habent diuerſum eſſe humanum: non enim eſt intelligibile, ꝙ homo habeat idem eſſe in Sorte & Platone. Conſequentia verò patet ex eo, quod videtur imaginabile, quòd id, quo aliqua diſtinguuntur, non ſit præter id, quo aliqua conueniunt.

¶Et nota, ꝙ ad intentum huius rationis ſufficit, quòd eſſe ſit præter eſſentiam, id eſt præter conceptũ quidditatiuum: ſic enim ſufficit differre principium conuenientiæ à principio differentiæ, vt patet de genere & differentijs, quorum altero conueniunt, alteris differunt ſpecies: & quia in ſolo Deo eſſe eſt de conceptu quidditatiuo, ideo ſolus Deus extra genus ponitur. Sed quoniam eſſe ideo eſt præter conceptũ quidditatiuum, quia eſt diſtinctum realiter ab eſſentia: & ideo eſt de conceptu quidditatiuo, quia eſt idẽ realiter eſſentiæ: ideo ex hac radice, ſcilicet, quòd eſſe & eſſentia ſunt idem realiter, in Deo procedere dicitur, quòd Deus non ſit in genere. Nec te moueat, quòd ratio iſta digredi videtur ab eſſe actualis exiſtentiæ ad eſſe quidditatiuum: quãdoquidem in Minore eſt ſermo de eſſe actualis exiſtentiæ & poſtmodum in probatione Maioris, quam oportet de eodem eſſe loqui, tranſitur ad eſſe quidditatiuum, cùm dicitur, Species conueniunt in genere, & differunt in eſſe diuerſo: hoc enim verificatur de eſſe quidditatiuo ſpecificè accepto, homo namque & bos conueniunt in animali, & diſtinguuntur differentiis ſpecificis, quibus animal in eis diuerſum eſſe ſpecificum acquirit. Propter hoc, inquam non oportet turbari: quoniam (vt in hoc patebit capitulo) differentiæ naturam genericam non diuerſificant, niſi in ordine ad diuerſum eſſe actualis exiſtentiæ: & ideo mira ſubtilitate S. Thom. digreſſus non eſt primam rationem diſtinctionis naturæ genericæ in inferioribus attendens: hoc autem infrà melius intelligitur cum communiſsima regula aſsignabitur, vnde ſumantur genus & differentia.

In hoc eo. ca.

A d euidentiam eius, quod hic ſupponitur, ſcilicet, quòd in Deo eſſe eſt de conceptu quidditatiuo: quia eſt idem eſſentiæ, nota tres propoſitiones. Prima eſt, Quidditas, quæ eſt ſua exiſtentia actualis, nõ eſt ad aliquod genus determinata. Hoc declaratur breuiter vnico medio ſumpto ex ſecundo contra Gẽtiles, c. 25. ſic, Omnis quidditas in genere limitata eſt eſſentialiter deſignabilis per differentiam, à qua mẽdicat eſſe in actu: nulla quidditas eadem ſuæ actuali exiſtentiæ eſſentialiter deſignabilis per differẽtiam, à qua mendicat eſſe in actu: ergo nulla quidditas eadem ſuæ actuali exiſtentiæ eſt ad aliquod genus determinata. Maior notificatur inducẽdo: animal enim eſt eſſentialiter determinabile per differentias, rationale, ſcilicet & irrationale, & ab eis mendicat eſſe in actu, cùm impoſsibile ſit eſſe animal in actuali exiſtentia, niſi ſit rationale vel irrationale: ſimiliter color eſſentialiter eſt determinabilis per ſuas differentias, per quas exiſtentiam actualem ſortitur: non enim poteſt inueniri color, niſi albus vel niger, &c. minor autem intelligentibus terminos patet ex ſe: quomodo namque exiſtentia actualis mendicabit eſſe in actu ab aliquo alio formaliter? Si enim mendicat eſſe in actu ab aliqua differentia formaliter cùm eſſe in actu nihil aliud ſit, quàm habere exiſtentiam actualem: ſequetur ꝙ exiſtentia actualis habebit exiſtentiam actualẽ formaliter, per aliquid aliud à ſe: ſicut animal per rationale formaliter acquirit exiſtentiam actualem: hoc autem non videtur intelligibile: ergo, &c.

Quomodo verũ ſit, quòd in Deo eſſe, ſit de conceptu quidditatiuo ipſius: ſecundo cõtra Gen. cap. 25.

Secunda propoſitio eſt iſta, Exiſtentia actualis ad nullum genus determinata, eſt purum eſſe: iſta patet ex ſimilibus: ſi nanque anima non ſit determinatum ad aliquam ſpeciem, purum animal erit: & albedo ſi non ſit coarctata in aliquo ſubiecto, pura albedo erit: ita & eſſe ad nullius naturæ prædicamentalis capacitatem determinatum, purum eſſe neceſſe eſt: & ſi abſtractio huiuſmodi eſt per opus intellectus, etiam puritas ipſa eſt ſecundum rationem. Si autem fuerit ſecundum rem, & puritas ipſa eſt ſecundum rem, vt de ſe patet.

Tertia propoſitio eſt iſta, eſſe eſt de conceptu quidditatiuo puri eſſe tantùm. Patet iſta quo ad vtramque expoſitionem, & quo ad primam quidem: quia non eſt intelligibile ꝙ de puro eſſe nõ prædicetur quidditatiuè ipſum eſſe. Si enim de eo aliquis prædicari poteſt quidditatiuè, illud oportet eſſe, ipſum eſſe, cũ purum eſſe ponatur. Quòd autem cætera non recipiant eſſe in ſuis quidditatiuis conceptibus ex eo patet, quòd cùm eſſe non habeant in ſua puritate, ſed ſuis quidditatibus coaptatum poſsunt ſecundũ ſuas quidditates abſque eſſe, & non eſſe diffiniri. Ex his deducitur intentum ſic, ideo exiſtentia eſt de conceptu quidditatis rei, quia res illa eſt purum eſſe: ideo autem res illa eſt purum eſſe: quia non eſt ad genus aliquod limitata: ideo autem res illa non eſt ad genus limitata, quia eſt idem cum ſua exiſtentia, igitur de primo ad vltimum: ideo exiſtentia eſt de conceptu quidditatiuo rei, quia res illa eſt eadem ſuæ exiſtentiæ.

¶Et quoniam ſi affirmatio eſt præcisè cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis ex hoc, quòd res creata non eſt eadem ſuæ exiſtentiæ, eſſe non eſt de eius conceptu quidditatiuo. Vnde cùm Deus glorioſus ſit ſuum eſſe, ipſe nihil eſt aliud, quàm ipſum eſſe ſecundum rem ſeparatum à naturis prædicamẽtalibus à ſua puritate ſubſiſtens.

[Nec oportet, ſi dicimus quòd Deus eſt eſſe tantũ, vt in errorem eorum incidamus, qui Deum dixerunt eſſe illud eſſe vniuerſale, quo quælibet res formaliter eſt. Hoc enim eſſe quòd Deus eſt huius conditionis, eſt vt nulla ſibi additio fieri poſsit. Vnde per ipſam ſuam puritatem eſt eſſe diſtinctum ab omni eſſe: propter quod in commento nonæ propoſitionis libri de cauſis dicitur, ꝙ indiuiduatio primæ cauſæ, quæ eſt eſſe tantùm eſt per puram bonitatem eius. Eſſe autem commune ſicut in intellectu ſuo, non includit aliquam additionem, ita nec includit in intellectu ſuo aliquam præciſionem additionis: quia ſi hoc eſſet, nihil poſſet intelligi eſſe, in quo ſuper eſſe aliquid adderetur.]

Deus nõ eſt ipſum eſſe omnium quo res formaliter ſũt.

¶Hic excluditur primus quorundam error talis, ſcilicet, Deus eſt commune eſſe omnium: imaginati ſunt iſti, quòd cùm omnia conueniant in hoc, ꝙ habent

beat eſſe ipſum eſſe omnium, quo res formaliter ſunt in eo, ſeu vniuerſali ſit ipſe Deus glorioſus. Mota ſunt autem tali ratione, Eſſe nulla additione ſpecificatum eſt eſſe commune: Deus eſt eſſe nulla additione ſpecificatum: ergo Deus eſt eſſe cõmune. Sed peccat ratio illa propter multiplicem Maioris intellectum: dupliciter enim intelligi poteſt eſſe à nulla additione ſpecificari. Vno modo ſecundum rem extra animam ſubſiſtendo: alio modo ſecundum intellectus cogitationẽ tantũ. primo mõ Maior eſt falſa, Minor aũt vera: Secundo modo Maior eſt vera: Minor aũt falſa: eſſe nanque commune per intellectum à ſua abſtractione acceptum, nullam cõtradictionem includit: ſecundum verò ꝙ eſt extra intellectum, ſine contradictione non inuenitur: omne nanque eſſe eſt contractum ad ſubſtantiam vel accidens: eſſe autem, quod eſt quidditas diuina, eſt purum abſque omni additione ſecundum rem, & ex ipſa ſua puritate, ſecundum rem eſt diſtinctum ab aliorum eſſe & hoc: & nullo modo commune, ſicut albedo ſeparata ex hoc ipſo, quòd eſſet pura albedo, eſſet diſtincta albedo ab aliis albedinibus cum ſubſtantiis mixtis, & non eſſet albedo in communi. Peccat ſecundò Maior illa: quia contingit adhuc dupliciter eſſe nulla additione ſpecificari ſeu contrahi. Vno modo actu tantùm: alio modo actu & potentia. primo modo Maior eſt vera: Minor verò falſa. Secundo modo Maior eſt falſa, Minor autem vera. Eſſe nanque in communi, licet nulla ſit additione contractum, eſt tamen contrahibile: aliter nulla res haberet eſſe, quæ aliquid addit ſupra ipſum eſſe: & ſic homo non haberet eſſe, cũ vltima eſſe habeat, humanitatem, quantitatem, &c. Vnde eſſe commune actu tantùm, ſpecificatione caret: eſſe verò diuinum nullam ſpecificationem habet actu, nec aliquam habere poteſt: & ideo actu & potentia additione caret. Et hæc eſt ſolutio, quam in litera S. Tho. ponit ſub aliis verbis, dicens quòd omne commune nec includit nec excludit additionem, id eſt non includit actu: poteſt tamen habere illam. Eſſe verò diuinum non ſolùm non includit illã: imò excludit, id eſt non ſolũm nõ includit actu, imò nec potentia: & ſic excludit illam: quod enim impoſſibile eſt conuenire alicui, excluditur omnino ab illo. De his diffuſè habes in primo contra Gentiles, capite vigeſimoſeptimo.

Vide primo contra Gentiles, c. 27.

Deus tamet ſi eſt ipſum eſſe, omnes tamẽ in ipſo pfectiones habet.

[Similiter etiam quamuis ſit eſſe tantùm, non oportet quòd deficiant ei reliquæ perfectiones vel nobilitates: imò habet omnes perfectiones, quę ſunt in omnibus generibus propter quod perfectum ſimpliciter dicitur: vt Philoſophus & Comment. in 5. Metaph dicunt. Sed habet eas modo excellentiori omnibus rebus, quia in eo omnes vnum ſunt. Sed in aliis diuerſitatem habent: & hoc eſt, quia omnes illæ perfectiones conueniunt ſibi ſecundum ſuum eſſe ſimplex. Sicut ſi aliquis per vnam qualitatem poſſet efficere operationes omnium qualitatum, in illa vna qualitate omnes qualitates haberet, ita Deus in ipſo eſſe ſuo omnes perfectiones habet.]

Excluditur ſecũdus error.

¶ Hic excluditur ſecundus error talis, ſ. Deus nõ eſt ſimpliciter perfectus. Ratio autem huius erroris in propoſito eſt iſta, Id, quod habet eſſe tantùm, eſt imperfectum reſpectu eius quod habet eſſe viuere, & intelligere: ſed Deus habet eſſe tãtùm. ergo Deus eſt imperfectior aliis. Maior eſt ex ſe nota. Minor verò ex dictis deducitur ſic, Quod eſt purum eſſe non eſt admixtum aliis, putà viuere & intelligere, aliter eſſet purum & non purum. Deus eſt purum eſſe, ergo non eſt admixtus aliis, ſcilicet viuere & intelligere. & conſequenter Deus non habet niſi eſſe: quod erat probandum. Defectus huius rationis in litera non explicatur ſed in primo contra Gentiles capitulo 26. vbi declaratur quòd ex hac propoſitione, Deus eſt purum eſſe ſubſiſtens, ſequitur, Deum eſſe vniuerſaliter perfectiſſimum. Et propterea à notanter in textu dicitur, Imò habet omnes perfectiones, &c. acſi dicat quòd ex hoc non ſequitur, Deum aliqua perfectione carere: ſed oppoſitum potius ex hoc concluditur. Eſt autem modus ex illo fundamento intentum deducendi talis, Id cui conuenit eſſe ſecundum totam virtutem ſeu poteſtatem ipſius eſſe, nulla perfectione ſeu nobilitate eſſendi caret, ſed eſſe purum ſubſiſtens eſt id, cui conuenit eſſe ſecundum totam virtutem ſeu poteſtatem ipſius eſſe: ergo eſſe purum ſubſiſtens nulla perfectione ſeu nobilitate eſſendi caret. Maior declaratur ex eo, quòd omnis perfectio cuiuſcunque generis non niſi ſecundum aliquod eſſe eſt. Non enim ſapientia perficit hominem, niſi ea homo ſapiens ſit: nec iuſtitia perfectio hominis dici poteſt, niſi ea homo iuſtus ſit. Si igitur omnis perfectio attenditur ſecundum aliquod eſſe: id in quo tota plenitudo eſſendi reperitur, nomen perfectionem patet habere. & ſic repugnat, quòd id habeat eſſe ſecundum totam amplitudinem ſuam, & aliqua perfectione eſſendi careat. Minor verò exemplariter notificatur. ſicut enim ſi albedo ſeparata inueniretur, nihil ei de virtute albedinis deeſſe poſſet. Vt enim ſupradictum eſt, ratio quare albedini huic non ineſt tota perfectio poſſibilis reperiri in ſpecie albedinis eſt, quia coaptata eſt receptiuo, quòd ſecundum totum poſſe eius non recipit eam: ita eſſe ipſum ſi receptum eſt in alio, coartatum eſt ad naturæ illius recipientis limites, ſubſtantiam, ſcilicet, vel accidens, & conſequenter limitatum ad illius generis nobilitatem. Si verò purum & non receptum in aliqua ſit natura, illimitatum & infinitum ſimpliciter eſt, & omnes perfectiones poſſibilis in ente reperiri ſimpliciter præhabet. Cùm autem audis, quòd albedo ſi ſeparata ſit omnem perfectionem poſſibilem ſuæ ſpeciei habet, non intelligas, vt veritatis æmuli obiiciunt, quòd negatio, ſcilicet receptionis eius in alio datet ſibi illam perfectionem: ſed ſicut receptio albedinis eſt conditio ad ſuam requiſita imperfectionem, ita negatio receptionis eſt conditio ſuæ illimitatæ perfectionis comes. Vnde efficax argumentum, ex receptione & ſeparatione eius ſumitur tanquàm conditionibus neceſſariis, & inſeparabilibus.

Nota optimè.

¶ Et quoniam habere perfectiones omnium generum poteſt intelligi dupliciter: Vno modo in ſeipſis, Alio modo in aliquo ſuperioris ordinis: ideo ad declarandum, quo modo ipſe Deus, qui eſt ipſum eſſe, eſſentialiter habeat omnes perfectiones: dicit quòd Deus non habet omnes perfectiones in ſeipſis, id eſt diſtinctas abinuicem in propriis naturis: ſicut homo habet ſapientiam, iuſtitiam, prudentiam, &c. Sic enim in Deo oporteret eſſe maximam compoſitionem, ſed habet eas indiſtinctè vnitas in ſuo eſſe ſimpliciſſimo. Illud quippe eſſe diuinum æquiualet omnibus perfectionibus omnium generum, & excedit ſingulas, & omnes ſimul, vtpote res ſuperioris & inacceſſibilis ordinis. Cuius exemplum in luce ſolis habes, qua ſola ſol poteſt quicquid poſſunt omnia inferiora per tot varias qualitates, propterea à Philoſopho & Comment. quinto Metaph. capitulo de perfecto, dicitur, quòd Deus ſolus eſt ens ſimpliciter perfectum, vniuerſitatem perfectionum in ſe habens

QVAE-

QVÆSTIO XII.

Num perfectiones exiſtentes in Deo, ſint aliquo modo diſtinctæ præter omne opus intellectus.

HIc Quæritur an perfectiones exiſtentes in ipſo Deo ſint aliquo modo diſtinctæ abſque omni opere intellectus.

¶ In hac quæſtione quinque agenda ſunt, primò declarabitur titulus quæſtionis. Secundò recitabitur opinio Scot. cum fundamentis. Tertiò declarabitur opinio Sancti Thomæ. Quartò impugnabitur opinio Sco. Quintò reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

Perfectio ſimpliciter quid ſit.

Quò ad primum, ſcito primò perfectionem eſſe duplicem: quædam eſt perfectio ſimpliciter: & quædam eſt perfectio in hoc vel illo. Perfectio ſimpliciter eſt illa, quæ in ſuo proprio, ac formali conceptu dicit perfectionem cum nulla imperfectione, vt ſapientia, bonitas, & ſimilia. Perfectio verò in hoc vel illo eſt quæ in ſuo proprio ac formali conceptu dicit perfectionem imperfectioni mixtam, vt humanitas, æquitas, & his ſimilia. Dixi (in proprio ac formali cõceptu) quia includere aliquam imperfectionem in conceptu communi ſibi & aliis, aut materiali, non derogat ſuæ perfectioni ſimpliciter. Sapientia enim licet in generis conceptu, putà habitu, ſeu qualitate imperfectionem dicat, potentialitatem .ſ. aut dependentiam, &c. quia tamen in ſuo differentiali conceptu hoc formaliter non includit, nõ prohibetur quin perfectio ſimpliciter ſit. Dixi, dicit perfectionem, propter relationem, quæ in ſuo proprio ac formali conceptu, cum nulla imperfectione nullam perfectionem ſonat

¶ Scito ſecundò, quòd perfectiones eſſe in aliquo contingit dupliciter. Vno modo formaliter, alio modo virtualiter. Eſſe formaliter in aliquo eſt eſſe in eo, vt forma eſt in habente ipſam: ſicut humanitas, albedo, quantitas, & alia huiuſmodi in homine ſunt. Eſſe autem in aliquo virtualiter eſt eſſe in eo, vt effectus eſt in ſua cauſa effectiua, quemadmodum calor eſt in ſole. Poteris autem comprehendere multùm diſtare inter hos modos eſſendi in aliquo ex hoc vno eorum effectu pro nunc, quòd ea quæ primo modo inſunt, intrinſecè denominant ſuppoſitum tale. Ea autem quæ ſecundo modo inſunt, non determinant ſuppoſitum tale, vt patet in ſole, qui lo. ea dicitur lucidus, calor autem non dicitur calidus.

¶ Amplius, Perfectiones eſſe in aliquo formaliter, contingit dupliciter. Vno modo in ſuis propriis naturis diſtinctas & limitatas: ſicut in homine eſt eſſe intelligere & velle, &c. Alio modo contingit eas eſſe formaliter in aliquo ſuperioris ordinis vnitas & illimitatas: ſicut in ſolis luce ſunt virtus calefactiua, & deficcatiua: & alia huiuſmodi. Nec parum diſtant iſti duo modi inter ſe. Longè namq; excellentius eſt eſſe in aliquo ſecundo modo, vt in exemplo dato apparet.

In quo ſtat difficultas.

Quamuis igitur perfectiones omnium generum excellentiori modo ſint in Deo, quàm in creaturis: quia tamen perfectiones non ſimpliciter ſunt in eo virtualiter tantùm (eis enim non denominatur talis) perfectiones autem ſimpliciter ſunt in eo formaliter, & non in propriis naturis limitatæ, ſed vt in re ſuperioris ordinis realiter indiſtinctæ & illimitatæ: ideo vertitur in dubium an perfectiones ſimpliciter exiſtẽtes formaliter in Deo cum reali identitate ſint aliquo modo abſque omni opere intellectus diſtinctæ. Hæc de primo.

Scot. 1. diſt. 8. q. 3. per totum.

Quò ad ſecundum Scot. in primo ſent. diſtinct. 8. q. 3. opinatur perfectiones has eſſe diſtinctas præciſo omni opere intellectus diſtinctione ex natura rei formaliter. Appellat autem diſtinctionem ex natura rei quæ innaſcitur ex ipſarum rerum natura: ita quòd abſque omni intellectus operatione eſt. formalem verò addit: quia non omnis diſtinctio ex natura rei eſt formalis, ſed ea tantùm, quæ ex quidditatibus ſeu rationibus formalibus fit. Probat autem intentum ſuum multis rationibus, quarum eas adducendas cenſui, quæ ex puris naturalibus procedunt: quoniam Theologiam nunc tradere non intendimus, &c.

Prima ratio.

¶ Arguit ergo primò ſic Sapientia & bonitas abſolutè diſtinguuntur formaliter ex natura rei: ergo ſapientia infinita & bonitas infinita diſtinguuntur formaliter ex natura rei: Antecedens eſt euidens. Conſequentia autem probatur: quia infinitas non variat rationem formalem eius, cui additur. In quocunq; enim gradu perfectionis ſuæ latitudinis intelligatur perfectio aliqua ſemper retinet eandem rationem formalem, vt patet in omnibus. Si igitur ſapientiæ & ſapientiæ infinitæ eſt eadem ratio formalis. & ratio formalis ſapientiæ diſtinguitur ex natura rei à ratione formali bonitatis: neceſſariò ſequitur ꝙ ratio formalis ſapientiæ infinitæ nõ includat ex natura rei rationem formalem bonitatis.

Secunda.

¶ Præterea, Diſtinctio præcedens rationem primi diſtinctiui non eſt per tale diſtinctiuum: ſed diſtinctio naturæ & intellectus præcedit intellectionem, quæ eſt primum diſtinctiuum ſecundum rationem. ergo, &c. probatur Minor: quia ſi nulla diſtinctio eorum præcederet, non magis diſtinguerentur intellectione, vt intellectio eſt, quàm ea, vt natura eſt. Quicquid enim diſtinguitur intellectione, vt eſt omnino indiſtincta à natura, diſtinguitur etiam natura.

Tertia.

¶ Præterea, Illa quæ formaliter diſtincta intelliguntur intellectu intuitiuo, habent diſtinctionem, vt exiſtentem: ſed perfectiones diuinæ intelliguntur formaliter diſtinctæ ab ipſo Deo intellectu intuitiuo: ergo habent diſtinctionem vt exiſtentem in eis. Talis non poteſt eſſe diſtinctio rationis: oporteret .n. intellectum diuinum ſua intuitione cãre aliquã relationẽ rõnis in ſua eſſentia, exiſtentẽ, quod eſt abſurdum; igitur talis diſtinctio eſt ex natura rei. Maior patet ex differentia inter intellectum intuitiuum & abſtractiuum. Minor verò eſt clara de ſe.

Quarta.

¶ Præterea, Deus intelligit eſſentiam ſuam vt veram: vult aũt vt bonam: ergo veritas & bonitas diſtinguuntur ante omnem actum intellectus. Tenet conſequentia: quia diſtinctio obiectorum præuenit diſtinctionem actuum, ſicut cauſa effectum.

Quinta.

¶ Præterea, Bonitas & veritas in Deo non diſtinguuntur ex natura rei: ergo ſunt formaliter ſynonima. Conſequens eſt contra te: conſequentia autem probatur: quia bonitas & veritas non ſignificant niſi ipſas puras perfectiones in re, nullo modo diſtinctas in ea.

Sexta.

¶ Præterea, Inter perfectiones diuinas eſt ordo demonſtratiuus: quo doctores vnam ex alia demonſtrant: eſt etiam diſtinctio inter prędicationes formales, & non formales. Dicitur enim quòd ſapientia non prędicatur formaliter de bonitate: eſt & æqualitas ſecundum Auguſt. 1 5. de Trinitate: igitur diſtinguuntur ex natura rei. Vt quid enim doctores implent tot quinternos, ſi omnia ſunt idem formaliter? Pręterea inter perfectiones diuinas ante omnẽ actum intellectus inuenitur contradictio: ita quòd Deus intellectu intelligit & non vult: voluntatem

Cai. 3.

autem

autem vult & non intelligit : ergo inter perfectiones diuinas eſt diſtinctio ex natura rei.

Septima.

¶ Præterea, Ad complementum doctrinæ, diſtinctio fundans diſtinctionem realem non dependet ab opere intellectus : ſed diſtinctio Perfectionum diuinarum fundat diſtinctionem realem emanationum diuinarum: igitur eſt ex natura rei: & non ex intellectus operatione, &c. Hæc de ſecundo.

Quò ad tertium præmiſſa Trinitate perſonarum, declarandæ ſunt tres propoſitiones, in quibus conſiſtit ſententia S. Tho. & veritas. Prima eſt, In Deo ſecundum ſe nulla eſt diſtinctio actualiter. Secunda eſt, In Deo ſecundum ſe eſt diſtinctio rationis virtualiter, ſeu fundamentaliter. Tertia eſt, In Deo vt terminat actum intellectus noſtri, eſt diſtinctio rationis actualiter.

¶ Ad euidentiam primæ propoſitionis ſciendum eſt, quòd aliud eſt iudicium de rationibus formalibus rerum in propriis naturis, & aliud eſt iudicium de rationibus formalibus earundem in re aliqua ſuperioris ordinis formaliter exiſtentibus. Res enim in propriis naturis ideo ſecluſo omni opere intellectus diſtinguuntur formaliter: quia ſe mutuò non includunt in ſuis formalibus rationibus. Ideo autem ratio formalis vnius non eſt alterius : quia quælibet earum ita eſt ipſa, quòd nõ altera: Verbi gratia, Ideo virtus calefactiua & virtus deſiccatiua in propriis naturis diſtinguuntur formaliter ex natura rei: quia virtus calefactiua ita eſt calefaciendi principium, quòd non deſiccandi, & econuerſò. Res autem adunatæ in aliquo ſuperioris ordinis, ſicut in vna ſimplici re altiori inueniuntur: ita in illius vnica ratione formaliter adunantur, ſicque diſtinctione formali ex natura rei neceſſe eſt careant, cùm deſit ibi talis diſtinctionis radix iam dicta, limitatio ſcilicet illa, qua quælibet earum ita eſt ipſa quod non altera: neutra nanq; earum, cùm ſunt taliter vnitæ, eſt magis ipſa quàm alia. Verbi gratia, proſequendo exemplum datum, Virtus calefactiua & deſiccatiua in luce ſolis formaliter inuentæ ſicut in vna lucis natura adunantur : ita in lucis ratione formali indiſtinctè formaliter ſunt: ita quòd aſſignata completa ſolaris lucis diffinitione, non ſit opus vltra earum quærere diffinitiones. Completa enim diffinitio ſolaris lucis, eam in ſua celſitudine, qua inferiora indiſtinctè in ſeipſa præaccipit, cum declaret propter adæquationem, quæ debet eſſe inter diffinitionem & rẽ diffinitam, virtutem eius calefactiuam & deſiccatiuam manifeſtat, quandoquidem virtus eius calefactiua non magis eſt ipſamet, quàm ſit lux & virtus deſiccatiua, & econuerſò. Cùm autem ſecundum Dionyſium quinto capitulo de Diuinis nominibus, perfectiones ſimpliciter ſint in Deo non ad proprias naturas definitæ, ſed ad ipſius eſſe illimitationem eleuatæ: conſequẽs eſt, vt ſicut omnes in vna ſimpliciſſima re formaliter adunantur, ita in illius ſimpliciſſima ratione formali indiſtinctè formaliter ſint. Et ſicut ſapientia diuina non magis eſt ſapiẽtia, quàm bonitas & veritas & ipſum eſſe diuinum & econtrà : ita ratio formalis ipſius eſſe diuini non magis includit ipſum eſſe, quàm ſapientiam & bonitatem. Si enim adæquata diffinitio illius rei ſimpliciſſimæ, quæ Deus eſt daretur, in illa vnica rõne formali quicquid eſt Deus, includeretur formaliter: aliter diffinitio celſitudinẽ diffiniti non adæquaret : vnde & ipſe Deus glorioſus, qui ſeipſum per modum ſui intelligit, vnicam tantùm rationem formalem format, Verbum ſcilicet.

¶ Potes ergo ſuper hæc arguere ſic, Quæcunq; formaliter adunantur in vnica & adæquata ratione formali ipſius Dei, non diſtinguuntur formaliter ex natura rei: ſed perfectiones diuinæ ſecluſo omni opere intellectus, adunantur in vnica & adæquata ratione formali ipſius: ergo, &c. Probatur Minor : quia non magis adunantur virtutes qualitatum inferiorum in luce ſolari, quàm perfectiones ſimpliciter in Deo: ſed illæ adunantur formaliter, vt ex ſe patet, & ab aduerſariis conceditur: ergo, &c. Probatur Maior: quia aliter diffinitio non adæquaretur diffinito.

Secunda ratio.

¶ Secundò principaliter pro prima propoſitione arguitur ſic, Omnis actualis diſtinctio ex natura rei fundatur ſuper actuali oppoſitione ex natura rei; ſed inter perfectiones nulla eſt actualis oppoſitio ex natura rei, ergo. Maior habetur ex 10. Met. tex. com. 24. T.c.24. Minor probatur inductione, quia enim ibi non ſit oppoſitio contradictoria, neq; priuatiua formaliter, ex eo patet, quia vtriuſq; oppoſitionis alterum membrum eſt formaliter negatio, quam ponere in Deo formaliter, nefas eſt. Nec ſufficit, quod ſit ibi negatio fundamentaliter, quoniam diſtinctio actualiter exigit actualiter oppoſitionẽ, oppoſitio autẽ actualiter exigit extrema actualiter, vt patet regulariter de omni oppoſitione. Quòd aũt nõ ſit oppoſitio inter eas contrariè, patet ex eo, quod T.c.16. alterũ contrariorum ſemper eſt defectiuum, 10 Metaph. tex. com. 16. Quòd verò non ſit oppoſitio relatiua inter illas, ex ſe manifeſtum eſt. Nec obſtat, quod ex hoc ſequi vr̃, quod in Deo nõ ſint multæ perfectiões, ſed vna tãtũ, puta deitas, veriſſimũ. n. eſt, quod Deus ipſe nõ eſt, niſi vna perfectio illimitata, omnino prahabens in ſe multiplicatas & multiplicabiles in aliis perfectiones omnes.

Cap 1 q. 2. concluſione prima.

¶ Ad euidentiam tam ſecundæ, quàm tertiæ propoſitionis nota, quod (vt in quadam quæſtione ſuprà diximus) ſicut res illa ſimpliciſſima, quã Deum dicimus eſt id, cui aſſimilantur omnes perfectiones ſimpliciter in propriis naturis exiſtentes, ita eſt id, cui aſſimilantur omnes conceptus formales earum, cùm nihil aliud ſint, quàm ipſæ perfectiones in eſſe intentionali. Ex hoc autem, quod Deus terminat conceptiones has vt obiectum in ais intellectum, neceſſe eſt Deum ipſum omnium earum correlatiuum intelligi pluribus relationibus rationis ſecundum earum numerum, ſicque diſtinctionem in ſe rationis actualiter habere, vt Deus obiectus pluribus conceptionibus ſeu rationibus formalibus dicatur habere in ſe diſtinctionem rationis formalem actualiter, obiectiuè tamen, & propter pluralitatem cõceptuum formalium, quibus obiicitur, & propter pluralitatem relationum rationis, quibus refertur, ſeu referri intelligitur ad perfectiones prædictas, tam in eſſe naturali, quàm in eſſe intentionali. Ex eo autẽ quod in Deo, ſecluſo omni opere intellectus eſt, vnde cauſare & terminare poſſit cõceptus prædictos, dicitur habere in ſe diſtinctionem rationis virtualiter, ſeu fundamẽtaliter. Habet autẽ hæc Deus ipſe ex ſumma illimitata ſui perfectione, cuius, ſicut nulla creatura eſt capax in eſſe naturali, ita nullus intellectus creatus in eſſe intentionali, quicunq; enim intellectus creatus (etiam videns Deum per eſſentiam) impotens eſt ad formandum cõceptum vnum diuinæ adæquatum perfectioni, Vnde pro ſecunda propoſitione argua ſic, Omne habẽs in ſe, vnde cauſare & terminare, ac verificare obiectaliter poſſit diſtinctas rationes ſeu cõceptiones formales, habet in ſe diſtinctionẽ rationis virtualiter, ſecluſo omni opere intellectus. Deus glorioſus eſt huiuſmodi, ergo. Pro tertia verò propoſitione argua ſic, Omne terminans plures conceptus formales, habet in ſe actualiter diſtinctionẽ rationis Deus eſt huiuſmodi, ergo &c. Hæc de tertio.

Probatur ſecũda propoſitio.

Quo ad quartum arguitur contra Scotum tripliciter. Et primo ſic, Diſtinctio formalis ex natura rei eſt maior diſtinctio diſtinctione reali, ergo perfectiones diuinæ

Probatur ſecũda propoſitio. Cõtra arg. pri.

diuinæ non diſtinguuntur formaliter ex natura rei. Conſequentia tenet: & antecedens probatur ſic, Diſtinctio per intimiora eſt, maior illa, quæ fit per ea quæ ſunt extra intima rei: diſtinctio formalis ex natura rei eſt per maximè intima rei: diſtinctio autem realis per ea quæ ſunt extra intima rei: ergo, &c. Minor patet ex Sco. in 1. ſen. diſ. 2. dicente ꝙ diſtinctio formalis ex natura rei fit per prædicata primi modi, quæ inſunt rei in primo ſigno: diſtinctio autem realis fit, per eã quæ inſunt poſt. Maior probatur, Diſtinctio per aliqualiter intima eſt aliqualiter diſtinctio: diſtinctio per magis intima eſt maior diſtinctio: ergo diſtinctio per maximè intima eſt maxima diſtinctio. Si enim ſimpliciter ſequitur ad ſimpliciter & magis ad magis, maximum neceſſariò ſequitur ad maximum, &c.

1. di. 2. q. 4.

In ſolutione 2. q. ubi propoſuit circa med.

¶ Secundò arguitur ſic, Perfectiones diuinæ abſtractæ abſtractione præciſiſſima, ſunt formalitr infinitæ: Ergo ſunt idem formaliter ex natura rei. Antecedens eſt Sco. in 1. ſen. diſt. 8. q. 3. in reſponſione ad argumentum principale. Conſequentia probatur, ſupponendo ſecundum duplicem infinitatem (in reſponſione ad primum declaranda) dupliciter poſſe intelligi illud antecedens, ſ. de infinitate infra propriam rationem, & de infinitate infra entis latitudinem: tunc ſic, aut intelligis illud antecedens verificari de infinitate prima, & hoc nõ: quia nullum prius includit formaliter ſuum poſterius: perfectio autem diuina, puta ſapientia, eſt prior infinitate illa, quia modus eius intrinſecus eſt, &c. Aut intelligitur de ſecunda infinitate, & tunc ſequitur intentum: quia ſi ſapientia diuina præciſè & formaliter ſumpta eſt ita infinita ꝙ ad nullam entis perfectionem ſimpliciter eſt formaliter terminata, oportet ꝙ infra ſuæ rationis formalis ambitum omnem perfectionem ſimpliciter contineat, & ꝙ nullam à ratione ſua perfectionẽ formaliter excludat: & conſequenter, ꝙ à nulla formalitate diſtinguatur ex natura ſua; ſtatim enim ꝙ ab aliis perfectionibus diſtingui ponitur coarctata formaliter infra entis ponitur latitudinem, quod eſt oppoſitum antecedentis ſic intellecti; ponitur n. talem & tantam entis perfectionem formaliter importare, ita ꝙ non omnem. Verbi gratia, ponitur ꝙ ſapientia formaliter ex natura ſua eam perfectionem ponit, quam enti ſapientia addit: ita ꝙ nõ eã q̃ iuſtitia ſua bonitas enti addit. &c.

Secundo, Scot. 1. d. 8. q. 3. primũ principale.

¶ Tertiò ſic, Perfectiones diuinæ diſtinguuntur formaliter ex natura rei: ergo, inter eas eſt relatio realis. Tenet conſequentia, quia diſtinctio illa cùm ſit relatio exiſtens in rerum natura, neceſſe eſt ꝙ ſit realis: ſicut non quodlibet aliud exiſtens in rerum natura reale eſt; conſequens autem eſt contra Auicen. dicentem ꝙ eiuſdem ad ſeipſum non eſt relatio realis.

Tertiò,

Quò ad quintum pro reſponſione ad primum & deſtructionem Scoti fundamenti nota, ꝙ aliquid eſſe infinitum contingit dupliciter, Vno modo ſecundum propriam rationem: alio modo, ſecundum quod ens ſeu ſimpliciter. Illud eſt infinitum ſecundum propriã rationem, quod nullis ſuæ propriæ latitudinis clauditur terminis, licet ſit ad talem entis gradum definitũ, quod non omnem eſſendi perfectionem habeat. Illud verò eſt infinitum ſecundum ꝙ ens ſeu ſimpliciter, quod nullis infra totius entis latitudinem terminis limitatur, ſed omnem habet perfectionem eſſendi. Exemplum in quantitate molis: Quantitas ſi daretur infinita, eſſet ſecundum quantitatis rationem infinita: eſſet enim infinita quantitas, non tamen eſſet ſecundum eſſe infinita: eſſet nanq; ens finitum & limitatum ad quantitatis genus. Similiter in quantitate virtutis: Albedo ſi eſſet infinita intanſiuè eſſet infinita ſecundum propriam rationem, eſſet enim infinita albedo: non tamẽ eſſet infinitum ens, quia ad ſpeciẽ eſſet definita. Non parui autẽ refert qua quis infinitate dicat eſſe aliquid infinitum. Prima n. infinitas, cum attẽdatur penes ea, quæ infra rei illius latitudinem ſunt, rationem rei formalem in ea, qua inuenit formali limitatione relinquit: vt patet in exẽplis datis. Secunda aũt infinitas quia attẽditur penes ea, ad quæ totius entis latitudo ſe extẽdit: rem & eius rationem formalẽ illimitat, & eleuat ad hoc vt ipſa omnis ſit perfectio in ente poſſibilis: & non magis ſit ipſa, quàm quæcunq; alia perfectio ſimpliciter, ac per hoc diſtinctionem & formalem limitationem, qua ab aliis formaliter ex natura rei abſolutè ſumpta diſtinguebatur, eam comitata non ſinit.

5. metap. c. 10. no. optime duplex infinitas.

¶ Ad propoſitum ergo deſcendendo dico, ꝙ licet ſapientiæ & ſapientiæ infinitæ prima infinitate ſit eadem omnino ratio formalis: tamen ſapientiæ infinitæ ſecunda infinitate eſt longè altior ratio formalis. Concludit enim in ſua ratione formali omnem perfectionẽ ſimpliciter, & ſic cum in Deo ſint perfectiones omnes infinitate, oportet omnium vnam eſſe ſimplicem rationem formalem.

¶ Ad argumentum, ſub quacunq; forma fiat, reſpõdeatur, attendendo ęquiuocationem infinitatis: quoniam, vt dictum eſt, infinitas prima eſt illa, quę non variat rationem formalem, & quę attenditur penes gradus perfectionales proprię latitudinis rei, non autem ſecunda. Vnde ſi perfectiones diuinę non eſſent infinitę niſi prima infinitate, argumentum concluderet: quia habent ſecundam ante omnem actum intellectus, ideo nihil concludit. Nec obſtat, ꝙ fortè infinitas prima cuiuſcunq; perfectionis ſimpliciter inferat ſecundam: Sufficit enim ꝙ ratione diſtinguantur, vt aliquid ſecunda fiat, quod non prima. Similiter nõ obſtat, ſi quis perfectiones communiſſimas, puta eſſe bonitatem, & ſimiles, &c. vtranq; infinitatem habere negaret: neſciens in eis imaginari primam, propterea quòd propria latitudine careant. Hoc enim magis noſtro fauet propoſito: quoniam ſi vtranq; infinitatem habent, ꝙ alibi diſcutiendum eſt, diſtinctione ſuprà dicta opus eſt. Si autem ſecundam tantùm abſque diſtinctione aliqua negandum eſt eſſe, & eſſe infinitũ habere omnino eandem rationem formalem: & ſic ruit totum Scoticum ędificium.

Optimè ſoluitur Achilles Scoti.

¶ Ad ſecundum loquendo de diſtinctione actuali quacunq; negatur Minor. Et ad eius probationem dicitur negando omnia aſſumpta. Sufficit enim ad hoc, ꝙ aliqua diſtinguantur intellectione, vt intellectio eſt, & non natura, diſtinctio rationis fundamentaliter inter naturam & intellectionem. Vnde quando dicitur, Quicquid diſtinguitur intellectione, vt omnino indiſtincta eſt à natura, diſtinguitur etiam natura, diſtingue ly indiſtincta, actualiter vel fundamentaliter. Et primo modo dic eſſe falſum, ſecundo modo verum: ſed tunc negatio Minorem ſubſumendam, ſ. ſed intellectio & natura ſunt indiſtinctè fundamentaliter ante omnem actum intellectus, habent enim diſtinctionem rationis fundamentaliter, vt declarauimus.

Ad ſecundum.

¶ Ad tertium negatur Minor, licet enim Deus intueatur perfectiones ſuas ab ęterno diſtinctas, non tamen ab ęterno diſtinctas actualiter. Licet ponere diſtinctionem rationis actualiter cauſari per actum intellectus diuini non ſit à Philoſophia alienum.

Ad tertiũ.

¶ Ad quartum negatur conſequentia. Sufficit. n. ꝙ obiecta intellectus & voluntatis prędiſtinguãtur fundamentaliter: nec eſt opus diſtinctione actuali pro tunc, ſicut nec intellectus & voluntas Dei pro tunc diſtinguũtur, niſi fundamentali diſtinctione rationis.

Ad quartũ.

¶ Ad quintum negatur conſequentia, Synonimeitas enim cum ſit paſſio nominum, non attenditur penes identitatem rationis formalis rei ſecũdum ſe, ſed penes identitatem conceptus formalis ſeu mentalis:

Ad quintũ.

talis: voces enim ſunt notæ earum quæ ſunt in anima paſſionum: vnde cum veritas & bonitas Dei habeant diuerſos conceptus, in nobis non ſunt ſynonima. Ad probationẽ ergo dr̃, ꝙ licet ſignificent eandẽ rem formaliter ſecundum ſe, & ſolum illam vt rem ſignificatam: tamen ſignificant etiam diſtinctè conceptus mentales, vt rationes ſignificandi, & hoc deſtruit ſynonimeitatem, vt dictum eſt.

Ad ſextum ¶ Ad ſextum dicitur, ꝙ ex parte rei ſufficit ad omnia illa diſtinctio rationis virtualiter ſeu fundamentaliter cum diſtinctione rationis actuali ex parte noſtri. Loquimur enim, vt concipimus. Formamus autem diſtinctos conceptus, quorum vnus ex alio oritur, & de alio non prædicatur, & habet aliquam habitudinem, quam alios non habet. Et ideo demonſtrationes prædicationeſq; formales & idẽticas facimus negamuſq; de Deo ſub vno conceptu quod affirmamus de ipſo ſub alio. Implẽt ergo libros doctores balbutiendo, vt poſſunt, excelſa Dei humano more reſonantes ſimpliciſſimam illam rationẽ formalem, Omne quod in Deo eſt formaliter complectentem, non niſi particularibus conceptibus inſpicere tradereque potentes, & non propter diſtinctionem, quę ibi ſit ex natura rei. Aequalitas autem inter perfectiones diuinas ante omnem actum intellectus non eſt niſi fundamentalis non exceſſus inter ſe, qui inter eas virtualiter tantùm diſtinctas ſaluatur.

Ad ſeptimum. ¶ Ad ſeptimum dicitur, ꝙ quia ante omnem actũ intellectus non inuenitur cõtradictio formaliter, ſed fundamentaliter tantùm: quia alterum contradictorium eſt formaliter negatio, quę non eſt niſi per opus intellectus: ideo ſufficit pro tunc inquiri diſtinctionem rationis fundamentaliter. quod concedimus: nec aliud exigitur, vt patet per ſe.

Ad octauũ ¶ Ad vltimum dicitur, quod emanationes diſtinguuntur & realiter & formaliter. & licet diſtinctionis formalis earum fundamentum ſit diſtinctio intellectus & voluntatis: non tamẽ diſtinctionis realis earum: non enim ideo proceſſiones diuinæ diſtinguuntur realiter, quia altera eſt ab intellectu, altera à voluntate: ſed quia habent realem oppoſitionẽ relatiuã (vt **De Trinitate, ca. 3** Boetius tradit.) Falſum ergo aſſumitur, ꝙ, ſ. diſtinctio perfectionum diuinarum fundet diſtinctionem realẽ emanationum diuinarum. Ad fundandam autẽ diſtinctionem formalem inter eas ſufficit diſtinctio formalis fundamentalis inter intellectum & voluntatem: ſicut etiam ipſæ proceſſiones diuinæ non diſtinguuntur formaliter ex natura rei, ſecluſa diſtinctione reali, ſed diſtinctione rationis virtualiter tantùm ante omne opus intellectus: ita ꝙ abſq; reali oppoſitione relatiua non magis diſtinguuntur ex natura rei, quàm intellectus & voluntas.

Alia ſolutio breuis, & optima. ¶ Poteſt autem breuius ad hoc & ſimilia argumẽta dici, ꝙ in diuinis eſt antę omnem actũ intellectus diſtinctio formalis non formaliter, ſed virtualiter, id eſt eminenter contenta hoc modo: quia quodlibet diuinum propria exequitur, ac ſi eſſet diſtinctum formaliter ab alio. Intellectus enim ita intelligit & non vult: & voluntas ita vult, & non intelligit: ac ſi eſſet diſtinctio formalis formaliter inter intellectum & volũtatem: & ſic de aliis. Fundatur autem talis modus habendi diſtinctionem formalem ſupra deitatis eminẽtem vnitatem formalem formaliter: & ſufficit ad omnia ſaluanda, quæ per diſtinctionem formaliter ſaluanda inducuntur: quia illi eminenter æquinalet.

Subſtantiarũ intellectualium eſſe diuerſum eſt ab eſſentia & nulla in eis eſt materia. ¶ Secundo modo inuenitur eſſentia in ſubſtantiis creatis intellectualibus, in quibus eſt aliud eſſe, quã eſſentia ipſorũ, quamuis eſſentia ſit ſine materia, vnde eſſe earum non eſt abſolutum, ſed receptũ: & ideo limitatum & finitum ad capacitatem naturæ recipientis. Sed natura vel quidditas earum eſt abſoluta non recepta in aliqua materia: & ideo dicitur in libro de cauſis, ꝙ intelligentia ſunt finitæ ſuperius, & infinitæ inferius, Sunt enim finitæ quantum ad eſſe ſuum, ꝙ à ſuperiori recipiunt: non tamẽ finiuntur inferius, quia earum formæ non limitantur ad capacitatem alicuius materiæ recipientis eas: & in talibus ſubſtantiis non inuenitur multitudo indiuiduorum in vna ſpecie, vt dictum eſt niſi in anima humana propter corpus, cui vnitur.

Materia, & eſſentia earum eſſe ſ. natum, eſſentia aut infinita: & in quo ordine ſunt vltima ſecundum numerũ multiplicabil ꝑ eſt in cap. 3 ¶ In hac ſecunda parte capituli huius de eſſentiis ſubſtantiarum intellectualium creatarum, quæ in ſecundo ordine collocantur, quatuor propoſitiones colligit. Prima eſt ſubſtantiis intellectualibus creatis eſſe eſt aliud ab eſſentia. Secunda, In eis non inuenitur materia. Tertia, eſſe earum eſt finitum: eſſentia autem infinita. Quarta, Nulla earum multiplicabilis eſt numeraliter niſi vltima, anima. ſ. humana. Prima & ſecunda (tanquam declaratis omiſſis) tertiam explanat ratione & authoritate.

Actus finit potentiam potentia autem actum. Ad rationis autem euidentiam eſt notandum, ꝙ actus finitur per potentiam, in qua recipitur, & potentia finitur per actum, quem recipit, diuerſimodè tamen, quod enim eſt in potentia, non eſt determinatũ: ſed determinabile per actum, ad quem eſt in potẽtia, cùm autem ipſum receperit ab eo formaliter finitur. Similiter actus ſecundum eſſentiam ſuam receptibilis eſt in hoc vel illo, & conſequenter determinabilis ad hoc vel illud ſubiectũ. Cũ verò receptus ẽ in hoc, iã nõ remanet in eo amplitudo & indefinitio ad hoc vel illud, eſt. n. ad hoc determinatus. Eſt ergo duplex finitas & duplex infinitas, altera. ſ. ex parte actus, altera ex parte potẽtię. Sed infinitas ex parte potentię imperfectionem ſonat, cùm ſit per carentiam actus potentiã finientis. Infinitas aũt actus perfectionem maximam dicit, cùm ſit per carentiam potentiæ actum finientis. In cuius ſignum formæ ſecundum rem non receptæ in aliquo longè perfectiores ſunt formis receptis, vt patet. Cùm ergo eſſe ſubſtantiarum intellectualium ſit receptum in earum eſſentia, conſequens eſt ꝙ ſit finitum eo modo, quo actus finitur per potentiam. Vnde & contractum & limitatum eſt ad gradus ſui recipientis, naturæ. ſ. cuius eſt. Quia verò eſſentia earum non eſt recepta in aliquo, cùm ſit forma nõ recepta in materia, conſequens quoq; eſt, ꝙ ſit infinita infinitate ſe tenente ex parte actus, nõ eſt enim determinata ad capacitatem alicuius materiæ ipſam recipientis, ſicut ſunt formæ rerum materialium.

Probatur tertia propoſitio. ¶ His prælibatis formetur ratio ſic, Id, cuius eſſe eſt receptum, forma autem irrecepta, habet eſſe finitum, eſſentiam autem infinitam, intelligentiæ ſunt huiuſmodi, ergò. Et nota ꝙ in ratione hac ſermo eſt ſemper tam de finitate, quàm de infinitate ſe tenente ex parte actus. Tali enim finitate eſſe intelligentiarũ finitum eſt, & tali infinitate earum eſſentia eſt infinita. Si, enim loqui volumus de finitate ſe tenente ex parte potentiæ, earum eſſentia finita inuenitur, eo ꝙ potentia in ei eſt terminata per actum eſſendi.

¶ Confirmatur autem hoc authoritate libri de Cauſis, vbi dicitur, ꝙ intelligentiæ ſunt finitæ ſuperius, & infinitæ inferius. quia eſſe earum, quod eſt ſupremum in eis, eſt receptum, eſſentia verò, quod in ſimum eſt, non eſt recepta, & quia eſſentia earum vt reſpicit id, quod eſt ſupra ſe formaliter, ipſum. ſ. actũ eſſendi, eſt finita, recipiendo ipſum. vt autem reſpicit id quod eſt infra ſe, materiam. ſ. eſt infinita, vt potè non recepta in ipſa, &c.

Aduerte hoc ad multorum ſupradictorum intelligentiam, & vt euites errorem eorum, qui horum fundamentum non intelligentes, dicunt ꝙ ſi eſſe ideo eſt infinitum ſimpliciter, vt ſuprà diximus, quia in nullo receptum eſt, cum eſſentia tam ſubſtantiarum

immaterialium, quàm compoſitarum in nullo penitus recepta ſit, erit infinita ſimpliciter, quod eſt ridiculum. vnde ex irreptione infinitatem arguere, valde leue videtur.

¶ Scito igitur poſitionem hanc fundari ſuper hac propoſitione, Omnis res ſecundum ſuum ordinem receptibilis in alio, realiter irrecepta eſt infinita infinitate oppoſita finitati: quam res ſui ordinis recepta contrahit. Dixi, ſecundum ſuum ordinem, receptibilis in alio, propter compoſita & materiam, quæ in tota ſua latitudine irreceptibilia ſunt. Dixi, eſt infinita infinitate oppoſita, &c. quia ſicut non quodlibet receptibile eſt in quolibet, ſed quilibet actus habet proprium receptiuum (vt habetur in ſecundo de Anima textu Com. 24. & 26.) ita non ex qualibet receptione ſequitur quælibet finitas: ſed determinata ex determinata, & per oppoſitum ex tali irreceptione talis infinitas oppoſita, ſ. finitati: quam (ſi recepta eſſet) res illa contraheret. Verbi gratia, albedo, cùm ſit receptibilis in ſubiecto, ſi ponatur irrecepta, erit infinita, nõ quacunque infinitate, ſed ea, quæ opponitur finitati, quam in ſubiecto habet. In propoſito ergo tam eſſe quàm forma ſecundum ſuum ordinem receptibilis rationem habet (neutri enim recipi repugnat) ſed in alio & alio receptiuo. receptiuum enim proprium ipſius eſſe, eſt quidditas ſeu ſuppoſitum, formæ verò eſt materia. Et ideo ſicut alterius rationis eſt receptio formæ in materia à receptione eſſe in eſſentia, vt ſuprà oſtendimus: ita alterius rationis eſt finitas ſ. formę per materiam à finitate eſſe per eſſentiam: licet conueniant in hoc, quòd vtraq; eſt per modum, quo actus finitur per potẽtiam: & ſimiliter diuerſarum rationum oportet eſſe infinitatem, quam formas ortitur ex hoc quod eſt irrecepta in materia: & infinitatem, quam eſſe ſortitur ex hoc, quòd in quidditate nulla eſt receptum. Forma nanq; ex hoc, quòd recepta in materia infrà ipſam clauditur, amplitudinem ſuam, qua ad hoc vel illud particulare eſt indefinita, amittit. & ideo ex hoc, quòd ſeparata à materia eſt, non aliter eſt infinita, niſi quia ad nullius materię capacitatẽ coarctata eius terminis caret. Eſſe autem, quia ex hoc, quòd recipitur in aliqua quidditate, ad illius genus & ſpeciem coartatur: ſi irreceptum ponatur, ad nullum genus diffinitum erit: & conſequenter cuiuſlibet generis terminis carens ſimpliciter infinitum.

¶ Habes ergo dubij ſolutionẽ ex hoc, quòd non dicimus, omne irreceptũ infinitũ: ſed rem ſecundũ ſuum ordinẽ receptibilẽ irreceptam, & ex hoc, quòd non dicimus, omnẽ rem ſecundũ ſuum ordinẽ receptibilẽ irreceptam eſſe eodẽ modo infinitum, ſed diuerſimodè. ex primo. n. patet, quòd ſubſtantia compoſita nullam infinitatem ex ſua irreceptione habet. ex ſecundo verò, quòd eſſentia intelligentiæ, quæ clauditur in ordine formæ cùm ſit pura forma ſeparata à materia, & non ſit ipſum eſſe, ex ſua irreceptione in materia eſt infinita: ſed non ſimpliciter, &c. & quòd eſſe diuinum quòd ſub ipſius eſſe ordine concluditur ex ſua irreceptione in quidditate ſeu eſſentia eſt infinitum ſimpliciter.

HABES & hinc vnde Scotiſtarum & Scoti, eorum iudicio, peccatum deprehendas in primo Sententiarum diſt. 2. quæſt. 2. vbi ab eis imponitur ſan. Tho. ratio vltimò ibi inducta ad concludẽdam Dei infinitatem, quæ eſt talis. Forma finitur per materiã, ergo forma, quæ non eſt nata eſſe in materia eſt infinita. Iam enim noſti qualem infinitatem ratio hic cõcludat, & quòd infinitas Dei altiores negat terminos ſecundum S. Thomam.

¶ Vnde aduertas triplex ibi peccatum. Primum eſt, quòd ratio prædicta ad concludendam infinitatem ſimpliciter aſſumpta à uobis dicitur: cùm apud nos non concludat niſi infinitatem ſecundum quid. Secundum eſt, quòd ratio prædicta ſecundum fallaciam conſequentis ſophiſma aſſeritur, quia forma prius natura eſt finita in ſe, quam finiatur per materiam: ſicut illud tertij Phyſ. corpus finitur ad aliud corpus: ergo ſi non eſt finitum ad aliud corpus, eſt infinitum. Manifeſtè enim patet error: quia cùm dicitur, Forma finitur per materiam, ly per, denotat cauſam præciſam finitatis ſecundum quid ſupradictæ: non enim forma ſecundum ſe eſt tali modo finita: cũ ſecundum ſe ſit indeterminata ad hanc, vel illam materiam: & ideo benè ſequitur, ergo forma, quæ non eſt nata recipi in materia, eſt infinita ſecundum quid. Si enim affirmatio eſt cauſa præciſa affirmationis, negatio erit cauſa negationis, non eſt autem talis proceſſus tertij Phyſ. quia corpus non finitur per aliud corpus cauſaliter & præciſè. Tertium eſt, quod inficiari conatur aliud ſupradictum: ſcilicet quod eſſentia intelligentiæ eſt finita ſuperius per ſuũ eſſe. Contrà, inquit, eſſe eſt poſterius eſſentia, & accidẽs eius, apud vos: ergo eſſentia intelligentiæ in primo ſigno naturæ videtur infinita intenſiuè: & conſequenter non finibilis per eſſe in ſecundo ſigno.

T. c. 31. Vbi ſuprà.

¶ Ad hoc ſiquidem dicitur, quòd licet eſſe ſit poſterius eſſentia ordine generationis & accidens eius, id eſt extra conceptum formalem: tamen eſſentia in illo priori eſt finita ſimpliciter, per hoc quòd eſt receptiua ipſius eſſe, & non eſt ipſum ſuum eſſe, &c. ſicut enim per hoc, quòd eſſentia eſt ipſum eſſe eſt infinita ſimpliciter (vt patet in Deo ex dictis) ita per hoc quòd eſſentia non eſt ſuum eſſe, non eſt infinita ſimpliciter iuxta maximam illam. Si affirmatio eſt cauſa affirmationis, &c. Quia ergo in omni priori eſſentia intelligentiæ eſt fundamentaliter receptibilis ipſius eſſe, & ab hoc abſtrahi non poteſt, licet nõ in omni priori habeat illud: ſequitur, quòd ſit ſimpliciter finita per ſuum eſſe, id eſt, per hoc non eſt ſuum eſſe, ſed illo actuabilis, vel actuata eſt, &c. Sic enim intelligitur, cùm dicitur quòd eſſentia intelligentiæ finitur per ſuum eſſe. Quarta propoſitio quo ad primam partem ſuperius diſcuſſa relinquatur. Quo ad ſecundam verò, quòd ſcilicet anima intellectiua, quæ eſt vltima inter ſubſtantias intellectuales ſit multiplicata numeraliter, eget magna conſideratione. In textu autem aſſignatur pro cauſa huius vnio ad corpus: omnis enim forma ſic vnita corpori, quòd dat ei eſſe formaliter, neceſſariò multiplicatur ſecundum multiplicationem illius: alioquin plura corpora haberent idẽ eſſe numero: ab vno enim forma non prouenit niſi vnum numero eſſe ſubſtantiale, & meritò ex vnione ad corpus anima multiplicari numeraliter dicitur: quia diſtinctio numeraliter, cùm non ſit formalis, oportat quòd ſit ſecundum quantitatem (vt ſuprà declaratum fuit) ſecundum quantitatẽ autem eſſe non poſſet talis diſtinctio in anima, ſi forma non eſſet rei quantæ (vt intelligentiæ oſtendunt.) Efficax ergo ratio ad concludendam pluralitatem numeralem animarum eſt coniunctio ipſius animæ ad corpus numeraliter multiplicatum.

1. Poſt. T. c. 30. — c. 5. q. 9. — Probatur quarta. — c. 3. q. 5. & 5. q. 9.

[Et licet indiuiduatio eius ex corpore occaſionaliter dependeat, quantum ad ſui inchoationem: quia non acquiritur ſibi eſſe indiuiduatum, niſi in corpore cuius eſt actus: non tamẽ oportet, vt deſtructo corpore, indiuiduatio pereat: quia cùm habeat eſſe abſolutum, ex quo acquiſitum eſt ſibi eſſe indiuiduatum, ex hoc quòd facta eſt forma huius corporis illud eſſe ſemper remanet indiuiduatum, ideo dicit Auicenna, quòd indiuiduatio animarum & multiplicatio dependet ex corpore, quantum ad ſui principium, ſed non quantum ad ſui finem.]

Animę humanę cum ex occaſione multiplicentur ad corporum multiplicationẽ permanent deſtructis corporib.

¶ Hic obiectio quædam contra quartam propoſitionem

tionem excluditur, quæ talis eſt. Forma multiplicata ad multiplicationem corporis deſtructis corporibus, non remanet in ſua multitudine: anima humana eſt multiplicata ad multiplicationem corporis: ergo non poſſunt remanere multæ animæ humanæ deſtructis corporibus, &c. Proceſſus bonus, concluſio autem falſa eſt: ergo altera præmiſſarum; non Maior, vt probatur: ergo Minor, quæ fuit quarta propoſitio. Maior probatur ex eo, quòd remota cauſa, remouetur effectus. Si ergo cauſa multitudinis animarum eſt ipſa multitudo corporum, remota multitudine corporum remouebitur etiam multitudo animarum. Excluditur autem hic obiectio in litera, declarando, formas dupliciter plurificari ad plurificationem corporum: ſcilicet cum dependentia à materia, & ſine dependentia ab illa: & primæ quidem deſtruuntur deſtructis corporibus, ſecundæ verò remanent, eo quòd non niſi occaſionaliter earum indiuiduatio à corporibus eſt: de harum autem numero eſt anima intellectiua.

Ad horum euidentiam nota primò, quòd idem eſt iudicium de eſſe & vnitate & multitudine rei, quo ad dependentiam & independentiam: ita ſcilicet ꝙ cuius eſſe à materia non dependet, nec eius vnitas: nec multitudo à materia dependet. Cuius autem eſſe à materia dependet, tam vnitas, quàm pluralitas eius etiam ab illa dependens eſt, vnum enim & multa entis paſsiones ſunt.

2. de ge. & animali. c. 3.

Nota Secundò, quòd formæ ſunt in triplici differentia. Quædam ſunt in materia & educuntur de potentia materiæ, vt formæ materiales. Quædam fiunt in materia, ſed non educuntur de potentia materiæ: vt anima intellectiua, quæ venit de foris. Quædam nec fiunt à materia, nec educuntur de potentia materiæ, vt formæ ſeparatæ à materia, intelligentiæ ſcilicet. Non poteſt autem dari quartum genus earũ, quæ educantur de potentia materiæ, & non fiant in materia: quia implicat, vt de ſe patet.

cap. 5 q. 9. cõueniunt inter ſe. T. 2a. 24. & 26.

Et illæ quidem, quæ nec educuntur de potentia materiæ nec fiunt in ea, omnino independentes & ſeparatæ ſunt à materia & immultiplicabiles numeraliter, vt ſuprà probatum fuit. Primæ verò & ſecundæ, quia conueniunt in hoc, quòd fiunt in materia, habent & hoc commune, ꝙ oportet vtraſque eſſe coaptatas & proportionatas ſuis receptiuis materijs, in quibus fiunt: proprios enim actus oportet in proprijs fieri materijs, vt dicitur 2. de anima tex. com. 24. & 26. Forma nanque leonis debet eſſe commenſurata corpori leonino, ita quòd non equino: & huius leonis forma oportet quòd ſit commenſurata huic corpori leonino, ita quòd non illi, &c. Et ex hoc conſequenter conueniunt ita in hoc, quòd vtraſque oportet ſimul multiplicari in proprijs corporibus. Quæcunq; enim oportet eſſe inuicem coaptata & proportionata ſimul, recipiunt multitudinem & vnitatem, vt patet diſcurrendo in ſingulis; ſemper enim multiplicationem formarum in vna ſpecie comitatur multiplicatio corporũ in illamet ſpecie, & è conuerſo: aliter vel vna forma eſſet in diuerſis materijs, vel diuerſæ materiæ ſub vna forma, quorum vtrunque eſt impoſſibile. Ex eo verò quòd primæ formæ educuntur de potentia materiæ, & non ſecundæ, differunt inter ſe in hoc quòd primæ habent eſſe dependens à materia, ſicut à cauſa materiali earum eſſe cauſante & ſuſtentante. Secundæ autem habent eſſe excedens totam materiæ capacitatem & independens ab ea, vtpote non cauſatæ ex illa. Et ex hoc conſequenter differunt ſecundò, quòd primarum tam vnitas, quàm multitudo à materia dependens eſt, ſicut & eſſe: & ideo ſicut deſtructis corporibus ipſæ deſtruuntur: ita vnitas & pluralitas earum. Secundarum verò tam

Differunt inter ſe.

vnitas, quam multitudo independens eſt à materia, ſicut & eſſe: & ideo ſicut deſtructis corporibus earum eſſe remanet, ita vnitas & pluralitas. Et hoc eſt quòd hic intendit, S. Thom. dicens indiuiduationẽ animæ, id eſt vnitatem eius, Et ſimiliter intelligendum eſt de pluralitate occaſionaliter ex corpore dependere. Dependet enim hoc modo: quia fit in corpore, non autem ita, quòd educatur de potentia corporalis materiæ: & hoc eſt quod ſubdit, quia non acquirit illud in corpore, & rationem addit, quia cum habeat eſſe abſolutum, id eſt independens à corpore, corrupto corpore, abſque illo remanere poteſt, & ideo Auicen. dicit indiuiduationem animæ ex corpore in ſui initio dependere: non autem in fine, quia ſcilicet non fit niſi in corpore. Poteſt autem eſſe, & de facto eſt poſt mortem ſine corpore; & ſic ſoluta eſt obiectio facta, quia Maior eſt falſa de ſecundo ordine formarum, qualis eſt anima humana.

¶ Ad probationem eius iam patet quid dicẽdum, quia corporum multiplicatio non eſt propriè cauſa, ſed occaſio & non niſi in fieri multitudinis animarũ: ceſſante autem cauſa in fieri, non ceſſat effectus quo ad eſſe.

QVAESTIO XIII.

De indiuiduatione animæ intellectiuæ, Sco. 2. di. 3. q. vlt. & in q. quolib. q. 2. parũ poſt principiũ.

Hic circa indiuiduationem animæ intellectiuæ, per quod ſcilicet indiuiduetur, dubitatur. In hac quæſtione facienda ſunt tria. Primò recitabitur opinio Scoti. Secundò declarabitur opinio ſancti Thomæ. Tertiò reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

Quo ad primum Sco. in ſecundo ſenten. diſt. 3. quæſtio. vltim. & in quolib. quæſtio. 2. ſequens poſitionem ſi am de heccheitatibus tenet animam, ſua propria heccheitate, indiuiduari: arguitque ſic contra S. Thom. Eo primo, quo aliquid eſt in actu extra cauſam & intellectum, eo primo eſt hoc: ſed anima ſicut & quælibet entitas præcipuè abſoluta ſeipſa primò eſt in actu extra cauſam & intellectum. ergo anima ſeipſa primò eſt hæc. Maior probatur: quia vniuerſalitas ſine eſſe non hoc non conuenit rei niſi in intellectu. Minor patet ex eo, quòd res ſeipſa primò recedit à non eſſe.

Prima ratio.

Secunda ratio.

¶ Prætereà, Omnis diſtinctio formalis ſeu non per materiam eſt ſpecificata per ſe: animæ intellectiuæ diſtinguuntur formaliter, ſeu non per materiam. ergo diſtinguuntur ſpecificè, concluſio eſt falſa, ergo altera præmiſſa: non Minor. quia animæ intellectiuæ ſeparatæ carent materia. ergo Maior, quæ eſt fundamentum poſitionis tuæ. Quòd ſi dicas, quòd animæ habent inclinationes ad diuerſa corpora, & per has diſtinguuntur: contrà, Anima prius natura eſt terminus creationis, qui vt talis formaliter eſt hoc, quàm vniatur materiæ. ergo prius natura anima eſt hæc, quàm vniatur materiæ. ergo anima indiuiduatur, & non per vnionem ad corpus: Antecedẽs probatur ſic, Prius eſt quod poteſt eſſe ſine alio, & aliud nnn ſine ſllo ex 5. Metaph. tex. commen. 16. anima non ſolum ſecundum eſſentiam, ſed etiam ſecundum exiſtentiam poteſt eſſe ſine vnione ad materiã, non autem abſque hoc ſit terminus creationis & hæc: ergo anima eſt prius natura terminus creationis & hæc, quàm ſit in materia.

T e.ꝛ6.

¶ Si dicatur quòd anima non eſt hæc per actualẽ vnionem ſeu exiſtentiam in materia, ſed per aptitudinem eſſendi in illa: contrà, Hoc non euadit difficultatem, quia natura abſoluta eſt prius natura ipſa ſua aptitudine, quia enim anima eſt hæc: ideo habet hanc aptitudinem ad hoc, & illi repugnat, &c. vt arguatur ſic, Quod conuenit vni, & repugnat alteri

einſdem

eiuſdem ſpeciei.non conuenit per ſe huic,ſecundum id quòd commune eſt iſtis: vel ſaltem præexigit eorum neceſſariò diſtinctionem,ſcilicet huius ab illo: ſed hæc aptitudo conuenit huic animæ, & repugnat illi:ergo neceſſariò præexigit diſtinctionem huius ab illa: igitur non indiuiduantur aptitudinibus.

¶ Confirmatur, Ratio aptitudinis formaliter loquendo,non eſt ad ſe,nec eſt ratio entis in actu: ergo non poteſt eſſe indiuiduatiuum principium animæ. Antecedens probatur pro prima parte: quia ſi eſſet ad ſe,poſſet intelligi non ad aliud, vt ad terminum, quod eſt falſum. Pro ſecunda quoque parte probatur,quia quod neceſſariò exigit aliquid non exiſtẽs, ipſum eſt non exiſtens in actu:aptitudo autem eſt ad terminum non exiſtentem:ergo eius ratio non eſt ratio entis in actu. Conſequentia patet, quia diſtinctio relatiua præſupponit diſtinctionem abſolutam: quia enim anima eſt hæc: ideo habet hanc aptitudinem, & non econtrà. & quia hæc anima eſt ſingularis ſingularitate actuali ſiue in actu, non eſt hæc aptitudine ad hoc corpus. Hæc ſunt quæ iſti in hac re ſentiunt.

Nos autem peripatetica fundamenta ſequentes,animam indiuiduari commenſuratione ſubſtantiali ad hoc corpus dicimus,& hanc animam,& illam diſtingui commenſurationibus ſuis ad hoc & illud corpus: probationes autem huius, ſuprà adductæ fuerunt, cùm deductum fuit diſtinctionem numeralem non niſi à quantitate originari poſſe. Vnde nunc ſufficiet declarare quomodo ſit hoc quod dicimus. (cap. 3. q. 5. c. 5. 4. 8.)

Commenſuratio dupliciter ſumitur. Vno modo pro relatione commenſurationis: alio modo pro ipſa ſubſtantiali coaptatione rei. primo modo commenſuratio eſt res reſpectiua eſſentialiter: & in genere relationis: ſecundo modo eſt res abſoluta,& de prædicamento rei commenſuratæ: eſt enim idem eſſentialiter quod ipſa,ſed differens ab ipſa ſola ratione,& ſimiliter dico de inclinatione,aptitudine,coaptatione,ſigillatione, & ſimilibus,quæ ad exprimendum propoſitum aſſumuntur. (Quomodo commẽſuratio indiuiduet animã intellectiuã.)

¶ Abſolutum quoque pro nunc ſumitur dupliciter. Vno modo à termino: & ſic dicimus ſubſtantiam, quantitatem & qualitatem eſſe entia abſoluta. Alio modo à receptiuo ſeu ſubiecto: & ſic nullum prædicamẽtorum accidentium eſt abſolutum: ſunt enim eſſentialiter receptibilia in ſubſtantia. Cùm ergo dicitur,quòd animæ ſuis commenſurationibus indiuiduantur,intelligendum eſt commenſurationibus ſubſtantialibus, quæ ſunt res abſolutæ à terminis: & ſi non à receptiuis, & non commenſurationibus, quæ ſunt relationes, &c. Sicut namque de eſſentia animæ in communi eſt, quòd eſſentialiter ſit proportionata corpori philoſophico organico, quod in eius diffinitione ponitur:ita de eſſentia animæ humanæ eſt,commenſurari corpori humano:eſt namque ita perfectiua corporis humani, quòd non bouini: ſic quoque de eſſentia huius animæ eſt commenſuratio ad hoc corpus. & ſic commenſuratio ad corpus humanum non ſequitur animam iam humanam, ſed conſtituit ipſam humanam. Per hoc enim primò differt anima hominis ab anima bouis: quia illa eſt proprius actus corporis humani, iſta verò bouini. Conſtat autem, quòd idem eſt eſſe actum proprium corporis humani,& eſſe ſubſtantialem ſubſtantialiter commenſuratam perfectionem eius. Ita ſubſtantialis commenſuratio huius animæ ad hoc corpus, non ſequitur animam hanc,ſed conſtituit ipſam hanc,eſt enim hæc anima ſubſtãtialiter proprius actus huius corporis,vnde hæc anima ab illa primò differt, quia iſta eſt proprius actus huius corporis,illa verò proprius actus alterius.& hoc eſt quod S. Tho.in 2.contra Gen.ca.81. (2. d. 17. art. 1. cõ. 6.) (2. contra G. c. 81.) tradit,& in quæſtionibus de anima, & vbicunque de hac re loquitur. Eſt autem conueniens propoſitio iſta principijs Ariſto. docet enim in primo libro de Partibus animalium,quòd propriæ differentiæ alicuius diuiſi debent eſſe per ſe diſtinguentes illud in eo quòd tale.verbi gratia, propriæ differentiæ animalis non debent eſſe album & nigrum, quæ non diuidunt animal in eo, quòd animal. Stat enim identitas animalis,cum illarum diuerſitate: nec debent eſſe natatiuum & volatiuum: quia non diuerſificant hæc per ſe naturam ſenſitiuam, ſed debent eſſe tale ſenſitiuum vel tale.animal enim in eo, quòd animal,cum ſenſitiuo conſtet,non diuerſificatur per ſe niſi per differentias ſentiendi. Vnde cum anima in eo quòd talis eſſentialiter ſit actus corporis philoſophici *proprijs differentijs diuiditur per hoc, quòd actus talis corporis vel talis: & iterum actus talis corporis,puta humani proprijs differentijs diuiditur (materialibus tamen)per hoc quod eſt huius corporis vel illius. Indiuiduantur ergo ipſæ animæ commenſurationibus ſubſtantialibus non abſolutis à receptiuis:ſicut & ipſæ animæ eſſentialiter ſunt non abſolutæ à perfectibilibus corporibus earum receptiuis. Et non conſiderare hoc, eſt cauſa erroris eorum, qui de omnibus volunt eodem modo iudicare (vt ſunt Scotiſtæ) quibus dum non conſiderant proprias rerum naturas & res ſuis conceptibus adæquare volunt, accidit vt de omnium indiuiduatione eandem proferant ſententiam, & in eorum numero ſint, de quibus dicitur ſecundo Cæli text. com. 80. quòd quærunt vſque quo non habeant contradicere ſibiipſis. (q. 3. ad 19. 2. cont. 2 Ge. ca. 74. & 79. ca. de part. animal.) († Alias phyſici.)

His Viſis ad ſolutionem argumentorum procedendum eſt.

¶ Ad primum dicimus,quòd falſa eſt Maior, licet enim quælibet res poſita extra intellectum & cauſam ſit hæc, non tamen eodem primò eſt, & hæc. Eſt enim ipſo eſſe primò: Hæc autem hecceitate primò: multa enim inſeparabiliter ſeſe comitantur,quæ non eodem principio habentur primò: ſicut quodlibet ens aliud à Deo extra intellectum & cauſam eſt, & eſt dependens, non tamen eodem primò eſt & dependet. Minor quoque eſt falſa: res enim non ſeipſa primò, ſed per exiſtentiam actualem diſtinctam realiter à ſe extrà nihil ponitur, vt ſuprà declaratum fuit, &c. (Ad primũ.) (c. 5 p. 4.)

¶ Ad ſecundum negatur Minor. Duæ enim animæ humanæ ſeparatæ non diſtinguuntur formaliter, ſeu per materiam: licet ſint puræ formæ à materia abſtractæ. Aliud enim eſt dicere, omnis diſtinctio formalis eſt ſpecifica: aliud,omnis diſtinctio formarum. Diſtinctio enim formalis, cum ſit illa, quæ ex principijs diffinitiuis conſtat,ſpecifica eſt: Quæcunque enim habent diuerſas diffinitiones ſpecie differunt, cum ſaltem differentias vltimas habeant non eaſdem, quarum diuerſitas ſufficit ad diuerſitatem ſpecificam: ſed talis non eſt inter animam Sortis & Platonis: habent ſiquidem eandem diffinitionem. Diſtinctio autem formarum cùm ſit,vndecunque inter formas diuiſio accidat in duabus animabus ſeparat,id eſt, inuenitur ex hoc quòd diuerſis corporibus coaptatæ ſunt. Vnde non eſt ſimilis ratio de eis & de alijs ſubſtantijs ſeparatis, quæ corporibus vnibiles non ſunt. Et ſic reſponſio ibi data eſt bona ſi ſanè intelligatur modo ſcilicet expoſito, quòd animæ inclinationibus ſubſtantialibus ad diuerſa diſtinguuntur. (Ad ſecundum.) (Diſtinctio formalis quæ ſit.) (Diſtinctio formarum quæ ſit.)

¶ Ad id quod primò abijcitur,contrà dicitur quòd non concludit intentum. Concludit enim, ergo anima prius natura eſt hæc quàm habeat actualem vnionem ad corpus: cùm debeat concludere, ergo anima prius natura eſt hæc quàm ſit coaptata ſeu inclinata

clinata

clinata ad hoc corpus. Non enim dicimus animam indiuiduari formaliter per actualem vnionem ad corpus, ſed per coaptationem ſubſtantialem ad hoc corpus, quam prius natura debere animæ, quàm ipſam actualem vnionem, patet ex eo, quòd anima hæc per ſe terminat creationem, & non anima hoc exiſtens: & ex eo quòd ineſſe præſupponit eſſe: eſſe autem particulari tam immediatior eſt, quam ineſſe. Vnde reſponſio ibi recitata eſt bona, cum grano tamen ſalis. Dicimùs enim animas indiuiduari per aptitudinem ſubſtantialem ſeu commenſurationẽ formaliter: per vnionem verò actualem ad corpus conditionaliter, id eſt tanquam per conditionem ſine qua non: & quia prius natura ineſt rei ratio formalis, quàm conditio, ſine qua non, ideo, &c.

¶ Ad argumentum contra hoc patet reſponſio ex dictis. Aſſumit enim hoc falſum, ſcilicet quòd natura huius animæ ſit prior aptitudine ſua ſubſtantiali. Vnde Maior argumenti ibi formati pro ſecunda parte diſiunctiua eſt falſa, ſcilicet quòd quodlibet conueniens vni & repugnans alteri einſdem ſpeciei præexigat diſtinctionem ipſorum. Stat enim quòd non præexigat, ſed faciat diſtinctionem ipſorum, ſicut quod conuenit vni ſpeciei, & repugnat alteri eiuſdem generis, non opus eſt, quod præexigat illarum ſpecierum diſtinctionem: ſed ſtat quòd faciat earum diſtinctionem. Verbi gratia, rationale conuenit homini, & repugnat leoni, & irrationale cõuenit leoni, & repugnat hoĩ, & tñ rõnale & irrationale non præexigunt diſtinctionem hoĩs & leonis ſed faciunt. Vnde ſubſumas ſub illa Maiore, Sed hecceitas animæ Sortis conuenit ſibi, & repugnat animæ Plat. ergo hecceitates ſupponunt ipſas diſtinctas: & ſic ſuadebis Sco. vim argumenti ſui.

T.c.b.45

¶ Ad confirmationem, cùm dicitur, Ratio aptitudinis non eſt ad ſe, dico, quòd ratio aptitudinis ſubſtantialis, de qua loquimur, eſt ad aliud ſed non vt ad terminum, ſed vt receptiuum. Probatio autem contra hoc nihil facit: concedo enim quòd poteſt intelligi non ad aliud, vt ad terminum, non autem non ad aliud vt receptiuum, ſicut quantitas & qualitas abſolutè ſunt à termino, & non à ſubiecto.

¶ Ad id quod ſecundo loco in antecedente ponitur, ſcilicet quòd ratio aptitudinis non eſt ratio entis in actu, dico primò, quod falſum eſt. Aptitudo enim ad ridendum, ſcilicet riſibilitas habet rationem entis in actu primò, licet potentiam ad actum ſecundum. Probationis verò vtraque propoſitio eſt falſa: & Maior quidem, ſcilicet quòd neceſſariò exigit aliquid non exiſtens, ipſum eſt non exiſtens in actu: quælibet enim potentia actiua in actu primo tantùm exigit operationem ſuam non exiſtere: & tamen ipſa eſt exiſtens in actu. Minor verò, quia aptitudo ſubſtantialis animæ ad corpus non excludit corpus, ſed compoſitio ex contrarijs eſt: quæ facit aptitudinem animæ eſſe abſque actuali vnione.

C.c.92. & 93.

¶ Dico ſecundò, quòd æquiuocamus de aptitudine. Aptitudo enim iſta, quam in anima intelligimus, non eſt niſi commenſuratio ſeu ſubſtantialis ſigillatio ipſius animæ ad hoc corpus: quam conſtat eſſe in actu, & dum eſt corpori vnita & dum eſt ſeparata ab eo, ſicut in exemplo ſuprà poſito de cera liquet. Argumentum autem procedit, ac ſi aptitudo iſta eſſet quid potentiale expectans aliquid quod reducat ipſam in actu, & cætera. Ad conſequentiam patet quid dicendum ſit, quia non eſt talis diſtinctio relatiua, ſed abſoluta relatiuè ad receptiuum, &c.

Intelligẽtiæ ſunt in prædi-

[Et quia in iſtis ſubſtantiis quidditas non eſt idem quod eſſe, ideo ſunt ordinabiles in prædicamento, & propter hoc inuenitur in eis genus, ſpecies, & differentia, quamuis earum differentiæ propriæ nobis occultæ ſint. In rebus enim ſenſibilibus etiam ipſæ differentiæ eſſentiales nobis ignotæ ſunt: vnde ſignificantur per differentias accidentales, quæ ex eſſentialibus oriuntur: ſicut cauſa ſignificatur per ſuum effectum, ſicut bipes ponitur differentia hominis. Accidentia autem propria ſubſtantiarum immaterialium nobis ignota ſunt: vnde differentiæ earum nec per ſe, nec per accidentales differentias nobis ſignificari poſſunt.]

camento, quamquã illarũ differentiæ lateant.

¶ In hac tertia parte capituli huius declaraturus Sanct. Thom. quomodo quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum ſe habeant ad intentiones logicas, ſcilicet genus ſpeciem, & differentiam, & cætera quatuor notatis ſe abſoluit excludendo poſt duas obiectiones. Proponit ergo primò concluſionem talem, Intelligentiæ ſunt in prædicamento probatque eam ſic, Omne id, in quo differt ab eſſentia, eſt in prædicamento, intelligentiæ ſunt huiuſmodi: ergo, & cætera. Minor ſuprà probata eſt. Maior verò probari poteſt ſic, Omne habens eſſe limitatum, eſt in genere, ſi enim limitatum eſſe habet ad aliquod genus definitum eſt. Quod enim ad nullum genus definitum eſt, ac per ſe ſubſiſtit, vnde aut quomodo eſſe limitatum habet? omne autem ens, in quo eſſe diſtinguitur à ſua eſſentia, habet eſſe limitatum, vt ſupra declaratum fuit: ergo omne tale eſt in prædicamento. Ex quo corollariè concluditur, quòd habent genus, ſpeciem, & differentiam. Addit autem, quamuis occultæ ſint nobis earum differentiæ: vt reſponderet dubitationi, qua quis dicere poſſet, Quomodo ſcis in eis eſſe differentias, ſi illas ignoramus? ſtat enim ſcire de eis quæſtionem an eſt, & ignorare quæſtionem quid eſt: nouimus inquam differentiam eſſe in illis, ſed quæ ſint illæ, latet: latent autem intelligentiarum differentiæ ſecundum ſe: quia commune eſt omnibus ſubſtantiis habere occultas differentias proprias ſecundum ſe: & in hoc conueniunt cum ſubſtantijs inferioribus: latent etiam ſecundum accidentales proprietates, quæ ſunt earum paſſiones, quia excedunt facultatem naturalem intellectus humani, qui ſe habet ad manifeſtiſsima in natura: ſicut oculus noctuæ ad lumen ſolis, & in hoc differunt à ſenſibilibus ſubſtantijs, quarum propriæ differentiæ nominibus ſuarum proprietatum ſignificantur: ſicut cauſæ nominibus ſuorum effectuum: vnde omnino immanifeſtæ ſunt nobis intelligentiarum differentiæ quo ad quid ſunt, &c.

c.1.par.3. in prin.

Hoc eo.c. parte 2. in prin.

2. Meta tex.c.1.

QVÆSTIO XIIII.

Num intelligentiæ ſint à nobis quidditatiuè cognoſcibiles in hac vita.

CIRCA hanc particulam dubitatur, an intelligẽtiæ ſint à nobis quidditatiuè cognoſcibiles in hac vita, &c.

¶ In hac q. ſeptem agenda ſunt: primò declarabo titulum & intentionẽ quæſtionis, ſecundò adducetur opinio Auerrois: tertiò impugnabitur: quartò reſpondebitur ſuis rationibus: quintò declarabitur opinio S. Tho. 6. adducentur rationes Ioannis de Gandauo contra ſan. Tho. ſeptimò eis ſatisfiet, &c.

Differt cognitio quidditatis a cognitione quidditatiua.

Quò ad primum nota, quòd aliud eſt cognoſcere quidditatem ſeu cognitio quidditatis, & aliud eſt cognitio quidditatiua, ſeu cognoſcere quidditatiuè. Cognoſcit enim leonis quidditatem quicunque nouit aliquod eius prædicatum eſſentiale. Cognoſcit autem quidditatiuè non niſi ille, qui omnia prædicata quidditatiua vſque ad vltimam differentiam nouit, &c. Cum autem cognoſcamus intelligentias eſſe ſubſtantias & eſſe intellectuales, & cætera liquet quòd earum quidditates cognoſcimus: vnde hoc in dubium non vertitur, ſed quæſtio eſt, an quidditatiuè cognoſcere eas poſsimus, vt penetremus, ſcilicet vſque ad vltimas earum differentias: & licet quæſtio habeat opiniones plurimas, vt patet tertio de Anima, comment. 36 quia tamen non niſi cum Scotiſtis & auerroiſtis hic agitur, & Scot. opinio in concluſione non diſcrepat, vt patet in primo ſentent. diſtin. 3. cum ſolo nobis diſceptandum eſt Auer. Hęc de primo.

Puta Alexandri, Alpharabii, Auer pace & the. Scot pri. di. 3. q. 3. in ſolutione dubii ibidē, mo ti in c. q. circa medium.

Quò ad ſecundum Auerr. in tertia. de Anima. comment. trigeſimoſexto. ſuppoſita fictione ſua in comment. quinto. opinatur, quòd Intellectus poſsibilis, vt appropriatus nobis adeptis omnibus intellectis ſpeculatiuis, ac per hoc continuatus intellectui agenti, vt formæ per illum intelliget ſubſtantias ſeparatas: & conſequenter nos, quibus per hoc fiet intellectus agens forma: ſicut modò eſt intellectus poſsibilis: ita quòd ſicut modò per intellectum poſſibilem intelligimus materialia, ita tunc per intellectum agentem intelligimus ſubſtantias ſeparatas.

¶ Probat autem intentionem ſuam duabus rationibus. Prima ratio fundatur ſupra duas propoſitiones. Quarum prima eſt, Intellectus, & prima intellecta ſpeculatiua ſe habent ſicut forma & materia. Probatur illa ſic, illa, quorum eſt vna met operatio, ita quòd operatio vnius communicetur alteri. ſe habent. ſicut agens & inſtrumentum, vel ſicut forma & materia: ſed intellectus agentis & primorum intellectorum ſpeculatiuorum eſt vna met operatio: ita quod operatio intellectus agentis, ſcilicet facere intellecta in actu, communicatur primis, intellectis ſpeculatiuis, ergo intellectus agens & prima intellecta ſpeculatiua ſe habent ſicut agens & inſtrumentum, vel ſicut forma & materia. Patet Minor, quia intellectus in habitu poteſt non ſolum intelligere, ſed facere concluſiones intellectuas in potentia intellectas in actu, vtrunque enim experimur in noſtra eſſe poteſtate, ſcilicet intelligere & facere concluſiones actu intellectas mediantibus primis intellectis: quæ ſolo lumine intellectus agentis fiunt intellecta in actu. In Maiore verò notanter dicitur (ita quòd propria operatio vnius communicetur alteri) quia plures trahentes nauem, ad eandem operationem concurrunt, non tamen ſicut materia & forma, nec ſicut agens & inſtrumentum: propterea quia alter alterius propriā operationem non ſortitur. Clarum eſt autem, quòd cōicans operationem ſuam alteri concurrendo ad idem ſe habet ad illud: ſicut agens principale ad inſtrumentum, quemadmodum carpentarius ſedis factionem ſerræ communicat: vel ſicut forma ad materiam, ſicut calor calefactionem aquæ calidæ communicat. Et licet vtraque pars diſiuncti concluſi ſit vera: quia tamen prima pars manifeſtior eſt, & minus ad propoſitum, ideo Commentator ſecundam partem declarat, ſcilicet quòd prima intellecta ſpeculatiua & intellectus agens ſe habeant vt materia & forma: & hoc facit declarando, quòd intellectus agens, & non ſolum prima, ſed anima intellecta ſpeculatiua ſe habent ſicut forma & materia. Manifeſtat autem hoc ſic, Quandocunque eſt aliquod receptiuum aliquorum duorum ordinum inter ſe habentium, id quod eſt perfectius & formalius, eſt ſicut forma: id verò quod eſt imperfectius, & minùs formale, habet rationem materiæ: ſed intellectus poſsibilis eſt receptiuus intellectorum ſpeculatiuorum, & intellectus agentis ordinem inter ſe habentium: ita quòd intellectus agens eſt perfectior & formalior intellectis ſpeculatiuis: ergo intellectus agens & intellecta ſpeculatiua ſe habent ſicut forma & materia. Dicitur autem in maiori, ordinem inter ſe habentium: quia aliter propoſitio non eſſet vera, ſicut patet de albedine & dulcedine lactis: quarum neutra eſt alterius forma. Cùm enim ordinata ſunt neceſſariò verificatur propoſitio, vt patet, cùm aer recipit colorem & lumen. Minor patet ex eo quòd intellectum recipitur in intelligente. Intellectus autem poſsibilis intelligit, & intellectum agentem & intellecta ſpeculatiua & cætera. & ſic patet prima propoſitio.

2. propoſitio Auer. ibidē circa parum ante hanc.

¶ Secunda propoſitio eſt, Intellectus poſsibilis & appropriatus nobis, quandoque recipit intellecta ſpeculatiua & intellectum agentem in potentia tantum: quandoque partim in actu, & partim in potentia, quandoque totaliter in actu. Iſta propoſitio quo ad intellecta ſpeculatiua eſt clariſsima: intellectus nanque infantis eſt in pura potentia, ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt depictum: poſtmodum verò recipit primorum principiorum notitiam: deinde multarum concluſionum ſucceſsiuè acquirit notitiam: & ſic ſecundum aliquid eſt in actu, puta ſecundum principia: & ſecundum aliquid in potentia, puta ſecundum concluſiones, & poſtremò acquiſitis omnibus concluſionibus eſt totaliter, & ſecundum omnia in actu tam principia, quam concluſiones. His ſi coniunxeris primam propoſitionem, illuceſcet tibi hæc ſecunda propoſitio, quo ad ſecundam partem. Si enim intellectus agens eſt forma intellectorum ſpeculatiuorum, eadem erit proportio coniunctionis ad intellectum agentem, quæ eſt inter intellectum poſsibilem & intellecta ſpeculatiua quo ad hoc, quòd ſi totaliter vni totaliter & reliquo coniunctus erit: & ſi partialiter vni, partialiter & reliquo coniunctus erit.

Formatur prima ratio Auer.

¶ His præmiſsis formatur prima Auer. ratio ſic, Omne quod mouetur ad acquiſitionem alicuius vt formæ: illa perfectè acquiſita, poteſt operari operatione propria illius formæ: ſed intellectus poſſibilis vt appropriatus nobis, mouetur ad acquiſitionem intellectus agentis, vt formæ: ergo illo acquiſito, poteſt operari operatione propria illius. Sed operatio propria intellectus agentis eſt intelligere ſubſtantias ſeparatas quidditatiuè. ergo intellectus poſsibilis poterit per illum intelligere ſubſtantias ſeparatas: & cum intellectus poſsibilis operatio noua nos denominet, conſequenter nos per intellectum agentem intelligimus ſubſtantias ſeparatas & cætera. Maior patet exemplariter, cùm aqua mouetur à forma caloris, acquiſito illo poteſt calefacere, & ſimiliter apparet in omnibus. Minor verò probatur dupliciter. Primò ex duabus propoſitionibus præmiſsis ſic, Quandocunque aliquid mouetur ad aliqua duo recipienda ordinata inter ſe, ad id quod eſt formalius & perfectius mouetur, vt ad formam ex prima propoſitione: ſed intellectus poſsibilis mouetur ad intellecta ſpeculatiua, & intellectum agentē: quia quandoq; eſt in pura potentia, qñq; partim in actu, & partim in potentia, ex ſecunda propoſitione ordinē inter ſe

habe-

habentia: quia mediantibus intellectis ſpeculatiuis recipitur intellectus agens: & intellectus agens eſt formalior & perfectior. ergo intellectus poſsibilis mouetur ad acquirendum intellectum agentem vt formam. Secundò probatur illa Minor ſic. intellectus poſsibilis mouetur ad acquiſitionẽ intellectus agentis vt finis: ergo vt formæ. Antecedens patet ex eo, ꝙ ipſe intellectus agens eſt efficiens illius motus, quo mouetur intellectus poſsibilis ad ipſum. in ſeparatis enim à materia idem eſt efficiens & finis motus: vt Com. 36. 12. Meta. habetur. Conſequentia verò patet ex ſecundo Phy. tex. com. 70. vbi dicitur, ꝙ finis, motus & forma idem ſunt, & hanc probationem tangit Auerrois duodecimo Metaphyſicorum in fine. commen. 38.

Com. 36. 2. c. 70.

Com. 38.

¶ Secunda ratio Auer ponitur ſecundo Meta. cõ. 1. Si intelligentiæ non eſſent à nobis cognoſcibiles, natura ocioſè egiſſet: conſequens eſt falſum. Conſequentia probatur: quia feciſſet id quod eſt in ſe naturaliter intellectum non intellectum ab alio, ſicut ſi feciſſet ſolem non comprahenſum ab aliquo viſu. Et quoniam hæc conſequentia cum ſua probatione deriſibilis à S. Tho iudicatur, propterea ꝙ fruſtra eſt quod non poteſt conſequi finem ſuum: & intelligentiarum finis non eſt intelligi à nobis: dato enim ꝙ intelligi eſſet finis earum, ſufficit earum intelligibilitati, vt à ſeipſis intelligantur: non enim ſequitur, ab intellectu humano non intelliguntur, ergo à nullo: ſicut non valet, ſol non videtur à noctua, ergo à nullo viſu. Idcirco Ioannes de Gandauo in tertio de Anima, dupliciter probat illam conſequentiam. Primò dicens, ꝙ Commentator non ſupponit quòd finis ſubſtãtiarum ſeparatarũ ſit intelligi à nobis: ſed ſupponitur quòd intelligentiæ ex ſe ſunt intelligibiles ab intellectu noſtro, cùm contineantur ſub eius obiecto primo, ſcilicet ente: & tunc bene ſequitur, intelligentiæ ſunt ex ſe naturaliter nobis cognoſcibiles, ergo intellectus noſter naturaliter natus eſt eas intelligere: naturaliter enim actiuo, quale eſt intelligentia, debet correſpondere naturale paſsiuum quale eſt intellectus, aliter potentia actiua eſſet fruſtra in natura. Secundò deducitur ab eodem illa cõſequentia: quia etſi intelligentiarum finis primarius non ſit intelligi ab intellectu noſtro, eſt tamen earũ finis ſecundarius. Agunt enim prima intentione propter ſe: ſecundario autem propter alia, vt dicitur ſecundo cæli, Com. 11. & ideo ſequitur ꝙ intelligentiæ ſaltem quo ad finem ſecundarium, eſſent fruſtra: & ſic natura feciſſet aliquid ocioſè. Propterea, inquit, conſequentia Com. eſt vicina propoſitionibus per ſe notis, & non eſt deriſibilis. Poteſt adhuc tertiò deduci illa conſequentia ex dictis Com. 3. de Anima. Commen. 36. vbi examinans rationem Themiſtij, dicit quòd ſi intellectus noſter eſt immaterialis, conſequentia iſta tenet, intellectus noſter intelligit res ſenſibiles factas immateriales, ergo intelligit res ſecundum ſe immateriales. Et fundatur hoc dictum ſuper verbum Ariſt. tertio de anima. text. Commen. 7. dicentis, quòd intellectus excellenti intelligibili apprehenſo vigoratur ad altius intelligendum. Ex quibus habetur in propoſito, quòd immaterialitas eſt ſufficiens cauſa virtuti cognoſcitiuæ, quòd intelligere poſsit ſubſtantias ſeparatas. Vnde ſic probatur conſequentia. Intelligentiæ non ſunt ab intellectu noſtro cognoſcibiles, ergo à nullo alio ſunt cognoſcibiles, ergo fruſtra ſunt cognoſcibiles: ſicut ſol fruſtra eſſet viſibilis, ſi à nullo poſſet videri. Prima conſequentia tenet ex eo, quòd ſi immaterialitas nõ dat intellectui noſtro illas intelligere, nulli hoc dabit: quia iam declaratum eſt immaterialitatem eſſe ſufficientem cauſam huius: ſicut quia ſenſitiuum eſt ſufficiens cauſa ſenſus tactus, ſi poſitum in vna ſpecie animalis non daret tactum, nulli alij hoc daret. Secunda conſequentia clara eſt exemplo. Quilibet ergo intellectus poteſt ſubſtantias ſeparatas cognoſcere ex ſua immaterialitate: plus tamen & minus ſecundum quod plus & minus perfectionis habent. Hæc de ſecundo.

Com. 38. 2. ratio. prin. ibidem circa ter.

Com. 13. cõtra gẽ. c. 43. poſt medium. 1. q. 88. ar. 1. ad 1. q. 17. poſt medium.

Com. 21.

Com. 3. ante me. co. 1. 6 & 4. in prin

T. c. 7.

Quòd ad tertium arguitur cõtra hanc opinionem dupliciter. Et primo probatur, quod talis continuatio poſita non perducat intellectum poſsibilem, vt nobis appropriatum, ad intelligendas ſubſtantias ſeparatas: id quod continuatur intellectui agenti non niſi vt formæ intellectorum ſpeculatiuorum nõ poteſt per illum intelligere ſubſtantias ſeparatas quidditatiuè, ſed intellectus poſsibilis, vt appropriatus nobis continuatur intellectui agenti non niſi vt formæ intellectorum ſpeculatiuorum, ergo intellectus poſsibilis vt appropriatus nobis per talem continuationem non poteſt intelligere ſubſtantias ſeparatas quidditatiuè. Maior probatur, ſupponendo quod intellectus agens habet proportiones diuerſorum ordinum ad ſuperiora & inferiora, ſubſtantias immateriales ſcilicet, & intellecta ſpeculatiua. Ad ſuperiora enim comparatur vt contemplatiuus, & non vt eorũ forma: ad inferiora verò, vt factiuus & forma. Hoc ſtante patet vis maioris. Quandocunque enim aliquod vnum habet diuerſi ordinis proportionem ad diuerſa, id quod continuatur ei, ſecundum quòd habet proportionem ad inferiora, ex hoc non continuatur ſecundum quod habet proportionem ad ſuperiora. Committitur enim manifeſte fallacia accidentis, ex vno aliud concludendo. Id ergo quod continuatur intellectui agenti vt formæ intellectorum ſpeculatiuorum, non ex hoc continuatur ei, vt contemplatiuo ſubſtantiarum immaterialium. Minor vero ex Commentatoris dictis habetur, nullum alium modum ponentis in propoſito, quo continuetur poſsibilis cum agente, niſi per intellecta ſpeculatiua: vnde dicit quod cum eſt in pura potentia ad intellectũ agentem: cum verò partim eſt in actu, & partim in potentia reſpectu illorum eſt etiam ſicut reſpectu iſtius: & cum fuerit totaliter in actu ſecundum intellecta ſpeculatiua, erit totaliter copulatus intellectui agenti.

Quòd continuatio intellectus agẽtis nõ perducat intellectum poſsibilem ad cognitionẽ quidditatiuã ſubſtantiarũ immaterialium.

¶ Secundò probatur, quòd poſito, quòd talis continuatio ad hoc perduceret intellectum poſsibilem, nunquam tamen nos ad hoc perducere poteſt: & arguo ſic, Id quod continuatur intellectui agenti, non niſi vt coloratum lumini, & intellectui poſsibili, non niſi ſicut coloratum viſui: non poteſt denominari operans propria operatione luminis, vt viſus ſeu intellectus agentis, aut poſsibilis. ſed homo phantaſias habet huiuſmodi continuationem cum his intellectibus: ergo non poteſt denominari faciens intellecta, & intelligens ſubſtantias immateriales, quæ ſunt operationes intellectus agentis, nec intelligens res ſenſibiles, quæ eſt operatio intellectus poſsibilis. Minor eſt nota ex terminis. non enim poteſt verè dici, quòd coloratum illuminet, aut videat. Minor autem patet ex tertio de Anima, text. comment 18. & 30. Nec obſtat aliquo modo ſimilitudini datæ, quòd homo proprio actu cogitatiuæ ſpiritualizat phantaſmata. Coloratum verò non ſpiritualizat colores. Quoniam ſi fingamus coloratum in ſeipſo non poſſe obiici oculo, neque lumini, ſed ſpiritualizatum tantùm in ſpeculo, quòd propria operatio ſpeciem in ſe colorati ſpiritualizaret, ſimilitudo curreret quatuor pedibus: & tamen tale ſpeculum obiectum lumini & viſui nõ verè poſſet denominari illuminans, neq; videns. & hæc ratio apparet mihi demonſtratiua: & alias ſi

Poſito quòd intellectus poſſibilis intelligeret quidditatiuè ſubſtãtias ſeparatas per intellectũ agentem ſibi copulatũ: adhuc nos nõ intelligeremus ipſas. cõ. 18. circa mediũ. cõ. 30. in princip. & circa medium.

Cõſidera virtutẽ huius rationis & videbis quãtum valet contra errorem Auerro.

ſoluuntur, rationes, Auerr.

Deus conceſſerit nobis vitam, eius efficaciam plenius oſtendemus. Hæc de tertio.

Ad primã immediatè ſuprà. Quò ad quartum. Ad primam rationem Auerrois, dicitur ꝙ Maior eſt vniuerſaliter falſa, ſi teneatur, vt teneri debet ad hoc, ꝙ intentum concludat. Debet enim vniuerſaliter teneri, nedum ſubiectum, ſed etiam prædicatum hoc modo, Omne quod mouetur ad acquirendam aliquam formam, illa perfectè acquiſita poteſt operari omni operatione propria illius formæ, aliter non concluderet. patet autẽ hanc eſſe falſam, ex eo ꝙ ſufficit, quòd id quod acquiſiuit aliquam formam participet aliquam operationem illius formæ: illam ſcilicet, quæ cõuenit formæ ſecundum id, quo recipit receptiuum: & ratio huius eſt aſsignata in prima ratione contra Auerroim facta, quia ſcilicet non oportet rem continuatam formæ habenti diuerſas propoſitiones ad inferiora & ſuperiora. ex hoc ꝙ perfectè continuatur ei ſecundum inferius, quòd continuetur ei ſecundum ſuperius. vnde ex hoc, ꝙ intellectus poſsibilis acquiſiuit intellectum agentem, vt formam, licet ſequatur ꝙ poſsit operari operatione intellectus agentis, vt eſt forma intellectorum ſpeculatiuorum, quia vt ſic acquiritur ſcilicet formare intellecta in actu, & extendere ſe ad omnia intelligendo, ad quæ ſe extendit intellectus agens vt factiuus: non tamen ſequitur, quòd poſsit omnia intelligere quæ reſpicit intellectus agens, vt contemplatiuus.

Ad ſecundam. ¶ Ad ſecundam rationem reſpõdetur negata cõſequentia. & ad primam probationem dicitur, quòd cõmittitur fallacia conſequentia à ſuperiori ad ſuũ inferius affirmatiuè: conceſſo enim ꝙ intelligentiæ ſunt cognoſcibiles ab intellectu noſtro: quia continentur ſub eius primo obiecto, non ſequitur, ergo ſunt à nobis intelligibiles quidditatiuè. Non enim omne contentum ſub ente eſt quidditatiuè à nobis intelligibile: eo ꝙ ens, licet ſit obiectum adæquatum intellectui noſtro extenſiuè, non tamen eſt adæquatum adæquatione mutua intenſiuè: & eſt dicere, ꝙ licet omne ens poſsit à nobis intelligi: non tamen omne ens poteſt à noſtro intellectu penetrari vſque ad vltimas differentias, hoc enim modo quidditas rei materialis eſt obiectum adæquatum intellectus noſtri. ſcilicet adæquatione intenſiua, ſolam namque eam & omnem intellectus noſter natus eſt intelligere quidditatiuè.

¶ Ad ſecundum modum deducendi conſequentiam ſimiliter reſpondetur, licet enim detur, quòd intelligi à nobis ſit finis ſecundarius intelligentiarum: non tamen valet. ergo intelligi quidditatiuè à nobis eſt finis ſecundarius: imò hoc eſt impoſsibile.

¶ Similiter ad tertium modum dicitur, quòd licet immaterialitas ſit ſufficiens cauſa virtuti cognoſcitiuæ, ꝙ poſsit intelligere ſubſtantias ſeparatas: non tamen valet, ergo ex immaterialitate habet, ꝙ poſsit cognoſcere eas quidditatiuè.

¶ Authoritas autem Ari. adducta, cùm rectè intelligitur, non obſtat. Aduertendum eſt enim, ſenſum

Tertio de anima. T. c. 7. reſpectu excellentis ſenſibilis, duo ſortiri, & ꝙ ſcilicet non perfectè cognoſcit illud, & ꝙ patitur paſsionẽ corruptiua ab illo: intellectus autem reſpectu excellentis intelligibilis primum tantum habet, ſcilicet ꝙ perfectè non intelligit illud: paſsionis enim expers eſt. & ratio eſt, quia ſecundum ſequitur materiam. cuius actus eſt virtus ſenſitiua, non autem intellectiua: primum verò ſequitur improportionem potentiæ ad obiectum. quæ ſaluatur ita in virtute immateriali, ſicut materiali. Sicut enim noctua ex ſua ſpecie viſum improportionatum claro lumini habet, ita homo ex ſua natura intellectum improportionatum claro intelligibili ſeparato: ſcilicet ſecundum rem à materia. Conueniunt ergo intellectus & ſenſus in primo, ſed differunt in ſecundo. Ex qua differentia Ariſt. ibi dicit oriri, ꝙ ſenſus poſt excellens ſenſibile ſenſatũ debilitatur: intellectus autẽ poſt excellens intelligibile intellectũ non alteratus, magis poteſt intelligere alia, ꝙ intelligendum eſt ſecundum modum ſibi poſsibilem. Ex hoc autẽ non licet inferre, ergo poteſt quidditatiuè cognoſcere ſubſtantias immateriales: ſed, ergo non procedit ex eius alteratione, quòd illas non poſsit comprehendere, quod gratis concedimus: habet enim homo intellectum ratiocinatiuum, qui oritur in vmbra intelligentiæ apud Iſaac: & ideo proportionatus naturaliter ad intuendum intelligibile non purum & clarũ, ſed obumbratum materiæ: quale eſt quidditas à ſenſibilibus abſtrahibilis. Hæc de quarto.

Opin. S. Th. 1. parte. q. 88. & 3 contra Gen. c. 45. & 2. Metaphy. circa tex. com. 1. ¶ Quò ad quintum ponenda eſt opinio San. Tho. quam ex prima parte. q. 88. & tertio contra Gent. c. 45. & 2. Meta. aſſumo. Tenet ipſe hanc concluſionem, Anima humana corpori coniuncta non poteſt quidditatiuè cognoſcere ſubſtantias immateriales, quæ ad præſens dupliciter probatur. Primò ſic, Intellectus exiſtens in potentia non niſi ad recipienda intellecta abſtracta ab intellectu agente, non poteſt intelligere quidditatiuè ſubſtantias immateriales: intellectus humanus eſt huiuſmodi, ergo. Maior ex terminis patet: oppoſitum enim prædicati infert oppoſitum ſubiecti. quod enim poteſt intelligere ſubſtantias ſeparatas quidditatiuè, non eſt tantum in potentia ad recipienda abſtracta ab intellectu agente, quoniam ſubſtantiæ ſeparatæ non ſunt abſtractæ à materia per operationem intellectus agentis. Minor ex Ariſt. colligitur 3. de Anima. tex. comment. 17. vbi dicitur, quòd intellectus agens poteſt omnia facere, quæ intellectus poſsibilis poteſt fieri. T. c. 17.

¶ Secundò probatur ſic, Nullus effectus ſenſibilis poteſt ducere quidditatiuam cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarum, ergo intellectus humanus coniunctus corpori, non poteſt quidditatiuè illas cognoſcere: conſequentia tenet: quia nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu. Antecedens verò probatur ex eo, quòd effectus dupliciter poteſt in cognitionem quidditatiuam ſuæ cauſæ ducere. Vel per modum ſimilitudinis: ſicut effectu vniuoco cognito, eius cauſam quidditatiuè cognoſcimus: propterea quia ſunt eiuſdem naturæ: & hoc modo clarum eſt nullum ſenſibile poſſe perducere ad ſubſtantiarum immaterialium naturas, eo quòd differunt non ſolùm ſpecie, ſed genere. Alio modo effectus ducit in quidditatiuam cognitionem ſuæ cauſæ nõ per modum ſimilitudinis, ſed per hoc, quòd demonſtrat totam virtutem ſuæ cauſæ. Sicut intelligere oſtendit totam virtutem animæ intellectiuæ: & ideo ex tali operatione in eius quidditatiuã cognitionem procedimus. Nec hoc modo ſenſibilia valent ad cognitionem quidditatiuam intelligentiarum nos perducere. Nullus enim effectus particularis adæquat totam virtutem cauſæ virtualis, quodlibet autem ſenſibile eſt effectus particularis, vt materiales conditiones earum cuiuſque oſtendunt: igitur per nullum ſenſibile in quidditatiuam cognitionem ſubſtantiarum materialium, quæ cauſæ vniuerſaliſsimæ ſunt, peruenire poſſumus, &c. Hæc de quinto.

Ioann. de Gã. q. 37. ante medium. QVÒ AD SEXTVM contra hanc determinationem arguit ſupradictus Io. de Gan. in tertio de Anima, multipliciter.

Prima. ¶ Et primò contra illam particulam in concluſione poſitam coniuncta corpori. Nulla forma impeditur à ſua nobiliſsima operatione propter vnionem eius ad propriam materiam: ſed intelligere ſubſtantiarũ ſeparatarum quidditates eſt nobiliſsima Cap. 9. Cap. 8.

operatio animæ humanæ, vt patet primo & decimo Ethicorum. Corpus autem humanum eſt eius propria materia, ergo anima humana propter vnionem ad corpus non impeditur à ſpeculatione ſubſtantiarum immaterialium.

Secundo. ¶ Præterea ad idem, Anima humana aut nata eſt intelligere ſubſtantias ſeparatas per ſuam ſubſtantiam, aut per ſpeciem influxam, aut per ſpeciem cauſatam ex phantaſmate. Si per ſuam ſubſtantiam, cùm ſubſtantia eius per vnionem ad corpus non impediatur, poterit eas intelligere: ſi per ſpeciem à phantaſmate ſumptam, vnio ad corpus iuuabit: ſi per ſpeciem influxam, quæritur quomodo vnio ad corpus impedit, aut non permittit talem influxum fieri: hoc enim non videtur rationabile aliquo modo eſſe, quia generatio vnius ſpeciei non impeditur à corpore, niſi corpus habeat contrariam diſpoſitionem diſpoſitioni requiſitæ ad eius generationē. Verbi gratia, quia color exigit diaphaneitatem in aëre, ad hoc vt recipiatur in eo, nullum corpus impediet generationem ſpeciei coloris, niſi habeat opacitatē quæ contraria eſt diaphaneitati, modò corpus humanum nullam habet diſpoſitionem contrariam diſpoſitioni, quam exigit receptio ſpeciei intelligibilis influendæ, vt patet: ergo. Et confirmatur ratio ſic. Bonum ſimpliciter alicuius naturæ non impeditur propter bonum ſimpliciter eiuſdē naturæ. Quod. n. impedit bonum ſimpliciter alicuius naturæ eſt illi malum ſimpliciter: ſed intelligere ſubſtantiarum immaterialium quidditates eſt bonum ſimpliciter animæ humanæ: ergo non impeditur per vnionem ad corpus, cùm hoc ſit ei etiam bonum ſimpliciter.

Confirmatio.

Tertio. Tertiò arguitur contra concluſionem ipſam ex dictis San. Tho. ſic, Illi dicunt quòd cognoſcimus eſſe intelligentiarum non quidditates, aut eſſe eſt idem qđ quidditas, aut diuerſum. Si diuerſum: ergo vtrunque ſub noſtra cadit cognitione, quicunque enim cognoſcit diuerſitatem aliquorū, cognoſcit extrema illius diuerſitatis, vt dicitur ſecundo de Anima text. comment. 146. Si idem, ergo cognito vno cognoſcitur & reliquum.

T. c. 146.

¶ Si dicatur ꝙ cognoſcimus illas quidditates ſed non perfectè, contrà. Primò quia hoc repugnat duobus dictis Tomiſtarum, quorum primum, eſt, ꝙ nos non intelligimus quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum. Secundum eſt, quòd cognoſcimus eſſe illarum non quidditates. Ex primo arguitur ſic, Homo non intelligit quidditates ſeparatas: ergo nullo modo intelligit eas. Tenet conſequentia per locum à toto in modo ad ſuam partem negatiuè. Ex ſecundo dicto arguitur ſic, Ea cognitio negatur de quidditate, quæ affirmatur de eſſe, ſed eſſe non cognoſcitur à nobis niſi imperfectè: ergo cognitionem etiā imperfectam negare intendunt de quidditatibus. Si enim vtrunque imperfectè cognoſcimus, quare magis alterum negatur cognoſci, aut alterum affirmatur: ſecundò probatur, quòd reſponſio in ſe ſit falſa ſic, Si imperfectè cognoſcimus quidditates illas, aut hoc eſt, quia neſcimus eas ita perfectè ſicut à ſeipſis cognoſcuntur: & hoc non: quia hoc eſt ridiculum vertere in dubium; aut quia neſcimus eas perfectione debita nobis ſecundum noſtram naturam: & hoc eſt voluntarium: nulla enim ratione hoc conuinci poteſt. vnio nanq; ad corpus hoc impedire non poteſt, vt probatum eſt. Hæc de ſexto.

1. par. q. 8. c. 1. & q. 89. ar. 1. & 2. c.

Quò ad ſeptimum pro reſponſione ad hæc argumenta prænotandum eſt, ꝙ ſecundum doctrinam San. Tho. prima parte, q. 88. & 89. inter cognitionem animæ coniunctæ & ſeparatæ hoc intereſt, ꝙ coniuncta ſicut habet modū eſſendi, concernendo corpus, ita habet modum intelligendi, conuertendo ſe ad phantaſmata: ita ꝙ ex conformitate modi operandi ad modum eſſendi, ſit vt anima coniuncta ſit conuerſa ad phantaſmata ſecundum intellectum poſsibilem: vt paſsiuum ad actiuum: adeò vt non niſi ab illis cum intellectu agente recipere poſsit ſpecies. Separata autem à corpore, ſicut habet alium modū eſſendi abſque corporis informatione, ita habet & alium modum intelligendi, vt etiam ex conformitate modi operandi ad modum eſſendi fiat, vt anima ſeparata conuertatur ſecundum intellectum ad ſuperiora vt actiua, vt ab eis influxum ſpecierum recipiat, vtpote in modo eſſendi ſimilis illis reddita, & corpore relicto liberior quodámodo facta amplius phantaſmatibus non alligata.

Differentia animæ ſeparatæ & cōiunctæ. Primo.

Secundò. ¶ Ex hoc autem oritur alia differentia, ꝙ ſcilicet anima coniuncta non poteſt ſubſtantias immateriales cognoſcere, niſi per ſpecies à ſenſibilibus acceptas. Alligatus eſt enim eius intellectus phantaſmatibus. Separata verò poteſt illas per ſpecies proprias cognoſcere, cū conuerſa iam ſit ad ſuperiora.

Tertiò. ¶ Naſcitur quoq; ex his tertia differentia apud ſubtiliter ſpeculantes animam eſſe partem ſpeciei & vniri corpori propter melius: quia ſcilicet cognitio, quam habet anima per ſpecies acquiſitas eſt cognitio diſtincta, & quidditatiua pertingens vſq; ad vltimas rerum differentias. Cognitio autem, qua ſeparata ex ſpeciebus influxis ſortitur, confuſa eſt, & in communi res notificat. Cum enim anima naturaliter ſit pars hominis, naturalē modum intelligendi ex ꝓpria natura ſibi vendicat per ſpecies acceptas à phantaſmatibus intelligere, & nō per ſpecies influxas: hic enim modus intelligendi naturalis eſt in intelligentijs ex ſua natura. & ideo ſicut intelligentiæ perfectam rerum notitiam per ſpecies influxas habent: ſic anima per ſpecies acquiſitas de ſenſibilibus notitiam habere poteſt perfectā, ſpecies enim influxæ facultatem naturalem intellectus eius excedunt. Eſt hic modus ſuperiori ordini cōnaturalis & proprius, & animæ non conuenit niſi per quandam defectiuam participationem. Cùm ſit præterea talis inter ſubſtantias intellectuales ordo, ꝙ quò proximiores ſunt primæ omnia per ſolam ſuam ſubſtantiam intelligendo penetranti, eo per vniuerſaliores ſpecies rerum notitiam perfectam naturaliter capiunt: vltima inter eas anima, ſcilicet intellectiua ex natura ſua, adeò dearticulatas exigit ſpecies, vt ſingularum quidditatum ſingulas oporteat habere ſimilitudines, propter quod & corpori vnitur, vt eas inde accipiat: & ideo vis eius intellectiua, cùm per ſpecies ſuperiores quales ſunt influxæ, intelligere tentat, opprimitur quodammodo, & confuſam tantùm notitiam habet, ſicut diſcipulus vniuerſales cōceptus præceptoris apprehendere non valens abſq; diſtincta cognitione remanet. Huius autem ſignum eſt, ꝙ inter homines, qui ſunt perſpicacis ingenij, ſtatim propoſitis principijs, ad concluſiones ſeſe cōferunt, & ex eiſdem principiis multas concluſiones ſpeciales deducunt. Hebetis autem ingenij non niſi principiis applicatis à præceptore ad ſingulas concluſiones & in forma ſyllogiſtica, & cum exemplis materialibus diſtinctam percipiunt veritatem.

¶ Ex his iam potes intelligere, quòd anima nec coniuncta nec ſeparata quidditatiuam cognitionē ſubſtantiarum immaterialium habere naturaliter poteſt: & quod plus eſt, habes ex his, quod anima ſeparata per ſpecies influxas nec bouem nec leonē quidditatiuè cognoſcit, ſed omnia præter ſui ipſius naturam in communi nouit. Vbicunque autem alibi inuenies à San. Thom. dici, quòd anima ſeparata quidditates ſubſtantiarum immaterialium nouit, &c. recolito ab ipſo vocari cognitionē quidditatiuā

cognitionem eam, quam habet de illis anima ſeparata per proprias ſpecies, quam habere non poteſt.

Ad primũ

Cap. 9. Cap. 8. Vt ipſemet loquitur in q. 17. 3. de Anima. Ad ſecundam alia ſol.

Ad rationem igitur primam dicendum eſt ꝙ licet intelligere ſubſtantias immateriales ſit nobiliſsima operatio animæ intellectiuæ: intelligere tamen eas quidditatiuè eſt operatio ſibi impoſsibilis: nec Ari. in 1. aut 10. Ethic. dixit oppoſitum: imò quæſtio mota ab ipſo in tertio de Anima tex. cõ. 36. nuſquam ſoluta reperitur. Poſuit enim fœlicitatem humanam in contemplatione ſubſtantiarum ſeparatarum nobis poſsibili, quæcunq; ſit illa. Similiter dicitur ad ſecundam, ꝙ vnio animæ ad corpus non impedit cognitionem quidditatiuam ſubſtantiarum immaterialium: quandoquidem illa animæ ſecundum omnem naturæ ſtatum eſt impoſsibilis. Quòd ſi hæ duę rationes formentur ad concludendum animam vnitam poſſe habere talem notitiam ſubſtantiarum immaterialium, qualem per earum ſpecies ſeparata habet. Reſpondeatur ad primum negando, ꝙ intelligere ſubſtantias immateriales tali modo ſit nobiliſsima ſimpliciter operatio animæ, licet ſit nobiliſsima ſecundum quid. maiorem enim perfectionem ſimpliciter ponit in anima intelligere ſubſtantias ſenſibiles diſtinctè, & quidditatiuè: & ſubſtantias immateriales per effectus ſenſibiles & communia, quàm intelligere ea in confuſo: licet ſit ſecundum quid nobilior illa confuſa intellectio ex hoc ꝙ eſt per earum ſpecies & immaterialiori modo. Vnde dico, ꝙ non inconuenit animam noſtram impediri ab operatione nobiliſsima ſecundum quid propter perfectionem ſibi nobiliſsimam ſimpliciter acquirendam ex vnione ad propriam materiam: vnde non ſequitur vnionem eſſe præternaturalem, ſed naturaliſsimam, vtpote propter perfectionem ſuam ſimpliciter: & præſertim quia cognitio illa, quam habet, ſeparata eſt ſibi quaſi præternaturalis, ſicut & modus eſſendi, quem habet, &c.

Ad primam.

Ad ſecundum.

¶ Ad ſecundum dicatur, ꝙ impeditur anima ex vnione ad corpus, ad receptionem talis influxus ex hoc, ꝙ modum eſſendi in corpore ſequitur modus operandi non niſi per conuerſionem ad phantaſmata: naturalis enim conuerſio animæ ad phantaſmata eſt impeditiua conuerſionis ad ſuperiora. probatio autem contra hoc nihil facit: contingit enim alio modo impedimentum dari: vt iam patet. Ad confirmationem dicitur, quòd Minor eſt falſa. Intelligere enim ſubſtantias immateriales tali modo eſt bonũ animæ ſecundum quid, & non ſimpliciter: vnio verò ad corpus cum ſequẽtibus ipſam, eſt bonum eius ſimpliciter.

Ad confirmationẽ.

Ad tertiam.

¶ Ad tertiam dicitur, ꝙ ſiue eſſe & eſſentia diſtinguantur, ſiue ſint idem, non variatur propoſitum: in Deo enim ſunt idem, & in alijs intelligentijs diſtinguuntur, & tamen eandem de vtriuſq; proferimus ſententiam, dicentes ꝙ cognoſcimus eſſe, non quidditatem. Reſponſio ergo ibi data vera eſt: quia dicitur, ꝙ cognoſcimus quidditatẽ imperfectè. Nec hoc repugnat dictis Thomiſtarum. Non quidem primo, quia illud debet intelligi de cognitione quidditatiua, & non de quacunq; cognitione: vnde non valet. ergo nullo modo cognoſcimus: ſed, ergo nullo modo cognoſcimus quidditatiuè.

Secundo.

¶ Secundo autem dicto nullatenus aduerſatur. Cum enim dicimus, ꝙ cognoſcimus eſſe & nõ quidditatem, aſſueti Peripateticis ſermonibus, intendimus, ꝙ ſcimus de illis terminare quæſtionem an eſt, quæ de eſſe quærit: & ꝙ neſcimus de eis terminare quæſtionem quid eſt, quæ quidditatem ſcrutatur: & ſi ſecundum aliquod prædicatũ quidditatiuum terminare illam nouerimus: notitiam illam (quia & non quidditatiuam vocamus) ſequentes Ariſt. veſtigia, qui notitiam rei per communia, notitiam quia, in poſterioribus Analyticis appellat. Et propter hoc ea notitia proportionaliter negatur de quidditate à Thomiſtis in propoſito, quæ affirmatur de eſſe: quia notitia de propria quæſtione quidditatis non haberi dicitur. notitia verò de propria quæſtione ipſius eſſe non caremus.

Poſte. 1. com. 8.

¶ Ad vltimum, quo probatur, quòd reſponſio ſit falſa in ſe: dico, quòd ideo dicitur intellectus noſter imperfectè ſubſtantias immateriales cognoſcere: quia non quidditatiue poteſt eas apprehẽdere, & magis imperfecte in hac vita, quia per ſpecies aliorum. Et licet primo modo eas cognoſcere ſibiipſis tantum conueniat, & ridiculum eſſet dubitare an id, quod conuenit ſolis intelligentijs, cõueniat alijs: neceſſarium tamen eſt dubitare, an cognoſcere eas quidditatiuè ſibi ſolis, an etiam animæ noſtræ conueniat, quòd ſecundo modo eas cognoſcere ſit nobis in hac vita impoſsibile, non voluntariè, ſed ratione cogente dicitur. Corpus enim vnitum animæ animam ad ſenſibilia conuertit: vt declaratũ eſt, &c.

In quæſt. In ſeparatis ſubſtãtijs genus ſumitur nõ à materia, ſed à tota eſſentia vt alteri aſsimulatur; differẽtia vero ab eadem vt ab altera diuerſa eſt, non autẽ à forma q̃ ſit altera pars compoſiti. Quinto Met. 5. 6.

[Hoc tamen ſciendum, quòd non eodem modo ſumitur genus & differentia in illis ſubſtantijs & in ſubſtantijs ſenſibilibus. Quia in ſenſibilibus genus ſumitur ab eo, quod eſt materiale in re: differentia verò ab eo, quod eſt formale in ipſa. Vnde dicit Auic. in principio libri ſui de Anima, quòd forma in rebus compoſitis ex materia & forma eſt differentia ſimplex eius, quod conſtituitur ex illa. non autem ita, quòd ipſa forma ſit differentia, ſed quia eſt principium differentiæ, vt idem dicit in ſua Metaphy. & dicitur talis differentia eſſe differentia ſimplex, quia ſumitur ab eo, quod eſt pars quidditatis rei, ſcilicet à forma. Cùm autem ſubſtantiæ ſpirituales ſint ſimplices quidditates: non poteſt in eis differentia ſumi ab eo, quod eſt pars quidditatis, ſed à tota quidditate: & ideo in principio de anima dicit Auic. quòd differentiam ſimplicem non habent, niſi ſpecies, quarum eſſentiæ ſunt compoſitæ ex materia & forma. Similiter etiam in eis ex tota eſſentia ſumitur genus, modo tamen differenti: vna enim ſubſtantia ſeparata conuenit cum alia in immaterialitate. Differunt autem abinuicem in gradu perfectionis ſecundum receſſum à potentialitate, & acceſſum ad actum purum. Et ideo ab eo, quod ſequitur illas, inquantum ſunt immateriales, ſumitur in eis genus, ſicut intellectualitas, vel aliquid huiuſmodi: ab eo autem, quod ſequitur in eis gradum perfectionis, ſumitur in eis differentia, nobis tamen ignota.]

In princ.

¶ Ponitur hic ſecundum notatum, quo vnde ſumatur differentia, & vnde genus in ſubſtantijs immaterialibus, declarat oppoſita comparatione ad ſubſtantias ſenſibiles.

Nota q̃ in ſubſtantia compoſita 4. reperiũtur.

¶ Ad cuius euidentiam ſcito, quòd in rebus compoſitis ex materia & forma quatuor intelliguntur, ſcilicet materia, quæ eſt altera pars compoſiti ſpecifici, forma reliqua pars: tota quidditas vt habet rationem perfectibilis vlteriori perfectione formali. & ipſamet tota quidditas, vt habet vltimam perfectionem formalem. verbi gratia, in homine potes conſiderare materiam in qua ſua forma recipitur, & formam in illa receptam. Aduertes etiam ipſum hominem, inquantum eſt ſubſtantia: eſt enim homo ſubſtantia, & vt ſubſtantia habet rationem perfectibilis, per corporeum, per rationale, & cætera. Aduertes etiam hominem, inquantum eſt rationalis naturæ, quæ eſt vltima eius perfectio formalis. Hæc autem quatuor ita ſe habent ad genus & differentiam, quòd & materia, quæ eſt pars, & ipſum totum, & perfectibile fundant genus, diuerſimodè tamen. Forma verò, quæ eſt pars & ipſum totum, vt poſte-

riori

Genus ſumitur à toto compoſito & parte materiali.

Differentia ſumitur à toto compoſito & parte formali.

riori perfectione formali perfectum fundant differentiam diuerſimodè etiã. Cum.n.genus poteſtate contineat differentias incompleteq́; ac in potentia rei naturam explicet, totumq́; ſecundum id quo adhuc perfici poteſt importet, radix autem potentialitatis in rebus ſenſibilibus ſit: materia meritò à toto, ſecundum ꝙ poſsibile eſt formaliter perfici, & à materia ipſa ſumi dicitur. Similiter cum dicere ſit diuidere, terminare, & actuare genus totumq́; ſecundum poſteriorem perfectionem & actualitatem explicare, radix autem actualitatis & perfectionis ſit forma: meritò à toto ſecundum ꝙ perfectum eſt, & à forma differentia ſumitur. Diuerſimodè verò fundant genus & differentiam partes ipſæ rei, materia ſcilicet & forma: & quidditas tota vt perfectibilis & perfecta. Sumitur enim genus à tota eſſentia, vt habet rationem perfectibilis, tanquam à re formaliter ſignificata ſeu denominata ab ipſo: à materia verò tanquam à radice ſui formalis ſignificati. Similiter differentia ſumitur à tota eſſentia, ſecundum vlteriorem perfectiorem tanquam à re formaliter ſignificata ſeu denominata ab ipſa: à forma autem, vt à radice ſui formalis ſignificati: non enim materia, quæ eſt pars hominis, denominatur eius genus: neque forma differentia, ſed ipſe homo vt ſubſtantia, vt animal generis denominationem ſortitur, vt corporeus vt rationalis differentiæ denominationem habet. Et propterea quia genus & differentiam radicaliter fundant materia & forma: ideo ab Ariſt. 7. Met. tex. commen. 13. dicitur, ꝙ ſicut ſe habet tota ratio ad totam rem: ſic pars rationis ad partem rei & 8. Met. tex. com. 9 inuenies genus ſumi à materia, & differentiam à forma. Præterea, & Com. ſecundo cæli cõ 49. ait, ꝙ ſi corpora cæleſtia conueniunt in genere, & differunt in ſpecie, ſunt compoſita ex materia & forma. Inuenies quoque, quia genus & differentia à tota eſſentia ſumuntur, vt à re ſignificata nomine primæ intentionis, & denominata nomine ſecundæ intentionis, & non à parte: illuſtres viros dicere quandoque quod genus non ſumitur à materia & differentia non ſumitur à forma: quorum cum intuitus fueris rationes, ſupradictis non aduerſari videbis. Quæ cùm ita ſint in ſubſtantijs materialibus ad ſubſtantias immateriales aſcendendo, genus ſumi non dicimus à materia, nec differentiam à forma, quia carent his partibus: vnde reſtat, vt à tota eſſentia tam genus, quàm differentia non ſolùm formaliter, ſed etiam radicaliter in eis ſumatur. Propterea & Auic. vt in litera dicitur, aſsignat diuerſitatem inter differentiam ſubſtantiarum compoſitarũ & ſimplicium, dicens ꝙ differentia in ſpeciebus cõpoſitis ex materia & forma eſt ſimplex. Differentia verò rerum non compoſitarum, non: & vocat differentiam ſimplicem eam quæ non à toto radicaliter, ſed à parte eius exit quæ ſimplex eſt. Sumuntur ergo ex tota eſſentia in ſubſtantijs immaterialibus genus & differentia, ſed differenter: quia genus ſumitur ex tota eſſentia ſecundum id quo eſſentialiter vna alteri aſsimilatur: conueniunt enim intelligentiæ in aliquo prædicato quidditatiuo.

Genus & differentia in ſimplicibus ſumuntur à tota quidditate

Differentia verò ſumitur à tota eſſentia ſecundum id, quo vna differt ſubſtantialiter ab alijs: & hic eſt certus formalis perfectionis gradus indiuiſibilis formaliter, quæ quantò aliqua intelligẽtia proximiori puriſsimo actui Deo glorioſo ſortita fuerit: tantò perfectior erit: per hoc enim differunt inter ſe, quòd vna altera propinquior eſt actui puro, & plus à potentialitatis natura recedit.

Ad maiorem horum intelligentiam altiùs exordiendum eſt. Sciendum eſt nanque, ꝙ aliud eſt loqui de genere & differentia ſimpliciter, & ſecundum ea quæ ſibi accidunt, & per ſe conueniunt: aliud eſt loqui de eis, ſecũdum quod ad tales naturas applicantur. Si enim loquimur de eis ſecundum ſe: ſic ad vtriuſque generis, ſcilicet & differentiæ rationem exigitur, & ſufficit ꝙ differentia quidem explicet certum & limitatum gradum entis non extraneæ naturæ à natura generis cuius eſt diuiſiua formaliter: genus verò explicet certam naturam determinabilem formaliter. Et primum quidem horum quæ de differentia diximus, ſequitur ex eo ꝙ differentia adueniens generi conſtituit ſpeciem, & ponit ipſam in determinato gradu entis illo ſcilicet quem explicat. vnde 8. Met. co. 10. ſpecies numeris aſsimilantur: eo ꝙ, ſicut numeros ſubtracta aut addita vnitas variat, ſic differentia addita vel ſubtracta entibus ipſa diuerſificat. T.cõ.10.

Secundum autem ſequitur ex eo ꝙ differentia diuerſificare genus debet: ita vt nõ ſolum ipſa ſpecies ſit altera ab altera ſpecie, ſed natura generis in hac ſpecie ſit diuerſa à natura generis in alia ſpecie, vt 10. Met. tex. com. 24. habetur. Vnde in 11. de Animalibus ait Ariſto. ꝙ ſi debeat diuidi figura, differentiæ eius non erunt habere angulos æquales duobus rectis. & habere angulos æquales multis rectis: quia hæc accidentia ſunt figuræ. Genus autem certam naturam ſignificare oportet, vt tranſcendentia excludantur. Determinabilem verò formaliter vt ſpecialiſsima ſegregentur.

T.c.24.

Nota hic profundiſſima dicta & pulcherrima.

¶ Si autem loquamur de genere & differentia: vt applicantur ad ſubſtantias materiales: ſic genus nõ ſolùm explicat rem, & determinabilem formaliter, ſed etiam radicabiliter ſumitur à materia: & differentia ſimiliter, non ſolùm ſignificat determinationem & actuationem generis, ſed ſumitur radicaliter à forma: ſed hæc accidunt generi & differentiæ ex eo, ꝙ eſſentia, cuius ſunt, eſt compoſita & realiter integrata ex duobus principijs, materia ſcilicet determinabili, & forma determinante. Per ſe enim conuenit animali, ꝙ ſignificet naturam ſenſitiuam determinabilem formaliter per rationale. Sed quia natura ſenſitiua habet, ꝙ ſit determinabilis per rationale ex hoc ꝙ habet materiam: ideo accidit huic generi, ꝙ eſt animal, inquantum eſt genus ꝙ ſumatur à materia: vnde ſi natura ſenſitiua eſſet determinabilis per rationale, & non ratione materiæ, non minus animal eſſet genus. Similiter rationale per ſe habet ꝙ ſignificet ratiocinatiuam perfectionem eſſentialiter determinatiuam naturæ ſenſitiuæ. Sed quia gradus intellectiuus habet ꝙ determinet ſenſitiuam ex eo ꝙ anima intellectiua eſt forma corporis: ideo accidit huic differentiæ, ſcilicet rationale, inquantum eſt differentia. ꝙ ſumatur à forma. Non minus enim rationale eſſet differentia, ſi perfectior ratiocinatiua determinaret ſenſitiua, in abſq; eo ꝙ informaret anima corpus. Propter hoc communiter dicitur, ꝙ ſumitur genus ab eo, quòd materiale potius quam à materia: & differentia ſumitur ab eo ꝙ eſt formale potiùs, quàm à forma. Illud conuenit eis per ſe: hoc autem per accidens. Cum autem ſubſtantiarum immaterialium ſimplex eſſentia ſit determinata, & diffinita ad certum perfectionis gradum, cum infinitæ entitatis non ſit: conſequens eſt vt in ea ſit vnde genus & differentia ſumi queant. Ex hoc enim, quod natura limitata eſt, ex ipſa determinatione ſumitur differentia. Ex natura autem communi, quæ determinari intelligitur, ſumetur genus. Ex eo verò, ꝙ ſimplex eſt ſeipſa terminatur, ita ꝙ non habet duas partes reales, quarum altera terminetur, & altera terminet: ſicut ſubſtantiæ ſenſibiles habent materiam & formam.

¶ Et ſic in acceptione generis & differẽtiæ in ſubſtãtijs materialibus ſaluatur id qđ eſt per ſe, ſcilicet,

ꝙ genus ſignificet certam naturam formaliter determinabilem. Et differentia explicat determinatam perſectionem ſubſtantialem formaliter conſtitutiuã illius in certo gradu entis, licet nõ ſaluetur id quod eſt per accidens, ſcilicet ꝙ genus ſumatur à materia: differentia verò à forma.

Ad profundiorem huius rei perſcrutationem notandæ ſunt tres propoſitiones. Prima eſt quòd omne indiuiduum diſtinctum realiter à ſuo eſſe, habet plura prædicata quidditatiua: quorum ſucceſſu magis ac magis appropinquat ad ſuum eſſe. Secunda propoſitio eſt iſta, Inter prædicata quidditatiua ſupradicta talis eſt ordo, quòd tantò vnumquodque eſt actualis quò appropinquat ad eſſe: & tantò eſt potentialius, quantò remotius eſt ab eſſe. Declarantur primò exemplariter, deinde ratione propoſitiones iſtæ. Sortes diſtinctus realiter à ſuo eſſe exiſtentiæ habet plura prædicata quidditatiua, ſcilicet ſubſtantiam, corpus viuum, animal, homo, & certum eſt, quòd Sortes inquantum ſubſtantia, valde elongatur à ſua exiſtentia: exigitur enim ad hoc, quòd Sortes ſit non ſolum quòd ſit ſubſtantia, ſed etiam quòd ſit corpus. Cum autem acceperis Sortem inquantum corpus vicinior apparebit ad exiſtentiam habendam, licet adhuc ſatis elongetur ab illa. exigitur enim ad hoc, quòd Sortes ſit, non ſolùm quòd ſit ſubſtantia corporea, ſed etiam quòd ſit viuens. Et cum conſideraueris Sortem vt viuum videbis, magis appropinquare ad eſſe, tamen adhuc remotum: exigitur enim ad hoc, quod Sortes ſit non ſolum ꝙ ſit ſubſtantia animata, ſed etiam quòd ſit animal. Et cum inſpexeris ipſum, inquantum animal, proximiorem ad eſſendum inuenies, adhuc tamen remotum ex eo, ꝙ exigitur ad hoc ꝙ Sortes ſit non ſolum ꝙ ſit ſubſtantia animata ſenſibilis, ſed etiam rationalis (nihil enim poteſt in rerum natura ſub aliquo genere contineri, quod non ſub aliqua ſpecie contineatur) cum autem conſideratus fuerit vt ſubſtantia animata ſenſibilis rationalis, tunc iam eſſe actualis exiſtentiæ ſuſcipere poteſt: nihil enim aliud formale intrinſecum exigitur ad hoc, quòd ſit: licet requirantur cauſæ extrinſecæ & proprietas indiuidualis, vt conditio exiſtentis. Patent autem adducta prædicata ita ſe habere, ꝙ ſemper id quod propinquius ſe habet ad exiſtentiam, comparatum ad remotius ſe habet vt actuale ad potentiale: ſicut homo ad animal, animal ad viuum, viuum ad corpus, corpus ad ſubſtantiam. Et ex conſequenti id, quod proximius eſt ipſi eſſe, eſt actualius: illud verò quod remotius eſt ab eſſe eſt potentialius. & ſic patet vtraque propoſitio exemplariter.

Probantur rõne iſtæ ſecũdæ ꝓpoſitiones

¶ Ratione autem probo, cùm enim eſſe ſit actualiſſimum omnium, quæ ſunt in re, & tantæ actualitatis, vt non niſi completæ eſſentiæ actus proprius ſit, ad hoc quòd eſſentiæ eius receptiuum fiat, oportet intrinſecè completam & determinatam eſſe, ſicut ad hoc quòd aër recipiat lumen oportet prius, quòd perficiatur à diaphaneitate: terminatur autem, perficitur, & completur ſubſtantia his prædicatis quidditatiuis: & ideo quantò prædicatum quidditatiuũ erit magis eſſentiæ determinatiuum, magis appropriabit ipſam ad hoc, quòd ſit receptiuum propriũ ipſius eſſe. Et per oppoſitum quantò prædicatum quidditatiuum eſt minùs determinatiuum eſſentiæ: tantò minus eam appropriat ad hoc, ꝙ capax ſit ipſius exiſtentiæ: & quia vnumquodque quantò eſt propinquius actualiſſimo, tanto eſt actualius, & quãtò remotius ab illo, tantò eſt potentialius. Idcirco inter prædicata quidditatiua talis eſt ordo, quòd propinquius ipſi eſſe eſt actualius: remotius verò, potentialius.

Regula generalis à quo ſumitur genus & differentia.

His duabus propoſitionibus, poſtquam tertiam addideris, ſcilicet quòd genus ſumitur ab eo, quod eſt vt potentiale. Differentia verò ab eo, quod eſt vt actuale: conficietur regula generaliſſima, quòd genus & differentia in omnibus ſumuntur a tota eſſentia rei ſecundum elongationem & propinquitatem ad ipſum eſſe exiſtentiæ. Differentia enim vltima cum ſit conſtitutiua ſpeciei, & proprium illi inter entia gradum donet: vltimum complementum ipſius eſſentiæ eſt, ad hoc quòd ſit. Vltra eam enim (vt iam dictum eſt) indiuiduum nullum aliud complementum intrinſecum expectat, vt ſic. Genus quoque generaliſſimum cùm eſſentiam maximè determinabiliter explicet, ab eo ſumitur, quo eſſentia ipſa ab exiſtentia magis eſt elongata: vtpote determinabilis & perfectibilis omnibus differentiis ad hoc, vt eſſe ſuſcipere poſsit. Genera verò & differentiæ intermediæ ab intermediis ſumuntur (& propter hoc dicitur quòd diffinitio explicat diffinitum a prima potentia vſque ad vltimum actum) includit ſiquidem primum genus, quod ſumitur ab eo quo primò eſsentia ipſa poteſt habere eſse: & omnes differentias, quibus paulatim eſsentia determinatur & actuatur vſque ad vltimam differentiam, quæ eſt actus vltimò determinans & perficiens ipſam, vt eſse habeat, propterea & Porphyrius ait, quod ſecundum interius perſcrutantes differentia eſt, quæ concludit ad eſse. Nec propter hoc quod diximus intendimus, quòd genus & differentia ſumantur ab eſse actualis exiſtentiæ, ſcimus enim diffinitiones abſtrahere ab eſse: ſed intendimus, quòd genus & differentia ſumuntur (vt verbis San. Tho. vtamur) ab ordine ad eſse actualis exiſtentiæ. Ab ordine autem dicimus non relatione ordinis, ſed fundamento eius ab eo, ſcilicet quo eſsentia appropinquat vt receptiuum ab ipſum eſse, & ab eo quo eſsentia elongatur ab ipſo. Et ſecundum hæc habes vnde in intelligentijs, ſubſtantijs materialibus, & accidentibus ſumantur genus & differentia, vt facile eſt cuilibet exercitato deducere in ſingulis. Et propter hoc ſolus Deus caret genere & differentia: quidditas enim ſua cùm ſit ſua exiſtentia actualis, non poteſt concipi vt elongata ab exiſtentia, vel propinqua illi. Vnde ſufficientiſsimam cauſam San. Thom. in principio huius capituli aſsignauit: quare Deus nõ ſit in genere, & intelligentiæ ſint in prædicamento: quia ille eſt ſuum eſse, iſtarum autem eſsentia diſtinguitur ab eſse proprio.

Ca. de differentia.

¶ Nec oportet has differentias eſse accidentales: quia ſunt ſecũdum maiorem & minorem perfectionem, quæ non diuerſificat ſpeciem. Gradus enim perfectionis in recipiendo eandem formam, non diuerſificat ſpeciem, ſicut albius, & minùs album, in participando eiuſdem ſpeciei albedinem, ſed diuerſis gradibus perfectionis, in ipſis formis vel naturis participatis, diuerſificat ſpeciem, ſicut natura procedit per gradus de plantis, ad animalia, per quædam, quæ fiunt media inter animalia & plantas, ſecũdum Philoſophum, in lib. de Animalibus.

¶ Hic excluditur prima obiectio, dictũ eſt enim, ꝙ differentiæ in intelligentiis ſumuntur à diuerſis perfectionis gradibus, quibus vna altera propinquior eſt actui primo, Contra hoc inſtatur ſic, Quæcunque differunt ſecundum actum perfectum, & minus perfectum, differunt ſolum accidentalibus differentijs: intelligentiæ differunt non niſi ſecundum magis & minus perfectum, ergo differunt ſolum accidentalibus differentijs. Proceſsus bonus: cõcluſio vero eſt falſa: ergo altera præmiſsarum, non Maior, vt probabitur: ergo Minor, quæ eſt poſitio ſupradicta. Probatio Maioris eſt: quia magis & minus

non

non variant ſpeciem: albedo enim perfecta, & minus perfecta vnius ſpeciei ſunt, quæcunque autem ſunt eiuſdem ſpeciei accidentalibus ſolum differentiis diſtinguuntur, cum in omnibus eſſentialib. conueniant. Hanc obiectionem excludit hac pulchra diſtinctione, Perfectius & minus perfectum poſſunt attendi, vel penes modum habendi aliquam formam vnam ſimpliciter, vel penes ipſas formas habitas magis & minus. primo modo non variant ſpeciẽ, ſed ſecundo modo: quæcunque enim ita ſe habent, quòd ſecundum diuerſos gradus perfectionis atomam ſuſcipiunt formam, ſolo numero, vt ſic diſtinguuntur, vt patet de albo vt 4. de albo, & 6. Ea verò quæ diuerſos gradus perfectionis non eiuſdem formæ ſed plurium formarum ſuſcipiunt, eſſentialiter, ſeu ſpecificè diſtingui neceſſe eſt, vt patet de homine & boue. Vnde patet reſponſio ad obiectiones, quòd primo modo Minor eſt falſa, ſecundo modo Maior. Cuius probatio ideo videtur ſine additione vulgata, quia comparatio denotata

T.c.17.

per ly magis, & minus non fit propriè niſi in atoma ſpecie, vt dicitur ſeptimo Phy. in com. 17.

[Nec iterum eſt neceſſarium, vt diuiſio intellectualium ſubſtantiarum ſit ſemper per differentias veras, quia hoc eſt impoſſibile in omnibus rebus accidere, vt Philoſophus dicit, in vndecimo de Animalibus.]

Cap. 30

¶ Hic excluditur ſecunda obiectio. Obijcitur enim contra idem dictum ſic, Vbicunque ſunt verũ genus & veræ ſpecies, ibi debet eſſe artificialis diuiſio illius generis per duas veras differentias: ſed in intelligentijs inuenitur verum genus & veræ ſpecies: ergo ibi debet eſſe diuiſio per duas differentias veras. Concluſio eſt contra diuiſionem ſupra aſſignatam, quam dictum eſt, Genus intelligentiarum deſcendit ad ſuas ſpecies per magis perfectũ & minus perfectum: quæ non ſunt veræ differentię. Maior verò probatur ex eo, quòd vbi verum genus cum veris ſpeciebus inuenitur, oportet eſſe diuiſiuas ipſius generis, & ſpecierum conſtitutiuas differentias: ex eo autem quod diuiſio eſt ſecundum artem debet eſſe bimembris, vt Boetius teſtatur. Hãc obiectionem excludit S. Tho dicens, Maiorem eſſe vniuerſaliter impoſſibilem ſecundum Ariſt. ſententiam in 2 libro de Animalibus.

In libr. diuiſionum. Cap. 3.

¶ Ad cuius euidentiam notandum, quòd eiũ veræ differentiæ appellentur differentiæ poſitiuæ non extraneæ contrariæ inter ſe conuertibiles cũ his quorum ſunt differentiæ: vt ibi dicit Ariſt. ca. 3. Genus illud, quòd plures duabus ſpeciebus continet, in mediatè non poteſt diuidi duabus veris differentijs diuidendum erit poteſtatem eius euacuãtibus, oportet quòd diuidatur pluribus duabus: & ſic diuiſio non erit bimembris. ſi enim diuiſione bimembri partiendum erit, oportet alteram differentiam eſſe non veram: erit enim cum priuatione accepta alterius. Sicut ſi animal immediatè contineat hominem, bouem & leonem, oportet tribus veris differentijs diuidi vel altera vera, puta rationali: altera non vera, ſed priuatiua cõmuni reliquis duabus, puta rationali. Quia igitur inueniuntur aliquę res in mundo plures duabus contentæ immediatè ſub aliquo communi formaliter diuiſibili: ideo dicitur, quòd impoſſibile eſt vniuerſaliter, quòd omnis diuiſio fiat per duas differentias veras, & hoc in propoſito noſtro accidit. Cum enim intelligentiæ careant genere ſubalterno, vt S. Tho. in tractatu de Natura generis, cap. 1. teſtatur, eo quòd perfectio earum ex pluribus coniunctionibus differentiarum non conſurgit, ſicut perfectio ſpecierum in illis inferioribus, quibus non ſufficit genus

Cap. 5.

commune & differentia, omnes immediatè ſub vno genere continebuntur: & ſic genus earum, ſi veris differentiis ad iſtas deſcendere debet, oportet multimembrem fieri diuiſionem nobis ignotam: quod ſibi partita diuiſione contrahendum erit, alteram ſimpliciter neceſſe eſt eſſe non veram: quia priuatiuam, alteram propter debilitatem intellectus noſtri ad nullam propriam earum differentiam deſcẽdere potentis, neceſſe quoque eſt eſſe non verã. Tales autem ſuerunt differentiæ in litera aſſignatæ: ſcilicet magis perfectum & minus perfectum.

¶ Ex his iam patet reſponſio ad obiectionem, declarata impoſſibilitate Maioris vniuerſaliter. Boetij verò dictum non obſtat: quamuis enim dicat diuiſionem omnem ad bimembrem reduci, nõ tamen dicit, quòd omnis bimembris fiat per differentias veras inferiorum per illam diuiſionem accipiendorum.

[Tertio modo inuenitur in ſubſtantijs compoſitis ex materia & forma, in quibus & eſſe eſt receptum & finitum propter quod & ab alio eſſe habent & iterum natura, vel quidditas earum recepta eſt in materia ſignata, & ideo ſunt finitæ & ſuperiùs, & inferiùs, & in eis iã propter diuiſionem materiæ ſignatæ poſſibilis eſt multiplicatio indiuiduorum in vna ſpecie: & in his ſubſtãtijs. qualiter ſe habeat eſſentia ad intentiones logicas ſupra dictum eſt.]

¶ In hac quarta & vltima parte huius capituli quatuor colligit de eſſentijs ſubſtantiarum compoſitarum Primum eſt, quòd eſſe earum eſt limitatũ: quia habent illud ab alio vtpote diſtinctum realiter à ſe: & per hoc primò diſtinguitur à primò ente, cuius eſſe eſt infinitum, & idem realiter ſuæ quidditati.

Cap. 4.

¶ Secundum eſt, quòd eſſentia earum eſt recepta in materia ſignata: ſunt enim in hoc vel in illo, & hic, & nunc determinatè: ſicut formale per ſuũ materiale.

¶ Tertium, quòd ex iſtis duobus corollariè ſequitur, eſt quòd ſunt finitæ ſuperius & inferius Superius quidem quia habent eſſe limitatum, & eſſentia earum per ipſum eſſe, quod vt ſuperius reſpicit terminatur. Inferius verò, quia recipiuntur earum formæ in materiæ, & ipſæ ad hoc, & illud terminantur, quæ reſpiciunt vt inferius: per hoc quòd in his, & illis conditionibus materialibus recipiuntur tãquam in parte materiali.

¶ Quartum eſt, quòd eſſentia earum eſt multiplicabilis numeraliter in eadẽ ſpecie propter materiæ ſignatæ diuiſionem. Et per hæc tria differunt ab intelligentijs in ſecundo ordine poſitis, quæ immunes à materia infinitæque inferius parem ſibi non compatiuntur. Et ſic terminatur tractatus ſecundus huius libri.

CAPVT VII.

Quòd accidentia habeant eſſentiam incompletam oſtendit. Varia item accidentia diſtinguit, & quomodo in ipſis ſumatur genus & differentia exponit.

Ca. 7. ſi accidẽtia. habẽt eſſentiã incõpletã.

NVnc autem reſtat videre, qualiter eſſentia ſit in accidentibus: quomodo autem ſit in omnibus ſubſtantijs, dictum eſt. Et quia vt dictum eſt. eſſentia per diffinitionem ſignificatur, oportet quòd eo modo habeãt eſſentiam, quo habent diffinitionem. Diffinitionẽ autem habent incompletam, quia non poſſunt diffiniri,

nlri, niſi ponatur ſubiectum in eorum diffinitione: & hoc ideo eſt, quia non habent in ſe eſſe abſolutū per ſe à ſubiecto, ſed ſicut ex forma, & materia relinquitur eſſe ſubſtantiale, quando componitur: ita ex accidente & ſubiecto relinquitur eſſe accidentale, quando accidens ſubiecto aduenit. Et ideo etiā nec forma ſubſtantialis completam eſſentiam habet. nec materia, quia in diffinitione formæ ſubſtātialis oportet, quòd ponatur illud, cuius eſt forma, & ita diffinitio eius eſt per additionem alicuius, quod extra eius genus eſt: ſicut & diffinitio formæ accidentalis, vt etiam in diffinitione animæ ponitur corpus à naturali, qui conſiderat animam ſolū, inquantum eſt forma phyſici corporis. Sed tamen inter formas ſubſtantiales & accidentales tantùm intereſt, quia ſicut forma ſubſtantialis non habet per ſe eſſe abſolutum ſine eo, cui aduenit, ita nec illud, cui aduenit, ſcilicet materia: & ideo ex ea coniunctione vtriuſq; relinquitur illud eſſe, in quo res per ſe ſubſiſtit & ex eis efficitur vnum per ſe, propter quod ex coniunctione eorum relinquitur eſſentia quædam. Vnde forma, quāmuis in ſe conſiderata non habeat rationem completam eſſentiæ, tamen eſt pars eſſentiæ completæ. Sed illud, cui aduenit accidens, eſt ens in ſe completum conſiſtens in ſuo eſſe, quod quidem eſſe naturaliter præcedit accidens, quod ſuperuenit: & ideo accidens ſuperueniens ex coniunctione ſui cum eo, cui ſuperuenit, non cauſat illud eſſe in quo res ſubſiſtit, per quod res eſt ens per ſe: ſed cauſat quoddam eſſe ſecundùm ſine quo res ſubſiſtens intelligi poteſt eſſe: ſicut primum poteſt intelligi ſine ſecundo, vel prædicatum ſine ſubiecto. Vnde ex accidente & ſubiecto non fit vnum per ſe, ſed vnum per accidens, & ideo ex eorum coniunctione non reſultat eſſentia quædam, ſicut ex cōiunctione formæ cum materia, propter quod accidens neque rationem completæ eſſentiæ habet, neque pars completæ eſſentiæ eſt: ſed ſicut eſt ens ſecundum quid, ita & eſſentiam ſecundum quid habet.

2. de Anima.
T. c.
Differentia inter formā ſubſtātialem, & accidētalem.

¶ In hoc tractatu tertio, vnico capitulo contento, determinatur de accidentibus, vt nihil ſub latitudine entis intactum remaneat. Diuiditur autem in tres partes, in quarum prima quid ſignificet eſſentia in accidentibus declaratur. in ſecunda verò diuerſitas accidentium a ſubſtantia, & inter ſe: in tertia autem, quomodo ſe habeant ad intentiones logicas. Declarat ergo primum tali cōcluſione, Accidētia habent eſſentiam incompletam. Probatur ſic, quæcunque habent diffinitionem incompletam habent eſſentiam incompletam: accidentia habent diffinitionem incompletam. ergo. Maior patet ex eo, quòd eſſentia eſt id quod per diffinitionem ſignificatur, vt dictum fuit in principio libri. Minoris probatio eſt: quia quæcunque diffiniuntur neceſſariò per aliquod, quod eſt extra eorum eſſentiam, habent diffinitionem incompletam. diffinitio enim talium non completur per intrinſeca. ſed eget intrinſeco additamento: ſed accidentia diffiniuntur neceſſariò per aliquod, quod eſt extra eorum eſſentiam: oportet ſiquidem in eorum diffinitione poni ſubiectum, vt dicitur ſeptimo Meta. tex. Comment. 15. ergo accidentia habent diffinitionē incompletam.

Ca. 1. in ſ.
T. c. 15.

¶ Ad euidenter manifeſtandam Minorem, S. Thom. in litera comparat accidentia formis ſubſtantialibus penes conuenientiam, & differentiam. inde enim clarè patebit, quomodo accidentia habent eſſentiam incompletam.

¶ Conuenire ait accidentia cum formis ſubſtātialibus in tribus. Primò in hoc, quòd neutrum eorum habet eſſe abſolutum à ſubiecto inde pendens à receptiuo, ſed ſicut ex forma ſubſtantiali cōiuncta materiæ fluit eſſe commune vtrique ita ex coniunctione accidentis, cum ſubiecto relinquitur eſſe commune vtrique: ex coniunctione enim albedinis cum niue fit eſſe, quo & albedo eſt, & nix eſt alba.

Cōuenientia formæ ſubſtātialis & accidentalis.

¶ Secundò conueniunt in hoc, quòd neutrum eorum habet eſſentiam completam: quia eſſentia vtriuſque eſſentialiter ad aliud refertur, vt receptiuum: forma ſiquidem ſubſtantialis eſſentialiter eſt entitas perfectiua materiæ: & accidens eſſentialiter eſt entitas ſubiecti qualificatiua.

¶ Tertium autem, in quo conueniunt eſt, quòd neutrum eorum habet diffinitionem completam proprijs terminis, ſed per additamentum, ſicut enim in diffinitione accidentis oportet poni ſuum ſubiectum, quod eſt extra eius genus: ita in diffinitione formæ ſubſtantialis oportet ponere receptiuum, materiam ſcilicet, quæ eſt extra eius genus proprium. nam genus formæ eſt actus (vt patet ſecundo de Anima) materiam autem, cùm ens diuidatur in actum & potentiam, ſub potentia contineri clarum eſt: & conſequenter eſſe extra actum, qđ eſt genus formæ, huius ſignum eſt, quod fecit Ari. diffiniendo animam, dum poſuit in eius diffinitione, corpus phyſicum organicum, quod propria materia eſt animæ in eo, quòd eſt corpus phyſici perfectio. Addidit autem hoc, ne mireris, quare in diffinitione animæ non ponitur materia, cùm ſit forma ſubſtantialis ſed corpus phyſicū. hoc enim ideo eſt: quia phyſicus non conſiderat animam vt formam ſubſtantialem, ſed vt animam, quæ vt ſic, corpus phyſicum præexigit tanquam propriam materiam. Hinc habes, quòd conſiderare animam intellectiuam vt ſic, ſecundum ſuam completam quidditatem non eſt opus phyſici: vt etiam tradit Ariſt. in lib. 1. de partibus animalium. c. 1.

T. c. 5. vt ibidem patet.
Secūdo de anima.
T. c. 6.

¶ Differunt autem in quinque. Primò, quia receptiuum formæ ſubſtantialis non habet eſſe per ſe ſine eſſe formæ. eſt enim in hoc conforme ſuæ formæ, ſicut enim forma ſubſtantialis non habet eſſe præter ſuum receptiuum: ita nec ſuum receptiuū habet eſſe præter ſuam formam. receptiuum verò accidentis habet eſſe per ſe præter eſſe ſui accidētis. Huius differentiæ ratio eſt, quia receptiuū formæ ſubſtantialis eſt ens in pura potentia. receptiuum verò formæ accidentalis habet eſſe in actu.

Differentia inter formā ſubſtātialem & accidētalē.

¶ Secundò verò differunt, quia ex coniunctione formæ ſubſtantialis ad ſuum receptiuum emanat eſſe illud, quo res ipſa ſubſiſtit, ſeu ſimpliciter eſt. Ex coniunctione verò formæ accidentalis ad ſubiectum fluit eſſe, quo res ſecundum quid eſt. Et hæc differentia oritur ex prima: ex quo enim receptiuum formæ ſubſtantialis caret eſſe per ſe illo eſſe, quod ex forma fluit, primò eſt: & per oppoſitū, ex quo ſubiectum accidentis proprio eſſe gaudet, per adeptionem accidentis tale eſſe acquirit, & non eſſe ſimpliciter. hoc enim præhabet: & ſic ſecundum hoc primum eſſe poteſt intelligi eſſe ſine ſecundo. pōt enim ſubſtantia ab accidente ſeparari, vt dicitur ſeptimo Met. tex. com. 4.

¶ Tertiò differunt: quia ex compoſitione formæ ſubſtantialis cum ſuo ſubiecto fit vnum per ſe. Ex compoſitione autem accidentis cum ſubiecto non fit vnum niſi per accidens. Oritur autem hæc differentia ex ſecunda: ex quo enim ex forma ſubſtantiali eſſe ſimpliciter fit quo res per ſe eſt, oportet quòd vnū ſimpliciter fiat quo res ſit per ſe vna, ens enim ſequitur vnum. Ex eo verò, quòd ſubiectū & accidens duo eſſe habent, vnum per ſe facere nō

poſſunt eadem ratione: quia, ſcilicet vnum ſequitur ens: non enim poteſt eſſe quòd vnum per ſe ſequatur ens per accidens.

¶ Quartò differunt: quia ex coniunctione formæ ſubſtantialis cum materia reſultat eſſentia quędam tertia, ſcilicet entitas. Ex coniunctione verò accidentis cùm ſubiecto non fit aliqua eſſentia tertia. Oritur autem hæc differentia ex tertia: cum.n. eſſentia ſit id quod per diffinitionem ſignificatur, vt res diffinita: diffinitum autem oportet eſſe vnũ

T.c.16. per ſe ſecundum Ari. ſeptimo Met.text.com. 16. ex eo quòd ex accidente, & ſubiecto non fit vnum per ſe: habetur quòd nec eſſentia aliqua reſultat: & per oppoſitum: ex eo quòd ex forma ſubſtantiali & materia vnum per ſe fit, eſſentia tertia reſultat.

¶ Quintò differunt: quia forma ſubſtantialis etſi non ſit eſſentia completa: eſt tamen pars completæ eſſentiæ. Accidens verò non eſt eſſentia completa, nec pars eſſentiæ completæ. Sequitur autem hæc differentia quinta ex quarta. ſi enim ex forma, & materia fit eſſentia quædam, tertia forma ſubſtãtialis illius pars erit. Si autem ex accidente, & ſubiecto eſſentia nulla reſultat, accidens nullius completæ eſſentiæ pars poni poteſt: & ſic accidens incompletum & ſecundum quid eſt ens, ac conſequẽter incompletam eſſentiam & diffinitionem habet.

e.5.per6. e.6.per2. Nec te moueat, quòd formam ſubſtantialem non abſolutam à receptiuo, & eſſe non habere ſine materia modò dicatur, & ſuperiùs dictum ſit animam intellectiuam independentem à materia, & ſeparatam ab illa ſecundum rem remanere: hoc enim eſt ſimpliciter verum: ad verificationem autem eius, quod modò diximus, ſufficit animam intellectiuã eſſe eſſentialiter materiæ informatiuam: & tali modo ab illa inabſolubilem ſecundum eſſe quidditatiuum, vt eius diffinitio oſtendit, & quod forma ſubſtantialis vt ſic, non habeat vnde ſecundum eſſe actualis exiſtentiæ à materia abſoluatur & inde pẽdens ſit: licet alium ſe alicui formæ ſubſtantiali hoc inſit, puta ex hoc quòd eſt intellectiua: loquimur enim de forma partis ſubſtantiali vt ſic.

Primum dubium. ¶ Circa hæc ſupradicta multa ſunt dubia. Circa ſecundam.n. conuenientiã dubitatur, an ſit verũ, quod ibi dicitur, ſ. quòd eſſentiæ accidentales eſſentialiter non ſunt abſolutæ à receptiuo.

Secundũ. ¶ Et hãc dubitationem comitatur alia, circa tertiam conuenientiam, an ſ. accidentia neceſſariò per ſubiectum diffiniantur.

Tertium. ¶ Occurrunt quoq; quæſtiones circa differentias aſſignatas, & prima quidem habet dubitationẽ de vtroque membro cum ſua radice, an ſcilicet forma ſubſtantialis puræ potentiæ tantum actus ſit.

Quartũ. ¶ Et, an forma accidentalis in ente, in actu tantùm recipiatur.

Quintũ. ¶ Circa ſecundam differentiam eſt dubium, an accidentia habeant propriam exiſtẽtiam diſtinctã realiter ab exiſtentia ſubſtantiali.

Sextum. ¶ Et iterum eſt ibi dubium: an ſubſtantia ſubiecta accidenti poſſit intelligi eſſe abſque omni accidente.

¶ Iſtas ſex dubitationes ſi diffusè tractare vellemus, propoſiti limites exiremus, alterius enim negotij eſt: ſed ne omnino ieiuni tranſeamus, de pluribus earum dicetur ordine ſupradicto, fundamenta & noſtra & aduerſariorum adducendo.

QVAESTIO XV.

Num inhærentia aptitudinalis ſit de eſſentia accidentis.

Circa primum dubium declarato titulo primò adducetur opinio Scoti, ſecundo S. Thom. tertiò reſpondebitur argumentis in oppoſitum. Eſt igitur ſenſus primi dubij, an de eſſentia accidentis ſit dependentia ad ſubiectum: quod ſub ſpecialib. vocabulis dubitatur ab alijs, cùm quæritur, an inhærentia aptitudinalis ſit de eſſentia accidentis. Opi. Sco.

Scotus in quarto ſenten. diſt. 12. quæſt. 1. decidit hãc quæſtionem, quoad accidentia abſoluta, ſ. quantitatem & qualitatem: atque tales, qui hoc vertunt in dubium, quid nominis ipſius inhærentiæ ignorare, contentuſque eſt vnica ratione ad probandum, quòd impoſſibile ſit inhærentiam quamcunque eſſe de eſſentia accidentis abſoluti, ſic. Nulla relatio eſt de conceptu formali rei abſolutè: omnia inhærentia eſt relatio, ergo nulla inhærentia eſt de conceptu formali rei abſolutè. 4.d. 12.q. Vnica ratio Sco.

¶ Aliter hæc ratio formatur ab eodem, ſic. Id quod eſt eſſentialiter ad ſe, non includit in ſe eſſentialiter reſpectum ſecundum Auguſtinum, ſeptimo de Trinitate, capitulo ſecundo: ſed accidens abſolutum eſt ad ſe: ergo accidens abſolutum non includit eſſentialiter reſpectum: inhærentia autem reſpectus eſt: ergo. Confirmatio ab eo.

¶ Ab alijs autem confirmatur eadem ratio ſic, Omne quod relatiuè dicitur eſt aliquid præter relationem: fundamentum enim relationis eſt aliud formaliter à relatione: ſed accidens abſolutum, puta qualitas relatiuè dicitur inhærens: ergo eſt aliquid abſolutum præter inhærentiam.

¶ Præterea, Inhærentia aptitudinalis eſt de eſſentia accidentis, ergo quantitas & qualitas non ſunt genera generaliſſima. Tenet conſequentia ex eo, quòd tunc à quantitate & qualitate, & cæteris accidentibus poſſet abſtrahi cõceptus communis quidditatiuus eiuſdem rationis in omnibus illis inferior conceptu entis: & ſuperior illis nouem generibus ſcilicet, eſſe in: & ſic cùm omnis talis conceptus ſit genus: nouem genera accidentium generaliſſima non erunt. haberent enim ſuperueniens genus. Tertia cõfirmatio.

¶ Thomiſtarum autem ſententia eſt inhærentiam aptitudinalem eſſe de eſſentia accidentis, & eam non eſſe relationem. Opi. Thomiſtarũ.

¶ Sciendum eſt enim aliquid eſſe abſolutum, vel reſpectiuum dupliciter, ſcilicet à ſubiecto, & à termino, Abſolutum enim à ſubiecto ens, eſt id quod non eſt natum recipi in alio, vt ſubſtantia. Reſpectiuum ad aliud, vt ſubiectum eſt id, quod eſſentialiter natum eſt recipi in alio, vt omne accidens. Abſolutum à termino eſt id, quod formaliter non reſpicit aliud præcisè, vt terminum ad quem, vt ſubſtantia, quantitas & qualitas. Reſpectiuum ad aliud, vt terminum eſt id, quod formaliter reſpicit aliud pręcisè, vt terminum ad quem, ſicut prædicamentum relationis. In hoc enim differt relatio pertinens ad prædicamentum relationis ab alijs reſpectibus cæterorum generum, qui à quibuſdam tranſcendentes vocantur, quod reſpectus pertinẽs ad genus ad aliquid, eſſentialiter eſt ad aliud, non vt receptiuũ, vel cauſam efficientem aut finalem aut formalem, ſed præcisè eſt ad aliud tanquam terminum, vnum enim relatiuorum nec eſt forma, nec finis, nec efficiens alterius, ſed terminus. Propter quod dicit Magnus Albertus quòd vnum relatiuorum nõ eſt diffiniendum per reliquum, eo quòd ly per, denotat cauſalitatem. Reſpectus autem aliorum generum, qui propter vocabulorum penuriam reſpectus dicitur, reſpicit eſſentialiter aliud: ſed vt ſubiectum, vel materiam, vel formam, & huiuſmodi ſic enim materia eſſentialiter reſpicit formam, & econtra, vt de commenſuratione animæ intellectiuæ ſuprà dictum eſt. cum ergo inhærentia aptitudinalis im- e.6.q.13.

portet

portet reſpectum ad aliud, vt receptiuum, ipſamnõ de genere relationis ſed identificatam cuilibet generi, modo abſolutum ens modo relatiuum ſignificare dicimus. Vnde non prohibetur inhærentia aptitudinalis eſſe de eſſentia abſoluti accidentis ex eo, quòd eſt reſpectus: imò ex hoc, quòd accidens abſolutum non a ſubiecto eſt, licet à termino: ſequitur quòd de eſſentia eius ſit eſſentialis dependẽtia ad ſubiectum, quam inhærentia aptitudinalis explicat.

¶ Confuna autem noſtra poſitio rationi oſtendit ex eo quòd ſicut eſt ad conſtituit accidẽs relationẽ: ita eſſe in conſtituit accidens vniuerſale. Contrahitur enim ens per eſſe in, ad nouem genera accidentiũ, & ideo ſicut ad. eſt de eſſentia relationis: Ita in, eſt de eſſentia accidentis. Vnde Simplicius in Commento prædicamentorum dicit eſſe in, nullum conſtituit genus, ſed omne accidens circuit.

¶ Et confirmatur ex eo, quòd niſi aptitudinalis inhærentia eſſet de eſſentia accidentis, poſſet completa diffinitione ipſum accidens concipi abſque aptitudinali inhærentia in eius diffinitione poſita, quod eſt impoſſibile. oportet enim ipſum in ſua diffinitione habere eſſentialem dependentia ad ſubiectum, quam inhærentia aptitudinalis explicat: aliter ſubiectu non eſſet opus ad diffiniendum. Propterea in pluribus locis ait S. Th. quòd diffinitio accidentis eſt hoc. ſeu aliud huiuſmodi, res, cui debetur eſſe in alio. Hæc de ſecundo.

Ad primũ ſcu.

¶ Ad primum autem in oppoſitum dicitur, quòd Minor primi eſt falſa, & deceptus videtur Scotus, quia non vidit differentiam inter reſpectum In, & Ad. reſpectus enim In, non eſt relatio, nam licet talis reſpectus terminetur ad ſubiectum, & conſequẽter ſubiectum ſit terminus: tamen non terminat, vt terminus, ſed vt receptiuum illius, & hoc oportet hic valde attendere, aliud eſt enim dicere A, eſt terminus talis reſpectus: & A terminat talem reſpectum, vt terminus vt ex dictis patet.

Ad cõfir mationẽ.

¶ Et per hoc patet reſponſio tam ad ſecundam, quàm ad tertiam formam eiuſdem rationis: ſemper enim ſupponit aptitudinalem inhærentiam eſſe relationem.

¶ Ad vltimum negatur conſequentia: dicitur nanque, quòd eſſe in eſt diuerſarum rationum in prædicamentis, ſicut & ens: eſt ſiquidem in, analogum ad nouem genera accidentium, ſicut & ens ad omnia genera.

¶ Ex his patet ſolutio ſecundi dubij, in quo Scotus nobiſcum concordat in quarto diſt. 11. ita quòd vnanimiter fatemur accidens non poſſe completè diffiniri abſque additione ſubiecti, vt nũc nunc eſt probatum: quod plenius inferius patebit, cùm declaratum fuerit, vnde ſumantur genus & differentia in eis. Teſtatur & hoc Ariſtot. in 7. Metaphy. tex. Com. 15. & 17.

T.c. 5. & 3. & tex. Com. 4.

¶ Tertia dubitatio, quoniam nimis eſt ampla, alibi diſcutienda relinquatur, oportet ſiquidem ad plenam illius reſolutionem multos quinternos implere.

QVAESTIO XVI.

Num dimenſiones interminatæ præcedant formam ſubſtantialem in materia, opinio Auer. de Subſtantia orbis. cap. 1. col. 2. primo Phyſic. c. 63. & 4. Phyſico. cap. 25. prima ratio.

QVartam verò, quia de accidentis natura eſt, cuius tractatum agimus, non omnino prætermittendam duco. In qua tria agenda ſunt. primò, recitabitur opin. Auer. ſecundò ponetur opin. Sancti Thom. tertiò reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

¶ Sciendum eſt quo ad primum, Auerroim in libro de ſubſtantia orbis fundaſſe opinionem nobis contrariam ponendo in materia prima, quæ eſt pura potentia accipi dimenſiones interminatas. Ex hoc enim ſequitur non omne accidens eſſe ſubiectiuè in ente in actu.

¶ Mouetur autem ad hoc opinandum rationib. pleriſque ducentibus ad impoſſibile. Prima eſt, Dimenſio interminata non eſt in materia coæterna ſibi. ergo corpus fit ex non corpore & dimenſio ex non dimenſione. & tunc vltima ſequitur. ergo formæ corporales, id eſt dimenſiones ſunt ſibi inuicẽ contrariæ, & ſuccedentes ſibi inuicem in ſubiecto, ſicut ſibi inuicem ſuccedunt formæ ſubſtantiales in eadem materia, conſequens eſt impoſſibile, ergo à deſtructione conſequentis, &c. impoſſibilitas cõſequentis patet ex eo, quòd neque motus neq; mutatio aliqua eſt ad quantitatem interminatã. Augmentatio enim eſt ad quantitatem terminatã. Patet quoque ex eo, quòd quantitati nihil eſt contrarium, vt dicitur in prædicamentis. Conſequentia autem probatur ex eo, quòd omne quod fit, ex ſuo contrario ſeu priuatiuè, vt dicitur primo Phy. tex. Cõ. 64. & 5. eiuſdem tex. Com. 7.

In prædicamento quãtitatis & T. c. 64. & 47.

T. c. 7.

¶ Secunda ratio eſt iſta, Quantitas interminata non eſt in materia. ergo materia non poteſt ſimul formas diſtinctas ſpecie aut numero recipere, conſequens eſt falſum ad ſenſum. ergo. Conſequentia probatur ex eo, quòd diuerſæ formæ non poſſunt ſimul recipi niſi in diuerſis partibus materiæ, materia verò diuerſis partibus caret ante quantitatis receptionem. ſubſtantia ſiquidem excluſa quantitate indiuiſibilis eſt, vt dicitur primo Phyſic. text. Comment. 15.

Secunda ratio.

T. c. 15.

Tertia ratio.

¶ Tertia ratio eſt iſta. Quantitas non eſt in materia ſubiectiuè, ergo forma non diuiditur per diuiſionem materiæ. Tenet conſequentia: quia forma recipitur in materia indiuiſibili, cum quantitate ponatur carere. Tunc vltra, ergo forma recepta in materia nullam diuiſionem habet. Tenet conſequentia: quia omnis diuiſio formæ materialis præexigit diuerſitatem partium materiæ. Tunc vltrà, ergo forma recepta in materia eſt æterna, & caret contrario. Tenet conſequentia: quia temporalitas formæ corruptibilitatem eius ſequitur: corruptibilis autem non eſt forma aliqua, niſi receptiuũ eius habeat diuerſas partes, quarum alteram ipſa, alteram formam alia informet: cum oporteat communicari in materia ea, quæ inuicem corrumpuntur, vt primo de generatione tex. Commen. 14. dicitur. & tunc vltimò ſequitur, quòd nullam niſi primam formam materia recipiat: oportet enim corruptionem vnius eſſe generationem alterius, vt dicitur in primo de generatione tex. Com. 7. & conſequenter caret contrario. Hæc de primo.

T. ca. 51. T. ca. 50. 3. Phyſ. T. c. 73.

¶ Hanc opinionem, & ſi in quibuſdam ſuis libris ſequatur S. Tho. propria tamen ſententia oppoſitum vltimò determinauit in prima parte, q. 76. ar 6. vbi tali ratione vtitur contra Auer. poſitionẽ. Quandocunque aliquid eſt in potentia ad actum omnem ordinem quodam prius recipit actum primum ſimpliciter, & demum ſequentes, ſed materia prima ſecundum ſe eſt in potentia ad omnes actus ſubſtantiales, & accidentales ordine quodam: ergo prius recipit actum priorem ſimpliciter, deinde poſteriorem, ſed primus actus ſimpliciter etiam ordine generationis eſt eſſe. ergo primum, quod intelligitur

Op. S. d. 4. di. 13. q. 1. art. 2 q. 4. item 4. d. 44. q. 1. ar. 1. queſtiuncula, tertium, quartũ cõtra Gen. c. , ſecundũ in rra. de natura mate 19. rõ contra Auer.

telligitur recipi in materia eſt eſſe ſubſtantiale. & non niſi à forma ſubſtantiali: ergo prius recipitur in materia forma ſubſtantialis, quàm quodcunque accidens. & ſic omne accidens ſequens aduenict enti in actu. Quòd primus actus ſimpliciter ſit eſſe patet tum authoritate libri de cauſis in principio. Tum quia eſſe quantum præſupponit eſſe: & ſimiliter eſſe quale præſupponit eſſe: & ſic de alijs. Sequũtur præterea ad hanc poſitionem multa inconuenientia: quòd ſcilicet ens ſecundum quid præcedat eſſe ſimpliciter: & quòd ens per accidens ſit prius ente per ſe. & quòd materia maiorem connexionẽ habeat cum forma alterius generis, quàm cum forma proprij generis, ex quo à qualibet forma accidentali: & quòd ſubſtantiæ generabilis ſint non ſolùm tria, ſed quatuor principia, ſcilicet materia, forma, priuatio & quantitas terminata, non enim poteſt fingi quin ſit principium ſaltem per accidẽs, cum ſit coniuncta principio per ſe, ſicut de priuatione dicitur. & ſic debuit connumerari ab Ariſtot.

Primo phyſicor. 65. & 66.

Tenenda eſt igitur opi. S. Thom. quòd omne accidẽs eſt ſubiectiuè in ente. & actu, & per hoc differt à forma ſubſtantiali, quæ eſt ſubiectiuè in ente in pura potentia. Et hæc de ſecundo.

Ad primũ.

¶ Ad primam Rationem Auer. dicitur quòd cõſequens primum illarum habet multiplicem ſenſum & quandoque verum, & quandoque falſum: & ideo diſtinguendum eſt. ſi nanque ly ex, dicat habitudinem cauſæ materialis, verum eſt: corpus enim ſit ex materia, quæ non eſt corpus & indiuiſibilis in actu, licet ſit corpus & diuiſibilis in potentia. ſi autem ly ex, dicat habitudinem termini à quo, falſum eſt: neceſſe eſt enim materiam, ex qua ſit corpus immediatè ante illud inſtans habuiſſe corporeitatem: & vniuerſaliter in omni inſtanti temporis neceſſe eſt ipſam eſſe ſub dimentionibus. & hoc modo intelligendum eſt. quod Ariſt. tertio Cęli, tex. com. 29. & 64. dicit, quòd impoſſibile eſt corpus fieri ex non corpore, id eſt poſt non corpus. Amplius eſt diſtinguendum ly fit: corpus enim ſeu dimenſionem, fieri intelligi poteſt dupliciter. Vno modo terminatiuè, id eſt vt fiat tanquam terminus alicuius motus, vel mutationis, & hoc modo eſt impoſſibile fieri dimenſionem. Alio modo concomitatiuè, id eſt, vt ſit tanquam aliquod conſequens ipſum terminum motus ſeu mutationis: & hoc modo verum eſt, corpus fieri: neque enim generatio, neque alteratio, neque motus localis ad quantitatem terminatur, vt quantitas eſt, licet augmentatio terminetur ad quantitatem perfectam: ſed quando generatio terminatur per ſe primò ad compoſitum ſubſtantiale, generantur conſecutiuè eius accidentia inſeparabilia: de quorum numero eſt quantitas, quæ ſubſtantialem corporeitatem ſequitur. Peccatum ergo accidit in prima ratione Auerroís: quia conceſſa prima conſequentia, pro quanto infert conſequens in ſenſu vno, non tenet ſecunda cõſequentia, quæ ſupponit dimenſiones fieri non concomitatiue, & per accidens, ſed determinatiuè de illis enim, quæ fiũt vt termini mutationum, verificatur, quòd corrumpuntur à contrario, & quòd ſuccedunt ſibi inuicẽ ſe mutuò expellentia: & non de illis quæ fiunt conſecutiuè., de quorum numero eſt quantitas interminata.

T. ca. 29. 64.

Secunda reſponſio

Ad ſecundum.

¶ Ad ſecundam rationem negatur cõſequentia. Et ad probationem dicitur, quòd diuerſas formas præexigere diuerſas partes in materia poteſt intelligi dupliciter. Vno modo vt ly præ, dicat ordinem temporis: & ſic verum eſt, quaſcunque duas formas ſimul recipiendas in materia præexigere eam eſſe diſtinctam in plures partes immediatè ante illud inſtans, in quò illæ formę inducuntur, eadem enim pars materiæ non poteſt ſim. ad duas formas alteratione ſufficiente diſponi, ſed talis diſtinctio partium materiæ præexacta non oportet quòd fiat per interminatas dimentiones ipſi materiæ inhærẽtes, ſed ſit per dimenſiones præcedentium compoſitorum. Alio modo poteſt intelligi vt ly prædicat ordinem neceſſarium: ita quòd in inſtanti introductionis formarum neceſſe ſit materiam habere prius natura diuerſitatem partium, & poſt formas diſtinctas: & hoc eſt falſum: oportet enim prius natura materiam eſſe, quam diſtinctam eſſe: In illo ergo & pro illo inſtanti exigunt duæ formæ diſtinctas partes materiæ, ſed non præxigunt.

Ad tertiũ

¶ Ad tertium dicitur, quòd formam diuidi per diuiſionẽ ſubiecti poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, vt ideo forma diuiſionem habeat ex ſubiecto, quia in materia prædiuiſa recipitur, & hoc modo quomodo ſit verum, & quomodo ſit falſum, nũc nunc declaratum eſt. Alio modo, vt ideo forma diuidatur ad diuiſionem ſubiecti: quia forma habet talem diuiſionem ratione ſubiecti, & hoc modo verum eſt: eo quòd diuiſio quantitatiua conuenit formæ ſubſtantiali ex hoc quòd eſt in materia, ratione cuius compoſitum eſt quantum: ſicut enim qualitas ſequitur compoſitum ratione formæ: non ita tamen quòd ipſa qualitas præſit in ipſa forma ſubiectiuè: ita quantitas ineſt compoſito ratione materiæ non ita quòd præſit in materia: quia ergo diuiſio quantitatiua formæ non conuenit niſi ratione materiæ, in qua recipitur, vt formæ à materia ſeparatæ oſtendunt: ideo formas diuidi ad diuiſionẽ ſubiecti concedimus, non tamen diuiſionem iſtam præcedere formam ſed comitari. Vnde patet reſpõſio ad totum proceſſum rationis: quoniam ruit, fundamento falſo innitens, fundatur enim ſuper hoc, quòd in expoſitione noſtra ſequitur, formas non diuidi ad diuiſionem ſubiecti: quod patet nõ ſequi.

Quintę dubit ſolutio.

¶ Quinta dubitatio prætermiſſis argumentis ſecundum S. Tho. doctrinam habet partem affirmatiuam veram. Cum enim ab omni forma fluat aliquod eſſe, quia forma eſt quæ dat eſſe rei, neceſſe eſt à forma accidentali fluere accidentale eſſe: ſicut ab albedine eſſe album, & à dulcedine eſſe dulce.

Accidens habere ꝓpriam exiſtentiã diſtinctã ab exiſtentia ſubiecti.

¶ Quòd autem eſſe quod fluit à forma accidentali non eſt idem, quod eſſe ſubſtantiale, ex proprijs rationibus ſubſtãtiæ, & accidentis notiſſimum eſt. eſſe nanque ſubſtantiale eſt eſſe ſimpliciter ſecundum ſe independens, & primum: eſſe autem accidentale eſt eſſe ſecundum quid in alio dependens à ſubiecto, & poſterius. Nec eſſe ſolum actualis exiſtentiæ accidentis diſtinguitur realiter ab eſſe ſub ſubiecti actualis, ſed etiam ab ipſa eſſentia formæ accidentalis à qua eſt. Iam enim ſuprà probatum eſt, quòd nulla quidditas creata eſt ſuum eſſe exiſtentiæ. Vnde exiſtentia albedinis nec eſt ipſa albedo, nec exiſtentia ſubiecti, nec receptio albedinis in ſubiecto: ſicut nec exiſtentia formæ ſubſtantialis eſt ipſa forma, aut materia, aut receptio formæ in materia, ſed quemadmodum forma ſubſtantialis recepta in materia perficit ipſam vt vtraque exiſtentiã recipiat: ita albedo recepta in ſubiecto perficit ipſam vt eſſe albũ recipiat, ita quòd ſicut forma eſt ratio materiæ, & compoſito ſubſtantiali, ꝙ eſſe habeat: ita albedo eſt ratio ſubiecto compoſito ex albedine & ſubiecto ꝙ habeat tale eſſe, albũ ſ. & ſicut tot eſſe ſubſtantialia in aliquo oportet eſſe quot ſunt formæ ſubſtantiales: ita ſecundum numerum formarum accidentium multiplicatũr eſſe accidentale. Aliud eſt ſiquidem eſſe album, & aliud eſt eſſe dulce.

c. 5. q. 2.

¶ Errant

q. 1. in principio 6.

¶ Errant propterea qui Sancto Thomæ impoſuerunt opinionem recitatam à Sco. in quarto ſen. diſt. 12.

Solutio ſextæ dubii.

¶ Circa ſextam dubitationem, an ſ. ſubſtãtia accidenti ſubiecta poſſit intelligi eſſe ſine omni accidente, declaranda eſt primò ſententia ſancti doctoris. Error deinde quidam elidendus.

¶ Ad percipiendum primum, diſtinguendum eſt quòd de ſubſtantia & accidente dupliciter loqui poſſumus. Primò modò vt ſic, id eſt de ſubſtantia ſub ratione ſubſtantiæ, & de accidente in eo, quod accidens. Alio modo contingit loqui de ſubſtantia & accidente ſub ratione talis ſubſtantiæ & talis accidẽtis. primo mõ ſubſtãtia ẽ ſeparabilis ab oĩ accidente, eo quòd eſſe ſubſtantiale, vt ſic, nullam connexionem neceſſariam habet cum eſſe accidentali: alioquin omnis ſubſtantia eſſet accidenti ſubiecta. Secundo modo ſubſtantia non poteſt ſeparari ab omni accidente: quia non à propria paſſione, propter connexionem neceſſariam, quæ eſt inter ſubiectum & propriam paſſionem non propter hanc, quòd ſubiectum dependet à paſſione. Propterea Sanctus Thomas in quæſtionibus diſputatis de ſpiritualibus creaturis, quæſt. vltima ad ſeptimum, & in quæſtionibus de Anima, q. 12. ad ſeptimum ait, quòd ſubiectum eſſe ſine propria paſſione non eſt poſſibile, nec intelligibile. In litera autem loquens de eſſe ſubſtantiali & accidentali, vt ſic, ait ſubiectũ poſſe eſſe ſine accidentali forma ſibi adueniente. Oſtendit autem natura demonſtrationis ſubiectũ eſſe non poſſe ſine paſſione, oportet nanque concluſionem, quæ inhærentiam paſſionis in ſubiecto concludit neceſſariam eſſe, & impoſſibile aliter ſe habere.

q. de ſpiritualib. creatu. q. 2. q. de an. q. 12. ſeptimum.

Antonius Trombeta in Quodlib.

¶ Error autem intolerabilis hic cauendus eſt. poſitus ab Antonio Trombeta in Quolibet ſuo dicente, quòd quia ſecundum S. Thom. & eius ſequaces ſubiectum non eſt niſi cauſa materialis reſpectu paſſionis, & paſſio eſt accidens, ex quo neceſſariò ſequitur ſubiectum poſſe eſſe ſine propria paſſione. Fundamentum autem huius conſequẽtiæ eſt, quia omnis potentia paſſiua, eſt potentia contradictionis: ſed ſubiectum eſt ſolum in paſſiua potentia reſpectu paſſionis ergo eſt in potentia contradictionis ergo poteſt habere ipſam & non ipſam. Maior habetur ex nono Metaphyſi. tex. Com. 17. & probatur etiam ratione ſic. paſſiones entis diſtinctæ ſunt tales, quòd vna includit negationem alterius: ergo potentia includit negationem actus, & per conſequens potentiæ, vt potentia eſt non repugnat eſſe ſine actu, ergo omnis potentia eſt potentia contradictionis.

Metaph. T. co. 17

¶ Præterea ad idem, Poſſibile eſt medium inter neceſſarium, & impoſſibile: ergo cum neceſſarium reſpiciat eſſe ſolum, & impoſſibile non eſſe ſolum: poſſibile reſpicit eſſe & non eſſe: & ſic omnis potẽtia cùm ab ea dicatur poſſibile eſt potentia contradictionis.

¶ Præterea ad idem, Ideo potentia paſſiua eſt ad eſſe: quia poteſt ab alio recipere eſſe, ſcilicet ab agente. ſi autem ab alio recipit eſſe, illo circunſcripto quantum eſt in ſe eſt ſub non eſſe. Si ergo potentia paſſiua ex ſe eſt ſub non eſſe, & ab agente poteſt habere eſſe, neceſſariò ſequitur, quòd eſt potentia contradictionis, ſcilicet ad eſſe & non eſſe.

1. q. 77. ar. 7.

¶ Accidit autem error hic, & in principijs, & in concluſione. In principijs: quia S. Thom. in prima parte, quæſt. 77. ar. 7. tenet ex intentione, & probat ſubiectum eſſe cauſam ſuæ propriæ paſſionis in triplici genere cauſæ, ſcilicet materialis, effectiuæ & finalis: vnde patet error minoris. Maior autem licet ſit Ariſt. eſt tamen malè intellecta, & probata: potentia enim materialis eſt duplex, quædam eſt receptiua tantùm, quædam verò non ſolùm receptiua, ſed etiam paſſiua extenſo nomine paſſionis ad omne genus tranſmutationis. Potentia receptiua tantùm eſt neceſſariò coæua ſuo actui, eo quòd ſi eſſet ante ſuum actum, oporteret quòd per aliquam trãſmutationem illum reciperet: & ſic non eſſet receptiua tantùm reſpectu illius. Potentia autem paſſiua neceſſariò nulli actui coæua eſt, reſpectu cuius eſt paſſiua: eo quòd omnem actum per tranſmutationem acquirit, & conſequenter per tranſmutationem perdit, omne enim generabile eſt corruptibile, vt dicitur primo Cœli. Propoſitio ergo illa, Omnis potentia eſt potentia contradictionis, eſt intelligenda de potentia paſſiua, & non receptiua tantũ. Hanc gloſſam & ſenſus ipſe & text. Ariſto. conuincunt. Ad ſenſum enim patet, in cœlo eſſe potentiã receptiuam ſuæ figuræ. & tamen in eo talis potentia non eſt potentia contradictionis: cœlum enim non eſt in potẽtia ad aliam figuram. Ariſt. verò tex. allegato nono Metaphy. ait cœlum non eſſe in potẽtia ad motum, ſed ad terminos eius tantùm: & tamen conſtat cœlum habere potentiam receptiuam ſui motus. vnde ex hoc inſinuauit, quòd de potentia paſſiua loquebatur: ea enim cœlum eſt in potentia ad terminos motus. Vnde cum ſubiectum non habeat potentiam paſſiuam, ſed receptiuam tantũ reſpectu propriæ paſſionis, nulla enim mutatio mediat inter ſubiectum, & paſſionem, oportet ſubiectum non eſſe in potentia contradictionis reſpectu paſſionis: & ſic concluſio deducta fuit falſa.

vbi ſup. 9 Metaph. T. c. 17.

T. c. 10. 16. 17. & 26.

T. c. 17.

¶ Ad rationes autem, quibus arguens nititur illam propoſitionem de omni potentia receptiua probare, reſpondetur. Et ad primam dicitur, quòd paſſiones entis diſtinctas eſſe tales, quòd vna includit negationem alterius, verum eſt, quia vna nõ eſt alia formaliter, potentia enim non eſt actus formaliter, ſed ex hoc non ſequitur, ergo quælibet poteſt eſſe ſine alia. Nam non valet, hoc non eſt illud, ergo hoc poteſt eſſe ſine illo.

Ad ratione. Ad primum.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd poſſibile vt diſtinguitur contra neceſſarium & impoſſibile, ſumitur à potentia paſſiua, & non à potentia receptiua tantùm: & ideo ex hoc non ſequitur, niſi potentiam paſſiuam eſſe potentiam contradictionis: cùm tamen arguens debeat probare, quòd omnis potentia receptiua ſit potentia contradictionis.

ad ſecundam.

¶ Ad tertiam dicitur, quòd propoſitio prima ibi adducta, ſcilicet quòd ideo potentia eſt ad eſſe: quia poteſt recipere eſſe ab alio, ſcilicet ab agente, in vno ſenſu eſt vera, & in altero falſa ſi enim ly poteſt dicat poſſe diſtinctum contra impoſſibile. Ariſt. dicit eam eſſe falſam, eſt enim ſenſus, quòd ideo potentia eſt ad eſſe: quia non eſt impoſſibile ipſam recipere eſſe ab agente, & ſic cœlum eſſet in potentia ad motum, cùm recipiat ipſum ab alio. Si autẽ ly poteſt, dicat potentiam. vt diſtinguitur contra eſſe in actu, tunc propoſitio eſt vera, ideo enim aliquid eſt in potentia ad eſſe, quia poteſt recipere eſſe quod adhuc non habet, ſicut ideo aliquid eſt potentia ad non eſſe, quia poteſt habere non eſſe quo caret, ſed cum omnis actus poſſibilis haberi ab aliqua potentia non niſi per tranſmutationem acquiratur, ad noſtram poſitionem reditur, quòd ſ potẽtia paſſiua ſola ſit ad eſſe.

ad tertiã.

¶ Alias rationes, quibus ſeparabilitas ſubſtantiæ ab omni accidente à Scotiſtis probatur, ex ſupradictis facilè eſt ſoluere. Aſſumunt ſiquidem propoſitiones, quarum falſitas eſt ſuperius declarata.

[Sed

Subſtātia eſt cauſa accidentium

[Sed, quia illud, quod dicitur maximè & veriſſimè in quolibet genere, eſt in cauſa eorum, quę ſunt poſt in illo genere ſicut ignis, qui in fine caliditatis eſt cauſa caloris in rebus calidis, vt in ſecundo Metaphy. dicitur: ideo ſubſtantia, quæ eſt principium in genere entis, maximè & veriſſimè eſſentiam habens, oportet quòd ſit cauſa accidentium, quæ ſecundariò, & quaſi ſecundum quid rationem entis participant.]

T. cap. 4.

¶ In hac ſecunda parte capituli diuerſitatem accidentium inter ſe declaraturus præmittit cauſam accidentium, quæ ſit, vt cauſas diuerſitatis eorum inſinuet tali concluſione, Subſtantia eſt cauſa accidentium, quam probat ſic. Maximè & veriſſimè ens eſt cauſa reliquorum entium, ſubſtantia eſt maximè & veriſſimè ens. ergo ſubſtantia eſt cauſa aliorum entium: ſed talia ſunt accidentia. Minor verò ex ſeptimo Metaphyſi in principio patet. Maior verò ex ſecundo Metaphyſi. text. Com. 4. habetur, vbi dicitur, quòd vniuerſaliter id quod eſt maximè tale in aliquo ordine, quod eſt cauſa omnium aliorum in illo ordine, vt ſic: ſicut ignis qui in ordine calidorum eſt maximè calidus: omnium calidorū eſt cauſa vt ſint calida. Vtitur autem nomine generis in litera ſicut Ari. vtitur ibi vniuocatione, eo ꝙ ad veritatem huius propoſitionis exigitur, quòd cauſa communicet cum effectu in nomine & ratione licet analogicè eadem. non enim ſequitur, cœlū eſt cauſa omnium calidorum, ergo cœlum eſt maximè calidum, quod tamen ſequeretur ſi cœlo calidi nomen non æquiuocè conueniret. Quia igitur ſubſtantia, & accidens in nomine & ratione entis analoga tamen conueniunt, & ſubſtantia maximè eſt ens, ideo cauſa eſt omnium aliorum, vt entia ſint.

T. ca. 2.
T. c. 4.

Accidentium alia ſequūtur formā ſubſtātiæ: alia verò materiam.

[Quod tamē diuerſimodè contingit: quia enim partes ſubſtantiæ ſunt materia & forma, ideo quædam accidentia principaliter conſequuntur formā & quædam materiam.]

¶ Quia accidentia cauſantur à ſubſtantia in qua ſunt & effectuum diuerſitas ex cauſis prouenit, aſſignat diuerſitatem inter accidentia à priori ex diuerſitate partium ſubſtantiæ à quibus fluunt accidentia: & ponit tres diſtinctiones.

Accidētia alia ſequuntur formam, alia materiam.

¶ Quarum prima cum ſuis diuiſionibus talis eſt. Accidentium alia ſequuntur principaliter formam: alia ſequuntur principaliter materiam. Accidentium ſequentium formam quædam communicant materiæ, quædam verò ſunt ſeparata à materia. Accidētium autem ſequentium materiam, quędam ſequuntur eam in ordine ad formam generalem, & quædam in ordine ad formam ſpecialem.

¶ Eſt autem ratio primæ diuiſionis, quia cum vnumquodque operetur per quod eſt actu, & ſemper ſpecies aliqua mouere, & agere exiſtimetur, vt dicitur tertio Phyſi tex. Commen. decimoſeptimo. oportet formam ſequi operationes, & operatiuas virtutes: ſimiliter cum patiatur & tranſmutetur vnumquodque ratione materiæ, oportet plura accidentia eam ſequi vt ea quæ propter materiæ diuerſam complexionem inſunt, & ipſam motui ſubijciunt, &c. Appoſui autem in prima diuiſione ly principaliter, vt diſtinguitur contra totaliter: nullum enim accidens eſt ſolius formæ aut ſolius materiæ: ſed omnia ſunt compoſiti: (etenim ad ipſam quoque intellectionem non ſolùm anima concurrit. ſed totum compoſitum ex materia & forma, Sortes enim eſt qui primò intelligit) eſt ergo ſenſus diuiſionis, quòd accidentium quædam ſequuntur formam non, vt cauſam totalem, ſed principalem: quædam ſimiliter ſequuntur materiam, vt cauſam principalem non totalem. Cum enim omnium accidentium cauſa ſit id quod verè, id eſt ſubſtantia completa, omnium cauſa eſt compoſitum ex materia, & forma: ſed aliquorum principalis radix eſt forma. aliquorum verò principalis radix eſt materia. Sicut enim in artificialibus aliquid conuenit compoſito ratione formæ, & aliquid ratione materiæ, quemadmodum ſcindere conuenit ſerræ ratione formæ, durities autem ratione materie: ita & in naturalibus aliquid oritur in compoſito ratione formæ, & aliquid ratione materiæ quemadmodum in Sorte ſentire, & intelligere eſt ratione formæ, maſculinum verò ratione materiæ. Quæ autem ſit regula ad diſcernendum accidentia ſequentia formā ab accidentibus ſequentibus materiam, infrà aſſignabitur.

T. cap. 17

In hoc capitu

Accidentium quæ formā ſequuntur, alia ſequuntur formā à materia dependentem, alia verò formā à materia ſeparatam.

[Forma autem inuenitur aliqua, cuius eſſe non dependet à materia, vt anima intellectualis. Materia verò non habet eſſe niſi per formam, vnde in accidentibus, quæ ſequuntur formā, eſt aliquid, quod non habet communicationem cum materia, vt intelligere, quod nō eſt per organum corporale ſicut probat Phyloſophus in tertio de Anima. Aliqua verò ex conſequentibus formam ſunt, quæ habent cōmunicationem cum materia, vt ſentire, ſed nullum accidens ſequitur materiam ſine communicatione formæ.]

T. c. 6.

¶ Hic ponitur prima ſub diuiſio cum eius cauſa, Cum enim propriæ virtutes, & proprietates, & operationes formarum ipſius formis proportionari debeant: ita ſi eſſentia ipſius formæ ſit dependēs à materia: virtus & operatio eius (cùm non ſint ipſa forma à qua fluunt perfectiores) dependere oportet à materia. Et ſi eſſentia formæ eſt independens à materia virtutum aliquam oportet habere à materia independentem, alioquin ocioſè feciſſet natura formam independentem, feciſſet ſiquidem naturam eleuatam ſupra materiam, vt ſic non poſſet operari, & conſequenter nec finem proprium conſequi. vnumquodque enim eſt propter ſuam operationem. vt dicitur ſecundo cœli, text. Commē. decimoſeptimo. Quia ergo inuenitur duplex genus formarum ſubſtantialium, dependentium ſcilicet à materia, vt ſunt oēs formæ materiales, & independentium ab ea vt eſt anima humana: ideo inuenitur duplex genus accidentium ſequentium formam.

T. ca. 17.

Accidētia quędam ſequuntur formam dependentē, aliqua formā independentem a materia.

¶ Quædam enim fluunt à forma dependente à materia, & hæc ita fluunt ab ea, quòd tamen recipiuntur ſubiectiuè in compoſito: proptereà dicitur ꝙ habent communicationem cum materia: vt ſentire, vegetare, & huiuſmodi.

¶ Quædam verò fluunt à forma independente à materia, vt ſic: & hæc ita fluunt ab ipſa forma, quòd recipiuntur in ſola forma ſubiectiuè: & proptereà dicuntur non habere communicationem cum materia, vt intellectus, & voluntas intelligere. velle, & huiuſmodi.

¶ Nec arbitreris nos immemores contradicere ſuperiùs, nunc dictis: vtrunque enim eſt verum, quòd ſcilicet omne accidens eſt compoſiti, vt ſuprà diximus: & quod aliquod accidens eſt ſolius formæ, vt modò dicemus. Accidens enim eſſe alicuius poteſt intelligi dupliciter. Vno modo vt completi principij elicitiui, & receptiui. Alio modo, vt ſuppoſiti, hoc ſecundo modo omne accidens eſt compoſiti, cuius eſt eſſe & fieri. vnde anima non intelligit vt ſuppoſitum, quod operatur, ſed Sortes per animam. Primo vero modò aliquod accidens eſt ipſius animæ, & aliquod eſt compoſiti: virtus

enim

enim intellectiua non eſt ſubiectiuè in aliqua parte corporis, compoſita ex materia, & forma, ſed eſt ſubiectiuè in ſola eſſentia animæ. vnde in tertio de Anima, text. Commen. quarto dicitur quòd intellectus nullus corporis eſt actus. Virtutes autem ſenſitiuæ non ſunt ſubiectiuæ in ſola anima, ſed in determinatis corporis partibus compoſitis ex materia, & forma ſubſtantiali. Similiter completum elicitiuum principium ſenſationis non eſt ſola potentia animæ, ſed compoſitum ex organo corporali, & virtute animæ. Intellectionis autem principium elicituum completum eſt ipſa ſola virtus intellectiua: & cùm operatio immanens ſit ſubiectiuè in ſuo elicitiuo principio, intelligere erit in ſolo intellectu ſicut in ſubiecto.

T.c. 4.

¶ Propterea Sanctus Thomas alibi dicit, quòd anima intelligit ſicut oculus videt: videt vt completum principium elicitiuum, oculus enim nominat compoſitum ex organo corporeo, & virtute animæ: non ergo contradicunt iſta, omne accidens eſt cõpoſiti vt ſuppoſiti, & aliquod accidens eſt ſolius formæ vt completi principij elicitiui, & receptiui. Et licet totus ſermo ſit de accidentibus ſubſtãtiarum materialium: ex his tamen innuitur natura accidẽtium, quæ ſequuntur formam independentem à materia.

¶ Et nota, quòd antequam ponatur alterius mẽbri ſubdiuiſio, aſsignatur cauſa in litera, quare non ſit talis ſubdiuiſio de accidentibus ſequẽtibus materiam, qualis facta eſt de his quæ ſequuntur formã vt dicatur, Accidentium ſequentium materiam, quædam communicantur formæ, & quædam non: & cauſa eſt iſta: quia non inuenitur duplex materia, alteria dependens a forma, & altera non, ſicut inuenitur duplex forma: nulla enim materia poteſt eſſe ſine forma, vt probatum fuit.

C. 5. q. 8. Accidentium, quæ ſequuntur materiam duplex genus.

¶ In his tamen accidentibus quæ materiam conſequuntur, inuenitur quædam diuerſitas. Quædam enim accidentia conſequuntur materiam ſecundum ordinem, quem habet ad formam ſpecialem, vt maſculinum, & femininum in animalibus, quorum diuerſitas ad materiam reducitur, vt dicitur in decimo Metaph. vnde remota forma animalis dicta accidentia non remanent niſi æquiuocè. Quædam verò conſequuntur materiam ſecundum ordinem, quem habet ad formam generalẽ: & ideo remota forma ſpeciali adhuc in ea remanent, ſicut nigredo cutis eſt in Aethiope ex mixtione elementorum, & non ex ratione animæ: & ideo poſt mortẽ in eo remanet.

Signoꝝ differentiæ aſſignata.

¶ Hic ponitur alterius membri diuiſio talis, Accidentium ſequentium materiam quædam ſequuntur eam in ordine ad formam generalem: quædam in ordine ad formam ſpecialem. Illa accidentia dicuntur ſequi materiam in ordine ad formam generalem, quæ indiuiduo generis altioris conueniunt ratione magis ſuæ materiæ, quàm formæ: ſicut hoc mixtum habet cutis nigredinem non ex ratione formæ mixti, ſed quia materia ſua talis paſſa eſt, puta in tali climate, vbi calor ſolis abundat. Illa verò dicuntur, & conſequi materiam in ordine ad formam ſpecialem, quæ indiuiduo inferioris generis, vel ſpeciei conueniunt magis ratione materiæ, quàm formæ: ſicut hoc animal eſt maſculinum non ratione animæ principaliter, ſed quia materiam ad animam diſpoſitam talis paſſio comitata eſt: puta quia materia plenè dominio actu vigoroſi ſeminis ſubiecta non fuit. Signum autem quòd talia accidentia ſe habent, ſcilicet quòd ſequuntur materiam, ſecundum quod reſpicit formam altioris, vel inferioris generis eſt, quòd aliqua eorum eiuſdem rationis remanent compoſito corrupto: & quædam non remanent niſi æquiuocè: nigredo ſiquidem hominis viui, & mortui eiuſdem rationis eſt: maſculinitas autem non. cauſa autem huius nulla eſt alia, niſi quia maſculinitas ſequitur animal ratione ſuæ propriæ materiæ & proptereà corrupto animali, & non remanente niſi æquiuocè, oportet maſculinitatem, in cuius ratione ponitur animal æquiuocè remanere. Albedo autem quia mixti materiam ſequitur in cadauere remanentis, ſecundum eandem diffinitionem non æquiuocè remanet.

QVAESTIO XVII.

Num eadem accidentia numero ſint in genito & corrupto. Auerro. iſtarum quorundam opinio In de ſubſtantia orbis capitulo primo, & primo Phyſic. ſexageſimoſexto.

CIrca ea, Quæ hic dicuntur accidit dubium, Vtrùm nigredo cutis in Aethiope viuo, & mortuo ſit vna, & eadem numero: & vniuerſaliter vtrùm ſit idem numero accidens in genito & corrupto. In hac dubitatione tria agenda ſunt: primò recitabitur opinio quorundam: ſecundò ponetur opinio S. Tho. tertiò reſpondebitur ad obiecta.

¶ Quò ad primum quidam opinantur accidentia communia genito, & corrupto eſſe eadem numero in vtroque, inter quos aliqui quibuſdam verbis Auerrois innixi tali diſtinctione ſuam promunt imaginationem. Accidentia communia genito, & corrupto habent duplicem modum eſſendi, terminatum, ſcilicet & interminatum. Accidentia interminata vocant eſſentias accidentium abſque limitatione ad talem, vel talem gradum. Accidentium limitatas ad hunc, vel illum gradum. Accidentia interminata ponunt eadem numero eſſe in genito & corrupto: non autem terminata; vnde ſicut quantitas interminata communis expreſsè à Com. & eadem in omnibus ponitur: ita color interminatus communis, & idem eſt in aere, & igne.

¶ Confirmatur aũt opinio iſta authoritatib. & rõnibus. Ariſtoteles. n. primo de Generatione, tex. Commen. 23. dicens In his autem ſi aliqua manent in genito & corrupto, puta in aere & aqua, ſi ambo diaphana aut humida, &c. oſtendit non eſſe inconueniens quòd aliquod idem accidens ſit in genito, & corrupto. Et in ſecundo de Generatione. text. Com. 25 vult expreſsè, quòd in habentibus ſymbolum eſt facilior tranſitus: quia eſt facilius corrumpere vnum, quàm duo. Auerrois quoque in libro de ſubſtantia orbis, non longe à principio dicit, nõ ſolùm dimenſiones interminatas quas ſimplices vocat remanere eadem in genito: ſed vniuerſaliter qualitates omnes communes genito, & corrupto.

T.c. 23. T.c. 25. Cap. 1.

¶ Ratio autem prima ad hoc eſt: quia ſi qualitates diſponentes materiam rei corrumpendæ ad nouam formam corrumpuntur, quæritur, Quid educit formam generandam? non poteſt dici, quòd illud ſit agens extra: quia hoc non poteſt facere niſi per qualitates medias introductas in materia: qualitates autem illæ corrumpi dicuntur ab aduerſario ante inductionem formæ: ergo remanet, quòd nihil ſit, quod educat formam: quod eſt impoſſibile.

¶ Præterea

PRÆTERREA, Qualitates ſymbolæ, quæritur, à quo corrumpuntur, cùm nullum contrarium appareat: & fruſtrà corrumpit res cenſeatur in aliquo inſtanti, in quo eandem oportet generari.

¶ PRÆTERREA, figura cadaueris, organiratio & cicatrix, & ſi qua ſunt huiuſmodi, ſi non remanent eadem, quæritur à quo generantur: & cùm non poſſit dici à quo generantur per modum ſequelæ, oportet quòd nullum ſit generans. Quòd autem non generentur per modum ſequelæ, probatur. Accidentia enim aliqua ideo conſequutiuè generantur, quia dans formam, dat conſequentiam ad formam: modo iſta accidentia repugnant formæ magis quàm ſequantur eam: cuius ſignum eſt, quia ſub forma cadaueris ad corruptionem tendunt. Et hæc de primo.

QVO AD SECVNDVM Sciendum eſt Thomiſtarum eſſe opinionem: nullum accidens eſſe idem numero in genito & corrupto. Sequitur enim hoc neceſſariò ex noſtris principiis. Nam ſi nullum accidens eſt ſubiectiuè in materia: & non datur niſi vna forma ſubſtantialis in compoſito, impoſſibile eſt idem accidens remanere idem numero: migraret ſiquidem accidens de ſubiecto in ſubiectum, & eſſet idem & non idem. Nec rationes pro nunc ad hanc concluſionem afferam, quia oportet adhoc efficaciter probandum probare illud principium, ſcilicet quòd in compoſito eſt tantum vna forma ſubſtantialis. Sed declarabo quomodo hoc ſit poſſibile, & quomodo defendenda eſt ab aduerſariis poſitio noſtra.

Accidens quatuor modis corrumpitur.

¶ SCIENDVM Eſt igitur accidens quadrupliciter corrumpi. Primò per alterationem oppoſitam ſuo contrario: vt frigus à calido. Secundò ad abſentiam conſeruatiui agentis, vt lumen in aere deſinit ſole recedente. Tertiò ad corruptionem ſubiecti, vt riſibilitas corrumpitur homine mortuo. Quartò ad corruptionem termini, vt ſimilitudo deſinit conſimili perempto. Et quia quot modis dicitur vnum oppoſitorum, tot modis dicitur & reliquum, accidens generatur quadrupliciter. Primò ab agente ſibi ſimili per tranſmutationem: ſicut aqua calefit ab igne calido. Secundo ad præſentiam agentis in fieri & eſſe, vt lumen in aere fit à ſole præſente. Tertiò ad generationem ſubiecti, vt riſibile generatur homine genito. Quartò ad generationem termini, vt Sorte ſolo albo exiſtente, ſtatim ad alterius albi generationem conſurgit in Sorte ſimilitudo. Et licet omnibus iſtis modis contingat accidens ſecundum totam latitudinem corrumpi: nullus tamen illorum modorum conuenit accidentibus omnibus niſi tertius. Commune nanque eſt omnibus accidentibus corrumpi eorum ſubiecto corrupto, cùm accidentis eſſe ſit ineſſe: & ideo ſufficiens cauſa corruptionis accidentium redditur, quando ſubiecto corruptio aſſignatur. Vnde cùm ex aere fit ignis, licet non oporteat corrumpi calorem aeris, ſed potius intendi: quia tamen aer qui ſubiectum illius eſt, corrumpitur, neceſſe eſt ipſum quoque calorem corrumpi abſque contrario ad ſolum ſubiecti defectum. Proptereà apparet qualiter peccent peccato fallaciæ conſequentis argumenta ea quæ qualitates ſymbolas, & diſpoſitiones pro forma introducenda facientes: quia carent contrario corrumpente, remanere inferunt.

Quatuor modis generatur accidens.

¶ ET NOTANDVM, quòd quando accidens generatur ad generationem ſubiecti, vel corrumpitur ad corruptionem ſubiecti: tunc cum eadem actio terminetur ad vtrunque, ad ſubiectum per ſe, & accidens conſecutiuè, non oportet quærere aliud generans vel corrumpens niſi generatiuum vel corruptiuum ſubiecti: Idem enim eſt agens quòd vtrunque ſimul & eadem operatione facit: ſicut cum ignis, ex aere ignem generat, alterando aerem, in fine alterationis aerem corrumpit per ſe, & conſecutiuè calorem introductum: & vniuerſaliter omnia accidentia, quæ in aere ſubiectiue erant ea conſecutionis neceſſitate: quia accidens ſine ſubiecto proprio remanere non poteſt, & in eodem inſtanti generat ignem per ſe, & calorem conſecutiue abſque alia media alteratione ſimilem calori ante illud inſtans exiſtenti. Simile autem eſt iudicium de quantitate & figura & aliis diſpoſitionibus, & accidentibus ſimilibus in genito & corrupto: omnia enim iſta concomitatiue producuntur, & ideo non oportet quærere generans niſi quod ſubiectum generat. Et cùm ſupradicta inſpexeris videbis, quòd ſimili à ſuo ſimili concomitatiue & per accidens quandoque corrumpitur: & per oppoſitum à non ſimili concomitatiue, per accidens generari cõtingit ipſum accidens. Ariſt. ergo quoties dicit eadem remanere in genito & corrupto eadem ſpecie, non numero, ait: & hoc per accidens. Variatur enim vnitas numeralis, non propter generationis vim, ſed ſubiecti corruptionem. Facilior quoque tranſitus in habentibus ſymbolum, non ex identitate numerali ſymboli accidentis, ſed ex non repugnantia illius in agendo vel patiendo prouenit. Et ex hoc quòd formæ ſubſtantiales, à quibus fluunt ſimiles qualitates ſunt ſimiliores: ex effectibus enim natura cauſæ innoteſcit. Auerrois autem (ſi ſaluari debet) eodem modo gloſſetur.

Ad primũ

AD RATIONEM AVTEM Oppoſitæ opinionis dicitur. Et ad primam quidem, quòd educens formam in vltimo inſtanti, eſt generans extra, non per aliquam actionem, quam in illo inſtanti eliciat, ſed in termino actionis, nudam materiæ eſſentiam attingens. Vnde, cum dicitur, agens extrà, non poteſt educere formam, niſi per qualitates medias introductas, verum eſt, dum agit: non autem, cum eſt in termino actionis. Sufficit enim & exigitur alteraſſe ad materiæ expoliationem & diſpoſitionem.

Ad ſecundum.

¶ Ad ſecundum dicitur, quod qualitates ſymbolæ, & ſimilia, corrumpuntur per accidens ad corruptionem ſubiecti à corrumpente per ſe ſubiectum: nec fruſtra in eodem inſtanti eſt primum non eſſe earum & primum eſſe ſibi ſimilium: ſed neceſſario neceſſitate materiæ, vt dictum eſt.

Ad tertiũ

¶ Ad tertium dicitur, quod figura, cicatrix & huiuſmodi, producuntur conſequutiue, & per accidens, à generante eorum ſubiectum, ſcilicet cadauer: nec eſt verum, quod ſola illa accidentia generentur conſequutiue, quæ ſequuntur formam: ſed multa accidentia ſequuntur compoſitum ex neceſſitate materiæ, quæ ſunt, licet non incompoſſibilia, aliquatiter tamen oppoſita ipſi formæ, ut patet de ſe. Et ideo dico, quod figura & ſimilia ſequuntur cadauer ex neceſſitate materiæ, quia ſcilicet agens naturale non poteſt tam cito diſpoſitiones per tot tranſmutationes radicatas corrumpere totaliter, & ideo ſimiles diſpoſitiones ſequuntur: & quia non ſunt facientes pro forma geniti, ideo ad corruptionem properatur.

Acciden ia in ſequen ia mare-riam ſunt acciden ia indiuidui inſequen-tia autem formam, ſunt propriè paſſiones.

¶ Et quia vnaquæque res indiuiduatur ex materia & collocatur in genere vel ſpecie per ſuam formam, ideo accidentia quæ conſequuntur materiam ſunt accidentia indiuidui, ſecundum quæ etiam indiuidua eiuſdem ſpeciei differunt adinuicem. Accidentia vero, quæ conſequuntur formam, ſunt propriæ paſſiones vel generis, vel ſpeciei, vnde inueniuntur in omnibus participantibus

naturam generis vel ſpeciei : ſicut riſibile conſequitur in homine formam, quia riſus contingit ex aliqua apprehenſione animæ hominis.]

¶ Hic ponitur ſecunda diuiſio accidentium, quæ talis eſt, Accidentium alia ſunt accidentia indiuidui, alia ſunt accidentis generis, vel ſpeciei.

¶ Duplex autem inter iſta differentia ponitur Prima eſt, quòd accidentia indiuidui conſequuntur compoſitum ratione materiæ principaliter, accidentia verò ſpeciei vel generis ſequuntur compoſitum ratione formæ. Secunda eſt, quòd accidentia indiuidui ſunt ea, penes quæ attenditur differentia inter particularia eiuſdem ſpeciei. Accidentia verò ſpeciei ſiue generis ſunt communia neceſſariò omnibus indiuiduis illius ſpeciei vel generis. Exemplum, maſculinum, & fœminum ſunt accidentia indiuidualia: ſequuntur enim materiam, & penes ipſa differunt Sortes & Berta. Riſibile autem eſt accidens ſpecificum: ſequitur enim intellectiuam apprehenſionem, & omnibus hominibus neceſſariò cõuenit. Aſsignatur quoque radix proximæ differentiæ, cùm dicitur, quòd materia eſt principium indiuiduationis, forma autem eſt, per quam res in genere vel ſpecie collocatur. Ex hoc enim, ꝙ materia eſt cauſa eſſe indiuidualis vt ſic, ſequitur ꝙ ſit etiam radix accidentium conſequentium ipſum eſſe indiuiduale; ac per hoc accidentia indiuidui ſunt quę conſequuntur materiam; ex eo autẽ ꝙ forma eſt principium eſſe generici & ſpecifici oportet ꝙ etiam ſit cauſa proprietatum & accidentium conſequentium ſpeciem vel genus: & ſic accidentia ſpeciei ſiue generis ſequuntur formam. Secundæ verò differentiæ ratio eſt, quia cùm tam in forma ſpecifica quàm generica conueniant omnia contenta ſub eis, oportet etiam proprietates earum omnibus eſſe communes. Cùm autem penes materiam differant indiuidua, accidentia quoque materialia oportet eſſe ea, ſecundum quæ ipſa particularia inter ſe differunt, vt effectus proportionabiliter propriis reſpondeant cauſis.

Accidunt hic duo dubia circa literam. Primum eſt qualiter ſit verum, quod accidẽntia ſequentia materiam ſint ea penes quæ differunt indiuidua in eadem ſpecie: quandoquidem quantitas ſequitur materiam: & tamen eſt communis omnibus indiuiduis corporis & inferiorum.

T.c.15. 7. Meta. T.cõ.17.

¶ Secundum dubiũ eſt, qualiter verificetur quòd accidentia ſequẽtia materiam non ſint paſsiones generis, vel ſpeciei, cùm maſculinum & fœmininum ſequũtur materiam: & tamen paſsiones ſunt animalis, vnde & animal in eorum diffinitione ponitur, ſicut ſubiectum in diffinitione paſsionis, vt 10. Metaphy. tex. Cõment. 15. habetur. Similiter quantitas videtur eſſe paſſio corporis de prædicamento ſubſtantiæ: & tamen ſequitur materiam.

Quomodo penès accidẽtia ſequentia materiam Idiuidua.

Ad euidentiam primi ſcito, verba illa, ſcilicet accidentia ſequentia materiam ſunt ea ſecundum quæ indiuidua differunt, non eſſe intelligenda vniformiter, ſed difformiter. Indiuidua enim differunt penes accidentia materialia dupliciter, vel quia vnum eorum habet vnum, & reliquum aliud. vel quia vtrunque habet idem, ſed alio & alio modo. Verbi gratia, Sortes & Berta differunt penes maſculinum & fœmininum ex eo quòd ille habet maſculinitatem, illa fœmininitatem. Differunt quoque penes ſuas quantitates: non ex eo quòd ille ſit quantus & illa non, ſed ex eo quòd non eodem modo ſunt quanti, nunquam enim inueniuntur duo quanta omnino ſimilia: ſitibus ſiquidem propriis differre neceſſe eſt. Quantitas ergo licet ſit communis omnibus indiuiduis quia tamen non vniformiter eis conuenit, eſt ſecundum quam indiuidua inter ſe differunt ſecundo modo. & hoc ſufficit.

Paſsiones generu duplices.

Ad intelligentiam ſecundi notandum, quòd paſsiones generum ſunt duplices. Quædam conuenientes eis ratione formæ genericæ: & quædam ratione materiæ. Illæ quæ ſequuntur formam, vocatæ ſunt hic paſsiones generum: & non illæ, quæ ſequuntur eorum materiam: proptereà quia natura generica ex ſua forma eſt talis, & non ex materia: animal enim eſt animal ex ſua forma, & non ex ſua materia. Vnde cũ in propoſito animalis paſsio ratione formæ ſit ſenſibilitas, & ratione materiæ maſculineitas vel fœmineitas: diuerſis rationibus moti Ariſtote. in Metaphyſi. & S. Tho. hic, diuerſimodè locuti ſunt. Quia enim eſt paſsio animalis ratione materiæ, ideo vocata eſt ibi paſsio: quia autem non ratione formæ, ideo hic non eſt dicta paſsio.

10. Meta. T.c.15 7. Meta. T.c.17. & 19.

¶ Similiter dicendum eſt de quantitate, quia ſequitur corpus ratione materiæ: ſequitur enim ipſum ſecundum id, quòd eſt in propria diuiſibile, ꝙ non eſt niſi materia, vt indiuiſibilitas rerum immaterialium oſtendit. Et nota ꝙ hæc ſecunda diuiſio accidentium non differt à prima per membra diuidentia: eadem enim ſunt huius & illius membra, ſed ſecundum rationem, quia illa diuiſio accepta eſt penes primas earũ radices, materiam ſcilicet & formam: iſta autem penes ſubiecta, quibus appropriantur, ſcilicet genus, ſpeciem & indiuiduum.

[Sciendum etiam eſt, quòd aliquando accidentia ex principiis eſſentialibus cauſantur ſecundum actum perfectum, ſicut calor in igne, qui ſemper actu eſt calidus. Aliquando verò ſecundum aptitudinem tantùm, ſed complementum accipiunt accidentia ex agente exteriori: ſicut diaphaneitas in aere, quæ complētur per corpus lucidum exterius: & in talibus aptitudo eſt accidens inſeparabile: ſed complementum quod aduenit ex aliquo principio, quod eſt extra eſſentiam rei, vel quod non intrat conſtitutionem rei, eſt ſeparabile, ſicut moueri, & huiuſmodi.]

¶ Hic ponitur tertia diuiſio accidentium, Quædã cauſantur ex principiis eſsentialibus ſubiecti ſecundum actum perfectum, quædam ſecundum aptitudinem tantùm. Illa accidentia vocat cauſari ſecundum actum perfectum ex eſsentialibus principiis, quæ ſecundum ſuas actualitates ex intrinſecis principiis ſubiecti in ipſo fluunt: vt calor in igne. Illa verò dicit cauſari ſecũdũ actum imperfectum, ſeu aptitudinem tantùm, quæ non ſecundum ſuas actualitates, ſed ſecundum quaſdam inchoationes ex principiis eſsentialibus ſubiecti in ipſo fluunt, vt moueri ſurſũ in igne ex principiis eius cauſatur ſecundum ſui inchoationem, puta leuitatem. Differunt autem, quia prima & ſecundum ſuas aptitudines, & ſecundum ſe inſeparabilia ſunt à ſubiectis: ſecunda verò ſecundum ſe quidem ſunt ſeparabilia, ſecundum autem ſuas aptitudines non poſsunt ſeparari. Ab igne enim neque aptitudo ad calorem, neque calor ipſa ſeparari poteſt ipſo remanente: motus autem ſurſum non ſemper ineſt igni ſed aptitudo ad motum ſurſum, puta leuitas eſt inſeparabilis ab ipſo: & cauſa horum eſt, quia in illis ipſa actualitas accidentis ex ſolis principiis eſsentialibus fluit, in iſtis verò aptitudo tantùm ex ſolis principiis eſsentialibus fluit: ipſa autem actualitas aliunde expectatur ex aliquo, ſcilicet extrinſecè concurrente vel agendo vel non prohibendo: vt patet in exemplo dato de motu ſurſum, qui non ineſt igni, niſi aliquo concurrente extrinſeco, remouente ſcilicet prohibens, & diaphaneitas non eſt actu in aere, niſi concurrente extrinſeco illuminante: lumen enim eſt actus diaphani ſecundum actum, vt dicitur ſecundo de Anima, text. Comment. 69.

T.c.69.

¶ Profundiorem autem huius diuiſionis cauſam

elicit

Prima ſecundæ, q. 10. art. 1. & 2.

electio ex Prima ſecundæ, q. 10. artic. 1. ad ſecundum, quòd ſcilicet ideo aliqua accidentia oriuntur ex principiis eſſentialibus inſeparabiliter ſecundum actum completum; aliqua autem ſeparabiliter ſecundum actum completum, & inſeparabiliter ſecundum aptitudinem: quia illa ſequuntur rei actualitatem, iſta verò potentialitatem. Quod ſic intelligo, quia vnumquodque agit ſecundum quod eſt actu: patitur autem ſecundum quod eſt in potentia, ex ſufficiente rei actualitate procedit quod accidens in ſe completè producat, & per oppoſitum ex inſufficiente actualitate, & conſequenter potentialitate. ex qua omnis inſufficientia eſt, prouenit, quòd res habet accidens in ſe ſecundum aptitudinem tantùm: & quòd ab illo expectet actualitatem, ſeu quòd accidens ſeparabile ſit ſecundum actualitatem, quod idem eſt.

¶ Amplius cum eſſe & bonum actualitatem ſequantur, & non eſſe & malum potentiam: ex actualitate rei prouenire neceſſe eſt eſſe accidens perfectum & inſeparabile ſecundum actum & aptitudinem, & per oppoſitum ex rei potentialitate procedere oportet incompletionem accidentis, & ſeparabilitatem eius ſecundum actum: eſt enim ſeparabilitas ipſa quoddam non eſſe, cùm nihil aliud ſit, quàm negatio neceſſariæ ſequelæ ſui eſſe completi ad eſſe ſubiecti. Intellige autem hic vt ſuprà, ſcilicet quòd ex actualitate ſubiecti aptitudo eſt: ex potentialitate autem ſeparabilitas accidentis ſecundum ſuam actualitatem.

¶ Aduertendum verò eſt, quòd San. Thom. paſſiones, quæ dicunt aptitudinem non collocauit ſimpliciter inter accidentia ex eſſentialibus principiis fluentia, ſed potiùs ipſarum paſſionum & aptitudinum effectus, quos ſecundum incompletum eſſe aptitudines vocauit. Fecit autem hoc: quia aptitudo de ſe non habet rationem alicuius per ſe producti ſeu producibilis: nullum enim naturale producens intendit aptitudinem, ſed actum illius: non eſt nanque opus riſibilitate, niſi ut rideatur, vnde & riſibilitas inchoatio quædam riſus eſt: propterea igitur inter effectus eſſentialium principiorum aptitudo non eſt ſimpliciter poſita, ſed actus, quia non ipſa, ſed eius actus eſt qui à principiis productiuis intenditur: & quia aptitudo nihil aliud eſt quàm inchoatio quædam, inchoatio autem eſt actus imperfectus, ideo accidentia ſecundum actũ incompletum aptitudines vocantur.

T. cõ. 9. T. c. 4. & 17.

Nũ quoduis accidens habeat aliquod ſubiectũ proprium.

¶ Antequam terminemus tractatum de diuerſitate accidentium, quæritur an omne accidens habeat aliquod ſubiectum proprium, aut aliqua accidentia ſint ita communia, quod nulli propria.

¶ Eſt autem ratio dubitandi: quia ſi omne accidens eſt proprium alicui, cùm proprium conueniat omni, ſoli, & ſemper: nullum accidens erit ſeparabile ab eo in quo eſt. Ineſſet enim ſoli & ſemper proprio ſubiecto.

¶ Amplius ſequeretur, ſemper, corruptionem cuiuſcunque accidentis comitem fieri corruptioni ſubſtantiæ, ſicut corrupto riſibili corrumpitur homo. Patet conſequentia, quia corrupto proprio, neceſſe eſt corrumpi illud cuius eſt proprium, aliter non conueniret ei ſemper: hæc autem experimur eſſe falſa, vt patet in accidentibus communibus, & actibus ſecundis.

¶ Ex oppoſito autem, cùm omne accidens ſit diffinibile, & in diffinitione cadat ſubiectum, de quo accidens per ſe prædicatur, ut patet primo Poſteriorum, & ſecundo Metaphyſicæ, oportet quòd omne accidens habeat proprium & per ſe ſubiectum, per ſe nanque ſupponit de omni ſemper & neceſſario.

¶ Ad huius dubitationis euidentiam ſciendum eſt, quòd cùm apud San. Tho. in quæſtione de virtu. quæſtio. prima articu. tertio ſubiectum habeat triplicem habitudinem ad proprium accidens, ſcilicet ſuſtentantis ad ſuſtentatum, potentiæ ad actum, & principii ad principiatum, ſicut calor ignis non habet eſſe, niſi ſuſtentetur in igne, & eſt forma accidentalis eius, & oritur ex ipſo, ſecundum quod participat iſtas conditiones, poteſt dici accidentis ſubiectum, & ſecundum quod ab iſtis habitudinibus recedit, poteſt negari accidentis ſubiectum. Vnde propter defectum primæ, quæ principalior eſt, dicitur in primo Poſteriorum, quòd nullum accidens eſt ſubiectiuè in alio accidente, quia videlicet nullum accidens poteſt ſuſtentare aliud, ſed ſola ſubſtantia, quæ eſt ens per ſe, aliis fulcimentum præbet eſſendi. Quia autem aliquod unum accidens poteſt comparari ad aliud, ut potentia ad actum, & quandoque ut proximum principium ad principiatum, & ideo conceditur etiam unum accidens eſſe ſubiectum alterius, quemadmodum ſuperficies dicitur ſubiectum coloris, quia eſt in potentia reſpectu coloris, & dulcedo eſſe in calido & humido, quia cauſatur ex calido & humido.

Quæſt. de Virtutib. q. 1. art. 3. c.

T. c. 35.

¶ Poteſt ergo quadruplicem intellectum habere dubitatio mota. Primò poteſt intelligi, ut quæratur, an omne accidens habeat proprium ſubiectum vt ſuſtentatiuum, ſecundò, an habeat proprium ſubiectum ut potentiam, tertiò an habeat proprium ſubiectum ut principium, quartò, an habeat proprium ſubiectum ut ſuſtentatiuum potentiæ, & principium ſimul.

¶ Si quæſtio ſit ſecundum primum ſenſum, reſpondetur negatiuè. quòd ſcilicet non omne accidens habet proprium ſubiectum in ratione ſuſtentantis, ut probent rationes primò inductæ: multa enim ſunt accidentia, quæ nullum proprium ſuſtentans ſibi vendicant, ſed communiter multis inſunt, ut eorum ſeparatio oſtendit; ſeparantur nanque à ſubſtantia ſuſtentante, ea naturaliter remanente, quod de propriis accidentibus dici non poteſt. Eadem quippe ſubſtantia abſque ſui mutatione contraria ſuſtentat, ut dicitur in Prædicamentis.

¶ Si autem iuxta ſecundum ſenſum dubitetur, reſpondetur affirmatiuè, quòd ſcilicet omne accidens habet proprium ſubiectum in ratione propriæ potentiæ, eo quòd quilibet actus reſpicit propriam potentiam, ſicut enim actus reſpicit potentiam, ſic talis actus talem potentiam, & actus ſpecificus potentiam ſpecificè, accidens autem omne actus quidam eſt; igitur omne accidens habet propriam potentiam cuius eſt actus. propter quod tertio Phyſico. tex. Commento 10. dicitur, potentia ad infirmitatem eſt alia à potentia ad ſanitatem, eo quòd ſanitas eſt aliud ab infirmitate, & duodecimo. Metaphyſi. longo proceſſu probatur, principia Prædicamentorum eſſe eadem proportionabiliter, quia cuilibet actui propria reſpondet potentia.

¶ Si autem tertio ſenſu inquiratur, reſpondetur negatiuè, quòd ſcilicet non omne accidens habet aliquod ſubiectum proprium in ratione principii proprii, eo quòd habere ſubiectum proprium in ratione principii includit fluxum illius accidentis à tali ſubiecto in genere cauſæ efficientis, eo modo, quo duorum effectuum ordinem inter ſeſe habentium prius eſt cauſa effectiua eius, quod neceſſariò primi productionem ſequitur, ſiue illud ſubiectum ſit receptiuum accidentis, ut quo, ſiue ut quod: patet quòd non omne accidens fluit à ſuo receptiuo effectiuè: ſed multæ ſunt, reſpectu quorum receptiuum purè paſſiuè ſe habet: ut patet cùm ſpecies rei ſenſibilis recipitur in medio, ſiue in ſenſu.

¶ Si autem quarto modo intelligatur quæſtio, patet quid dicendum ſit: negatiuè enim reſpondere oportet.

¶ Sed aduertendum eſt quòd hæc, quæ diximus, intelligi debent de accidentibus, ſcilicet ſeorſum acceptis actibus, & ſeorſum eptitudinibus: loquendo nanque de accidentibus, ut San. Tho. in litera loquitur, ſcilicet non iudicando actualitates accidentium ſeorſum ab aptitudinibus: dicerem quòd omne accidens ſecundum ſuam radicalem aptitudinem habet aliquod ſubiectum proprium in ratione ſuſtentantis potentiæ & principii, licet non ſecundum ſuam actualitatem, eo quòd aptitudo ad tale accidens nõ eſt niſi à tali gradu ſubſtãtiali fluat mediatè vel immediatè, & conſequenter niſi in tali gradu ſubiectiuè ſuſtentetur immediatè uel mediatè. Verbi gratia, Lumen ſecundum ſuam actualitatem & ſubſtantiam, licet ſit ab extrinſeco, & ſit accidens ſeparabile: tamen ſecundum ſuam inchoationem ſeu radicalem aptitudinẽ, puta diaphaneitatem, eſt inſeparabile: & fluit à certo gradu ſubſtantiali communi ſuperioribus & inferioribus. Et ſimiliter ſedere licet ſit accidens, per accidẽs tamen ſecundum ſuam aptitudinem eſt proprium: & non natum conuenire niſi certò enti, puta animali tali &c. fluit enim aptitudo ad ſedendum ex ſuis principiis. Similiter & uidere licet ſit accidens ſeparabile: radicalis tamen aptitudo ad uidendum ſeparari à tali animali non poteſt.

¶ Ex his patet quomodo ad utramque partem rationes adductæ verum concludunt diuerſimodè. Nã loquendo de accidentibus ſecundum ſuas eſſentias & actualitates, concluſio rationum primò adductarum conceditur, accipiendo ſubiectum in ratione ſuſtentantis & principii. In ratione autem potentiæ falſa eſt concluſio, ut dictum eſt. Nec probatio contra hunc applicata ſenſum valet, eo quòd cùm dicitur, quòd proprium conuenit ſoli, omni & ſemper, intelligitur de ipſo proprio non ſecundum ſuam actualitatem, ſed ſecundum eptitudinem. Et ſimiliter cùm dicitur quòd ad corruptionem proprii deſinit ſubiectũ, intelligitur, ſi corrumpitur ſecundum aptitudinem: non autem ſecundum actum, uniuerſaliter loquendo. Vel dicatur quòd inſeparabilitas, & huiuſmodi non conuenit accidenti, ut reſpicit ſubiectum in ratione propriæ potentiæ, ſed vt ſuſtentatiuum, & principium. Loquendo autem de accidentibus ſecundum ſuas aptitudines, patet quomodo rationes peccant. Dico enim quòd nullum accidens eſt ſeparabile ſecundum aptitudinem radicalem ſaltem, ſed eius ſubiecto neceſſario, & quòd corrupto accidente ſecundum talem aptitudinem oportet ſubiectum corrumpi. Ratio autem in oppoſitum adducta cõcludit, quòd omne accidens habet ſubiectum. de quo per ſe prædicatur ſecundum ſe, uel ſecundum ſuam aptitudinem. Cùm enim eius ſit actus, cuius eſt potentia (ut dicitur in Somno & vigilia) idem ſubiectum erit, quod cadit in diffinitionem accidentis, ſecundum aptitudinem & ſecundum actum: ſicut homo debet poni non ſolũ in diffinitione riſibilis, ſed riſus. Stant ergo iſta duo ſimul, quòd accidens ſecundum ſuam actualitatem non habeat proprium ſubiectum, cui uniuerſaliter ſoli & ſemper inſit: & tamen habeat proprium ſubiectum per quod diffiniri debeat: quia ad hoc ſecundum ſufficit, quòd ſecundum ſe vel ſecundum ſuam aptitudinem per ſe de illo ſubiecto prædicetur. Ad primum verò ſufficit accidens ſecundum ſe tantum non prædicari per ſe de ſubiecto.

Lect. 2.

Accidentia in concreto non ſunt in ꝑ-dicamẽto, ſed, in abſtracto propriè ſunt in prædicamẽto.

[Sciendum eſt autem, quòd in accidentibus alio modo ſumuntur genus, differentia & ſpecies, quàm in ſubſtantiis, quia enim in ſubſtantiis ex materia & forma ſubſtantiali fit per ſe unum, vna quadam natura ex eorum coniunctione reſultante, quæ propriè in Prædicamento ſubſtantiæ collocatur, ideo in ſubſtantiis nomina concreta, quæ compoſitum ſignificant, propriè in genere eſſe dicuntur, ſicut genera uel ſpecies, ut homo uel animal: non autem forma vel materia eſt in Prædicamento hoc modo, niſi per reductionem, ſicut principia in genere principiatorum eſſe dicuntur. Sed ex accidente & ſubiecto non fit unum per ſe, vnde non reſultat ex eorum coniunctione aliqua natura, cui intentio generis vel ſpeciei poſſit attribui, vnde nomine accidentium concretiuè dicta non ponuntur in Prædicamento, ſicut ſpecies vel genera, vt album vel muſicum, niſi per reductionem, ſed ſolùm ſecundum quòd abſtracta ſignificantur, vt albedo & muſica.]

¶ In hac tertia parte capituli huius determinatur, quomodo accidentia ſe habeant ad intentiones logicas, & primò, quomodo ſe habent ad eſſe in Prædicamento, deinde vnde ſumantur in eis genus & differentia. Quò ad primum ponit duas concluſiones, ſcilicet, Accidentia in concreto non ſunt propriè in prædicamento. Et accidentia in abſtracto propriè ſunt in prædicamento.

¶ Ad quarum euidentiam ſciendum eſt, quòd accidentia habent unum modum eſſendi, ſcilicet eſſe in alio, non enim ſunt niſi inſint alicui. Habent autem duos modos intelligendi, eo quòd intellectus eſt natus ea, quæ ſunt adunata in re, diuidere. Intelliguntur enim quandoque cointelligendo ſibi ſubiectum, cui inſunt, & intelliguntur per modum accidentis, eo quòd accidentis eſſe eſt in alio eſſe. Quandoque verò intelliguntur ſolitariè, non cointelligendo, ſcilicet eis ſubiectum, cui ſecundum rem inſunt, & tunc intelliguntur per modum ſubſtantię, eo quòd eſſe per ſe, id eſt ſolitariè ſoli ſubſtantiæ conuenit, accidentia enim ſemper comite egent. Cùm autem modus ſignificandi non fundetur ſuper modo eſſendi, ſed intelligendi, ſicut habent duos modos intelligendi, ſic habent duos modos ſignificandi. Vnde ſignificantur quãdoque conſignificando ſubiectum, & tunc ſignificantur per modum accidentis, & vocantur ſignificata in concreto, ut album, nigrum, & cæt. Quandoque verò ſignificantur ipſa ſola, abſque ſcilicet ſubiecti conſignificatione, & tunc ſignificantur per modum ſubſtantiæ, & uocantur ſignificata in abſtracto, ut albedo & nigredo. Abſtractum enim & concretum in accidentibus, licèt differant in modo ſignificandi, id eſt penès conſignificare ſubiectum, & non conſignificare illud, conueniunt tamen in ſignificatione ipſius formæ accidentalis. Album enim puram qualitatem ſignificat (ſicut in Prædicamentis dicitur) ſicut & albedo, ſed album ſignificat albedinem in ſubiecto. albedo autem ſignificat albedinem abſque illo. Quia igitur accidentia in concreto totum coniunctum important, puta ſicut album albedinem in ſubiecto, coniunctum autem hoc non eſt vnum per ſe, ſed unum & ens per accidens, id autem quod in prædicamento reponitur, debet importare unum & ens per ſe. cùm prædicamenta diuidant ens per ſe, quinto Metaphyſi. textu Commento decimoquarto, ideo accidentia in concreto non propriè reponuntur in prædicamento. Et hæc eſt ratio, qua in litera prima concluſio probatur, quæ ſic formari poteſt, Nullum nomen importans ens & unum per accidens, eſt propriè in prædicamento, concretum accidentale importat unum & ens per accidens, ergo nomen concretum accidentale non ponitur in prædicamento propriè & per ſe. Ad declarationem Minoris ponitur differentia inter concretum accidentale, & ſubſtantiale in hoc, quòd concretum ſubſtantiale importat compo-

In prædicamẽto ſubſtantię.

T. c. 14.

ſitum

ſitum ex materia & forma,& tale eſt vnum per ſe, & ideo reponitur in prædicaméto, vt genus vel ſpecies: accidentale verò importat ex ſubiecto compoſitum & accidente,quod eſt vnum per accidens,ex accidente enim & ſubiecto non fit niſi vnum per accidens ut dicitur 7.Meta.& ideo non debet poni in prædicaméto,niſi reductiuè,eo modo quo res impura ad ſuæ puritatem naturæ reducitur.

¶ Et ſic remanet ſecunda concluſio vera, quòd accidentia, ſcilicet in abſtracto, in prædicamento ſpeciei & generis prædicationem ſuſcipiunt: aliter omnino à prædicamentis accidentia ſunt excludenda.

¶ Cum autem audis abſtractum ſolam formam importare, non ideo hoc dictum putes,quòd abſtractum ſubiectum formæ à ſe omnino excludat, hoc enim falſum eſt: ſed ideo quia abſtractum ex modo ſuo ſignificandi, quo ſolo differt à concreto, non includit ſubiectum principaliter, ſed ſecundariò & ex conſequenti. Quod ex conuenientia & differentia inter ea ex modo ſignificandi perſuaderi poteſt. Conueniunt enim in hoc, quòd tam abſtractum,quàm concretum ex modo ſignificandi importat duo, ſcilicet quod,& quo, ſeu ſubiectum & formam. Idem enim importat definitio & definitum, licet alio modo. Definitio autem vtriuſque importat vtrumque dictorum, ut exemplariter patet, ſimitatem enim dicimus curuitatem naſi, & ſimum naſum curuum. Quòd autem hoc ſit ex modo ſignificandi,ex eo clarum eſt,quòd tam abſtractum,quàm concretum puram formam ſignificat, ut in Prædicamentis teſtatur Ariſtoteles. Differunt autem abſtractum & concretum ex varietate modi ſignificandi in hoc,quòd concretum importat ex modo ſignificandi principaliter ſubiectum,& ſecundariò formam. Abſtractum verò principaliter importat formam & ex conſequenti ſubiectum.

Cóuenientia inter cócretum & abſtractum in Prædicamento ſubſtantiæ. Differétia concreti & abſtracti accidentium

¶ Aduertendum nanque eſt, quòd contrario ordine ſe habent ſubiectum & forma, ad ſignificationé nominis concreti, & eius modum ſignificandi. Importat enim concretum ratione ſignificationis primò formam,& ſubiectum non niſi ex conſequenti copula. Quo ad modum verò ſignificandi primò ſubiectum & ex conſequenti formam importat. Cuius ſignum eſt, quòd in diffinitione concreti exprimitur primò ſubiectum tanquam genus, quod prima pars eſt diffiniti.& forma ſecundo loco ponitur quaſi differentia. Dicimus nanque quòd ſimum eſt naſus curuus. Abſtractum verò & ex ſignificatione & ex modo ſignificandi primò formam importat, ſecundariò autem & ex cóſequenti ſubiectum. In cuius ſignum in eius diffinitione forma ipſa primò exprimitur ut genus,ſubiectum autem ſecundariò loco differentiæ, vt patet,cum dicitur,ſimitas eſt curuitas naſi. Oritur autem hæc differentia ex eo,quòd concretum importat habitudinem inter ſubiectum & formam, prout incipit à ſubiecto,& terminatur ad formam. Abſtractum verò importat habitudinem inter formam & ſubiectum prout incipit à forma,& terminatur ad ſubiectum, ut in exemplis datis apparet. Ex hoc enim quòd habitudo importata per concretum,importatur ex modo ſignificandi,ut incipiens à ſubiecto, ſequitur quòd primò importet ſubiectum,a quò incipit,& ſimiliter ex hoc quòd habitudo importata per abſtractum importatur ex modo ſignificandi, ut incipiens à forma, conſequens eſt ut primò importet formam à qua incipit. Cauſa autem huius diuerſitatis eſt, quia concreta ad compoſita ſignificanda ſunt inuenta. Compoſitio autem à ſubiecto oritur. Abſtracta verò inuenta ſunt ad ſignificandas formas apud nos inuentas ſimplices quidem, ſed à quibus denominatio ad ſubiecta deriuatur, vnde & concreta compoſitum quid ſonant,abſtracta verò formas, ut cadentes tamen ad ſubiecta, non igitur propterea dictum eſt quòd abſtractum ſolam formam importet, quia nullo modo copulat ſubiectum, ſed quia ex modo ſignificandi compoſitum non ſonat, nec principaliter importat ipſum ſubiectum, quemadmodum cócretum, ſed extrinſecè tantùm terminum habitudinis formæ ſignificatæ.

Apud Meta. quid ſit in genere.

Aduerte hic, quòd de abſtracto & concreto quomodo ſunt in prædicamento,aliter Metaphyſicus, & aliter Logicus iudicabit. Cùm enim apud Metaphyſicum,qui res ſecundum ſuas eſſentias conſiderat, & non ſecundum modos intelligendi, vel ſignificandi, abſtractum & concretum non differant, eo quòd eadem res abſtractè & concretè ſit ſignificata, dicit ipſe ſicut abſtractum ita & concretum in genere eſſe, res enim per ſuam eſſentiam ingreditur uel egreditur genus Metaphyſicaliter ſumptum,id eſt per rem generis,& non per modum ſignificandi, vnde non dicet Metaphyſicus album ens per accidens, ſed hoc albú, vt patet quinto Metaphy. tex. Commen.13. & 14. & 7. eiuſdem textu Commen.16. Logicus autem,qui non res ſecundum ſuas naturas, ſed ſecundum intentiones adiunctas primis intellectis ac ſignificatis, conſiderat,dicet abſtractum eſſe in genere,concretum verò non, quia res nomine abſtracto ſignificata poteſt denominari ſpecies,ut albedo,& genus,ut color,concretum verò non propter alietatem modi ſignificandi,ut dictum eſt.

T. c. 13. T. c. 16.

apud Logicæ quid in genere ponatur.

¶ Cauſa autem quare alietas modi ſignificandi hanc veritatem Logico præbeat,eſt quia modus ſignificandi prætendit ſecundas intentiones,& fundat quodammodo ipſas, licet enim tam modus ſignificandi, quàm ſecunda intentio conueniant in hoc quòd ſequantur rem, non ſecundum ſe, ſed vt intellectam: prius tamé rem,vt intellectam ſequitur modus ſignificandi,quàm ſecunda intentio,eo quòd modus ſignificandi nihil aliud eſt,quàm ſignum modi intelligendi,ſicut vox ſignificans eſt ſignum rei intellectæ, vnde ſicut vox ſignificatiua prius ſequitur rem intellectam,quàm ſecunda intentio,ita eius modus ſignificandi modum intelligendi, ut totus ordo pertinentium ad nomina primæ intentionis præcedat ordiné eorum quæ pertinent ad nomina ſecundæ intentionis. Quia igitur ſecundæ intentiones res ut intellectas & ſignificatas denominant,& non abſolutè,ideo ſtat eandem rem diuerſimodè intellectam & ſignificatam denominari ſpeciem, & conſequenter eſſe directè in prædicamento, & non eſſe directè in eo, ſicut eadem natura humana ſignificata nomine Hominis,ſpecies eſt:ſignificata verò nomine Humanitatis ſpecies non eſt,ſed ſpeciei principium. Vnde in propoſito apud Logicum res illa, quæ Albedinis nomine intelligitur,diuerſimodè ſignificata,in prædicaméto eſſe affirmatur, & negatur. Si enim in abſtracto ſignificetur,cùm ſic ſpeciei denominationem habeat, in prædicamento reponitur,ſi autem in concreto ſignificetur, cùm ſic ſpeciei uel generis denominationem non habeat,quia rem extraneam ex modo ſignificandi includit,in prædicamento directè eſſe negatur. Et quia intentio S.Tho.eſt declarare quomodo accidétia ſe habeant ad intentiones logicas,& non ad cuius generis rem pertineant, ideo concretum accidentale à Prædicamentis ſeparauit.

Cum his omnibus aduertas,ꝙ aliquid facit rem reponi in prædicamento dupliciter. Vno modo ut ratio reponendi ipſum in prædicamento, alio modo ut conditio,ſine qua non. Ratio reponendi rem in genere, ſiue ſpecie tam apud Logicum,quàm apud Metaphyſicú,eſt eſſentia illius rei,res.n.per ſuá eſſentiam ad ge

nos & ſpeciem, definitur: conditio autem, ſine qua non, eſt modus ipſe ſignificandi. Et in prædicamento quidem ſubſtantiæ conditio, ſine qua res non ſuſcipit generis vel ſpeciei, & cæt. denominationem, eſt modus ſignificandi in concreto. In prædicamentis autem accidentium conditio, ſine qua non, eſt modus ſignificandi in abſtracto: propterea cùm dictum eſt, concretum accidentale non directè reponi in prædicamento apud Logicum, intellige hoc propter defectum conditionis, ſine qua non, & non propter defectum rationis reponendi. Et ſimiliter cùm dicitur, quòd humanitas & uniuerſaliter abſtractum ſubſtantiale non eſt in genere ſubſtantiæ, intellige propter defectum conditionis, ſine qua non, & non rationis reponendi.

In accidẽtibus non ſumitur genus & differẽtia à materia & forma, ſed genus ex proprio modo eſſendi, quo prædicamentum pars entis conſtituitur, ſumũtur.

[Et quia accidentia non componuntur ex materia & forma: ideo non poteſt in eis ſumi genus à materia, & differentia à forma, ſicut in ſubſtantiis compoſitis: ſed oportet ut primum genus ſumatur ex ipſo modo eſſendi, ſecundum quòd ens diuerſimodè ſecundum prius & poſterius de decem generibus prædicatur, ſicut dicitur quantitas ex eo quòd eſt menſura ſubſtantiæ, & qualitas ſecundum quod eſt diſpoſitio ſubſtantiæ, & ſic de aliis ſecundum Philoſophum in 11. Metaph.]

5.c.per 6.

¶ Hic declaratur unde in accidentibus ſumantur genus & differentia propoſitionibus tribus. Prima eſt, Genus & differentia non ſumuntur in eis ex materia & forma. Secunda eſt, primum genus ſumitur ex proprio modo eſſendi, quo prædicamentum ipſum pars entis conſtituitur. Tertia eſt, Differentiæ ſumuntur in accidentibus ex diuerſitate propriorum principiorum. Prima patet ſic. Incompoſitum ex materia, & forma non poteſt habere genus ſumptum à materia, & differentiam à forma, ſed accidentia ſunt incompoſita ex materia & forma: igitur non poteſt in eis ſumi genus à materia, & differentia à forma ſicut fit in ſubſtantiis compoſitis: quod qualiter intelligendum ſit, ſuprà dictum eſt.

3.

Secunda patet ſic, Primum genus oportet explicare eſſentiam ſecundum propriam potentiam, quæ eſt in ea: ſicut ultima differentia debet explicare eſſentiam ſecundum ultimum actum: ſed eſſentia accidentis ſecundum modum illum, quo pars entis conſtituitur habet propriam potentiam: ergo ex illo modo ſumendum eſt genus primum.

Intelligendum eſt hic primò ens diuidi per quoſdam modos in prædicamenta: ſicut quodammodo genus in ſpecies per differentias: ita quòd ſicut ſpecies per id, quo generis partes efficiuntur in eſſe ſpecifico, conſtituuntur: ita prædicamenta per id, quo partes entis fiunt, in eſſe generaliſſimo conſtituuntur: & ideo modi proprii, quibus ens ad quodlibet prædicamentum deſcendit, ſunt illi, penès quos prima genera conſtituta ſunt. Sunt autem iſti modi per ſubſtantiuum, menſuratiuum, diſpoſitiuum, relatiuum, actiuum, &c. ut dicitur quinto Metaph. tex.

T.c.24. commen. 24.

¶ Notandum eſt ſecundò, quòd cùm genus ſumatur à re ſecundum id quo habet rationem determinabilis, primum genus ſumendum eſt à re ſecundum id, quo primò habet rationem determinabilis: primò autem habet rationem determinabilis res ſecundum primum ſui gradum concepta. Primus autem gradus rei is eſt, quem res ex modo illo ſortitur, quo proprium ſibi locum inter partes entis vendicat: & ideo primum genus ſumptum ab illo modo entis importat rem, ut primò determinabilem: & propterea iſta ſe conſequuntur, ſumi à re ſecundum propriam potentiam eius, id eſt ſecundum id, quo primò habet rationem determinabilis, & ſumi à re ſecundum modum illum, quo entis pars ſit. Et ſic patet aſſumpta ratio.

In accidẽtib. ſumũtur differentiæ ſecundũ diuerſa illorum propria principia.

[Differentiæ verò in eis ſumuntur ex diuerſitate principiorum, ex quibus cauſantur, & quia propriæ paſſiones ex propriis principiis ſubiecti cauſantur, ideo ſubiectum ponitur in diffinitione eorum loco differentiæ, ſi in abſtracto diffiniantur, ſecundũ quòd ſunt propriè in genere, ſicut dicitur, quòd ſimitas eſt naſi curuitas: ſed è conuerſo eſſet ſi eorum diffinitio ſumeretur ſecundum quod concretiuè dicuntur: ſi enim ſubiectum in eorum diffinitione poneretur ſicut genus, quia tunc diffinirentur per modum ſubſtantiarum compoſitarum, in quibus ratio generis ſumitur à materia, ſicut dicimus, quòd ſimum eſt naſus curuus. Similiter etiam eſt ſi unum accidens alterius accidentis principium ſit, ſicut principium relationis eſt actio & paſſio & quantitas, & ideo ſecundum hæc diuidit Philoſophus relationem in quinto Metaphyſicæ.]

T.c. 20.

¶ Hic ponitur tertia propoſitio, ſcilicet quòd differentiæ ſumuntur in accidentibus ex diuerſitate propriorum principiorum, & declaratur à poſteriori. Signum enim, quòd differentiæ ſumantur ex diuerſitate propriorum principiorum, eſt, quòd in diffinitione accidentium in abſtracto, quæ propriè habent genus & differentias, ſubiectum ponitur loco differentiæ, hoc enim non eſſet, niſi accidentia differrent penès ſua propria principia: propterea enim propriæ paſſiones differunt inter ſe, quia principia ſubiecti, ex quib. cauſantur, inter ſe differunt.

¶ Et quia poſſet aliquis ſignum hoc inficiari, dicens quòd ſubiectum proprium quandoque ponitur in diffinitione proprii accidentis loco generis & non differentiæ, ideo ad hanc obiectionem excludendam ſubditur, Licet è conuerſo eſſet, & cæt. & uult dicere quòd licet ita ſit, quòd quandoque ponatur ſubiectum in diffinitione proprii accidentis loco generis & non differentiæ, quia tamen hoc non fit, niſi cùm accidens in concreto diffinitur, quòd ut ſic non eſt in genere, ideo hoc non obſtat noſtræ ſententiæ, quia accidentis differentiam, ſecundum quòd in prædicamento eſt unde ſumenda ſit, declarauimus. Cauſa enim, quare in diffinitione accidentis in concreto ſubiectum ponitur loco generis, non eſt ipſa natura accidentis, ita quòd ſubiectum eius eſſentia pro genere ſibi vendicet: ſed eſt modus eius ſignificandi, quia enim concretum ex modo ſignificandi importat totum coniunctum, ſcilicet accidens & ſubiectum, ideo per modum rerum diffinitur compoſitarum, in quibus genus ſumitur à materia, & differentia à forma, & propterea ſubiectum, cùm ſe habeat ut materia, loco generis ponitur, & natura accidentis, cum ſe habeat ut forma, loco differentiæ ponitur, & dicitur, ſimum eſt naſus curuus; non ſic autem eſt cùm diffinitur accidens in abſtracto, tunc enim ponitur ut genus id, quod eſſentia ipſius accidentis determinat ſibi ut genus, & ponitur loco differentiæ id, à quo accidens ſecundum naturam ſuam ſpecificam differentiam trahit, ſcilicet ſubiectum proprium, & dicitur, ſimitas eſt curuitas naſi. Manifeſtum quoque ſit hoc, ſcilicet quòd differentiæ accidentium ſumuntur ex diuerſitate principiorum propriorum, non ſolùm, quando accidens immediatè cauſatur à ſubſtantia, ſed etiam quando unum accidens eſt alterius principium proprium: tunc enim differentias ſortiuntur accidentia cauſata penès diuerſitatem accidentium cauſantium, ut patet de relationibus, quarum differentia attenditur penès ſua fundamenta ſeu cauſas, puta actionem, paſſionem & quantitatem, ut patet ex diuiſione relatiuorum facta ab Ariſto. quinto Metaphyſi. Textu Commento 20.

Et per hoc excluditur obiectio alia, quæ poſſet fieri de ſecunda & tertia paſſione eiuſdem ſubiecti. Poſſet enim aliquis obiicere, quomodo alia eſt differentia ſecundæ paſſionis à differentia primæ, ſi ex principiis ex quibus fluit paſſio, differentia ſumitur, quandoquidem eadem ſunt principia, à quibus fluunt prima & ſecunda? Excluſa enim eſt hæc obiectio per hoc quod dictum eſt, quòd quando vnum accidens eſt principium alterius: differentia poſterioris accidentis non ex diuerſitate remotorum principiorum, ſed propinquorum attenditur: & ideo, cum prima paſſio ſit principium ſecundæ non ſunt eadem propria & immediata principia primæ & ſecundæ.

[Sed quia propria principia accidentium nõ ſemper ſunt manifeſta, ideo quandoque ſumimus differentias accidentium ex eorum effectibus, ſicut congregatiuum & diſgregatiuum viſus dicuntur differentiæ coloris, quæ cauſatur ex abundantia & paucitate lucis, ex qua diuerſæ ſpecies coloris cauſantur. Sic ergo patet, quomodo eſſentia eſt in ſubſtantiis, & accidentibus, & quomodo in ſubſtantiis compoſitis & ſimplicibus, & quomodo intẽtiones logicæ vniuerſales in eis inueniuntur, excepto primo principio, quod eſt infinitæ ſimplicitatis, cui non conuenit ratio generis, vel ſpeciei, & per conſequens nec diffinitio propter ſuam ſimplicitatem, in quo ſit finis & cõſummatio huius ſermonis.]

¶ Quia poſſet tertiò aliquis dubitare de hoc quod dictum eſt, ſcilicet quòd differentiæ accidentium ſumuntur ex eorum propriis principiis, ex hoc quòd quandoque ſumimus eorum differentias ab effectibus, ſicut albedinis & nigredinis differentias dicimus congregare & diſgregare uiſum: ideo ad hanc dubitationem tollendam dixit, quòd hoc contingit non ex natura ipſorum accidentium, ſed ex nobis, quibus propria principia accidentium occulta cùm ſint, opus eſt ex effectibus notioribus differentias ſumere, quæ differentias veras quodammodo nobis inſinuant: ſicut in exemplo propoſito liquet. albedo enim & nigredo differunt à priori ex abundantia & paucitate lucis: lux enim in opaco corpore exiſtens aliqualiter obumbrata albedinem conſtituit: valde autem offuſcata nigredinem. à poſteriori autem differunt congregatione & diſgregatione viſus: ex hoc enim contingit diſgregare, quia ibi eſt ſatis de luce, & non èconuerſo. Et quia abundantia & paucitas lucis non ita nobis manifeſtæ ſunt ſicut congregare & diſgregare: ideo loco propriarum differentiarum, congregatiuum & diſgregatiuum ponimus dicentes, albedo eſt color diſgregatiuus viſus, nigredo verò congregatiuus.

¶ Hic aduertas, quòd non dixit ſubiectum eſſe differentiam accidentis, ſed poni loco differentiæ, habent enim proprium genus, & propriam differentiam ſui generis: quæ tamen abſque ſubiecto non poſſunt explicari complerè: & ideo omnino oportet ſubiectum in diffinitione accidentis cadere, vt dictum eſt. Vltimò epilogus fit eorum, quæ dicta ſunt, in quorum explicatione meam opinionem ita prolatam eſſe volo, vt vbi veritati conſentanea inuenta non fuerit, & ingenio & ætati venia detur, adoleſcentiam enim adhuc ago. Vbi autem veritatis tramitem ſecuta videbitur, gratiarum debitæ actiones Diuo Thomæ habeantur, à quo quicquid veri eſt, didici.

* *

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xyſti in librum Diui Thomæ Aquinatis de Ente & Eſſentia, Finis.

TRACTATVS OCTAVVS

ſolutionum quorundam locorum ſibi inuicem aduerſantium, in commentariis Sancti Thomæ contentorum.

AD FRATREM IACOBVM Crecton Scotum, lectorem Theologiæ.

PETITIONI AVS tuæ, fili chariſſime, deeſſe nolens, ad propoſita duo dubia reſpondere curaui. Propoſuiſti primò diſſonantiam dictorum noſtrorum inter ſe, dum in Commentariis Primæ partis, articulo primo, quæſtione duodecima, diximus creaturam rationalem vt ordinatam ad fœlicitatem, & nõ abſolutè, naturaliter appetere viſionem Dei in ſe; in articulo autem primo, quæſtione octuageſimaſecunda, reſpondendo quarto argumento Scoti diximus, quòd ad naturaliter uolendum finem ultimum in particulari, non ſufficit indubietas (quoniam hæc eſt in quolibet fideli) ſed exigitur euidentia, quę ſolùm conuenit Beatis.

¶ Propoſuiſti ſecundò ambiguitatem circa quãdam gloſſam noſtram in eiſdem Commentariis, quæſtione quadrageſimaſeptima, articulo tertio, ad tertium, vbi dicente textu, Non eſt poſſibile eſſe aliam terram, quàm iſtam, gloſſauimus, ly poſſibile, ſumi pro poſſibili ſumpto ex potentia indita rebus creatis, ſecundum quam diximus, impoſſibile eſt mortuum reſurgere, & non pro poſſibili ſecundum potentiam actiuam Dei, neque pro poſſibili logico, videtur enim ibi, quòd de poſſibili logico ſit ſermo, propter materiam ſubiectam, de qua ibi diſputatur, & hoc propter tria. Primò, quia propoſitio illa præcedens, Mundus conſtat ex tota ſua materia, ſumpta ex Philoſopho, aut intelligitur de totalitate indiuiduali, & hoc non, quia quodlibet indiuiduum perfectum iſto modo conſtat ex ſua materia. Aut de totalitate ſpecifica, & ſic oportet intelligi de impoſſibili abſolutè, quum implicet contradictionem habere totam materiam ſpeciei, & non habere aliquam partem, quæ eſſet extra illud. Secundò, quia idem dicitur iudicium de terra & de aliis partibus mundi, ſed eſſe duos ſoles, implicat contradictionem, ergo ſermo eſt de impoſſibili abſolutè. Manifeſtatur autem implicatio contradictionis, quia poſitis duobus ſolibus, ſi materia unius appeteret formam alterius, neuter haberet ſuam materiam, quia Sol conſtat ex materia ſatiata ſua forma, ſi autem materia vnius nõ appeteret formam alterius, ſic differrent non ſolùm ſpecie, ſed genere. Tertiò, quia ſecundum iſtam gloſſam, quum dicitur, Non eſt poſſibile eſſe aliam terram, ſenſus eſſet, Non eſt potentia actiua in rebus creatis, quæ poſſit producere aliam terram, hic autem ſenſus longè eſt à propoſito, & quis vnquam de hoc dubitauit?

¶ Ad Primum dubium reſpondemus, quòd ly, naturaliter, non ſecundum eandem ſignificationẽ in

vtroque loco ſumitur. Nam in quęſtione duodecima naturale attenditur penès naturam tanquam principium, ita quòd naturalis appetitus appellatur, qui prouenit à principio indito ſecundum ſuperadiectum diuinæ gratiæ ordinem. Vt enim locutio naturalis eſt homini à principiis naturalibus, ita appetere cęleſtis patriæ fœlicitatem, naturale eſt homini ex principiis gratiæ, quia ex illis natum eſt prouenire. In quæſtione autem octuageſimaſecunda naturale attenditur penès modum, vt diſtinguitur contra liberum, ideoque ibi dicitur, quòd naturaliter, id eſt non liberè velle Deum in particulari, & cæt. ſolis Beatis conuenit, vnde nulla relinquitur inter dicta diſſonantia.

¶ Ad ſecundam autem dubitationem reſpondetur, clarè conſtare ex textu, quòd poſſibile ſumitur ſecundum potentiam in rebus exiſtentem, dum probatur in textu, ex naturali motu terræ ad centrum hoc, hæc enim probatio manifeſtat, de Phyſica potentia ſermonem eſſe. Nam certum eſt, apud Theologos omnes, poſſe à Deo creari aliam terram extra iſtum mundum, & conſeruari ibi in æternum.

¶ Ad primam igitur obiectionem dicitur, propoſitionem illam, Mundus conſtat ex tota ſua materia, intelligi de omni totalitate materiæ, poſſibili tamen potentia Phyſica, quoniam hoc ſufficit ad probandum in philoſophia naturali, quòd conſtat ex tota ſua materia ſimpliciter, hoc eſt ſine additione aliqua. Et ſic ſtant iſta duo ſimul, quòd mundus conſtat ex tota ſua materia, & quòd Deus poteſt per omnipotentiam ſuam ſimilem materiam extra mundum creare, quoniam primum intelligitur de tota ſua materia poſſibili Phyſicè. Nec implicat contradictionem habere totam poſſibilem Phyſicè, & non habere aliquam partem, quę per omnipotentiam diuinam fieret extrà.

¶ Ad ſecundam autem dicitur, quòd nulla apparet contradictio, ponendo plures ſoles eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ ex diuina omnipotentia, & quòd exiſtentibus pluribus ſolibus, neutrius materia appeteret alterius formam, quia vtriuſque materia contenta eſſet ſua forma, ſicut modò materia exiſtens in una parte cęleſtis corporis homogenei non appetit eſſe in alia parte, & ſimiliter in motibus pars ſphæræ igneæ contigua accidentali parti orbis Lunæ non appetit eſſe in Orientali parte eiuſdem orbis. Et omnium una communis eſt ratio, quòd in his, quæ ſunt eiuſdem rationis, una eſt etiam ratio appetitiuæ quietis, ac per hoc quodlibet contentum eſt illa portione, quam habet: & meritò, quoniam priuatio, quæ machinatur ad malum, non eſt in certa materia, propter formam eiuſdem ſpeciei. Nunquam enim Sortes corrumperetur, ſi materia eius non appeteret, niſi formam humanam, quoniam illam iam habet, & ſic de aliis.

¶ Ad tertiam dicitur, quòd aliud eſt aliqua eſſe idem, aliud eſt aliqua conſequenter ſe habere. Vnde licet ad ſenſum expoſitum conſequatur illa alia propoſitio, Nulla eſt potentia actiua in rebus creatis, quæ poſſit facere aliam terram, non tamen eſt idem quod ſenſus expoſitus; quoniam iuxta ſenſum expoſitum ſermo eſt de potentia naturali non deſcendendo ad actiuam aut paſſiuam: & ſecundum huiuſmodi potentiam affertur ratio de motu naturali, & non de potentia vel impotentia generatiua terræ.

¶ Hæc ſunt quæ oblatâ ſomno ſcientiarum ſpeculatiuarum excitato occurrunt reſpondenda. Reliquum eſt, vt attendas tibi & lectioni, & ores pro me, & bene vale Romæ 23. Nouemb. 1522.

TRACTATVS NONVS.

De Vinculo obedientiæ, cuius eſt vnica quæſtio.

QVAESTIO.

Num homo teneatur ſuperiori obedire in his, in quibus parendo oportet periculo mortis ſe exponere.

VTRVM homo homini ſuperiori teneat obedire in his, in quibus oportet ſe exponere periculo mortis? Et videtur quòd non. Primò ratione, quia homo homini non eſt ſubditus, quo ad naturã, ac per hoc non tenetur uitã perdere ad mandatum alterius. Et confirmatur authoritate, quia Sanctus Tho. in Secunda Secundæ, quæſt. 105. articu. 5. in corpore dicit, Tenetur homo homini obedire in his, quæ exterius per corpus ſunt agenda, in quibus tamen ſecundum ea, quæ ad naturam corporis pertinent homo homini obedire non tenetur, ſed ſolùm Deo, quia omnes homines natura ſunt pares, puta in his, quæ pertinent ad corporis ſuſtentationem & prolis generationem. Hæc ille.

¶ Secundò, quia non tenetur homo ſecundũ charitatis ordinem ponere uitam corporalem pro quocunque exteriori bono, aut pro vita corporali alterius, quum plus teneatur diligere corporalem uitam ſuã, quàm proximi, & cõtra aut ſuprà charitatis ordinem non tenetur homo homini obedire.

¶ Tertiò, quia humana iura de actionibus humanis intelliguntur ſalua conſiſtentia, imò incolumitate ſubiecti, ut patet de præcepto ieiuniorum, de diuinis officiis perſoluendis, de obſeruatione feſtorum, non enim tenetur homo ad ieiunia, ad diuinum officium, aut ad obſeruationem feſtorum, ſi non poteſt hæc ſine non ſolùm uitæ, ſed ſanitatis periculo ſeruare. Eximit ergo periculum uitæ ab obedientia humana.

¶ Quartò, quia timor cadens in conſtantem uirũ, qualis eſt timor mortis, excuſat ab omni iuris ac iudicii humani executione, ergo idem quod priùs.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis ſciendum eſt, quòd non diſtinguere inter per ſe & per accidens occaſio eſt minus bene ſentiendi, contingit enim etiam ſapientes, inquit Ariſtote. falli in iis quæ ſunt per accidens. Aliud eſt igitur ſubdi hominem homini in his, quæ ſunt naturæ, per ſe loquẽdo, & aliud per accidens. Subiici nanque per ſe, eſt directè & formaliter ſubiici, ita quòd poſſint illa directè & formaliter præcipi. Subdi vero per accidens, eſt per concomitantiam, aut ſequelam ad illud, in quo per ſe ſubditur ſubiici. Exemplum, Homo homini non ſubditur per ſe ſecundum interiores motus animi, & ideo non poteſt ſuperior præcipere directè & formaliter interiores actus animi, ſoli enim Deo hoc eſt proprium. Subditur tamen per accidens, inquantum interiores animi motus ſunt exteriorum actionum rationes, ſic enim concomitantur exteriores actiones, in quibus homini homo per ſe ſubiicitur. Et ideo ſuperiores aliter iudicant hominem ex malitia, aliter ex paſſione, aliter ex ignorantia operantem. In propoſito autem ucriſſimum eſt hominẽ

non

non ſubdi homini in his, quæ ad naturam ſpectant, ſed hoc intelligitur per ſe & formaliter, & ideo nullus poteſt alteri præcipere vt ſe occidat, vt non comedat, vt non generet. Sed per accidens in his etiam homo homini ſubditur, pro quanto hæc concomitanter ſe habent ad actiones, in quib. homo homini per ſe ſubditur, vt pater in laicis ſubditis, qui tenent mandante principe, præliari, & exponere ſe mortis periculo, vt experientia teſtatur, quia poteſt princeps præcipere, vt tueantur armis rempublicam, vt vlciſcantur armis eandem: & huic annexum eſt periculum mortis: ideo ea tali annexione ſubduntur etiam, quo ad vitam. Ratio autem huiuſmodi debitæ obedientiæ eſt: quia de humanorum actuum ſubiectione iudicandum eſt ſecundum ea, quæ inſunt per ſe, & non ſecundum ea quæ ſunt per accidens: ſicut vniuerſaliter de cæteris conditionibus humanarum actionũ conſideratio & iudicium ſi non fiat per ſe, non rectè iudicantur niſi diuinando. oportet ergo inſpicere ad naturam operis humani, an ſit per ſe de genere ſubditorum ſuperiori homini, an ſit de genere exẽptorũ à ſubiectione humana, vt fecit Diuus Thomas in loco allegato, duo operum genera per ſe eximens à ſubiectione humana, opera ſcilicet interiora animi, & opera naturæ ſuſtentandæ & propagandæ. Et aduerte ꝙ etiam non per ſe ſubiectæ operationes alteri homini, poſſunt per accidens fieri ſubiectæ alteri homini, vt declarauimus. Quoniam igitur conſtet, exteriores actus virtutum neceſſarios ad commune bonum politicum vel domeſticum ſubiectos eſſe homini ſuperiori, quoniam & leges humanæ huiuſmodi actus præcipiunt, & ſuperiores ad hos cogunt ſubditos, non ſunt à ſuo ſubiectionis ordine eximendi, propter accidentia annexa: vt teſtantur præcepta de actibus fortitudinis. Si enim leges & præcepta principum de actibus fortitudinis exceptionem admittũt, quando eſt fortitudinis actibus annexum vitæ periculum, vanus eſt omnis principatus ad præcipiendũ quæ ſunt fortis: vnde nil aliud eſt dicere, quòd lex aut princeps aut ſuperior nõ poteſt præcipere actus, quibus annexum eſt vitæ periculum. quàm exterminare præcepta fortitudinis à poteſtate humana: quũ fortitudo circa mortis pericula ſit: quod quia abſurdum, imò ridiculum eſt, ſtet iudiciũ in his, quæ ſunt per ſe. Simile quoq; facilè apparet in actibus religionis: præcipit eccleſiaſtica lex miſſam celebrare non niſi cum ſacris veſtibus, cum altari, cum calice, ſi fiat exceptio de mortis periculo, ſacerdos comminata ſibi morte celebrabit licitè in diploide, habens tantummodo panem & vinum: quis fatuus diceret hęc? Similiter epiſcopus conferet ordines ſacros in diploide ſine vllis cæremonijs, ſola forma ſubſtantiali ſeruata ob comminatam ſibi mortem, quod eſt ſacrilegium. Ex quibus quilibet ſapiens poteſt percipere, falſum eſſe fundamentum, ꝙ humana lex & ſuperior homo non poteſt præcipere actus virtutum vſque ad mortis periculum incluſiuè, & quòd ſubditi non teneantur obedire. Stetur ergo, vt dictum eſt, in his, quæ ſunt per ſe, cenſendo quòd tam lex, quàm ſuperior homo poteſt præcipere omnes exteriores virtutum actus neceſſarios ad commune bonum illud, cuius curam habet, ad quod ſubditos habet: & ſubditi tenentur obedire, non obſtante quocunq; vitæ periculo annexo. Vnde quia prælatus poteſt præcipere ſubditis religioſis ea, quæ ſunt ad mutua obſequia, inter quæ non infimum tenet locum cura infirmorũ: ideo tenetur ſubditus obedire ad ſeruiendum ægris etiam infectis epidimiæ morbo: quoniam hoc periculum vitæ concomitanter ſe habet ad opus, quod per ſe præcipitur, ſcilicet ſeruitium infirmorum. Nec minus tenetur religioſus in his & ſimilibus obedire quàm ſecularis ſuo principi ad præliandum, vbi eſt maximum mortis periculum concomitans. Et quoniam hoc clarum eſt, non me extendo amplius, ſed ex his conſtat ſatisfactum eſſe primæ rationi in oppoſitum allatæ, & authoritati S. Tho. verificantur ſiquidem formaliter & per ſe: ſecus autem eſt quum concomitanter concurrit id quod eſt naturæ ſeu vitæ ad illud quod per ſe præcipi poteſt.

¶ Ad ſecundam verò rationem de charitatis ordine, reſpondetur ꝙ charitatis ordo habet, vt pro actu virtutis quilibet exponat vitam ſuam corporalem, & miles pro actu virtutis, ſcilicet iuſtæ defenſionis aut iuſtæ vltionis, exponit vitam ſuam periculo, & ſeruiens infectis, pro actu virtutis, ſcilicet religioſi obſequij exponit ſe periculo mortis, & non pro bonis externis aut corporali ſalute alterius. Conſtat autem hos & ſimiles virtutum actus debitos poſſe præcipi, nec contra nec ſupra charitatis ordinem, ſed ſecundum charitatis ordinem, quãtùm bonum animæ præſtat corporali vitæ.

¶ Ad tertiam dicitur, ꝙ actus virtuoſi præcepti à iure poſitiuo relati ad vitæ periculum, non ſunt vniformes. Quidam enim ſunt, quorum rectitudo deſtruitur ex vitæ periculo annexo, vt ſunt actus abſtinentiæ, qui ſi cum diſcrimine vitæ fiant, non ſunt virtuoſi, quoniam recta abſtinentię ratio medium ſic exigit, vt non ſubtrahatur neceſſarium ad vitam, & de his verificatur, ꝙ leges humanæ intelliguntur ſalua conſiſtentia ſubiecti. Quidam verò ſunt, quorum rectitudo conſtituitur ex periculo vitæ, vt actus fortitudinis, qui ſi diſcrimen vitæ effugerent, in vitium inciderent. Et ſimile eſt de reliquis actibus virtutum neceſſarijs ad commune bonum, vt ſunt obſequia, officia, miniſteria neceſſaria ad commune bonum, in quibus eſt nonnulla fortitudo in ſuſtinendo pericula vitæ ſuperuenientia, ſuſtinet enim in tantum eorum rectitudo ex periculo vitæ, vt ſi huiuſmodi periculum effugerent in vitium inciderent timiditatis, & in huiuſmodi non ſubintelligitur ſalua conſiſtentia ſubiecti. Quidam verò ſunt medij reſpicientes periculum vitæ omnino accidentaliter, vt ſunt multi religionis actus, puta andire miſſam, ſeruare feſta, & huiuſmodi. Et horum duplex eſt differentia. Nam quidam ſunt, qui ex ſupradicto vitæ periculo & licitè omittuntur, & ſupererogatoriè fiunt, vt ſunt actus prædicandi & corrigendi, qui quandoq; (puta non cogente diuini iuris neceſſitate) poſſunt propter vitæ periculum omitti licitè, quia eſt licitum quandoque fugere, poſſunt & tunc nihilominus ſupererogare, volentes prædicare & reprehendere, vt Ioan. Baptiſta arguit Herodem: ſciebat enim Herodes crimen ſuum, ita quòd non neceſſitatis, ſed ſupererogationis erat Ioannis reprehenſio. Quædam verò ſunt, quæ ſi fiant propter timorem mortis, illicitè omnino fiunt, vt celebrare miſſam abſque ſacris veſtibus, calice, & altari, celebrare ſcienter coram excommunicatis nominatim, & reliqua ſimilia, quæ ſi fiant propter timorem mortis, ſunt illicita, quia non excuſantur à toto, ſed à tanto. Et horum omnium vna communis eſt ratio, quia legis & principis eſt præcipere actus virtutum neceſſarios ad commune bonum, vt autem declaratum eſt, à virtute recederetur, ſi mortis periculum in prædictis exciperetur.

¶ Ad quartam dicitur, quòd timor cadens in conſtantem virum, excuſat iuxta prædictam diſtinctionem quandoque à toto, vt in his, in quibus omiſſio vel commiſſio ob mortis periculum à rectitudine non recedit. Et hoc gratia materiæ humanitatis pietate ſuffultæ plerunque fortè à Iuriſtis extenditur. Quandoque autem excuſat non à toto, ſed à tanto coram Deo, quamuis coram humano iudice excuſet

à toto,

à toto, vt in prædictis patet: & tunc moriendum eſt potius viro forti, quam incurrere obliquitatem etiam venialem, Romæ die 27. Decembris, 1522.

TRACTATUS DECIMUS de Miſſa ſacrificio & Ritu aduerſus Lutheranos, ad Clementem VII. Pontificem Maximum, in ſex capita diuiſus.

1 *Quænam ſit authoris intentio.*
2 *Conuenientia & differentia Lutheranorum cum Catholicis circa ſacrificium miſſæ.*
3 *Ex inſtitutione Chriſti Euchariſtiam immolari.*
4 *Ex inſtitutione Chriſti immolari Euchariſtiam in remiſſionem peccatorum.*
5 *Obiectiones ex Epiſtola ad Hebræos contra ſacrificium miſſæ.*
6 *Reſponſio ad obiecta.*

CLEMENTI VII. PONT. MAX. Thomas de Vio Caietanus, Cardinalis ſancti Xyſti, fœlicitatem.

MANDASTI Olim P. beatiſsime, vt tanquam inſtructor nuntij ſcriberē reſpondenda obiectis in libello de Cœna Domini, aſserente corpus & ſanguinem Chriſti in Euchariſtia eſse duntaxat ſicut in ſigno: oblato autem nuperrimè mihi Libello Lutherano etiam de cœna Domini, affirmante in Euchariſtia verum Chriſti corpus & ſanguinē, ſed negante ſacrificium miſsæ, cōtra vniuerſas etiam ſchiſmaticorum eccleſias, exiſtimaui non eſse expectandum mandatum, ſed officij mei partes exequi, manifeſtando rationes errandi in hac noua hæreſi. Suſcipiat itaque decernendam Apoſtolatus tui cenſura lucubratiunculam hanc, & felix vale.]

CAPVT I.

Quæ ſit intentio authoris.

VNICVS MAGISTER Omnium Dominus Ieſus Sadducæos (qui ex ſacris libris ſolos libros Moyſi recipiebant) confutando ex libris Moyſi, docuit nos, vt aduerſus hæreticos abſtineamus à teſtimonijs, quæ non recipiunt: ſed illis vtamur ſacris teſtibus, quos non refutant. Quocirca aduerſus hæreticos, qui Lutherani vocantur, innitentes ſolis teſtimonijs ſacrarum Scripturarum, ſcripturus de ſacrificio miſsæ, ex ſolis ſacris Scripturis diſputationē doctrinamque omnem perficere intendo: tum ne glorientur in ſolido fundari ſacrarum Scripturarum fundamento negationem ſacrificij miſſæ: tum ne minus docti putent ex Eccleſiæ inſtitutione, non Scripturæ authoritate fulciri ſacrificium miſſæ: tum vt habeant Lutherani illi, qui ignoranter errant, vnde reſipiſcant.

¶ Vt autem clara fiat apud omnes veritas, primùm in quo conueniunt, & in quo differunt Lutherani à catholicis: deinde quid ex ſacris ſcripturis de ſacrificio miſſæ habetur, & demum Lutheranæ obiectiones diſcutientur.

CAPVT II.

Conuenientia & differentia Lutheranorum cum Catholicis circa ſacrificium miſſæ.

COnſentiunt Lutherani miſſam poſſe ſacrificiū memoriale appellari, ea ratione, quia in memoriam ſacrificij oblati in cruce verum corpus Chriſti, cum vero ſanguine Chriſti conſecratur, veneratur & ſumitur dicente Domino, Hoc facite in mei commemorationem. Negant autem duo. Alterum eſt, offerri corpus vel ſanguinem Chriſti Deo, quamuis enim affirment in altari eſſe verum Chriſti corpus, negant tamen illud verum Chriſti corpus offerri Deo. Alterum eſt, eſse in altari hoſtiam ſeu ſacrificium pro expiatione peccatorum, ſiue pro viuis ſiue pro defunctis. Et fundant vtrunque ſuper doctrinā Epiſtolæ ad Hebræos, vbi clarè vnica oblatio corporis Chriſti in cruce ſemel facta, ſufficiens manifeſtatur pro peccatis totius mundi. Et propterea inferunt, quòd quamuis cultus corporis Chriſti in memoriū paſsionis & mortis Chriſti ſit inſtitutus à Chriſto, oblatio tamen corporis Chriſti tanquam hoſtiæ pro peccato, eſt adinuentio humana, contraria documentis ſacræ ſcripturæ.

CAPVT III.

Ex inſtitutione Chriſti Euchariſtiam immolari.

CAtholici autem agnoſcimus in ſacris literis ſcriptam eſſe inſtitutionem immolationis Euchariſtiæ. Euangeliſtæ enim (ſpecialiter Lucas capite vigeſimoſecundo, ſpecialiuſq; Paulus ad Corinthios vndecimo,) tradunt poſt multas actiones Domini Ieſu in cœna, eum mandaſſe, Hoc facite in mei commemorationem. Quæ quia verba ſunt Ieſu Chriſti, libranda valde ſunt, tum pronomen, Hoc, tum verbum, Facite, tum, In mei commemorationem.

¶ Ad intelligendum itaq; demonſtratum per pronomen, Hoc, inſpicienda ſunt quę pręmittuntur. Pręmittitur autem, quòd Ieſus accepit panem, gratias egit, fregit, dedit, dixit, Accipite, commedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur, vel ſecundum Lucam, datur, Statimque ſubiunxit, Hoc facite in mei commemorationem. Pronomen itaq;. Hoc, quum non arctetur ad demonſtrandum aliquod præmiſſorum, & ad aliquod præmiſſorum non demonſtrandum, conſequens eſt vt demonſtret vniuerſitatem præmiſſorum.

¶ Verbum, Facite, multa fert myſteriū. Nam non dicit, hoc dicite, ſed, hoc facite, vt ſignificaretur, ꝙ id, quod mandat, non conſiſtit in dicere, ſed in facere, quòdque dicere hic interueniens, non propter dicere, ſed propter facere eſt, vt intelligeremus, quòd verba conſecrationis ſunt verba efficientia illud, quod ſignificant. Et adiungendo, In mei commemorationem, diſtinguit Facere à commemorare, vt ſignifican

tiùs

tiùs non dixerit, hoc commemorare, ſed hoc facite in commemorationem mei. Mandat itaque Dominus Ieſus hoc, id eſt vniuerſa præmiſſa, facere in memoriam ſui. Actus ergo faciendi hoc, mandatur relatus ad recordationem Domini Ieſu.

¶ Ex eo autem, quòd ſub facere hoc, comprehenditur non ſolùm facere corpus Chriſti, ſed & facere corpus Chriſti, quod frangitur, ſeu datur pro nobis; manifeſtum eſt Dominum Ieſum mandaſſe, facite corpus meum, quod pro vobis frangitur & datur. Perinde autem eſt, Quod pro vobis frangitur & datur, ac ſi diceretur, Quod pro vobis immolatur, neque enim aliter frangitur aut datur niſi pro quanto in cruce frangitur & datur (hoc eſt immolatur) pro vobis, facere autem corpus meum, quod pro vobis immolatur vt ſic, perinde eſt, ac facere corpus meum, quatenus pro vobis immolatur.

¶ Vt autem hæc, quæ dicimus penetres, aduerte quòd ſi Dominus Ieſus ob veritatem duntaxat corporis ſui ſignificandam adiunxiſſet, quod pro vobis frangitur ſeu datur, ſat fuiſſet dicere, quod in perſona mea videtis, ſeu quodcunque aliud eiuſmodi. Sed abſit à Domini Ieſu Chriſti ſermone, ſermo non formalis, quo adempto, omnis tollitur certitudo ſermonis, vagaretur enim per infinita accidentia. Dicendo itaque, quod pro vobis frangitur, ſeu datur, formali ſermone ſignificat, facite corpus meum, quatenus pro vobis offertur, & hoc ipſum facite in mei commemorationem.

¶ Porrò ex eo quòd facere hoc in Chriſti memoriam, plus eſt quàm conſecrando facere corpus Chriſti (quia eſt etiam facere corpus Chriſti, quod datur & frangitur pro vobis) & plus eſt, quàm recordari Chriſti (quia eſt facere Chriſti corpus, quod datur ac frangitur pro nobis in Chriſti recordationem) & dari ac frangi pro nobis, eſt immolari pro nobis (nam dari ſignificat in genere offerri, frangi verò ſignificat in ſpecie modum oſtendi, per fractionem ſcilicet) dedit enim ſemetipſum Deo in cruce fractione manuum, pedum ac lateris pro nobis, conſequens eſt ꝙ mandante Domino Ieſu, hoc facite in mei commemorationem, mãdatur, hoc facite immolatitio modo in mei commemorationem, facere enim corpus Chriſti, quod immolatur, eſt facere illud immolando, ſeu per modum immolationis, nam ſic duntaxat fit à nobis corpus Chriſti, quatenus immolatur, nam facto non fit à nobis corpus Chriſti, quatenus immolatur, niſi vtrunque facto impleatur, videlicet & conſecrando facere corpus Chriſti, & immolando facere quod datur & frangitur nobis, adiuncto tertio, videlicet, in Ieſu Chriſti memoriam.

¶ Et aduerte prudens lector, facta in cœna Dominica, vt perpendas q̃ quadret inſtitutio inſtitutioni, & factũ facto, & immolatio immolationi. Cœna ſiquidem agni Paſchalis, inſtituta in memoriam eductionis de Ægypto, in facto conſiſtebat immolationis, ita quòd ipſa cœna erat immolatio Paſchalis agni. Similiter nanque Dominus Ieſus completo ſacrificio Paſchalis agni, inſtituit nouum noſtrum Paſcha ſeipſum, vt immolatur, dicendo, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur ac frangitur, hoc facite in mei memoriam. Ac ſi verbo dixiſſet, quod ſurrogationis facto dicebat, quemadmodum hactenus in memoriam exitus de Ægypto feciſtis Paſcha, ita deinceps hoc facite in meæ immolationis memoriam. Vt ipſa ſurrogatione noui Paſchatis pro veteri loqueretur, ac diceret, Paſcha illud feciſtis immolando communi cœna, & hoc facite immolando communi menſa in mei commemorationem. Ita quòd ex ipſa ſurrogatione noui Paſchatis veteri, ſignificatur, ꝙ dicendo, Hoc facite in mei memoriam, intelligitur de facere immolatitio modo, nam & immolatitio modo fecerant vetus paſcha.

¶ Hunc autem eſſe germanum ſenſum mandati iſtius, teſtantur etiam facta recitata à Paulo 1. ad Corinth. 10. Connumerat ſiquidem Paulus panem ſanctum, & poculum ſanguinis Chriſti inter immolata, ſupputat menſam noſtrã inter altaria, decernit edentes & bibentes de menſa Domini inter comedentes & bibentes immolata. Ex quibus clarè patet, tum Apoſtolos intellexiſſe mandatum Chriſti, hoc facite in mei memoriam, de facere immolando Euchariſtiam, tum Apoſtolorum tempore Euchariſtiam fuiſſe in Chriſti Eccleſia non ſolùm ſacramentum, ſed etiam ſacrificium, tum in ſacra Scriptura, & non ſolùm in vſu Eccleſiæ & libris Doctorum haberi immolationem corporis & ſanguinis Domini. Verba autem Apoſtoli ſunt hæc, Fugite ab idolorum cultu, vt prudentibus loquor, iudicate vos, quod dico. Poculum benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? panis quẽ frangimus nonne communicatio corporis Chriſti eſt? quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus, nam omnes ex eodem pane participamus. Videte Iſraëlem ſecundum carnem, nonne qui edunt victimas, participes altaris ſunt? Quid ergo dico, ꝙ ſimulacrum aliquid ſit, aut quòd ſimulacris immolatum aliquid ſit? ſed ꝙ quæ immolant Gentes, dæmonijs immolant, & non Deo. Nolo autem vos communicantes fieri dæmoniorum, non poteſtis poculum Domini bibere, & poculum dæmoniorum, non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. Hæc ille. Ex his enim manifeſtè patet Apoſtolum inter victimas Iſraëlis, & immolata dæmonijs, recenſere panem, quem frangimus & poculum benedictionis, & inter altare Iſraelis & menſam dæmoniorum, menſam Domini, & inter edentes victimas altaris Iſrael, & edentes immolata dæmonijs, edentes de menſa domini & bibentes de illius poculo, & ex huiuſmodi ratione arguere, ꝙ non poſſunt immolatorum Deo & dæmonibus participes eſſe. Niſi enim immolata eſſent Deo panis & calix Chriſti, vniuerſa Pauli fabrica ex immolatis tam Deo vero ab Iſraele, quã immolatis dæmonijs à Gentibus ſurgens rueret. Sed hoc tam clarum eſt teſtimonium, ꝙ panis & calix Chriſti tempore Pauli immolabantur, vt noſtra clarificatione non indigeat.

CAPVT IIII.

Ex inſtitutione Chriſti immolari euchariſtiam in remiſſionem peccatorum.

ALterum à Lutheranis negatum in miſſa, videlicet ꝙ ſit hoſtia pro expiatione peccatorum, facilè ex eodem Domini Ieſu mandato, eadem procedendo via monſtratur falsò negari. Nam Matth. 26. Dominus Ieſus accepto calice non ſolùm dixit, Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur, ſed adiunxit, In remiſsionem peccatorum, & ſubiunxit, Hoc facite in mei recordationem. Sub mandato itaque hoc facite, comprehenditur facere immolando ſanguinem Chriſti in poculo, non ſolùm quatenus effunditur, ſed etiam quatenus effunditur pro multis in remiſsionem peccatorum. Sermo enim formalis ſignificat, quòd quemadmodum effuſio ſanguinis in remiſsionem peccatorum eſt ipſa cruenta hoſtia pro peccatis noſtris, ita facere poculum ſanguinis, qui effunditur in remiſsionem peccatorum vt ſic, eſt immolare poculum ſanguinis quatenus effunditur in

remiſ-

remiſsionem peccatorum, quatenus operatur remiſſionem peccatorum, effundi enim in remiſsionem peccatorum eſt operari remiſsionem peccatorum, quantum eſt ex parte ſua, quicquid ſit de effectu. Non igitur humana eſt adinuentio, ſed intelligentia & obedientia diuini mandati, tum offerre corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſpecie panis & vini in memoriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, tum hæc ipſa offerre pro expiatione peccatorum, vt optima legis interpres conſuetudo vniuerſarum Eccleſiarum, nō ſolùm Latinarum, & Græcarum, ſed Armenarum, Perſarum & reliquarum per orbem diffuſarum ab antiquo ſemper interpretata eſt.

CAPVT V.

Obiectiones ex Epiſtola ad Hebræos contra ſacrificium miſſæ.

AAduerſus hæc duo inſtituta inſurgunt Lutherani ex multis dictis in Epiſtola ad Hebr. capit. 7. vſque ad decimum incluſiuè. Et contra quotidianam quidem oblationem Euchariſtiæ arguunt tripliciter. Primò, ex multitudine ſacerdotum. Nam ibidem differentia ponitur inter Chriſtum ſacerdotem noui Teſtamenti, & ſacerdotem veteris Teſtamenti, ꝙ ille eſt vnicus, iſtum autem oportet multiplicare: quia ille æternus, iſte temporalis: inconueniens ergo eſt in nouo Teſtamento affirmare talem hoſtiam, cui non ſat eſt vnicus ſacerdos, Chriſtus: ſed oportet ſucceſsiuè, ſecundùm temporum ſucceſſus ſacerdotem ſacerdoti ſuccedere: vt oportere videmus in miſſæ ſacrificio. Secundò, ex repetitione oblationis. Nam ibidem differentia ſcribitur inter ſacrificium veteris Teſtamenti & ſacrificium noui Teſtamenti, ꝙ illud repetebatur tum ſingulis dieb. à ſacerdotib. ſimplicib. tum ſingulis annis à ſummo Sacerdote: hoc autē nec quotidie nec quotannis repetitur, ſed ſemel oblatum eſt: inconueniens eſt ergo, in nouo Teſtamento ſacrificium affirmare, quod oportet ſæpè repetere. Tertiò, ex parte rei oblatæ. Nam ibidem differentia inter ſacrificium veteris & noui Teſtamenti, ponitur, quòd tunc ſanguine hircorum, &c. vtebatur ſacerdos: nunc autem per proprium ſanguinem ſemetipſum ſemel obtulit: inconueniens ergo eſt, per nos offerri ſub ſpecie panis & vini, qui ſemel ſufficientiſsimè oblatus eſt Chriſtus à ſeipſo.

¶Contra hoc verò, videlicet quòd Euchariſtia ſit hoſtia pro peccatis, arguunt etiam tripliciter. Primò ex repetitione: quia ibidem hoſtiarum veteris Teſtamenti infirmitati ad delenda peccata, aſcribitur repetitio Hoſtiæ. Si enim peccata purgaſſent, deſiiſſent offerri: & ideo noui Teſtamenti hoſtia tollens peccata non repetitur: inconueniens ergo eſt in nouo Teſtamento affirmare hoſtiam pro peccatis, quam oportet repetere: qualis eſt miſſa. Secundò, ex ſufficientia ſacrificij Chriſti, quia Chriſtus vnica oblatione ſemetipſum offerens in cruce, conſummauit omnes accedentes ad eum, &c. iniuria ergo fit ſufficientiſsimæ Chriſti hoſtiæ pro peccatis totius mundi, addendo hoſtiam aliam in nouo Teſtamento pro peccatis. Tertiò, ex parte abolitorum peccatorum: quia (vt ibi dicitur) vbi non reſtant peccata expianda, non eſt opus hoſtia pro peccatis: ſed omnia peccata ſunt abolita per gratiam noui Teſtamenti, quod Chriſti morte firmatum eſt: non eſt ergo locus alteri hoſtiæ pro peccatis in nouo teſtamento.

CAPVT VI.

Reſponſio ad obiecta.

FVndamentum veritatis, & intelligendi diuerſa ſacræ Scripturæ dicta circa noui Teſtamenti ſacrificium, ac ſacerdotium eſt vnitas hoſtiæ, ſimpliciter & abſolutè immolatæ ſemel in cruce ab ipſo Chriſto ſecundum ſeipſum, & ſecundum quid immolatæ quotidie ab eodem per miniſtros in Eccleſia ſua. Ita quòd in nouo Teſtamento eſt hoſtia cruenta, eſt & hoſtia incruenta. Hoſtiam ſiquidem cruentam agnoſcimus Ieſum Chriſtum in crucis ara oblatum ſemel pro peccatis totius mundi: hoſtiam verò incruentam agnoſcimus inſtitutam à Chriſto, corpus & ſanguinem eius ſub ſpecie panis & vini: vt citatæ Scripturæ teſtantur. Verùm hoſtia cruenta & incruenta non ſunt hoſtiæ duæ, ſed hoſtia vna: quia res quæ eſt hoſtia, eſt vna met res, non enim Chriſti corpus in noſtro altari eſt aliud ab illo Chriſti corpore, quod oblatum eſt in cruce, nec ſanguis Chriſti in noſtro altari alius eſt ab illo Chriſti ſanguine, qui fuſus eſt in cruce. Modus verò hanc vnam eandémq; hoſtiam immolandi, alter eſt, quia ille vnicus ſubſtantialis ac primæuus immolandi modus, fuit cruentus, vtpotè in propria ſpecie corporis fractione in cruce ſanguinem fundens, iſte verò quotidianus externus acceſſoriuſq; modus, eſt incruentus, vtporè ſub ſpecie panis & vini oblatum in cruce Chriſtum, immolatitio modo repræſentans. Quocirca noui Teſtamenti hoſtia cruenta & incruenta, vnica eſt ex parte rei oblatæ, & ex parte modi offerendi, licet ſit diuerſitas; quia tamen iſte modus, ſcilicet incruentè immolare, non eſt ſecundum ſeipſum tanquam diſparatus modus immolandi inſtitutus, ſed dūtaxat vt refertur ad cruentam in cruce hoſtiā, conſequens eſt apud ſapiētes, & penetrantes, ꝙ vbi vnum non niſi propter alterum, ibi vnum duntaxat eſt, conſequens inquam eſt non poſſe affirmari, propriè loquendo, duo ſacrificia aut duas hoſtias aut duas oblationes, immolationes, & quouis nomine appelles, eſſe in nouo Teſtamento, ex hoc ꝙ eſt in eo hoſtia cruenta Chriſtus in cruce & hoſtia incruenta, Chriſtus in altari, ſed eſſe vnicam ſemel oblatam in cruce perſeuerantem modo immolatitio quotidiana repetitione ex inſtitutione Chriſti in Euchariſtia. Perſeuerantiam autem hoſtiæ in cruce oblatæ ſingimus in noſtro altari, ſed ex identitate rei oblatæ in cruce & in altari habemus, ex eo enim, ꝙ vnum atq; idem Chriſti corpus eſt, quod oblatum eſt in cruce, & illudmet offertur in altari, clarè patet, non eſſe aliam hoſtiam in altari & in cruce, ſed eam, quæ in cruce oblata ſemel eſt, perſeuerare, alio tamen modo in altari, mandante Chriſto, Hoc facite in mei commemorationem. Si nanq; iunxeris hæc duo, videlicet, hoc facite, &, in mei memoriam, perpendes, ꝙ vnum atque idem illud, quod tunc fiebat, facimus in Chriſti memoriam, quod eſt illud vnum atq; idem quod tunc frangebatur & effundebatur perſeuerare ſub ſpecie panis & vini in memoriam Chriſti.

¶Ex his igitur ad ſingula obiecta ſigillatim diluenda deſcendendo, dicimus ad primum de vnitate ſacerdotis, quòd in nouo Teſtamento vnicus eſt ſacerdos Chriſtus, & ipſemet eſt ſacerdos in noſtro altari, nam miniſtri quique non in perſonis proprijs, ſed in perſona Chriſti conſecrant corpus & ſanguinem Chriſti, vt teſtantur verba conſecrationis, ac per hoc vices Chriſti agentes afferunt, non enim dicit ſacerdos, Hoc eſt corpus Chriſti, ſed Hoc eſt corpus meum, faciendo in Chriſti perſona ſub ſpecie panis,

corpus

corpus Chriſti, iuxta mandatum Chriſti, hoc facite. Et quum infertur, inconueniens eſſe affirmare hoſtiam in nouo Teſtamento, cui non ſat eſt Chriſtus, ſed oportet ſuccedere miniſtros, reſpondetur quòd aliud eſt affirmare diſparatam hoſtiam requirentem ſucceſsionem ſacerdotum, & aliud eſt affirmare perſeuerantiam hoſtiæ in cruce oblatæ, requirentem ſucceſsionem miniſtrorum. Primum enim dedeceret nouus Teſtamenti ſtatum, ſecundum autem conſentaneum in nouo Teſtamento eſt, vt iugis vigeat victima vnica illa ſemel oblata.

¶ Ad ſecundum ex parte repetitionis, dicitur, quòd in nouo Teſtamento non repetitur ſacrificium ſeu oblatio, ſed perſeuerat immolatitio modo vnicum ſacrificium ſemel oblatum, & in modo perſeuerandi interuenit repetitio, non in ipſa re oblata, nec etiam ipſe, qui repetitur modus, concurrit ad ſacrificium propter ſe, ſed propter oblationem in cruce commemorandam interuenit. Huius autem modi repetitionem non eſſe contra doctrinam Epiſtolæ ad Heb. teſtantur verba illius, inferentia, quòd ſi repeteretur noui Teſtamenti ſacrificium, oportuiſſet Chriſtum ſæpè pati. De repetitione igitur ſacrificij manifeſtat ſe loqui, non de repetitione iſtius modi à Domino Ieſu Chriſto inſtituti.

¶ Ad tertium ex parte rei oblatæ, dicitur, quòd cùm hoc, quòd Chriſtus ſemel proprium ſanguinem ſufficientiſsimè & abundantiſsimè fuderit in cruce, quadrat vt perſeueret immolatitio modo in Euchariſtia illa vnica, ac ſufficientiſsima ſanguinis in cruce effuſio.

¶ Ad primvm Autem contra Euchariſtiam, quatenus affirmatur hoſtia pro peccatis, dicitur concedendo, quòd ex hoſtiæ impotentia ad delenda peccata decreta eſt in lege veteri repetitio eiuſdem hoſtiæ. Et quum inferunt, inconueniens eſſe, in nouo Teſtamento affirmare hoſtiam pro peccatis, quam oportet repetere: conceditur totum propriè loquendo: quia non repetitur in miſſa hoſtia, ſed illamet hoſtia in cruce oblata perſeuerans immolatitio modo, recolitur in qualibet miſſa.

¶ Ad ſecundum autem dicitur, quòd abſit à fidelium mentibus etiam cogitare, quòd ad ſupplendam efficaciam hoſtiæ in cruce oblatæ celebretur miſſa: celebratur enim tanquam vehiculum remiſſionis peccatorum per Chriſtum in cruce factæ: ita quod quemadmodum non eſt alia hoſtia, ita non aliam affert remiſsionem peccatorum. Nam quemadmodum Chriſtus per proprium ſanguinem penetrauit cœlos perſeuerans ſacerdos in æternum ad interpellandum pro nobis (vt in eadem Epiſtola ſcribitur) ita perſeuerat nobiſcum per Euchariſtiam immolatitio modo, intercedendo pro nobis. Sicut enim ſufficientia & efficacia ſumma ſacrificij in ara crucis non excludit perſeuerantiam Chriſti in cælis in officio interpellandi pro nobis: ita non excludit perſeuerantiam eiuſdem nobiſcum immolatitio modo ad intercedendum pro nobis. Nam quemadmodum continua interceſsio Chriſti pro nobis in cælo, non derogat vnicæ interceſsioni mortis Chriſti: ita non, imò multò minùs eidem derogat perſeuerantia Chriſti immolatitio modo, ad intercedendum pro nobis, vt participes ſimus remiſsionis peccatorum in ara crucis factæ, quando iſta interceſsio fit per myſterium ſub ſpecie panis & vini: illa autem in cœlo fit per Chriſtum in propria ſpecie, in qua crucifixus eſt. Si enim derogationi locus eſſet, magis derogaret vnicæ mortis interceſsioni, vt poſt mortis interceſsionem intercedat Chriſtus ſub ſpecie propria, quàm ſub ſpecie aliena. illud nanque intercedere præ ſe fert quaſi ſupplementum intercedendi: hoc autem præ ſe fert ceremonialem intercedendi modum, nobis valde conſonum.

¶ Ad tertium dicitur, quod cum grano ſalis intelligendum eſt peccata eſſe nobis remiſſa per Chriſti mortem: videlicet per Chriſti mortem applicatam nobis per inſtituta à Chriſto ſacramenta: in hoc enim Chriſtiani omnes conuenimus. Inter ſacramenta autem à Chriſto inſtituta ſupputatur & eſt ſacramentum Euchariſtiæ inſtitutum ab ipſo Chriſto immolatitio modo, vt declaratum eſt ex verbis Chriſti & Pauli. Et ideo ſi qui inter Chriſtianos ſunt egentes poſt Baptiſma remiſsione peccatorum, Euchariſtiæ hoſtia prodeſſe poteſt illis ad remiſsionem peccatorum, applicando efficaciam mortis Chriſti ad illos. non egentibus autem remiſsione peccatorum, prodeſt ad vegetationem animæ, quemadmodum cibus & potus corporeus vegetat corpus, ſacramentum enim Euchariſtiæ quamuis immolatitio modo inſtitutum ſit etiam pro expiatione peccatorum facta per crucem Chriſti applicanda colentibus, non tamen eſt inſtitutum propter hoc duntaxat, ſed pro alijs animæ bonis.

¶ Cum omnibus igitur ſcriptis in Epiſtola ad Hebræos ſtat ſacrificium miſſæ, quòd Eccleſia catholica edocta à Chriſto & Apoſtolis celebrat. Et hæc ſint dicta extenſione ibidem dictorum ad miſſa ad Euchariſtiæ hoſtiam. noui enim, quòd iuxta genuinum ſenſum, de ſacrificijs cruentis tractat Author illius Epiſtolæ, monſtrans excellentiam cruenti ſacrificij oblati à Chriſto condendo nouum teſtamentum, relatiuè ad ſacrificia omnia veteris Teſtamenti. Viſum ſiquidem eſt expedire claritati veritatis Catholicæ, admittere huiuſmodi extenſionem, vt nulla ex parte hæſitandi locus relinquatur, ad Dei gloriam. Romæ, die tertio Maij, M. D. XXXI.

Tractatus de ſacrificio Miſſæ, editi per Reuerendiſsimum Dominum, Dominum Thomam de vio Caietanum Cardinalem Sancti Xyſti, finis.

TRACTATUS UNDECIMUS de Fide & operibus aduerſus Lutheranos, ad Clementem VII. Pont. Max. in duodecim capita diuiſus.

1 *Poſitio Lutheranorum de fide.*
2 *Primus in prærecitatis error, quòd incidit æquiuocatio in nomine fidei.*
3 *Secundus in prærecitatis error, quòd dicta credulitas apprehendit remiſsionem peccatorum.*
4 *Tertius in prærecitatis error, quod ante charitatis aduentum remittuntur peccata pœnitentibus.*
5 *Poſitio Lutheranorum de Operibus.*
6 *Quid & quomodo intelligatur meritum in propoſito.*
7 *Humana opera eſſe meritoria alicuius à Deo.*
8 *Opera viuorum Chriſti membrorum eſſe meritoria vitæ æternæ.*

9 *Modus, quo opera noſtra meritoria ſunt vitæ eternæ.*
10 *Valor operũ exiſtentiũ in peccato mortali.*
11 *Opera noſtra eſſe ſatisfactoria pro peccatis.*
12 *Reſponſio ad obiectiones quarto c. ſcriptas.*

PRæceptis beatitudinis tuæ, Clemens ſeptime Pontifex Maxime, etſi ſemper parere fas eſt, nunc tamen & iucundum mihi eſt, venena ſiquidem Lutherana de fide & operib. diffundi & in corda fidelium timeos, cupiebam vt tretur obuiam, & nõ niſi paulò ante beatitudinis tuæ mandatum cogitaueram animum ad ſcribendum tractatum hunc appellere. Suauiſsima itaq; hæc obedientia venit, vtinam & Chriſti fidelib. fructuoſa & tuæ beatitudini (cui etiam cenſura libelli huius incũmbit) grata.

CAPVT I.

Poſitio Lutheranorum de fide.

MAgnificantes Lutherani Euangelicam doctrinam de æterna ſalute hominum per fidẽ Mediatoris Dei & hominum hominis Chriſti Ieſu, docent hoĩes conſequi remiſsionem peccatorum per fidem in Ieſum Chriſtum, extendẽdo nomen fidei ad credulitatem, quia peccator accedẽs ad ſacramentum credit ſe iuſtificari ex diuina miſericordia intercedẽte Ieſu Chriſto. Et vſq; adeò magnipendunt hanc credulitatem, vt dicant eam aſſequi remiſsionem peccatorum ex diuina promiſsione. Aiunt enim ꝙ niſi homo habeat hmõi firmam credulitatem diuini Verbi, iniuriam facit diuino Verbo, minùs credendo diuinę promiſsioni; ſi autem firmiter credit ſe iuſtificari, ſuſcipiendo ſacramentum, verè iuſtificatur, alioquin non eſſet vera & efficax diuina promiſsio.

¶ Nonnulli quoq; Lutherani vſq; adeò extollunt huiuſmodi fidem, vt eam aſſequi remiſsionem peccatorum antequàm peccator habeat charitatẽ, doceant, ea ratione quia fides iuſtificans diſtinguitur contra legem longo ſermone à Paulo Apoſtolo, charitas autem comprehenditur ſub lege, quũ diligere Deum ex toto corde, &c. eſt primum & maximum mandatum in lege, vt Dominus in Euangelio dicit Matth. 22. Hæc ſunt in quibus conſiſtit neruus doctrinæ Lutheranæ de fide.

CAPVT II.

Primus in prærecitatis error, quòd incidit æquiuocatio in nomine fidei.

FIdei nomen aliud ſignificat cum de illa ſacræ literæ tradunt, ꝙ iuſtificat homines, & aliud ſignificat credulitatem, qua homo credit ſe iuſtificari per Chriſtum & ſacramẽta. nam fides iuſtificans eſt quæ ſignificat id quod per eius diffinitionem manifeſtat, ad Heb. 11. dicendo ꝙ fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium, ſic. n. ſumpta eſt vna trium virtutum theologalium, dicente Paulo, Nunc autem manent fides, ſpes, & charitas. Et fides in hac ſignificatione ſumpta eſt, quæ eſt donum Dei, vt dicitur ad Ephe. 2. per quam ſaluamur, & ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & eſt qua credimus omnes articulos fidei, & quæcunque ſunt de neceſsitate ſalutis credenda.

¶ Fides autem ſignificans credulitatem, eſt qua iſte homo credit ſe iuſtificari hic nunc ſuſcipiendo hoc ſacramentum ex merito Chriſti, multum diſtat à fide primo modo ſumpta. Quod declaratur, tum ex parte rei creditæ, quoniam fidei non poteſt ſubeſſe falſum, credulitas autem iſta poteſt falli. Et ratio eſt, quia credulitas iſta eſt de ſingulari effectu hic nunc, & in hoc proueniens partim ex fide neceſſaria ad ſalutem, & partim ex humana coniectura: pro quanto enim eſt de merito Chriſti & ſacramentis, imperatur à fide, pro quanto aũt eſt de effectu hic nunc in ſeipſo, ex humana prouenit coniectura. Nã ſub fide Chriſtiana clauditur, ꝙ quilibet confidens in merito Chriſti & ritè intus & extra ſuſcipiens ſacramentum iuſtificatur ex diuina gratia, ſed non extenditur Chriſtiana fides ad credendum, ꝙ ego nunc ſim intus & extra ſuſcipiens ritè ſacramentum, quemadmodum ex Chriſtiana fide teneor credere in hoſtia ritè conſecrata eſſe verum Chriſti corpus, ſed Chriſtiana fides nõ ſe extendit ad credendũ, ꝙ in hac hoſtia ab iſto nunc in hoc altari celebrante eſt corpus Chriſti: quoniam hoc poteſt aliunde eſſe falſum. Tum quia fides omnium Chriſtianorum eſt vna, iuxta illud ad Ephe. 4. Vnus Dominus, vna fides; perſpicuum eſt autem ꝙ ſub fide quæ eſt in me, nõn continetur credere, ꝙ ille ſuſcipiens ſacramentum nunc hic iuſtificetur, aut ꝙ in illa hoſtia eſt corpus Chriſti, ergo ſub nullius fide credere hunc ſingularem effectum huius ſacramenti in hoc nomine comprehenditur. Ex vnitate ergo fidei apparet ſecundò diuerſitas dictæ credulitatis à fide. Et propterea primus in hac re Lutheranorum error eſt, ꝙ ea quæ attribuuntur in ſacra Scriptura fidei, attribuunt huic credulitati: ſemper enim cum hanc docent credulitatem textus ſacræ Scripturæ citant, tractantes de fide, putà. Iuſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum, & fide purificans corda eorum, & infinitos ſimiles textus.

CAPVT III.

Secundus in prærecitatis error, quòd dicta credulitas apprehendit remiſsionem peccatorum.

QVOD autem dicunt, ꝙ huiuſmodi credulitas aſſequitur remiſsionem peccatorum, poteſt & bene & malè dici, & intelligi. Nam ſi dicatur & intelligatur, quòd hæc credulitas formata fide & charitate aſſequitur veniam peccatorum, verum eſt, ſi autem ſecluditur charitatis formatio, falſum eſt, quoniam, vt Auguſti. dicit 15. de Trinita. capit. 18. nullum eſt iſto Dei dono excellentius, ſolum eſt quod diuidit inter filios regni æterni, & filios perditionis æternæ.

¶ Et ſecto, quòd hæc credulitas communis eſt omnibus deuotè accedentibus ad ſacramenta, nam quilibet deuotè accedens ad quodcunque ſacramentum, credit ſuſcipiendo illud, ſe iuſtificari ex merito paſsionis & mortis Chriſti, alioquin non accederet. Sed non eſt par in omnibus iſta credulitas, vnus enim magis credit ſe iuſtificari, quàm alter, & regulariter cũ hæſitatione de oppoſito ineſt deuotis mentibus iſta credulitas, quia nulla Scripturæ authoritate, nullo Eccleſiæ documento docemur, oportere nos huiuſmodi credulitatem habere abſq; hæſitatione aliqua. Ratio autem hæſitandi eſt, quia communiter nullus ſcit, an ex parte ſui impedimentũ aliquod inueniatus

nemiatus

ueniatur ſuſcipiendi donum remiſsionis peccatorũ, nullus regulariter ſcit an ipſe deſit gratiæ Dei,& propterea ſic hæſitans, nullam iniuriam infert diuinæ promiſsioni, quoniam non hæſitat ex parte Dei, non hæſitat ex parte meriti Chriſti, non hæſitat ex parte ſacramenti, ſed hæſitat ex parte ſui: ſcriptum eſt enim, Delicta quis intelligit? Teſtatur quoque hanc communem hæſitationem de effectu ſingulari diuinæ miſericordiæ (hoc eſt remiſsionis peccatorum iſtius viri nunc deuotè conuerſi ad Deum) Ioel Propheta cap. 2. nam de ijs qui conuertendi erant ad Deum ex toto corde, in ieiunio, fletu, & planctu, citata diuinæ miſericordiæ excellentia ſuper peccata, ſubiungit, Quis ſcit ſi conuertatur Deus & ignoſcat? Neminem ergo eorum, qui conuertebantur, certum eſſe, ſed quemlibet ſub hæſitatione eſſe, an ignoſceret Deus illi, manifeſtat.

¶ Et confirmatur, quia credulitatis hæſitatio non rationabiliter tollitur niſi ex aliqua trium cauſarum, videlicet vel diuina reuelatione, quæ in propoſito nõ habet locum, quia quamuis Deus reuelauerit, quòd omnes, qui ritè intus & extrà confidunt ſe conſequi remiſsionem peccatorum per meritum Chriſti, conſequuntur illam, non tamen reuelauit, quòd iſte nunc ritè conuertitur intus & extrà. hic enim effectus particularis non comprehenditur ſub reuelatione, cui innititur fides Chriſtiana. Vel ex ſufficientia teſtimoniorum conuincentium ad aliquod ſingulare credendum, ſicut ſufficientia teſtimonia conuincunt eum, qui nunquam egreſſus eſt è Roma, ad credendum quòd inueniatur inſula Calicut, ſeu Taprobane, clarum eſt enim in credulitate, qua iſte credit ſe iuſtificari, non interuenire teſtimonia conuincentia intellectum ad credendum hunc effectum nunc in ſeipſo. Vel ex qualitate teſtium, puta quia ſunt omni exceptione maiores, iuxta quod dixit Apoſtolus ad Romanos octauo, quòd Spiritus ſanctus conteſtatur ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei. Nam hæc conteſtatio præſupponit remiſsionem peccatorum factam, quia præſupponit illum, de quo teſtatur, eſſe filium Dei, vt clarè ipſa litera ſonat: credulitas autem iſta, quam Lutherani ponunt, non præſupponit remiſsionem peccatorum in illo, ſed apprehẽdit illam, vt præcedens apprehendit quod ſequitur. Voluntarium igitur dogma eſt, dicere quòd huiuſmodi credulitas in verbo Chriſti, in merito paſsionis eius, &c. Infallibiliter * remiſsionem peccatorum. Et ideo à Leone 10. inter damnatos Lutheri articulos annumerati ſunt articuli dicentes, Peccata non ſunt illi remiſſa, niſi remittente ſacerdote, credat ſibi remitti, imò peccatum maneret, niſi remiſſum crederet: non enim ſufficit remiſsio peccati, & gratiæ donatio, ſed oportet etiam credere eſſe remiſſum. Nullo modo confidas abſolui propter tuam contritionem, ſed propter verbũ Chriſti, Quodcunque ſolueris, &c. hic inquam confide ſi ſacerdotis obtinueris abſolutionem, & crede fortiter te abſolutum, & abſolutus verè eris, quicquid ſit de contritione: ſi per impoſsibile confeſſus non eſſet cõtritus, aut ſacerdos non seriò, ſed ioco abſolueret: ſi tamen credat ſe abſolutum, veriſsimè eſt abſolutus.

† Alias, infert.

CAPVT IIII.

Tertius in prædictis error, quòd ante charitatis aduentum remittuntur peccata pænitentibus.

INTOLLERABILIVS Autem eſt dimitti peccata ante charitatem infuſam illi, cui dimittuntur peccata: quod ſic clariſsimè conuincitur. Impoſsibile eſt ex inimico reddi amicum ſine amicitia, cum amicus ſine amicitia nec intelligibilis ſit, quemadmodum nec albus ſine albedine intelligibilis eſt. Sed cùm homo ex iniuſto ſit iuſtus per Chriſtum, ſit ex inimico Dei, dicente Apoſtolo ad Romanos 5. Cùm inimici eſſemus: reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius: reconciliatio enim amicum reddit reconciliatum. Ergo peccatorem iuſtificari ſine amicitia Dei, nec eſt poſsibile, nec intelligibile: charitas autẽ eſt ipſa amicitia inter hominem, & Deum: eſt enim amor amicitiæ hominis ad Deum, & è contra, iuxta illud, Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo: & ibidem (ſcilicet primæ Ioannis quarto.) Diligimus Deum, quia ipſe prior dilexit nos. In mutuo enim amore conſiſtit amicitia: ergo per charitatem formaliter ſit remiſsio peccatorum. Ita quòd vna atque eadem res eſt, quæ vocatur iuſtitia fidei, & charitas: ſed iuſtitia fidei vocatur, quatenus ea homo eſt iuſtus apud Deum, ſecundum rationes diuinarum rerum atque actionum, quas credimus, appetitu ſenſibili debitè ſubdito voluntati, & voluntate rectæ rationi, & recta ratione Deo ſecundum rationes eorum, quæ de eo, ac cæleſti patria fide tenemus. Nominatur verò charitas, quatenus eſt amor amicitiæ ad Deum communicantem nobis ciuilitatem cæleſtis patriæ iuxta illud ad Phil. tertio, Noſtra autem politia in cælis eſt: & ad Eph. 2. Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues Sanctorum, & domeſtici Dei. & Cantic. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi.

¶ Et hæc ſola ratio, quia conuincit intellectum, ſufficit, fulta nihilominus autoritate Chriſti, Petri, Ioannis & Pauli eſt: iſti enim omnes attribuunt remiſsionem peccatorum fidei, & charitati ſimul. Et Chriſtus quidem Luc. ſeptimo, peccatrici dixit, Fides tua te ſaluam fecit: & de eadem dixit, Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. In quibus verbis dilectionem eſſe proximam cauſam remiſsionis peccatorum, teſtatur coniunctio, Quoniam, dum dicitur, Quoniam dilexit: fides enim inchoatiuè, charitas autem completiuè eſt cauſa remiſsionis peccatorum. Petrus Apoſtolus Actuum decimo ait, Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent remiſsionẽ peccatorum accipere omnes, qui credunt in nomine eius: & in primæ ſuæ Epiſtolæ capitulo quarto ait, Charitas operit multitudinem peccatorum. Ioannes ſimiliter Apoſtolus in prima ſua Epiſtola capitulo quinto ait, Omnis qui credit, ꝙ Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. & in capitulo tertio dicit, Nos ſcimus, quòd tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: qui non diligit, manet in morte. Nec obſtat ſi dicatur, quod ad literam Ioannes loquitur de dilectione proximi, quoniam perſpicuum eſt vnam atque eandem eſſe charitatem, qua diligimus Deum propter ſeipſum, & proximum propter Deum, vt habetur primæ Ioannis quarto, & de tali duntaxat fratrum dilectione verificatur tranſlatio de morte ad vitam.

¶ Paulus demum Apoſtolus ad Rom. 5. ait, Iuſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum. Et 1. ad Cor. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem non habuero, nihil ſum, in eſſe ſpirituali, quo cõſtituimur filij Dei. Et ad Gal. 5. In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides, quę per dilectionem operatur. Vbi clarè non fidei qualicunque, ſed per dilectionem operãti attribuit valere in Chriſto. Perſpicuum eſt igitur, veriſsimam eſſe communem Eccleſiæ doctrinam, ꝙ non per fidem informem, ſed per fidem formatã charitate ſit remiſsio peccatorum. Ita ꝙ authoritates authenticæ ſonãtes, iuſtificari nos per fidem, intelliguntur ad

tur ad literam de fide formata amicitia diuina, quam vocamus charitatem.

¶ Ad obiectionem autem in oppoſitum (ex eo ꝙ fides diſtinguitur contra legem, & dilectio comprehenditur ſub lege) reſpondetur quòd Legis nomen aliter ſumitur à Chriſto, cùm dicitur, quòd hoc eſt primum & maximum mandatum in Lege: & aliter ſumitur, cùm fides diſtinguitur ab Apoſtolo contra legem. Nam Chriſtus vtitur Legis nomine, vt comprehendit omnia mandata diuina, ſcripta in libris Moyſi: Apoſtolus autem vtitur Legis nomine arctiùs, vt diſtinguitur in præcepta moralia, cerimonialia, & iudicialia.

¶ Nec ego fingo hanc diſtinctionem, ſed ex Scriptura ipſa ſacra ſic habeo vt etiam aduerſarios oporteat eis aſſentire. Quòd enim Chriſtus vtatur ſic largè Legis nomine, ex eo conuincitur, quòd in eodem tex. Deut. c. 6. vnde citatur præceptum de dilectione Dei, immediatè ante ponitur præceptum fidei, dicendo, Audi Iſrael, Iehouah Eloi noſter, Iehouah vnus: ſub eodem ergo contextu legis ponuntur, præceptũ fidei, vt credatur Deus vnus duntaxat, & præceptum dilectionis eiuſdem Dei, vt intelligamus, quòd non magis ſub lege clauditur præceptum charitatis, quã præceptum fidei, loquendo de lege largo vocabulo: vt hinc etiam clarè pateat, quòd quemadmodum fides diſtinguitur contra legem ab Apoſtolo, charitas quoque pariter diſtingui cointelligitur contra eandem legem. Loqui autem Apoſtolum de lege, ſecluſis iis quæ ſunt fidei & charitatis, patet ex eo, quòd appellat eam legem factorum, & dicit eam ſeruari naturaliter ab Ethnicis: ait enim ad Ro. 2. Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt: certum eſt enim, quòd non faciunt naturaliter ea quæ charitatis ſunt. Aequiuocè igitur vtitur obiectio hæc Legis nomine, & propterea nihil valet: dilectio enim Dei clauditur ſub lege factorum, contra quam diſtinguitur fides, ſed ſub eadem lege, ſub qua clauditur fides vt patet Deut. 6. vbi ſimul dantur præcepta fidei, & dilectionis Dei. Ad alia autem à Lutherania obiecta, patet ex dictis reſponſio. Et hæc de fide ſufficiant.

CAPVT V.

Poſitio Lutheranorum de operibus.

Horũ ſolutiones leges 12. ca. huius tractatus.

DOCENT Lutherani opera noſtra non eſſe meritoria gratiæ, nec vitæ æternæ, nec eſſe ſatisfactoria pro peccatis, eo ꝙ ſufficientiſsimè Chriſtus meruit nobis gratiam remiſsionis peccatorum, & vitam æternam, & ſufficientiſsimè ſatisfecit pro omnibus: & proinde nefas eſſe attribuere operibus noſtris eſſe meritoria gratiæ (ſeu remiſsionis peccatorum) aut vitæ æternæ, & eſſe ſatisfactoria pro peccatis noſtris. Nam hoc redundat in opprobrium Chriſti, quandoquidem quod eſt proprium Chriſti attribuere nobis blaſphemia eſt: & detraheretur merito ac ſatisfactioni Chriſti, vtpotè inſufficientibus, ſi opus eſſet meritis & ſatisfactionibus noſtris.

¶ Fulciuntur autem hæc multis ſacræ Scripturæ authoritatibus. Et in primis, ꝙ non mereamur per noſtra opera remiſsionem peccatorum, probatur ex eo, ꝙ Paulus ad Rom. & ad Gal. probat nos iuſtificari non ex operibus, ſed ex fide, iuxta illud Abacuc 2. Iuſtus ex fide viuet: & ad Titum ſcribit, Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit: & ad Epheſ. 2. Gratia ſaluati eſtis per fidẽ, idque non ex vobis, Dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur.

¶ Quòd verò per opera nõ mereamur vitam æternam, ſed per Dei donum, ſcribitur ad Rom. 6. Stipendia peccati mors, donum autem Dei, vita æterna. Ad idem quoque & ad probandum ſimul, ꝙ opera noſtra, quantumcunque iuſti ſimus non ſint ſatisfactoria pro peccatis, affertur illud Luc. 17. Cùm feceritis omnia quæ præcepero vobis, dicite quod debuimus fecimus, ſerui inutiles ſumus. Si enim facientes omnia præcepta Chriſti ſunt ſerui inutiles, ergo non merentur mercedem: ergo multò magis qui non ſeruauerunt omnia præcepta, ſed egent ſatisfactione pro peccatis, ſunt inutiles ad ſatisfaciendum.

¶ Authoritates autem, quibus manifeſtatur ſufficientia meriti, & ſatisfactionis Chriſti pro nobis, omittendas duxi, quia de hoc nulla eſt quæſtio.

¶ Docent igitur Lutherani opera bona eſſe facienda, quia ſunt præcepta à Deo, quia ſunt fructus fidei iuſtificantis, & non vt ſint meritoria æternæ vitæ, aut ſatisfactoria pro peccatis.

CAPVT VI.

Quid & quomodo intelligatur meritum in propoſito.

Ex diuina promiſsione, & gratia opera humana meritoria ſunt vitæ æternæ, & nõ ſimpliciter.

ANTEQVAM declaretur, opera noſtra eſſe, vel non eſſe meritoria, prælibandum eſt ſummariè quid Meritum ſignificet, & qualiter à Theologis intelligatur in operibus noſtris in propoſito. Meritum appellatur voluntariũ opus, ſiue internum, ſiue externum, cui iure debetur merces, ſeu præmium, dicente Apoſtolo ad Rom. 4. Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundũ gratiam, ſed ſecundum debitum. Et propterea ad meritum concurrunt quatuor, videlicet perſona quæ meretur, & operatio voluntaria quæ eſt ipſum meritum, & merces debita merito, & perſona reddens mercedem: fruſtra enim quis meretur, niſi mereretur ab aliqua perſona reddendam ſibi mercedem. Et quoniam de noſtro merito apud Deum eſt quæſtio, oportet declarare quomodo verificatur, hominem mereri à Deo mercedem ſui operis. difficile enim apparet, ꝙ operi noſtro iure reddatur merces à Deo, quoniam inter nos & Deum non eſt ius ſimpliciter & abſolutè, iuxta illud, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, ſed eſt ius ſecundum quid, multò minus quàm ius filij ad patrem, & ſerui ad dominum, quantò minores ſumus nos relati ad Deum, homine ſeruo relato ad hominem dominum eius, & filio relato ad carnalem patrem, qui genuit eum. Et propterea ſi, pro quia, vt ſcribitur in 5. Ethic. inter ſeruum & dominũ, inter patrem & filium non eſt ius ſimpliciter & abſolutè, ſed ius ſecundum quid, multò minus eſt ius inter nos & Deum. Ex hoc nanque, ꝙ quicquid eſt ſeruus eſt domini ſui, & filius non poteſt æquiualens reddere patri, negatur inter dominum & ſeruum inter patrẽ & filium ius ſimpliciter & abſolutè. Multò autem magis quicquid eſt homo, eſt Dei, & multò minùs poteſt homo Deo reddere æquiualens. Non poteſt igitur homo mereri aliquid à Deo ſic ꝙ iure debeatur homini, niſi iure tam attenuato, vt ſit longè minus, quàm ius domini ad ſeruum & filij ad patrem. Nec hoc tam attenuatum ius inuenitur inter hominem & Deum abſolutè (quoniam abſolutè loquendo omnis bona operatio voluntaria hominis debetur Deo, & quanto potioribus & pluribus bonis operibus internis vel externis pollet homo, tam plus Deo debet, quia ipſe Deus operatur in nobis & velle & perficere & omnia opera noſtra) ſed hoc attenuatum ius eſt inter hominem & Deum ex diuina ordinatione, qua

ne, qua

ne qua Deus ordinauit opera noſtra ad hoc, vt ſint meritoria à Deo. Quod probatur ex eo, quòd quando homo meretur aliquid à Deo, Deus non fit nec eſt debitor homini, ſed ſibiipſi Deo. ſi enim hoc attenuatum ius eſſet inter hominem abſolutè & Deum, Deus deberet homini mercedem quam meruit. ſed perſpicuum eſt Deum nulli debere, dicente Paulo ad Rom.11. quis antè dedit illi, & retribuetur ei? Sibi ergo ipſi duntaxat Deus debet, vt adimpleat voluntatem ſuam qua contulit humano operi eſſe meritoriũ reddendo homini mercedem operis. Et hæc ſunt vera & indubitata ſimpliciter & abſolutè loquendo, ſecus autem eſt præſuppoſita conuentione facta inter Deum & hominem de aliquo: nam quemadmodum inter homines ſi dominus pactum aliquod cum ſeruo ſuo facit, naſcitur inde ius inter ſeruum & dominum: ita ſi Deus dignatur pactum facere cum homine, naſcitur ius inter hominem & Deum quo ad illud de quo pactum eſt. Sæpe enim legimus in veteri Teſtamento, Deum dignatum eſſe paciſci cum hominibus. Geneſis enim 9. ſcribitur pactum Dei de non futuro ampliùs vniuerſali diluuio. & Geneſis 15. fœdus iniji Deus cum Abraham de terra Chanahan danda ſemini eius. & Geneſis 17 fœdus circũciſionis ſcribitur, & Exod. 24. Moyſes dicit, Hic eſt ſanguis fœderis, &c. Hiere. quoque 31. de fœdere nouæ legis ac veteris Deus manifeſtè loquitur. In nouo autem Teſtamento Saluator noſter manifeſtat Deum ſub ſpecie patrisfamiliàs conducentis operarios ad vineam conueniſſe cum operarijs de mercede diurna, vt patet Matth. 20. conuentione inquit, facta de denario diurno, miſit illos in vineam, & rurſus, Nonne pacto conueniſti mecum? Ex his enim manifeſtum fit, ꝙ ratio meriti etiam iure poteſt inueniri in operibus noſtris relatis ad primum, de quo conuentio facta eſt cum Deo.

Veruntamen ſcito ꝙ quantùmcunq; interueniat pactum de præmio inter Deum & hominem: nunquam tamen Deus fit aut eſt debitor nobis, ſed fit & eſt debitor ſibiipſi. ita ꝙ præſuppoſita conuentione, debetur quidem operibus noſtris præmium de quo conuentio facta eſt: ſed Deus non propterea fit illius præmij debitor nobis, ſed voluntati ſuæ priori, qua dignatus eſt paciſci nobiſcum: & propterea veriſsimè profitemur, ꝙ Deus nulli debet niſi ſibiipſi. Duplex itaque ratio meriti poteſt inueniri in operibus noſtris relatiuè ad Deum (vel ſecundum ius attenuatum, vel ſecundum ius fœderis) & nunquam Deus debet nobis. Et hæc ſint prælibata, vt intelligant omnes voces proprias, cum loquuntur de meritis noſtris apud Deum.

CAPVT VII.

Humana opera eſſe meritoria alicuius à Deo.

REVELAVIT Nobis Deus in ſacris literis humana opera mereri apud Deum aliquid. Et ne occupemur in exponendis ſingulis ſacræ ſcripturæ locis de hoc ſcito, ꝙ vbicunque promittit Deus homini mercedem, ibidem cointelligitur meritum: eo ꝙ merces & meritum, correlatiua ſunt. meritum enim eſt mercedis meritum, & merces eſt meriti merces. & propterea abſque alia declaratione cum leges in ſacra Scriptura Deum promittere mercedem homini, cointellige meritum hominis reſpectu illius mercedis à Deo reddendæ. Perſpicuum eſt autem in vtroque Teſtamento promittere Deum mercedem homini. nam Gen. 15. dicit Deus ad Abraham, Ero merces tua multa valde. & Iſa. 40. dicitur, Ecce Dominus veniet, ecce merces eius cum eo. & Ezech. 29. ſcribitur. Filij hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum: & merces non eſt reddita ei, &c. & ſubiungit Deus, & erit merces exercitui eius terra Aegypti. Matth. quoque 20. dicit Deus, Voca operarios, & redde illis mercedem. Apoc. quoque 22. dicit Deus, Ecce, venio citò: & merces mea mecum eſt, vt reddã vnicuique ſecundum opera illius. Ex his enim clarè patet non ſolùm opera Sanctorum eſſe meritoria alicuius boni à Deo, ſed etiam opera iniquorum, imò & Ethnicorum. rex enim Babylonis & exercitus eius Ethnici erant, nec ex intentione ſeruiendi Deo obſederant Tyrum: & tamen teſtatur Deus meruiſſe mercedem, & decernere, ꝙ Aegyptum dabit illis in mercedem, vt intelligamus tam benignam eſſe bonitatẽ diuinam, vt etiam ordinando humana bella in ſuipſius Dei ſeruitutem, gaudeat ſe conferre actionibus, quamuis iniquis, quòd ſint meritoriæ ab ipſo Deo alicuius boni. Hinc enim documentum magnum habemus, ꝙ multò propenſior eſt Deus ad conferendũ bonis actionibus hominum, quòd ſint meritoriæ alicuius mercedis à Deo.

CAPVT VIII

Opera viuorum Chriſti membrorum eſſe meritoria vitæ æternæ.

CONCEDVNT multi humana opera eſſe meritoria apud Deum aliquorum bonorũ, ſed non vitæ æternæ. & propterea monſtrandum ſupereſt in ſpecie, quòd opera viuorum Chriſti membrorum ſunt meritoria æternæ vitæ. Saluator noſter Matth. 5 Gaudete inquit, & exultate, quia merces veſtra multa eſt in cælis. perſpicuũ eſt enim, quòd in mercede cæleſti eorum, qui patiuntur propter Chriſtum, primum tenet locum beatitudo, quæ vocatur vita æterna. Matth. quoque 20. deſcribendo mercedem datam operarijs, dicitur, ꝙ acceperunt denarium. perſpicuum eſt autem ꝙ communis merces omnibus operarijs in vinea Domini, eſt vita æterna. Paulus quoque 2. ad Timot. 4. ſcribit, Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus iuſtus iudex. perſpicuum eſt enim, quòd corona Pauli per ſe primò claudit beatitudinem: & niſi merces eſſet debita præmiſsis operibus, nequaquam verificaretur, quòd quatenus iuſtus iudex Dominus reddet illi coronam: manifeſtè enim vitam æternam ſibi iure deberi propter relata opera docet. Idem quoque manifeſtat Dominus Matth. 25. deſcribendo quòd cùm iudicabit mundum, propter opera miſericordiæ dabit vitam æternam. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, &c. concluditur enim, Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti verò in vitam æternam. Quod enim à iudice datur ex diuerſitate operum, ſecundum quòd opera merentur, datur: alioquin afferret non cauſam pro cauſa. Ex his enim manifeſtum eſt nonnullorum hominum opera meritoria eſſe æternæ vitæ ſecundum ſacras Scripturas. Et quod plus eſt, Matthæi 20. habetur, operarios mereri illam ex conuentione. nam Origenes, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, & Chryſoſtomus denarium omnibus datum exponunt beatitudinem communem Beatis.

CAPVT IX.

Modus, quo opera noſtra meritoria ſunt æternæ vitæ.

TRADVNT Theologi opera noſtra eſſe meritoria æternæ vitæ, eo quòd à charitate, à gratia gratum faciente, à ſpiritu ancto habitante in nobis procedunt, & docent quòd quamuis opera humana, quatenus procaduut ex libero arbitrio, non ſint meritoria æternæ vitæ (uiſi ex quadam congruitate, qua congruit homini rectè vtenti libero arbitrio in iis, quæ Dei ſunt, Deum largiri ſecundum affluentiam ſuæ gratiæ) quatenus tamen ſunt à Spiritu ſancto habitante in homine per gratiam & charitatem, ſunt meritoria æternæ vitæ. Tum quia gratia ſeu charitas eſt tanquam ſemen Dei, 1. Io. 3. cuius uis ſe extendit ad produceudnm fructum: ita quòd quemadmodum actioni ſeminis debetur naturali iure fructus, ita diuinæ gratiæ in anima, actiomhus debetur fructus æternæ vitæ. Tum quia diuina gratia, vt Dominus dicit Ioannis 4. fit in homine hahente illam fons aquæ ſalieutis iu uitam æternam, vbi claiè patet efficacia gratiæ iu nohis ad aſcendendum in uitam æternam. Et dicendo quòd gratia data, fit iu homine fons aquæ aſcendentis in vitam ęternam, docet quòd mediante operatione aſcendit in uitam æternam. nā quod fit in me poſt acceptam gratiam, me cooperante fit. Tum præcipuè, quia vis Spiritns ſaucti habitanus in homine uon eſt impar ad acquirendum æternam vitam, & ad efficieudum quòd operibus eius in nobis debeatur æterna uita.

¶ Clarior autem ac perſuaſihilior modus huiuſmodi meriti eſt aperiendo, quòd meritum uitæ æternæ uon eſt tam actio noſtra, quàm actio Chriſti, capitis in nobis & per nos: ſupponendum eſt enim cum Apoſtolo ad Roma. 12. ad Ephe. 4. & ad Col. 1. homines in gratia conſtitutos, eſſe Chriſti capitis membra uiua. Ita quòd Chriſtns caput cum hominibus viuis eius memhris non eſt ſicut unum corpus politicum (quale eſt corpus ciuium reip. bene gubernatæ) ſed conſtituit unum corpus, quemadmodum eſt unum corpus naturale: quia Chriſtus caput Spiritu ſuo viuificat membra ſua, & per iuncturas: ac uexus ſpirituales vnit memhra corporis, ut clarè patet ex verbis Pauli. Huic autem præſuppoſito adiunge, quod etiā ſacra Scriptura tradit, uidalicet & paſſiones & actiones uiuorum Chriſti memhrorum eſſe paſſiones & actiones Chriſti capitis. Et de paſſionib. quidem teſtatur ipſe Chriſtus act. 6. Saule Saule, quid me perſequeris? cum tamē ille perſequeretur memhra eius. Et Paulus ad Gal. 4. reuocat ad memoriā Galatarum, ꝙ Chriſtns crucifixus fuit in eis, proculduhio in erucia tib. eorum pro Chriſto perpeſſis. De actionib. verò teſtatur Paulus, ſcrihens Corinthiis in 13. c. ſecundę Epiſtolæ, An experimentum quæritis eius, qui iu me loquitur Chriſtus? & vniuerſaliter dicit ad Gal. 2. Viuo ego iam non ego, uiuit aūt in me Chriſtus. Ex quib. habetur, ꝙ veriſſimè dicere poſſum, mereor ego, iā non ego, meretur autē iu me Chriſtus: ieiuno ego, iā non ego, ieiunat aūt in me Chriſtus: & ſic de aliis operationih uoluntariis quas Chriſti membra vma exercent propter Deum. Et iſto modo meritum æternæ vitæ nou tam attrihuitur operibus noſtris quā operihus Chriſti capitis in uobis, & per nos. Ita ꝙ hinc diſcernitur inter meritū æternæ vitæ in infantib. haptizatis, debetur æterna vita meriro duntaxat Chriſti, illo, quod meruit Chriſtus in hac uita mortali degens, patiens & moriens: adultis aūt proficientib. in gratia debetur æterna uita dupliciter: primò ex iure meriti Chriſti quod in propria perſona meruit; poſteà ex iure meriti Chriſti, quod Chriſtus caput in adulto, & per adultū operando meretur. Conuenit aūt diuinę liberalitati, ut utroque modo cōieet meritum æternę vitæ adultis Dei filiis: nā vt dicitur ad Ro. 8. prædiſtinuit eos couformes imagini filii ſui. Cōformiores aūt ſunt Chriſto habentes meritū uitæ æternæ vtroq; modo, quā primo tantū: nā ipſi Chriſto duplici iure dehita fuit ſua gloria, primò iure gratiæ vnionis perſonalis, qua Verbū caro factū eſt: & hoc ius cōuenit Chriſto ſine eius merito. Deinde eadē gloria debita fuit Chriſto per meritū obedientiæ eius vſq; ad mortem, dicēte Paulo ad Filip. 2. Factus obediens vſq; ad mortē, mortem aūt crucis: propter qđ & Deus exaltauit illum, &c. Chriſto igitur duplici iure habenti gloriā, conformiores reddimur duplici quoq; iure acquirentes & nos vitā ęternā, videlicet & ſine noſtro merito per Chriſti in propria perſona meritum, & cū noſtro merito per Chriſti capitis in nohis, & per nos meritū. Et quēadmodum ad Chriſti excellentiā pertinet, ꝙ ēt proprio merito acquiſierit immortalē corporis vitā, & gloriā ſui nominis, &c. ita ad dignitatem membri Chriſti pertinet ut cooperetur capiti ſuo ad acquirendā æternā uitā. Omniū.n. diuiniſſimū eſt, inquit Diony. c. 3. cœle. Hierarc. Dei cooperatorem fieri. Et hinc quoq; hahes non eſſe ſuperfluum noſtrum mereri uitā æternā, quoniā eſt reddere vitam æternā eſſe nobis dehitā alio modo, ſeu altero iure, quemadmodum Chriſtus meruit ſuam exaltationem, reddendo ſibi eam altero iure dehitam. Ad ohiecta autem in oppoſitum poſtea reſpondebitur.

CAPVT X.

Valor operum exiſtentium in peccato mortali.

QVAMVES conueniamus iu hoc, ꝙ opera exiſtentium in peccato mortali non ſunt meritoria æternæ viiæ, nec ſunt meritoria remiſſionis peccatorum, multū tamē eſſe utilia homini ſubiecto peccato mortali, hona opera eorum ad remiſſionem peccatorum conſequendā ſacra tradit Scriptura: nam etſi nō habent uim meritoriā remiſſionis peccatorū, habent tamen uim impetrandi remiſſionem peccatorum: ita ꝙ per modum ſupplicationis multùm valent ad conſeqnendum remiſſionem peccatorum à diuina largitate Et quidem quòd oratio multùm utilis ſit ad remiſſionem peccatorum conſequendam, teſtatur Saluator Luc. 18. indncens Publicanum orantem, Deus propitius eſto mihi peccatori: ſic enim conſequutus eſt veniam. De ieiunio verò teſtatur Ioel in perſona Dei, Conuertimini, inquit, ad me in toto corde veſtro, iu ieiunio, fletu, & plantu: ibi enim ſubiungitur, Quis ſcit ſi conuertatur Dominus, & ignoſcat? De eleemoſyna quoque teſtatur Daniel: cap. 4. conſulens Nabuchodonoſor regi, Peccata tua eleemoſynis redime: & ad Hebræos 13 ſcribitur, Beneficentiæ, & communionis ne obliuiſcamini, talibus enim hoſtiis conciliatur Deus. Et idem eſt iudicium de peregrinationibus, afflictionibus, continentiis, & id genus reliquis.

¶ Supra hanc autē uim ſimplicem, tradit ſacra Scriptura maiorem quandā uim impetrandi in obſeruatióne uniuerſorum mandatorum Dei. Exech. n. 18. docemur, ꝙ cōuerſio impii ad facienda mandata Legis terminatur ad remiſſionem peccatorū, dum dicitur, Et dixiſtis, non eſt æqua via Domini. audite ergo domus Iſrael, nunquid uia mea nō eſt æqua? Nōne viæ veſtræ non ſunt æquæ? cùm.n. auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniuſtitia quā operatus eſt, & cū auerterit ſe impius ab impietate ſua, quā operatus ē, & fecerit iudiciū, & iuſtitiā, ipſe

ani-

animam ſuam viuificabit: conſiderans enim & auerteus ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt, vita viuet, & nun morietur. Quæ verba teſtantur, quòd in hoc conſiſtit viarum Dei æquitas, vt ſicut iuſti auerſio à iuſtitia ad opera iniqua terminatur ad mortem animæ, ita impij conuerſio ad opera bona terminatur ad animæ vitam: reuelatur enim Prophetæ, quòd tam accepta eſt Deo conuerſio peccatoris quò ad opera (hoc eſt, ab operibus malis ad opera bona propter Deum) vt Deus non recordetur omnium iniquitatum præteritarum, quod eſt dare remiſſionē peccatorum, & vitam gratiæ.

¶ Ampliorem quoque impetrandi vim in huiuſmodi operibus hominum ſubiectorum peccatis reuelauit Deus Iſaiæ cap. primo, Lauamini mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere peruersè, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra tanquam vermiculus, velut lana alba erunt. Ex quibus diſcimus, tantam eſſe Dei largitatem, vt à ſordibus conuerſis ad iuſtitiæ, & miſericordiæ opera ſeipſum obtulerit arguendum Deus, ſi non remittat peccata præterita.

¶ Ex diuinis ergo reuelationibus habemus bona, quòd impiorum opera non ſolùm ſunt vtilia ad remiſsiuuem peccatorum, ſed quòd cùm ex corde redeunte ad Deum prodeunt, ita comitem habent diuinam benignitatem, vt & terminetur ad remiſſionem peccatorum, & tanquam ex conuentione impetrent illam. Verè benigniſſimus erga nos eſt Deus, prouidendo, vt quam in ſtatu peccati mereri non poſſumus remiſsionem peccatorum, impetrare oratione, ieiunio, eleemoſynis, alijſque bonis operibus valeamus. In hoc enim immenſa charitas diuina erga peccatorum ſalutem commendatur, vt etiam noſtris quãuis impiorum bonis operibus vim impetratoriam remiſſionis peccatorum largiri dignata ſit. Et præter hæc (vt in capite ſeptimo, ex verbis Ezechielis monſtratum eſt) ſunt meritoria alicuius temporalis boni à Deo. Ex quibus patet inducandos eſſe peccatores ad bona opera, quia verè vtilia ſunt ad remiſſionem peccatorum impetrandam & aſſequēdam, cùm deuota mente fiunt.

CAPVT XI.

Opera noſtra eſſe ſatisfactoria pro peccatis.

QVIA Lutherani ſatisfactionem auferunt ab operibus noſtris, ſupereſt declarandum quid Eccleſia de hoc ſentiat. Diſtinguendum in primis eſt de ſtatu, in quo ſiunt opera, an in ſtatu peccati mortalis, an in ſtatu gratiæ, & rurſus, de ſatisfacere pro peccatis, vel quo ad culpam, vel quo ad pœnam. Dicimus itaque primò, quòd nulla noſtra opera ſunt ſatisfactoria pro peccatis noſtris quo ad culpam, quia nec facta in ſtatu peccati mortalis faciunt Deo ſatis pro offenſa, vt patet; & facta in ſtatu gratiæ præſupponunt culpam, ſeu offenſam abolitam ex diuina gratia ex ſatisfactione Chriſti, qui fecit Deo ſatis pro offenſis, quibus offendimus Deum, offerendo vitā propriam in ara crucis.

¶ Dicimus ſecundò, quòd nulla opera noſtra in ſtatu peccati mortalis ſunt ſatisfactoria Deo pro pœna debita peccatis noſtris, quamuis prius abolitis in ſacramento pœnitentiæ. Et ratio in promptu eſt, quia cùm remittitur à Deo peccatum quoad offenſam, fit peccator de inimico, amicus Dei, & conſequenter non remanet puniendus hoſtiliter (quod eſſet puniri pœna inferni) ſed ſi non tam copioſum diuinæ gratiæ donum collatum tunc eſt, vt cum remiſſione culpæ remiſſa ſit tota pœna, remanet obligatus ad amicabiliter ſoluendum reſiduum pœnæ: & propterea ſi in recidiuum lapſus eſt, & iterum factus eſt inimicus Dei, antequam illud reſiduum pœnæ ſolueret, opera eius qui ſunt opera in ſtatu hoſtili, non poſſunt amicabiliter exoluere, quod eſt non poſſe ſatisfacere pro illa pœna.

¶ Dicimus tertiò, quòd opera perſeuerantis in amicitia Dei, nullum habent impedimentum ad hoc quòd ſint ſatisfactoria pro illo reſiduo pœnæ. Et in hoc errant Lutherani dupliciter: primò docendo, quòd cùm remittitur peccatum quo ad offenſam, remittitur quoque quo ad pœnam omnem: ita quòd non remanet obligatus ad pœnam conſecutus peccati veniam à Deo. Hoc enim manifeſtè contrariatur ſacræ Scripturæ, docenti ſecundo Regum duodecimo, quòd quamuis Dauid conſecutus fuerit remiſſionem peccatorum, dicendo, Peccaui Domino, non tamen conſecutus eſt remiſſionem totius pœnæ, ſed remanſit obligatus ad pœnas multas, vt Scriptura teſtatur. Deinde errant, quòd tollunt ab operibus viuorum Chriſti membrorum vim ſatisfactoriam pro pœna non remiſſa. Hoc enim contrariatur efficaciæ Chriſti capitis in nobis, nam ſatisfacio ego, iam non ego, ſatisfacit autem in me Chriſtus: contrariatur & Eccleſiæ catholicæ vſui, quo conſueuit ſalutares ſatisfactiones imponere per miniſterium ſacerdotum verè pœnitentibus & confeſsis.

CAPVT XII.

Reſponſio ad obiectiones in capitulo quinto ſcriptas.

SVPERAST obiecta diluere. Prima autem obiectio fuit ſumpta ex inſufficientia meriti & ſatisfactionis Chriſti. Reſpondemus meritum Chriſti fuiſſe ſufficientiſſimum, & ſatisfactionem eius ſufficientiſsimam pro peccatis non ſolùm noſtris, ſed totius mundi, originali, mortalibus & venialibus iuxta doctrinam 1. Ioan. 2. & propterea non ex inſufficientia meriti, aut ſatisfactionis Chriſti opera viuorum Chriſti membrorum meritoria ac ſatisfactoria apponuntur, ſed ex affluentia meriti Chriſti communicatur membris eius viuis, vt illorum quoque opera ſint meritoria & ſatisfactoria. maior enim gratia Chriſti nobis confertur communicando nobis, ꝙ ipſe caput noſtrum in nobis, & per nos tanquam membra ſua mereatur & ſatisfaciat, quàm ſi meritum duntaxat Chriſti in propria perſona participaremus.

¶ Cùm autem obijcitur id quod eſt proprium Chriſto, non eſſe nobis attribuendum; reſpondemus quòd non eſt nobis attribuendum eo modo, quo eſt proprium Chriſto: poteſt tamē nobis alio modo attribui, videlicet per communicationem, ſicut quod eſt proprium Deo, nulli eſt attribuēdum eo modo, quo eſt proprium Deo, poteſt tamen per communicationem ab alijs participari. Verbi gratia, videre diuinam eſſentiam, eſt proprium Deo (nulla ſiquidē creatura poteſt videre Deum, ſicuti eſt, ſed ſolus ſuaptè natura videt ſeipſum) poteſt tamen ex gratia communicari videre Deum participatiuè: & ſic communicatur beatis omnibus. Sic in propoſito mereri vitā æternam eſt proprium Chriſto, intelligendo mereri

ex proprijs viribus: quod tameo poteſt communicari membris eius viuis, noo vt mereantur ex proprijs viribus, ſed vt mereautur ex virtute capitis Chriſti. Et ſimiliter iutellige de ſatisfactione.

¶ De merito autem remiſsionis peccatorum non oportet reſpondere, quia iam diximus hoc non communicari viuis Chriſti membris, eo quòd opera eorum præſupponnnt remiſſa fuiſſe eis peccata: nullus autem meretur id quod præhabet: ſed omne meritum eſt rei non habitæ. Et hæc eſt ratio, quare Chriſtus communicat membris ſuis mereri augmentum gratiæ & cæleſtem beatitudioem, & non communicat eis mereri remiſsionem peccatorum: quia videlicet beatitudine æterna careut membra Chriſti in hac vita, remiſsionem autem peccatorum iam habuerunt in hoc ipſo, quòd fuerunt facta membra Chriſti, nullus autem meretur quod habet, ſed quod ſperat. Ex quibus clarè apparet, quòd nihil detrahitur merito aut ſatisfactioni Chriſti per merita & ſatisfactiones noſtras, ſed extenditur gratia meriti & ſatisfactionis Chriſti per ſeipſummet ad ipſummet Chriſtum, vt caput, operantem in mebris ſuis & per membra ſua.

¶ Ad authoritates vniuerſas ſouantes, quòd non meremur per noſtra opera remiſsionem peccatorum, non oportet reſpondere, quia in hac concluſione omnes conuenimus. Ad authoritates verò inductas ad probandum, quòd non meremur vitam æternam per opera noſtra, reſpondendum eſt. Et ad illud quidem quod affertur ex Apoſtolo ad Roma. Donum Dei, vita æterna; reſpondetur, quòd vtique nos hoc dicimus & docemus, quoniam donum Dei gratiæ gratum facientis eſt tum nos eſſe membra Chriſti, tum ex virtute Chriſti capitis in nobis mereri vitam æternam. non enim dicimus, quòd ex operibus noſtris, quatenus à nobis ſunt, ſed quatenus à Chriſto in nobis & per nos ſunt, meremur vitam æternam.

¶ Ad id verò quod obijcitur ex documento Chriſti, Dicite, ſerui inutiles ſumus, cum eadem diſtinctione reſpondetur, quòd nos quantùmcunque omnia Chriſti præcepta impleamus, quatenus impleamus ea ex noſtro libero arbitrio, inuenimur ſerui inutiles ad ea, quæ ſunt domus patris cæleſtis, inuenimur inutiles ad ea, quæ ſunt politiæ noſtræ, quæ in cælis eſt, qualia ſunt remiſsio peccatorum, gratia Spiritus ſancti, charitas, & cætera propria filijs Dei. Et in promptu ratio eſt, quia nos, quatenus à nobis operantes, ſumus tam infirmi, vt non poſſumus aſcendere ad conferendum aliquid ſupremo ordini propriorum bonorum filiorum Dei. Cum qua tamen veritate ſtat, quòd noſmet, quatenus ex Chriſto in nobis capite ſumus operantes, vt illius membra viua, multùm conferre poſſumus per noſtra opera politiæ cæleſti & paternæ domui: quia vt ſic ſumus eleuati in ordinem filiorum Dei, nec vt ſic ſumus inutiles: ſed membra vtilia paternæ domui & cæleſti politiæ.

¶ Etſi ex hoc Chriſti documento argumentum fiat contra vtilitatem iuſtorum operum in ſtatu peccati mortalis ad impetrandam remiſsionem peccatorum, iuxta ſcripta ſuperiùs in capit. 10. ſi inquam, fiat argumentum ad inferendum, quòd bona opera non ſunt vtilia ad impetrandum remiſsionem peccatorum: reſpondendum eſt, quòd orationes, ieiunia, eleemoſynæ, & alia iuſta opera impiorum, quatenus ab ipſis procedunt, non ſunt vtilia ad remiſsionem peccatorum impetrandam, ſed quatenus afflata diuina benignitate ordinante ea, ad impetrandam remiſsionem peccatorum, ſunt valde vtilia ad impetrandum illam. propter hoc enim apud Ezechielem appellãtur viæ Dei, & non viæ noſtræ. prouidit ſiquidem diuina bonitas, vt multa impetremus, quæ nunquam meruimus: dedit diuina bonitas (vt Chriſtus, Eſaias, Ezechiel & Apoſtolus ad Hebr. teſtantur) bonis operibus redeuntium ad Deum, vim impetratoriam remiſsionibus peccatorum à diuina miſericordia per Chriſtum meritum. Ex hac parte ieiunia, orationes, eleemoſynæ & reliqua iuſta opera peccatorum vtilia ſunt non ad merendum, non ad ſatisfaciendum, ſed ad impetrandum remiſsionem peccatorum. Et hæc puto ſufficere ad intelligendum materiam hanc, quæ in quæſtionem vertitur de fide & operibus, ad Dei omnipotentis gloriam & piorum conſolationem. Romæ die 13. Maij, 1532.

TRACTATVS DVODECImus De Communione ſub vtraque ſpecie, De Integritate Confeßionis, De Inuocatione Sanctorum, aduersùs Lutheranos ad Clementem VII. Pont. Maxim. in quatuor capita diuiſus.

1 *Nequaquam illicitum eſſe populo Chriſtiano ſub altera tantùm ſpecie communicare.*

2 *De integritate confeßionis quo ad omnia peccata.*

3 *Poſt peccati veniam neceſſariam quoque eſſe ſatisfactionem pro peccatis, & eam fieri poſſe noſtris operibus.*

4 *De Inuocatione Sanctorum.*

PROOEMIVM.

PERTINAX Lutheranorum animus prætextu conſcientiæ, Clemens ſeptime Pontifex Maxime, erga communionem populi ſub vtraque Euchariſtiæ ſpecie, confeſsionemque non omnium peccatorũ ac negatam ſatiafactionem, nec non inuocationẽ Sanctorum, inuitat me ad ſcribendum de his, non abſolutè, ſed quatenus pendent ex ſacra Scriptura, quoniam ipſi ſolius ſacræ Scripturæ authoritatem ſuſcipiunt, & profitentur ſe illi inniti. Et quamuis pertinacibus non proderunt noſtra hæc, ſperamus tamen vtilia fore tum ad retrahendum alios, ne illos imitentur, tum ad conſolandum fidelium mentes. videre enim in ſacra Scriptura falſitatem eorum, quæ hæretici iactantes ſe profeſſores ſacri Euangelij docent, nõ parium ſolatium fidelibus conferet. Et quamuis hæc pro Eccleſia catholica ſcripſerim, ad tribunal tamen beatitudinis tuæ nõ minùs hæc quàm reliqua mea oĩa refero.

CAPVT I.

De communione ſub vtraque ſpecie.

LVTHERANIS Non ſat eſt, ipſos communicare ſub vtraque ſpecie, ſed nequeunt flecti ad dicendum, licitam eſſe communionẽ ſub altera tantùm ſpecie: quia tum ex vſu Chriſti, tum ex præcepto eiuſdem communicandum eſt ſub vtraque ſpecie. Proinde opus eſt diſcutere ſecundum Scripturas ſacras vtrunque, vt videlicet manifeſtemus nec ex vi vſus Chriſti, nec ex vi præce-

præceptorum eius illicitum eſſe populo communicare ſub altera tantùm ſpecie. hoc ſiquidem patefacto, clarum erit non teneri populum ex diuina lege ad communionem ſub vtraque ſpecie.

¶ Quia igitur Saluator noſter in vltima Cœna inſtituens ſacramentum Euchariſtiæ, vſus eſt hoc ſacramento ſub vtraque ſpecie, communicando Apoſtolos (vt Euangeliſtæ teſtantur) hinc infertur, quòd ſacerdos non niſi ſub vtraque ſpecie dare debet Euchariſtiam. debet enim ſacerdos dare Euchariſtiam, quemadmodum dedit illam Chriſtus: & ſimiliter debemus omnes communicare, quemadmodum communicauerunt Apoſtoli.

¶ Non autem facilè manifeſtatur vſum Chriſti & Apoſtolorum, non habere vim legis, quòd ſimili modo diſtribuatur populo Euchariſtia. nam ſi illa vſus Chriſti vim legis haberet, non obligaremur ad quædam in vſu illius diſtributionis ſeruata, & ad quædam non, ſed ad omnia in illo vſu ſeruata. perſpicuum autem eſt, nos non obligari ad omnia illa in diſtributione facta à Chriſto: ergo nec tenemur diſtribuendo Euchariſtiam ſeruare hoc vnum, videlicet dare ſub vtraque ſpecie. Quòd enim non teneamur ad ſeruandum omnia, patet: tum quia Chriſtus fregit, fractamque dedit ſpeciem panis: ridiculum autem eſt dicere, quòd ſacerdos teneatur dare hoſtiam fractam: tum quia Chriſtus diſtribuendo, non immiſit in ora Apoſtolorum Euchariſtiam, ſed dixit, Accipite & comedite: ridiculum autem eſt dicere, quòd ſacerdos teneatur non immittere Euchariſtiam in os communicantis, ſed dare in manum illius, vt ipſe ſe communicet: tum quia Chriſtus diſtribuit hoc ſacramentum Apoſtolis poſt Cœnam. plus autem quàm ridiculum eſt dicere, quòd teneamur communicare poſt Cœnam, illicitumque ſit dare Euchariſtiam ieiunis. tum quia Chriſtus dedit Euchariſtiam ſub ſpecie panis azymi, & tamen vniuerſalis Eccleſia fatetur non eſſe illicitum Euchariſtia vti ſiue in azymo, ſiue in fermentato. Ex his enim omnibus clarè patet, quòd diſtributio Euchariſtiæ, qua vſus eſt Chriſtus, non habet vim legis, ſtatuentis, vt ſimiliter fiat diſtributio à nobis.

¶ At ſi quiſpiam contenderit in hoc vno imitandam eſſe Chriſti diſtributionem, quòd ſub vtraque ſpecie dedit Euchariſtiam, animaduertat Chriſtum dediſſe ſub vtraque ſpecie Apoſtolis ſolis, & non dediſſe ſeptuaginta Diſcipulis, nec multitudini eorum qui credebant in illum, vt vel ex hoc ſat ſit inferre ab exemplo Chriſti, ergo ſucceſſoribus Apoſtolorum danda eſt Euchariſtia ſub vtraque ſpecie: non enim plus inferri poteſt ex Chriſti diſtributione, non igitur inferri poteſt, ergo vniuerſis Chriſtianis danda eſt Euchariſtia ſub vtraque ſpecie. Patet itaque quòd ex vſu Chriſti non poteſt inferri illicitam eſſe communionem populi ſub altera tantùm ſpecie. Et multò minùs inferri hoc poteſt ex vſu Eccleſiæ Corinthiorum, cuius meminit Paulus in prima Epiſtola ad Corinthios: vſus enim vnius particularis Eccleſiæ non ſtatuit legem Eccleſijs alijs. Hæc de vſu.

¶ Diſcutienda ſunt deinceps præcepta Chriſti tam ante inſtitutionem Euchariſtiæ, quàm in ipſa inſtitutione promulgata. Primum itaque præceptum ex verbis Domini, Io. 6. olim aſſumptum eſt à Boemis: ait enim Chriſtus, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quid, inquiunt, clarius? Eodem enim modo neceſſitatem communicandi ſub vtraque ſpecie promulgat, quo promulgauerat neceſſitatem Baptiſmi: nam quemadmodum de Baptiſmo dixerat Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei: ita de Euchariſtia dicit, Niſi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.

¶ Nos autem dicimus hæc Chriſti verba non eſſe ſecundum genuinum ſenſum intelligenda de vſu Euchariſtiæ, immò nec poſſe intelligi ſalua Chriſtiana fide de cibo & potu ſacramentali. Et hoc facilè manifeſtatur, ex eo quòd ſi intelligerentur de Euchariſtia, tolleretur Baptiſmi ſufficientia ad ſalutem: pari ſiquidem modo hæc neceſſitatem ſonant edendi carnem & bibendi ſanguinem filij hominis, quo ſonant illa alia Domini verba, neceſſitatem naſcendi ex aqua & Spiritu: & propterea manifeſtè ſequitur, quòd ſi in iſtis verbis indicitur neceſſitas ſumendi Euchariſtiam, non ſufficit Baptiſmus ad ſalutem, ſed ad hoc quòd aliquis habeat vitam, oporteret & baptizari, & ſumere Euchariſtiam. Cuius contrarium non ſolùm in Symbolo fatemur, confitentes vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum: ſed Dominus in euangelio dicit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: & Paulus Apoſtolus ad Tit. 3. Saluos, inquit, nos fecit per lauacrum regenerationis. Quia igitur idem eſt aſſerere verba illa Chriſti, Ioan. 6. intelligi de cibo, & potu ſacramenti euchariſtiæ, & negare Baptiſmi ſufficientiam ad ſalutem, clarè patet verba illa nec intelligi poſſe de cibo, & potu euchariſtiæ: & propterea inde non habetur præceptum ad ſumendam euchariſtiam ſub vtraque ſpecie. Diſcutere autem quis ſit Germanus ſenſus illorum Chriſti verborum, non eſt præſentis negotij: nam ſat eſt propoſitæ quæſtioni noſſe, quòd non loquitur ibi Dominus ad literam de ſacramentali cibo & potu.

¶ Supereſt demum diſcutere præcepta Chriſti promulgata, quando inſtituit euchariſtiæ ſacramentum. Vide Euangelia omnia, & nullum inuenies in illis de Euchariſtia præceptum, niſi apud Lucam immediatè poſt Euchariſtiam ſub ſpecie panis. Hoc facite in mei commemorationem. Apud tamen Paulum Apoſtolum primæ ad Corinthios vndecimo, duo præcepta leguntur data à Chriſto in inſtitutione Euchariſtiæ: alterum immediatè poſt Euchariſtiam ſub ſpecie panis, Hoc facite in mei commemorationem: alterum immediatè poſt Euchariſtiam ſub ſpecie vini, videlicet, Hoc facite, quotieſcunque biberitis, in mei commemorationem.

¶ Quæ præcepta ſi perſpicaciùs fuerint conſiderata, nullum ſecum ferunt mandatum de communione ſub vtraque ſpecie, vt patet diſcutiendo ſingula. Præceptum enim immediatè poſt ſpeciem panis tam apud Luc. quàm apud Paulum manifeſtè refertur ad Euchariſtiam ſub ſpecie panis, vt ipſe contextus teſtatur. Præceptum autem apud ſolùm Paulum ſcriptum de imitatione Chriſti in Euchariſtia ſub ſpecie vini, limitatur manifeſtiſſimè ad vices, quibus bibimus in commemorationem Chriſti: ita quòd non eſt præceptum abſolutè, ſed eſt præceptum ex ſuppoſitione, videlicet, ſi biberimus in Chriſti memoriam, faciamus hoc quod fecit Chriſtus. Non igitur præcipit, vt bibamus in eius memoriam, ſed præcipit vt quoties in eius memoriam biberimus, faciamus quod fecit ipſe, hoc eſt, quoties vtemini calice Euchariſtiæ, ſacrificate hoc. Bibere nanque manifeſtè ſignificat vſum calicis, & conſequenter facere hoc diſtinctum: contrà Bibere, ſignificat conſecrare: hoc præcipitur. n. ad literam, vt aſſocietur vſus calicis ſacrificio calicis. Et ex hoc ipſo, quòd ſimilem aſſociationem nō præcipit circa vſum Euchariſtiæ ſub ſpecie panis, inſinuauit, quòd vſus quidem calicis illius eſſet ſeorſum à ſacrificio, vſus verò ſub ſpecie panis licitus, vt ritus Eccleſiæ ſeruat, non reſeruando Euchariſtiam ſub ſpecie potus, ſed duntaxat ſub ſpecie panis, & pro infirmis, & pro communicantib. extra miſſarū ſolennia.

CAPVT III.

De ſatisfactione.

SATISFACTIONEM Pro peccatis, quæ tertia pars pœnitentiæ ponitur, Lutherani negant. tum quia non habetur ex ſacra Scriptura, tum quia opera noſtra non ſunt meritoria nec ſatisfactoria.

¶ Nos autem dicimus ex ſacra Scriptura haberi neceſſariam quandoque eſſe poſt veniam peccati ſatisfactionem pro peccatis, eamque fieri poſſe operibus noſtris. Et quidem poſt conſecutam veniam peccati, ſatisfactionem quandoque ſupereſſe pœnæ pro peccato, teſtatur duplex modus, quo Deus remittit, peccatum. Legimus enim Deum quandoque remittere peccatum, quo ad culpam, & quo ad pœnam. vt patet tum in Latrone, cui dicit, Hodie mecum eris in Paradiſo: tum in remiſsione peccatorum, quæ fit Baptiſmo, gratia ſiquidem Baptiſmalis ſola ſufficit ad ſalutem æternam, ſi antequàm Baptizatus moriatur, nouum peccati obicem non ponat vltimo Baptiſmi effectui, qui eſt vita æterna. Et in huiuſmodi remiſsionibus perſpicuum eſſe non eſſe opus ſatisfactione. Legimus quoque, Deum quàndoque remittere peccatum, & non remittere totam pœnam peccati, vt patet 2. Reg 12. vbi clarè legimus, quòd arguente Nathan propheta Dauidem de adulterio ſimul & homicidio: & dicente Dauide, Peccaui Domino, reſpondit Nathan, Etiam Dominus tranſire fecit peccatum tuum, & non morieris: veruntamen filius, qui natus eſt tibi, morietur. Ex his enim patet Deum remiſiſſe peccatum & quo ad culpam, & quo ad aliquam pœnam: non remiſiſſe autem quod ad punitionem Dauidis in morte filij, nec (vt ſubiuncta in cap. 16. teſtantur) quo ad punitionem eiuſdem in publica violatione vxorum à proprio filio, nec quo ad punitionem eiuſdem in perpeſsione mali ex domo propria. quam propter hoc peccatum paſſus eſt ab Abſalon filio ſuo. omnes ſiquidem pęnas has ex parte Dei Nathan Propheta comminatus eſt propter illud peccatum Dauidis. Ex hoc igitur, quòd Deus remittit quandoque peccatum, & tamen poſt peccati veniam reſtat, qui peccauit adhuc puniendus, manifeſtè dicimus Deum quandoque remittere peccatum, & non remittere totam pœnam pro peccato debitam. Hinc ergo naſcitur neceſsitas exoluendi illud pœnæ reliquum, quod Deus non remiſit remittendo peccatum.

¶ Quia autem huiuſmodi reliquiæ pœnæ exolui poſſunt dupliciter (vel ſatisfaciendo) & Dauid exoluit ſatisfaciendo (nam non ipſe intulit ſibiipſi quas debebat pęnas, ſed Deus intulit eas illi) ſupereſt oſtẽdere ex Scriptura, quòd huiuſmodi reliquias pœnæ poſſumus ſatisfaciendo exoluere. Lege in Euangelio Matthæi, capit. 3. & inuenies Ioannem Baptiſtam prædicantem duo: alterum, Pœnitentiam agite: alterum facite fructum dignum pœnitentia. Quorum primum ſpectare ad ipſum peccatum Græca dictio apertius manifeſtat, dum ſimplicem pœnitendi actum ſignificat. Secundum autem verba ipſa teſtantur ad noſtra opera pœnitentiam conſequentia pertinere, fructus enim pœnitentiæ ſonat opus prouenienſ à pœnitentia vtâ radice, ſeu arbore. Et ex eo quòd non dicit, Facite fructum dignum innocentia, ſeu fructum dignũ iuſtitia, ſeu fructum dignum bonitate, ſed fructum dignum pœnitentia: manifeſtum fit, ꝙ de fructu digno pœnitentia formaliter (hoc eſt quatenus pœnitentia) loquitur, vt videlicet faciant fructum dignum radice internæ pœnitentiæ. Perſpicuum autem eſt ex eo quòd pœnitentia eſt præteritorum peccatorum, quòd fructus dignus pœnitentia eſt, opus reſtaurans ea, quorum eſt pœnitentia, hoc eſt reparans ea quæ omiſiſſe vel commiſiſſe nos pœnitet. hoc autẽ vocamus ſatisfacere pro peccatis pro quanto in hoc comprehenditur deletio omnium malorũ, quæ in pœnitente remanſerunt ex peccato, quorum vnum eſt reatus reliquæ pro peccato pœnæ. Si enim pęnitentia non fructificat rei reparationem omnium perditorum per peccatum, nequaquam ad fructus dignos ſeipſa extenderetur, quoniam ſuapte natura exigit vt ad perfectum ducatur quod ipſa inchoauit, & clarum eſt ad perfectum non duci donec ſupereſt aliquid ex peccato ſoluendum.

¶ Ex authoritate, itaq; ſacræ Scripturæ habetur, ꝙ quandoq; poſt veniam peccati opus eſt ſatisfactione, quæ fit per opera, qui ſunt fructus digni pœnitentia.

¶ Quod verò obiicitur de noſtris operibus, ꝙ nec nec meritoria nec ſatisfactoria ſunt, indignum cenſeo diſcusſione noua. Nam ſcriptura plena eſt ſententijs ſonantibus, tum ꝙ opera noſtra non ſunt meritoris, tum ꝙ opera noſtra ſunt meritoria: & perſpicuũ & has duas ſententias non ſibiinuicem aduerſari, ſed eſſe ſeoſum, ꝙ opera noſtra quatenus ſunt ex nobis non ſunt meritoria, & conſequenter nec ſatisfactoria: quódque opera noſtra quatenus ex diuina ſunt gratia, & præueniente & ſubſequente & perficiente, ſunt meritoria, & cõnſequenter ſatisfactoria. Et ambo tam clarè habentur in innumeris Scripturæ locis, vt apud exercitatos in ſacris literis luce meridiana clariora ſint. & propterea pertranſeo. Hæc de ſatisfactione.

CAPVT VIII.

De inuocatione Sanctorum.

LVtherani inuocationem Sanctorum aiunt ex Scriptura non haberi. Et quamuis non potem eos loqui de inuocatione ſanctorũ Angelorum, ſed ſanctorum hominum, tutiorem tamen eligendo partem, declarabimus ſummariè, primum de ſanctis Angelis deinde de ſanctis hominibus, quæ habentur in Scriptura de inuocatione eorum.

¶ Et quidem ꝙ Angeli intercedant pro nobis, clarè patet Zach. 1. vbi Angelus dicit Deo, Domine exercituum, vſquequo non miſereberis Hieruſalem & vrbium Iuda, quibus iratus es iam ſeptuaginta annos? Matthæi quoque 18. Dominus dicit Angelos cauſam agere puſillorum, qui contemnuntur: Videte ne contemnatis vnum ex puſillis iſtis: dico enim vobis, ꝙ Angeli eorum in cælis ſemper vidẽt faciem Patris mei, proculdubio ad patrocinium præſtãdum puſillis contemptis.

¶ Quòd autem inuocandi à nobis ſint ſancti Angeli, habetur in primis ex Gen. 32. vbi Iacob inuocauit Angelum ad benedicendum ſibi, Non dimittã, inquit, te niſi benedixeris mihi. Deinde ex Danielis 7. vbi Daniel de ſeipſo dicit, Acceſsi ad vnum de aſſiſtentibus, & veritatem quærebam ab eo. Nec eſt dubium, quòd de ſanctis Angelis aſsiſtentibus loquit. Ad Hebræos quoque c. 1. de ſanctis Angelis dicitur, ꝙ omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, qui in miniſterium mittuntur, propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis. Ex hoc enim quòd Deus diſpoſuit gubernare nos per medios Angelos, non propter ſe Deum, ſed propter nos hæredes vitæ æternæ, ordinaſſe intelligitur, vt nos inuocemus ſanctos Angelos tanquam medios inter nos & Deum, niſi vſque adeò deſipere liceat, vt dante principe ſeu curia aduocatum peregrino vel pupillo, negetur ſimul diſponi vt peregrinus aut pupillus inuocare poſsit patrociniũ aduocati dati,

¶Quò circa inuocationem ſanctorum Angelorum vtpotè manifeſtam ſecundum ſacras Scripturas relinquendo, ad inuocationem ſanctorum hominum tranſeamus. Duobus modis inuocare conſueuimus ſanctos, vel directè eos rogando, puta, Sancte Petre, ora pro nobis: vel rogando Deum per Sanctorum merita, vt in canone miſſæ Eccleſia conſueuit rogare, dicendo, Quorum meritis, precibuſque concedas, &c. Vtroque autem modo ex ſacra Scriptura haberi inuocationem Sanctorum dicimus. Et quidem quòd animæ Sanctorum intercedant pro nobis, habetur ex Apoc. ca. 6. Vidi ſub altari animas interfectorum propter verbum Dei, & clamabant voce magna, dicentes, Vſquequo Domine, ſanctus & verus non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum de ijs, qui habitant in terra? Ex hoc enim quòd animæ Sanctorum orant Deum contra malos habitantes in terra, manifeſtè dicimus quòd multò magis orant pro ſalute electorum, quantò propenſior eſt voluntas Sanctorũ ad bonum noſtrum, quàm ad malum noſtrum. Rurſus Luc. 16. reuelauit nobis Dominus, quòd diues in inferno intercesſit pro fratribus ſuis in hac vita manentibus. ex hoc enim reuelatum eſſe inſinuauit, ꝙ multò magis ſanctæ animæ intercedunt pro ſalute ſuorum. Nam ſi diues cui dum eſſet in hac vita, nulla fuit cura ſalutis fratrum, in tormentis poſitus etiam importunè ſupplicat pro ſalute fratrum, multò magis ſancti viri, quorum in hac vita ſtudium fuit circa ſalutem fratrum, exuti carnem, iamque beati continuãt charitatis effectum, & intercedunt pro ſalute fratrũ.

¶Quod autem à nobis inuocandi ſint, ex ſcriptis Matth. 27. habetur. Scribitur enim ibi ꝙ multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt & venerunt in ſanctam ciuitatẽ, & apparuerunt multis. Hinc enim habetur, quòd Deus poſt Chriſti reſurrectionẽ gubernat, inſtruendo nos non ſolùm per ſanctos Angelos, ſed etiam per ſanctos homines. non enim vanè apparuerunt multis, ſed ad inſtruendum eos de vero Meſsia, deq; illius reſurrectione. Ex hoc enim quòd vſque ad tempus illud gubernauit nos per Angelos ſanctos, & non per homines ſanctos, & tunc incepit gubernare nos per ſanctos homines inſinuauit noua ſe habuiſſe media gubernatione electorum. Etenim ſi ordinis gubernationis diuinæ erga nos, adiunctos ex meritò paſsionis & reſurrectionis Chriſti, ſanctos homines manifeſtare voluiſſet Deus, miſiſſet Angelos in Hieruſalem ad apparendum multis & inſtruendos illos, ſed ex eo quòd non ſolùm per medios Angelos in ſepulchro apparentes mulieribus, ſed etiam per ſanctos homines apparentes multis in Hieruſalem manifeſtauit reſurrectionem Chriſti, inſinuauit quòd ad ea quæ ſunt noſtræ æternæ ſalutis miniſterio Angelorum adiunxit miniſterium hominum beatorum. Et hinc vlteriùs ſequitur, quòd ex ipſo ordine diuinæ gubernationis, quo gubernat nos, etiam per ſanctos homines, manifeſtatur recurrendum eſſe nobis ad ſanctos homines, alioquin rediret illud idem abſurdum quod deductum eſt, ſi non poſſemus inuocare ſanctos Angelos: datos enim eſſe ſanctos homines ad noſtrã vtilitatem medios inter Deum & nos, teſtatur dicta apparitio: ad datos autem diuinitus medios poſſe nos recurrere, perſpicuum ex dictis eſt. Paulòque minus abſurdum ſequitur, ſi Deus diſpoſuit gubernare nos per medias interceſsiones ſanctorum hominum (ut priores Scripturæ teſtantur) & nobis non liceret ad interceſſores noſtros recurrere.

¶Quòd demum orandus ſit à nobis Deus per merita Sanctorum habetur ex Exodi 32. cap. dum Moſes ſupplicando Deo, inter alia dicit, Recordare Abraham, Iſaac & Iſrael ſeruorum tuorum. Hoc enim nihil aliud eſt, quàm rogare per merita Abrahæ, Iſaac & Iſrael. Et huic ſi adiunxeris priùs declarata, videlicet quòd Sancti intercedunt pro nobis, manifeſtè inferes quòd non ſolum per merita, ſed etiam per preces Sanctorum ſupplicare nos Deo è Scriptura habetur. Et his ſi adiunxeris quòd in idem redit orare Deum per merita & preces ſanctorum, & orare Sanctos vt merita & preces proponant apud Deum (nam res eſt eadem, licet modus ſit diſpar, & vtrobique eſt inuocatio Sanctorum, licet diuerſimodè) facilè perpendes omni ex parte tradi ex ſacra Scriptura inuocationem Sanctorum. Et hæc de propoſitis dicta, qui legerint, meminerint ineruditorum eſſe certitudinem Mathematicam quærere in moralibus, & vniuerſaliter in agendis à nobis. Romæ die 25. Auguſt. 153.

TRACTATUS DECIMUS-tertius Thomæ de Vio Caietani Cardinalis ſancti Xyſti, ad sereniſsimum Angliæ regem, fideiq; defenſorem, Henricum eius nominis octauum: de coniugio cum relicta fratris ſententia.

Laetatus ſum in ijs, quæ dicta ſunt mihi, ꝙ non celſitudinis authoritate, ſed ſacrarum literarum documentis maieſtas tua ad antiqui coniugij exploſionem, nouamque ducendam vxorem mota eſt: quodque id licuiſſe, non credendo doctoribus, ſed proprij ingenij acumine propriaque intelligentia ſe ſcire profitetur. Gratias profectò debemus Deo, qui ætatem noſtram Rege theologo decorauit. quocirca nõ ab re charitatis Chriſtianæ putaui doctiſsimo regi ſupplicare, vt ſubiuncta legere, librare, atque cum ijs, quæ intellectum maieſtatis eius mouent, conferre dignetur: ſi fortè plus videant oculi, quàm oculus. Et quia Regem theologum alloquor, veræ Theologiæ fundamenta duntaxat tangam. Optimè autem celſitudo tua nouit vniuerſam de hac materia quæſtionem pendere ex hoc, an coniugium inter relictam fratris & leuirum ſit prohibitum iure diuino morali. & partem affirmatiuam fundari ſuper legem Leuiticam ſcriptam capite decimooctauo & vigeſimo. & ſuper verba Ioannis Baptiſtæ, Matthæi decimoquarto, & Marci ſexto. Et propterea ſi compertum fuerit, quòd neuter textus continet huiuſmodi inhibitionem moralem, manifeſtum erit tale coniugium non eſſe aduerſus ius diuinum morale. Et quòd lex quidem Leuitica (videlicet Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui eſt) non prohibeat inhoneſtatem moralem, ex duobus oſtenditur capitibus. Alterum eſt in eodem. 18. cap. Leuitici. ibidem enim conceditur, vt vir ſororem defunctæ vxoris ducere poſsit in coniugem, dicendo, Sororem vxoris tuæ in pellicatũ illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. quamuis iuxta Hebraicam veritatem dictio interpretata, pellicatum, ſonet anguſtiam. ex eo enim ꝙ inhibitio coniugij cum ſorore vxoris reſtringitur ad tempus vitæ vxoris, perſpicuum eſt, ſub hac inhibitione non comprehendi coniugium cum ſorore vxoris mortuæ. ad hoc enim appoſita eſt illa limitatio viuente illa, vt liberum eſſet coniugium cum ſorore defunctæ vxoris. nam quemadmodum coniugia in quibuſcunque gradibus tam affinitatis quàm conſanguinitatis nõ prohibitis in lege Moyſi, inter indulta ſupputabantur, ita coniugium cum ſorore vxoris defunctæ, ex hoc ipſo ꝙ in lege Moyſi nõ

prohi-

prohibetur, inter indultorum numero comprehendebatur. Conferendo itaque hanc legem priori, formatur ratio hæc inter vnam mulierem & duos fratres & inter vnum virum & duas ſorores æquale eſt vinculum affinitatis, par eſt ratio turpitudinis, vt per ſe manifeſtum eſt: ac per hoc ſi coniugium cum relicta fratris continet inhoneſtatem moralem: coniugium quoque cum relicto ſororis continet inhoneſtatem moralem. & ſi coniugium cum relicto ſororis nullam continet inhoneſtatem moralem: coniugium quoque cum relicta fratris nullam continet inhoneſtatem moralem. Et quia lex Leuitica monſtrat coniugium cum relicto ſororis non continere inhoneſtatem moralem non comprehendendo illud inter prohibita: conſequens eſt, vt ex eodem capite Leuitici diſcamus, quòd coniugium cum relicta fratris non continet inhoneſtatem moralem: ac per hoc non eſt prohibitum quia malum moraliter, ſed ideo malum quia prohibitum. Si enim ex morali inhoneſtate fuiſſet prohibitũ, non fuiſſet indultum coniugium cum ſorore vxoris mortuæ: quia parem inhoneſtatem moralem habuiſſet. Quòd verò æquale ſit vinculum neceſſitudinis vtrobique, probatione non eget: quòd autem par ſit ratio turpitudinis vtrobique, patet ex eo quòd ſicut turpitudo fratriæ non detegenda ſancitur, quia eſt turpitudo fratris defuncti, quoniam effecti fuerant vna caro fratria & frater defunctus, ita turpitudo ſororis non detegenda eſt, quia eſt turpitudo ſororis defunctæ: nam ſororius & defuncta ſoror effecti fuerant vna caro: Ex hoc igitur quòd lex diuina vnum prohibet, & aliud concedit, atteſtatur quòd ratio inhibendi alterum non eſt inhoneſtas moralis, ſed authoritas legiſlatoris, quia ſic placuit legiſlatori.

¶ Alterum caput ſorgit ex collatione Leuiticæ legis cum honeſtate coniugii inter leuirum & relictã fratris in caſu defuncti fratris abſque prole. nam ante legem Moyſi tale coniugium in tali caſu non ſolùm licitum ſed ſancitum conſuetudine vel Patrum authoritate, innuit ſcriptura Geneſis trigeſimooctauo, in hiſtoria Thamar: & poſtea ſub lege Moyſi mandatum legitur Deuteronomi xx. Ita quòd coniugium inter leuirum & relictam fratris regulariter erat illicitum: in caſu autem mortui fratris abſque prole, erat licitum. Ex iis autem ſurgit ratio hæc, Si coniugium inter leuirum & relictam fratris eſſet per ſe malum moraliter, in nullo caſu fuiſſet licitum: ſed fuit licitum in caſu mortui fratris abſque prole tam ante legem, quàm ſub lege: ergo non eſt per ſe malum moraliter. Aſſumpta conditionalis manifeſtatur, & probatur: manifeſtatur ſiquidem in blaſphemia, periurio, mendacio, adulterio, rapina, furto, & id genus reliquis per ſe malis moraliter: quia enim ſunt per ſe praua, in nullo caſu ſunt licita. Probatur autem: quia id quod per ſe conuenit alicui, nunquam ſeparatur ab eo, ſed comitatur illud in quocunque illud inuenitur, quia neceſſariò conuenit illi: ac per hoc impoſſibile eſt ſeparare à re id quod conuenit illi rei per ſe: ac per hoc ſi coniugium inter leuirum, & relictam fratris eſt per ſe prauum, in omni caſu eſt prauum ſemper, & in omnibus ipſum eius prauitas comitatur. Ex hoc itaque quòd coniugium inter leuirum & relictam fratris inuentũ eſt quandoque ſine prauitate, dicimus quòd non eſt per ſe prauum, quod non fuit prohibitum eo, quòd eſſet per ſe prauum: ſed ex authoritate legiſlatoris effectum eſt prauum, quia prohibitum. Hæc de Leuitica lege.

¶ Verba autem Ioannis Baptiſtæ ad Herodem Galilææ Tetrarcham, Non licet tibi habere vxorem fratris tui, aliena ſunt à propoſito, tum quia de vxore fratris viuentis loquebatur Ioannes, vt teſtatur Ioſephus Antiquit. libro decimooctauo, capite xiiij. clarè enim dicitur, quòd Herodias deſeruit viuum virum. Egeſippus quoque de exci. Hieroſ. libro ſecundo, ca. quarto, clarè dicit de Herode. quòd fratris vxorem viuentis eripuerat, habentem ſemen de germano ipſius. Tum quia aliud eſt eſſe illicitum coniugium cum relicta fratris, aliud eſt eſſe aliud illicitum ex prauitate morali per ſe conuenientem tali coniugio: cõmittitur enim ſophiſma à pluribus cauſis ad vnam determinarè. Illicitum ſiquidem proficiſci poteſt ex multis cauſis: & quantum ad propoſitum, ſpectat, in promptu erat cauſa illiciti coniugii ipſa lex Leuitica. Herodes enim legem profitebatur Iudæorum: & ideo eſto quòd Herodias fuerit relicta fratris, verum dixit Ioãnes. Non licet tibi habere vxorem fratris tui: quia prohibitum hoc eſt in lege. Clarum enim erat, qòd non ad ſuſcitandum ſemen fratris duxerat eam. Non poteſt itaque hinc inferri moralis prauitas per ſe conueniens tali coniugio: ſed prauitas moralis propter prohibitionem legis: talis enim prauitas certa, & clara omnibus erat.

¶ Hæc doctiſſime Rex, ſi vera, ac ſufficientia eſſe videbuntur, corrigendum eſt factum, at ſi non ſat eſſe iudicantur: ſignificetur quæſo quid deeſt: confido enim in diuinæ gratiæ largitate, quòd qui cœpit, perficiet. Si verò probabilia cenſentur, agat obſecro defenſor fidei hominem inter hinc inde probabilia ambiguum: optime autem nouit maieſtas tua quid in dubiis agendum ſit, quid diuina lex Deuteronomi decimoſeptimo, ſtatuit agendum in occurrentibus dubiis. Si demum falſa exiſtimabuntur confutare dignare doctiſſime princeps: paratus enim ſum, & diſcere, & mutare ſententiam. Tolle obſecro ſcandalum tantæ multitudinis Chriſtianorum in Europa, non ſolũ vulgarium, ſed & religioſorum, & peritorum. Tolle autem, manifeſtando iuſtitiam facti, vt ſcandalum nõ ſit datum, ſed acceptum: offero enim me præconem iuſtitiæ celſitudinis tuæ: quæ fœlix valeat, Romæ vigeſimoſeptimo ianuarii, 1534.

Reſponſionis Thomæ de Vio Caietani Cardinalis ſancti Xyſti ad præmiſſas 16. articulorum cenſuras, eiuſdemque de coniugio cum relicta fratris ſententia (quæ ſimul cum enarratione Ioannis, ad ſtudioſorum vtilitatem, poſt mortem authoris per Ioan. Danielis. S.D.N. Papæ pœnitentiariũ editæ ſunt) finis.

TRACTATUS DECIMUS quartus de Coniugio Regis Angliæ cum relicta fratris ſui, ad Clementem ſeptimum Pontificem maximum, in decẽ capita diuiſus.

1 *Quæ intentio ſit operis.*

2 *Enarratio facti.*

3 *Quid diuino iure ſtatutum eſt de coniugio inter leuirum & fratriam.*

4 *Quod non omne coniugium inter leuirum & fratriam eſt diuina lege prohibitum.*

5 *Quod ſecundum ius naturæ non omne coniugium inter leuirum & fratriam eſt inhoneſtum.*

6 *Quod*

6 *Quod ſecundum legem tam diuinam, quā naturalem patet fieri inter leuirum & fratriam coniugium honeſtatum propter aliam cauſam, quàm propter ſuſcitandum ſemen, ac nomen fratris defuncti.*

7 *Quod ſecundum ius tum diuinum, tum naturæ honeſtum poteſt eſſe coniugium inter leuirum & fratriam propter commune bonum.*

8 *Quod coniugium inter ſereniſſimos Angliæ Regem, & Reginam eius fratriam nec iuri diuino, nec iuri naturæ aduerſatur.*

9 *Quod ſiue ligent, ſiue non dicta diuina iura, coniugium hoc eſt honeſtum.*

10 *Quod ſacrorum conciliorum, Pontificum ac Doctorum dicta non militant aduerſus hoc coniugium.*

CAPVT I.

Quæ intentio ſit operis.

BEatiſſime pater, poſt pedum oſcula beatorum, perpetuam fœlicitatem, inſiſti, vt libellos de coniugio inter ſereniſſimos Angliæ reges ad me perlatos, cauſamq; totam diligenter inſpicerem, quidue iudicii conſiliique mei eſſet accuratiſſimè perſciberem, quo quantum in me eſset, quamprimum Beatitudinem tuam hac moleſtia liberarem, ſtudui moa (vt par erat) iuſſis parere, prælectiſque libellis pro & contra, animaduerti multas communes inſertas quæſtiones. Videlicet de multiplici iure diuino, de illorum duratione, de diuerſis naturæ iuribus, de præceptorum iudicialium diffinitione, de multis diſpenſendi modis, de poteſtate Papæ circa ea, quæ ſunt diuini aut naturæ iuris. Quæ ſi tractanda eſſent & multa conficiende eſſent volumina, & latiſſimus literariis certaminibus campus dareiur, vt deſiderandus ſemper finis ſupereſſet. Quocircà contuli me ad propria cauſæ de qua agitur & ad punctum quæſtionis veniendo ante oculos locandum in primis quod in quæſtionem vertitur, duxi vt omnes intelligant materiam, de qua loquor. Deinde circa hoc, tum in genere, tum in ſpecie quid diuina ac naturæ iura cenſeant, ſcrutandum. His enim notis manifeſta apparebit quaſi veritas.

CAPVT II.

Enarratio facti.

SErenißimus Angliæ modernus Rex, dum eſſet adoleſcens, ſereniſſimo patre eius Angliæ rege agente, contraxit matrimonium cum Sereniſſima moderna regina Angliæ, tunc non regina, ſed relicta fratris eius primo geniti abſque prole defuncti, filia ſereniſſimorum regum Hiſpaniarum, interueniente authoritate Iulii II. Roman. Pontific. ob bonum ſeruandæ pacis et amicitiæ inter eoſdem Reges, conſummauitque matrimoniū, ac genuit ex ea, multiſque annis coniugali affectu & effectu cum ea verſatus eſt, modò petit diuortium, eo, quòd coniugium inualidum fuerit, vtpote contra ius diuinum atque naturæ à ſactis conciliis, Pontificibus ac Doctoribus comprobatum. Hæc eſt cenſa ex propriis diſcutienda, præmiſſo tenore apoſtolicæ diſpenſationis.

¶ Iulius, & cæt. Dilecto filio Henrico chariſſimi in Chriſto filii noſtri Henrici Angliæ regis illuſtris nato, & dilectæ in Chriſto filiæ Catherinæ chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ferdinandi regis, & chariſſimæ filiæ noſtræ Eliſabet reginæ Hiſpaniarum, & Siciliæ Catholicorum, natæ, illuſtribus ſalutem & cæt.

¶ Romani Pontificis præcellens authoritas conceſſa ſibi deſuper vtitur poteſtate, prout perſonarum, negociorum & temporum qualitate penſata, in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Oblata nobis nuper pro parte veſtra petitionis ſeries continebat, quòd cùm aliàs tu in Chriſto filia Catherine, & tunc in humanis agens, quondam Arturus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Henrici Angliæ regis Illuſtriſſi. primogenitus pro conſeruandis pacis & amicitiæ nexibus & fœderibus inter chariſsimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum, & chariſsimam in Chriſto filiam noſtram Eliſabet Hiſpaniarum & Siciliæ reginam, Catholicos, ac præfatum Angliæ reges, & reginam matrimonium legitimè per verba de præſenti contraxiſſetis, illudque carnali copula forſan conſūmauiſſetis, dictus Arturus prole ex huiuſmodi matrimonio non ſuſcepta deceſſit. Cùm autem ſicut eadem petitio ſubiungebat ad hoc ut uinculum pacis & amicitiæ inter præfatos Reges & Reginam huiuſmodi diutiùs permaneat, cupiatis matrimoniū inter vos per verbe legitimè de præſenti contrahere, ſupplicari nobis feciſtis, ut vobis in præmiſsis de opportunæ diſpenſationis gratia prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui inter ſingulos Chriſti fideles & præſertim Catholicos Reges & principes, pacis & concordiæ amœnitatem vigere intenſis deſideriis affectamus vos & quemlibet veſtrum à quibuſcunque excommunicationibus, &c. Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobiſcunque, vt (impedimento affinitatis huiuſmodi ex præmiſſis proueniente, ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus) matrimonium per verba legitimè de præſenti inter vos contrahere, & in eo, poſtquàm contractum fuerit, & ſi iam forſen hactenus de facto publicè vel clandeſtinè contraxeritis, ac illud carnali copula conſūmaueritis licitè remanere valeatis, authoritate apoſtolica tenore præſentium de ſpiritualis dono gratię diſpenſemus, ac uos & quemlibet veſtrum, ſi contraxeritis, ut præfertur, ab exceſſu huiuſmodi ac excommunicationis ſententia, quam propterea incurriſtis, eadem authoritate abſoluimus, prolem ea huiuſmodi matrimonio ſiue contracto ſiue contrahendo, ſuſceptam forſan, vel ſuſcipiendam legitimam decernendo, prouiſo quòd tu in Chriſto filia Catherina propter huiuſmodi rapta non fueris. Volumus autem quòd ſi huiuſmodi matrimonium de facto contraxeritis, confeſſor per vos & quemlibet veſtrum eligendus, pœnitentiam ſalutarem propter ea uobis iniongat, quam adimplere teneamini. Nulli ergo, & cæt. Si quis, &c. Datum Romæ, &c. 1507. Klen. Ianuarii, anno primo.

CAPVT III.

Quid diuino iure ſtatutum eſt de coniugio inter leuirum & fratriam.

Leu. 18. & 20.

CIRCA coniugium inter vxorem fratris & leuirum ter Moſaica lex ſtatuit, primò Leuit. 18. his verbis, Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui eſt. iterū c. 20. his verbis, Qui duxerit vxorem fratris ſui, rē facit alienā, ſeu illicitā, turpitudinē fratris ſui reuelauit, abſque filiis erit. tertio Deuteron. 25. his verbis, Quando habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui, & progenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael: ſi autem noluerit accipere vxorem fratris ſui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque, Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me in coniugem ſumere, ſtatimque accerſiri eum facient, & interrogabunt, ſi reſponderit, Nolo eam uxorem accipere, accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calciamentum de pede eius, ſpuetque in faciem illius, & dicet, Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui: & vocabitur nomen eius in Iſrael, Nomen diſcalciati.

Deu. 25.

¶ Hæc iuxta vulgatæ editionis verba allata, quamuis ſecundum veritatem ſufficerent, quantum ad præſentem ſpectat cauſam; quia tamen nonnulli ex eo quòd aliter ſonat textus Hebraicus, uertunt in dubium, legem Deuteronomii loqui de fratribus, quos carnales dicimus (obiiciendo, quòd non dicitur, Accipiet eam frater viri eius ſed cognatus eius: & ſimiliter non vxor fratris ſed cognata repetitur, obſtat enim Cognati nomine conſanguineos intelligi) ideo diligentiam adhibui, vt textum hunc de verbo ad verbū iuxta Hebræum haberem hic inſerendum & eſt talis, Quando ſedebunt fratres ſimul, & morietur vnus ex eis, & filius non eſt, non erit vxor mortui foris* viro extraneo: leuir eius veniet ſuper eam, & capiet eam ſibi in mulierem, & leuirabit eam, & erit, primogenitus, quem pariet, ſurget ſuper nomen fratris eius mortui, & non delebitur nomen eius ex Iſrael: & ſi non volet leuir capere fratriam ſuam, aſcendet fratria eius ad portam ad ſenes, & dicet, Recuſauit leuir meus facere ſurgere fratri ſuo ſemen Iſrael, non voluit leuirare me. vocabunt eum ſenes ciuitatis & loquentur ad eum, & ſtabit, & dicet, Non uolui capere eam, & appropinquabit fratria eius ad eum in oculis ſenū, & excalciabit calceum eius à pede eius, & ſpuet in faciem eius, & reſpondebit & dicet, Sic fiet uiro qui non ædificauit domum fratris ſui: & vocabitur nomen eius in Iſrael, Domus excalciati calceo, hæc ibi.

Aliàs fratris.

¶ Vbi clarè patet legem hanc loqui de fratribus, quos fratres carnales appellamus, & quòd interpres nouus, qui cognato & cognata vſus eſt, Latinam linguam iuxta vulgare Italicum uſurpauit, appellando eum qui Latinè appellatur leuir, cognatum: & eam, quæ Latinè fratria uocatur cògnatam, eo autem vſque Hebraicus ſermo utitur proprio Leuiri nomine, vt ex illo formet verbum, quo bis in hac lege utitur, loco cuius oportuit fingere nouum uerbum Latinum à leuir deductum Leuiro, as, ſignificans exequi ius leuiri erga fratriam. Mirum eſt autem, in dubium verti legem hanc de fratribus carnalibus loqui, cùm & Sadducæi in Euangelio proponentes Chriſto uxorem ſeptem fratrum ſecundum legem Moyſi, id teſtentur, & etiam apud mulierculas hoc notiſſimum fuiſſe teſtentur verba Noemi, Ruth primo, & ex toties repetito fratris nomine in hac lege clarè habeatur. Nam ubicunque in iſtis legibus eſt nomen Fratris, in Hebræo, eadem penitus dictio habetur: ita quòd idem nomen Fratris habetur in legibus Leuitici, & in lege Deuterono. ut ſi unam æquiuocandi licētiam quis uſurpet: alias quoque æquiuocandi legitimè concedat: ac per hoc ſi quis exponeret pertinaci ſenſu Deuteronomicam legem loqui de Fratribus non carnalibus, deſiſtat à cœpto, ex hoc quòd eadem licentia leges Leuiticæ exponerentur de fratribus non carnalibus. Quo fieret, ut nullum de coniugio inter leuirum & fratriam ius tam diuinum, quàm naturæ ſcriptum haberetur: & conſequenter ceſſaret tota quæſtio hæc, innixa iuri diuino, aut naturæ ſcripto, quia ſuper hoc ſolo vniuerſa moles huius controuerſiæ fundata eſt. Non eſt itaque uertendum in dubium, leges has de fratribus, quos carnales appellamus, loquitur.

Matthæi 22. cap. & Luc. 20. f. Ruth. 3.

Manifeſtiſſimè ſoluitur quò, ubi de fratrib. ex eodem utero egredientibus ſermo eſt.

Nota quòd repetitur nomen fratris ſecundum idem vocabulū, cum dicitur, quādo habitabūt fratres ſimul, nō autē, quando dicitur cognatus uel leuir, &c.

Non eſt vertēdum in dubiū, cùm apud Rabinos Hebræos etiam pro cōfeſſo habeatur.

CAPVT IIII.

Quòd non omne coniugium inter leuirum & fratriam eſt diuina lege prohibitum.

CONVENIENTIBVS Igitur legibus his Leuiticis & Deuteronomicis in hoc, quòd de fratribus carnalibus loquuntur, differentia manifeſta inter Leuiticas & Deuteronomicas eſt penès hoc, quòd Leuiticæ ſunt leges de genere, Deuteronomica verò eſt lex de ſpecie. Nam Leuiticæ ſtatuunt de vxore fratris, non ſpecificando uiui uel defuncti. Deuteronomica de uxore fratris defuncti, illæ de uxore fratris non ſpecificando cum filio vel ſine filio, iſta de vxore fratris defuncti ſine filio, illæ de vxore fratris non cognoſcenda, non ſpecificando ad proprium vel fratris ſemen nomenque ſeruandum, iſta de uxore fratris defuncti abſque filio ad ſuſcitandum ſemen nomenque fratris: quibus adiunge quartam neceſſariò ſubintellectam ſpecificationem, quòd illæ de vxore fratris non ſpecificando, an ætatis qua poſſit generare, an vetula. Iſta de fratris vxore in ætate, qua poteſt generare, loqui conuincitur, quia ducenda præcipitur ad ſuſcitandum ſemen fratris. Ex hac autem manifeſta differentia inter has duas leges habetur, abſque omni controuerſia, non omne coniugium inter leuirū & fratriam eſſe diuina lege prohibitum: ſed diſcernendum eſſe inter coniugium leuiri cum fratria ſine ſpecificatione aliqua, vel tot ſpecificationibus in Deuteronomica lege vallatum, & fatendum quòd in genere ſine ſpecificatione aliqua coniugium inter leuirum & fratriam, eſt diuina lege damnatum: coniugium verò inter leuirum & fratriam tot conditionibus fultum non ſolùm licitum, ſed præceptum diuina lege eſt. Hæc ſunt, quæ circa coniugium inter leuirum & fratriam manifeſtè ſancita à Deo habemus. An autem diuinæ iſtæ leges veteris Teſtamenti ligent noui Teſtamēti profeſſores, an expirauerint parui refert quò ad cauſā propoſitam. Illud tamen ſilentio inuoluendum non

eſt,

eſt, quòd cùm iſtæ leges conueniant tum in ſententia (uidelicet de coniugio inter leuirum & fratriam) tum in actu, videlicet actu pietatis, quæ cultum officiumque ſanguine iunctis exhibet; tum in ratione moris (quia omnes innitimtur rationi moris pietatis naturalis) tum in genere præceptorum (quia utræque ſunt præcepta, partim iudicialia, & partim moralia) tum in authore (quia omnia diuina authoritate ſunt edita per Moyſem) quatenus diuina ligat, eadem ratione perſeuerat, & Deuteronomica, quatenus diuina lex: & qua ratione Deuteronomica expirauit, eadem & Leuitica expirauit, cùm gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Dixi quatenus diuina: quia non eſt nunc ſermo de eiſdem legibus, quatenus morales ſunt, ſed quatenus diuina ſunt authoritate per Moyſem fultæ.

CAPVT V.

Quòd ſecundum ius naturæ non omne coniugium inter leuirum, & fratriam eſt inhoneſtum.

QVID Autem naturale ius de coniugio inter leuirum & fratriam habet, non eſt difficile ex dictis haurire. Semoto ſiquidem omni tam diuinæ quàm humanæ legis non teſtimonio, ſed uinculo, clare patet tum coniugium inter leuirum & fratriam abſolute eſſe turpe (Turpitudo enim moralis oppoſita honeſtati colens ex naturali pietate debita fratriæ ratione fratris, pro ratione legis redditur in lege Leuitica dicendo, Turpitudinem fratris tui nõ reuelabis, quia turpitudo fratris tui eſt) tum coniugium inter leuirum & fratriam vallatum tot antedictis conditionibus eſſe moraliter bonum. Ex eo.n.quod coniugium inter leuirũ inter fratriã abſolutè eſt turpe, infert quòd turpitudo illa per coniugium inter eoſdem tot conditionibus fultum, & cæt. tollitur. Alioquin etiam tot conditionibus vallatum eſſet moraliter turpe, ac per hoc illicitum, cuius oppoſitum teſtatur lex diuina, & cùm turpitudo moralis non tollatur niſi per bonum morale, conſequens eſt, quòd per morale bonum conſurgens ex concurſu tot conditionum in coniugio inter leuirum & fratriam, tollatur turpitudo, quæ ineſſet eidem cõiugio nudo. patet igitur inter leuirum & fratriam coniugium honeſtatum tot conditionibus, bonum moraliter eſſe. Et ſi altiùs ſcrutatus fueris, inuenies maius bonum moraliter eſſe in coniugio inter leuirũ & fratriam ſic honeſtato, quã ſit turpitudo conſequens coniugium inter eoſdem abſolutè. Nam niſi iſtius bonitas uinceret illius turpitudinem, præceptum iſtius in ſpecie non vinceret prohibitionem illius in genere, ita quòd diuinum ius præceptum, prohibitione illius vigente, atteſtatur maiorem eſſe bonitatem in hoc, quàm turpitudinem, quæ conſequitur coitum leuiri cum fratria & tantùm excellit, ut etiam tollat rationem turpis ab huiuſmodi coitu, & reddat eundem honeſtum & pium. Quò fit ut ſi qui quo ad hoc ſoluti ab huiuſmodi uinculo legis diuinæ & humanæ leuir & fratria contraherent matrimonium honeſtatum his cõditionibus, procul dubio honeſtum ac pium cõnubium ſubirent. Quod etiam teſtatur coniugium inter Thamar & filios Iudæ ante legem Moyſi. Gene. 38.

CAPVT VI.

Quod ſecundum legem tam diuinam, quàm naturalem patet fieri inter leuirum & fratriam coniugium honeſtatum propter aliam cauſam, quàm propter ſuſcitandum ſemen, a. nomen fratris defunctum.

EX His autem manifeſtis iuxta diuinum ac naturæ ius rectiſſima infertur ratione, quòd ſi longè maius bonum, quàm bonum ex omnibus conditionibus in lege Deuteronomica expreſſis conſurgens poteſt miſceri coniugium inter leuirum, & fratriam, fieret proculdubio in tali accidente coniugium inter leuirum & fratriam honeſtum, quatenus pendet ex lege tum naturali, tum diuina. (Secretis enim loquor humanis legibus.) Et ſecundum quidem naturæ iura patet illatio, rectæ rationis dictamen exigit, ut ſi minus bonum ſufficit ad tollendum turpitudinem coniugii inter leuirum & fratriam, multò magis ad eandem turpitudinem tollendam ſufficiat maius bonum. Secundum verò diuina iura patet eadem illatio ex eo, quòd nullæ leges multiplicantur propter multitudinem euentuum, qui contingere poſſunt. (Oporteret enim infinitas condere leges, iuxta infinitos euentus contingentes) ſed in omni politia leges conditæ intelliguntur ſic, quòd ex vno caſu decreto intelliguntur decreti omnes ſimiles, & ſi minus bonum decretum eſt ſufficere ad tollendam aliquam turpitudinem, intelligitur decretum eſſe quòd multò maius bonum etiam ſufficit ad tollendam omnem turpitudinem. Hæc, ni fallor, tam clara ſunt, ut probatione non egeant, ſed inſinuatione, quòd in propoſita materia (ſi in propriis ſiſtẽdum eſt) non eſt digrediendum ad quodcunque maius bonum, ſed ad maius bonum fratri defuncto, quia turpitudo coniugii inter leuirum, & fratriam conſiſtit in fratris defuncti dehoneſtatione, & in coniugio Deuteronomico tollitur huiuſmodi irreuerantia defuncti fratris per eiuſdem fratris defuncti bonum, videlicet nomen eius ſuſcitandum & propagandum in familia progeniti ex fratria, quæ fuerat una tum ipſo caro, & ex leuiro coniunctiſſimo ſecundum carnem defuncto fratri, tanquam ſupplente vices defuncti ad generandum ipſi defuncto familiam. Et hæc ideo diſcuſſa ſint, non quia ſupponamus coniugium inter ſereniſſimos Reges Reginamque Angliæ contractum fuiſſe ad ſuſcitandum nomen fratris defuncti: conſtet enim hoc eſſe falſum, ſed ut clarè pateat ſecundũ ius naturæ diuina etiam authoritate firmatum, non vnico tantùm euentu honeſtum eſſe coniugium inter leuirum & fratriam, ſed in omni euentu maioris boni fratris defuncti, quàm ſit illud tam exiguum bonum, videlicet nominis per filium fictum idque incertum. Incertum enim eſt an proles ſequatur.

CAPVT VII.

Quod ſecundum ius tum diuinum, tum naturæ honeſtum poteſt eſſe coniugium inter leuirum, & fratriam propter commune bonum.

SI perſpicaciùs conſideratum, libratumque fuerit, quòd id iuris naturæ, quod in his Leuiticis legibus continetur, uidelicet dehoneſtatio fratris defuncti, repenſatur per tam exiguum ac

incer-

Incertum bonum dafuncti, cui nihil boni, aut mali accidere poteſt ea operibus merè humanis niſi in aæſtimatione hominum, quòdque bonum commune ciuitatis vel patriæ non in opinione, ſed in re & longè maius & finis ſuapte natura eſt (nam ſingulorum bona æterna ad commune bonum ordinantur vt finē) manifeſtabitur quòd tam ſecundum naturalis quàm diuini iuris rationē tactiſsimum coniugium inter leuirum & fratriam honeſtatur, ſi ob commune patriæ bonum fiat. Validius enim eſt ad tollendum de honeſtationem defuncti fratris, commune patriæ bonum, quàm tam exiguum idque incertum bonum dafuncti fratris. Nam conſtat huiuſmodi bonum eſſe bonū externum, vtpotè in nomine conſiſtens, idque exiguū vtpote non conſequens præclarum aliquid factum, imò nullum defuncti factum, ſed naturale opus alterius, ſi tamen efficax erit ad generandum. Nec inter uenit in hac deductione aliqua digreſsio à propriis materiæ quæ tractatur: quoniam procedere à bono æterno vnios ob bonum commune, non eſt digredi, ſed progredi à parte ad totum, à bono partis ad bonum totius, à re ordinata ad finem ad rem illius finē: & hæc tam manifeſta tamque conſona ſunt iuribus, vt iniuria illis fiat ſi diutiùs diſcutiantur.

CAPVT VII.

Quod coiugium inter ſereniſsimos Angliæ Regem, & Reginam eius fratriam nec iuri diuino nec iuri naturæ aduerſatur.

EX hoc igitur, quòd diuinum ius teſtificatur in minori bono commune patriæ bonum ſufficere ad tollendum turpitudinem coniugii inter leuirū & fratriam, & naturæ ius in minori quoque bono teſtatur idem, manifeſte infertur, coniugium inter hos ſereniſsimos Regem & Reginam ob bonum ſeruandæ pacis inter reges Hiſpaniarum, & Angliæ contractum (vt clare explicatur in literis apoſtolicis) non cōtrariari iuri diuino, aut iuri naturæ, ſed honeſtum eſſe ac conſonum vtrique iuri, adeò ꝙ ſi ſecernantur humana iura, coniugium hoc nulla indiguiſſet diſpenſatione, quoniam ferendo ſecum commune bonum pacis inter tam excelſos reges, fert ſecum conditionem tam diuini, quàm naturæ iuris teſtimonio ſufficientē ad honeſtandum coniugium inter leuirum & fratriā. Verùm diſpenſatione eccleſiaſtica opus fuit, tum ad tollenda vincula humanorum iurium, tum ad authorum honeſtationem illius ſingularis coniugii ob cōmune bonum pacis. Honeſtatio enim illius coniugii ea communi bono pacis ſuapte natura eſt, ſed à doctoribus definitur magiſtraliter, ab apoſtolica autem diſpenſatione authoratur. Quocirca Iulius Papa diſpenſando nihil ademit diuino iuri, nihil ademit iuri naturæ, ſed abſtulit vincula iuris humani circa hoc ſingulare, ſed definiuit legitimum, ſed authorauit illud, vtpote ex ea preſſa rationabili cauſa ac more conſonum tam diuino, quàm naturali iuri. Omnia enim hæc fert ſecum diſpenſatio ob commune bonum pacis. Alienum ſiquidem à Chriſtiana profesſione eſt, vt Papa, quantumcunque minimum ius diuinum aut naturæ in toto, vel in parte tollat. Hoc enim authori naturæ reſeruatur, illud verò authori diuinæ legis, ſed non eſt alienum a Chriſtiana profesſione, vt Papa in ambiguis interpretetur ac diffiniat, tam ius diuinum, quam naturæ. Diſpenſatio itaque illa diuerſos ſimul protulit effectus iuxta diuerſas, quas attigit materias: pro quanto enim attigit iura humana, efficit licitum quod ſecundum humana iura fuiſſet illicitum: quatenus verò attigit iura diuina & naturæ, diffiniuit ac authorauit licitum quod ſecundum diuina & naturæ iura dubitabatur vel reputabatur, ſeu dubitari vel reputari potuiſſet illicitum.

¶ Et ad opulentiam honeſtationis concurrunt duo bona fratris defuncti: alterum quòd vxor eius quæ fuerat vna cum ipſo caro, ex hoc coniugio ſublimata eſt in futuram Reginam Angliæ, vt regno, quo ipſe defunctus non potuit per ſeipſum potiri, ſaltem in carne ſua potiretur. Alterum quòd frater eius ea hoc coniugio redditus eſt ſecurus a tali ac tanta malorum congerie, qualem & quantum bella inter regna afferunt inter ſe. Intereſse autem mea defuncti mala pœnæ futura fratri meo teſtatur euangelicus diues ſepultus in inferno dum rogat Abraham, ne fratres ſui veniant in illum locum tormentorum. Honeſtatur itaq; hoc coniugium tum ea bono fratris defuncti non minore, quàm ſit illud deſcriptum in Deuteronomio nō conſiſtente in nomine ſed in re dubio, ſed certo: tum ex maximo communi bono pacis, authoraturque apoſtolica poteſtate.

CAPVT IX.

Quod ſiue ligent, ſiue non dicta diuina iura, coniugium hoc eſt honeſtum.

VNiuerſa autem diuina lege perſpecta facile monſtratur quòd ſiue diuinæ leges circa coniugium inter leuitum & fratriam ligent modo, ſiue expirauerint, coniugium hoc inter ſereniſsimos reges Angliæ licitum atque honeſtum eſt. Nam ſi diuina veteris Scripturæ ſpirarunt, nulla hinc illis infertur iniuria: ſi verò etiam hodie ligant, cùm conſtet ex eadem diuina lege Deutero. cap. 17. ad ſummum ſacerdotem ſpectare emergentes cauſas ambiguas ac difficiles diffinire iuxta legem Domini: conſequens eſt quòd etiā ſi omni ea parte non pateret bonum ſufficere ad honeſtandum coniugium inter leuitum & fratriam, ea eo quod ſummus Sacerdos requiſitus, vt hinc diuina iura naturæque, ac humana, quæ videntur obſtare huic cōiugio, illinc tale bonum pacis ſeruandæ libraret (propter hoc enim conſtat ſupplicatum fuiſſe ſummo Pontifici) & qui tunc erat ſummus Sacerdos Iulius diſpenſando authorauit inter hos ſereniſsimos leuirum & fratriam coniugium ob tale bonum pacis reddidit illud licitum & honeſtum. Nam per hoc diuina authoritate ſibi in lege diuina conceſsa exemit illud ab iniuria omnium iurium diuinorum, naturalium, ac humanorum: quia etiam fingendi licentia cōceſsa inficiari mente quamuis ore nemo poteſt, ambiguam ſaltem fuiſse iuxta legem diuinam ac naturæ cauſam, videlicet ſi ob tale bonum pacis honeſtandū erat coniugium inter leuirum & fratriam, & diffinitionem talis ambigui ſpectaſse ad ſummum tunc ſacerdotem, & cauſam boni pacis communis conformē eſse diuinæ legi, cui inter humana nihil magis quadrat, quam commune pacis bonum. Et hæc dixerim, non quod cauſa ambigua ſit, quoniam deductum iā eſt commune bonum pacis cauſam eſse ſufficientem ad honeſtandum coniugium iuxta leges diuinas & naturales; ſed ad monſtrandum, quod eſto quod ambigua ac difficilis fuiſset cauſa authoritas ſummi Sacerdotis, diffiniendo iuxta rationem valde conſonam diuinis & naturæ legibus coniugium hoc licitum, honeſtum ac legitimum ſufficeret, ad reddendum coniugium hoc licitum, honeſtum ac legitimum, etiam ſi leges Leuiticæ non ſolùm quatenus morales, ſed quatenus diuinæ ligarent Chriſtianos.

CAPVT

Hieronymũ, qui eſt principalis author huiuſmodi dubiorum.

¶ Quintus articulus eſt, confeſſio auricularis non eſt inſtituta à Chriſto inquantũ auricularia & ſecreta. Iſte articulus nõ eſt meus ſed Io. 20. ſcripſit, quòd Chriſtus inſtituit confeſſionem voluntariam peccati, ſed modum confitendi, & ſimiliter abſoluendi, an ad aurẽ an publicè, Eccleſiæ vſui reliquit, iuxta tamen qualitatẽ peccati publici vel occulti. Quod non eſt dicere hanc negatiuã, Confeſſio auricularis nõ eſt inſtituta à Chriſto: ſed eſt dicere, ꝙ confeſſio inſtituta à Chriſto, non reſtringitur ad hunc modũ cõfitendi: q̃a extenditur ẽt ad confeſſionem publicam. ſatisfacit n. præcepto Chriſti, qui poſtquã publicè peccauit, publicè cõfitetur, publicè abſoluitur, & publicè ſatisfacit.

¶ Sextus articulus eſt, Non eſt neceſſariũ, hominẽ qui mortaliter peccauit, & qui habet copiã Confeſſoris, confiteri anteq̃ Euchariſtiã ſumat. Hic articulus meus eſt: & fundatus ſuper doctrinã apoſtoli Pauli, dicentis de exiſtente in peccato mortali, ꝙ manducaret & biberet indignè Euchariſtiã, niſi prius probaretur. Probet aũt, inquit, ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: qui. n. manducat & bibit indigne, &c. Probare. ſ. ſeipſum, ad contritionẽ ſpectat: confeſſio verò ſpectat ad probationẽ non ſolũ à ſeipſo, ſed ẽt ab alio, videlicet à confeſſore. Ex hoc itaq; ꝙ Paulus dicit ſufficere ad euitandã indignitatẽ probare ſeipſum, dicit contritionẽ ſufficere ad ſumendã Euchariſtiã, niſi. n. ſufficeret probare ſeipſum, non adiunxiſſet, Et ſic de pane illo edat. clarè. n. ſignificat, ꝙ homo, qui ſic eſt probatus à ſeipſo, de pane illo edat, & de calice bibat. Non eſt itaque articulus erroneus quem Paulus docuit.

¶ Septimus articulus eſt, Non habetur verus textus ſacræ Scripturæ in lingua Latina, niſi fiat tranſlatio de verbo ad verbum ex lingua, ex qua ſumitur, & fiat omnino talis qualis in ſua origine eſt. Iſte articulus nunq̃ fuit à me ſcriptus: vt teſtatur proœmiũ ſuper Pſalteriũ, in quo ſolo materiã hanc tractaui.

¶ Octauus articulus eſt, Melius eſt, ꝙ orationes dicãtur in lingua vulgari in Eccleſia, q̃ in lingua Latina. Iſte articulus non integre recitatur: quoniã non ſcripſi, ꝙ eſt melius, ſed ꝙ eſt melius ad ædificationẽ Eccleſiæ, neq; ſcripſi orationes, ſed orationes publicas, quæ audiente popolo dicuntur. hoc aũt ſuper doctrinam Pauli fundaui 1. ad Cor. 14.

Nonus articulus eſt, Penſiones ſuper beneficiis curatis pecunia numerata redimi poſſunt. Iſte articulus recitat plus, q̃ ego ſcripſerim: quoniã ego non ſcripſi de beneficiis curatis in ſpecie, ſed de beneficiis eccleſiaſticis in genere: & fundaui dicta mea ſuper doctrinã diui Thomæ. Et ea vera eſſe, teſtatur mos Eccleſię paſſim. nã quotidie fiunt huiuſmodi redẽptiones, ẽt à viris timoratis. Et conſueuit quantitas penſionis redimi, ſoluendo pecuniã in proportione quincupla: reputatur enim communiter huiuſmodi pretium iuſtũ.

¶ Decimus articulus eſt, Nec rõne nec authoritate probari poteſt, ꝙ abſolute loquendo, ſacerdos peccet contrahendo matrimoniũ, quin potius & ratio ducit ad oppoſitionem. Iſte articulus non eſt meus, quãtum ad illã particulam, probari poteſt, quoniã vt textus quæſtionis manifeſtat, ſcripſi nec ratione nec authoritate probatur, ꝙ ſacerdos ſecluſis legibus iuris poſitiui & votis, peccet cõtrahendo matrimoniũ &c. & attuli rationem, contra quam oportet aduerſarios, rationibus procedere, & non libello famoſo.

¶ Vndecimus articulus eſt, Summus Pontifex ſalua conſcientia poteſt diſpenſare cum ſacerdote Occidentali, ꝙ contrahat matrimonium, etiam ceſſante cauſa publicæ ſtilitatis. Iſte articulus eſt meus: & alienus monſtratur ab omni errore in illa quæſtione. nulla. n. iura arctant cauſam diſpenſandi ad vtilitatem publicam ſolam: occurrente enim alia cauſa rationabili poteſt Papa vti ſua poteſtate, vt clare patet.

¶ Duodecimus articulus eſt, Vtru diſcordia orta inter coniuges huiuſmodi ſine ſpe remedii, ſit rationabilis cauſa diſpenſandi, vt vterq; cũ alio contrahat, crediderim ꝙ ſic, coniugũ conſenſu accedente. Iſte articulus de cõiugio non conſummato meus eſt, & tam moderatus, vt irreprehenſibilis omnino ſit, tum quia nihil aſſerui niſi credulitatem: tum quia innititur authoritati ſedis Apoſtolicæ, quæ huiuſmodi cauſã habet pro rationabili: vt apoſtolica reſcripta teſtantur.

¶ Tertiuſdecimus articulus eſt, Aſſerit ꝙ Chriſtus deſcendens ad inferos prædicauerit dęmoniis & dãnatis: Iſte articulus non eſt meus: quoniam nunq̃ hoc aſſerui. Sed in commen. ſuper primam epiſtolã Petri c. 3. manifeſtè dixi, ꝙ Petrus non loquitur de prædicatione qua Chriſtus manifeſtauit apud inferos ſeipſũ eſſe Meſſiam, & conuincit tam dæmones, quàm incredulos omnes, huiuſmodi. n. prædicatio cõis fuit omnibus apud inferos, Vbi clare patet, ꝙ non de prædicatione abſoluta, ſed de prædicatione huius modi (hoc eſt cõfutante & conuincente dæmones & incredulos omnes) locutus ſum, iſti autem imponunt mihi prædicationem ſine aliqua additione.

¶ Quartuſdecimus articulus eſt, Epiſtola ſecũda Io. non tã eget expoſitione, quã correctione. Iſte articulus non integre recitatur: nam in Com. ſuper ipſã Epiſtolã ſcripſi, nec tã eget expoſitione, q̃ correctione, quoniam in multis differt à textu Græc. Vbi clare patet ꝙ de correctione verborũ diſſonantium à textu Græco locutus ſum. Et ſi hoc eſt error, quare Hieronymus tanto tẽpore laborauit ad corrigendum libros ſacræ ſcripturæ iuxta Hebraicã veritatẽ? quare Auguſtinus ꝓ correctione librorum veteris Teſtamenti remittit lectores ad Hebraicum textum, & pro correctione librorum noui Teſtamenti ad textum Græcum?

¶ Quintuſdecimus articulus eſt, Iacobus Alphæi, frater domini appellatur, quia filius fuit Ioſeph ex alia vxore. Iſte articulus non eſt meus, nunquàm. n. ſciui, nunquã aſſerui, ꝙ Ioſeph habuerit aliam vxorem. quãuis opinio dicentium hoc non mihi diſplicuerit: & propterea ſcripſerim in Comment. ſuper Epiſtolã ad Gal. c. 1. & forte nulla magis quadrat vĩ 16, q̃ ꝙ fuerit filius Ioſeph ex alia vxore. nihil. n. vt certu ſcripſi.

¶ Sextuſdecimus articulus eſt, an Paulus vxorem habuerit, diſputare, ſuperfluum eſt; quoniam ex eius Epiſtolis nihil certi hẽ, licet ex aliquib. ſenſu valde rõnabili moſtraret eum habuiſſe vxorẽ. iſte articulus non eſt meus. nã in Cõmen. ſuper epiſtolã ad Phi. c. 4. ſcripſi, diſputare hic, an Paulus habuerit vxorẽ, ſuperfluũ duci; cum ex aliis locis epiſtolarum Pauli nihil certi habeã; & hic locus cogere videaĩ non ratione demonſtratiua, ſed ſenſu valde rõnabili, ꝙ Paulus habuerit vxorẽ. Ex hoc aũt articulo & multis aliis prærecitatis, facile patere põt, ꝙ articuli iſti indigni ſunt Theologis, indigni & reſponſione; vtpote vel impoſiti, vel alieni a materia erroris, nullus ſiquidem error incurritur, putando Paulum habuiſſe vxorẽ, vel nõ habuiſſe vxorem: nullus error eſt, putare Ioſeph habuiſſe, vel non habuiſſe aliam vxorem, ante beatam Virginem: nullus error eſt Epiſtolam Ioan. eſſe correctam vel non correctam iuxta textum Græcum: nullus error eſt dubitare de illis, de quibus dubitat beatus Hieronymus: & id genus multa in articulis ſchedulæ iſtius contenta. Pro conſolatione itaque tua & Germanorum, honorande magiſter, hæc ſcripſi, vt perpendas ridiculos fore apud eos, qui libros noſtros legunt, & intelligunt, libellos hos famoſos. pugnent rationibus & authoritatibus Scripturæ, nõ libellis famoſis, non nominis ſupercilio, qui oppugnare noſtra cupiunt. Bene vale. Romæ 30. Decembris. 1534.

Opuſculorum D. Tho. a Vio Caietani, finis.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI DE PRAESCIENTIA, ET PRAEDESTINATIONE.

TRACTATVS.

PROLOGVS.

INSTANTISSIME rogaſtis me, chariſſime frater, vt vobis aliquem tractatum breuem facerem in ſtylo facili, de præſcientia, & prædeſtinatione diuina, per quem poſſetis aliquibus quæſtionibus & obiectionibus, quæ de ipſis communiter fiunt ab hominibus, reſpondere. Vnde veſtræ inſtantiæ pro poſſe ſatisfacere cupiens, aggreſſus ſum facere, auxilio Dei præuio, quod rogaſtis.

¶ Scire tamen debetis, quòd ab antiquis Philoſophis, & etiam ab eccleſiæ doctoribus, & magiſtris tam antiquis quam modernis, hæc quæſtio fuit multipliciter & ſubtiliter ventilata. Quorum ego profundiſſimas, & perplexas rationes euitans, leniores aliquas & veſtræ capacitati accommodas prælegi non tamen quæ penitus ſatisfacere poſſint in hac profundiſſima, & inſolubili quæſtione. Nam ſecundum Apoſtolum ad Romanos vndecimo, incomprehenſibilia ſunt iudicia Dei, & inueſtigabiles viæ eius, quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? &c.

¶ Sũt aũt hæc quæ in hoc opuſculo perſtringunt.

¶ Primò, quid ſit præſcientia, & prædeſtinatio Dei, & in quo ſe inuicem differant.

¶ Secundò, quid ſit reprobatio Dei, & quis prædeſtinationis & reprobationis effectus.

¶ Tertiò, vtrùm præſcientia Dei ſit cauſa rerũ præſcitarum, vel res cauſa præſcientiæ.

¶ Quartò, vtrùm præſcientia Dei neceſſitatem eueniendi rebus imponat.

¶ Quintò, vtrùm prædeſtinatio certitudinem habeat.

¶ Sextò, vtrũ prædeſtinatis neceſſitatẽ imponat.

¶ Septimo quare Deus fecit hominem, quem ſciebat eſſe damnandum.

CAP. I.

Quomodo iſta quatuor, ſcilicet ſcientia, præſcientia, prouidentia, & prædeſtinatio ſe habeant in Deo.

SCiendum eſt igitur, quòd iſta quatuor, videlicet ſcientia, præſcientia, prouidentia, & prædeſtinatio, diuerſimodè, ſiue diuerſis reſpectibus de Deo dicuntur, & habent ſe per additionem vnius ad alterum.

¶ Scientia enim ſiue ſapientia de omnibus eſt, ſcilicet de bonis & malis, de præteritis, præſentib. & futuris, & non tantum de temporalibus, ſed etiã de æternis. Nõ enim ita ſcit Deus iſta temporalia, vt ſeipſum neſciat, ſed ipſe ſolus ſeipſum perfectè nouit, cuius ſcientiæ comparatione omnis creaturæ ſcientia imperfecta eſt.

¶ Præſcientia verò addit ſuper ſcientiam quandam præcognitionem: eſt enim de futuris tantùm ſed de omnibus, de bonis ſ. & de malis.

¶ Prouidentia vero includit in ſe præſcientiam & addit ſupra ipſam quandam præparationem ſiue promotionem in finem vltimum. Eſt enim de rebus præcognitis faciendis ſiue gubernandis, vnde & prouidus dicitur, qui bene coniectat de conferẽtibus ad finem vltimum conſequendum, & de his, quæ ipſum poſſunt impedire. Prouidentia ergo dicitur, quæ rebus præſcitis, & ordinatis tribuit ea, quæ ordinem conſeruent, & propellit omnem inordinationem.

¶ Prædeſtinatio autem in ſuo intellectu includit non ſolùm præſcientiam, ſed etiam prouidentiam, & addit ſupra eam aliquid, ſ. quendam ſpecialem modum, tam ex parte prædeſtinatorum, quàm ex parte ipſius finis, quàm etiam ex parte prædeſtinantis. Cum enim prouidentia Dei ſit omnium rerum, & ſpeciali quodam modo rerum habentium voluntatem, prædeſtinatio includit in ſe prouidentiam ſecundum illum ſpecialem modum, quo eſt hominum, & habentiũ voluntatẽ. Eſt enim prædeſtinatio de hominibus ſaluandis.

¶ Item cũ prouidentia reſpiciat ordinem vniuſcuiuſque boni ad quemlibet finem prædeſtinatio eſt tantum reſpectu eorum, quæ homo ex naturalibus ſuis conſequi nõ poteſt, ſed ſunt eleuata ſuprà facultatem humanæ naturæ. Eſt enim reſpectu gloriæ, quæ eſt in perfecta Dei fruitione, & reſpectu gratiæ promouentis in ipſam gloriam. Vnde dicit Damaſ. quòd prædeſtinatio eſt eorum, quæ non ſunt in nobis.

¶ Item licet prouidẽtia ſit promotio vel directio alicuius in finem, prædeſtinatio tamen includit in ſe prouidentiam cum quadam ſpeciali acceptatione, & electione voluntatis. Quamuis enim prædeſtinatio præſupponat actum cognitionis nominat tamen actum voluntatis eligentis, ad ea quæ ſola gra

tuita voluntate conferuntur. Vnde dicitur Rom. 8. Quos præſciuit, prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, & Ephe. 1. Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum ſecundum voluntatis ſuæ propoſitum; ſic igitur de eſſentia prædeſtinationis eſt præſcientia & voluntas aliquorum.

¶ Ex prædictis itaque manifeſtum eſt quid ſit præſcientia & prædeſtinatio Dei, & in quo à ſeinuicem differant. Eſt enim præſcientia Dei, certiſſima præcognitio omnium futurorum, tam bonorum quàm malorum. Prædeſtinatio verò ſecundũ Auguſt. in libro de Prædeſtinatione ſanctorum, eſt gratiæ præparatio, id eſt diuina electio, qua elegit eos quos voluit ante mundi conſtitutionem, vt ait Apoſtolus Ephe. primo, Vel ſecundum diffinitionem magiſtralem, prædeſtinatio eſt præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Vnde patet quòd prædeſtinatio ſine præſcientia eſſe non poteſt, ſed ſine prædeſtinatione præſcientia eſſe poteſt, prædeſtinatione quippe Deus ea præſciuit, quæ fuerat ipſe facturus, ſed præſciuit Deus etiam quæ non eſt ipſe facturus, id eſt omnia mala, prędeſtinauit enim eos, quos elegit, reliquos autem reprobauit, id eſt ad mortem æternam præſciuit *.

*Aliàs perenturos præſciuit.

CAP. II.

Quid ſit reprobatio, & quid prædeſtinationis ac reprobationis effectus.

SICVT autem prædeſtinatio Dei propriè eſt præſciētia & præparatio beneficiorum Dei, ſcilicet gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, ita reprobatio Dei eſt præſcientia malitiæ in quibuſdam non finiendæ, & præparatio pœnæ non terminandæ, vt dicit Auguſtinus in libro de Bono perſeuerantiæ. Reprobatio enim Dei, qua ab æterno non eligendo, quoſdam reprobauit, ſecundum duo conſideratur, quorum alterum præſcit, & non præparat, ſcilicet iniquitatem ſiue malitiam, vnde Auguſtinus ad Proſperum, & Hilarium, Hæc quidem regula inconcuſſè tenenda eſt, peccatores in peccato præſcitos eſſe, non præparatos, pœnam autem eſſe præparatam. Pręparauit enim Deus malis (vt ait Fulgentius) ignem æternum, illis vtique, quos non præparauit ad facienda peccata *. Præparauit enim Deus quod diuina æquitas redderet, non quod humana iniquitas admitteret. Non enim ſicut pręparauit ſanctos ad iuſtitiam proſequendã, ſic præparauit iniquos ad iniuſtitiam admittendã, quia prauitatis operator nunquam fuit.

*Aliàs, illis itaque quos iuſtè præparauit ad luenda ſupplicia, nec tamẽ præparauit ad facienda peccata.

¶ Prædeſtinatio quantum eſt de ſe, non tantum importat ſcientiam, ſed etiam voluntatem & potentiam. Sed quoniam cauſalitas gratiæ & gloriæ attribuitur propriè voluntati vt efficienti, ſcientiæ autẽ vt dirigenti, potentiæ vero vt exequenti, ideo etſi prædeſtinatio importat illa tria, tamen principalius eſt in genere voluntatis, & ideo ab Aug. diffinitur prędeſtinatio per illa tria. Primò per id quod reſpicit potentiam, in libro de Fide ad Petrum, Prędeſtinatio eſt gratuitæ donationis præparatio. Secundò per id quod reſpicit ſcientiam, in libro de Bono perſeuerantiæ, Prædeſtinatio eſt præſcientia beneficiorum Dei. Tertiò per id quod reſpicit voluntatem, & propriiſsimè in libro de Prædeſtinatione ſanctorum, Prædeſtinatio eſt propoſitum miſerendi. Prædeſtinationis autem effectus eſt, appoſitio illius gratiæ, qua in præſenti iuſtificamur, atque ad rectè viuendum & in bono perſeuerandum adiuuamur, & qua in futuro beatificamur. Quem quidem effectum notificat Apoſtolus Roman. tertio, Vt iuſtificati gratia, ipſius hæredes ſimus ſecũdum ſpem vitæ æternæ. Et ſicut prædeſtinationis effectus eſt gratiæ appoſitio, ita reprobationis effectus eſt quodammodo priuatio ſiue ſubtractio gratiæ. Quæ interdum in Scriptura obduratio & excæcatio dicitur. Vnde Apoſtolus ait Rom. nono, Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat, miſericordiã appellans prædeſtinationem (vt ait Auguſt. ad Xyſtum) & præcipuè prædeſtinationis effectum id eſt gratiæ appoſitionem, obdurationem vero gratiæ priuationem. Hic etiam de excæcatione dicitur ſecundæ Corin. quarto, quòd Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, quod vna gloſa de Deo vero exponit.

¶ Sciendum tamen eſt, quòd quia bonum ſubiacet prouidentiæ Dei vt cauſatum, & ordinatũ, ideo prædeſtinatio eſt idem quòd cauſa gratiæ, & gloriæ ad quam gratia ordinatur. Sed quia malũ non ſubiacet prouidentiæ, vt intentum, vel cauſatum (cum omnis defectus accidat præter intentionem, ſed ſolum ſubiacet ei vt præſcitum & ordinatum, ſicut dictũ eſt, ideo reprobatio eſt tantùm præſcientia culpæ & non cauſa, ſed pœnæ per quam culpa ordinatur, eſt præſcientia & cauſa. Vnde Auguſti. dicit ad Xyſtum, Non obdurat Deus immittẽdo malitiam ſed non impertiendo gratiam, ſicut nec digni ſunt. Quibus enim non impertitur, nec digni ſunt, nec merentur. Idem ad Simplicianum dicit. Non eſt intelligendum, quòd Deus ita induret, quaſi quenquã peccare cogat, ſed tantum quibuſdam peccatoribus miſericordiam iuſtificationis ſuæ non largitur. Et ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorũ miſeretur, non quia impellit vt peccent. Eorum autem non miſeretur, quibus gratiam non eſſe præbẽdam æquitate occultiſſima, & ab humanis ſenſibus remotiſſima iudicat, quam non aperit, ſed admiratur Apoſtolus, dicens, ô altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientię Dei, & cęt. Roman. vndecimo.

CAP. III.

Vtrùm ſcientia vel præſcientia Dei ſit cauſa rerum præſcitarum.

COnſequenter conſiderandum eſt, vtrùm ſcientia, vel pręſcientia Dei ſit cauſa rerum pręſcitarum, vel res futurę ſint cauſa pręſcientię Dei. Et vt meliùs veritas appareat, producantur in medium aliqua argumenta.

¶ Circa primam partem ſic proceditur. Videtur quod pręſcientia Dei ſit cauſa rerum pręſcitarum. Nam omne id quod antecedit aliud, & ipſo poſito, ponitur ipſum, eſt cauſa illius, vt patet per diffinitionẽ cauſę. Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud. Sed diuina pręſcientia pręcedit omne futurum, & ea poſita, ponuntur futura reſpectu * quorum eſt, & ea remota remouentur futura, quia nec futura fuiſſent niſi ea Deus pręſciuiſſet, aliàs ignorantia poneretur in Deo, quod eſt abſurdum. Ergo præſcientia videtur eſſe cauſa præſcitarum rerum.

*Aliàs eſt

¶ Adhuc, Sicut voluntas Dei eſt ipſe Deus, ita & ſcientia eius. Sed voluntas Dei abſolutè eſt cauſa omnium volitorum, vnde dicit Pſal. Omnia quæcũque voluit Dominus fecit. Ergo ſcientia eius debet dici cauſa omnium ſcitorum.

¶ Huic etiam ſententiæ Auguſti. atteſtari videtur in decimoquinto libro de Trin ſic dicens, Vniuerſas creaturas & ſpirituales, & corporales, non quia ſunt, nouit eas Deus, ſed ideo ſũt, quia nouit.

Non

Non enim neſciuit, quæ fuerat creaturus, quia ergo ſciuit creauit, non quia creauit ſciuit.

¶ In cõtrarium eſt, quia ſi præſcientia eſſet cauſa præſciti, cum Deus præſciat omnia mala, eſſet cauſa omnium malorum, & per conſequens eſſet actor omnium malorum, quod falſum eſt.

¶ Sciendum eſt ergo circa iſtam materiam, quòd ſcientia ſiue præſcientia Dei poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecũdum propriam rationem. Et ſic cum præſcientia nihil aliud dicat niſi præcognitionem, non importat aliquam cauſalitatem, alias omnis ſcientia, vel præſcientia cauſa eſſet rerum præſcitarum, quod falſum eſt. Videmus enim, quòd præſcientia medici, quando certitudinaliter nouit infirmum breui moriturum, non eſt cauſa mortis infirmi, præſcientia etiam ſpeculatoris, qua videt hominem euntem per viam, in qua paratus eſt leo ad deuorandum, non eſt cauſa perditionis illius, & huiuſmodi. Alio modo poteſt conſiderari inquantum eſt ſcientia artificis operantis res præſcitas. Et ſic habet rationem cauſæ reſpectu rei operatæ per artem, vnde ſecundum modum quo ſcientia artificis operantis per artem ſuam eſt cauſa artificiati conſiderãnda eſt cauſalitas ſcientię diuinæ. Eſt ergo iſte progreſſus in productione artificiati. Primò ſcientia artificis oſtendit finem. Secundo voluntas eius intendit finem illum oſtenſum. Tertiò voluntas imperat actum, per quem educatur opus. Quartò ſcientia dirigit illum actum. Quintò circa opus quod per actum educitur, ſcientia artificis ponit formam conceptam.

¶ Sic igitur ſcientia artificis ſe habet, vt oſtendens finem, vt dirigens actum, & vt informãs opus operatum. Et ideo conſtat quòd quicquid defectus vel deuiationis à forma artis vel à fine accidit in effectu, non reducitur in ſcientiam artificis ſicut in cauſam, etiam ſi defectus ille fuerit præſcitus ab eo. Patet etiam, quòd principalitas cauſalitatis cõſiſtit penès voluntatem, quæ imperat actum. Vnde manifeſtum eſt, quòd ſcientia, vel præſcientia Dei cauſalitatem non habet reſpectu mali, quod eſt deuiatio à forma & à fine, ſed tantum reſpectu bonorum, ſecundum quod conſequuntur formam diuinæ artis, & finem. Non tamen ita quòd reſpectu eorum dicat perfectam rationem cauſalitatis, niſi ſecundũ quod adiungitur voluntati. Et ĩ dicit magiſter ſententiarum, quòd ſcientia beneplaciti eſt cauſa rerum.

¶ Ad primum ergo dicendum eſt, quòd aliquid poteſt aliud ſequi dupliciter. Vno modo per modum productionis, ſecundum quòd vnum producitur ab alio. Et ſic id ad cuius eſſe ſequitur aliud, eſt verè cauſa eius in eſſendo. Alio modo per modum cõſecutionis. Et ſic id ad cuius eſſe ſequitur aliud, non eſt cauſa in eſſendo, ſed ſolùm in conſequendo. Et omne tale dicitur eſſe cauſa ſine qua nõ. Et talis cauſa dicitur eſſe ſcientia, vel præſcientia diuina, ſi tamen ſcientiam ad ſimplicem notitiam referamus. Si verò ſcientiæ ſit adiuncta voluntas (quæ dicitur ſcientia beneplaciti) tunc eſt cauſa omniũ, quæ fecit Deus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd voluntas habet completam rationem cauſæ, inquantum obiectum eius eſt finis ſecũdum rationem boni, qui ſcilicet finis eſt cauſa cauſarum, Vnde & voluntas imperium habet ſuper alias vires animæ. Et ideo voluntas Dei abſolutè dicitur cauſa rerum, ſed de ſcientia non eſt ita, ſicut patet per prædicta. Licet enim in Deo ſit vna res, tamen aliquid attribuitur vni quod non attribuitur alteri, & ideo ratio non procedit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Auguſti. loquitur de ſcientia beneplaciti, ſicut patet. Agit enim de bonis tantum, ſcilicet de creaturis, quas Deus facit. Quas quidem nouit non ſolum ſcientia ſimplicis notitiæ, ſed etiam ſcientia beneplaciti.

¶ Licet autem ſcientia vel præſcientia Dei aliquo modo ſit cauſa rerum ſcitarum (vt dictum eſt) nullo tamen modo res poſſunt eſſe cauſa ſcientiæ, vel præſcientiæ Dei. Non enim Deus accipit cognitionem à rebus, ſicut nos accipimus, ſed ſeipſum intelligit, & cognoſcit. Quamuis igitur res non pręſcirentur niſi eſſent futuræ, non tamen ideo præſciuntur, quia futuræ. Si enim hoc eſſet, tunc temporale eſſet cauſa æterni, & creatum cauſa creati, & ex creaturis pẽderet ſcientia Creatoris. Et ideo dicit Auguſtin. in 15. libr. de Trini. Vniuerſas autem creaturas, & ſpirituales, & corporales, nõ quia ſunt ideo nouit, ſed ideo ſunt, quia nouit.

¶ Cum ergo dicitur, Res non præſcirentur niſi eſſent futuræ, non notatur ibi cauſa, niſi fortè ſine qua non, ſed importatur ſolum cõſequentia vnius ad alterum. 1. ſen. diſ. 38, artu. 5.

CAP. IIII.

Utrùm præſcientia Dei neceſſitatem eueniendi rebus imponat.

EX prædictis colligi poteſt, quòd præſcientia Dei neceſſitatem eueniendi rebus nõ imponit. Si enim præſcientia Dei accipiatur pro ſimplici notitia futurorum, certũ eſt, quòd ipſa non eſt cauſa rerum præſcitarum, vt ex iam dictis apparet, & ideo licet præſciat res futuras, non tamen eis neceſſitatem imponit. Vnde Auguſt. ſuper Ioan. Deus (inquit) futurorum præſcius per Prophetam prædixit infidelitatem Iudæorum, ſed non fecit. Non enim ideo quenquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata prænouit, illorum enim præſciuit peccata, non ſua. Si autem ſcientia Dei accipiatur pro notitia beneplaciti, ſimiliter neceſſitatem rebus contingentib. non imponit. Omnia enim ſic cognoſcit eſſe futura, ſicut ventura ſunt, & cuncta quæ contingenter eueniunt, (vt illa quæ ſunt à libe. arbi. & à caſu, & à fortuna) ſic præſcit eſſe futura contingenter, ſicut etiã præſcit modum contingentiæ, ſecundum quẽ ſunt. Vnde ſicut erroneum eſt dicere, quòd humani actus, & euentus præſcientiæ, & ordinationi diuinæ non ſubſint, ita erroneum eſt dicere, quòd ex præſcientia, vel ordinatione diuina humanis actibus neceſſitas ingeratur. Tolleretur enim libertas arbitrij, legum vtilitas, conſiliandi opportunitas, ſolicitudo bene viuendi, & pœnarum præmiorumque iuſtitia.

¶ Sed contra hoc obijcitur. Dictum eſt ſuprà, quòd præſcientia beneplaciti eſt cauſa rerum. Sed omnis cauſa neceſſaria inducit neceſſariò effectum, poſita enim cauſa neceſſariò ponitur effectus, niſi ſit deficiens in minori parte. ſicut eſt cauſa naturalis. Cum ergo præſcientia Dei non ſit deficiens, videtur quòd id quod præſcitum eſt a Deo ſit neceſſarium.

¶ Amplius. Omne quòd Deus præſcit, eſt verum, quia ſcientiæ Dei falſum ſubeſſe non poteſt. Sed, (vt dicit Philoſophus in primo Perihermenias) omne quod eſt quando eſt, neceſſe eſt eſſe. Ergo

ſi præſcitum eſt modò verum, neceſse eſt nunc eſse verum. Sed futurum eſt præſcitum. Ergo neceſſariũ eſt futurum eſse. Ergo de neceſſitate eueniet.

¶ Præterea, Ponatur, quòd Deus præſcit aliquid in partem affirmatiuam, vt Socratem currere. Tunc ſic, Aut eſt poſſibile Socratem non currere, aut non eſt poſſibile. Si non eſt poſſibile ipſum non currere, ergo ab æquipollenti neceſse eſt ipſum currere, & ſic habetur propoſitum. Si autem poſſibile eſt ipſum non currere, ponatur ergo (poſſibile enim eſt ſecundum Philoſophum, quo poſito non ſequitur inconueniens) ſed poſitum erat, quòd Deus præſciret Socratem currere, ergo præſcit eſse futurum quod non eſt futurum, omnis autem talis ſcientia falſa eſt, ergo ſcientia vel præſcientia Dei falſa erit, quod eſt impoſſibile. Relinquitur ergo, quòd Socratem non currere, non ſit poſſibile, ſed neceſſarium.

¶ Item, Si Deus præſcit Socratem currere, aut eſt poſſibile aliter euenire, aut non eſt poſſibile. Si nõ eſt poſſibile aliter euenire, ergo neceſſarium eſt ſic euenire ſicut præſcitum eſt, & ſic habetur propoſitum. Si autẽ poſſibile eſt aliter euenire, quàm Deus præſcit, ergo diuina præſcientia eſt fallibilis, & incerta, quod eſt falſum.

¶ Adhuc ſecundum Philoſophum in lib. Priorũ, ex maiori de neceſſario, & minori de ineſſe, ſequitur concluſio de neceſſario. Inde ſic, Omne præſcitum à Deo neceſse eſt eſse verum. Sed Socratem currere eſt præſcitum à Deo, ergo neceſse eſt eſse verum Et ſic idem quod prius.

¶ Item, In omni vera conditionali ſi antecedẽs eſt neſsarium abſolutè, & conſequens eſt neceſsarium abſolutè, quia ad antecedẽs ſemper ſequitur conſequens, & ad neceſsarium nunquam ſequitur niſi neceſsarium, ſicut ad verum nũquam ſequitur falſum, quamuis ad falſum aliquando ſequatur verum, vt probatur in primo Priorum. Sed in hac cõditionali, Neceſſe eſt Socratem currere ſi eſt præſcitum à Deo, antecedens eſt neceſsarium abſolutè, tum quia omne præſcitum eſt neceſsarium, tum quia omne æternum eſt neceſsarium. Ergo Socratem currere eſt neceſsarium abſolutè.

¶ In contrarium eſt authoritas Auguſtini ſumpta à ſimili in libro de Libero arbi. dicentis, Sicut tu memoria tua non cogis eſse facta, quæ præterierunt, ſic præſcientia non cogit fieri, quæ futura ſunt.

¶ Item poteſt oſtendi per rationes ducentes ad impoſſibile. Si enim præſcientia Dei neceſſitatem rebus imponeret (ſicut dictum eſt) tolleretur libertas arbitrii, periret conſiliandi opportunitas, fruſtra bonis præmia, & malis ſupplicia ponerẽtur, iniuſtè boni præmiarentur, & mali punirentur, laus, & vituperium deperiret, (quia vt dicit Hieron. nemo peccat in eo, quod vitare non poteſt) peccata noſtra ad authorem bonorum omnium referrentur, nec ſpeculandi aliquid, vel deprecandi ratiõ vila eſset.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd propter huiuſmodi difficultates duplex fuit error circa iſtam materiam, Quidam enim propter ordinem cauſæ ad cauſatum, dixerunt quòd cum præſcientia Dei ſit cauſa rerum, & ſit immutabilis, rebus neceſſitatem imponit, & ideo abſtulerũt liberum arbitrium, & peccatum. Et hæc poſitio fuit hæretica & iniqua, quia deſtruit bonos mores. Alij verò propter ordinem ſcientiæ ad ſcitum, dixerunt quòd cum ſcientia ſit certa cognitio ex ipſa ratione certitudinis, requirit determinationem in re ſcita. Sed in futuris contingentibus non eſt alterum determinatè, verum, & ideo de eis certa cognitio eſse non poteſt, niſi quando ſunt. Cum autem Dei cognitio ſit certiſſima, & infallibilis, negauerũt Deũ de futuris cõtingentib. præſcientiam habere, cogitantes intellectum diuinum ad modum intellectus noſtri cognitionem accipere. Et hæc ſimiliter poſitio hæretica fuit & impia, quia derogat nobilitati diuinæ. Et ideo poſitio vera & catholica eſt (quæ Deum honorat, & bonos mores conſeruat) quòd in Deo eſt certiſſima præſcientia futurorum omnium, nec tamen rebus contingentibus neceſſitatem imponit. Quomodo autem hoc eſſe valeat, ſic percipi poteſt Manifeſtum eſt, quòd quando ſunt multæ cauſæ ordinatæ, effectus vltimus non ſequitur cauſam primam in neceſſitate, vel contingẽtia, ſed cauſam proximam, quia virtus cauſæ primæ recipitur in cauſa ſecundũ modum cauſæ ſecundæ, nam omne quod recipitur, in aliquo, eſt in eo ſecundum modum recipientis, & non ſecundum modum recepti. Effectus enim ille non procedit à cauſa prima, niſi ſecundum, quòd virtus cauſæ primæ recipitur in cauſa ſecunda, vt patet in fructificatione arboris, cuius cauſa remota ſiue prima eſt motus ſolis, proxima verò eſt virtus generatiua plantæ. Fructificatio autem impediri poteſt per impedimentum virtutis generatiuę, quãuis motus ſolis inuariabilis ſit. Similiter etiã ſcientia Dei licet ſit inuariabilis cauſa omnium, effectus tamen producuntur ab ipſa per operationes cauſarum ſecundarum. Et ideo mediantibus cauſis ſecundis neceſſariis producit effectus neceſſarios, & mediantibus cauſis ſecundis contingentib. producit effectus contingentes.

¶ Sed adhuc manet dubitatio maior de infallibilitate diuinæ præſcientiæ, quia licet prima cauſa poſſit ſtabilis eſſe cum defectu cauſæ ſecundæ (ſicut motus cœli cum ſterilitate arboris) ſcientia tamen Dei non poteſt ſtare cum defectu cauſæ ſecundæ, non enim poteſt eſse, quòd Deus ſciat ſimul hunc hominem currere, & ipſe deficiat à curſu. Et hoc eſt propter certitudinem ſcientiæ ipſius. Ad hoc ergoq; ſit certa ſcientia, oportet inuenire aliquã certitudinem in re ſcita.

¶ Sciendum eſt igitur, quòd antequam res ſit, non habet eſse niſi in cauſis ſuis, ſed cauſæ quędam ſunt ex quibus neceſsariò ſequitur effectus, quæ impediri non poſsunt. Et in iſtis cauſis habet effectus eſse certum, & determinatum, adeo quòd poteſt ibi fieri demonſtratio, ſicut eſt ortus Solis, & eclypſis Solis & Lunæ, & huiuſmodi. Quædam autem ſunt, ex quibus ſequuntur effectus in maiori parte, ſed tamen deficiunt in minori. Vnde in iſtis cauſis effectus futuri non habent certitudinem abſolutam, ſed quandam inquantum ſunt magis determinatæ cauſæ ad vnum, quàm ad aliud. Et ideo per iſtas cauſas poteſt accipi ſcientia coniecturalis de futuris. Quæ tantò magis eſt certa, quantò ſunt cauſæ magis determinatæ ad vnum, ſicut eſt cognitio medici de ſanitate infirmi ac morte futura, & iudicium aſtrologi de ventis, & pluuija futuris. Quædam verò cauſæ ſunt, quæ ſe habent ad vtrumlibet. Et in iſtis cauſis effectus futuri nullam habẽt certitudinem, vel determinationem. Et ideo contingentia ad vtrumlibet, in cauſis ſuis nullo modo cognoſci poſsunt, ſed quando iam efficiuntur in rerum natura, tunc habent in ſeipſis eſse determinatum. Et ideo quando ſunt in actu, certitudinaliter cognoſcuntur. vt patet de eo qui videt Socratem currere, quia tunc certam cognitionem habet de curſu ipſius, nam Socratem currere dum currit, neceſsarium eſt. Intellectus autem diuinus ab æterno intuetur vnumquodq; contingen-

tingen-

tingentium, non ſolùm prout eſt in cauſis ſuis, ſed prout eſt in eſſe ſuo determinato, niſi enim hoc eſſet, aliter cognoſceret rem poſtquam eſt, quàm antequam fieret, & ſic ex euentibus rerum aliquid accreſceret cognitioni eius. At verò cognitio Dei nõ cauſatur à rebus ſicut noſtra, ſed potius ipſa eſt cauſa rerum cognitarum.

¶ Scientia ergo Dei cum ſit vera, & perfecta, eo modo quo res futuræ ſunt, eas euenire cognoſcit. Et ideo ab æterno vno intuitu vidit ſingula tempora, & cunctos hominum actus, & rem talem eſſe in hoc tempore, & in hoc deficere. Patet igitur quòd præſcientia Dei perfectè, & inuariabiliter cognoſcit res futuras prout eueniunt, nec tamen rebus cõtingentibus neceſſitatem imponit.

vbi ſuprà ad primũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ effectus non trahit neceſſitatem a cauſa prima, ſed ſolum à cauſa proxima, vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd dictum Philoſophi intelligitur de eo, quod aliquid in actu ponit circa ſubiectum, quod poſtquam poſitum eſt, impoſſibile eſt non eſſe poſitum. Sed verum de futuro nihil ponit circa ſubiectum, quia non eſt verũ pro præſenti, ſed ſolum pro futuro, & ideo nullam habet neceſſitatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd duplex eſt neceſſitas, ſcilicet abſoluta & conditionata, ſiue reſpectiua. Neceſſitas abſoluta, quæ opponitur contingentiæ dicitur neceſſitas conſequentis, quæ eſt ex cauſis neceſſarijs. Neceſſitas autem conditionata eſt ex ſuppoſitione ſiue conditione, & dicitur neceſſitas conſequentiæ. Et hæc non opponitur contingẽtiæ, quia non eſt ex cauſis neceſſarijs abſolute. Nam aliquod contingens neceſſariũ ſequitur facta ſuppoſitione, vt ſi ponatur, ꝙ Sortes currit, neceſſario ſequitur ꝙ moueatur.

¶ Dicendum eſt ergo, quòd actus diuinæ cognitionis tranſit ſuper contingens (etiam ſi futurum ſit nobis) quia ei ſemper eſt præſens, ſicut tranſit viſus noſter ſuper ipſum cum eſt præſens. Et quia omne quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe, quod tamen abſolutè non eſt neceſſarium, ideo in ſe conſideratum eſt contingens, ſed relatum ad Dei cognitionem eſt neceſſarium, quia ad ipſam refertur ſecundum, quod eſt in eſſe actuali, cum æternitati omnia ſint præſentia. Non enim Deus videt tantum hanc rem reſpectu præcedentis temporis eſſe futuram, & reſpectu futuri eſſe præteritam, ſed videt id tempus, in quo eſt præſens, & rem eſſe præſentem in hoc tẽpore. Vnde omnino ſimile eſt, ſi ego videam præſentialiter Socratem currere, quod quidem in ſe contingens eſt ſed relatum ad viſum meum, eſt neceſſarium. Vnde ſecundum diſtinctionem poſitam dicendum eſt, quòd præſcitum eſt neceſſarium neceſſitate conſequentiæ ſiue conditionata, & non neceſſitate conſequentes ſiue abſoluta.

¶ Ad quartum dicendum, quòd infallibilitas & certitudo præſcientiæ Dei, prouenit ex hoc, quòd rem videt ſemper, vt præſentem, ſicut dictum eſt. Non tamen ex hoc quòd res præſcita neceſſitatem abſolutam acquirit, ſed conditionatam ſolum, vt iam patuit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd iſta propoſitio, Omne ſcitum à Deo neceſſe eſt eſſe, eſt duplex. Poteſt enim eſſe de dicto, & ſic eſt compoſita, & eſt vera, quia hoc dictum eſt neceſſarium, ſcilicet ſcitum à Deo eſt verum. Vel poteſt eſſe de re, & ſic eſt diuiſa, & falſa, hanc enim rem quæ ponitur ſcita à Deo, non eſt neceſſe fieri, quia contingenter fit. Et ſimiliter concluſio duplex eſt. Huius autem diſtinctionis ratio eſt, quia poteſt iſtud ſumi ſecundum conditionem quæ ſubiacet diuinæ ſcientiæ, & hoc eſt ſecundum quod habet eſſe determinatum in actu, & ſic neceſſitatem habet. Vel poteſt iſta res ſumi ſine vlla conditione, & ſic non eſt neceſſarium, quia poteſt conſiderari prout eſt in cauſis ſuis antequã ſit in actu, & ibi non habet neceſſitatem, nec ibi tãtum eſt ſcita à Deo futura eſſe, non enim ſcit Deus effectum contingentem eſſe determinatum in ſua cauſa, quia eſſet falſa ſcientia, cum in cauſa ſua non ſit determinatus.

Vbi ſuprà ad quint.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd ad hoc argumentum quidam ſic reſpondent, & dicunt quòd hoc antecedens, ſcilicet eſſe præſcitum à Deo, eſt neceſſarium, nec tamen conſequens eſt neceſſarium, quia illa regula intelligitur tantùm in illis conditionalib. in quibus antecedens eſt cauſa conſequentis. Sed quia regula illa non probatur a Philoſopho ex ratione cauſalitatis, ſed ex ratione conſequentiæ (ſecundum, quam ex neceſſariò ſequitur neceſſarium, ſiue ſit cauſa, ſiue effectus) ideo aliter poteſt dici, quòd antecedens eſt neceſſarium, abſolutè tamen iſta res non ponitur ſubiacere diuinæ ſcientiæ, niſi dum eſt in actu ſecundum quod determinationem, & certitudinem habet, ipſam enim neceſſe eſt eſſe dum eſt. Et ideo ſimilis neceſſitas inferenda eſt in conſequente, vt ſcilicet accipiatur ipſum quod eſt Socratem currere ſecundum, quod eſt in actu, & ſic determinationem & neceſsitatem habet. Vnde patet, quòd ſi ſumatur Socratem currere ſecundum hoc quod ex antecedente ſequitur, neceſſitatem habet, non enim ſequitur ex antecedente, niſi ſecundum quod ſubſtat diuinæ ſcientiæ, cui ſubiicitur prout conſideratur præſentialiter in ſuo eſſe actuali, vnde ſic etiam ſumendum eſt conſequens. Et hoc modo patet, quòd conſequens neceſſarium eſt, neceſſe eſt enim Socratem currere dum currit.

Vbi ſuprà ad ſextum circa ſin.

C A P. V.

Vtrùm prædeſtinatio habeat certitudinem.

POſt hæc etiam de prædeſtinatione reſtat inueſtigare.

¶ De qua hic ad præſens, præter ea quæ dicta ſunt, duplex conſideratio erit.

¶ Prima quidem, vtrùm prædeſtinatio certitudinem habeat.

¶ Secunda vtrùm neceſſitatem imponat.

¶ Ad Primum ergo ſic proceditur. Videtur quòd prædeſtinatio certitudinem non habeat. Dicitur enim Apocalip. tertio. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Aut hoc intelligitur de corona præſentis iuſtitiæ, aut de corona gloriæ. Sed non de corona præſentis iuſtitiæ, quia gratia quam quis habet, eo peccante deſtruitur, nec de ſubiecto in ſubiectum mutatur. Ergo intelligitur de corona gloriæ. Sed gloria non eſt alicuius in ſtatu vitæ, niſi ſecundum quod eſt ei prædeſtinata. Ergo videtur, quòd vnus poſſit accipere quod alii prædeſtinatum eſt, & ſic prædeſtinatio certa non erit.

1. diſt. 40. q. 3. artic. vnico.

¶ Præterea, Grego. in Mora. dicit, quòd alijs cadentibus, in eorum locum alij ſuccedunt. Sed locus gloriæ non poteſt dici eorum, niſi quia eſt ei prædeſtinatus, ergo idem quod prius.

¶ Item in Pſam. dicitur, Deleantur de libro vitæ, & cum iuſtis non ſcribantur. Sed non poteſt deleri de libro niſi, quod ibi ſcriptum

eſt Cum ergo prædeſtinatio ſit liber vitę, videtur ꝙ aliquis à prædeſtinatione poſſit deficere, & ita certitudinem non habebit.

¶ Amplius, Eorum quæ non ſunt determinata nec in ſe nec in cauſis ſuis non poteſt eſſe certitudo. Sed motus liberi arbi. (quod eſt cauſa ad vtrum libet) non ſunt determinati nec in ſe nec in cauſis ſuis antequam ſint. Cum igitur effectus prædeſtinationis expleatur motibus liberi arbi. qui ſunt opera meritoria, ſequitur ꝙ prædeſtinatio nullam certitudinem habeat.

Cap. 13. ¶ In contrarium eſt authoritas Auguſt. in libro de Correptione & gratia, dicentis, Certus eſt numerus electorum. qui non poteſt minui nec augeri.

¶ Præterea, Secundò Timo. 2. dicitur, Nouit Deus qui ſunt eius. Cum ergo diuina cognitio ſit certa, & infallibilis (vt ſupra dictum eſt,) & prædeſtinatio in ſui ratione præſcientiam includat, prædeſtinatio certa erit.

Vbi ſuprà ad primũ & ſecundum. ¶ Reſpondeo dicendum, quòd cum diuina cognitio perfecta ſit, certa eſt, & infallibilis. Et ideo non ſolùm numerus prædeſtinatorum Deo certiſſimus eſt (licet incertus ſit nobis) ſed etiam numerus reproborum Sciendum tamen eſt, quòd ſecundum ſtatum præſentis iuſtitiæ, quidam habentes gratiam, perdunt eam, dum in peccata labunt, & eis cadentibus, in eorum locum alij admittuntur, dum opera ipſorum in charitate facta, quæ ſibi, & alijs proderant (ſecundum, quòd charitas omnia merita ſanctorum communia facit) ipſis peccantibus, eis prodeſſe deſinunt ad æternæ vitæ meritũ, eorum autem fructus in illis manet. qui in gratia perſeuerant. Non tamen ita, quòd eadem gratia numero quæ in vno erat, ipſo peccante, in alium tranſmutetur. Vnde ſecundum ſtatum præſentis iuſtitiæ nunquam eccleſia deſtituitur exiſtentibus in gratia, quia quibuſdam peccantibus in gratiam alij à Domino aduocantur. Et totum eſt certiſſimũ apud Deum, vnde Apocali. tertio, ſuper illo verbo. Tene quod habes, & cætera, dicit glo. cum ſit Deo certus numerus ſuorum ſiquis labatur, alius miſericordia in locum eius ſubinducitur, ſicut per ſuperbiam Iudæorum gentilitas ſubintrauit.

¶ Et per hoc patet reſpōſio ad primum, & ſecundum argumentum.

Vbi ſuprà ad tertiũ. ¶ Ad tertium dicendum quòd prædeſtinatio dicitur liber vitæ ſecundum quod in eo dicitur aliquid ſcribi, non ſolum quantum ad præſentem iuſtitiam, ſed etiam quantum ad futuram gloriam, & ſic nullo modo poteſt dici aliquis deleri de libro Vitæ. Sed illud, quod eſt ibi ſcriptum quantum ad præſentem iuſtitiam tantum. dicitur deleri, non mutatione facta ex parte libri vt in eo aliquid fuerit, quod poſtmodum non ſit. ſed ex parte illius qui in eo ſcriptus erat inquantum ſcilicet ipſe mutatur à ſtatu præſentis iuſtitiæ.

Vbi ſuprà ad quartũ. ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ contingens futurũ, (vt motus liberi arbi) quamuis non ſit determinatum in cauſa ſua, eſt tamē determinatum in eſſe ſuo, ſecundum quod eſt in actu Et ſic ſubiacet certitudini præſcientiæ, ſicut ſuprà dictum eſt de futuris contingentibus in præcedenti capite.

CAP. VI.

Vtrùm prædeſtinatio neceſſitatem imponat.

DEinde inueſtigandum eſt, vtrùm prędeſtinatio neceſſitatem imponat. Et videtur ꝙ ſic, quandocunque enim aliqua cauſa eſt tantæ virtutis ad producendum effectum, ꝙ impediri non poteſt, neceſſitatem & coactionem inducit. Sed prædeſtinatio (quæ eſt cauſa ſalutis hominum) voluntatē Dei nominat, quæ impediri nō poteſt. Vnde dicitur Heſter 13 Non eſt qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati. Ergo prædeſtinatio neceſſitatem imponit. Cui rei videtur atteſtari Apoſtolus Roma. nono, dicens, Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Et Pſ. omnia quæcunque voluit Dominus, fecit.

¶ Præterea. Nulla voluntas ligata, vel impedita ad eliciendum proprium actum eſt libera ſed coacta. Sed voluntas humana per prædeſtinationem ligatur & impeditur ad eliciendum actum propriũ, quod eſt velle, vt videtur dicere Apoſtolus ad Romanos 9. dum dicit Non eſt volentis nec currentis ſed miſerentis Dei. Interli. non eſt volentis, ſcilicet velle, & currentis, ſ. currere, id eſt operari. Ergo voluntas humana per prædeſtinationem cogitur. Et ſic idem quod prius. Hoc idem confirmatur per id quod dicitur Phil. 2. Deus eſt qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona uoluntate, ſ. ſua, vt dicit Interli. Ergo talis erit vnuſquiſque qualem vult Deus, cum nihil poſſit niſi quod Deus vult. Ad idē oſtendendum valet id quod dicitur Io. 6. Nemo pōt venire ad me niſi Pr̄, qui miſit me, traxerit eum.

¶ Vlteriùs videtur, ꝙ Deus ſit cauſa reprobationis, & excæcationis, ſicut eſt cauſa prædeſtinationis, & eodem modo reprobatis neceſſitatem imponat. 1. diſt. 40. q. 4. art. 1.

¶ Primò per id quod dicit Apoſtolus 2. Cor. 4. Deus huius ſęculi excæcauit mentes infidelium, & vna gl. exponit hoc de Deo vero. Ergo ipſe eſt cauſa excæcationis.

¶ Ad idem eſt quod dicitur Rom. 9. Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.

¶ Amplius, Secundum Philoſophum in poſterioribus ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio eſt cauſa negationis. Et velle diuinum eſt cauſa, ꝙ iſte habeat gratiam, quia ſ. ipſe Deus vult. Ergo videtur ꝙ non velle Dei, ſit cauſa, quare ille gratiam nō habeat. Sed hoc eſt obduratio. Ergo ex parte Dei accipienda eſt cauſa obdurationis.

¶ Præterea, Sicut dicit Philoſophus in ſecundo Phyſico. id quod per ſui præſentiam eſt cauſa ſalutis nauis, ſ. gubernator, per ſui abſentiam eſt cauſa periculi. Sed Deus per ſui præſentiam in anima eſt cauſa gratiæ. Ergo per ſui abſentiam eſt cauſa obdurationis.

¶ Sed contra, Nullus iuſtè culpatur vel laudatur punitur, vel remuneratur de eo, quod ipſi neceſſitatem, & coactionem ingerit, & cuius cauſa in ipſo non eſt. Sed homo iuſtè laudatur vel culpatur. punitur vel remuneratur de his, quæ ab eius voluntate procedunt. Ergo prædeſtinatio voluntati hominis neceſſitatem non ingerit, & obdurationis cauſa non exiſtit.

¶ Reſpondeo dicendum ad primam quæſtionē, ꝙ licet prædeſtinatio certitudinem habeat, non tamen illa certitudo neceſſitatē ſaluandis imponit, ſicut enim ſuprà dictum eſt in primo c. Prædeſtinatio in ſuo intellectu includit præſcientiam, voluntatem & prouidentiam. Prouidentia aūt quamuis ſit omnium, (vt dictum eſt) non tamen omnia neceſſariò eueniunt, ſed ſecundum conditionem proximarum cauſarum, quarum naturas, & ordinem prouidentia non deſtruit, ſed conſeruat. Præſcientia etiā non imponit neceſſitatem rebus, nec inquātum eſt cauſa, cum ſit cauſa prima cuius conditionem effectus non ſequuntur, ſed cauſæ proximæ. Nec inquantum certitudinem, & determinationem habet 1. diſt. 40. q. 3. ar. 1. cor. poſt me. 1. q. 19. ar. 7. ad 2. Et 1. c6. d. 14 rōne 1. & lib. 5. ca. 7. ad m.

habet, quia illa certitudo diuinæ præſcientiæ attenditur non ſecundum quòd res eſt in ſuis cauſis (in quibus eſt vt poſsibile futurum tantum) ſed ſecundum quòd habet eſſe determinatum in actu, prout eſt præſens, & non futura vt ſuprà expoſitum eſt c. 4. Voluntas etiam cum ſit cauſa vniuerſalis & prima omnium rerum, non excludit omnes proximas cauſas rerum. Nec hoc eſt ex inſufficientia voluntatis, ſed ex ordine ſapientiæ ipſius, quæ effectus mediantibus aliis cauſis prouenire diſpoſuit, vt ſic etiam cauſandi dignitas creaturæ communicaretur. Vnde diuinæ voluntatis efficacia exigit, vt non ſolum ſit quod Deus vult, ſed etiã vt hoc modo ſit ſicut Deus vult illud eſſe. Et ita patet quòd certitudo prædeſtinationis nullam neceſsitatem ſaluandis imponit.

1 diſt. 47. q. 1. ar. 2. ad 2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis Dei voluntas ſit immutabilis & inuincibilis, non tamen ſequitur quòd omnis effectus eius ſit neceſſarius neceſsitate abſoluta (quam habet res à cauſa ſua proxima) ſed ſolum neceſsitate conditionata, ſicut etiam de præſentia dictum eſt.

¶ Ad autoritatem autem Apoſtoli qui dicit, Cuius vult miſeretur, &c. dicendum eſt, quòd Apoſtolus intendit quòd Deus non prædeſtinat aliquem vel infundit ei gratiam coactus, quaſi ex neceſsitate naturæ vel iuſtitiæ vel ex meritis præcedentibus alicuius, ſed ex mera liberalitate voluntatis ſuæ. Et quòd ita debeat intelligi, patet per literam præcedentem de Iacob & Eſau, de quibus ibi dicitur, Cum enim nondum nati eſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus ſed ex vocatione dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori.

¶ Autoritas etiam Pſalmiſtæ non cogit dicere quòd voluntas Dei neceſsitatem imponat, ſed quòd ſemper infallibiter impleatur. Sciendum tamen eſt. quòd Deus dicitur velle aliquid dupliciter. Vno modo propriè, & ſic dicitur velle aliquid cuius voluntas verè in eo eſt, & quod ſibi complacet. Et hæc dicitur voluntas beneplaciti, quæ ſemper in omnibus infallibiliter adimpletur. Et de hac loquitur Pſalm. & Iſa. 4. Omnis voluntas mea fiet. Alio modo dicitur velle aliquid metaphoricè, id eſt, per ſimilitudinem, eo quòd ad modum volentis ſe habet inquantum præcipit vel conſulit, prohibet vel permittit aliquid. Et hæc dicitur voluntas ſigni, quæ non ſemper impletur. De qua dicit Apoſtolus 1. ad Timo. 1. Qui vult omnes homines ſaluos fieri Cum tamen omnes ſalui non fiant, ſed multi damnentur. De hac etiam dicitur Matth. 23. Quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluiſti.

1. di. 5. ar. vlti. cor. poſt principium.

¶ Ad aliud dicendum, quòd voluntas humana per prædeſtinationem nõ ligatur, nec impeditur ad eliciendum proprium actum, ſed iuuatur. Ideo autem dicit Apoſtolus, quòd non eſt volentis velle, nec currentis currere, ſed miſerentis Dei, quia nemo poteſt per conatum propriæ voluntatis conſequi gratiam, vel per naturalia propria opus gratuitum elicere ſine diuino auxilio. Vnde ipſe Chriſtus dicit Ioannis tertio. Sine me nihil poteſtis facere. Cuius ratio eſt. quia licet voluntas hominis libera ſit, tamen hanc libertatem non habet niſi à Deo, qui eſt cauſa efficiens huiuſmodi libertatis. Et ſicut dicitur in libro de Cauſis, Omnis cauſa primaria plus eſt influens ſuper ſuum cauſatum, quàm cauſa ſecunda; quia virtus & eſſe cauſæ ſecundæ totum eſt à cauſa prima, & ſic actus & operatio cauſæ ſecundæ reducitur in cauſam primam, cuius virtute operatur. Et per hunc modum dicit Apoſtolus, quòd Deus operatur in nobis velle & perficere.

¶ Ad id vero quod dicitur, Nemo poteſt venire ad me niſi Pater meus traxerit eum, dicendum quòd homo trahitur tripliciter, aliquando enim trahitur violentia, ſicut Suſanna trahebatur ad mortem, vt dicitur Danie. 13. & Eleazarus trahebatur ad ſupplicium, vt dicitur 2 Machab. 6 Et de hac tractione dicitur Prouer 24. Qui trahuntur ad interitum, liberare, ne ceſſes Aliquando vero trahitur homo amore vel delectationibus allectus, vel beneficijs prouocatus, ſicut trahitur puer ouo vel pomo ſibi oſtenſo, vnde dicitur, Trahit ſua quemque voluptas. De hac tractione dicitur Oſeæ 11. In funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis Et Canti. 1. Trahe me, &c. & Ioannis decimoſecundo, Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Aliquãdo autem trahitur timore ſupplicij territus, ſicut trahuntur qui timent ſupplicia De hac tractione dicitur Iacobi. 2. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia Tractio ergo iſta, de qua loquitur Chriſtus (vt oſtendit gloſ.) non eſt violentiæ, nec neceſsitatis, nec inuiti, ſed voluntatis deſiderij.

¶ Ad ſecundam quæſtionem dicendum, quòd reprobatio in ſuo intellectu tria includit, ſcilicet æternam præſcientiam meritorum, temporalem obdurationem ſiue excæcationem, & finalem damnationem. Primum, ſcilicet præſcientia meritorum cauſam non habet, cum enim Deus non accipiat cognitionem à rebus, ſicut nos accipimus, ſed ex ſeipſo res intelligat & cognoſcat, nullo modo res futuræ poſſunt dici cauſa præſcientiæ Dei, ſicut ſuprà in fine tertij capituli dictum eſt.

¶ Item cum præſentia ſecundum propriam rationem non aliud dicat niſi ſimplicem notitiam futurorum, non importat aliquam cauſam, & ideo futurorum & præcipuè malorum cauſa eſſe non poteſt, ſicut ſuprà tertio cap. dictum eſt. Et ſecundum hoc reprobatio eſt tantum præſcientia culpæ, ſed non cauſa.

¶ Secundum autem & tertium, ſcilicet temporalis obduratio & finalis damnatio, duplicem cauſam habent, vnam ex parte hominis per modum meriti, aliam ex parte Dei per modum iuſtitiæ, culpæ merito pœnam adhibentis. Obduratio enim quandoque dicitur actus voluntatis obſtinatæ in malo, cui pertinaciter adhæret. Et ſic conſtat quòd obdurationis cauſa non eſt Deus, ſed homo, ſicut nec alterius actus peccati inquantum deformis eſt. Aliquando autem obduratio dicitur ipſa priuatio gratiæ, quæ etiam excæcatio dicitur: quia gratia eſt quoddam lumen animæ: & perfectio quædã habilitans ipſam ad bonum. Aliquem autem carere gratia, ex duobus contingit, tum quia ipſe non vult recipere, tum quia Deus non ei infundit, vel non vult infundere. Horum autem duorum talis eſt ordo, vt ſecundum non ſit niſi ex ſuppoſitione primi. Cum enim Deus nihil velit niſi bonum, non vult aliquem gratia priuare, niſi ſecundum quòd bonum eſt, ſed quòd aliquis careat gratia, non eſt bonum ſimpliciter. Vnde hoc abſolutè conſideratum, non eſt volitum à Deo. Eſt tamen bonum vt careat gratia, ſi eam habere nõ vult, vel ſi negligenter ad eam habendam ſe præparat, quia iuſtum eſt, & hoc modo eſt volitum à Deo. Patet ergo quòd huiuſmodi defectus abſolutè cauſa prima eſt ex parte hominis qui gratia caret: ſed ex parte Dei non eſt cauſa huius defectus: niſi ex ſuppoſitione illius, quòd eſt cauſa ex parte hominis. Et per hunc modum quandoque inuenitur Deus cauſa excæcationis vel obdurationis, non quidem immittendo malitiam, ſed non impertiendo gratiam: ſicut nec digni ſunt vt dicit Aug. Si enim non ne-

neceſſariò

ceſſariò impertitur. in ipſo eſt impertiri & non impertiri, vnde eius quod eſt non impertiri, aliquo modo cauſa eſt. Obduratio igitur ex parte hominis habet rationem culpæ: ſed ex parte Dei habet rationem iuſtitiæ. Similiter finalis damnatio habet duplicem cauſam, ſcilicet ex parte hominis, commiſsionem culpæ, & ex parte Dei, illationem pœnæ.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad primas duas auctoritates, quòd Deus excæcat mentes infidelium, non impertiendo malitiam, ſed iuſtè ſubtrahendo gratiam. Similiter, Obdurat quem vult: quia non cogitur cuiquam indigno conferre gratiam. Nec eſt contra voluntatem Dei: ſed ſecundum voluntatem ipſius, quòd aliquis pro merito malitiæ ſuæ obduretur: inquantùm obduratio dicit pœnam iuſto iudicio culpæ obſtinationis illatam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd effectus non ſequitur niſi concurrentibus omnibus cauſis: ſed ex defectu vnius cauſæ tantū conſequitur negatio effectus. Dico igitur quòd cauſa gratiæ ſicut agens, eſt ipſe Deus, & ſicut recipiens, ipſa anima per modum ſubiecti & materiæ. Et ideo quia formæ inductæ nō eſt cauſa materia neque ſubiectum, niſi ſit tale ſubiectum ex cuius principijs fluit accidens (quale accidens non eſt gratia) ideò non dicitur ſimpliciter anima cauſa gratiæ, ſed recipiens tantum; Deus autem eſt cauſa, dicitur tamen anima cauſa malitiæ. Nec oportet quòd omnis defectus incidat ex parte agentis, ſed poteſt incidere ex parte recipientis. Et ita eſt in propoſito: ipſa enim anima eſt cauſa obdurationis, inquantùm obduratio culpam dicit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Deus quantum eſt in ſe, nulli eſt abſens: ſed homo à Deo præſcuro ſe abſentat, ſicut ſe abſentat à præſenti lumine qui claudit oculos. Et ideò non eſt ſimile quod pro ſimili ponitur.

CAPVT VII.

Quare Deus creet hominem, quem præſcit eſſe damnandum.

VLTIMO conſiderandum eſt, quare Deus facit hominem quem præſcit eſſe damnandum. Sunt enim quidam veſani, qui Deo in hoc iniquitatis maculam imponere nō verentur, dicentes eum iniquū & impium, qui opus ſuum facit ad intolerabiles & interminabiles cruciatus.

¶ Rationes igitur adducendæ ſunt ad tantam veſaniam refrænandam, & Dei iuſtitiam demonſtrandam. Et primo oſtendendum eſt, quòd voluntas Dei facientis hominem quem præſcit eſſe damnandum, non eſt iniqua. Deinde ponendæ ſunt rationes probabiles, quare Deus facit hominem quem præſcit eſſe damnandum. Sciendum eſt itaque, quòd ratio quare Deus hoc facit, eſt ſua voluntas: quæ cauſa eſt omnium quę ab eo fiunt: vnde dicit Aug. in 3. lib. de tri. Non niſi Dei voluntas cauſa prima eſt ſanitatis, ægritudinis, præmiorum atque pœnarum, gratiarum & retributionum. Hæc igitur ſola eſt vnde ortum eſt quicquid eſt. Voluntas autem eius iniuſta vel iniqua eſſe non poteſt. Ex duobus enim contingit voluntatem alicuius à rectitudine deuiare: videlicet aut ex ignorantia, aut ex affectione peruerſa. Quæ quidem duo in Deo eſſe non poſſunt. Cum enim ſit ſummè ſapiens ignorantia in eum non cadit: vnde dicitur Iob.12. Apud eum eſt ſapientia & fortitudo: & ipſe habet conſilium & intelligentiam. Et ideò clamat Apoſtol. Rom.11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, &c. Hic etiam Iob.9. dicitur. Sapiens corde & fortis robore. Item cum omnis artifex naturaliter diligat opus ſuum, impoſſibile eſt opificem omnium odire aliquam creaturam: & ideo affectio inordinata in eo eſſe non poteſt. Vnde dicitur Sap.11. Diligis omnia quæ ſunt, & nihil eorum quæ feciſti, nec etiam odiens aliquid conſtituiſti aut feciſti. Ex his ergo apparet Dei voluntatem creatricem omnium iuſtiſsimam fore, nec maculam aliquam iniquitatis habere. Et hoc eſt quod dicitur Deut.32. Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate iuſtus & rectus. Item Abacuc.1. Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris. Et ideò dicit Pſalm. Iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit, quantum ad ornatiſsimam affectionem: æquitatem vidit vultus eius, quantum ad perfectiſsimam cognitionem. Licet autem Deus ſit rectiſsimus, & nihil odiat eorum quæ fecit: dicitur tamen odire aliqua metaphoricè, non inquantum ab ipſo procedunt, ſed inquantum egrediuntur à regula rectitudinis ſuæ. Illud enim quod non eſſe volumus, odire dicimur: vnde cum mala fiant contra regulam rectitudinis eius (quia ſunt priuatio modi, ſpeciei & ordinis, vt dicit Aug.) ea vult non eſſe: & ideo malos odio habere dicitur. Vnde Sap.14. Odio ſunt Deo impius, & impietas eius. Dicitur etiam odire illos quorum punitionem vult. Sic enim ad modum odientis ſe habet. Et ideo dicit Pſalm. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. Quia vero diuina voluntas eſt cauſa rerum omnium, ipſa cauſam habere nō poteſt. Voluntati enim cauſa volendi eſt, finis autem diuinæ voluntatis eſt ſua bonitas, ipſa enim bonitas Deo eſt cauſa volendi. Et ideo dicit Aug. in lib.83. quæſtionum, quòd voluntatis eius cauſa quærenda non eſt: nam vt idem dicit in lib. contra Manichęos. Qui dicit, quare Deus voluit facere cœlum & terram, maius aliquid quærit quam ſit voluntas Dei: nihil autem maius inueniri poteſt. Quamuis autem diuina voluntas cauſam non habeat aliquid creatum: nihilominus tamen poteſt ei aliqua volendi ratio aſsignari, vel bonitas ipſius, vel aliquid quod ad bonitatis, vel ſapientiæ ipſius pulchritudinem ordinetur. Si enim nulla poſſet diuinæ bonitatis ratio aſsignari, cogeremur in quorundam errorem declinare dicentium omnia procedere à Deo ſecundum ſimplicem voluntatem: vt de nullo oporteat reddere rationem, quare * Deus vult. Quod diuinæ ſcripturæ manifeſtè contrariatur: quæ Deum perhibet ſecundum ſuæ ſapientiæ omnia feciſſe: ſecundum illud Pſalm. Omnia in ſapientia feciſti, &c. Et Eccle. 1. dicitur quòd Deus effudit ſapientiam ſuam ſuper omnia opa ſua. Aug. etiam in lib. 11. ſuper Gen. ad lit. dicit. Mouentur quidam dicentes. cur creauit Deus quos futuros malos præſciebat? Et reſpondens dicit, quia præuidit quid boni de malis eorum eſſet facturus: ſi enim eos fecit vt in eis relinqueret vnde & ipſi aliquid facerent, quo quicquid etiam culpabiliter eligerent, illum de ſe laudabiliter operantem inuenirent.

* Aliàs, niſi quia.

¶ Compeſcamus igitur humanam temeritatem quæ Deo iniquitatis maculam imponere non veretur, & approbantes diuinam iuſtitiam, aſsignemus aliquas rationes, quare Deus creat hominem quem præſcit eſſe damnandum. Sit igitur prima ratio talis ex parte diuinæ liberalitatis, Melius eſt eſſe aliquid cum aliquo defectu, quam non eſſe ſimpliciter. Cum autem in peccatore damnando duo ſint: videlicet natura, quæ bona eſt, & culpa quæ mala eſt: non debuit Deus propter culpam ſubtrahere naturam, aliàs liberalitatem ſuam ſubtrahere videretur. Sicut

vide-

videmus, ꝙ bonus artifex arcam facit, quam etiam præſcit aliquam maculam contracturam. Et hæc ratio poteſt colligi ex illo verbo Apo. Timo. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt. Si autem obijciatur, quòd artifex ſi ſciret arcam in breui comburendam, eam non faceret, reſpondendum eſt, quòd ſi artifex ſciret etiam in ipſa combuſtione ſuam ſapientiam relucere & arcam in igne non deficere, non propter hoc ſe ſubtraheret à factione ipſius. Vnde cum Deus ſciat etiã in damnatis ſuam iuſtitiam & ſuam ſapientiam relucere (dum culpam per ſupplicium punit) conueniens eſt, vt propter hoc non ſe ſubtrahat.

¶Secunda ratio ſumitur ex parte diuinæ prouidentię. Bonum enim totius eſt melius, quàm bonum particulare. Nam bonum particulare ordinatur ad bonum vniuerſale, ſicut imperfectum ad perfectum. Ad ordinatam ergo prouidentiam pertinet potiùs promouere & conſeruare bonum vniuerſale, quàm bonum particulare, & aliquando propter bonum vniuerſale, particulare negligere: imo aliquando contra particulare propter vniuerſale facere. Sicut ad conſeruationẽ reip. principes & rectores ſuſpendunt latrones & interficiunt homicidas. Cum igitur natura humana per generationem propagetur & conſeruetur: ſi Deus hominem damnandum propagari vel naſci non fineret, vel animam non infunderet, ordinem generationis humanæ deſtrueret. Et ſic bono vniuerſali particulare præponeret, & rectitudo ſuæ prouidentiæ caſſaretur: quod penitus eſt abſurdum. Congruum eſt igitur, vt propter generalius bonum fiat homo etiam damnandus, Deo aliquid melius prouidente: vt dicit Apoſtolus ad Hebr. 11.

¶Tertia ratio ſumitur ex parte diuinæ prouidentiæ & reuerentiæ ſimul. Nam quantò magis rector auget rempub. & ipſos reip. conſeruatores glorioſiùs promouet, & potioribus donis remunerat etiã cum ſupplicijs aliquorum, deprimendo, ſcilicet & cruciando eorum aduerſarios & reip. deſtructores: tantò laudabilior redditur. Cum igitur gloriam beatorum augeat, conſideratio tormentorum hoſtium ſuorum, quæ ipſi Dei beneficio euaſerunt, congruum fuit vt Deus etiam homines conderet, quos ſciebat eſſe damnandos. Beatis enim accreſcit gloria de perditione malorum: tum quia gaudent de vindicta eorum: iuxta illud Pſalm. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam. Tum quia ipſi eorum ſupplicia euaſerunt: & propter hoc in gratiarum actiones & laudem & reuerentiam exuberant Creatoris. 2. Mach. 1. De magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agimus ipſi. vnde dicitur Pſalm. Lætetur mons Sion, & exultent filiæ iudæ, propter iudicia tua Domine. Et ideò dicit Aug. ſuper Gene. Fruſtrà dicitur, Non debet Deus creare quos præſciebat malos futuros: ſciebat enim eos bonis profuturos, & iuſtè pro mala voluntate puniendos. Hanc rationem innuit Apoſtolus Roman. 9. dicens volens Deus oſtendere iram & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ, apta in interitum: vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

¶Si autem obijciatur, quòd nullus debet procurare propriam reuerentiam, & aliorum vtilitatem cum diſpendio aliorum, reſpondendum eſt, quòd hoc verum eſſet, ſi fraudulentia, vel aliqua iniuſtitia committeretur, ſed quando iuſtitia non deſeritur, ſed ſeruatur (vt in propoſito fit: ſicut oſtenſum eſt ſuprà) ſemper debet bonorum vtilitas procurari.

¶Quarta ratio ſumitur ex parte diuinæ potentiæ & ſapientiæ ſimul. Nullus enim Rex præpotens & veritatem diligens, debet occultare potentiam ſuam, & impotentiam ſimulare: ne infirmus & impotens reputetur. Item nullus bonus artifex debet occultare ſapientiam ſuam, & ignorantiam ſimulare, inſcius videatur. Vnde dicitur Eccle. 20. Melior eſt qui celat inſipientiam ſuam: quàm homo qui abſcondit ſapientiam ſuam. Si ergo Deus non feciſſet quem ſciebat eſſe damnandum, potuiſſet inſcius & impotens reputari: & quòd plus poſſet malitia, quã diuina potentia vel ſapientia. Cuius cõtrarium ſcriptum eſt Sapien. 8. Sapientia vincit malitiam: attingit enim à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.

¶Hanc rationem tangit Apoſtolus Rom. 9 cum dicit, An non habet poteſtatem figulus luti: ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorẽ, aliud verò in contumeliam?

¶Si autem obijciatur, quòd nullus debet oſtendere potentiam ſuam in alicuius iniuriam: reſpondendum eſt, quòd Deus ex hoc nulli facit iniuriam: vel iniuſtitiam, nec homo de Deo iuſtè conqueri poteſt. nam quicquid boni habet, à Deo habet ſcilicet eſſe ſuum. Malitiam autem habet à ſeipſo: vt ſuprà oſtenſum eſt. Vnde dicit Aug. ſuper Gen. loquens de futuris damnandis. A ſe habent voluntatem malam, à Deo naturam bonam, & iuſtã pœnam. Quòd autem homo de bono conqueratur, iniuſtum eſt, & ideo dicit Apoſtol. Roman. 9. Nunquid iniquitas eſt apud eum? abſit. & ſubditur. Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit: quid me feciſti ſic? Et Iſai. 45. Vę qui contradicit factori ſuo teſta de ſamijs terræ, nunquid dicit lutum figulo ſuo, quid facis?

¶Si autem obijciatur, quòd damnatus vellet potiùs non eſſe quàm ſic eſſe, iuxta illud Mat. 26. Bonum erat illi ſi natus non fuiſſet homo ille, ergo iniuſtitia fit illi, reſpondendum eſt, quòd licet damnati vellent potius non eſſe quàm ſic eſſe, non tamen abſolutè vellent non eſſe. Nullus enim poteſt ſimpliciter appetere deſtructionem ſui eſſe, propter naturalem appetitum cuiuſlibet rei ad eſſe. Cum autem eſſe abſolutum ſit melius, quàm cõditionatum, non debuit Deus propter appetitum conditionatum, abſolutum eſſe caſſare.

¶Quinta ratio ſumitur ex parte humanæ arrogantiæ. Si enim Deus nõ feciſſet aliquem hominem damnandum, humana præſumptio ſalutem ſuam proprijs meritis, & non Dei gratiæ aſcripſiſſet: dum crediduſſet per virtutem propriam, & ſuis naturalibus. vel ex ſuis operibus ſe poſſe ſaluari. Hæc ratio tangitur Rom. 9. cum dicitur, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret: non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, &c. Vnde Tit. 3. dicitur, Non ex operibus iuſtitiæ, quæ facimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. Et ideò ad humiliandam humanam ſuperbiam loquitur Iob. 40. dicens, Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me, vt tu iuſtificeris? Et ſi habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas, circunda tibi decorem & in ſublimi erigere, & eſto glorioſus, & ego confitebor, ꝙ ſaluare te poſsit dextera tua.

¶Sunt etiam nonnulli, qui ſecundum ſuam dementiam, diuinam prouidentiam reprehendunt, dicentes, quòd Deus talem hominem facere debuit, quòd omnino peccare non poſset, ſequentes potius ſuam fatuam conceptionem, quàm diuinæ prouidentiæ rectiſsimam rationem. Si enim Deus creaſſet hominem talem ꝙ peccare non poſset, plura inconuenientia ſequerentur.

¶Pri-

¶ Primum inconueniens eſt, quòd libertas arbitrij tolleretur, & per conſequens natura, & nobilitas hominis caſſaretur. Nobilitas enim hominis in hoc conſiſtit, quòd liberam habet electionem, dum ad vtrumlibet flecti poteſt. Quod quidem animalia bruta quæ carent ratione, non habent, licet ſenſum & ſenſualitatis habeant appetitum. Vnde dicere, quòd Deus facere debuiſſet hominem qui peccare non poſſet: ſimile eſt ac diceretur, quòd debuiſſet eum facere animal brutum, vel aliquid aliud minùs nobile. Talibus contingit ſicut dicit Pſalm. Homo cum in honore eſſet, non cognouit ſeipſum, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hominis ergo nobilitas, quam contulit ei Deus, eſt quòd habet arbitrij libertatem, per quam poteſt ad vtrumlibet flecti, habens diſcretionem boni & mali. Vnde dicitur Eccle. decimoquinto. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Et ſubditur, Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Et ideò dicit Pſal. Minuiſti eum paulòminùs ab angelis. &c.

¶ Aliud inconueniens eſt, quòd meritorum & præmiorum ratio & iuſtitia deperiret. Nullus enim meretur de eo cuius cauſa & libertas in ipſo non eſt. Vnde dicit Poeta. Quid meruere boues, animal ſine fraude doloue. Vnde ratio merendi ex parte noſtra eſt libertate arbitrij. Et cum omne præmium cauſetur ex merito, cui reſpondet: ſi meritum non eſſet ſublata libertate arbitrij, præmium non daretur: ſecundum illud Apoſtoli ſecundo. Timot. ſecundo. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Ad hoc ergo vt cœleſte præmium daretur homini oportuit vt meritum præcederet cauſatum ex conatu arbitrij, cui tale præmium datur: ſicut dicit Apoſtolus ſecundo. Timo. quarto. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quá reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, &c.

¶ Tertium inconueniens eſt, quòd bonitati & perfectioni vniuerſi detraheretur. Nam perfectio vniuerſi conſiſtit in hoc, quòd omnes gradus bonitatis creaturæ communicabiles continet. Si autem natura humana à ſuo gradu tranſlata, in altiorem per Dei prouidentiam mutaretur, quamuis aliquod bonum humanæ naturæ accreſceret: tamen bonitati vniuerſi aliquid detraheretur, dum non omnes gradus bonitatis impleti eſſent: illo gradu ex quo natura humana tranſlata eſſet, vacuo remanente. Cum autem bonum vniuerſi excedat bonum particulare cuiuſcunque naturæ creatæ (ſicut etiam bonum gentis excedit bonum ſingularis hominis, vt in primo Ethico. Dicitur) debuit Deus humanã naturam facere qualem fecit: ſcilicet quæ peccare poſſet: vt omnes gradus bonitatis implerét. Vnde dicitur Deute. trigeſimoſecundo. Dei perfecta ſunt opera.

¶ Quartum inconueniens eſt, quia impediretur illud ex quo apparet Deus laudabilis. Nam in peccatis apparet etiam Deus multùm laudabilis, dum per miſericordiam parcit, & per iuſtitiam punit. Cũ ergo id ex quo apparet Deus laudabilis, non debeat impediri, non debuit Deus omnino impedire peccatum, faciendo hominem qui peccare non poſſet, vt perpetuò dici poſſet illud. Pſal. Magnus Dominus & laudabilis nimis, &c.

¶ Quintum inconueniens eſt, quia ſi homini daretur quòd peccare non poſſet ſecundum conditionem ſuæ naturæ, arbitrij libertate ſeruata, quædam contradictionis implicatio ſequeretur. Arbitrium enim ideò dicitur liberum, quia ad vtrumlibet flecti poteſt: poteſt enim aliquid facere & non facere, & poteſt facere bonum & malum. Si ergo haberet liberum arbitrium ad peccandum, & peccare non poſſet per naturam, duo cõtradictoria eſſent ſimul, quod eſt impoſſibile.

¶ Si autem obijciatur de arbitrio diuino vel angelico, quòd cum ſit liberum, peccare non poteſt: dicendum eſt, quòd Deus non habeat eſſe cauſatum, vel dependens ab aliquo, ſecundum conditionem ſuæ naturæ, deficere nunquam poteſt, nec quantum ad eſſe, nec quantum ad rectitudinem bonitatis: & ideo peccare non poteſt. Sed quælibet creatura habet eſſe dependens & cauſatum ab alio, ſcilicet à Deo, & ideò ſecundum conditionem ſuæ naturæ quælibet creatura deficere poteſt, & quantum ad eſſe & quantum ad rectitudinem voluntatis. Vnde dicit Grego. quòd omnia tenderent in nihilum, niſi manu Conditoris tenerentur. Et ideò quibuſcunque confertur, vt in bono ſic confirmentur, vt peccare non poſſint, hoc non habent per naturam, ſed per Dei gratiam: per quam filij Dei efficiuntur, & quodammodo diuinæ naturæ cõſortes: ſecundum illud Pſalm. Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes.

¶ Patet igitur ex præmiſſis, quòd omnia quæ à Deo ſunt, & bona & ordinata ſunt. Et ideò dicitur Gene. primo, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Apoſtolus etiam dicit Rom. 13. Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt.

PRÆDICT. EPILOGVS.

Non poſſe naturaliter ab homine ſciri, quare Deus in particulari hunc prædeſtinent & hunc vel illum reprobet.

QVAMVIS autem ſuperiùs inductæ ſint rationes ad oſtendendum quòd nulla iniuſtitia apud Deum eſt, ex eo quòd facit hominem quem præſcit eſſe damnandum, vnuſquiſq; tamen caueat diligenter, ne nimis incautus præſumat aſſignare cauſam in ſpeciali, quare hunc vel hos determinatè Deus eligat, & illum vel illos non eligat. Hoc enim nullus mortalium ſcire poteſt, niſi fortè Deus vellet hoc alicui ſpecialiter reuelare. Vnde dicit Aug. Cur potiùs hunc vel illum Deus liberet, vel non liberet, ſcrutetur qui poteſt, tam magnum profundum iudiciorum Dei, veruntamen caueat præcipitium. Item quare hunc trahat & illum non trahat, noli diiudicare, ſi non vis errare. Et Rom. 12. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Qui enim hoc præſumeret perſcrutari, Deo non præſtaret obſequium, ſed ſibi ipſi iudicium generaret: iuxta illud Prouerb. 25. Sicut qui mel multum comedit, non eſt bonum: ſic qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria: illo ſcilicet diſponente à cuius narratione cunctæ linguæ deficiunt. Qui & ipſe conſummatio ſermonum exiſtens, eſt Rex regum & dominus dominantium, cuius poteſtas non auferetur, & regnum non corrumpetur in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ Inſignis angelici doct. diui Tho. Aquin. de diuina præſcientia & prædeſtinatione tractatus, per Io. Daniel. ſacræ paginæ Bacchalarium Louanſem ſtudioſiſſimè reuiſus & correctus explicit.

¶ Laus vni & trino.

REGISTRUM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff

Omnes ſunt quaterniones præter Ff qui eſt ternio.

AUGUSTAE TAURINORUM.
Apud Hæredes Nicolai Beuilaquæ. 1562.

3

AVG. HVNNAEI

DE SACRAMENTIS ECCLESIAE CHRISTI AXIOMATA.

QVIBVS B. THOMAE AQVINATIS DOCTRINA de iiſdem Sacramentis in tertia Summæ Theologicæ parte,

EIVSQVAE SVPPLEMENTO TRADITA, A DISPVTATIONVM prolixitate ad ſummam breuitatem memoriæ gratiſſimam reuocatur:

ADIVNCTIS SCHEMATIBVS, QVAE METHODVM, quam B. Thomas ibidem in Sacramentorum materia explicanda ſequitur, breuiter ac dilucidè ob oculos ponunt.

OPVS POST DILIGENTEM RECOGNITIONEM ATQVE caſtigationem, in lucem prodiens, & omnibus tam Catechiſmi, quàm ſacræ Theologiæ ſtudioſis vtiliſſimum.



AVGVSTAE TAVRINORVM.
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. 1582.
Permiſſu, quorum intereſt.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI Lindano Gertrudani Cœnobij apud Louanienſes Abbati præſtantiſsimo, & viro, cùm generis nobilitate, tum virtutis & eruditionis laude clariſſimo, Auguſtino Hunnæus S. P. D.

CVM ante annos decem in veſtro Gertrudano cœnobio, ampliſsime Præſul, quartum Sententiarum librum, in quo de Sacramentis agitur, prælegerem, idémq. argumentum ex Summæ B. Thomæ Aquinatis tertia parte diſputarem; inter alias commonitiones, frequenter meos diſcipulos ad locos communes Theologicos ſibi comparandos (in quibus tanquam in commodis quibuſdam & bene digeſtis ſcriniolis, quicquid apud vllum ſcriptorem memorabile & ſcitu dignum reperirent, ita diſponere atque reponere poſſent, vt quocunque in poſterum tempore eius vtendi ſeſe offerret occaſio, paratum haberent) cohortari ſolebam: Illud adiiciens; ſi vniuerſam Summæ Theologicæ B. Thomæ Aquinatis doctrinam (quæ ipſa tota per locos communes, eſt digeſta) ſummatim & quàm paucißimis fieri poſſet axiomatibus (omnibus ex vtraque diſputationis parte argumentis ſubtractis) comprehenderent, itáque comprehenſam omni cura atque diligentia memoriæ mandare niterentur, vtiliſsimam eos nauaturos operam, vberrimúmque ſui laboris inde fructum percepturos eſſe.

IPSE quoque, vt non modò verbis, ſed etiam opere & exemplo, iſtiuſ generis ſtudij Theologici vtilitatem illis commendarem: cœpi ea, quæ B. Thomas in ſua Summa de ſacramentis, doctiſsimè quidem, ſed admodum prolixè, diſputat ad eum, quem iam dixi modum, contrahere: quem quidem conatum, licet frequenter grauiſsimis meæ profeſsionis Theologicæ occupationibus interruptum & intermiſſum, Deo tamen vires ſuppeditante, tandem ad optatum perduxi finem: & ita perduxi, vt plerique amici noſtri, iidémque viri doctiſsimi, quod præſtiteram ſibi magnopere placere, & ſi in lucem ederetur, fore vt hoc adminiculo, Theologiæ ſtudioſis adoleſcentibus, & laboris plurimum leuaretur, & vtilitatis non parum, tum propter rei commoditatem, tum etiam propter induſtriæ imitationem compararetur, afferrerent.

¶ QVORVM iudicium, tum quòd per ſe maximi apud me eſſet momenti, tum etiam quòd idem ipſa experientia antea compertum haberem, non potui non probare atque ſequi. Vehementer enim animum meum commouebat, quòd pleroſq; ex meis diſcipulis magnos breui tempore in ſtudio Theologico, hac, vt mihi perſuadebam, ſtudendi ratione progreſſus feciſſe animaduerterem, qui poſtea ad Baccalaureatus gradum conſcendentes, luculentum ſuæ eruditionis documentum publicè dederunt: inter quos non poſtremus erat dominus Adrianus Bea ſfortius tunc adoleſcens maximæ ſpei, nunc autem vir pietate ſingulari & diſciplinæ monaſticæ, tum in ſua vita inſtituenda cultor diligentiſsimus, tum in aliorum formandis moribus grauiſsimus (vt ex laudabili eius Prioratu, quo ſeptimum iam fungitur annum, omnibus eſt notum) atque optimus præceptor.

ITAQVE maiorem publicæ vtilitatis, quàm noſtri nominis, rationem habendam eſſe exiſtimantes, paſſi ſumus hanc, licet rudem adhuc, & parum pro argumenti dignitate, & noſtri ſeculi excellenti eruditione, expolitam (neque enim nobis per continuas & grauiſsimas quotidianæ profeſsionis Theologicæ occupationes neceſſarium ad eam expoliendam tempus adhibere vacauit) lucubratiunculam in lucem ad communem ſtudij Theologici vtilitatem ac facilitatem promouendam, exire.

CVM autem longo iam vſu, plurimiſque doctorum hominum exemplis receptum videremus, vt eiuſmodi teneri adhuc literarij fœtus, quo publicæ lucis radios facilius ferre & aduerſus obtrectatorum iniurias tutiores eſſe poſsint, eximij alicuius, & auctoritatis dignitatiſque ſpectatæ viri patrocinio atque tutelæ commendentur, eique dedicentur, tam vſitatam, & tanto doctiſsimorum hominum vſu receptam celebratámque conſuetudinem, nequequam negligendam duximus.

ITAQVE cùm multum diuque apud nos cogitantes, iſtorum tertiæ partis Summæ B. Thomæ axiomatum nunc primum prodeuntium in lucem patronum atque protectorem, cui & grata eſſent, & cuius auctoritate, nominiſque ſplendore candidis lectoribus commendatiora, & ab inuidorum maledicorumq. obtrectationibus tutiora redderentur quæreremus; tametſi non pauci tales nobis occurrerent, qui tibi tamen, reuerende Præſul, hac in parte præferendus videretur, occurrebat nemo.

MOVEBAT enim me non parum, quòd ex vniuerſo Gertrudanorum conuentu, in quo complures pietate, doctrina & gubernandi dexteritate præſtantes viros eſſe omnibus palàm eſt, te propter ſumma tua in Gertrudanum cœnobium merita, maximámque tui Prioratus, quo idem cœnobium per decem totos annos rectè ſapientérque adminiſtraſti, laudem, cæteris poſtpoſitis, Abbatem electum & confirmatum; Regia Maieſtate electionem comprobante viderem.

QVOCIRCA & meum & bonorum omnium commune gaudium (quod licet multi apud vos eodem honore digni fuerint, tibi tamen vt digniſsimo & maximè omnium idoneo hic honor ſit delatus) meæ voce teſtandum, omnibuſque, quibus hunc honorem & gratum & felicem accidiſſe arbitrabar, arrepta iſtiuſ libelli ſub tuo nomine diuulgandi occaſione, gratulandum putaui.

VESTRO igitur in primis Gertrudano cœnobio gratulor, quòd D. Philippo Hoſdenio piæ memoriæ Abbate laudatiſsimo (cuius laudes ab omnibus omnium ordinum hominibus certatim celebrantur, & celebratu digniſsimæ ſunt) orbatum, nunc ad ſuum dolorem leniendum, talem Abbatem, qui D. Philippi Hoſdenij virtutem atque laudem vel ſuperaturus, vel certè æquaturus ſperetur, ſit nactum.

TOTI quoque noſtræ Gertrudanæ parœciæ gratulor, quòd eum nacta ſit ſuperiorem paſtorem, qui Huuordienſium paſtoratu per ſex annos rectè laudabilitérque adminiſtrando, maxima dedit ſuæ in parœcia gubernanda dexteritatis, atque prudentiæ documenta.

PAVPERIBVS quoque & calamitoſis omnibus eſt cur gratulari debeam: horum enim te benignum parentem atque patronum fore, in eorumque ærumnis & calamitatibus conſolandis atque ſubleuandis domini Philippi Hoſdenij anteceſſoris tui (qui hac ex re & apud Deum & apud homines ſummam conſecu-

tus eſt laudem) veſtigia ſecuturum eſſe, me aliiſque parœciæ optimatibus quum tibi hunc gratularemur honorem, & vt felix fauſtuſque parœciæ, totique Chriſtianæ reipub. eſſet precatemur, præeuntibus & audientibus, ſpopondiſti.

Hvc accedebat, quòd hoc opuſculum in veſtro cœnobio primum, dum idem argumentum apud vos diſputarem, eſſet meditatum; & quòd veſtri cœnobij religioſis adoleſcentibus, paſtoratu aliquando functuris, vtiliſsimum fore videretur.

Cvpiebam denique noſtræ amicitiæ iam inde à tua pueritia, dum ante annos triginta prima Grammatices rudimenta in florentiſsimo apud Louanienſes Caſtrenſi gymnaſio me præceptore vnà cum domino Carolo fratre tuo, nunc Parcenſi Abbate præſtantiſsimo diſceres, inchoatæ, & ab eo tempore ſemper continuatæ, manifeſtum ſempiternumque extare monumentum.

Has ergo aliaſque ob cauſas plurimas, quas ſtudio breuitatis prætereo, iſtam tibi dicatam, ornatiſsime Præſul, lucubratiunculam, (perexiguam quidem, ſi in ea quod noſtrum eſt, tantummodo ſpectetur, ampliſsimam verò & longè maximam, ſi doctrinæ in ea incluſæ, quam à B. Thoma ſumus mutuati, pretioſiſsimus incomparabiliſque theſaurus conſideretur) & certè ab animo, tum veſtræ, tum vniuerſi veſtri cœnobij dignitatis, laudis atque vtilitatis ſtudioſiſsimo profectam, pro tui pectoris mihi à tot annis probè perſpecti candore, ac conſueta & ab omnibus prædicata humanitate, æqui bonique conſulere; méque inter ſinceriſsimos eius honoris, qui tibi paucis ab hinc diebus, diuina prouidentia ita diſponente, tuiſque meritis ſuffragantibus obtigit, fautores habere digneris.

Devs Opt. Max. ſua gratia in te largiter effundenda faxit, vt maximæ præclariſsimæque omnium bonorum de te expectationi, tum ſapiente Gertrudani cœnobij moderatione, tum religioſa & ſancta inſtitutione vitæ, vniuerſiſque tui muneris laudabili functione cumulatè ſatisfacias. Vale. Dat. Louanij Anno Domini M. D. LXIX. Kalendis Octobribus.

TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI S. D.

QVANDOQVIDEM ita natura comparatum eſt humanum ingenium, beneuole lector, vt de rebus nouis & ſuperficie tenus ac nomine tantùm ſibi cognitis, neque æquam exiſtimationem, & qualem eiuſmodi res merentur, concipere, neque veram & cordato viro dignam de iis ſententiam ferre queat: non inutile, ne ingratum tibi fore ſum arbitratus, ſi iſtius libelli ex noſtra officina, doctiſsimo Theologo, & ordinario atque Regio ſententiarum Theologicarum apud Louanienſes profeſſore D. Auguſtino Hunnæo auctore, nunc primùm in lucem prodeuntis, commoda aliquot, ex multis, prolixitatis vitandæ cauſa omiſsis, breuiter hic commemorarem; ad quæ reſpiciens, & prudentius tuum de ipſo libello iudicium moderari, & eius vſu ſtatim ab initio conſpecto, quam vtilitatem omnibus pietatis ſtudioſis ſit allaturus, faciliùs ſtatuere poſſes.

1. Vt igitur ad rem veniam, Theologicæ diſciplinæ partem vnam, eamque vel præcipuam, & Sacerdotibus, omnibuſque pietatis Chriſtianæ ſtudioſis, cognitu maximè neceſſariam, in doctrina ad Sacramenta pertinente poſitam eſſe, nemo eſt (vt mea quidem fert opinio) qui non fateatur.

Hanc partem ita breuiter atque dilucidè, & (ſi nudam tantum veritatis cognitionem requiras) ita plenè atque perfectè, talique ordine, hic libellus complectitur, vt nullum neque compendium, neque aliud quodquam ſcripti genus, vnde iſtius Theologiæ partis notitiam faciliùs & vberiùs, cum pari breuitate, Chriſtianæ pietatis ſtudioſus diſcere poſſet, extare putem.

Itaque vt claritatis, doctrinæ vtilitatis, concinnæq; diſpoſitionis nomine omnibus Theologiæ ſtudioſis eſt vtiliſsimus: ita & breuitatis cauſa (quippe in quo omni probationum, obiectionum, diſſolutionum, & aliorum cuiuſlibet generis non neceſſariorum verborum prolixitate amputata, pura & nuda B. Thomæ de Sacramentis ſententia atque doctrina fideliter exponitur) illorum vſibus, qui variis diſtenti negotijs, exiguam temporis portionem, huic ſtudio impertiri poſſunt, eum longè accommodatiſsimum eſſe, vel me tacente res ipſa loquitur.

2 DEINDE quod parui faciendum non eſt, locos communes de Sacramentis ordine conuenientiſsimo digeſtos, ad quos quicquid apud alios Eccleſiaſticos ſcriptores de hac eadem materia ſcitu dignum, & memorabile notaueris, facillimè, & cum maxima tuorum ſtudiorum vtilitate atque promotione referre queas, hic libellus ſubminiſtrat.

3 ISTA quoque huius libelli neque parua, neque contemnenda commoditas nobis videtur, quòd quæ vel apud B. Thomam, vel apud quemuis alium orthodoxum ſcriptorem, fusè de Sacramentis diſſerentem, Chriſtianæ pietatis ſtudioſus legerit, ea hic breuiter & ſummatim repetere, illorúmque memoriam renouare, atque confirmare poſsit.

4 NEQVE ad diſcentium tantummodo, verum etiam ad docentium atque diſputantium vtilitatem accommodatus eſt hic libellus.

Quum enim & à docentibus in auctore quem prælegendum ſumunt & diſputantibus in theſibus, quas defendendas ſuſcipiunt, non verborum prolixitas, ſed rerum ſententiarúmque vbertas, non rationum moles & argumentationum ambages, ſed diſtinctæ, claræ atque certæ de rebus ſingulis aſſertiones quærantur, non poteſt (mea quidem ſententia) non vtiliſsimus ipſis eſſe is liber, in quo de omnibus difficultatibus, in Sacramentorum doctrinam incidentibus quid B. Thomæ, ſummæ in Eccleſia catholica auctoritatis doctor, ſenſerit, memoriæq; prodiderit, paucisſimis atque breuiſsimis Axiomatibus, & verbis clariſsimis, appoſitiſsimis, miniméque barbaris, fideliter eſt comprehenſum.

CÆTERA huius libelli commoda, licet neque pauca, neque parua ſint; prætermittenda tamen duxi, tum quòd te, ipſo libello legendo eorum fructum decerpere potius, quàm meis verbis fidem adhibendo, magnificam de ipſo libello opinionem concipere vellem, tum etiam ne diffusè & accuratè, ea quæ minimo negotio cognoſci poſſunt perſequendo, vel tuæ diligentiæ vel iudicio tuo diffidere videar.

VALE; & noſtros in iuuanda re literaria, catholicæq; Religionis doctrina pro noſtra virili portione propaganda pios conatus, ac maximos incredibiléſque labores & ſumptus, tuo ſaltem fauore atque beneuolentia proſequere.

AVGV-

AVGVSTINI HVNNAEI
DE SACRAMENTIS AXIOMATA,

Vniuerſam B. Thomæ Aquinatis in tertia ſuæ Summæ parte, de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis doctrinam, in nonaginta nouem locos communes diſtributam, breuiter & dilucidè complectentia.

ADIECTIS

In verſiculorum interuallis, & ad marginem numeris ſibi mutuò reſpondentibus, qui quoto cuiuſque quæſtionis articulo idem apud Thomam dicatur, oſtendunt.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

De Sacramẽtis in genere hæc apud Thomã, & in ſequentib. axiomatib. explicantur.
- Sacramenti in genere natura & propria ratio. Quæſtione. 60.
- Sacramentorum
  - Neceſsitas. 61.
  - Effectus
    - Primari⁹ qui eſt gratia in oĩbus Sacramentis. 62.
    - Secundarius. qui eſt character in tribus tantùm Sacris. 63.
  - Cauſa, ſeu auctor & miniſter. 64.
  - Numerus. 65.

AXIOMA I.

> Ex tertię partis quæſtione ſexageſima, quæ in octo partes diſtributa, hoc primo axiomate tota breuiter continetur. Sacramẽti in genere natura & propria ratio.

Sacramentum eſt rei 2 ſacræ, quæ homini ſancti 2
tatem affert, 4 ſenſui expoſitum 1 ſignum, 3 quod & 4
Chriſti memoriam renouat, & futuræ beatitudinis 1
gloriã prænunciat. 5 Atqui vt in ſingulis Sacramen 3
tis, certę & definitæ res ſignificantes, materiæ loco 5
ſunt adhibendæ, 6 7 ita certa definitaque verba, 6
quæ formæ locum teneant, iſtis rebus accedere de- 7
bent, 8 neq; illis quicquam addere aut ſubtrahere 8
licet, per quod legitimæ formæ ſenſus euertatur.

AXIOMA II.

> Summa q. 61. quadrifariam apud B. Thomam diſtributæ. Sacramẽtorum neceſsitas.

2 Durante quidem innocentiæ ſtatu, nullis vel 2
ad ſanandam, vel ad perficiendam ſuam naturam
egebat homo Sacramentis. At poſt illum optabi-
lem ſtatũ culpa primi parentis amiſſum, ſacramen-
ta hominibus neceſſaria eſſe cęperunt, 3 iis quidem 3
qui Chriſti aduentum anteceſſerunt, ad ſuam de
Chriſto naſcituro & paſſuro fidem profitendam: 1
4 iis verò qui poſtea fuerunt vel erunt, ad ſuam de 4
Chriſto iam nato & paſſo fidem teſtificandam, & 1 1
vtriſq; ad æternam animi ſalutem conſequendam

AXIOMA III.

> Summa q. 62. in ſex partes diſtributæ. Sacramẽtorum effectus principalis, qui eſt gratia.

1 Nouæ legis Sacramenta, non quidem vt cau- 1
ſæ principales, ſed vt inſtrumenta diuinæ miſeri-
cordiæ, 4 viſa ex Chriſti 5 paſsione accepta, gra- 4
tiam talem conferunt, 2 per quam vltra dona, & 5
virtutes, quoddam diuinum auxilium, ad faciliùs 2
Sacramenti finem conſequendum accedit: Vnde
perſpicuum eſt 3 gratiam in ſacramento, vt rem in 3
ſuo ſigno, & vt effectum in inſtrumento, contineri.
6 Cæterùm veteris legis Sacramenta ſalutaris qui 6
dem fidei in Chriſtum ſymbola quædam erant, at
gratiæ conferendæ nullam vim nullamque efficaci
tatem penitus habebant.

AXIOMA IIII.

> Summa q. 63. in ſex partes, vt ſuperior, diuiſæ. Sacramẽtorũ quoque vndã effectum ſecũdarium, qui è character.

1 1 Per 6 nouæ legis tria Sacramenta, Baptiſmum,
6 Confirmationem & Ordinem, ſuſcipientium ani-
2 mis ſpiritalis quidem character imprimitur, 2 qui
3 nihil aliud eſt, niſi facultas quædam 3 ſpiritalis à
Deo perfecta, & ad diuinum cultum ritè peragen-
4 dum, animæ parti intelligenti, vt 4 ſuo ſubiecto im
5 preſſa, quæ 5 nullo vnquam tempore deleri aut ob-
literari poteſt.

AXIOMA V.

> Summa q. 64. quæ in decẽ quæſtiones à B. Thoma diſtributa eſt.

> Sacramentorũ cauſa ſeu auctor & miniſter.

2 2 Quemadmodum Sacramẽtorum auctor & inſti-
1 tutor eſt ſolus Deus, 1 ita quoque interni eorum
effectus primaria & principalis eſt cauſa, homo ve-
3 rò tantummodo miniſter. 3 Itaque Chriſtus vt
Deus quidem ſua auctoritate internum Sacramen
ti effectum, vt homo autem meritis operatur, mini-
ſteriique (principalia tamen & longè excellentiſsi-
4 mi) poteſtatem habet. 4 Hinc tametſi Chriſtus po-
teſtatem, quam in Sacramentis, vt homo obtinebat,
cum alio homine communicare potuerit auctorita-
tem tamen quam in iiſdem, vt Deus habebat, ne-
mini mortalium non magis quàm ſuam ipſius di-
uinitatem impertiri potuit. De Sacramentorum
autem miniſtris ita ſentit atque docet Catholica
6 Chriſti Eccleſia, 6 improbos peccare quidem mini
5 ſtrando Sacramenta, 5 ipſa verò Sacramenta mini-
ſtrorum peruerſitate, neque pollui, neque impedi-
7 ri: 7 licet angelis à Deo concedi potuerit, non ta-
men conceſſam eſſe, ſed hominibus duntaxat Sa-
cramentorum diſpenſationem: in ſacramentorum
9 miniſtris 9 non fidem, ſed 8 rectam intentionem
8 eſſe neceſſariam, 10 non tamen quamlibet, ſed eam
10 duntaxat quæ directè reſpicit ipſum ſacramentum.

AXIOMA VI.

> Summa q. 65. quadrifariam diſtributa Sacramentorum numerus.

1 1 Septem ſunt Eccleſiæ Sacramenta, 2 hunc inter
2 ſe ordinem habentia, vt Baptiſmum primum lo-
cum tenentem Confirmatio, Confirmationem Eu-
chariſtia, Euchariſtiam Pœnitentia, Pœnitentiam
Extrema vnctio, Extremam vnctionem Ordo, Or-
4 dinem verò matrimonium ſequatur. 4 Quæ qui-
dem Sacramenta licet ad hominis ſalutem promo
uendam, omnia plurimum habeant momenti; tria
tamen duntaxat ad eam ſunt neceſſaria, nimirum
Baptiſmus omnibus, Ordo Eccleſiæ, & pœnitentia
iis qui poſt ſuſceptũ baptiſmum aliquo ſcelere ſeſe
3 polluerunt. 3 Cæterùm quanquam ordine quodam
naturali tertius inter Sacramenta locus Euchariſtię
tributus ſit, dignitate tamen & maieſtate reliquis
omnibus longè antecellit.

DE BAPTISMO.

Ad cuius explicationem.
- Prius de ipſo Baptiſmo iſta quatuor tractantur.
  - de natura & propria ratione Baptiſmi 66.
  - quis ſit idoneus Baptiſmi miniſter. 67.
  - de ſuſcipientibus baptiſmum, 68.
  - de effectu baptiſmi. 69.
- Deinde de iis quæ præparationem ad Baptiſmũ continẽt, dicitur videlicet.
  - de Circuncisione. 70.
  - de catechiſmo & exorciſmo, 71.

AXIOMA VII.

Summa q. 66. in 12. partes diſtributæ.

1 Ablutio quæ fit per aquam accedentibus ver- 1
bis præſcriptis, propriè eſt Baptiſmus, 9 ex eorum 9
numero Sacramentorum, quæ iterationem non pa-
tiuntur, 2 & in Chriſti baptiſmo, quantum ad ſuam 2
vim & Sacramenti nomen attinet; quantum verò
pertinet ad neceſſarium eius vſum, poſt Chriſti mor
tem & reſurrectionem inſtitutus. 3 Cuius materia 3
eſt aqua, 4 etiam mutationem aut mixtionem paſſa, 4
modò aquæ nomen & ſpeciem retineat; 5 forma 5
verò iſta: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij,
& Spiritus ſancti. 6 Quapropter non eſſet bapti- 6
mus, qui ſine peculiari Dei conceſſu in nomine
Chriſti conferretur. Cæterum de merſione iſtud te-
nendum, quamuis 8 nec trina, nec 7 vnica merſio 8
ad baptiſmum ſit neceſſaria, imò affuſio vel aſperſio 7
quæ ad baptiſmi veritate ſufficia trinam tamen mer
ſionem, niſi aut ſcandali, aut hæreticorum moris vi
tandi cauſa, ſine graui peccato omitti non poſſe. Eſt
enim conueniens iſte ritus, 10 quemadmodum & 10
cæteri, quibus in hoc ſacramento vti conſueuit Ec-
cleſia. 11 At de tribus baptiſmorum generibus, 11
quæ ſunt aquæ, ſanguinis & flaminis baptiſmus, ita
ſentit Eccleſia, vt primo effectum baptiſmi cum no
mine ſacramenti, cæteris verò duobus effectum
tantummodò, 12 eumque ſanguinis baptiſmo excel 12
lentiſsimum perfectiſsimumque tribuat.

Baptiſmi natura & proprietatio.

AXIOMA VIII.

Summa q. 67. in octo q. diſtributa.

2 Tametſi proprius & ordinarius baptiſmi mini 2
ſter, 1 non diaconus, ſed ſacerdos ſit, in ſacerdotis ta 1
men abſentia non modò diacono & clerico cuiuis,
ſed etiam 3 laico & 4 mulieri, & quod amplius eſt, 3
non 5 baptizato, neceſsitate vrgente baptizandi po 4
teſtas conceditur: 1 peccarent nihilominus ſinguli 5
iſtorum, ſi aut extra neceſsitatem, aut alioqui ad di
gnitatem ſacerdotalem propius accedente, præſen-
te, baptizandi partes temerè inuaderent. 6 Duo quo 6
que ſimul, modò vſitatam in Eccleſia formam vter
que ſeruet, vnum eundemque hominem baptizare
poſſunt. Si verò ſuis perſonis formam accommodan
tes, pro, Ego te baptizo, dixerint: Nos te baptiza-
mus, veriſimile eſt vanum & irritum illorum cona
tum fore. De ſuſceptoribus verò iſtud tenendum,
7 ſuſceptorem aliquem velut Pædagogum eius qui 7
baptizatur abhiberi oportere, non propter Sacra-
menti neceſsitatem, ſed propter ſalutis baptizandi
curam maiorem: 8 ad munus enim ſuſceptoris per-
tinet, ſi baptizati parentes ſuo non fungantur offi-
cio, curare vt baptizatus Catholica ſanaque fide, &
ſanctis Chriſtianiſque moribus imbuatur.

Baptiſmi miniſter.

AXIOMA IX.

Summa q. 68. in duodecim q. diſtinctas diuiſa.

1 Omnibus in vniuerſum baptiſmus, vel qui reip 1
ſa, vel ſaltem qui 2 propoſito ſuſcipitur, eſt ad ſalu- 2
9 tem neceſſarius, & in 9 paruulis nunquam, in 3 a-
3 dultis verò ferè ſemper eſt differendus, 5 habet-
5 que ex paſsione & morte Chriſti vim tantam ad e-
1 radendas peccatorum, quæ inuenit, maculas, vt nul
li baptizato ſatisfactionis nomine quicquam ſit præ
4 ſcribendum. 4 Peccatores tamen qui 1 delictorum
ſuorum pœnitet, non quos veſana libido peccandi
adhuc tenet, ſunt ad hoc Sacramentum recipiendi.
6 Licet enim hic 6 externa peccatorum confeſsio nõ
requiratur; interna tamen quæ Deo fit, & peruerſæ
vitæ prioris abominatio ad huius Sacramenti fru-
7 ctum percipiendum, 7 intentio verò baptiſmi acci-
piendi adultis etiam ad characterem ſuſcipiendum
8 eſt neceſſaria; 8 poteſt nihilominus ſine recta fide
quiſpiam baptiſmi characterem ſuſcipere, non au-
tem gratiam aut fructum eius percipere. Et licet ſi
ne mora paruulis (vt antè diximus) hoc Sacramen
10 tum impertiendum ſit, 10 non ſunt tamen baptizan
di aut Iudæorum aut aliorum infidelium liberi ra-
12 tione nondum vtens parentibus inuitis, 12 neque
amẽtes aut furioſi, niſi vel à natiuitate ſemper eo vi
tio laborarint, vel ante ſuam amentiam, baptiſmum
11 deſiderare ſignificarint. 11 Eos verò qui in vtero
materno adhuc incluſi tenent, cùm ablui nequeant,
clarum eſt nec baptizari vllo modo poſſe.

Baptiſmũ ſuſcipientes.

AXIOMA X.

Summa q. 69. in 10. partes diſtributę.

1 1 Baptiſmus omnium quæ inuenit, peccatorum
2 maculas abluit, & 2 culpam ſimul cum pœna tol-
4 lens, 4 gratia ac virtutibus decorat 6 non minus
6 infantes quam adultos, 5 mentem illuſtrat, Chriſti
5 corpori hominem inſerit, & quaſi fœcundum ad
7 proferendas ſanctas actiones reddit: 7 Regni quo
3 que cæleſtis ianuam patefacit. 3 Moleſtias tamen,
cruciatus & dolores vitæ præſentis ob multas cau-
8 ſas non auſert. 8 Porrò licet omnes eodem modo
affecti proprium & ordinarium baptiſmi effectum
æqualiter participent, in eo tamen quod vltra ba-
ptiſmi inſtitutionem diuina bonitas elargitur, ma-
gna eſt varietas, etiam ſi paria ſint baptizatorum
9 merita. 9 Iſtud quoque certum eſt, quemadmodum
menti ſinceritas & integritas ad baptiſmi ſalutares
effectus percipiendos neceſſariæ ſunt, ita fictione &
peruerſitate eoſdem effectus impediri & prohiberi.
10 10. Nihilominus tamen his impedimentis poſteà
ſublatis baptiſmus antè ſuſceptus proprios natiuoſ
que gratiæ & virtutum effectus, non ſecus quàm ſi
nullum fuiſſet impedimentum, ſortitur.

Baptiſmi effectus.

AXIOMA XI.

Summa q. 70. quadrifariam diuiſæ.

1 1 Figura & præparatio quædam futuri baptiſmi
2 erat Circunciſio, 2 quæ quum fidei Chriſti confeſ-
ſionem contineret, rectè in Abrahamo, qui primus
de Chriſto naſcituro promiſsionem accepit, fuit in
3 ſtituta, 3 adiunctis ei ritibus conuenientiſsimis, vt
qui ab illo, cuius ſapientiæ nullus eſt finis, fuerant
4 dictati atque præſcripti. 4 Peccati verò originis con
donatio, aliæque gratiæ quæ in Circunciſione Iu-
dæis contingere ſolebant, non ad Circunſionis pro
priam vim, ſed ad fidem de futura Chriſti paſsione
atque morte referri debent.

Circunciſio.

AXIOMA XII.

Summa q. 71. quadrifariam, vt ſuperiores, diſtributæ.

1 1 Baptiſmum Catechiſmus quo doctrina fidei tra-
2 datur, 2 Catechiſmum verò exorciſmus, 3 quo ma-
3 ligni ſpiritus expellantur, ſenſuſq; ad ſalutis myſte
ria percipienda aperiantur, antecedere debet; ac
4 vterque tam catechiſmus quàm exorciſmus ad 4
officium pertinet ſacerdotis, qui tamen in catechiſ-
mo tradendo, lectoris, in exorciſmis verò peragen
dis exorciſtæ vtitur miniſterio.

Catechiſmus & exorciſmus.

DE

DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

AXIOMA. XIII.

Summa q. 72. in 12. partes diuiſa.

1 Confirmatio rectè inter ſeptem Sacramenta nu 1
meratur, quippe quæ 5 characterem vt baptiſmus, 5
imprimit, 7 & gratiam vt cætera omnia Sacramen 7
ta, impertitur: ob idque 8 nemini idoneo eſt negan 8
da, 11 neq; ab alio quàm ab Epiſcopo adminiſtran 11
da. 2 Huius conueniens materia eſt chriſma ab Epi- 2
ſcopo conſecratum: forma verò iſta; Conſigno te 3
ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in no
mine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. 9 Locus au 4
tem in quo adhiberi debet, eſt frons, metus & vere 9
cundiæ ſedes. 12 Qui quidem ritus, & cæteri omnes 12
qui in hoc Sacramento fiunt, admodum ſunt con-
uenientes. 6 Et licet nemo niſi baptizatus ad Con- 6
firmationem ſuſcipiendam ſit idoneus, 10 in Con- 10
firmatione tamen vt in Baptiſmo, adeſſe oportet, qui confirmatum erudiendi partes ſuſcipiat, non quidem primis illis Chriſtianæ fidei erudimentis, ſed iis artibus, quibus in Chriſtiana & ſpirituali militia ad vincendum eſt opus.

Confirmationis Sacramentum.

DE EVCHARISTIA IN GENERE.

Ad Euchariſtiæ explicationem iſta octo tractantur, videlicet de
- ipſo Sacramento Euchariſtiæ. quæſt. 73.
- materia eius
  - ſpecie materiæ 74.
  - tranſſubſtantiatione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti 75.
  - modo quo exiſtit Chriſtus in hoc Sacramento, 76.
  - accidentibus panis & vini, 77.
- forma eiuſdem 78.
- effectibus. 79.
- recipientibus Euchariſtiam. 80.
- modo quo Chriſtus vſus eſt Euchariſtiæ Sacramento. 81.
- de eo Euchariſtiæ miniſtro. 82.
- ritu qui debet in iſto Sacramento ſeruari. 83.

AXIOMA XIIII.

Summa q. 73. in ſex partes diſtributa. Euchariſtiæ Sacramentum.

[Euch]ariſtia tametſi ob varias ſignificationes, 4
quas in ſe continet, multis nominibus rectè appel-
letur, 6 variiſque figuris (inter quas præcipua fuit a- 6
gni paſchalis immolatio) propter multa quæ com-
plectitur, fuit adumbrata, 2 vnicum tamen eſt 1 Sa- 2
cramentum, 5 multis grauiſſimiſque de cauſis à 1
Chriſto in vltima cœna inſtitutum, 3 & homini non 5
quidem ſimpliciter, ſed ex parte rei duntaxat ad ſa 3
lutem neceſſarium.

AXIOMA XV.

Summa q. 74. in octo partes diuiſa. Euchariſtiæ materia.

1 Euchariſtiæ Sacramenti legitima materia eſt 1
panis 3 triticeus, ſiue 4 azymus ſit, ſiue fermentatus, 3
5 & vinum ex vuis expreſſum, cui dum offertur, 4
8 pauxillum aquæ, 7 non propter Sacramenti ne- 5
ceſſitatem, ſed ad populi fidelis cum Chriſto vnio 6
nem ſignificandam, admiſceri debet. 2 Quorum 8
quantitas vſu, & eorum fidelium qui hoc Sacra- 7
mentum percepturi ſunt, numero metienda eſt at- 2
que definienda.

AXIOMA XVI.

Summa q. 75. in octo partes diuiſa.

In Euchariſtiæ Sacramento ita panis 1 in verum 1
Chriſti corpus, & vinum in verum eius ſanguinem
7 puncto 7 temporis 4 3 conuertuntur, vt poſt conſe
4 crationem 5 ſolis accidentibus remanentibus, 2 6 ni
3 hil de illorum ſubſtantia relinquatur. Vnde 8 li-
5 quet hoc pronuntiatum, Ex pane fit Chriſti cor-
2 pus, etiam ſermonis proprietate retenta, veritati eſ-
6 ſe conſentaneum.
8

Tranſſubſtantiatio.

AXIOMA XVII.

Summa q. 76. in octo partes vt ſuperiora diſtributæ. Modus quo Chriſtus eſt in Euchariſtia.

1 In Euchariſtiæ Sacramento non modò ſub 1 2 v-
2 traque ſpecie & panis & vini, ſed 3 etiam ſub vtriuſ
3 que ſpeciei qualibet parte; ſiue fracta, ſiue integra
4 ſit hoſtia, totus Chriſtus cum 4 omnibus ſui corpo
5 ris dimenſionibus exiſtit. 5 Non tamen contine-
tur Chriſti corpus in hoc Sacramento vt quantitas
dimetiens in loco, ſed vt ſubſtantia ſub dimitiente
6 quantitate, 6, neque per ſe, ſed per accidens dunta-
xat, ad motum hoſtiæ de loco in locum transfertur:
7 7 nullo quoque ſenſu corporis, imò ne imaginatio
ne quidem, (vt eſt in hoc Sacramento) ſed mente
8 duntaxat percipi poteſt. 8 Quando verò per miraculum vel caro vel puer poſt conſecrationem in hoc Sacramento conſpicitur, cùm id remanentibus hoſtiæ dimenſionibus, & mutatione tantùm circa colorem & figuram, aut imaginationem videntis facta, contingat, credendum veritatem corporis Chriſti etiam ſub eiuſmodi accidentibus eſſe.

AXIOMA XVIII.

Summa q. 77. in octo partes diuiſa. Panis & vini accidentia in Euchariſtia.

In Euchariſtiæ Sacramento poſt ſtupendam ſub-
ſtantiæ panis & vini in corpus Dominicum conuer
1 ſionem, per miraculum 1 quantitas dimetiens, in
2 qua 2 cætera accidentia inhærent, non modò ſine vo
lumine ſine ſubiecto manet, ſed etiam proprietatem
5 & munus materiæ nanciſcitur. Quapropter & 5 ge
6 nerari & 6 nutriri aliquid ex ea poteſt. 3 Quod au-
3 tem externum corpus immutet, & quòd 7 frangi
7 atque 4 corrumpi cum cæteris accidentibus queat,
4 id ex propria eius natura citra miraculum accidit.
Iſtud verò ſciendum, Chriſti corpus ſub iſtis acci
dentibus quando immutantur tamdiu remanere,
quandiu panis aut vini ſubſtantia eadem numero
8 permanſiſſet. 8 Itaque ſi in vinum conſecratum aliquantulum alieni liquoris infundatur (modò vniuerſalis commixtio non fiat) ſub parte commixta quidem eſſe deſinet, at ſub alijs partibus mixtionis expertibus remanebit verus Chriſti ſanguis.

AXIOMA XIX.

Summa q. 78. in ſex partes diuiſæ. Euchariſtiæ forma.

1 1 Legitima & conueniens Sacramenti Euchari-
2 ſtiæ forma eſt, 2 in pane quidem conſecrando iſta,
3 Hoc eſt corpus meum: 3 In vino autem tranſmutando ea quæ ſequitur: Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni Teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem
5 peccatorum. Quarum formarum verba cum 5 ve-
4 riſſima ſunt, 4 tum in admirabili panis & vini in corpus Dominicum efficienda conuerſione per vim creatam ſibi inſitam diuinæ potentiæ ſunt inſtru-
6 menta. 6 Quare palàm eſt, conſecrationis panis effectum, vini conſecrationis effectus tempore eſſe priorem.

AXIOMA XX.

Summa q. 79. in octo q. diuiſæ. Euchariſtiæ effectus.

1 1 Euchariſtiæ Sacramentum, & in præſens gra-
2 tiam impertitur, & ad 2 æternam gloriam in po-
3 ſterum conſequendam plurimum valet. 3 Licet enim lethalia peccata quæ hominem ſcientem &
4 volentem obſtrictum adhuc tenent, non tollat, 4 venialia tamen ſola inuenta, & ea lethalia, quæ e memoria exciderant, ex animo delet atque abluit.
5 5 Præterea, de pœna poſt culpam dimiſſam relicta tantum adimit, quantus eſt vel offerentis vel accipientis hoc Sacramentum charitatis affectus.

ſPræmunit & hominem, dignè ipſum accipiētem, 6
veluti ſalutare quoddam pharmacum aduerſus pec
catorum ſemper impendens periculum.7 Nec ſu- 7
mentibus modò, ſed ijs etiam, pro quibus offertur,
prodeſt.8 Neq; venialia peccata iam præterita vim 8
eius impediunt, neq; etiam præſentia, niſi ex ea par
ta duntaxat qua animum ab omnis vitij labe purū,
ſpiritualis ſuauitatis iucunditate hoc Sacramen-
tum perfundere ſolet.

AXIOMA XXI.

Summa q. 80. in duodecim partes diuiſa.

Euchariſtiæ ſumptio.

1 Ex duplici Sacramenti Euchariſtię ſumendi ra 1
tione, quarum altera ſacramentalis eſt, altera ſpiri-
talis, 2 ea quæ ſpiritalis dr, & homini iuſto propria 2
eſt, & ei adulto ad ſalutem neceſſaria. De ſacramen
tali verò ſumendi rōne hæc tenenda ſunt: 3 non ſo- 3
lùm iuſtos, ſed & peccatores iſtius ſumptionis eſſe
participes, 4 qui in ea graue quidem, 5 non tamen 4
omnium grauiſsimum committunt peccatum.6 Pu 5
blico peccatori & petenti (non aūt ei cuius peccatū 6
ſit occultum) à ſacerdote Euchariſtiam eſſe dene-
gandam: 7 cum qui Euchariſtiam accipit nocturna 7
pollutione antegreſſa, peccare, grauiter quidem ſi
eiuſmodi pollutio ex culpa lethali acciderit, leuiter
verò, ſi aliūde ſit perfecta, & neq; perpetuo ſit, neq;
diuturna. : 8 Ante omnē cibū & potum, (niſi mor- 8
tis, pp morbi grauitatē, periculum timeretur) ſumē-
dam eſſe Euchariſtiam: 9 Ex illis qui mente capti 9
ſunt, iis duntaxat Euchariſtiam dandam eſſe qui de
vita periclitātur, & antè, voluntatis huius Sacramen
ti accipiendi aliquod ſignum dederint: 10 Poſt de- 10
bitam & ſufficientē animi præparationem rectè ſu-
mi iſtud Sacramentū, ſiue quotidie id fiat, ſiue poſt
longius interiectum tpis interuallum, 12 Laudandā 12
eſſe illarum Eccleſiarum conſuetudinem, quæ hoc
Sacramentum, ſacerdotibus, quidem ſub vtraq; ſpe
cie accipere iubent: reliquo autem populo ſub pa-
nis, tantummodo ſpecie, propter effuſionis pericu-
lum, impertiuntur.

AXIOMA XXII.

Summa q. 81. quadripartitam diuiſa.

Euchariſtia quo modo verſus ſit Chriſtus.

1 CHRISTVS corpus ſuum 2 læſionibus & morti
adhuc obnoxium, & 3 ipſe ſumpſit, & diſcipulis 3
ſuis 2 vnà cum Iuda ſumendum obtulit. 4 Quo- 2
niam verò quod Chriſto ſmà reſpectu ad externa 4
conuenit, idem quoq; ipſi ſub iſtius Sacramenti ve
lamine exiſtenti conuenire rectè creditur, conſe-
quens eſt ſi quis Euchariſtiam tēpore mortis Chri-
ſti in aliquo loco ſeruaſſet, non minùs in eo quàm
in cruce Chriſtum fuiſſe moriturum.

AXIOMA XXIII.

Sūma q. 82. in 10. q. diuiſa.

Euchariſtiæ miniſter.

1 SACRAMENTI Euchariſtiæ conſecratio ita ſacer 1
dotis eſt propria, vt per alium confici non poſsit. 2 2
Plures quoq; ſacerdotes quorum intentio ad vnū
temporis punctum referatur, vnā eandémq; hoſtiā
conſecrare poſſent. 10 Omniſq; ſacerdus aliquādo 10
rem diuinam facere, & 4 poſt conſecrationem Eu- 4
chariſtiam ipſe ſumere debet. Nec modo probus ſa
cerdos, ſed & 5 improbus, 7 ſchiſmaticus, anathema 5
te damnatus, hæreticus, imò & 8 degradatus corpo- 7
ris & ſanguinis Dominici conſecrandi poteſtatem 8
habet: 9 qua tamen quatuor poſteriores nec ipſi vti, 9
nec alij ipſis vtentibus adeſſe ſine peccato poſſunt.
Improbi verò ſacerdotes ipſi quidem rem diuinam
faciendo peccant, cæterùm alij ipſam audiēdo, vel
Sacramenta ab ipſis percipiendo in nullā incurrunt
culpam, modò eiuſmodi ſacerdotib. ſuæ poteſtatis
per auctoritatem Eccleſiæ non ſit adempta execu-
tio. 6 Proborum tamen ſacerdotum Miſſę, non qui 6
dem ratione conſecrationis, ſed precum meritis 3
aliorum ſacerdotum Miſsis ſunt præferendæ. 3. Di- 3
ſtributio autem iſtius Sacramenti ſic ad manus ſa-
cerdotis pertinet, vt etiam diacono propter propin-
quitatem quam habet cum dignitate ſacerdotali,
ſanguinis diſtributio concedatur.

AXIOMA XXIIII.

Summa q. 83. in ſex quæſt. diſtributa.

Euchariſtiæ ritus.

2 1 SACRAMENTI Euchariſtię celebrationi (quæ
tum propter ſuam repræſentationem, tum etiam pp
2 effectus iſtius Sacramenti, rectè. 2 immolatio Chri
ſti dicitur) conuenienter tempus ab hora tertia vſq;
ad nonam, quo Chriſtus grauiſsima tormenta fuit
3 paſſus, attributum eſt. 3 Nec minus laudanda eſt ea
conſtitutio, qua propter tanti ſacramenti reuerentia
cautum eſt, vt in loco conſecrato, cùm nulla vrget
neceſsitas; aut vrgente neceſsitate, ſaltem ſuper al
tare conſecratum cum Epiſcopi conſenſu, adhibitis
ſemper vaſis conſecratis, Hierourgiæ ſolennitas pe
ragatur. Quapropter & hæc & reliqua omnia quæ
4 in Miſſarum celebratione & 4 dicuntur & 5 fiunt,
5 magno, & ſapienti conſilio ſunt inſtituta: in 6 qua li
6 cet varia & multiplicia incommoda accidere ſo-
leant, omnibus tamen ſanctorum & cordatorum
Eccleſiæ antiſtitum prudentia occurri poteſt.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

Sacramenti pœnitentiæ explicatio, ad ſex capita refertur: videlicet, ad

- pœnitentiā ipſam
  - quatenus eſt Sacramentum. 84.
  - quatenus eſt virtus 85.
- effectum pœnitentiæ.
  - in remittē lis peccatis lethalibus. 86.
  - in remittēdis peccatis venialibus. 87.
  - de reditu peccatorum ſemel remiſſorum. 88.
  - quantum ad recuperationem virtutum. 89.
- partes pœnitentiæ
  - In genere. 90.
  - Quæ ſequuntur ex Supplemento tertiæ partis ſunt deſumpta.
  - In ſpecie de
    - contritione.
      - quid ſit. 1.
      - de quo eſſe debeat. 2.
      - quanta eſſe debeat. 3
      - quanto tempore durare debeat. 4.
    - cōfeſſione, de eius
      - de effectu eius. 5.
      - neceſsitate. 6.
      - natura & definitione. 7.
      - miniſtro. 8.
      - qualitate. 9.
      - effectu. 10.
      - ſigillo. 11.
    - ſatisfactione
      - quid ſit. 12.
      - an fieri poſſit. 13.
      - qualis eſſe debeat. 14.
      - quibus rebus Deo ſatisfiat. 15.
- Suſcipiens Pœnitentiæ Sacramentum. 16.
- miniſtrorum poteſtatem ad claues pertinentem, vbi agitur.
  - de clauibus videlicet de
    - propria vi & natura clauiū. 17
    - effectu earum. 18.
    - miniſtris clauium. 19.
    - his in quibus rectè claues exercentur. 20.
  - excōmunicatione, videlicet de
    - eius propria vi & natura 21.
    - excōmicante & excommunicato. 22.
    - communicatione cum excōmunicato. 23.
    - abſolutione ab excōmunicationis vinculo 24.
  - indulgentiis
    - de propria earum vi & natura. 25.
    - in quibus ſit poteſtas eas elargiendi. 26.
    - quib. indulgētiæ proſint. 27
- Publicam & ſolennem pœnitentiam. 28.

Sūma q. 84. in ſex partes diuiſæ.

Pœnitentia vt eſt Sacramentum.

Axioma xxv.

1 Poenitentia, qua ſecundum catholicæ 1
Eccleſiæ ritum ſacerdos tanquam Dei miniſter cō
fitentes ſua peccata, abſoluit, verum eſt Sacramen-
tum, 7 rectè & conuenienter in noua lege inſtitu- 7
tum. 2 Cuius materia eſt, propinqua quidem, pœni 2
tentis actus, remota autem ipſa peccata: 3 forma 3
verò iſta, Ego te abſoluo in nomine Patris, & Filii,
& Spiritus ſancti. 4 In qua pronuncianda, tametſi 4
rectè, non tamen neceſſariò manus impoſitio adhi
betur. Atqui hoc Sacramentum nō ſimpliciter bo
minis, ſed 5 ei qui peccauit, eſt ad ſalutem neceſſa- 5
rium, ſaltem ex ea parte qua interdum de commiſ
ſo peccato animi dolorem (8 quem peccator quā- 8
diu viuit ſaltem 9 habitu continuare debet) com- 9
prehendit. Itaque 6 rectè ſecunda poſt naufragiū 6
tabula iſtud Sacramentum à ſacris Doctoribus vo-
cant. 10 Ad quam quidem tabulam non tantùm 10
ſemel, ſed quotieſcunque nouorum peccatorum
fluctibus iactatur animus, Chriſtiano confugere
licet.

Sūma q. 85. in ſex partes diuiſæ.

Pœnitentia vt eſt virtus.

Axioma xxvi.

Pœnitentia ex ea parte, qua laudabilem mode-
rationē doloris ob peccatum commiſſum, quate-
nus in eo Dei offenſa eſt, ſuſcepti, cum propoſito
vitæ emendandæ continet, 1 virtus eſt 2 ſpecialis, 1
3 iuſtitiæ vt ſuo generi ſubiecta, 6 fide & ſpe ſecun 2
dum naturæ & temporis ordinem poſterior. Cha- 3
ritatem verò naturæ non temporis ordine ſequēs; 6
5 cuius principium eſt timor tam ſeruilis quàm in 5
genuus, 4 ſubiectum verò pœnitentis voluntas. 4

Sūma q. 86. in ſex partes vt ſuperiores diuiſæ.

Pœnitentiæ effectus in peccatis lethalib. delendis.

Axioma xxvii.

6 Pœnitentia & qua ratione eſt virtus, & magis 6
qua ratione Sacramentum dicitur, peccatum remit
tit. 1 Atque ſicut nullum eſt tantum hominis ſce- 1
lus, quod in præſenti ſeculo per Pœnitentiam de-
lari non poſſit, ita 2 nullum lethale peccatum ab 2
homine poſt vſum rationis perpetratum, ſine Pęni-
tentia, ſaltē ea quæ virtus eſt, remittitur: fieri 3 quo- 3
que non poteſt ut unum peccatum ſine aliis (ſi qua
ſint alia in eodem homine) per Pęnitentiam delea-
tur. 4 Remiſſa tamen per Pęnitentiæ Sacramentū 4
culpa lethali, unà cum æterna pęna illi debita, re-
manet adhuc temporalis pęnæ ſoluendæ obliga-
tio, 5 & nonnullæ prauæ ex ſuperiori peccato con 5
tractæ diſpoſitiones.

Sūma q. 87. quadrifariam diuiſæ.

Pœnitentiæ effectus in peccatis venialib. delendis.

Axioma xxviii.

Ad 1 peccati venialis remiſſionem Pęnitentia 1
aliqua ea parte, 2 non autem nouæ gratiæ infuſio 2
eſt neceſſaria. 3 Itaque per ſolam aquæ luſtralis 3
aſperſionem ex gratia proficiſcentem, peccata ve-
nialia, accedente eorum vel expreſſa, vel ſaltem ta
cita deteſtatione, remittuntur. 4 Si tamē in aliquo 4
homine cum grauibus culpis venialia delicta con-
iuncta eſſent, horum ſine illis remiſſio non fieret.

Sūma q. 88 quadrifariam diuiſæ.

Peccatorū ſemel remiſſorum reditus.

Axioma xxix.

1 Peccatum lethale ſemel Pœnitentia deletum, 1
per ſequentem capitalem culpam redit quidem, ve
rùm nō omni ex parte, ſed ea ea duntaxat qua pri-
uationem diuinæ gratiæ, & ſupplicii æterni ſubeū-
di obligationem cōtinebat. 2 Quod tametſi de om 2
ni capitali noxa ſequente verè dicatur, ſpeciali ta-
mē quodam modo locum habet in odio fraterno,
apoſtaſia, confeſſionis contemptu, & dolore de Pœ
nitentia prius ſuſcepta. 3 Non eſt tamen iſtud ita 3
accipiendum quaſi obſequens crimen ſemper pari
& æquali culpa atque pœna teneatur peccator qui
bus ante tenebatur, ſed ut pœna & culpa cōſequen
tis criminis, generi ipſius, & ingratitudinis illi con-
4 iunctæ magnitudini, reſpondeat. 4 Neque putan-
dum eſt ingratitudinem ſequenti crimini conne-
xam ſemper ſpeciale eſſe peccatum, ſed tunc de-
mum quando ad Dei & beneficij ab eo accepti cō
temptum ſequens delictum refertur, aliàs ingrati
tudo iſta non ſpecialis alicuius perpetratio, ſed alte
rius eſt aggrauatio peccati.

Sūma q. 89. in ſex partes diuiſæ.

Pœnitentiæ vis ad recuperādas virtutes prius amiſſas.

Axioma xxx.

1 1 Prius amiſſæ & 4 quodammodo extinctæ per
4 peccatum uirtutes, per Pœnitentiæ Sacramentum
2 poſteà reſtituuntur, interdum æquales, 2 interdum
minores, interdum etiam maiores pro diſpoſitione
5 pœnitentis: 5 opera verò ipſarum ita reuiuiſcunt,
ut in eadē æſtimatione, qua antè, apud Deum ha-
3 beantur. 3 Itaque licet innocentiæ ſtatus ſemel per
ditus non reparetur, & quædam eccleſiaſticæ digni
tates ob certa facinora ſine ſpe recuperationis amit
tantur, poteſt nihilominus homo per Pœnitentiæ
Sacramentum priſtinam apud Deum recuperare
6 dignitatem. 6 Non tamē euſque extendenda eſt
huius Sacramēti vis & operatio, ut etiam mortuas
actiones (quæ ex ſuo quidē genere laudabiles ſūt,
ſed ex charitatis fonte & gratiæ ſtatu non promana
runt) uiuas, & ad uitam æternam promerendam ef-
ficaces reddere poſſit.

Sūma q. 90. quadrifariam diuiſæ.

Pœnitentiæ partes in genere.

Axioma xxxi.

Pœnitentia qua ratione eſt Sacramentum ex
2 his 3 tribus conſtat partibus, Animi dolore ſeu
3 Contritione, Confeſſione atque Satisfactione: 4
1 Qua ratione autem eſt virtus, has duas ſpecies ſibi
4 ſubiectas habet, Pœnitentiam ante Baptiſmum, &
Pœnitentiam poſt Baptiſmum, quæ vlterius in le-
thalium & leuium culparum Pœnitentiam diſtri-
buitur.

Quæ ſequuntur, ex tertiæ partis Summæ, quam Sān. Thomas morte occupatus, imperfectam reliquit, Supplemento ſunt deſumpta

Sūma q. 1. Supplementi trifariam diuiſæ.

Contritionis natura & propria rō.

Axioma xxxii.

1 1 Contritio eſt dolor animi ob peccatum antè cō
2 miſſum ſuſceptus, cum propoſito confitendi atque
2 ſatisfaciendi: qui cùm ex 2 virtute & voluntate pec
3 catum deteſtante naſcatur, 3 palàm eſt falſam & ab-
ſurdam eſſe illorum opinionem, qui putauerunt at
tritionem poſteà contritionem fieri poſſe.

Sūma q. 2. in ſex partes diuiſæ.

Contritionis obiectum.

Axioma xxxiii.

1 1 Contritio nec pœnæ malum, nec 2 originis pec
2 catum, nec 3 alienum, nec 4 futurum, ſed propriū
5 duntaxat, idque præteritum reſpicit delictum, ita
4 vt de culpis antè perpetratis, tam 5 venialibus quā
3 6 lethalibus, quæ conuenienti adhibita diligentia
6 occurrunt, & de aliis quo tempore in memoriam
redeunt, peccator contritionem ſuſcipere debeat.

Sūma q. 3. trifariā diſtributæ.

Cōtritio quāta eſſe debeat.

Axioma xxxiiii.

1 1 Contritio in ſuperiori quidem appetitu dolo-
rem maiorem omnibus aliis doloribus, in inferio-
3 re autem ſæpenumero remiſſiorem affert, 3 qui
pro diuerſitate peccatorum nunc maior, nunc mi-
2 nor eſſe debet. 2 Et licet in appetitu ſuperiore ſeu
voluntate nunquam ſit nimius, in appetitu tamen
inferiori poſſet modum excedere: proinde ita in
hac parte eſt moderandus, ut & uitæ & valetudi-

nis ad officij functionẽ neceſſariȩ ſimul ſô habeat.

Summa q. 4. trifariã, vt ſuperior, diſtributæ. Contritio nis tempus.

AXIOMA XXXV.

TAMETSI contritionem per 1 vniuerſum vitæ præſentis tempus durare oporteat, 2 eamq; (quatenus per aliarum virtutum actiones permittitur) continuam eſſe expediat; 3 nullus tamen in animis à corpore ſeparatis, ad quemcũq; locum ſtatumve peruenerint, ei relictus eſt locus.

Summa q. 5. trifariã quoq; diſtributa. Contritionis effectum.

AXIOMA XXXVI.

1 CONTRITIO tam ea quæ Sacrĩ pars eſt, q̃ illa q̃ à virtute proficiſcit, remiſsionis peccati eſt cauſa: 3 Imò tantam vim habet, vt quamuis parua, magnum ſcelus deleret, & 2 vehemẽs, peccati culpam ſimul cum pœna tollere poſsit.

Summa q. 6. in ſex partes diuiſæ. Confeſſio eiuſq; neceſſitas.

AXIOMA XXXVII.

1 PECCATORI qui capitali noxa obſtrictus eſt, Confeſſio vel quæ reipſa extrinſecus peragitur, vel ſaltem quæ voto(cuum alterius facultas erepta eſt) intrinſecus ſuſcipitur, eſt ad ſalutem neceſſaria. 6 Nec ipſe ſummus Pontifex quenquam ex hac obligatione, 2 quæ diuini iuris eſt, eximere põt. 5 Licet tamen iis qui graue aliquod peccatũ commiſerunt, in id ipſ quod ab Eccleſia cõſtitutum eſt, eius externam Confeſsionem differre, niſi antè aut mortis periculum ingruat, aut aliquid, ad quod Confeſsio ſit neceſſaria, faciendum incidat. 3 Alij autẽ qui leuibus tantummodo culpis ſunt obnoxij, ad tempus ab Eccleſia ſtatutum quidem, non tamen ex vi ſacramenti, ſed ex Eccleſiæ præceptione vel confiteri, vel ſaltem ſuæ conſcientiȩ ſtatum proprio ſacerdoti indicare debent. 4 Cæterum vtriſq;, ne aliquãdo in confitendo falſi criminis ſeſe inſimulent, diligenter eſt cauendum.

Summa q. 7. in tres partes diſtributæ. Confeſſionis definitio.

AXIOMA XXXVIII.

2 CONFESSIO virtutis actus eſt, 3 cuius nimirum virtutis, quæ pœnitentia ſuperiùs eſt vocata, ob 1 idq; non incommodè ab Auguſtino ad hunc modum definitur, Confeſsio eſt per quam ſpe veniæ latens morbus aperitur.

Summa q. 8 in 7. partes diuiſæ. Confeſſionis miniſter.

AXIOMA XXXIX.

1 TAMETSI legitima & ſacralis Confeſsio ſacerdoti neq; cuiuſ ſed 4 proprio (paucis quibuſdã caſibus exceptis) neceſſariò ſit faciẽda, a confitens tñ laico vrgente neceſsitate, omnium culparum; 3 nõ vrgente verò neceſsitate, leuiorũ peccatorũ veniã à Deo conſequit. Caſus aũt qui excipiuntur, ſunt ſuperioris 5 priuilegiũ aut iuſſum & mortis inſtantis 6 periculũ quo premente, nõ modò de peccatis, ſed & de cuiuſl bet excõicationis vinculo, à quouis ſacerdote pœnitens abſolui poteſt 7 Cæterum de pœna ſatisfactionis loco præſcribenda, iſtud ſciendũ, quoniam in ea non modò debiti, ſed etiam remedij habetur ratio, non ſemper maiori culpæ maiorem pœnam eſſe irrogandam.

Summa q. 9. in 4 partes diſtributæ.

AXIOMA XL.

- 4. Conditiones quæ paſſim à Doctoribus ſacris Confeſsioni tribuuntur, ſunt in duplici differentia.
  - Quædã ſunt neceſſariæ vt vera ſit & legitima Confeſſio 1 ex his
    - Quædam conueniũt Confeſſioni, vt eſt actus virtutis.
      - in genere, videlicet vt Cõfeſſio ſit: diſcreta. libens. pura. fortis.
      - in ſpecie, vt videlicet Confeſsio ſit: verecunda. lachrymoſa. humilis. fidelis. nuda. ſimplex. integra. accuſans. parère parata. ſecreta.
    - Aliæ conueniunt Confeſſioni vt eſt pars Sacramenti nimirum vt Confeſsio ſit.
  - Aliæ laudabiles tantummodo ſunt, & ad vberiorem ex Confeſsione fructum percipiendum vtiles, videlicet vt confeſsio ſit: frequens. accelerata.

Licet inter has conditiones ponatur Confeſsionẽ debere eſſe lachrymoſam & cũ dolore de vità malè acta coniunctã, 1 Confeſsio tñ ficta (id eſt) quæ necdum depoſita peccandi voluntate fit, nõ ſemper eſt iteranda, ſed fictionis peccatũ ſemper poſtea eſt confitendum. 2 Quod aũt dr Confeſsionẽ integram eſſe debere, ſic eſt accipiendum, vt pœnitens vni ſacerdoti omnia peccata, quorum ſibi conſcius eſt, verbis 3 expreſsis, non nutu, non ſcriptura, neq; per interpretem, niſi mutus eſſet, confiteatur.

Confeſſionis quantitas.

Summa q. 10. in 5. partes diuiſæ. Confeſſionis effectum.

AXIOMA XLI.

1 Non modò à culpa & aliqua ex parte à 2 pœna ſpecialis & Sacramentalis Confeſsio pœnitentem liberat, 3 verum etiam aditum illi ad cæleſte regnũ patefacit, 4 æternæq; ſalutis ſpem affert. 5 Generalis verò Confeſsio ſacramentalis tantam vim habet, vt etiam lethalia crimina obliuioni inculpatæ tradita delere poſsit.

Summa q. 11. in 5. partes diuiſæ. Confeſſionis ſigillũ.

AXIOMA XLII.

1 Sacerdos ea quæ ſibi ſub Confeſsionis ſigillo dicta ſunt alijs detegens grauiſsimè peccat, & Sacramenti eſt violator. 3 Atqui licet hoc ſigillum ſacerdotis ſit proprium, tamen ſicut Confeſsio ipſa, ita & eius ſigillum quibuſdam caſibus cum laico 2 communicatur, 2 reſpicitq; propriè & directè quidem peccata tantummodò, eaque in ſacramentali Confeſsione audita. Sunt tamen omnia quæ per Confeſsionem cognoſcuntur, diligenter à ſacerdote & à laico celanda. 4 Nihilominus & ſacerdoti & laico licet, quod in Confeſsione audiuit alijs dicere, ſi ei à confitente id faciendi conceſſa ſit poteſtas & ſine hac poteſtate, 5 quando alia via, quod in Confeſsione illi dictum eſt, compertum habet.

Summa q. 12. trifariam diuiſæ. Satisfactionis definitio.

AXIOMA XLIII.

3 Satisfactio propriè eſt illatæ iniuriæ, quemadmodum iuſtitiæ æquabilitas poſtulat, facta compenſatio. Rectè quoque dicit Auguſtinus, Satisfactionem eſſe peccatorum cauſas excidere, & eorum ſuggeſtionibus aditum non indulgere. Ex quarum definitionum vtraq, perſpicuum eſt, 1 virtutis, 2 iuſtitiæ, nimirum, actum eſſe ſatisfactionem.

Summa q. 13. bifariã diuiſæ. Satisfacere Deo homo põt.

AXIOMA XLIIII.

1 Tametſi nihil tantum ab homine reddi poſsit, quanta eſt diuinæ maieſtatis violatio; nihilominus tamen quando quod in ſe eſt, præſtant mortales, & pro ſuis 2 & (quantum attinet ad debiti ſolutionẽ) pro alienis peccatis Deo ſatisfacere poſſunt.

Summa q. 14. in 5. partes diſtributæ. Satisfactionis qualitas.

AXIOMA XLV.

1 Nemo poteſt vno lethali peccato retento aliud per ſatisfactionem expiare, 2 opera enim, quæ alioqui ſatisfaciendi vim haberent, ſi animo aliquo ſcelere occupato fiant, neq; tunc, neq; 3 poſteà recuperata charitate, quicquam ad ſatisfaciendum valent. 4 Non eſt tamen putandum eiuſmodi opera penitus eſſe inutilia, conducunt enim tum ad præſentis vitæ bona conſequenda & mala effugienda, tum etiam ad honeſtarum actionum conſuetudinem efficiendam. Animum quoq; ad gratiam ſuſcipiendam diſponunt; & 5 quoniam multa impediunt peccata, pœnas etiam tartari aliquo modo mitigare & minuere rectè dicuntur.

Summa q. 15. trifariam diuiſæ. Satisfactoria opera.

AXIOMA XLVI.

1 Satisfactionis opus, laudabile, ad Dei honorem ſpectans, & de genere eorum quæ pœnam inferunt, eſſe oportet: 3 cuiuſmodi ſunt Eleemoſyna, Ieiunium & Oratio, 2 afflictiones etiam, & quæcunque res aduerſæ diuinitus immiſſæ, ſi forti & patienti animo perferantur, ſatisfaciendi vim habent.

Summa q. 58. trifariã, vt ſuperior diuiſę.
Pœnitẽtiæ capaces qui ſint.

AXIOMA XLVII.

1 Innocentes ea gratia quam omnes virtutes co- 1
mitãtur præditi, dum adhuc in iſta uita morali ver
ſantur, pœnitentiæ habitum tantummodo: 2 beati 2
verò homines in celeſti patria degentes, etiam eius
actum habere poſſunt. 3 At angeli ſiue boni ſint 3
ſiue mali, nec habitus, nec actus iſtius uirtutis ſunt
capaces.

Summa q. 17. trifariã diuiſæ.
Clauiũ definitio & diuiſio.

AXIOMA XLVIII.

1 Clauem (quæ rectè à Doctoribus definitur po 1
teſtas ligandi, & ſoluendi, qua eccleſiaſticus iudex
dignos recipere, & indignos à regno excludere de
bet) in Eccleſia eſſe oportet. 3 Eſtque iſta clauis du 3
plex, altera diſcernendi, altera iudicandi, quarum
vtraque in Deo per auctoritatem, in Chriſto per
meritum & excellentiam: in ſacerdotibus verò
Eccleſiæ ſacramentorum diſpenſatoribus, per mi-
niſterium exiſtit.

Summa q. 18. in 4. partes diſtributæ.
Clauium effectus.

AXIOMA XLIX.

1 Quemadmodum aqua baptiſmalis inſtrumen 1
tum eſt inanimatum: ita ſacerdos per poteſtatẽ cla-
uium ſibi com miſſam, inſtrumentum eſt animatũ,
quo Deus ad hominem à peccatis liberandum vti
tur: 2 nec ad culpam remittendam modò, ſed etiã 2
ad temporalem pœnam, in quam æterna commu-
tata eſt, minuendam, 3 aliamque peccati ueluti me 3
delam quandam (in qua ligãdi uis potiſsimum cer
nitur) præſcribendam, clauium poteſtas ſacerdoti-
bus data extenditur: 4 quæ quidem ſumma pru- 4
dentia, & Dei uoluntate atque ordinatione mo-
derandæ eſt, alioqui enim & ſuo effectu in pœni-
tente careret, & ad graue ſacerdotis ea abutentis
malum redundaret.

Summa q. 19. in ſex q. diuiſæ.
Clauiũ miniſtri.

AXIOMA L.

3 Ex duplici clauium differentia, illa quæ ordi- 3
nis dicitur, in 4 ſolis ac 5 omnibus, etiam improbis 4
nouæ legis ſacerdotibus exiſtit: 2 & in Chriſto 5
tantò excellentius, quã in ullo alio ſacerdote, quan 1
to per ſe agentis facultas, ui adiutrice inſtrumenti 2
perfectior eſt atque nobilior. 6 Iſtius tamen clauis 6
vſu ſchiſmatici, hæretici, excommunicati & degra-
dati quatenus ſubditi iis ſubtracti ſunt, priuantur.
Altera verò, quam iuriſdictionis clauem uocant,
etiam cum aliis Eccleſiæ miniſtris, qui ſacerdotes
non ſunt, communicatur.

Summa q. 20. in tres partes diuiſæ.
Claues in quo careẽt dę...

AXIOMA LI.

Tametſi clauiũ uis & efficacitas, oẽs, quantũ in
ſe eſt, cõplectatur, propter iuriſdictionis tamẽ defe
ctum non 1 poteſt nouæ legis ſacerdos (extra neceſ- 1
ſitatis tẽpus) in eo qui ſibi ſubditus non eſt, neque 2 2
etiã promiſcuè in omnib. ſibi ſubditis, clauium po
teſtatem exercere. Sunt enim quædã crimina, quo-
rum cognitionem abſolutionemque ſuperioris di
gnitatis antiſtites ſibi reſeruatunt. 3 Poſſet nihilo- 3
minus ſuperior antiſtes ad ſe abſoluendum inferio
ris ſacerdotis iuriſdictionem, poteſtatemque dila-
tare.

Summa q. 21. quadrifariam diuiſæ.
Excõicatio nis definitio, & vis.

AXIOMA LII.

1 Rectè Doctores tradunt excommunicationẽ 1
ſeparationem eſſe ab Eccleſiæ cõmunione, quod
ad fructum ea ea percipiendum, & generalia eius
ſuffragia participanda attinet. Quod quidem pœ-
næ genus licet ſit grauiſsimum, 2 laudabiliter ta- 2
men à catholica Eccleſia Dei ipſius exemplo ad
frangendam improborum & rebellium hominum
contumaciam (3 etiam ſi in externis tantummodò 3
bonis aliũ læſerint) uſurpatur, habetque tantam
vim, ut 4 excommunicatio etiam iniuſtè irro- 4
gata ſæpenumero valeat, effectumque ſortiatur:

quando videlicet error commiſſus non tollit ſen-
1 tentiæ auctoritatem.

Summa q. 22. in 6. partes diſtributæ.
Excõicare, & excõicari qui poſſint.

2 AXIOMA LIII.

Quandoquidem ad excommunicationis ſenten
3 tiam ferendam opus eſt iuriſdictionis in exteriori
foro auctoritate: idcirco hoc munus exercere non
3 poſſunt, neque 3 excommunicati, neque ſuſpenſi
(quibus iſtius iuriſdictionis interdictus eſt vſus)
1 1 neque omnes ſacerdotes, 2 neque ſoli, ſed ij dun
2 taxat quibus ſecundum eccleſiaſticæ diſciplinæ le
ges iſta prouincia eſt mandata, ſiue ſint ſiue non
3 ſint ſacerdotes. Quia verò iuriſdictio inferiorem
4 reſpicit, hinc eſt quòd neque 4 ſeipſum, neque æ-
qualem, neque ſuperiorem quiſquam poſſit excõ
5 municare. 5 Prohibet autem Eccleſia vniuerſam
populi multitudinem anathematis condemnare pę
na, ne fortè innocens cum nocente in parem inuol
6 uatur damnationem. 6 Sed iſtud mirum fortaſſe
1 quibuſdam videbitur, eſt tamen verum, nimirum,
1 eum qui ſemel è cœtu fidelium per anathematis
ſententiam eiectus eſt, ſecundò & tertiò poſſe ex-
communicari.

Summa q. 23. trifariã diſtributæ.
Excõicati cõſortium fugiẽdum.

2 AXIOMA LIIII.

1 1 Ex duplici excommunicatione, propter mino-
3 rem nemini cuiuſquam familiaritas aut conſuetu-
do interdicitur: at eo qui maiori damnatus eſt, fa-
miliariter vtens, etiam in rebus ad corpus pertinẽ-
4 tibus (niſi aut ſpiritalis commodi, aut obligationis,
3 aut neceſsitatis ratione excuſetur,) 3 grauiter non-
nunquam peccat, nimirum ſi conſulendo, adiuuan
do, aut aliter fauendo, criminis eius qui excommu
nicatus eſt fiat particeps, aut in rebus diuinis, aut
aliis ad Eccleſiæ contemptum cum illo ſocietatem
in eat: leuiter verò ſi quocunque alio modo quiſpiã
3 2 cum eodem familiaritate iungatur. 2 Pœna quoq;
4 huius prohibitionis violatoribus varia eſt conſtitu-
5 ta. Nam ſi excommunicationis ſententia etiam fa
1 miliariter excommunicato utentem complectatur,
2 aut ſi quiſpiam conſulendo, adiuuando, aut aliter
6 faciendo criminis particeps efficiatur, tum procul-
dubio excommunicatõ extra caſus ſuperiùs excep-
tos familiariter ſe coniungens in maiorem, alii in
minorem duntaxat incurrunt excommunicationẽ.

Summa q. 24. trifariã, vt ſuperior diuiſæ.
Excõicati abſolutio.

AXIOMA LV.

1 1 Minoris excommunicationis pœna, & maioris
quoque, ſi ea ſit a lege inflicta (ſex tantummodò
exceptis caſibus, qui fusè apud Thomam explican
tur) quiuis ſacerdos ſuum ſubditum abſoluere po-
1 teſt. Si verò maior excommunicatio à iudice ſit ir-
2 rogata, extra mortis neceſsitatem, ſolus iudex qui
irrogauit, aut eius ſuperior antiſtes illius tollendæ
2 poteſtatem habet: 2 qua, etiam illo, qui anathema-
3 te irretitus tenetur, inuito, vti poteſt. 3 Iſtud quoq;
3 certum eſt, ſi quis pluribus damnatus eſſet excom-
municationibus, licet interdum omnes ſimul auſe
rantur, poſſe tamen una ſublata altera manere, pręſertim ſi à diuerſis inflictæ ſint iudicibus.

Summa q. 25. trifariã quoque diuiſæ.
Indulgẽtiarum, &c.

1 AXIOMA LVI.

2 2 Indulgentiæ, quandoquidem ex infinito Ec-
cleſiæ theſauro depromuntur, tribus iſtis rebus cõ-
currentibus, nimirum ex parte tribuentis auctori-
2 tate, ex parte accipientis charitate, ex parte cauſæ
pietate, legitimæ ſunt, tantùmque valent, quantum
1 valere prædicantur. 1 Quare dubitandum non eſt,
3 quin & pœnam ſatisfactionis loco, etiam in purga
toria perſoluendam remittendi uim habeant, &
4 3 pro 3 ſubſidio temporali ad ſpiritalem utilitatem
relato, laudabiliter tribuantur.

Axioma

Summa, q. 26. quadrifariam diſtributæ.

Indulgẽtiarum largitores.

AXIOMA LVII.

1 In ſolis Epiſcopis, 2 ſiue ſint, ſiue non ſint ſa- 1
cerdotes, ordinaria reſidet indulgentias largiendi 2
poteſtas: in 3 ſummo quidem Epiſcoporum legiti- 3
mo Petri ſucceſſore plena, in aliis verò limitata. 4 4
In quibus omnibus, ſiue probi ſiue improbi ſint,
iſta poteſtas vnius eiuſdemque manet efficacitatis.

Summa q. 27. in 4. partes diſtributæ.

Indulgẽtiæ quibus proſint.

AXIOMA LVIII.

1 Quicunque aliquo lethali ſcelere adhuc ob- 1
ſtricti tenentur, 1 ad indulgentiarum gratiam per-
cipiendam minimè ſunt idonei: qui verò ab eiuſ-
modi ſcelere animum habent immunem, ſiue amo 2
nachi ſint, ſiue alterius cuiuſcunque conditionis
homines (4 comprehenſis etiam iis qui indulgen 4
tias largiuntur) modò 3 conditiones in literis in- 5
dulgentiarum deſcriptas obſeruent, iſtius generis
gratiam conſequi poſſunt.

Summa q. 28. trifariã diuiſæ.

Pœnitentia ſolennis.

AXIOMA LIX.

1 Propter multas grauiſſimas cauſas laicis tam 1
viris quàm 3 mulieribus ad expianda certa crimi- 3
na, & præſertim ea quibus tota ciuitas concitatur,
publica & ſolennis laudabiliter indicitur pœniten
tia. 2 Quæ cùm eiectionis Adami ex paradiſo ſi- 2
gnificationem, & perpetui de peccato doloris pro- 1
feſſionem contineat, contra eius naturam id foret 2
ſi iteraretur, ſæpiuſque eidem ſubeunda ſtatue-
retur.

DE EXTREMA VNCTIONE.

In Extremæ vnctionis explicatione de iſtis quinque capitibus agitur, videlicet.
- De
  - iis quæ pertinent ad naturam, & primam inſtitutionem extremæ Vnctionis. Quæſtione 29.
  - effectu extremæ Vnctionis. 30.
  - idoneo eius miniſtro. 31.
- Cui impertiendum ſit iſtud Sacramentum, & in qua parte corporis adhibendum. 32.
- Poſſit iterari necne iſtud Sacramentum. 33.

Summa q. 29. in 9. partes diſtributæ.

Extremæ vnctionis inſtitutio, materia, & forma.

AXIOMA LX.

Extrema vnctio 2 vnum eſt 1 Sacramentum, ab 2
3 Apoſtolis quidem promulgatũ, ſed à Chriſto pri 1
mùm inſtitutum. Cuius idonea & conueniens ma- 3
teria eſt 4 oleum oliuæ ab 6 epiſcopo 5 conſecratũ: 4
7 forma verò 9 legitima hæc 8 deprecatio: Per 6
iſtam ſanctam unctionem, & piiſſimam ſuam mi- 5
ſericordiam, parcat tibi Dominus quicquid deli- 7
quiſti per viſum. Per iſtam ſanctam vnctionem & 9
ſuam piiſſimam miſericordiam, parcat tibi Domi- 8
nus quicquid deliquiſti per auditum. Per iſtam ſan
ctam vnctionem & ſuam piiſſimam miſericordiã
parcat tibi Dominus quicquid deliquiſti per odo-
ratum. Per iſtam ſanctam vnctionem & ſuam piiſ
ſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quic-
quid deliquiſti per guſtum & locutionem. Per iſtã
ſanctam vnctionem & ſuam piiſſimam miſericor-
diam parcat tibi Dominus quicquid deliquiſti per
tactum. Per iſtam ſanctam vnctionem & ſuam piiſ
ſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quic-
quid deliquiſti per greſſum.

Summa q. 30. trifariã diuiſę.

Extremę vnctionis effectus.

AXIOMA LXI.

Extremæ vnctionis Sacramentum 3 nullum im 3
primit characterẽ, ſed valet 1 primò quidẽ & præ- 1
cipuè ad curandam animi ex peccato lethali con-
tractam imbecillitatem, & vires firmamque valetu
dinem ei reſtituendam: quem effectum etiam dele
tio peccati (ſi modò inuentum ſit) neceſſariò conſe-
quitur. 2 Secundo autem loco ad medendum cor- 2
poris morbo. Non tamen ſemper hunc præſtat ef-
fectum, ſed tum demum cùm ita expedit ſuſcipiẽ-
tis ſaluti, & ipſe nullum opponit impedimentum.

Summa q. 31. in tres partes diuiſę.

Extremæ vnctionis miniſter.

AXIOMA LXII.

2 Extremæ vnctionis adminiſtratio non ad 2 dia
1 coni munus, & multò minus ad 1 laici conditionẽ;
3 ſed ad 3 ſolius ſacerdotis pertinet officium, ſiue is
ſit, ſiue non ſit Epiſcopus.

Summa q. 32. in 7. partes diſtributæ.

Extrema vnctio quibus impertiẽda, & in qua parte corporis adhibenda.

AXIOMA LXIII.

4 Hominibus maturæ 4 ætatis, non pueris; ſanæ
3 3 mentis, non furioſis: 1 morbo aliquo, 2 in quo
1 ſit vitæ periculum: laborantibus, non ſanis: 5 neq;
2 in toto corpore, ſed in his duntaxat ſex 6 partibus,
5 oculis, auribus, naribus, ore, manibus atque pedi-
6 bus (quibus partibus etiam renes adiungi poſſunt)
ſubminiſtrandum eſt extremæ Vnctionis Sacra-
7 mentum. 7 Si verò quempiam ęgrotum aliqua ex
iſtis partibus priuatum eſſe contingeret, tum proxi
ma pars loco deficientis eſſet inungenda.

Summa q. 33. in duas partes diuiſę.

Extremæ vnctionis iteratio.

AXIOMA LXIIII.

Cum extrema Vnctio non ſit ex eorum nume-
ro Sacramentorum quæ perpetuum habent effe-
1 ctum, non modò 1 in diuerſis morbis, verum etiã
2 in 2 eodem ſi diuturnus ſit, cuiuſmodi ſunt hecti-
ca & hydropiſis, iterari ſine ulla ſuæ dignitatis in-
iuria poteſt.

DE ORDINIS SACRAMENTO.

Ad Sacramenti Ordinis declarationẽ de his quinq; capit. hic diſſeriĩ, videlicet de
- Ordine in genere, cuius capitis tres ſunt partes, de
  - propria natura & partibus Sacramenti Ordinis. Quæſtione 34.
  - effectu eius. 35
  - ſuſcipientibus Ordinẽ. 36.
- Diſtinctione Ordinum. 37.
- Conferentibus Ordinem. 38.
- impedimento initiandorum. 39.
- his quæ ſunt Ordinibus annexa. 40.

AXIOMA LXV.

Partim ex Thoma, partim ex Eugenij quarti Decreto Armenis dato ſumptum.

Summa q. 34. in 5. q̃s diſtributæ. ordinis definitio. & partes.

3 Ordo 3 Sacramentum eſt Eccleſiæ 1 neceſſariũ,
1 in 2 quo per extremum ſignaculum interna & ſpi
2 ritalis poteſtas ordinato conceditur. Huius porrò
5 Sacramenti 5 materia eſt illud per cuius traditio
nem confertur Ordo: ſicut Presbyteratus traditur
p calicis cum vino, & patenæ cũ pane, porrectionẽ.
Diaconatus per libri Euangeliorum dationẽ. Sub-
diaconatus verò per calicis uacui cum patena va
cua ſuperpoſita traditionem, & ſimiliter alii Ordi
nes per rerum ad miniſtra ſua pertinentiũ deſigna-
4 tionem. 4 forma ſacerdotii hæc eſt: Accipe poteſta
tem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro uiuis &
mortuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſan
cti. Aliorum Ordinum formas, breuitatis cauſa,
hic omiſſas, ſi quis uidere velit, eas in Pontificali
Romano latè deſcriptas inueniet.

Summa q. 35. in 5. partes diſtributæ. Ordinis effectus.

AXIOMA LXVI.

1 In cuiuslibet ordinis collatione, & 1 gratia gratũ
2 faciens donatur, & 2 character imprimitur: 1 qui 3
3 characterem baptiſmi quidem ex neceſſitate, 4 cõ
4 firmationis ex congruentia, 5 inferioris autem or
5 dinis ex eccleſiaſtica conſtitutione antè ſuſceptum
requirit.

Sũma q. 36. in 2. partes diſtribuitur. **AXIOMA LXVII.**

Tametſi & 4 promouens indignum ad aliquẽ ex ordinibus ſacris, & eum conſcientia peccati lethalis ordinem ſacrum 1 ſuſcipiens, vel ij eo vtens 1 grauiſsimè peccet, non eſt tamen 5 vitæ bonitas ad ordinis ſuſceptionem ex parte Sacramenti, ſed ex parte diuini præcepti duntaxat, neceſſaria. 2 Similiter quoque ſcripturæ cognitio in eo qui ordinem ſuſcipit, requiritur, non quidem abſoluta, ſed quæ ad ordinis qui ſuſcipitur munere rectè fungendum ſufficiat. 3 Cæterùm hæc virtus atque ſcientia maximè ordinandos, & iam ordinatos decent: per ſe tamen nemini ordinem præſtare poſſunt.

Ordinem ſuſcipientium qualitas.

AXIOMA LXVIII.

Sũma q. 37. in 5. partes diſtribuitur. Secundum 2 numerum miniſteriorum, quæ ad Eucharistiæ conſecrationem decentemque tractationem opus erant, 1 ſeptem clericorum ordines ſunt inſtituti, è 3 quibus tres ſupremi, quòd circa materiam conſecratam verſentur, ſacri: reliqui verò quòd in materia non conſecrata occupati ſint, non ſacri rectè nominantur. 4 Diſtinguuntur verò iſti ordines, quòd ſingulorũ propriæ quædam ſint & definitæ functiones: Nam oſtiarii eſt oſtiorum templi curam gerere, ad dignos recipiendos, indignos verò repellendos: Lectoris pronunciare lectiones, & prophetarum oracula populo declarare: Exorciſtæ ab energumenis & catechumenis dæmonum vexationes exorciſmis depellere. Acolyti luminaria in ſacrario præparare, cereum geſtare, ac vrceolos cum aqua & uino ſubdiacono miniſtrare: Subdiaconi, vrceolum, aquamanile, & manutergium epiſcopo, presbytero & diacono ad lauãdas manus ſubminiſtrare: epiſtolam legere, oblationes à populo recipere, & eas uel ſuper altare collocare, vel diacono tradere, item calicem & patenam ad altare delata diacono dare, in calicem quà uinum & aquam infundere. Diaconi ſacerdoti aſsiſtere & ei miniſtrare, in his potiſsimùm Sacramentis, Baptiſmo, Chriſmate, & Euchariſtia componere menſam Domini, crucem ferre, Euangelium & Epiſtolam populo explanare, & ſanguinem Domini eidẽ diſpenſare: Sacerdotis abſoluere, ligare, Dei dona benedicere, & præcipuè corporis & ſanguinis Domini Sacramentum conficere. 5 Qui quidem ſacerdos tum demum ſuum characterem recipit, quum illi ſub certa verborum forma calix traditur. 5

Ordinum diſtinctio.

AXIOMA LXIX.

Sũma q. 38. trifariã diſtribuitur. 2 Ordinis Sacramentum ſolus Epiſcopus conferre poteſt, 3 quam eius poteſtatem nec ſuſpenſio, nec hæreſis (modò legitima verborũ forma, & Eccleſiæ intentio ſalua maneat) tollendi uim habet. Qui tamen à ſuſpenſo, uel hæretico ordinatur Epiſcopo, propter peccati obſtaculum, quod in ipſo eſt, gratiam non conſequitur, nec accepto ordine, propter iuriſdictionis, in eo qui ordinauit, defectum, vti poteſt.

Ordinem conferens.

AXIOMA LXX.

Sũma q. 39. in ſex partes diſtribuitur. 2 Pueri vſu rationis adhuc carentes, item 3 ſerui qui in aliena ſunt poteſtate, 4 atque homicidæ qui humano ſanguine manus ſuas polluerũt, cum 5 nothis, & 6 iis qui inſigni aliqua mutilatione ſunt deformati, præcepti quidem ordinatione, non autem Sacramenti neceſsitate à ſacris ordinibus arcentur: at 1 mulier, neceſſaria Sacramenti ratione ab iiſdem repellitur ordinibus. Qua propter ordinis Sacramentum temerè, & contra conſtitutionem eccleſiaſticam collatum, illi verò ſuſcipiunt: hæc verò nequaquam ſuſcipere poteſt.

Ordinis impedimenta.

AXIOMA LXXI.

Sũma q. 40. in 7. partes diſtribuitur. 2 Tonſura non eſt 2 ordo, neque 3 quenquam priuat temporalium poſſeſsiones habendi poteſtate. 1 Eam tamen cuilibet ordinis clericos deferre oportet, quòd regni cuiuſdam ſpiritalis, & excellentioris perfectionis, ſeque à caducis rebus ad diuinas ſempiternaſque abductionis ſignificationem contineat. 5 Similiter epiſcopatus dignitas non eſt inter ſacros ordines numeranda. 4 Ipſa tamen propter populi ad Euchariſtiam, vel ſuſceptionem præparationem, 6 & ſummi pontificis auctoritas, 6 quæ eſt epiſcopatu ſuperior, propter Chriſtianorũ unionem, eorumque in unum corpus colligationem, 7 Eccleſiæ eſt neceſſaria. 7 Porrò ſi quis ſacre miretur veſtium quibus utuntur Eccleſiæ miniſtri varietatem, is ſciat nonnulla eſſe officia omnibus Eccleſiæ miniſtris communia, alia verò certis ordinibus peculiariter conuenientia, & adid deſignandũ quædam veſtium genera communiter omnibus, alia verò certis ordinibus fuiſſe tribuenda.

Miniſtrorum ordinis vnctio.

DE MATRIMONIO.

Tractationem de Matrimonio tria alij ea capita, hæc videlicet

- Matrimonium quatenus eſt naturale officium. q. 41.
- Matrimonium quatenus eſt Sacramentum. 42.
- Matrimonium quà eius ſubſtantiã & eſſentiã conſideratur, ad cuius explicationẽ deputatur de
  - Sponſalibus 43.
  - Matrimonii propria ratione. 44.
  - Matrimonii cauſa efficiente, ex conſenſu
    - conſenſu in genere. 45.
    - conſenſu iureiurando, vel corporum commixtione firmato. 46.
    - conſenſu coacto & conditione reſtricto. 47.
    - cõſenſo obiecto. 48.
  - Bonis quæ oriuntur ex matrimonio. 49.
  - Matrimonii impedimentis, vbi agitur de
    - impedimentis in genere. 50.
    - erroris impedimento. 51.
    - conditionis, ſeu ſeruitutis impedimento. 52.
    - voti & ordinis impedimento. 53.
    - propinquitatis impedimento. 54.
    - affinitatis impedimento. 55.
    - cognationis ſpiritalis impedimento. 56.
    - cognationis legalis, quæ per adoptionem fit, impedimento. 57.
    - frigiditatis, maleficii, furiæ & amentiæ impedimento. 58.
    - diſparitate cultus, quæ matrimonium impediat. 59.
    - vxoris interfectione. 60.
    - voti ſolennis impedimento. 61.
    - fornicatione alterius coniugum. 62.
  - Secundis nuptiis. 63.
  - Quibuſdam quæ ſunt matrimonio annexa
    - debiti redditione. 64.
    - pluribus vxoribus. 65.
    - defectu, qui irregularitas, vulgò appellatur, per bigamiam contracto. 66.
    - libello repudii. 67.
    - filiis illegitimè natis. 68.

AXIOMA LXXII.

Sũma q. 41. in 4. partes diſtribuitur. Quanquam matrimonium iuris ſit 1 naturalis, eiuſque actus non modò 3 licitus, ſed etiam frequenter laudabilis ſit 4 præmioque dignus, quando videlicet aut debiti reddendi, aut prolis ad Dei cultum generandæ cauſa ſuſcipitur: 2 nemo tamen his

Matrimonium ut eſt naturale officium.

his temporibus ad matrimonium contrahendum vllius præcepti neceſsitate obligatur.

AXIOMA LXXIII.

Summa q. 42 in 4. partes, diuiſæ.

Matrimonium ut eſt Sacramentum.

2 Matrimonium diuerſarum rerum, quæ in eo concurrunt, reſpectu, diuerſis temporibus fuit inſtitutum: Nam ſi reſpicias filiorum procreationem, innocentiæ ſtatu: ſi remedium aduerſus peccati uulnus, medio inter Adæ lapſum & Moyſi legem tempore: ſi certarum perſonarum matrimonio idonearum definitionem, in vetere lege: ſi myſterium coniunctionis Chriſti cum Eccleſia, in noua: ſi amicitiam & mutuum coniugum inter ſe obſequium, in ciuili lege ſuam accepit originem. Atqui ſecundum omnes iſtas inſtitutiones, prima & poſtrema excepta, matrimonium rectè 3 Sacramentum vocatur. Secundum illam verò inſtitutionem quam Euangelij tempore accepit, nouæ legis eſt Sacramentum, 3 gratiam ad ea quæ matrimonii ſunt, rectiùs peragenda conferens: 4 cuius, ſicut & aliorum matrimonii generum, ſecunda perfectio quæ in operatione conſiſtit, non autem prima quæ in exiſtendo poſita eſt, ſexuum commixtionem deſiderat.

AXIOMA LXXIIII.

Summa q. 43. triſariã diuiſæ.

Sponſalia.

1 Sponſalia nihil aliud ſunt, niſi futurarum ſponſio nuptiarum, ad quæ 2 contrahenda idonei ſunt qui ſeptimum ætatis ſuæ annum vel attigerunt vel tranſierunt. 3 Diſſoluuntur autem propter uarias cauſas: iure quidem propter duas, nimirum propter fidem matrimonii in præſens alteri datam, & monaſtici inſtituti profeſsionem: at Eccleſiæ iudicio propter alias plurimas, quas longum foret enumerare.

AXIOMA LXXV.

Summa q. 44. in tres partes diſtributæ.

Matrimonii definitio.

3 Matrimonium rectè à Magiſtro definitur eſſe viri mulieriſque, maritalis 1 coniunctio, inter legitimas perſonas, indiuiduam vitæ retinens conſuetudinem: 2 congruumque ſuo effectui ſortitum eſt nomen: ob id enim nubit fœmina vt aliquando mater fiat. Vocatur etiam coniugium & nuptiæ. Coniugium quidem à ſua natura: nuptiæ verò à cauſa efficiente.

AXIOMA LXXVI.

Summa q. 45. in quinque partes diuiſæ.

Matrimonii conſenſus.

Mutuus inter virum & fœminam 4 conſenſus, 2 verbis tempus 3 præſens deſignantibus, ſiue palàm ſiue 5 clàm expreſſus, vera eſt matrimonii 1 cauſa efficiens.

ADMONITIO.

Hic & in ſequenti Axiomate aduertendum eſt, Clandeſtina matrimonia, rata quidem & firma fuiſſe, quamdiu ab Eccleſia nõ fuit eorum vis & efficacia ſublata: poſt editam verò Tridentini concilii de ipſorum abolitione, & eneruatione ſanctionem (quã videre licet ſeſſ. 14. de reformatione matrimonii capite primo) omnem vim veri & Chriſtiani matrimonii efficiendi amiſiſſe. Decretum ſiquidem et conſtitutione eſt, nullum matrimonium, niſi quod præſente parocho vel alio ſacerdote, de ipſius parochi ſeu ordinarii licentia, & coram duobus vel tribus teſtibus celebratum ſit, verum & ratum matrimonium eſſe habendum.

AXIOMA LXXVII.

Summa q. 46. bipartitò diuiſæ.

Matrimonii côſenſus iuriurando vel corporum cõmixtione firmatus.

1 Iuſiurandum conſenſui per verba temporis futuri declarato accedens non efficit matrimonium: 2 at ſexuum commixtio ſi talem conſenſum ſubſequatur (niſi apertum fraudis appareat argumentum) in Eccleſiaſtico foro ratum & firmum matrimonium reddit, licet ſecundum conſcientiæ forũ, nullum ſine vero voluntatis aſſenſu, coaleſcat matrimonium.

AXIOMA LXXVIII.

Summa q. 47. in ſex partes diſtributæ.

Matrimonii conſenſus coactus & ſub conditione expreſſus.

1 Conſenſus metu in conſtantem uirum cadente 2 extortus 3 tollit matrimonium, tam ex parte 4 cogentis, quàm ex parte illius qui cogitur. 6 Imò neque pater ex ſua auctoritate filium ad uxorem ducendam compellere poteſt. 5 Suſpenſus verò per conditionem appoſitam conſenſus, interdum non efficit matrimonium. Nam ſi tempus præſens, reſpiciat appoſita conditio (ſiue honeſta ſit, ſiue turpis, modò matrimonii bonis non repugnet ſi adſit) ſimiliter ſi conditio ſit neceſſaria, quodcunque tempus reſpiciat, efficiendi matrimonii vim habet. Si verò in genere rerum fortuitarum eſſet conditio, & ad tempus futurum referretur, conſenſus ſub eiuſmodi conditione expreſſus ad copulandũ matrimonium non ſufficeret, non magis quàm ſi verbis temporis futuri eſſet expreſſus.

AXIOMA LXXIX.

Summa q. 48 bifariã diuiſæ.

Matrimonialis côſenſus obiectũ.

2 Matrimonialis conſenſus (1 cuius proprium & primum obiectum eſt, non ſexuum commixtio, ſed ſocialis coniugatio) propriè & per ſe ſpectat prolis generationem, & fornicationis uitationẽ: alios autem fines ſiue honeſtos ſiue turpes, quos in matrimonio contrahendo ſibi proponunt coniuges, impropriè & fortuitò, ita ut iſti fines ad coniugum quidem, non autem ad coniugii bonitatẽ, aut prauitatem redundent.

AXIOMA LXXX.

Summa q. 49. in ſex partes. diſtributæ.

Matrimonii bona.

Ex trib. matrimonii bonis, 2 fide uidelicet, prole, & Sacramento, quibus excuſatur 1 matrimoniũ eiuſque 4 actus, 3 Sacramentum primas obtinet partes. 5 Sunt autem iſta matrimonii bona, ſaltem proles & fides, ſub qua comprehenditur debiti perſolutio, ad honeſtatem actus matrimonialis adeò neceſſaria, ut is qui 6 rem habet cum uxore ſolius voluptatis & libidinis explendæ cauſa, ſemper peccet: lethaliter quidem, ſi ius libidinis ardor etiam extra matrimonii terminos feratur, leuiter verò, ſi intra matrimonii fines contineatur.

AXIOMA LXXXI.

Summa q. 50. quæ unica eſt.

Matrimonii impedimenta in genere.

Contrahendum matrimonium impedit eccleſiæ prohibitio, & id tempus quod feriatum uocare ſolent, contractum verò dirimunt, quæ ſequentibus verſiculis continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis.

In quib. nequit iã falli, cur poſt editas concilii Tridentini ſanctiones, videatur eũ decretũ de reformatione matrimonii, ſeſſ. 24.

AXIOMA LXXXII.

Tam in 2 perſona, quàm in ipſius condition[e] commiſſus error, 1 naturaliter impedit quo minu[s] coaleſcat matrimonium.

AXIOMA LXXXIII.

Summa q. 51. bifariã diuiſæ.

Matrimonium impediens error.

Summa q. 52 quadrifariam diuiſæ.

Matrimonium impediens ſeruitus.

2 Quanquam ſeruo ad ducendam uxorem nõ ſit neceſſarius domini conſenſus, 1 ignorata tamẽ ſeruitutis conditio, contractum extrinſecùs matrimonium nullum reddit. 3 Poſſet nihilominus qui liber matrimonium contraxiſſet, citra eius diſſolutionem, ſeſe alteri etiam inuita uxore in ſeruitutem mancipare. 4 Porrò ſubolem ex diſparis conditionis parentibus natam, ciuiles leges, quibus eccleſiaſticæ aſſentiuntur, ſtatuunt in iis quæ ad perſonæ conditionem pertinent, matrem: in aliis verò quæ dignitatis ſunt, patrem ſequi debere.

Axioma

Summa q. 53. quadripartita. Matrimonium impediens uotũ & ordo.

Axioma LXXXIIII.

Contracti iam matrimonii dirimendi uim, non
qnidem a ſimplea, ſed 1 ſolenne votum habet. 4 Et 2
licet à matrimonio, etiam adhuc conſtante, ad ſa- 1
cros ordines aditus concedatur: retro 3 tamen à ſa 4
cris ordinibus (propter notum continentiæ illis an 3
nexum) ad matrimonium commeare nequaquam
licet.

Summa q. 54. quadrifariam diuiſa. Matrimonium impediens cõſanguinitas.

Axioma LXXXV.

1 Sanguinis propinquitas, ſeu (vt vulgò appella 1
tur) conſanguinitas nihil aliud eſt niſi uinculum
quoddam eorum, qui ab eodem ſtipite ſiue princi
pio deſcendunt, corporali propagatione contractũ,
2 certiſque gradibus atque lineis diſtinctũ: 3 quod 2
extrinſecus celebratum matrimonium dirimit, iu- 3
re quidem naturali inter parentem & eius prolem,
veteri autem lege inter eas perſonas ad quarum al
teram alterius pudicitiam cuſtodire pertinet: 4 & 4
eccleſiaſtica conſtitutione inter illas, inter quas eſt
in linea tranſuerſa citra quintum gradũ ſanguinis
coniunctio atque communio.

Summa q. 55. in 11. partes diſtribuitur. Matrimonium impediens affinitas.

Axioma LXXXVI.

Affinitas eſt propinquitatis quoddam genus ex 1
1 matrimonio, concubitu 3 illicito, vel 4 ſponſali- 3
bus (5 non autem ex alia affinitate) contractum, & 4
ad mortem 2 vſque inter perſonas quas ſemel con 5
iunxit permanens: 6 quod matrimonium non ſe- 2
cus ac ſanguinis propinquitas impedit atque 9 diri 6
mit, 7 gradibus, eorumque diſtinctione & 8 ex- 9
tenſione à ſanguinis propinquitate ſumptis. In 7
qua quidem diremptione facienda, & 10 accuſa- 8
tionis & 11 teſtium productionis ritu procedere o- 10
portet. 11

Summa q. 56. in 5. partes diuiſa. Matrimonium impediens cognatio ſpiritalis.

Axioma LXXXVII.

Spiritalis cognationis, quæ partim ex 2 Baptiſ- 2
mi, partim ex Confirmationis Sacramento naſci- 3
tur, tres ſunt ſpecies, his nominibus apud eccleſia-
ſticos ſcriptores vſitatis appellatæ, ſpiritalis paterni 4
tas, compaternitas, & ſpiritalis fraternitas. 3 E qui- 3
bus paternitas inter ſuſceptorem & baptizatũ ſeu 3
confirmatum, item inter baptizantem ſeu confirmã 5
tem, & eum qui baptizatur ſiue confirmatur: 5 Cõ 5
paternitas inter ſuſceptorem, ſiue baptizantem aut
cõfirmantem, & baptizati vel confirmati parentes:
fraternitas verò inter baptizatum ſeu confirmatũ
& ſuſceptoris naturales liberos exiſtit. 4 Trãſeunt 4
que omnes iſtæ cognationis ſpecies à uiro ad vxo
rem, & è diuerſo ab uxore ad uirum, conſummato
iam matrimonio accedentes, & propria operatio-
ne accerſitæ: 1 impediuntque matrimonium con- 1
trahendum, ac iam contractum dirimunt ipſum cõ
nubium antegreſſæ, conſequẽtes verò nequaquã.
Sed ſi de induſtria nulla neceſſitate cogente per
coniugum alterum cum altero contrahantur, iure
tantummodo debiti exigendi, eum per quem ſunt
contractæ, priuant.

Admonitio.

Quantum ad ſpiritalem cognationem attinet, concilium Tridentinum paternitate & compaternitate propria actione contracta, vt antè erat relicta, fraternitatem quæ inter baptizatum vel confirmatum, & ſuſceptoris vel baptizantis aut confirmantis filios antè contrahebatur, ac ſimul tranſitum ſpiritalis cognationis à viro ad uxorem & contrà, ſuſtulit.

Summa q. 57. tripartita. Matrimonium impediẽs cognatio ciuilis.

Axioma LXXXVIII.

1 Adoptio eſt perſonæ extraneæ in filium, filiã, 1
nepotem aut neptem legitima cooptatio. Vnde 3 3
triplex naſcitur cognatio ciuilis, prima inter ado-
ptantem & adoptatum eiuſque poſteros: ſecũda in
ter adoptatum & naturalem filium aut filiam ad-
optantis: tertia verò inter vxorem adoptantis & ad-
optatum, vel inter vxorem adoptati & patrẽ ado-
2 ptantem. E 2 quibus prima & tertia ſemper, ſecun-
da verò quandiu adoptatus eſt in poteſtate illius à
quo eſt adoptatus, matrimonium impedit.

Summa q. 58. in quinque partes diſtributa. Matrimonium impediés frigida natura, maleficium, amentia, inceſtus, ætas immatura.

Axioma LXXXIX.

1 Et 1 propter frigiditatem naturæ, non ætatis de-
2 fectu euenientem, & propter eam quæ 2 maleficio
contracta eſt coeundi perpetuam impotentiam,
triennii experimento comprobatam, Eccleſiæ au-
ctoritate ſeparantur coniuges, ſed in ſeparatione
propter impotentiam ex maleficio ortam, vtrique
coniugum, in altera vero fœminæ tantùm, libera
conceditur ad nouum connubium tranſeundi po-
1 teſtas: 1 ita tamen vt ſi quando priori uiro coeundi
facultatem reſtitui contingat, poſteriori relicto, ad
priorem uirum ea fœmina redire debeat. Matrimo
nium quoque impediunt & contractum dirimunt
3 3 amentia perpetua, & ea quæ rationis uſu tempo-
4 re matrimonii ſuſcipiendi mentem priuauit. 4 Si-
militer inceſtus cum futuræ uxoris ſorore, vel an
te ſponſalia, vel medio inter ſponſalia & matrimo-
nium tempus commiſſus: poſt verò conſecutus, nõ
dirimit cõſtans iam matrimonium, ſed eum à quo
commiſſus eſt, iure debiti petendi priuat, atque ei-
dem ne aliam vxorem ducat, priore mortua ab Ec-
5 cleſia interdicitur. Item ætas 5 immatura, cuiuſmo
di in maſculis citra decimumquartum annum, in
fœminis verò citra duodecimum, (niſi indicii vi-
gor quod ætati deeſt, compenſet) eſſe ſtatuitur.

Summa q. 59. in ſex partes diſtributa. Matrimonium impediés cultus diſparitas.

Axioma XC.

1 1 Tametſi fidelis cũ infideli neque ratum neq;
2 legitimum matrimonium contrahere poſſit, 2 nihi
lominus tamen verum eſt id matrimonium quod
3 inter ſe celebrant infideles. 3 Ita tamen vt ſi con-
tingat alterum coniugum, altero fidem amplectẽ
4 te, in errore ſuo permanere, 4 neque ad debitum
reddendum, neque ad cohabitationem ferendam,
3 is qui fidem amplexus eſt teneatur (3 retenta inte-
5 rim vtriuſque faciendi poteſtate.) Et quod 5 am-
plius eſt, ſi eius qui infidelis manet, peruerſitas vſ-
que ad obſtinatam creatoris contumeliam proce-
deret, fidelis priori diſſoluto, noui matrimonii ſu-
ſcipiendi poteſtatem haberet, quæ nec ob aliam
6 infidelitatem, 6 nec ob aliud quodcunque ſcelus
concederetur.

Summa q. 60. biſariam diuiſa. Matrimonium impediés uxoris interfectio.

Axioma XCI.

1 1 Vxorem in adulterii actu deprehenſam interfi
cere etiam priuata auctoritate mariti dolori ciuiles
quidem leges concedunt: at eccleſiaſticæ in hoc fa
cinore puniendo, quemadmodum in aliis, publicã
auctoritatem expectandam, & iuſtitiæ zelo, nõ vin
dictæ ſumendæ, aut odii explendi animo procedẽ-
dum eſſe cenſent, eam quæ priuata fit auctoritate
vxoris necem ſummopere improbantes, & in letha
libus criminibus numerantes: ob idque decernũt
2 2 matrimonium contrahendum reſpectu cuiuſuis
mulieris, eiuſmodi ſcelere impediri, & cõtractum
cum pellice, cuius ducendæ ſpe iſtud ſcelus patra-
tum eſſet, dirimi.

Summa q. 61. in tres partes diſtributæ. Matrimonium diſſolui vota ſolenni.

Axioma XCII.

2 2 Quemadmodum corporali morte diſſoluitur
corporale matrimonii vinculum, ita ſolenni profeſ
ſione monaſtici inſtituti, quæ eſt quoddam ſpirita-
lis mortis genus, diſſoluitur ſpiritale matrimonii
vinculũ, quod eſt inter coniuges, matrimonio non
dum conſummato. Proinde vtrique coniugum an
te corporum coniunctionem ad religioſum vitæ
3 inſtitutum tranſeundi, & 3 ei qui in ſeculo relictus

eſt,

eſt,cui uuli nubendi,libera conceditur poteſtas. 1 1
Matrimonio autem iam conſummato, neutri religioſum ſeu monaſticum vitæ inſtitutum ſuſcipere, neutri ad nouas tranſire nuptias,altero uiuente, licet.

Súma q. 62. in ſex partes diuiſæ.
Diuortiū ob fornicationem tempore Euāgelii.

AXIOMA XCIII.

1 Vxorem fornicatam marito, quo ad torum attinet, 3 priuato iudicio:quod ad cohabitatiunē verò pertinet, eccleſiæ auctoritate dimittere (paucis exceptis caſibus) ſemper conceditur, non autem 2 præcipitur,niſi fortè uxor obſtinatè vellet in ſuo flagitio permanere. Eodem iure 4 vxori quoque aduerſus uirum adulterum uti licet. 5 Cæterùm diuortio iam facto,utrique coniugū,altero viuo, præcluſus eſt ad nouas nuptias aditus, non autem ad 6 ipſorum inter ſe reconciliationem,modò adſit in eo, qui ſua culpa repudiationem meruerat,prioris vitæ emendatio.
1 3 2 4 5 6

Súma q. 63. bipartita.
Secundæ nuptiæ.

AXIOMA XCIIII.

1 Secundas nuptias,imò etiam tertias, reliquaſque deinceps, & licitas eſſe, quòd ſuperius matrimonii uinculum alterius coniugis morte ſit ſublatum,& 2 Sacramenti dignitatem nō minùs quā primas obtinere,quòd in iis materia formaque legitima matrimonii cernatur, tradunt probatiſſimi quique catholicæ veritatis doctores.
1 2

Súma q. 64. in 7. partes diſtributæ.
Matrimonialis debiti perſolutio.

AXIOMA XCV.

1 Non modò apertè poſcenti, 2 ſed etiam aliquo ſigno indicanti debet uterque coniugum ex 3 æquo(incolumitate & honeſtate ſalua)alteri, etiam 7 tempore ſacro(licet tunc petens leuiter 5 ſaltem 6 peccet)matrimoniale debitum perſoluere: 4 ob idque neuter eorum ſine alterius conſenſu,talia cōtinentiæ uoto,quo iſtius debiti perſolutio impediretur,ſe obſtringere poteſt.
1 2 3 7 5 6 4

Súma q. 65. in ſex partes diuiſæ.
Polygamia.

AXIOMA XCVI.

1 Quanquam matrimonii ſecundario fini repugnet vxorum multitudo,eaque ratione à naturali lege nonnihil deflectat, 2 primis tamen temporibus diuina diſpenſatione quibuſdam multas ducere & ſimul habere uxores fuit conceſſum. At 5 concubinam,cum qua nullum matrimonii ius interecederet,habere,quòd id 3 primario matrimonii fini,proli nimirum educationi obſit, legique naturali uehementer aduerſetur, nullo vnquam tempore licuit,ſed hominum ita congregatorum ſocietatem impiam,eorumque 4 congreſſus nefandos & in lethalibus peccatis numerandos, ſemper iudicauit Dei eccleſia.
1 2 5 3 4

Súma q. 66. in 5. partes diſtributæ.
Irregularitas.

AXIOMA XCVII.

1 Secundum matrimonium ſiue iuxta, ſiue contra 2 leges,ſiue 4 ante,ſiue poſt baptiſmum, ſuſceptum: 3 item primū cum ea quæ uirgo non ſit contractum, uirum à ſacris clericorum ordinibus repellit, ſeu (ut trito vtar verbo) irregularitatem affert, 5 quæ tamen diſpenſatione, quòd humani ſit iuris,tolli poteſt,à ſummo quidem pontifice reſpectu omnium,ab aliis verò epiſcopis reſpectu inferiorum ſeu minorum ordinum.
1 2 4 3 5

Súma q. 67. in 5. partes diſtributæ.
Repudii libellus tēpore legis.

AXIOMA XCVIII.

Quamuis 1 matrimonium natura ſit indiſſolubile, 2 cadit nihilominus ſub diuinam diſpenſationem eius diſſolutio. 3 Vnde probabilis eſt illorū opinio,licet minùs communis,qui aſſerunt uigente Moyſi lege,& viro uxorem repudiare, & 4 repudiatæ iam mulieri alteri uiro nubere(5 non autem ad priorem reuerti,id enim expreſſè lex uetat) diuino conceſſu licitum fuiſſe. Cæterùm in repudii libello,qui uxori dabatur,cauſas(6 inter quas proxima erat uxoris odium) non quidem diſtinctè 7 & ſpeciatim,ſed generatim duntaxat ſcribi oportebat.
1 2 3 4 5 6 7

Súma q. 68. trifariā diſtincta.
Illegitimi nati.

AXIOMA XCIX.

1 Illos, qui ex uago & extra uerum matrimonium patrato concubitu naſcuntur,illegitimos uocant, & ob iſtam infelicem naſcendi ſortem, ab 2 hæreditario in bona paterna plenè ſuccedendi iure nunnulliſque muneribus atque dignitatibus, & ciuiles,& eccleſiaſticæ leges repellunt: 3 ita tamen ut multiplices iis ad dignitatem cōditionemque legitimorum filiorum perueniendi uias demonſtrent atque patefaciant.
1 2 3

SCHEMA AUGUSTINI HUNNAEI, IN QUO NUMERUS, ORDO

Et connexio earum Quæſtionum, quibus à B. Thoma Catholica de Sacramentis doctrina explicata eſt, ob oculos ponitur.

- Sacramentorū tractatꝰ apud D. Thomā Aquinatem eſt bipartitus.
  - In priori eius parte agitur de Sacramentis generatim, videlicet de
    - Natura & propria ratione Sacramenti in genere. quæſtione 60.
    - Neceſſitate ſacramentorum. 61.
    - Effectibus Sacramentorum
      - effectu primario, qui eſt gratia. 62.
      - effectu ſecundario qui eſt character. 63.
    - Cauſa Sacramentorum 64.
    - Numero Sacramentorum. 65.
  - Baptiſmo, ad cuius explicationē
    - Primū de ipſo Baptiſmo iſta partim quæſtionum genera tractantur.
      - de natura & propria ratione Baptiſmi 66.
      - quis ſit idoneus Baptiſmi miniſter 67.
      - de ſuſcipientibus baptiſmum. 68.
      - de effectu baptiſmi. 69.
    - Deinde binæ quæſtiones de iis quæ præparationem ad baptiſmū continēt, diſputantur
      - vna de Circumciſione. 70.
      - altera de catechiſmo & exorciſmo. 71.
  - Confirmatione, cuius explicatio vnica quæſtione in duodecim partes diſtributa abſoluitur. 72.
  - Euchariſtia, ad cuius explicationem iſta octo quæſtionum genera pertractantur, videlicet de
    - ipſo Sacramento Euchariſtiæ. 73.
    - materia eius
      - ſpecie materiæ. 74.
      - tranſſubſtantiatione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti. 75.
      - modo quo exiſtit Chriſtus in hoc Sacramento. 76.
      - accidentibus panis & vini. 77.
    - forma eiuſdem. 78.
    - effectibus. 79.
    - accipientibus Euchariſtiam. 80.
    - de modo quo Chriſtus uſus eſt Euchariſtiæ Sacramento. 81.
    - idoneo Euchariſtiæ miniſtro. 82.
    - ritu qui debet in iſto Sacramento ſeruari. 83.
  - Pœnitentiæ, cuius diſputationis ſex ſunt cap. de
    - pœnitentia ipſa
      - quatenus eſt Sacramentum. 84.
      - quatenus eſt virtus. 85.
    - effectu pœnitentiæ.
      - in remittendis peccatis lethalibus. 86.
      - in remittendis peccatis venialibus. 87.
      - de reditu peccatorum ſemel remiſſorum. 88.
      - quantum ad recuperationem virtutum. 89.
    - partib. pœnitentiæ
      - in genere. 90.
      - Quæ ſequuntur ex Supplemento tertiæ partis ſunt deſumpta.
      - In ſpecie de
        - contritione.
          - quid ſit. 1.
          - de quo eſſe debeat. 2.
          - quanta eſſe debeat. 3.
          - quanto tempore durare debeat. 4.
          - de effectu eius. 5.
        - cōfeſſione, de eius
          - neceſſitate. 6.
          - natura & definitione. 7.
          - miniſtro. 8.
          - qualitate. 9.
          - effectu. 10.
          - ſigillo. 11.
        - ſatisfactione
          - quid ſit. 12.
          - an fieri poſſit. 13.
          - qualis eſſe debeat. 14.
          - quibus rebus Deo ſatisfiat. 15.
    - Suſcipientibus Pœnitentiæ Sacramentum. 16.
    - De miniſtrorū poteſtatem ad claues pertinente, vbi agitur.
      - de clauibus ipſis, de
        - propria vi & natura clauiū. 17.
        - effectu earum. 18.
        - miniſtris clauium. 19.
        - his in quibus rectè claues exercentur. 20.
      - excōmunicatione, videlicet de
        - eius propria vi & natura 21.
        - excōmunicante & excommunicato. 22.
        - communicatione cum excōmunicato. 23.
        - abſolutione ab excōmunicationis vinculo 24.
      - indulgētiis videlicet.
        - de propria earum vi & natura. 25.
        - in quibus ſit poteſtas eas elargiendi. 26.
        - quib. indulgētiæ proſint. 27.
    - Publica & ſolenni pœnitentia. 28.
  - Extrema vnctione cuius explicatio hæc quinque capita complectitur,
    - De iis quæ pertinent ad naturam, & primam inſtitutionem extremæ Vnctionis. 29.
    - effectu extremæ Vnctionis. 30.
    - idoneo eius miniſtro. 31.
    - Cui impertiendum ſit iſtud Sacramentum, & in qua parte corporis adhibendum. 32.
    - Poſſit iterari necne iſtud Sacramentum. 33.
  - Ordine, ad cuius declarationē de his quæ ſequuntur capitibus diſſeritur.
    - Ordine in genere, cuius capitis tres ſunt partes, videlicet de
      - propria natura & partibus Sacramenti Ordinis. Quæſtione 34.
      - effectu eius. 35.
      - ſuſcipientibus Ordinē. 36.
    - Diſtinctione Ordinum. 37.
    - Conferentibus Ordinem. 38.
    - impedimento ordinandorum. 39.
    - his quæ ſunt Ordinibus annexa. 40.
  - Matrimonio, cuius diſputatio in tria ſūt capita, hæc videlicet
    - Matrimonium quatenus eſt naturale officium. 41.
    - Matrimonium quatenus eſt Sacramentum. 42.
    - Matrimonium abſolutè & ſecundum ſe conſideratum, ad cuius explanationē diſputatur de
      - Sponſalibus. 43.
      - Matrimonii propria ratione. 44.
      - Matrimonii cauſa efficiente, ſeu conſenſu
        - conſenſu in genere. 45.
        - conſenſu iureiurando, vel corporis commixtione firmato. 46.
        - conſenſu coacto & conditione reſtricto. 47.
        - cōnſenſu obiecto. 48.
      - Bonis quæ oriuntur ex matrimonio. 49.
      - Matrimonii impedimētis, vbi agitur de
        - impedimentis in genere. 50.
        - erroris impedimento. 51.
        - conditionis, ſeu ſeruitutis impedimento. 52.
        - voti & ordinis impedimento 53.
        - propinquitatis impedimento. 54.
        - affinitatis impedimento. 55.
        - cognationis ſpiritualis impedimento. 56.
        - cognationis legalis, quæ per adoptionem fit, impedimento. 57.
        - frigiditatis, maleficii, furiæ & amentiæ impedimento. 58.
        - diſparitate cultus, quæ matrimonium impediat. 59.
        - vxoris interfectione. 60.
        - voti ſolennis impedimento. 61.
        - fornicatione alterius coniugum. 62.
    - Secundo nuptiis. 63.
    - Quibuſdam quæ ſunt matrimonio annexa, videlicet de
      - debiti redditione. 64.
      - pluribus vxoribus. 65.
      - defectu, qui irregularitas vulgò appellatur, per bigamiam contracto 66.
      - libello repudii. 67.
      - filiis illegitimè natis. 68.

ALI HA-

ALPHABETICUS LOCORUM COMMUNIUM in hoc libello Tractatorum Index: cuius numeri non ad paginarum, ſed ad Axiomatum numeros referuntur.

BAptiſmi natura & propria ratio. 7
Baptiſmi miniſter. 8
Baptiſmom ſuſcipientes. 9
Baptiſmi effectus. 10
CAtechiſmus & exorciſmus. 12
Circuncißio. 11
Clauium definitio, & diuiſio. 48
Clauium effectus. 49
Clauium miniſter. 50
Claues in quo exercendæ. 51
Confeſsio eiuſque neceſsitas. 37
Confeſsionis definitio. 38
Confeſsionis miniſter. 39
Confeſsionis qualitas. 40
Confeſsionis effectus. 41
Confeſsionis ſigillum. 42
Confirmationis Sacramentum. 13
Contritionis obiectum. 33
Contritio quanta eſſe debeat. 34
Contritionis tempus. 35
Contritionis effectus. 36
Contritionis natura & propria ratio. 32
DIuortium ob fornicationem alterutrius coniugum tempore Euangelii. 93
EVchariſtiæ Sacramentum. 14
Euchariſtiæ materia. 15
Euchariſtiæ is locus cõmunis vbi de tranſſubſtantiatione agitur. 16.
Euchariſtiæ is locus cõmunis ubi, de modo quo Chriſtus eſt in Euchar. dicitur. 17
Euchariſtiæ is locus cõmunis ubi de panis & uini accidentib. tractatur. 18
Euchariſtiæ forma. 19
Euchariſtiæ effectus. 20
Euchariſtiæ ſumptio. 21
Euchariſtia quomodo vſus ſit chriſtus. 22
Euchariſtiæ miniſter. 23
Euchariſtię ritus. 24
Excommunicationis vis atque definitio. 52
Excommunicare, & excommunicari quis poſsit. 53
Excommunicati conſortium eſſe fugiendum. 54
Excommunicati abſolutio. 55
Extremæ unctionis inſtitutio, materia, & forma. 60
Extremæ vnctionis effectus. 61
Extremæ vnctionis miniſter. 62
Extrema vnctio in quibus impertienda, & in qua parte corporis adhibenda. 63
Extremę unctionis iteratio. 64
ILlegitimè nati. 99
Indulgentiarum uis. 56
Indulgentiarum largitores. 57
Indulgentiæ quibus proſſint. 58
Irregularitas. 97
MAtrimonium ut eſt naturale officium. 72
Matrimonium ut eſt Sacramentum. 73
Matrimonii definitio. 75
Matrimonii conſenſus. 76
Matrimonii conſenſus iureiurando vel corporum commixtione firmatus. 77
Matrimonii conſenſus coactus & ſub conditione expreſſus. 78
Matrimonialis conſenſus obiectum. 79
Matrimonii bona. 80
Matrimonii impedimenta in genere. 81
Matrimonium impediens error. 82.
Matrimonium impediens ſeruitus. 83
Matrimonium impediens uotum & ordo. 84
Matrimonium impediens conſanguinitas. 85
Matrimonium impediens affinitas. 86
Matrimonium impediens cognatio ſpiritalis. 87
Matrimonium impediens cognatio ciuilis. 88
Matrimonium impediens frigida natura, maleficium, amentia incaſtus, ætas immatura. 89
Matrimonium impediẽs cultus diſparitas. 90
Matrimonium impediens vxoris interfectio. 91
Matrimonium poſſe diſſolui voto ſolenni. 92
Matrimonialis debiti perſolutio. 95.
ORdinis definitio & partes. 65
Ordinis effectus. 66
Ordinem ſuſcipientium qualitas. 67.
Ordinum diſtinctio. 68
Ordinem conferens. 69
Ordinis impedimentum. 70
Ordinibus annexa. 71
PEccatorum ſemel remiſſorum reditus. 29
Pœnitẽtia ut eſt Sacramentum. 25
Pœnitentia ut eſt virtus. 26
Pœnitentiæ effectus in peccatis lethalibus delendis. 27
Pœnitentiæ effectus in uenialibus peccatis delendis. 28
Pœnitentiæ vis ad reparandas virtutes prius amiſſas. 30
Pœnitentiæ partes in genere. 31
Pœnitentiæ capaces qui ſint. 47
Pœnitentia ſolennis. 59
Polygamia. 96
REpudii libellus tempore legis Moſaicæ. 98
SAcramenti in genere natura & propria ratio. 1
Sacramentorum neceſsitas. 2
Sacramentorum effectus principalis, qui eſt gratia. 3
Sacramentorum quorundam effectus ſecundarius, qui eſt character. 4
Sacramentorum cauſa ſeu auctor & miniſter. 5
Sacramentorum numerus. 6
Satisfactionis definitio. 43
Satisfacere hominem poſſe. 44
Satisfactionis qualitas. 45
Satisfactoria opera. 46
Secundæ nuptiæ. 94
Sponſalia. 74

FINIS.

SVMMAM B. Thomæ Aquinatis; cum Illuſtriſſ. D. Cardinalis Caietani Commentarijs Additione pro ſupplemento Tertiæ Partis; In librum Dionyſii de Diuinis Nominibus explanatione Caietani Opuſculis. Atque Auguſtini Vnnæi Doctoris Theologi, duobus libellis De Axiomatibus ſacramentorum, & de Doctrina Catholica, qui Cathechiſmus inſcribitur à grauiſſ. Theolog. viſam & approbatam, vti omnibus doctrinæ catholicæ ſtudioſis largè vtiliſſimam, impreſſione dignam cenſemus. Taurini Die 16. Septembris Anno à Natiuitate Domini. M. D. LXXX.

Hieronymus Archiepiſcopus Taurinenſis.

Frater Dionyſius Ciſlagus Mediolanenſis ord. prædic. Inquiſ. Taurini.

BREVISSIMVS

CATECHISMVS CATHOLICVS

Omnia, quæ Chriſtianum ad æternam animi ſalutem conſequendam credere, & facere oportet, complectens:

D. AVGVSTINO HVNNAEO AVTHORE:

NVPER VNICO SCHEMATE COMPREHENSVS, atque ita in lucem editus; diligenter recognitus, & in libelli formam ad commodiorem iuuentutis vſum authore eodem redactus.

CVI RECENS ACCESSIT EORVM SVMMAE THEOLOGICAE B. THOMAE AQVINATIS locorum, IN QVIBVS PRAECIPVAE ISTIVS CATECHISMI materiæ permultis iiſque dilucidis ac firmis argumentis tractantur, notatio.

AVGVSTAE TAVRINORVM.
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. 1582.
Permiſſu, quorum intereſt.

AMPLISSIMO ET ORNATISS. VIRO DOMINO VIGLIO ZVICHEMO AB AYTTA, PRIMO S. BAVONIS APVD GENDENSES

Præpoſito, ſupremique Senatus Belgici Præſidi clariſſimo, & illuſtriſſimi ordinis aurei velleris Cancellario præſtantiſſ. Aug. Hunnæus.

S. P. D.

NVPER, Præſes ampliſſime, cum ea quę nobis á Regia catholica
Maieſtate, tuo ſuaſu atque conſilio demandata fuerat Catechiſ-
mi prælegendi prouincia perfuncti eſſemus, nouaque nobis (ſen-
tentias videlicet Theologicas profitendi) eſſet commiſſa, noſtro
munere (vt iudicabamus) & diſcipulorum noſtrorum vtilitate po
ſtulante, vniuerſam Catechiſmi Catholici doctrinam in vnum
Schema breuiter coniectam, omnibus, vt probè noſti (quippe cu
ius nominis ſplendore commendatum in lucem id ſchema prodierat) vno aſpectu in
tuendam contemplandamque præbueramus.

Poſteà verò aduertentes (quod & grauiorem virorum admonitione nobis eſt ſi-
gnificatum) iſtius generis ſchemata, prouectioribus quidem ad prima Chriſtianæ
Religionis rudimenta recolenda magno vſui eſſe, dum parietibus aſſixa vniuerſam
Catechiſmi doctrinam omnibus vno aſpectu intuendam contemplandamque præ
bent; ſed incommodum eorum in ſcholis vſum, nos exemplo Pauli Apoſtoli, cupien
tes omnibus omnia fieri vt omnes lucrifaceremus, eandem doctrinam his natalitiis
feſtis, quibus à Sententiarum Theologicarum grauiſſima profeſſione feriamur, dili
genter recognitam in libelli formam conuertimus, vt omnes ex ea (iuniores quidem
ſub hac forma. reliqui autem natu grandiores, vel ſub hac, vel ſub ſchematis figura)
ſalutarem fructum percipere poſſint.

Quantum præſtiterimus, tum in hac, tum in priori ſchematis editione; tuum, alio
rumque eruditorum & piorum virorum eſto iudicium.

Nos certè ſedulò in eam incubuimus curam, ne quid prætermitteremus, quod in
aliorum multò prolixioribus de hoc eodem argumento editis libris, ſcitu neceſſariū
aut cognitu magnoperè dignum extaret.

Cùm autem huius libelli doctrina iam ſemel ſub tui nominis ſplendore, publicæ
lucis diſcrimen feliciter ſubierit, propter tantillam, quæ in ea nunc facta eſt externi
habitus mutationem, alium illi patronum non putauimus quærendum.

Accipies igitur, ornatiſſime Pręſes, hilari fronte hanc noſtram lucubratiunculā,
perexiguam quidem ſi ipſa per ſe expendatur, ſi tamen præſentium temporum condi
tio ſpectetur, longe vtiliſſimam & quę tui nominis auctoritate muniatur (niſi noſtra
nos fallat opinio) digniſſimam: noſtrorum autem laborum mercedem abunde ma-
gnam nos conſecutos exiſtimabimus, ſi eos tibi gratos fuiſſe, & afflictę grauiterque la
boranti Eccleſię aliquam opem attuliſſe intellexerimus.

Deus Opt. Maximus V. R. amplitudinem noſtrę Reip. Belgicę moderandę, litera
rumque tum ſacrarum tum profanarum ſtudiis ſtudioſiſque (vt iam cœpit collegio
duodecim adoleſcentibus alendis hic deſtinando, & magnificè dotando) promouē
dis, quàm diutiſſime incolumen ſeruare dignetur. Vale. Louanii Kalend. Ianuariis;
anno a Chriſti Seruatoris noſtri natiuitate cIↃ. IↃ. LXX.

Catechiſmus hic Anno 1565 primùm ſcriptus eſt, graſſantibus in Belgio noſtro iconoclaſtis

PRæſentis libelli ſcopus eſt, non graſſantium nunc iconoclaſtarum, aut aliorum quorũcunque hæreticorum prolixa diſputatione falſa dogmata confutare, neque etiam catholicæ & ſaluiſicæ doctrinæ veritatem argumentis accuratè conquiſitis illuſtrare aut propugnare, ſed nudè & ſummatim prima duntaxat & ſcitu maximè neceſſaria ſinceræ & genuinæ; tam de agendis, quàm de credendis doctrinæ Chriſtianæ capita, conuenienti inter ſe ordine digeſta, (inſertis interim ſicubi res poſtulare videbatur, breuibus conuenientibusque annotationibus ſeu admonitionib.) complecti, vt eius adminiculo quiſque Chriſtianus Catholicus ſuæ profeſſionis & doctrinæ Eccleſiæ catholicæ ſumma capita facilè mente memoriaque cõprehendere, & vt ad eam ita comprehenſa vniuerſæ vitæ ſuæ curſum, in dictis, factis, atque cogitationibus moderando Deo debitum officium perſoluere, ac ſibi æternæ vitæ felicitatem comparare queat.

Catholici autem nomine (vt iſtud hic obiter ad moneam) eum intelligo, qui baptiſmatis Sacramento initiatus Ieſu Chriſti veri Dei atque hominis ſalutarẽ doctrinam in eius Eccleſia profitetur, neque ſectis vllis, aut opinionibus ab Eccleſia Catholica reprobatis; adhæret.

Catholicæ autem Eccleſiæ nomine, intelligo perſpicuum & ſenſui expoſitum cœtum illorum, qui baptizati veram ſincerãmque Chriſti fidem profitẽtur & [a] ſe B. Petri ſucceſſori Romano Pontifici vt Chriſti in terris Vicario ſubiectos agnoſcunt.

Quæ quidem vera & germana Dei Eccleſia, ab aliis falsò ſibi hoc nomen vendicantibus, in ſymbolo à patribus primi Conſtantinopolitani Concilii edito bis quatuor ſecernitur notis: quòd ſit [b] vna, ſancta, catholica & Apoſtolica. Eſtque iſtius Eccleſiæ tanta dignitas, vt ſicut extra arcem Noe, nemini in diluuio corporis vitam conſeruare licuit: ita extra iſtam Eccleſiam ad æternam animi vitam conſequendam nemini pateat acceſſus. Quapropter quicunque ſui animi æternæ ſaluti conſultum velit, intra huius Eccleſiæ fines, omni cura atque diligentia ſe contineat.

a Se B. Petri ſucceſſori.) De primatu Petri, Sup. q. 40. 6. & 22ª q. 39. 1. c. f. & 2ª. q. 8. 6. c.
An omnes ſint ſchiſmatici, qui ſummo Pontifici ſubeſſe renuũt 22ª. q. 39. 1. a. f. & Sup q. 40. 6. a.
b Vna) quomodo Eccleſia dicitur vna, 22ª. q. 1. 8. 3. a. 1m.

DOCTRINAE CATECHISMI CATHOLICI PARTITIO.

Catechiſmi Catholici doctrina eſt quintuplex: videlicet, De
- [c] Fide,
- [d] Spe,
- [e] Charitate,
- [f] Iuſtitia Chriſtiana, &
- [g] Sacramentis.

c De fide, 22ª. q. 1ª. & 15. ſequentib.
d De ſpe, 22ª. q. 17. & 4. ſequent.
e De charitate, 22ª. q. 23. & q. ſequen. vſq. ad 47.
f De iuſtitia Chriſtiana & interiora. 12ª. q. 113. 1. c.
De iuſtitia, vt eſt virtus cardinalis, 22ª. q. 58. 0.
g De Sacramentis, 3ª. q. 60. & ſequen. vſq. ad finem, & ſup. q. 1ª. vſq. ad q. 69.

Fides eſt virtus à Deo infuſa, lumine quodam diuino ita hominis animum colluſtrans, vt firmiter aſſentiatur iis omnibus, quæ ad veram ſanctamque Religionem ſpectantia, Deus verbo ſuo reuelauit, & hominibus ad vitam æternam conſequendam, credenda propoſuit; ſiue ſint, ſiue non ſint ſacris literis expreſſa.

De fide.

Fides quid? 22ª. q. 4. 1. 0.
Fides eſt virtus.) An fides ſit virtus? 22ª. q. 4. ar. 5. 0.
Fides eſt virtus à Deo? infuſa.) an fides ſit homini infuſa à Deo? 22ª. q. 6. 1. 0.
Lumine quodam diuino.) quo lumine illuſtratus homo credit? 22ª. q. 2. 4. 3m. & q. 2. 3. 2m.
Vt firmiter aſſentiatur.) aſſentiri quid? 22ª. q. 2ª. 1. 3m.
An actus fidei ſit firmus aſſenſus? 22ª. q. 2ª. 1. c.
An fides ſit certior ſcientia & aliis virtutibus intellectualibus? 22ª. q. 4. 4. c. & q. 4. 8. 0.
Iis omnibus, quæ ad veram ſanctamque religionem &c.) Quæ ſint fide tenenda. 22ª. q. 1. 1. 0.
An omnia ſint fide tenenda quæ Eccleſia tanquam credenda proponit? 22ª. q. 5. 3. c. per totum.
Credenda propoſuit.) quomodo Deus credenda reuelet, mediatè an immediatè, 22ª. q. 6. 1. c. prin.

Verbum Dei biſariã diſtribuitur, videlicet, in
- Scripturã quæ diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendũ, arguendũ, corripiẽdũ, erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonũ inſtructus, 2. Tim. 3.
- Traditiones, quæ licet in nullo quidẽ ſacræ ſcripturæ libro expreſsè & ſyllabatim poſitæ, ſint, diuinitus tamen ſunt traditæ, & religiosè vnà cum ſcriptura tenendæ, dicente Apoſtolo, Fratres, tenete Traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. 2 Theſſal. 2.

In iis autem, quæ primum chriſtiani homines tenere debent, præcipuum obtinet locum duodecim Symboli Apoſtolici partes, articuli fidei vulgò appellatæ.

Duodecim ſymboli Apoſtolici partes.) An credibilia ſint per certos articulos diſtinguenda? 22ª. q. 1. ar. 6.
An conuenienter articuli fidei enumerentur? 22ª. q. 1. ar. 8.
An cõuenienter articuli fidei in ſymbolo ponãtur? 22ª. q. 1. a. 9. 0.
Ad quem pertinet fidei ſymbolum ordinare? 22ª. q. 1. ar. 10. 0.

Quarum prima eſt,

Credo in Deum patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ.

II.

Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum.

III.

Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine.

IIII.

Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus.

V.

Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.

VI.

Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

VII.

Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

VIII.

Credo in Spiritum ſanctum.

IX.

Sanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum cõmunionem.

X.

Remiſſionem peccatorum.

XI

Carnis reſurrectionem.

XII.

Vitam æternam. Amen.

Credo)Quid credere? 22ª.q.2.1.o
In Deum.)Quomodo diſtinguantur credere Deo, credere Deũ & credere in Deum, 22ª.q.2.2.o.
Deum)De Deo, 1ª.q.2.vſque ad q.44m.
Vtrum Deus ſit vnus? 1ª.q.11ª.3.& 4.
Vtrum in diuinis ſit trinitas? 1ª.q.31.1.o.
An credere trinitatem explicite ſit de neceſſitate ſalutis? 22ª.q.2.8.o.
Patrem.) De perſona patris, 1ª.q.33.o.
Omnipotentem.)De potentia Dei, 1ª.q.25.o.
Cur potentia quæ communis eſt toti trinitati, appropriatur patri? 1ª.q.39.8.c.circa med.
Cur creare, efficere, ſiue ex quo tribuitur patri? ibidem.
De creatione rerum, 1ª.q.44.& ſeq.
De ſcientia Dei, quæ eſt cauſa rerum, 1ª.q.14.o.
De voluntate Dei, quæ etiam cauſa rerum eſt, 1ª.q.19ª.o
De prouidentia Dei & eius partibus, 1ª q.22 & 23.o.
De gubernatione rerum. 1ª.q.103.vſque ad q.105.
Cæli & terræ.)De angelis, 1ª.50.vſque ad 65am.
De opere creationis creaturæ corporalis, 1ª.q.65ª.vſq.ad 75am
De homine, 1ª.q.75ª.vſque ad quæſt.103am.
Et in Ieſum.)An credere explicite myſterium Chriſti ſit de neceſſitate ſalutis, 22ª.q.2ª.c.7.o.
De nomine Ieſu, 3ª.q.37.2.o.
An alio modo poſſimus ſaluari quàm per Chriſtum? 12ª.q.91.5.cm.& 22ª.q.2.ar.7.c.
Filium eius)De perſona filii, 1ª.q.34.& q.35.
Vnicum]Quomodo Chriſtus ſit filius vnicus patris, 1ª.q.41.3.c.& 3ª.q.33.2m.
Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto.)De incarnatione Chriſti, 3ª q.1.& ſequent.vſque ad q.40am.
Cur Chriſti conceptio attribuitur Spiritui ſancto? 3ª.q.32.c.c.potiſſimum.
An Chriſtus debeat dici conceptus de Spiritu ſancto? 3ª.q.32.2.o
De modo & ordine conceptionis Chriſti, 3ª.q.33.o.
Natus ex Maria.)De natiuitate Chriſti, 3ª.q.35.o.
An B. Maria ſit vera & naturalis mater Chriſti? 3ª.q.35.3.o.
An B.Maria ſit mater Dei? 3ª.q.35.4.o.
Virgine.)De virginitate B.Mariæ, 3ª.q.28.o.
Paſſus)De paſſione Chriſti, 3ª q.46.vſque ad 50.
Sub Pontio Pilato.)Cur Chriſtus voluit pati à gentilibus? 3ª.q.47.4.c.& 1m.
An Pontius Pilatus tradens Chriſtum crucifigendum omnium maxime peccauerit? 3ª.q.47.6.2m.
Crucifixus]cur conueniens fuit Chriſtum in cruce pati? 3ª.q.46.4.c.potiſſimum.
Mortuus.]De morte Chriſti, 3ª.q.50.o.
Sepultus.)De ſepultura Chriſti, 3ª.q.51.o.
Deſcendit ad inferos.)De deſcenſu Chriſti ad inferos. 3ª.q.52.o
3ª.die reſurrexit à mortuis.)De reſurrectione Chriſti, 3ª.q.53.vſque ad 57am.
An fuerit conueniens Chriſtum tertia die reſurgere? 3ª.q.53.2.o.
Aſcendit ad cælos.)De aſcenſione Chriſti. 3ª q.57.o
Sedet ad dexteram Dei patris.] De ſeſſione Chriſti ad dexteram patris, 3ª.q.58.o.
Inde venturus eſt iudicare.]De iudiciaria poteſtate Chriſti, 3ª.q.59.o.& Sup.q.88.& 90.
Credo in Spiritum ſanctum.] De perſona Spiritus ſancti, 1ª.q.36 q.37.& q.38.
Cum ſit eadem notitia Patris & Filii, & Spiritus ſancti, cur traduntur de illis diuerſi articuli? 22ª.q.1.ar.8.3m.
An Spiritus ſanctus ſit Deus? ibidem.& 1ª.q.27.3.c.
Sanctam Eccleſiam.] Quorum hominum Chriſtus ſit actu caput, 3ª.q.8.3.c.potiſſimum.
An corpus Eccleſiæ myſticum conſiſtat ex hominibus & Angelis, ex viatoribus & beatis? 3ª.q.8.4.c.2m.
An ſit vna Eccleſia omnium fidelium noui & veteris Teſtamenti 3ª.q.8.3.3m.
Sanctorum com.]An ſit ſanctorum communio in Eccleſia? 1ª.q.a.6.1m.ſi.& Sup.q.25.1 c & 2.5m.
Remiſſionem peccatorum.]An remiſſio peccatorum ſit in Eccleſia? 22ª.q.1.o.2.c & 3m.
An per bapiſmum tollantur omnia peccata? 3ª.q.69.8.o.
An per ſacramentu Euchariſtiæ remittantur peccata? 3ª.q.79.3.& 4
An per pœnitentiam remouentur omnia peccata? 3ª.q.86.1.
De remiſſione venialium peccatorum, 3ª.q.87.o.
An poteſtas clauium ſe extendat ad remiſſionem culpæ? Sup.q.18.1.o.
Carnis reſurrectionem. De reſurrectione in fine mundi futura, 3ª.q.53.1.c & q.55.1.o & Sup.q.75 vſque ad q.8 am.
Vitam æternam.]De receptaculis animarum poſt eorum mortẽ, Sup.q.69.o. De libro vitæ, 1ª.q 24.
An aliquis deleatur de libro vitæ? 1ª.q.24.3.o.
De beatitudine æterna, 12æ.q.2ª vſque ad q.5am.
An homo in gratia conſtitutus poſſit mereri vitam æternam? 12æ q.114.3 o.
An beatitudo ſemel habita poſſit amitti? 12æ.q.5.4.o.& 1ª.q.14.3 o.
De viſione diuinæ eſſentiæ, 1ª.q.12 o.& Sup.q.92.o.
De ſanctorum beatitudine & eorum manſionibus, Sup.q.93.o.
De dotibus beatorum, Sup.q 95.o.
De aureolis, Sup 96.o.
De pœna damnatorum, Sup q.97.vſque ad finem.

Hoc ſymbolum veram Dei, diuinarumque rerum cognitionem, quæ ad bene beateque viuendum cuique neceſſaria eſt, breuiter ac dilucidè ob oculos ponens, recte quoque in tres partes diſtribuitur:

In quarũ { Prima, diuinæ naturæ perſona prima & mirabile creationis opus deſcribit: quod fit ar.primo.
Altera, diuinæ naturæ ſecunda perſona, & humanæ redemptionis myſterium exprimit; quod fit per ſex ſequentes articu.
Tertia, ad finem vſque Symboli, de tertia in diuinis perſona agit, quæ caput & fõs eſt omnis ſanctitatis, per quã Eccleſia peccatorum remiſſione accepta, ſancta redditur, & glorioſam in poſterum carnis reſurrectionẽ, vitãque æternã certò expectat. }

Sex ſequẽtes ar.)Cur plures articuli ponuntur circa pſonã Filii & Spiritus ſancti, quã circa perſonã Patris, 22æ.q.1.ar.8.4m.

DE SPE

Spes eſt virtus diuinitus infuſa, qua homo fidelis in præſens quidem ſeculum bona ſalutaria, in poſterum vero ipſam ſalutẽ æternã firma cum fiducia expectat. Hæc virtus exercetur precatione potiſſimum, cuius perfectiſſimum exẽplar eſt precatio Dominica.

cuius partes ſunt { vna præfatiuncula, & ſeptem petitiones.

Spes eſt virtus.]An ſpes ſit virtus? 12æ.q.17.1.o.
Diuinitus infuſa.]An ſpes nobis à Deo infundatur? 12æ.q.62.1.c & 3.
Homo fidelis]De ſubiecto ſpei, 22æ q.18.o.
In præſens quidem bona ſalutaria.)An bona huius vitæ ſint obiectum ſpei? 22æ.q.17.2.2m.
In poſterum vero ipſam ſalutem æternam.]An æterna beatitudo ſit obiectum proprium ſpei? 22æ.q.17.1.o.
Firma cum fiducia expectet.]An ſpes viatorum habeat certitudinem? 22æ.q.18.4.o.
Fiducia quid? 22æ.q.129.6.c.
Expectat.]an aliquis poſſit non ſolum ſibi, ſed & alteri expectare æternam beatitudinem? 22æ.q.17.3.o.
De vitiis oppoſitis ſpei, deſperatione & præſumptione, 22æ.q.20 & 21.o.
Precatio Dominica]precatio ſiue oratio quid? 22æ q.83 1.c.
De conuenientia, vtilitate, & neceſſitate orationis, 22æ.q.83.2.o.& 3.2m.& 15.& 16.
De partibus & gradibus orationis, 22æ.q.83.17.o.
De iis quæ petenda ſunt, 22æ.q.83.5.& 6.o.
Pro quibus orandum ſit, 22æ.q.83.7.& 8.
Quis orandus ſit, 22æ q.83.4.o.
Quæ ratio in orando requiratur, 22æ q.83.1 c.& 12.& 14.
Quæ virtutes requirantur ad bonitatem orationis, 22æ.q.83.15.c.& 3m.

Præfatiuncula eſt hoc initium:

Pater noſter qui es in cælis.

Septem verò petitiones ſunt iſtæ;

I.

Sanctificetur nomen tuum.

II.

Adueniat regnum tuum.

III.

Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra.

Panem

IIII.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

V.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

VI.

Et ne nos inducas in tentationem,

VII.

Sed libera nos à malo. Amen.

Pater noſter.) Quomodo Deus dicatur pater noſter, & nos eius filii? 1ª.q.33.3.c.
Cur potius dicimus pater noſter, quàm pater mi? 22ª.q.83.7.1m.
Cùm Deus præueniat nos ſua beneuolentia, cur igitur uidemur velle captare eius beneuolentiam, dicendo, Pater noſter? 22ª.q.83.9.5m.
Septem verò petitiones ſunt iſtæ.) An conuenienter hæ ſeptem petitiones orationis Dominicæ aſſignentur? 22ª.q.83.9.2.
Sanctificetur nomen tuum.) Cùm nomen Dei ſit ſemper ſanctũ, cur igitur petimus illud ſanctificari? 22ª.q.83.9.1m.
Adueniat regnum tuum.) Cùm Chriſtus nunc regnet, & regnum eius ſit ſempiternum, quomodo petimus illud aduenire? 22ª.q.83.9.2m.
Fiat uoluntas tua.) Cùm ſcriptum ſit, Omnis uoluntas mea fiet, quomodo non eſt uanum petere, ut fiat uoluntas Dei? 22ª.q.83.9.1m.
De duplici uoluntate Dei, beneplaciti & ſigni 1ª.q.19.11.c.
Quæ ſigna circa diuinam uoluntatem ponuntur? 1ª.q.19.12.o.
Sicut in cœlo & in terra.) Quid per cœlum & terram hic intelligatur? 22ª.q.83.9.2m.
An dictæ tres petitiones ſint in hac uita implendæ? 22ª.q.83.9.2m.
An quatuor ſequentes petitiones in hac uita impleantur? ibidem.
Panem noſtrum quotidianum.) quomodo hæc petitio ſit utilis ad beatitudinem? 22ª.q.83.9.c. circa med.
Quidnam intelligatur nomine panis noſtri quotidiani? ibidem.
Et dimitte nobis debita noſtra.) Cùm quatuor præcedentes petitiones pertineant ad conſequendum bonum, & tres ſequentes ſpectent ad amotionem mali, & cùm prius ſit recedere à malo quàm conſequi bonum, cur igitur hæ tres ſequentes petitiones ordine ſubſequuntur quatuor primas? 22ª.q.83.9.2m.
Sicut & nos dimittimus.) An ſi aliquis nolit fratri ſuo remittere offenſam, ſine mendacio poſſit dicere hanc partem orationis Dominicæ? 22ª.q.83.16.3m.
Et ne nos inducas.) An hic petamus ut non tentemur, ſed potius ut à tentatione non uincamur? 22ª.q.83.9.c.f.
Sed libera nos à malo.) Quidnã hic petatur amoueri? 22ª.q.83.9.c.f.
Cur B. Lucas hanc petitionem prætermiſit? 22ª.q.83.9.4m.f.

Præfatiuncula illa, [Pater noſter qui es in cœlis,] nobis in memoriam reducit ſummum illud beneficium, quo nos Deus pater in gratiam recepit, ac propter Ieſum filium in ſuos filios adoptauit.

In gratiam recepit.) An per paſſionem Chriſti ſimus Deo reconciliati? 3ª.q.49.4.o.
In ſuos filios adoptauit.) Quõ Deus ex ſua bonitate rationalem creaturam admittat ad beatitudinis hæreditatem? 3ª q.23.1.c.
Cùm Chriſtus ſit naturalis filius patris, & adoptio ſit introducta in defectum naturalis filii, quomodo Deo conueniat nos in filios ſuos adoptare? 3ª.q.23.1.2m.
Quomodo adoptemur in filios Dei? 12ª.q.114.3.c.f.
Quæ ſit differentia inter Deum adoptantem & hominem adoptantem? 3ª.q.23.1.c.ſi.
Quæ ſit differentia inter filium Dei adoptiuum & naturalẽ? 3ª.q.23.2.c.

Petitiones verò ſeptem, ita diſtinguuntur,
- Prioribus quatuor, bona precamur,
  - 1. diuinæ maieſtatis honorem & gloriam.
  - 2. noſtram felicitatem.
  - 3. obedientiam Deo debitã.
  - 4. corporis animæque ſuſtentationem.
- Reliquis tribus mala precamur à nobis auerti, nimirum,
  - 1. peccata.
  - 2. tentationes ad peccatum pertrahentes.
  - 3. futuræ vitæ calamitates.

Huic precationi ut ſtatim ſubnectatur Deiparæ Virginis mariæ ſalutatio, quæ Angelica dicitur, longo iam Chriſtianorum vſu receptu eſt, quæ ſic habet.

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus Chriſtus: Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ. Amen.

Cuius tres ſunt partes,
- Prima ad Mariam virginem eius commendãdæ cauſa ab angelo prolata eſt, videlicet iſta, Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulierib. Luc.1.
- Secundam Elizabet, ad filii laudẽ, adiecit, hanc nimirum, Et benedictus fructus uentris tui. Luc.1.
- Tertiam Eccleſia adiunxit, cuius illud quidem [Ieſus Chriſtus] explicationis cauſa: illud verò, Sancta Maria mater Dei ora, &c. vt non tantùm laudandã, ſed etiam inuocandam eſſe B. Virginẽ nos moneret, adiecit.

Aue gratia plena.) Cur hac inſolita ſalutatione ſalutauerit angelus B. Mariam? 3ª.q.30.4.2. prin.
Gratia plena.) De ſanctificatione B. Virginis 3ª.q.27.
Quid angelus expreſſit dicendo, Gratia plena, 3ª.q.30.4.c. prin.
Cum plenitudo gratiæ ſit propria Chriſto, quomodo B. Maria dicitur plena gratia? 3ª.q.7.ar.10.1m & q.27.5.1m.
An B. Maria in tota ſua uita unquam peccatum aliquod actuale admiſerit? 3ª.q.27.4.o.
Dominus tecum.) An hic exprimatur conceptus B. Mariæ? 3ª.q.30.4.c.
Benedicta tu in mulieribus.) Quid his verbis angelus ſignificare voluit? 3ª.q.30.4.c.
Et benedictus fructus uentris tui.) An B. Maria ſit vera & naturalis mater Chriſti? 3ª.q.35.3.o.
An in Chriſto fuerit plenitudo gratiæ? 3ª.q.7ª ar.9. & 10.
Mater Dei.) An B. Maria dicenda ſit eſſe vera mater Dei? 3ª.qõ.35.4.o.
Sed etiam inuocãdam.) An B. Maria præ cæteris ſanctis omnib. ſit honoranda & adoranda? 3ª.q.25.5.c.ſi. & m. potiſsimum.

DE CHARITATE.

Charitas eſt uirtus diuinitùs infuſa, qua ſincerè Deus propter ſe, & proximus propter Deũ diligitur.

De charitate. 22ª.q.23. vſque ad quæſt. 47ªm.
Charitas quid? 22ª.q.25.1. & 2.
Eſt virtus.) An Charitas ſit uirtus? 22ª.q.23.3.o.
Qualis ſit uirtus? 22ª.q.23.4.5.6. & 7.
An ſit forma omnium uirtutum. 22ª.q.23.8.o.
Diuinitus infuſa.) An charitas cauſetur in nobis ex infuſione. 22ª.q.24.2.o. An charitas infundatur ſecundum capacitatem naturalium 22ª.q.24.3.o.
qua ſincerè Deus propter ſe.) An Deus ſit propter ſeipſum, & non propter aliud diligendus 22ª.q.27.3.o. & q.23.5.2m.
An Deus ſit magis diligendus quàm proximus. 22ª.q.26.2.o.
An homo debeat ex charitate plus diligere Deum quàm ſeipſum. 22ª.q.26.3.o.
Et proximus.) Quis eſt proximus. 22ª.q.44.7.c. prin.
An dilectio ſiſtat in Deo, & non ſe extendat ad proximum. 22ª.q.25.1.o.
An peccatores ſint ex charitate diligendi. 22ª.q.25.6.8. & 9.
An angelos ex charitate debeamus. 22ª.q.25.10.o.
An dæmones ſint ex charitate diligendi. 22ª.q.25.11.o.
Quis cui in dilectione ſit præferendus. 22ª.q.26.o.
Propter Deum, quomodo proximus ſit diligendus propter Deũ. 22ª.q.23.5.o & q.26.2.c. potiſsimum. & q.44.7.o.
Diligitur.) Diligere ſiue amare quid. 12ª.q.27.2.o.

Ex qua definitione liquet duas eſſe charitatis partes, videlicet,
- Dilectionem Dei, &
- Dilectionem proximi,

Quibus tertia ex naturali lege addenda eſt, videlicet ſuiipſius dilectio.

Quæ omnes partes, præceptorum tum Dei, tum Eccleſiæ obſeruatione, ſeſe foris oſtendunt: & uelut è tenebris in lucem prodeunt.

Ex diuinis autem præce- { Naturæ, duo;
ptis præcipua ſunt { Decalogi, decem.

Naturæ duo præcepta ſunt hæc,

Prius.

Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Matth. 7.

Alterum.

Quod ab alio oderis fieri tibi vide ne tu aliquando facias alteri. Tob. 4.

Duo e&c.) Si duæ ſint partes charitatis, dilectio ſ. Dei & proximi, an ergo charitas nõ ſit vna virtus? 2a2æ. q. 23. 5. 1m. potiſſimũ

Videlicet ſuipſius dilectio.) An homo diligat ſeipſum ex charitate? 2a2æ. q. 25. 4. o.

An homo corpus ſuum ex charitate diligat? 2a2æ. q. 25. 5. o.

An peccatores ſeipſos diligant? 2a2æ. q. 25. 7. o

Si homo debeat ſeipſum diligere, cur igitur de dilectione ſeipſius non ſit aliquid præceptum datum? 2a2æ. q. 44. 3. 1m. & 1a2æ q. 100. 5. 2m.

Præceptorum tum Dei, tum Eccl.) An charitatis ratio in hoc cõſiſtat, quod homo velit ſe Deo ſubiicere, & præceptorum regulam in omnibus ſequi? 2a2æ. q. 24. 12. c. prin.

Ex diuinis autem præceptis præcipua ſunt, Naturæ duo.] An in nobis ſit aliqua lex naturalis? 1a2æ. q. 91. 2. o.

An lex naturæ contineat plura præcepta? 1a2æ. q. 94. 2. o.

Decalogi decem.) An omnia præcepta moralia reducantur ad decem præcepta Decalogi? 1a2æ. q. 100. 3. o.

Quomodo præcepta decalogi ſint diſtinguenda? 1a2æ. q. 100. 4. o

An præcepta decalogi conuenienter enumerentur? 1a2æ. q. 100. 5. o

An præcepta decalogi ſint debito & conuenienti ordine diſpoſita? 1a2æ. q. 100. 6. o.

An præcepta decalogi conuenienter tradantur? 1a2æ. q. 100. 7. o.

An præcepta decalogi ſint diſpenſabilia? 1a2æ. q. 100. 8. o.

Omnia quæcunque vultis. } 1a2æ. q. 99. 1. 3m. & q. 94. 4. 1m

quod ab alio oderis.) 1a2æ. q. 94. 2. c. f. & 100. 3. c.

Decalogi decem præcepta his verbis ſcriptura recenſet:

I.

a Exo. 20 a *Ego ſum Dominus Deus tuus.*

Non habebis deos alienos coram me.

Non facies tibi ſculptile b vt adores illud.

b Leu. 26

II.

c Exo. 20 c *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.*

III.

Memento vt diem Sabbathi ſanctifices.

IIII.

Honora patrem tuum & matrem tuam vt ſis longæuus ſuper terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

V.

Non occides.

VI.

Non mæchaberis.

VII.

Non furtum facies.

VIII.

Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

IX.

d deut. 7. *Non concupiſces vxorem proximi tui:*

X.

Non domum, non agrum: non ſeruum: non ancillam non bouem non aſinum & vniuerſa quæ illius ſunt.

Hæc Decalogi decem præcepta bifariam diuiduntur, { Tria enim ex his ad Deum pertinent; & priori tabula continentur. { Reliqua vero ſeptem ad proximum, & ad tabulam poſteriorẽ ſpectant.

Ego ſum Dominus Deus tuus.) An ſint diuerſa præcepta, ſ. Ego ſum Dominus Deus tuus, & Non habebis Deos alienos corã me? 1a2æ. q. 100. 4. 2m.

Non facies tibi ſculptile.) An ſit vnum præceptum, Non habebis deos alienos coram me, & Non facies tibi ſculptile? 1a2æ. q. 100. 4. c. ſub finem, & 1m?

An 1m. præceptũ decalogi conuenienter tradatur? 2a2æ. q. 122. 2. o

Quid prohibetur hoc 1. præcepto? 2a2æ q. 122. 2. c. f. 2m. & 3m.

Quid præcipitur homini hoc 1. præcepto. 1a2æ. q. 100. 5.

De religione, & eius actibus. 22æ. q. 81. & 4. ſeq.

De ſuperſtitione. 22æ. q. 92.

De ſpeciebus ſuperſtitionis. 22æ. q. 93. & ſequentib. vſque ad 97.

Non aſſumes nomen.) An 2m. præceptum decalogi conuenienter tradatur? 22æ. q. 122. 3. o.

Cum ſint multa nomina Dei, cur ſingulariter dicitur, Non aſſumes nomen Dei, & non potius, nomina Dei. 22æ. q. 122. 3. 2m.

Quid prohibetur hoc præcepto. 12æ. q. 100. 5. 3m. & 22æ. q. 122. 3. c. f. 2m. & 4m.

Quid præcipitur hoc præcepto. 12æ. q. 100. 5. c.

De iuramento. 22æ. q. 89. o.

De periurio. 22æ. q. 98. o.

Cur in Exodo huic præcepto, ſicut & primo, peculiariter additur comminatio pœnæ. 12æ. q. 100. 7. 4m

Memento ut diem ſabbathi ſanctifices.) An 3m. præceptum decalogi de ſanctificatione ſ. ſabbathi conuenienter tradatur. 22æ. q. 122. 4. o

Cum omnia præcepta Dei ſint in memoria retinenda, cur in ſolo tertio præcepto ſit mentio de memoria. 12æ. q. 100. 7. 5m.

Cum ad cultum Dei pertineat non ſolum ſabbathum, ſed multæ aliæ ſolennitates, cur igitur ſolum ſit mentio ſabbathi in 3. præcepto. 12æ. q. 100. 5. 2m. & 22æ. q. 122. 4. 1m.

Quid hoc præcepto præcipiatur. 12æ. q. 100. 5. c. & 22æ. q. 122. 4. c. 1m. & 3m.

Quis hoc præceptum 3m. tranſgredi dicendus eſt? 22æ. q. 122. 4. 3m.

De feſtis vt infra in 1. præcepto Eccleſiæ.

Quomodo præceptum hoc de ſanctificatione ſabbathi ſeruatur in nouo teſtamento. 22æ. q. 122. 4. 4m.

Honora patrem tuum.) Cur præceptum de honorando parentib. ponitur primum inter præcepta de dilectione proximi data. 12æ. q. 100. 7. c. & 1m. & 22æ. q. 122. 5. c.

Cum prius ſint extirpanda vitia, quæ prohibentur per præcepta negatiua, quàm ſint inſerendæ virtutes, quarum actus præcipiuntur per præcepta negatiua, quomodo primum præceptũ concernens proximum eſt affirmatiuũ. 12æ. q. 100. 6. 2m

Cur magis datur ſpeciale præceptum de pietate, quàm de obſeruantia, honore, gratia, & ſimilibus. 22æ. q. 122. 5. 1m

Cur magis præcipitur honor parentum, quam eorum ſuſtentatio. 22æ. q. 122. 5. 3m

Cur magis ponitur præceptum de honorandis parentibus, quam de diligendis filiis. 12æ. q. 100. 5. 4m.

Vt ſis longæuus ſuper terram.) Cur ſolum in primo & quarto præcepto additur promiſſio. 12æ. q. 100. 7. 3m

Cum honorantes parentes ſuos contingat citò eripi ex hac vita quomodo promiſſionis huius veritas ſaluatur? 22æ. q. 122. 5. 4.

De pietate. 22æ. q. 101

De obſeruantia. 22æ. q. 102

De honore. 22. q. 103

De obedientia & inobedientia. 22æ. q. 104. & q. 105

De gratia ſiue gratitudine, & ingratitudine. 22. q. 106. & 107. o

Non occides.) De quibus hoc dicitur. 22æ. q. 64. 1. 8

An occidere quæcunque viuentia ſit illicitum. 22æ. q. 64. 1. o

Quando & cui liceat occidere homines peccatores. 22æ. q. 64. 2. 3. & 4

An liceat aliquo caſu occidere innocentem. 22æ. q. 64. 6. o

An non liceat homini occidere aliquem, ſe defendẽdo. 22æ. q. 64. 7. o

An aliquis caſualiter hominem occidens, incurrat reatum homicidii. 22æ. q. 64. 8. o

An liceat alicui ſeipſum occidere. 22æ. 64. 5. o

An bellare ſit peccatum. 22æ. q. 40. 1

An ſolum homicidium hic prohibeatur. 22æ. q. 122. 6. 2m

De vindicta. 22æ. q. 108. o De ira. 22æ. q. 158. o

De inuidia. 22æ. q. 36. o. De odio proximi. 22æ. q. 34. 3. & ſe.

De diſcordia. 22æ. q. 37

De pace & concordia. 22. q. 29 o

Non mæchaberis.) Quid hic intelligitur prohiberi. 12æ. q. 100. 5. c. & 22. q. 122. 6. 2m

De luxuria. 22æ. q. 153 De ſpeciebus luxuriæ. 22æ. q. 154

An in tactibus & oſculis conſiſtat peccatum mortale. 22. q. 154. 4. o

de ea-

De caſtitate & virginitate, 22ª. q. 151. & 152.
De abſtinentia & ieiunio, 22ª. q. 147. & 148.
Non furtum facies.) Quid hic prohibeatur, 12ª. q. 100. 5. 2. 22ª. q. 122. 6. 2m. De furto & rapina, 22ª. q. 66. ar. 3. & ſeq.
De fraude quæ contingit in emptione & venditione 22ª q. 77. 0.
De vſura, 22. q. 78. De reſtitutione, 22ª. q. 62. 0.
De eleemoſynis, 22ª. q. 32. 0. De liberalitate, 22ª. q. 117.
De auaritia, 22æ. q. 118. De prodigalitate, 22æ. q. 119.
Non loqueris cōtra proximum falſum teſtimonium.) Quid hoc præcepto vetitum eſt? 12æ. q. 100. 5. c. & 22æ. q. 122. 6. 2m.
An falſum teſtimoniū ſemper ſit peccatū mortale? 22æ. q. 70. 4. 0.
De veritate, 22æ. q. 109.
De mendacio & reliquis vitiis veritati oppoſitis, 22æ. q. 110. vſq. ad q. 114. De amicitia quæ dicitur affabilitas, 22æ. q. 114.
De vitiis affabilitati oppoſitis, 22æ. q. 115. & q. 116.
De contumelia, detractione, & cæteris iniuriis verborum, 22æ. q. 72. vſque ad q. 77am.
Non concupiſces vxorem proximi tui.) Quid hic prohibeatur 12æ q. 100. 5. c.
Cur magis ponitur præceptum prohibens concupiſcentiam adulterii & furti, quàm concupiſcentiam homicidii & falſi teſtimonii? 12æ. q. 100. 5. 5m. & 22æ. q. 122. 6. 4m.
Cum prior ſit actus cordis quàm oris vel exterioris, quomodo præcepta prohibentia actum cordis & concupiſcentiam ponuntur vltimo loco? 12æ. q. 100. 6. 3m.
Non domum, non agrum, non ſeruum.) Cur de concupiſcentia vxoris alienæ, & rei alienæ ponuntur duo præcepta? 12æ. q. 100. 4. c. ſi. & 5m.
Priori tabula.) An præcepta de dilectione Dei conuenienti methodo præponantur præceptis de dilectione proximi? 12æ. q. 100. 6. 1m.

BREVIS ANNOTATIO DE VERA ET GERMANA PRIMI PRAECEPTI INTELLIGENTIA, CONTRA ICONOCLASTAS.

Primo Decalogi præcepto vetat Deus idololatriā quæ Moyſi temporibus longe lateque per orbem terrarum diffuſa erat.

Committitur autem idololatriæ impietas, quando idolo cuipiam cultus ſoli Deo debitus tribuitur; ſeu quando rei commenticiæ, aut cuipiam creaturæ, vis, poteſtas, excellētia, & dignitas Dei propria, ineſſe creditur; ob idque illi, vt Deo, honor & cultus nuſquā aliò relatus defertur; quomodo Pagani deos ſuos & idola colebant.

Quòd autem non prohibeantur hoc loco penitus omnes omnium rerum arte expreſſæ ſimilitudines, & creaturarum imagines, vt externa verborum facies præ ſe ferre videtur, Deus ipſe cùm multis aliis, tū ſequentibus ſcripturæ locis manifeſtiſſimè declarat: Duos quoque, [inquit Deus, Moyſi loquens,] Cherubin aureos & productiles facies, ex vtraque parte oraculi. Exod. 25.

Expreſſæ ſimilitudines.) An his verbis, Non facies tibi ſculptile prohibeatur vſus imaginum? 12æ. q. 100. 4. c. & 3ª. q. 25. 3. 2m potiſſimum.
Imagines ſanctorum cur in Eccleſiis? 22æ. q. 94. 2. 2m.
An imago Chriſti & ſanctorum ſit adoranda? 3ª. q. 25. 3.

Item. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Ecce, vocaui ex nomine Beſeleel filium Vri, filii Hur de tribu Iuda, & impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia & intelligentia, & ſcientia in opere, ad excogitandū quicquid fabrefieri poteſt ex auro, & argento, & ære, & marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum. Exo. 31.

Deinde ſequitur: Beſeleel fecit duos etiam Cherubin ex auro ductili, quos poſuit ex vtraque parte propitiatorii. Exod. 37.

Idem conuincit etiam iſte ſcripturæ locus: Orauit Moyſes pro populo, & locutus eſt Deus ad eum: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus reſpexerit eum, viuet. Num. 21.

Item, is qui 2. Paralip. cap. 28 extat, vbi dicitur Dauit aurum & argentum Salomoni dediſſe ad leones & leunculos inde conficiendos.

Vnde luce meridiana clarius euadit, non omnem artē expreſſam ſimilitudinem, neque omnem creaturarum artificioſam figurationem, à Deo hoc primo præcepto interdictam fuiſſe: ſed talem duntaxat ſimilitudinem, quæ vel ipſa pro Deo coleretur, vel quæ ad falſi Dei honorem conſtituta, in aliqua haberetur veneratione.

Hinc quoque palàm eſt imaginum vſum apud Catholicos receptum, & ab Eccleſia approbatum, nihil habere commune cum eo quod hoc primo Decalogi præcepto prohibetur: quippe qui longiſſimè ab idololatrarum ſuperſtitione & impietate diſtat. Non enim poteſtatem, dignitatem, aut vim diuinam Catholici imaginibus tribuunt, neque eas vt Deus colunt, neque etiam ad falſi & Commenticii alicuius Dei venerationem eas habent, ſed vt vel per eas, vel coram iis Deum ipſum, & ſanctos (intimos eius amicos) honore qui illis debetur, afficiant.[a] Sanctos enim qui in cœlo ſunt iuſte honorari, nemo, niſi fide & communi ſenſu priuatus, negauerit. Nam ſi recte viuos illuſtri aliqua virtute aut dignitate præditos, vel corporis inclinatione, vel capitis apertione, vel alio venerationis genere honoramus & colimus, exemplo Dauidis, qui (vt ſcriptura commemorat 1. Reg. 24.) pronus in terram Saulem adorauit: an non longe iuſtius eſt,[b] ſanctos cum Chriſto in cœlis feliciter regnantes perfectiſſimaque virtute iam præditos, ac ſummā dignitatem propter glorioſum certamen quod in præſenti vita certarūt adeptos, quos (Chriſto hoc eis promittente Ioan. 12.) nunc ipſe pater cœleſtis honorificat, & nos quoque miſellos adhuc & viles homunciones honorare? Recte denique & citra primi iſtius præcepti tranſgreſſionem, vt nos in ſuis apud Deum precibus adiuuent, ſanctos rogamus.[c] Neque hoc magis fit cum vllius diuini præcepti violatione, vel cum mediatoris noſtri Ieſu Chriſti iniuria, quā illud quod Paulus Romanos, Corinthios, Theſſalon. Hebræos, &c. ſuos apud Deum deprecatores conſtituit, dicens: Fratres orate pro nobis 1. Theſſal. 3. & Heb. 13. Item, Adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deū. Rom. 15. & 2. Corin. 1. Itaque omnem iſtum apud Catholicos vſitatum & receptum, tum imaginum, tum regnantium cum Chriſto ſanctorum cultum & honorem, quòd totus ad vnius Dei Opt. Max. laudem & gloriam referatur atque redundet, ſanctum & Deo gratum eſſe recte Eccleſia iudicauit, & pii omnes eius auctoritati (vt decet) morigero & libenti animo ſeſe ſubiicientes, idē firmiter credunt atque profitētur.

Apoſtaſia id eſt, receſſus a Deo, eſt triplex: ſcilicet à religione vel ordine: a bona vita: & a fide. 22ª. q. 12. 1. 0 2

Apoſtaſia a fide non eſt ſpecies infidelitatis: ſed eſt circumſtantia eius aggrauans eam. 22ª. q. 12. 1. 3m 3

Apoſtaſia à fide eſt peſſima: & includit alias 22ª. q. 12. 1. c. 4

¶Pœna. Apoſtata condemnatus ab eccleſia, perdit ius dominij ſuper ſubditos. 22ª. q. 12. 2. 0 5

¶Apoſtoli fuerunt perfectiores cæteris ſanctis. 12ª. q. 106. 4. c. 1

Apoſtoli habuerunt omnem ſcientiam quantum expediebat ad conuerſionem mundi. 12ª. q. 176. 1. 1m 2

Spiritus ſanctus docuit apoſtolos omnem veritatem neceſſariam ad ſalutem: non autem omnes futuros euentus 12ª q. 106. 4. 2. 3

Verba apoſtolorum ſunt ex familiari reuelatione ſpiritus ſancti & Chriſti: ideo ſeruanda ſunt: quia ſunt in canonica ſcriptura, in qua nefas eſt credere aliquid falſum eſſe. 1ª. q. 51. 3. 3m 12ª. q. 100. 8. 3m 22ª. q. 153. 4. 2m 4

Miſſio viſibilis ſpiritus ſancti facta eſt ad Apoſtolos in ſpecie flatus, & linguæ igneæ: ad ſignificandum quod gratiam & auctoritatem haberent à capite, i. Chriſto, & abundarent verbis & ſermone. 1ª. q. 43. 7. 6m 3ª. q. 39. 6. 4m q. 72. 2. 1m 5

Deus dedit Apoſtolis ſcientiam ſcripturarum, & omnium linguarum: quam homines per ſtudium vel conſuetudinem acquirere poſſunt: licet non ita perfecte. 12ª q. 51. 4. c. 6

Apoſtoli loquebantur omnibus linguis: non autem Chriſtus nec Chriſtiani modo. 22ª. q. 176. 1. 0 7

Apoſtoli relinquentes omnia propter Chriſtum, vouerunt pertinentia ad perfectionis ſtatum. 22ª q. 88. 4. 3m 8

Apoſtoli omnes in nauicula turbabantur propter peccatum Iudæ: ad commendationem vnitatis 22ª. q. 108. 4. 5 9

¶Sacramentum. Apoſtoli nullum ſacramentum inſtituerunt. 3ª. q. 64. 2. 0. q. 72. 1. 1m 10

Apoſtoli miniſtrantes ſacramenta, vtebantur aliqua forma verborum tradita à Chriſto. 3ª. q. 72. 4. 1m 11

Apoſtoli multa tradiderunt occulte: non in ſcriptis: vt formas ſacramentorum: ne irriderentur ab infidelibus. 3ª. q. 25. 3. 4m q. 64. 2. 1m q. 72. 4. 1m q. 78. 3. 9m q. 4. 2m 12

Omnes apoſtoli ſunt baptizati baptiſmo Chriſti à Chriſto. 3ª. q. 38. 6. 2m q. 72. 6. 2m q. 84. 7. 4m 13

Apoſtoli baptizabant per alios, & ſecundum Dionyſium diuini noſtri ducas, i. Apoſtoli probauerunt infantes recipi ad baptiſmum, ſed prædicabant per ſe ſicut etiam Chriſtus, quia induſtria miniſtri malum facit in vltimo: & nihil facit in primo. 3ª. q. 67. 2. 1m q. 68. 9. b 14

Apoſtoli confirmati ſunt à Chriſto ſine materia, ſed non confirmabant alios communiter ſine materia. 3ª. q. 72. 2. 1m 4. 1m 15

¶Deus. Apparitio differt à miſſione a filio: quia non importat ordinem diuinarum perſonarũ, nec inhabitationem: ſicut miſſio. 1ª. q. 43. 7. 6m 3ª. q. 39. 8. 1m 1

Apparitio conuenit patri: non aũt miſſio. 1ª. q. 43. 7. 6m 3ª. q. 39. 8. 1m 2

Apparitio Chriſti poſtquam reſurrexit, legitur facta duodecies. 3ª. q. 55. 3m 4m q. 83. 5. 6m 3

Chriſtus apparuit in alia effigie: propter gloriam eius, & incredulitatem videntium. 3ª. q. 54. 1. 3m q. 55. 4. 0

Chriſtus per apparitiones probare voluit identitatem reſurgentis quo ad naturam, cum mendo: perſonam eadem effigie: vel accidentia per eſca etiam, veritatem vitæ loquendo, & veritatem corporis, per palpationem & eius gloriam intrando ianuis clauſis. 3ª. q. 55. 6. c. 5

Chriſtus

6 Chriſtus poſt aſcenſionem apparuit quibuſdam in ſpecie propria corpo caliter ſicut Paulo. 3a.q.5[illegible].6.m
1 ¶Appellare ex conſidentia iuſtæ cauſæ licet cuilibet: non autem vt per moram iuſtitiam impediat. 22æ.q.69.3.c.
2 Ante ſententiam,& poſt eam, licet appellare. 22æ.q.69.3.1m
3 Appellare licet à iudice ordinario tantum: & ab ordinario & arbitrio ſimul: non autem ab arbitrio tantum. 22æ.q.69.3.2m
4 Nullus poteſt appellare poſt decem dies: nec pluſquã ter. 22æ.q.69.3.3m
5 Nulli fideli licet ad iudicem infidelem appellare. 22æ.q.69.3.1m
1 ¶Appetitus quid* Appetitus eſt potentia paſſiua. 1a.q.80.2.c.*12æ.q.8.2.3m*q.27.1.c.*q.5[illegible].5.2m
2 Appetitus eſt inclinatio appetentis in aliquid ſibi ſimile & conueniens. 1a q.80.1.c.* 2a.q.8.1.c.*q.29.1.c.*q.3[illegible].c.1m
3 Appetitus omnis eſt inclinatio conſequens formam: ſed naturalis naturalem: ſenſitiuus apprehenſam à ſenſu: intellectiuus, id eſt, voluntas apprehenſam ab intellectu. 1a q.78.1.3m*q.80.1.c.*q.81.1.c.*q.87.4.c.*12æ.q.8.1.c.*q.17.8.c.*q.2[illegible].1.c.*q.35.1.c.*q.[illegible].3.c.
4 Appetitus quilibet ſequitur cognitionem 12æ.q.40.3.c.
5 Appetitus eſt ad rem, ſed cognitio eſt à rebus. 1a q.16.1.c.*q.19.3.6m*6.2m*q.40.2.&.2*q.82.3.c.*12æ.q.22.2.c.*q.40.2.c.*q.66.6.1m*22æ.q.26.1.2m*q.27.4.c.
6 ¶Diuiſio* Appetitus duplex ſ. naturalis: & ſenſitiuus. 1a.q.79.1.3m.*q.80.1.c.*22æ.q.148.1.3m
7 Appetitus duplex, ſ. ſenſitiuus: & intellectiuus. 1a q.80.2.c.*12æ.q.18.1.c.*q.24.1.c.*q.58.4.c.*q.175.2.2m
8 Appetitus triplex, ſ. naturalis: ſenſitiuus: & intellectiuus. 1a.q.6.1.1m.*q.19.1.2.c.*q.59.[illegible].*q.60.[illegible].c.*q.87.4.c.*12a.q.1.2.c.3m*q.26.1.2.c.*q.40.[illegible].*22æ.q.24.2.1m
9 Appetitus naturalis qui ſequitur naturæ indigentiam ſ. vis appetitiua vel attractiua, diuiditur contra retentiuam, digeſtiuam, & expulſiuam. Et omnes ſubſeruiunt nutritiuæ, & ſunt vires animæ vegetatiuæ proprie,
10 ſed in paſſionibus animæ: ſecundum ſimilitudinem agentium naturalium. 12.q.23.4.c.*q.40.4.c.*2a.q.137.1.c.*q.119.2.c.*22æ.q.148.1.3m
Appetitus cibi duplex ſ. naturalis, id eſt, fames & ſitis. & animalis, in quo eſt vitium gulæ non autem in primo. 22æ.q.148.1.3m
11 Actus appetitus eſt appetere non habita, amare habita, & delectari in eis. 1a q.19.1.c.2m*q.[illegible].1.2m
12 Motus appetitus duplex. ſ. proſecutio, & fuga. 22æ.q.141.3.2*q.161.2.c.
Ordo motuum appetitus proportionatur ordini motuum naturalium. 12æ q.23.2.c.
13 Omnis appetitus ſecundum quod tendit in bonum, tendit in aſſimilatio
14 nem diuinæ bonitatis. 1a.q.7.1.c.2m*q.44.4.c.3m*22æ.q.24.1.3m
15 Creatura irrationalis appetit Deum implicite tantum, ſed rationalis implicite. 1a.q.6.1.2m
16 In omni bono appetitur ſummum bonum, id eſt, Deus. 1a q.6.1.2m
Appeti propter ſe dicitur dupliciter, ſ. ſolum propter ſe, & nunquam propter aliud, & aliquando etiam propter aliud. Primum conuenit ſoli
17 beatitudini, ſecundum virtutibus. 12æ.q.14[illegible].1m
18 Omnis appetitus bonum, eſſe, perfectionem, & coniugi ſuo principio. 1a q.5.1.c.*q.6.1.*2.1m*q.61.3.c.*11a.q.64.5.c.
19 Nullus appetitus eſt ad malum. 1a.q.19.9.c.*q.[illegible]3.[illegible].c.*12a.q.8.1.c.*q.2[illegible].1.c.*q.2[illegible].1m*q.28.4.c.
20 Non eſſe eſt appetibile damnatis, & deſperatis per accidens tantum, ſ. ratione pœnæ. 1a q.5.2.3m*12a.q.8.1.c.*q.29.4.2m*q.73.8.2m
21 Bonum arduum ratione boni attrahit appetitum cauſando ſpem: ſed ratione difficultates retrahit cauſando deſperationem. 22æ q.161.2.c.
22 Poſſibile conuenit obiecto appetitus non omnino per accidens. 12a.q.4[illegible].3m
23 Appetibile non mouet appetitum ſenſitiuum: nec rationalem niſi apprehendatur 1a q.80.2.1m*22a.q.34.1.c.princ.
24 ¶Subiectum* Quelibet res habet aliquem appetitum. 1a q.59.1.c.*q.87.1.c.
25 ¶Naturalis* Appetitus naturalis nihil aliud eſt, niſi inclinatio & ordo rei ad rem ſibi conuenientem. 1a q.78.1.1.3m*q.80.10.*q.81.1.c.*
26 q.87.4.c.
Appetitus naturalis eſt habitudo ad bonum naturale: ad quod tendit quando non habet: & in quo habito, quieſcit. 1[illegible].q.9.1.2.c.
27 Appetitus naturalis ſemper tendit in bonum exiſtens in re. 12a.q.8.1.c.
*Appetitus naturalis ſemper ſequitur formam in re exiſtentem: alij autem apprehenſam. 1a.q.59.1.c*q.60.1.c.*.q.80.1.c.*q.12æ.q.17.
28 9.c.*q.2m.1.c.
29 Illud quod appetitur appetitu naturali, poteſt etiam appeti appetitu animali, cum fuerit apprehenſum 22æ.q.30.3.1m
30 Quelibet potentia animæ appetitu naturali concupiſcit, amat, delectatur, & huiuſmodi: ſed appetitu animali ſola concupiſcibilis. 1a.*q.78.
31 1.3m*q.80.1.3m*12a.q.30.1.3m
Appetitus poteſt dici naturalis tripliciter, ſ. vel quia ineſt rei à natura: & ſic eſt in qualibet potentia animæ: & etiam in voluntate: & in omni
32 parte & membro corporis: & in omni re. Vel quia conſequitur formã merè naturalem & ſimpliciter immerſam materiæ. Vel quia conſequitur formam rationalem: quæ ineſt homini à natura, non tamen vt ſequens formam actu apprehenſam ab intellectu. 1a.q.76.1.c.co.2.*q.78.1.3m*q.80.1.3m
Appetitus naturalis animæ, non eſt potentia animæ diſtincta à cæteris eius potentijs. 1a.q.80.1.c*12a.q.30.1.3m
33 Appetitus inferior naturaliter ſequitur motum appetitus ſuperioris, niſi aliquid repugnet. 22æ.q.15[illegible].8.c.
Appetitus naturalis non obedit rationis imperio. 1a.q.83.1.5m*.12æ.q.17.8.9.[illegible]*12æ.q.[illegible].[illegible]m 34
Omnis potentia animæ, naturali appetitu appetit obiectum ſibi conueniens 1.q.78.1.3m.*q.80.1.3m*.12a q.30.1.3m 35
Appetitus conſequens apprehenſionem animalis, eſt potentia animæ diſtincta à cæteris eius potentijs, non autem appetitus naturalis. 1a.q.80.1.c.*12a.q.30.1.3m 36
Appetitus ſenſitiuus mouetur à cogitatiua ſeu æſtimatiua, imaginatiua, & ſenſu. 1a.q.81.3.2m*12æ.q.75.1.c. 37
Appetitus ſenſitiuus mouetur immediate ab imaginatione, vel æſtimatiua, ſed mediate à ratione 1a.q.81.3.c.*12a.q.30.[illegible].3m 38
Vis cognitiua non mouet niſi mediante appetitiua, nec ratio vniuerſalis, niſi mediante ratione particulari, nec voluntas, niſi mediante appetitu ſenſitiuo 1a q.20.1.3m*q.81.2.3m*q.81.1.2m 39
Appetitus ſenſitiuus diuiditur per concupiſcibilem & iraſcibilem. 1a.q.59.4.c.*q.78.1.3m*q.81.2.c*3.c.*12æ.q.18.1.c*q.58.4.c.*q.158.2.c. 40
Et vterque appetitus obedit imperio rationis. 1a.q.74.5.c.*q.81.3.c.*q.83.1.1m*c.*q.96.2.c.*q.110.2.3m*q.117.3.1m*12æ q.17.7.7.c.*q.26.1.c.*q.24.4.c.*q.50.3.[illegible]*q.[illegible].4.c.*q.58.2.c.*22æ.q.58.2.c.*4.3m*q.158.2.4m*3a.q.15.2.1m*q.[illegible]8.2.c.1m*q.19.2.c.*q.20.1.3m 41
Appetitus ſenſitiuus non obedit imperio rationis, niſi mediante voluntate. 12æ.q.45.4.1m 42
Actus appetitus ſenſitiui vt eſt à potentia animæ, ſubiacet imperio rationis, non autem vt eſt ex diſpoſitione organi corporalis. 12æ.q.17.7.c. 43
Proprium hominis eſt, quod appetitus inferior ſubdatur appetitui ſuperiori & moueatur ab eo. 12æ.q.[illegible].1.1m*22æ.q.175.2.2m 44
Appetitus ſenſitiuus eſt proximus motus corporis noſtri 1a.q.20.[illegible].1m 45
In paſſionibus appetitus ſenſitiui eſt conſiderare aliquid quaſi materiale, ſcilicet corporalem tranſmutationem, & aliquid quaſi formale, quod eſt ex parte appetitus. 1a.q.20.1.2m 46
Bonum ſenſibile eſt obiectum appetitus ſenſitiui, ſed bonum ſimpliciter eſt obiectum voluntatis. 1a.q.59.4.c.*12æ.q.1.2.3m*q.19.3.c.*22æ.q.24.1.c. 47
*Nullus appetitus mouetur ad ſuum obiectum, niſi apprehendatur ſub ratione boni vel mali, conuenientis vel nociui. 12æ.q.9.2m 48
Appetitus ſenſitiuus vt rectus à ratione poteſt eſſe ſubiectum virtutis & vitij. 12æ.q.50.3.3m*q.56.3.c.*4.c.*5.[illegible]m*q.57.1.c.*q.74.2.c.2m*3.c. 49
Actus appetitus ſenſitiui ſemper eſt cum tranſmutatione corporis, & maxime circa cor. 1a.q.20.1.2[illegible]*12æ.q.[illegible].3.2.*q.22.2.3m 50
¶*Differentia* Appetitus ſenſitiuus & rationalis, i. voluntas, ſunt duæ potentiæ. 1a.q.80.2.c. 51
Actus appetitus ſenſitiui ratione mutationis corporalis annexæ, dicuntur paſſiones, non autem actus voluntatis. 1a.q.20.1.1m 52
¶*Intellectiuus* Appetitus ſenſitiuus & voluntas, ſunt rationales participatiue. 12æ q.24.1.2*q.56.6.2m*q.59.4.2m*q.61.2.c.&2m.*22æ.q.5[illegible].4.3m*.3a.q.18.1.4 53
Appetitus rationalis non diuiditur per concupiſcibilem & iraſcibilem. 1a.q.59.4.c.*q.[illegible]2.5.c 54
Appetitus rationalis non fertur in particulare, niſi ſub ratione vniuerſalis. 1a.q.80.2.2m 55
¶Apprehenſio aliqua eſt cauſa timoris, & omnium operationum appetitus. 22æ.q.7.1.c. 1
Reſpectus qui eſt tantum in apprehenſione rationis conferentis vnum alteri, eſt relatio rationis tantum. 1a.q.28.1.c. 2
¶Appropinquatio. Quanto aliquid habet minus de potentialitate, tanto magis appropinquat Deo. 12a q.22.2.1m 1
Quanto aliqua ſunt fini boni propinquiora, tanto ſunt meliora 22æ.q.81.6.c.princ. 2
Appropriatio in communi eſt manifeſtatio diuinarum perſonarum per attributa eſſentialia. 1a.q.39.7.c. 1
¶Appropriatio in diuinis poteſt fieri dupliciter, ſcilicet ex parte creaturarum, & ex parte Dei. Prima debet ſemper fieri per contrarium, ſecunda vero per ſimilitudinem ad proprium. 1a q.39.7.c.1m*8.capco.2. 2 3
Appropriatum vt ſic eſt poſterius proprio ſecundum modum intelligendi, ſed vt eſſentiale, eſt econuerſo. 1a q.39.7.3m 4
Attributa conuenienter appropriantur diuinis perſonis 1a.q.39.7.8.c.
Eſſentia nulli perſonæ appropriatur, nec operatio. 1a.q.39.8.c.
¶In ſpeciali* Potentia appropriatur patri, ſapientia filio, bonitas vero ſpirituiſancto. 1a.q.39.7.8.c.*q.45.6.2m*q.46.3.c.*22æ.q.14.1.c.*c. 5 6
Veritas in diuinis appropriatur filio. 1a.q.39.8.c.
Principium effectiuum appropriatur patri, exemplare autem, filio. 1a.q.46.3.c. 7
Aeternitas appropriatur patri, pulchritudo filio, vſus vero ſpirituiſancto ſecundum Hilarium. 1a.q.39.8.c.3a.q.59.1.2m 8
Vnitas appropriatur patri, imago, æqualitas, & verbum filio, nexus vero ſpirituiſancto, ſecundum Auguſtinum. 1a.q.37.1.3m q.39.8.c.*q.47.2.2m*3a.q.18.2.3m 9 10
Ex ipſo, appropriatur patri, per quem filio, in quo, ſpirituiſancto. 1a.q.39.8.cap. 11
Creatorem eſſe, appropriatur patri, per quem, filio, dominium vero & viuificatio, ſpirituiſancto. 1a.q.45.6.2m 12

d 3 ¶Aqua.

1 AQua.* In communi habet ſex proprietates: quia eſt diaphana, humida, frigida, generatiua, abundans vbique; & ſine pretio. 1ª. q.66.3.c. * q.69.2. 2m. * 4. 1m c.

2 Aqua eſt duplex, ſcilicet viua, id eſt, continuata ſuo principio cum fluxu & mortua, ſtans. 1ª q.18.1.1m

3 Aqua non cooperit totam terram contra naturam; propter viuentia ſuper eam. 1ª q.69.1.2m * 4m

4 Congregatio aquarum conuenienter deſcribitur tertia die. 1ª q.69.1.c.

5 Aquæ dicuntur potius congregari & diuidi quàm terra: quia labiliter fluxæ ſunt. Sed aquæ quæ ſupra cœlos ſunt, non ſunt fluidæ ſecundum Baſilium. 1ª q.68.2. & ad 4m * ſi * q.69.2.1m

6 Aqua calida citius & fortius congelatur. 12æ q.35.6.2.2m * q.37 1.2m * q.48 2.c * q.47 2.c

7 De latere Chriſti. * Vera aqua exiuit de latere Chriſti. in cruce. 3ª q.66.4.3m * q.47.1m

8 Benedicta * Aqua benedicta non eſt ſacramentum: ſed eſt quid ſacramentale. 3ª q.65.1.6m

9 Aqua benedicta non ordinatur directe ad remedium præſtandum: ſed contra dæmones: & contra omne impedimentum ſacramentorum. 3ª q.65.1.6m

10 Aqua benedicta datur contra impugnationem exteriorem dæmonum: exorciſmus autem, contra interiorem. 3ª q.71.2.3m

11 Aqua benedicta delet peccata venialia. 3ª q.65.1.6m 8m * q.83 3m * q.87.3 c

12 Aqua benedicta poteſt iterari, non autem exorciſmus, pro quo ſumitur contra dæmones. 3ª q.71.2.3m

13 Aquæ benedictæ poteſt fieri additio aquæ non benedictæ, & tota erit benedicta. 3ª q.77.8.3m * q.83.3m * q.8 .3.c.

1 Aquila ſignificat ſuperbiam. 12æ q.102.5 1m co a.ſi.

2 Aquilo flans facit generare maſculos: auſter vero fœminas. 1ª q.92.1.1m * q.99 2.2m

1 Aliter habetur ſpes fructificationis arboris cum vireſcit frondibus, & aliter cum iam primordia fructuum incipiunt apparere. 12æ.q.69.3.c.

2 In arboribus & in herbis nihil erat immundum ſecundum legem ſicut in omni genere animalium. 12æ q.102.6.8m

1 Arca teſtamenti ſignificat leſtera hdenquæ permittuntur videri à maioribus tantum. 12æ q.102.4.6m

2 Diſpoſitio arcæ teſtamenti interior & exterior: & expoſitio literalis & figuralis omnium pertinentium ad eam 12æ q.102.4.6m

Archangeli ſunt medius ordo inter angelos & principatus. 1ª q.108.5.4m

Architector eſt principalis artifex præcipiens inducere formam: & præparari materiam. 1ª q.18.3 c

1 Argumentum dicitur dupliciter, ſcilicet ratio rei dubiæ: & ſignum euidens ſenſibile. 2ª q.55 5.c.

2 Orator format argumentum, primo à ſubſtantia actus: ſecundo à circunſtantiis. 12æ q.7.1.1m

3 Argumentum à ſolo literali ſenſu ſumitur ſacræ ſcripturæ. 1ª q.1.10.1m

4 Argumentum ab auctoritate Dei eſt firmiſſimum: ſed ab auctoritate humana eſt debiliſſimum. 1ª q.1.8.2m

Ariſmetica, & geometria procedunt ex principiis notis lumine naturalis intellectus. 1ª q.1.2.c

8 Ariſtoteles inſtituit ſectam Peripateticorum: quorum princeps ipſe fuit. 12æ q.50 1 c.* 22æ q.183.10.c

Armus dexter: & pectuſculum hoſtiæ in lege veteri erant ſacerdotis contra diuinationem & quia ſapientia cordis & fortitudo ſunt ei neceſſaria. 12æ q.102.3.8m ſi.

Spiritus ſanctus dicitur pignus. ſed magis proprie arra: quia ſpiritus ſanctus dicitur arra, per reſpectum ad ea dona, quæ manent in patria: pignus vero per reſpectum ad ea quæ euacuabuntur. 12æ q.1.24.3.3m ſi.

1 Arrogantia.* Arrogans eſt, qui ſibi tribuit quod non habet. 22æ. q.212.1.c.m.

2 Arrogantia qua aliquis ſupra ſe extollitur: eſt ſpecies ſuperbiæ. Nec eſt iactantia: ſed ſæpe eſt cauſa eius. 22æ.q.112.. 2m

1 ARs quid. * Ars eſt virtus intellectualis: inquantum facit facultatem boni operis. Non autem ſimpliciter eſt virtus: quia non perficit eſum, vel appetitum. 12æ q.57.3.c.

2 * Ars eſt recta ratio factibilium: & habitus operatiuus 1ª q.22.2.c.* 12æ q.57.3.4.c.* q 93.1.c.* 22æ q.47.3 c

3 Forma artis eſt ſimilitudo vltimi effectus intenti ab artifice. 3ª q.78 2.c.

4 Ars ſemper eſt ad bonum ſicut & ſcientia. 12æ q 57.3.1m

5 Arti eſt aliqua virtus: quia ad bonum eius vſum requiritur aliqua virtus moralis. 12æ q.57.3.2m.* 22æ q 47 .2m

6 Scientiæ ad nullum opus ordinatæ dicuntur ſimpliciter ſcientiæ: non autem artes. 12æ q.57 3.3m

7 Artes quæ ordinantur ad opus rationis, dicuntur liberales. Quæ vero ordinantur ad opus corporis, dicuntur ſeruiles. 12æ q.57.3. m

8 Artes liberales ſunt ſpeculatiuæ. Sed dicuntur artes: quia habent aliquid per modum operis. 12æ q.57.3.3m * 22æ q.47.2.3m

9 Omnis applicatio rationis rectæ ad aliquid factibile, pertinet ad artem. Ideo eſt aliqua ars ſpeculatiua. Non autem prudentia: quia eſt tantum de conſiliabilibus in quibus non ſunt viæ determinatæ ad finem. 22æ q.47.2.3m

10 Comparatio * Ars magis conuenit cum prudentia quàm habitus ſpeculatiui ratione obiecti, & ſubiecti. Sed econuerſo ratione virtutis. 12æ q.57.4.c.

Ars differt realiter à prudentia 12æ q.57 4.c.5.2m * 22æ q.47.4.2m. 11

Ars non requirit aliquem habitum moralem in appetitu, ſicut requirit prudentia. 12æ q.57 4.c.* q.58 .5.2m 12

Ars habet determinata media ad finem. Sed in quibuſdam non habet. in quibus per ſimilitudinem dicitur aliquis prudenter agere, vt in medicina & nauali, in quibus eſt neceſſarium conſilium. 22æ q.47.4. 2m * q.49 . 2m. 13

Bonum artis eſt extra hominem ſ. in artificialibus: ſed bonum prudentiæ eſt intra hominem. 12æ q.57 4.c.* 5.1m 14

Operatio artis fundatur ſuper operationem naturæ: & hæc ſuper creationem. 1ª q.45.8.c 4m. 15

Initium artis ſecundum eius eſſentiam ſunt principia ex quibus procedit ars. Sed ſecundum eius effectum eſt unde incipit ars operari, ſicut principium artis ædificatoriæ eſt fundamentum. 12æ.q.19.7.c. 16

Quicquid eſt contra naturam artificiati, eſt contra naturam artis 22æ. q.71.2.4m. 17

Ars non poteſt inducere formam ſubſtantialem, niſi virtute naturæ. 22æ. q.77.2.1m.* 3 q.60.4.c.* q.75 6.1m. 18

* In aliqua materia eſt virtus agens ad productionem formæ artis, in aliqua vero non. 1ª q.77.1 a. 19

Vendere artes liberales quo ad veritatem earum, peccatum eſt ſimoniæ: non autem locare operas ſuas ſ. docendo eas, quia hoc licitum eſt. 22æ q.100.3.c 5m. 20

Id quod de ſe ordinatur ad malum, non eſt ars. 12æ.q.57 3 1m.* 22æ.q.95.1.2m.* q.169.2.4m. 21

In actu artis dupliciter contingit eſſe peccatum. ſ. deuiando à fine particulari artis & à fine communi. Primum eſt proprium, ſecundum vero eſt artificis inquantum eſt homo. 12æ.q.21 2.2m.* q.57.3.1m. 22

In arte peccans volens, eſt eligibilior quam peccans nolens, ſed in virtutibus moralibus eſt econuerſo 12æ.q.21.2.2m.* q 57.4.c. * 22æ.q.47.1.3m.* .9.2. 23

Artes quibus vt plurimum aliqui male vtuntur, licet de ſe ſint licitæ: debent tamen extirpari de ciuitate per principes, ſecundum Platonem. 22æ.q.169.2.4m. 24

Articulus fidei eſt indiuiſibilis veritas de Deo, arctans nos ad credendum: ſecundum Ricardum de ſancto Victore 22æ.q.1.6.c. 1

Articulus dicitur quadrupliciter. ſ. membrum conclusio, particula in iudicio. & ſpiritualis difficultas ſuppoſita in fide, non dependens ex alia. 22æ.q 1.6.c. 2

Artifex ex ſuo opere eſt laudabilis vel culpabilis, per bonitatem vel malitiam ſui actus. 2ª.q.21 2.c.2m. 3

Formæ artificialium, ſunt accidentia 3ª q 66.4.c. 1

Formæ artificialium nihil aliud ſunt quàm compoſitio, ordo, & figura. 22æ.q.96.2 2m. 2

In artificialibus ratio ordinatur ad finem particularem, in moralibus autem ad finem communem totius humanæ vitæ. 2ª.q. 21.2.2.m.* q.57.4.3m.* 22 .q.47.4.2m. 3

Nullum artificiale, vt imagines, & verba, habet aliquam vim à conſtellationibus, ſed à dæmonibus. 22æ.q.96 2.2m. 4

1 AScendere in cœlum, fuit conueniens Chriſto. 3ª.q.57.1.6.c.

2 Chriſtus aſcendit ſecundum vtramque naturam. 3ª.q.57.2.c.

3 Chriſtus aſcendit propria virtute vtriuſque naturæ 3ª.q.57.3.c.

4 * Chriſtus aſcendit ſuper omnes cœlos, & ſuper omnem creaturam. 3ª.q.57.4.5.c * q.58.3.c.

Aſcenſio Chriſti, & quies ſurſum, vel cuiuſcunque corporis glorioſi, non eſt violenta, ſed naturalis 3ª.q.57.3.c .* .4.4m. 5

Crebra ſuit Chriſti conuerſatio cum diſcipulis, ad eorum conſolationem ante eius aſcenſionem. 3ª.q.55.3.3m 6

* Neſcitur vbi Chriſtus corporaliter ante aſcenſionem manſerit, cum hoc ſcriptura non tradat. 3ª.q 55.1.2m. 7

Chriſtus non ſtatim poſt reſurrectionem aſcendit, propter fidem confirmandam. 3.q.57.1.4m. 8

Aſcenſio Chriſti non fuit in inſtanti. 3ª.q.57.3.3m. 9

Aſcenſio Chriſti fuit cauſa noſtræ ſalutis. 3ª.q.57.6.c. 10

Aſcenſio Chriſti aperuit nobis paradiſum, quo ad locum, non autem quo ad viſionem. 3ª q 49.5.4m. 11

Animæ ſanctorum poſt reſurrectionem & ante aſcenſionem Chriſti, etiam in limbo, viderunt Deum per eſſentiam. 3ª.q.52.4.m. 12

Ante aſcenſionem Chriſti, nullus intrauit paradiſum cæleſtem, ſed latro ſtatim moriens, intrauit in viſionem Dei, non autem in paradiſum terreſtrem. 3ª q.52 4.3m. 13

Aſcendenti Chriſto accreuit gaudium, quo ad modum, non autem intenſiue, nec extenſiue, quia de his habuit perfectum gradum ab inſtanti ſuæ conceptionis. 3ª.q.57.1 2m. 14

Aſſentire eſt actus intellectus, ſed conſentire eſt actus voluntatis. 12æ.q.15.1.3m.* 12æ.q.2.1.3m. 1

Aſſenſus contingit dupliciter. ſ. propter euidentiam rei ſicut principiorum habitu, vel propter aliud, vt in ſcientia, vel per imperium voluntatis, vt credere. 22æ.q.1.4 c.* .q.1.2 a. 2

Voluntas dupliciter mouet intellectum ad aſſentiendum. ſ. ex ordine ad bonum: vel electione veri non viſi 22æ.q.1.2.c. 3

Intellectus dupliciter perficitur ad aſſentiendum veritati. Primo capiendo eam ſecundo habendo certum iudicium de ea. 22æ.q.9 1.c. 4

Intellectus neceſſario aſſentit principiis per ſe notis, & aliis cognitis ſequi neceſſario ex his, non autem aliis ex eis. Quædam enim ex neceſſitate conſequuntur ex principiis ita. ſ. quòd non poſſunt eſſe falſa, principiis exiſtentibus veris, ſicut ſunt omnes concluſiones demonſtratiuæ, 5

num,& huiuſmodi veris, intellectus de neceſſitate aſſentit poſtquam percepit ordinem eorum non autem prim. 1a.q.62.8.2m * q.82.2. 2.c.* 12a.q.17.6,c.
Intellectus non poteſt aſſentire oppoſitis dignitatum, 1a.q.2.m,b
¶ Aſſiduitas vnius rei faſtidium parit, 22a.q.35.1.4m
1 ¶ Aſſimilatio in communi eſt duplex.ſ.in natura, & in ſpecie intelligibile. Secunda requiritur in cognitione, non autem prima, 1a.q.57.a 8 m * q.85.8. m * q.88.1.2m
2 Intelligere per aſſimilationem, conuenit ſoli intellectui recipienti ſpeciem à rebus, 1a.q. 4.2.1m
3 Aſſimilari poſſumus triplicitet verbo Dei, ſiue filio Dei, ſ. ſecundum rationem ſimo & non ſecundum intellectualitatem ipſius, non ſolum ſecundum rationem formæ, ſed etiam ſecundum intellectualitatem ipſius, & ſecundum vnitatem quam habet ad patrem, per gratiam & charitatem, 3a.q.3.8.c.
4 Talis aſſimilatio per gratiam & charitatem, perficitur ratione adoptionis, quia ſic aſſimilatis debetur hæreditas æterna, 3a.q.23.1.c
5 Aſſimilatio intellectus practici ad Deum eſt ſecundum proportionalitatem, ſpeculatiui autem ſecundum vniouem & informationem, quæ eſt multo maior 12a.q.3.5.1m
6 Summa aſſimilatio hominis ad Deum, eſt per operationem, ideo per beatitudinem homo Deo maximè conformatur, 1a.q.63.3.c.* 12a q.51.a.3m
7 Generans non aſſimilat ſibi genitum in perfectionibus acquiſitis per actus, niſi in aptitudine 12a.q.81.2.c.
8 Filij * Cauſa aſſimilationis filij ad patrem non eſt materia, ſed formatiua virtus in ſemine, cauſata a operatione virtutis formatiuæ patris in ſemen, 12a.q.119.a.2m
9 Filij quandoque aſſimilantur aui & proaui, quia in ſemine eſt virtus eorum, 1a.q.119 2.c.e.m
10 Filij magis aſſimilantur parentibus ſecundum iraſcibilem, quàm ſecundum concupiſcibilem, 12a.q.7.1.c.* 22a q.156.[illegible].c.
1 ¶ Aſſiſtere ſumitur dupliciter, ſcilicet ſimpliciter, & ſecundũ quid, 1a. q.112.1.c.
2 ¶ Deo * Aſſiſtere Deo, eſt eſſe circa Deum, i. immediate recipere illuminationes in ſimplicitate diuini luminis, 1a.q.112.3.c.
3 Sathan dicitur aſſuiſſe, non autem aſſtitiſſe Deo, 1a.q.112.2.3m
1 ¶ Aſſumere dicit a ſe aſſumendo, & terminum. 3a.q. 3.8.c. * q. 3. 1. a.1.c.
2 Aſſumere propriè conuenit perſonæ, non autem naturæ, 3.q.3.1.2 3.o.
3 Aſſumi conuenit naturæ, non autem perſonæ, 3a.q.4. * q.16.4.3m
4 Aſſumptio ſignificat actionem in fieri, & reſpicit diuerſimode agens, patiens, terminum a quo, & terminum ad quem: vnio autem ſignificat relationem in facto eſſe, & eodẽ modo reſpicit omnia 3a.q.2.8.o
5 Aſſumptio differt ratione, ab vnione, & incarnatione, ſeu humanatione 3a.q.2.8.3m
6 Natura diuina eſt vnita, non autem aſſumpta. Sed natura humana eſt vnita, & aſſumpta, 3a.q.2.8.c.2m
7 Vniens eſt vnitum, non autem aſſumens eſt aſſumptum, 3a.q.2 8.c.
8 Omnis perſona aſſumens eſt vniens, Non autem è conuerſo, quia pater eſt vniens, non autem aſſumens 3a.q.2 8.2m * q.3.1.1m
9 Aſſumere naturæ conuenit ratione principij motiui, ſed perſonæ, ratione principij & termini, 3a.q.3.1.2.o.* 4.2m
10 Abſtracta perſonalitate, natura poſſet aſſumere, 3a.q.3.3.o
11 * Deus poſſet aſſumere naturam angelicam ſine corruptione perſonalitatis angelicæ 3a q.4.1.3m
12 Quælibet natura poſſet de potentia Dei abſoluta aſſumi, ſed tantũ natura humana ſecundum congruentiam 3a.q 4.1.o
13 Quælibet perſona poteſt ſine alia incarnari, & aſſumere 3a.q.3.4.5.o
14 Tres perſonæ poſſunt vnam numero naturam aſſumere, 3a.q 3.6.o
15 Et tunc tres perſonæ eſſent vnus homo, vnitate naturæ, non autem vnitate perſonæ 3a.q 3.6.1m * .2m
16 Vna perſona poteſt plures naturas humanas aſſumere, 3a.q 3 7 o
17 * Si vna perſona diuina aſſumeret duas naturas humanas, tunc illa perſona eſſet tantum vnus homo, & non plures, 3a.q.3.7.2m
18 Aſſumptio naturæ humanæ conuenientius facta eſt ad filium quàm ad patrem, vel ad ſpiritum ſanctum 3.q.3.8.o * q 39.8.2m
19 Filius Dei aſſumpſit naturam humanam cum omnibus perfectionibus ſuis, 3a.q.9.1.c.* q 18.1 2.o
20 Columba non fuit aſſumpta in vnitate perſonæ ſpiritus ſancti, quia nõ apparuit vt ſaluaret, ſed vt ſignificaret. 1a.q.43.7.1m * 3a.q.39 6.2m * 7.c.
21 Natura humana aſſumpta eſt in indiuiduo. 3a.q.2.2.3m * 5.2m * q.4.2. 1m * 3.c.o.* 4.o
22 Non decuit, vt natura humana in quolibet ſuo ſuppoſito aſſumeretur. 3a q 2.5 2m * q 4 5.o
23 Natura humana conuenienter aſſumpta eſt de ſtirpe Adæ 3a. q.4.6.o. * q.31.1.o
24 Natura humana non debuit immediate aſſumi in Adam. 3a q.4.6.2m
25 Aſſumi conuenit carni humanæ ratione ſui, & non ratione ſuppoſiti, ideo non dicitur Deo 3a.q.16 4.3m
26 Deus conuenienter carnem aſſumpſit de muliere. 3a.q.31.4.o
27 Deus non aſſumpſit hominem. 3a.q.4.3.o
28 ¶ Contra errores * Chriſtus aſſumpſit animam, contra Arrium, Eunomium & Appolinarem. 3a.q 5.3.o * q.10.2.1m
29 Chriſtus aſſumpſit animam rationalem, contra Eunomium, & Appollinarem 3a q.5.4.o.* q 36.3.o m * q.18.1.o.

Aſſumptio Chriſti non fuit tantum per inhabitationem gratiæ, contra 30
Neſtorium, & Theodorum. 3a.q.2.6.c.* q.17.1 3.4 7.1.* q 16.1.c.
Chriſtus non attulit corpus de cœlo, ſed aſſumpſit ipſum de muliere, 31
contra Valentinum, & Marcionem. 3a.q.5.2. * q.35.3.c.* q.37.1. c.* q.5.4.3.c.
Chriſtus aſſumpſit verum corpus, & non phantaſticum, contra Manicheum, & Valentinum, 3a.q. 5.1.o.* 2.c.* q.14.1 c.* q.16.1.c.* q.37.1.c.* q.39 7.c. 32
Chriſtus aſſumpſit naturam humanam integram, & perfectam 3a.q.9. 1.c * q.18.1.c.* 2.c. 33
Hæreticum eſt, dicere Chriſtũ non aſſumpſiſſe partes vnitas, 3a.q.2.5.c. 34
* Hæreticum eſt, dicere Deum eſſe vnitum homini accidentaliter, 3a.q. 1.6.c. 35
¶ Partes * Caro aſſumpta eſt mediante anima, & anima mediante ſpiritu, 3a. q.6.1.2.o.* 3.1m * 4.3m * q.37.2.c.* q.49.6.3m * q.50. 2.2 * 3.c. 36
Caro Chriſti aſſumpta eſt de Adam, de Dauid, & de Abraham, 3a.q. 31.1.2.o 37
Anima Chriſti non fuit prius creata quàm aſſumpta 3a.q.6.3.o. 38
Partes aſſumptæ ſunt mediante toto ordine intentionis: ſed econuerſo ordine executionis, 3a q.6.5.o. 39
Natura humana aſſumpta eſt mediante gratia habituali, ſicut medio congruitatis, & ſpiritu ſancto ſicut cauſante & vnione ſicut effectu conſequente, 3a.q.6.6.o. 40
In eodem inſtanti, anima & caro ſunt aſſumptæ & vnitæ. 3a.q.6.1.c.* 3. o.* 5.c.* q.33.2.o.* q.34.1.c.* q.35.4.c. 41
In eodem inſtanti anima creata, eſt caro concepta & animata, & vtraq; aſſumpta eſt a verbo, ſ. in primo inſtanti. 3a q.6.3 4.o.* q.33. 1. 2.3. o.* q.35.4 o. 42
¶ Defectus * Chriſtus aſſumpſit omnes defectus naturales corporis, cõmunes toti naturæ humanæ, 3a.q.14 4.3m * q.14.4.o.* q.15.1.c.* q.45.4.3m 43
Chriſtus nullum morbum aſſumpſit, nec aliquem defectum, non communem omni homini. 3a.q.14 4.o. * q.46.3.2m * 5.c.* 9.4m * q. 51.3.c. 44
Chriſtus nullum defectum contraxit, ſed voluntariè aſſumpſit. 3a.q.14. 3.o. 45
Chriſtus aſſumpſit defectum corporis neceſſitate naturæ corporis, non autem coactè, nec contra voluntatem diuinam, nec humanam. 3a.q. 14 2.o.* q.15.5.1m.* 2m 46
Chriſtus nullum defectum animæ aſſumpſit, nec contraxit, ſ. ignorantiam, culpam vel defectum gratiæ. 3a.q 1.1.5 * 12 4 3m * q.14.3. 1m * 3.1. * 4.c.2m * q 15.o.* q.31.7.o.* q.45.4.2m 47
¶ Aſtrologia, & perſpectiua, non ſunt propriè ſpecies Mathematicæ, ſed ſecundum quid, 12a q.35.8 c. 1
* Aſtrologia & perſpectiua ſunt magis naturales quàm mathematicæ materialiter, ſed formaliter & principaliter ſunt econuerſo. 22a. q. 9.2.3m 2
Aſtrologus poteſt prædicere futura determinata vt ſemper vel vt frequenter in ſuis cauſis, non autem contingentia ad vtrumlibet. 1a. q. 115.4.3m * 12 .q 9. 3m.* 22a.q.95.5.c.* 5.o. 3
¶ Aſtutia * eſt vitium ſpeciale, differens à prudentia carnis, vtens non veris vijs vel medijs, ſed ſimulatis. Ideo opponitur prudentiæ. 22a.q.55. 3.o * 4.c. q.59 2.c * q.77. 1.3m * q.111.3.2m 1
Aſtutus quandoque dicitur prudens, & econuerſo. 22a.q.55.3.2m * 4. 1m * q.98.1.1m 2
Aſtutia conſiſtit in excogitatione ſimulatæ viæ, ſed dolus & fraus in executione eius, 22a.q 55.4.5.o * q 67.1.c.* q.111.3.2m 3
Athanaſius & Gregorius Nazianzenus tantæ auctoritatis fuerunt, vt nemo contra eorum [illegible], 1a.q.61.3.c. 4
¶ Attentio triplex in oratione. ſ. ad verba, ad petitionem, & ad Deum, vel ad aliam circumſtantiam 22a q.83.13 c 1
Attentio actualis eſt neceſſaria in oratione, ſaltem in principio 22a. q. 83. 13.o 2
* Attingere naturam ſuperiorem contingit dupliciter, ſ. obiectiue, & ſecundum virtutem. 12a.q.3.7.3m 3
Attingere Deum tripliciter contingit ſ. ſimilitudine, operatione, & vnione perſonali. Primum conuenit omni naturæ, ſecundum tantum rationali, tertium vero ſoli Chriſto. 22a.q.2.3.c. 4
¶ Attribui * Ex eo quòd aliquid attribuitur alicui, oportet ei attribui omnia quæ ſunt de ratione eius. 1a.q 28.3 c. 1
¶ Attributa Dei differunt tantum ratione, ſed fundamentum habent ex natura rei. 1a.q.13.4.o * 12.c. 1
Plura attributa ſunt in Deo, ſed vnitè. 1a q 13.4.o * 2.c. 2
Attributa eſſentialia poſſunt à nobis naturaliter cognoſci, non autem perſonalia, 1a.q.32.1. * q.39 7.c. 3
Ratio attributorum eſt conceptio intellectus, quam ſignificat nomẽ. 1a q.13.4.c.* 4.o. 4
Attributa diuina prædicantur de ſe inuicem nominibus primæ intentionis, non autem ſecundæ, 1a.q.28.3.3m 5
Quilibet effectus Dei, eſt à quolibet attributo eius, tamen reducitur ad illud, cum cuius ratione magis conuenit 1a q.45.6.3m 6

AVARITIA QVID * Eſt immoderatus amor habendi, 22a.q.118. 1.8.c. 1
Auaritia propriè, ſemper eſt peccatum. 22a q.118.1.o * q.119.1.o. 2
Auaritia eſt peccatum ſpirituale. 22a.q 118. .o. 3
Auaritia ſecundum quod opponitur iuſtitiæ, hoc modo ex genere ſuo 4

 eſt

eſt peccatum mortale. Contingit tamen in hoc genere auaritiæ eſſe peccatum veniale, propter imperfectionem actus 22ª q. 118. 4. o

5 Auaritia eſt medium inter peccata pure ſpiritualia, & peccata pure carnalia 12ª q. 72. 2. 4m * 22ª q. 118. 6. 1m

6 Auaritia eſt contra Deum, contra ſe, & contra proximum. 22ª q. 118. 1. 2. o * 3. 1m.

7 ¶ Subiectum * Auaritia large, eſt in dæmonibus, ſ. immoderata cupiditas habendi quodcunque bonum creatum, non autem proprie. 1ª q. 63. 2. 1m

8 Senes ſunt naturaliter auari, propter defectum naturæ eorũ. 22ª. q. 118. 1. 2m q. 119. 3. o

9 ¶ Diffinitio * Auaritia dupliciter importat immoderantiam exteriorum ſ. in affectu, & in re 22ª q. 55. 8. c * q. 118. 1. 2m * 3. c.

10 Auaritia ſumitur dupliciter. ſ. large pro omni cupiditate inordinata habendi quodcunq; bonum creatum, & proprie vt eſt ſpeciale peccatũ circa poſſeſſiones exteriores. 1ª. q. 63. 2. 2m 22ª. q. 118. 2. o. * 5. 2m

11 ¶ Species * Species auaritiæ ſunt ſeptem, ſ. parcitas, tenacitas, cyminibus, turpe lucrum, vſura, latrocinium & alea, 21ª. q. 118. 8. 4m

12 Auaritia eſt vitium capitale, cuius filiæ ſunt ſeptem, ſ. proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, & obduratio, 22ª. q. 55. 8. o. * q. 118. 7. 8. o

13 Auaritia, Libido & Cupiditas dicuntur tripliciter, ſ. paſſio habitualis cõſequens peccatũ originale i. fomes: inordinatus appetitus quorumcunque rerum vel tantum diuitiarum. Prima eſt radix omnis peccati. Secunda eſt genus omnis peccati. Tertia eſt vitium capitale 12ª. q. 77. 5. 1m * q. 82. 4 3m * q. 84. 1. o * 22ª. q. 24. 10. 2m * q. 119. 2. 1m

14 Auaritia etiam tertio modo ſ. vt eſt tantum inordinatus appetitus diuitiarum, radix eſt omnium peccatorum. 12ª. q. 84. 1. o * 2. c. ſ. * 3. 1m * 4. 4m * 22ª q. 119. 2. 1m

15 Auaritia facit homines odioſos: & cauſatur ex nimio amore ſui. 12ª. q. 29. 4. 3m

16 ¶ Grauitas * Auaritia eſt minimum peccatorum ſecundum quid, i. ex parte conuerſionis, & eſt minimum ſimpliciter, i. ex parte auerſionis. 22ª. q. 118. 5. o

17 Auaritia eſt grauius peccatum prodigalitate; quia magis repugnat liberalitati, & ſed inutilior eſt & inſanabilior triplici ratione ſ. quia prodigus facile eſt ſanabilis per hoc q declinat ad ætatem ſenectutis, quæ eſt contraria prodigalitati, & per hoc q peruenit ad egeſtatem de facili, dum multa inutiliter conſumit, & ſic pauper factus, non poteſt in dando ſuperabundare; & etiam quia de facili perducitur ad virtutem propter ſimilitudinẽ, quam ad ipſam virtutem habet. Sed auaritia non de facili ſanatur, quia habet iſ contraria. 22ª. q. 107. 2. c * q. 118. 5. 3m * q. 119. 3. o

18 Auaritia ſuperabundat in emando, acquirendo, & retinendo: ſed deficit in dando: in prodigalitate autem econuerſo 22ª. q. 119. 3. c

19 Ex auaritia quandoq; naſcitur prodigalitas: dum aliquis multa conſumit, ad captandum fauorem aliorum à quibus capiat 22ª. q. 119. 2. 1m

20 Prodigalitas opponitur auaritiæ: licet quandoque ſecũdum diuerſa ſint in eodem; qui denominatur à principali. ſ. à datione 12ª. q. 72. 8. 3m * 22ª. q. 119. 1. 4m

21 ¶ Comparatio * Auaritia vt eſt inordinatio affectus, opponitur liberalitati: ſed vt eſt circa tollere opponitur iuſtitiæ, 22ª. q. 117. principio * q. 118 principio * 4. o.

22 Auaritia vt opponitur liberalitati, habet vitiũ oppoſitum. ſ. prodigalitatem, non autem vt opponitur iuſtitiæ 22ª. q. 118. 3. 3m * q. 119. 1. o

23 Actus per ſ. auaritiæ oppoſitæ iuſtitiæ, eſt peccatum mortale. nõ autem oppoſitæ liberalitati, nõ ſic contra charitatem. 12ª. q. 118. 4. o

1 AVdacia includit in ſe ſecuritatem: ſicut contrarium priuationem 22ª q. 45. 1. 3m

2 Audacia proprie reſpicit malum: ſed bonum ei coniunctum, reſpicit ſpes. Et ſimiliter deſperatio reſpicit directe bonum, ſed malum ei coniunctum reſpicit timor. 12ª q. 45. 2. 3m * 4. 2m

3 Audacia eſt peccatum contrarium fortitudini. 22ª. q. 128. 2. 3m * q. 127 2. o

4 Audacia contrariatur timori, ſecundum acceſſum & receſſum circa idẽ obiectum: ſpei autem ſecundum contrarietatem obiectorum, 12ª. q. 23. 2. c ſi * q. 45. 1. o * 3. c. * 22ª q. 127. [illegible] * q. 129. 6. 2m

5 * Sicut ſpes eſt prior quàm audacia: ita timor eſt prior quàm deſperatio. 12ª. q. 45. 2. 2m

6 Sicut ex timore non ſemper ſequitur deſperatio, niſi ſit intenſus: ſic nec ex ſpe audacia, niſi ſit vehemens. 12ª q. 45. 2. 2m

7 Nullus defectus eſt per ſe cauſa audaciæ: ſed omnia quæ faciunt ſpem victoriæ vel calefaciunt cor 12ª. q. 25. 3. c * q. 45. 3. o

8 Omnia quæ ſunt nata cauſare ſpem vel excludere timorẽ, ex parte animæ vel corporis ſunt cauſæ audaciæ 12ª. q. 45. 3. c

9 Audacia ſequitur ſpem, nec eſt pars eius ſed effectus: ſicut deſperatio reſpectu timoris. 12ª. q. 25. 3. c. ſi * q. 45. 2. o * 3. c * 22ª. q. 129. 2. 3m. * q. 129. 7. c

10 Audacia non poteſt eſſe paſſio principalis. 12ª. q. 25. 4. 2m * 3m * q. 45. 2. 3m

11 Audacia cauſat tremorem, reuocando calorem ab exterioribus ad interiora. ſ. ad cor: timor autem ad inferiora 12ª. q. 45. 4. 1m

12 * Audacia non cauſatur ex ira niſi mediante ſpe. 12ª. q. 45. 4. 3m

13 Audacia eſt ſubiectiue in iraſcibili. 1ª. q. 59. 1. 3m. * 22ª. q. 23. 1. 2. c

14 Habentes ſe bene ad diuinos, & paſſi iniuſta, habentes cor paruum, & expertes ſunt audaciores oppoſitis. 12ª. q. 45. 3. o.

15 Habentes pulmonem ſanguineum, & amatores vini ſunt audaciores alij: propter caliditatem, ampliationem & extendentem cor 12ª. q. 45. 3. c. 1m

Audaces ſunt promptiores in principio, quàm in ipſis periculis: ſed fortes econuerſo 12ª q. 45. 4. o 15

¶ Audientia detractoris, mortale peccatum: minus tamen quàm detrahere: niſi audiens ex odio 22ª q. 73. [illegible] 1

Auditus duplex. ſ. interior & exterior 22ª. q. 1. 1. 1m 2

Auditum deſeruit diſciplinæ, & viſus deſeruit inuentioni. 1ª. q. 117. 1. o 8

¶ Auermacia exponitur. [illegible] q. 90. [illegible]. o

* Conuerſio poteſt eſſe ſine auerſione, vt in peccato veniali. 12ª. q. 72. 5. c * 12ª q. 86. 4. c 1

Si poſſet eſſe conuerſio ſine auerſione, nõ eſſet peccatum mortale. 22ª q. 20. 3. c. 2

In omni peccato mortali eſt auerſio & cõuerſio. 12ª. q. 72. 5. c * q. 87. 4. o. 22ª. q. 20. 1. 1m. * q. 24. 12. 4m. * [illegible] 26. c. * 3ª. q. 86. 4. c * q. 88. 1. c. 3

Ratio materialis peccati mortalis, eſt in conuerſione, formalis autem in auerſione. 22ª. q. 10. 3. c. * q. 118. 4. c. * q. [illegible] 8. 5. c. ſi * q. 162. 6. c. * 3ª. q. 86. 4. 1m 4

In peccato eſt duplex auerſio. ſ. à regula rationis, quo ad circumſtantias, quam ſequitur alia. ſ. auerſio à Deo. 12ª. q. 73. 7. 3m 5

Ratio inferior poteſt auerti à rationibus æternis quibus intendit, vt regulata, non autem vt regulans, ſecundum eas, quia hoc eſt proprium rationis ſuperioris 12ª q. 74. 8. 1m 6

Peccatum caret ordine ex parte auerſionis, non autem ex parte conuerſionis 12ª. q. 84. 3. 2m 7

In quolibet peccatore auerſio à Deo eſt præter intentionem eius. 12ª. q. 77. 6. 1. [illegible] * 12ª. q. 39. 1. 1m. * q. 46. 2. 2m 8

Peccata carnalia plus habent de conuerſione, quàm de auerſione, ſed ſpiritualia econuerſo. 12ª. q. 73. 5. c. 9

Peccatorum contrarietas eſt ratione conuerſionis: ſed eorum cõuenientia & ſeries, ratione auerſionis 12ª. q. 73. 1. o. * q. 113. 2. 3m. * 3ª. q. 87. 2m. * [illegible] q. 88. 1. c. 10

Peccato mortali debetur pœna damni infinita, ratione auerſionis: ſed pœna ſenſus finita ratione conuerſionis. 12ª. q. 87. 4. o * 22ª. q. 79. 4. 4m. * [illegible] q. 86. 4. c. 11

In peccato contra virtutes theologicas, prius eſt auerſio, quàm conuerſio, in alijs autem econuerſo 22ª. q. [illegible] 1. 1m * 3. c. 12

In odio Dei, prius eſt auerſio, quàm conuerſio, in alijs autem econuerſo. 22ª. q. [illegible] 2. c. 13

In ſuperbia prius eſt auerſio, quàm conuerſio, in alijs autem econuerſo. 22ª. q. 162. 6. c. 1m. * 7. c. 14

AVgmentum eſt motus non continuus. 12ª. q. 52. 3. c. * 22ª. q. 24. 6. c. 1

Augmentum formarum tripliciter terminatur. ſ. ratione formæ, agentis, ſubiecti 22ª. q. 24. 7. c * 3ª. q. 7. 12. c. 2

Formæ ſpecificæ reſpectu alicuius quædam augentur ratione ſui & ſubiecti, vt motus, ſanitas, & quilibet habitus, ſed abſolute ratione ſubiecti tantum, vt qualitates ſenſibiles. Primarum aliquæ, non omnes, augentur per additionem, non autem ſecundæ, ſed per hoc quòd ſubiectum magis participat eandem formam. 12ª. q. 52. 1. 2. o. * q. 53. 2. 3m *. q. 66. 1. 2. o. * 22ª q. 24. 5. 1m 3

Scientia augetur ſecundum intenſionem actus dupliciter. ſ. ex parte ſubiecti, & ſecundum numerum obiectorum, ſed virtutem tantum primo modo. 12ª q. 52. 2. c. * q. 66. 1. o. * 22ª. q. 24. 4. 1m. * [illegible] 1m 4 5

Opinio quadruplex de augmento formarum. 12ª. q. 52. 1. c. 6

In magnitudine corporali augmentũ eſt duplex. ſ. per additionem, vt in viuentibus, vel per intenſionem, ſicut in calefactione. 12ª. q. 52. 2. 1m * 22ª. q. 52. 5. 1m 7

Motus, manente eadem ſpecie, augetur tripliciter ſ. per additionem temporis, vel viæ, vel participationem ſubiecti, 12ª. q. 52. 2. c. 8

Augens habitum ſemper facit aliquid in ſubiecto, non quidem formam totam, ſed quòd ſubiectum perfectius participet formam præexiſtentem, vel q amplius ſe extendat. 12ª. q. 52. 2. 2m * 1m * 22ª q. 24. 5. 3m 9

Habitus corporales non multum videntur augeri per additionem, ſed per tranſmutationem primarum qualitatum, quæ non augentur, niſi per intenſionem ex parte ſubiecti participantis. 12ª. q. [illegible] 2. c ſi. 10

Omnis forma augetur, i. ſuſcipit magis & minus, niſi cõſiſtat in indiuiſibili, vt ſpecies numeri, vel ſecundum numeros, vt quantitates continuæ, figuræ, & relationes, vel det eſſe ſubſtantiale. 12ª. q. 52. 1. 2. o. * 3ª. q. 7. 12 11

Augmentum formarum, nominatur ad ſimilitudinem augmenti corporum. 12ª q. 52. 1. c. 12

* Corpus hominis augetur per additionem materiæ. 1ª q. 119. 1. c. 1

¶ Augurium eſt diuinatio, à garritu auium ſumpta, ſed auſpicium, à motu auium. 22ª. q. 95. [illegible]. c. 2

Augurium eſt illicitum, in ijs quæ non cauſantur à cœlis, vel quæ non pertinent ad aues 22ª. q. 95. 7. o 3

¶ Auguſtinus ſequitur Platonem, quantum poteſt ſalua fide. 1ª. q. 56. 2. 1m. * q. 77. 5. 3m. * q. 84. 5. c * 22ª. q. 23. 2. 1m 1

¶ Per auium garritus, & motus, & alias diſpoſitiones, poſſunt futura præcognoſci, non ſicut per cauſas futurorum euentuum, ſed ſicut per ſigna. 22ª. q. 95. 7. c

Martyrum. * Aureola martyrum, eſt ſimpliciter potior cæteris, virginum diuturnior, confeſſorum verò perſpicacior. 22ª. q. 152. [illegible] b. 1. c. 3

Ex ratione operis meritorij, quoddam accidentale præmium debetur eſſentiali præmio, quod aureola appellatur. 5. q. 96. 1. o

C[illegible]

39 Cũ fructus hoc loco conſiſtat in gaudio diſpoſitionis operum, & aureola in gaudio perfectionis operũ, non eſt idem fructus quod aureola. 5 q 96 a. c.
4 Continentiæ magis debetur fructus, quã alij virtuti cum ea virtus præcipue hominẽ liberet à ſubiectione carnis, ratione cuius fructus ei reſpondet. 5 q.96.3.c.
5 Conuenienter aſſignantur tres fructus tribus continentiæ partibus, coniugali enim cõtinẽtiæ triceſimus, viduali ſexageſimus, virginali centeſimus fructus debetur. 5 q 96.4.c.
6 Cum per virginitatem ſingularis quædã victoria contra carnem obtineatur, virginibus quibus propoſitum fuit virginitatis perpetuo ſeruandæ, aureola ex merito debetur 5 q 96.5.c.
7 Quemadmodum virginibus, ſic & martyribus aureola debetur, tũ propter victoriam paſſionum martyrij, tum propter cauſam pugnæ. 5. q 96. .c.
8 Sicut virgines & martyres, ita doctores aureolam conſequuntur, propter victoriam quam obtinent aduerſus diabolum, per prædicationem & doctrinam. 5. q.96.7 c.
9 Quanquam competat Chriſto aurea, cum ſtrenue pugnauerit & vicerit, non tamen aureola ei debetur. 5.q 9 .8.c.
10 Angelis non competit habere aureolam. 5 q.96 9.c
11 Cum aureola ſit gaudium de his operibus, quorum gratia ea debetur, proprie in mente eſſe dicitur, quamuis etiam aliquis decor ex gaudio aureolæ in corpore reſultet 5 q 96 10.c.
12 Cũ virgines, martyres & doctores in perpetua pugna ſint, & victoriã ex ea cõſequãtur, merito eis aſſignatæ ſunt tres aureolæ. 5.q.96.11.c.
13 Simpliciter loquẽdo aureola martyriũ eſt omniũ potiſſima. 5.q 96.12.c.
14 Cum meritum ſit cauſa præmij, cõſequens eſt vt ſicut præmio præmiũ eſt maius, ſic aureola vna maior altera eſſe dicatur. 5.q 96.13.c.
1 ¶ Aurum habet vim lætificandi. 2a ^{2}. q.37. a.1^{m}.
1 ¶ Auſteritas eſt pars potentialis temperantiæ, ſ. vt eus refrenans loquacitatem. 2a ^{2}.q.142.c.
2 Auſteritas vt virtus, non excludit omnes delectationes, ſed tantum ſuperfluas, & inordinatas. Ideo videtur pertinere ad amicitiã, ſ. ad affabilitatem, vel ad eutrapeliam i. ad iucunditatem. 2a ^{2}.q.168.4.3^{m}.
3 ¶ Auſtera ſeueritate peccata proximi diiudicans ac ſi ipſe eſſet iuſtus, eſt ſuperbus iniquitus, ſ. aliquis propria peccata paruipendens, ſe ipſum proximo præfert in corde ſuo 2a ^{2}.q 37.5 c.
4 Auctoritas Dei præualet rationi humanæ, multo magis quàm auctoritas philoſophi, rationi debili alicuius pueri. 1ª q.1.8.2^{m}.
2 ¶ Auxilium maximum ad omnia calor & ſpiritus ſunt animali. 2a ^{2}. q.4 .3.2^{m}
2 Homo non poteſt habere auxilia & inſtrumenta determinata à natura ſicut alia animalia, quia aſſit contra complexionem eius, & etiã infinitis indiget. 1ª q.76.5.4^{m} * q.91.3.2^{m} * 1a ^{2}.q.5.5.1^{m}.
3 Naturale eſt cuilibet dolenti, vt quocunque auxilio, ad repellendum nociuum præſens, quod infert dolorem. 1a ^{2} q.44.1.2^{m}
4 ¶ Dei. Quilibet homo indiget auxilio diuino, & humano. 2a ^{2} q.192. 6.1^{m}

B

BALAAM vere prophetauit, ex inſpiratione Dei, licet eſſet propheta dæmonis. 2a ^{2} q.172.6.b.1^{m}.

¶ Baliuus operatur per regem, & econuerſo, quia eſt diſt ſol actus. Non autẽ metallum operatur per fabrũ. 1ª q.16.3.4^{m} * 2a ^{2}. q 90.1 c.

¶ Balneum intrare non licebat antiquitus filio cum patre ne ſe inuicem viderent nudos. 2a ^{2} q.154.9.c.

¶ Banauſia eſt vitium contrarium paruificentiæ. Et dicitur à furno, quia quaſi ignis conſumit omnia. 2a ^{2} q.135.2 c.

1 ¶ Baptiſmus Ioannis fuit cõuenienter inſtitutus, quadruplici ratione, ſ. primo quia oportebat Chriſtum à Ioanne baptizari, vt conſecraret baptiſmum. Secundo vt Chriſtus per baptiſmum Ioannis manifeſtaretur. Tertio vt ſuo baptiſmo aſſuefaceret homines ad baptiſmũ Chriſti. Quarto vt ad pœnitentiam homines inducens, præpararet ad digne ſuſcipiendum baptiſmum Chriſti. 3ª q.38.1.c.
2 Baptiſmus Ioannis nominatur ab ipſo tripliciratione, ſ. primo quia ipſe fuit ſui baptiſmi inſtitutor aliquo modo. Secundo quia nihil in illo baptiſmo efficiebatur, quod Ioannes non faceret. Tertio quia ſibi ſoli erat datum illius baptiſmi miniſterium. 3ª q.38.2.1^{m}.
3 Baptiſmus Ioannis fuit à Deo per auctoritatem & à Ioanne per miniſterium. 3ª q.38.2.c.
4 Baptiſmus Ioannis non fuit commendatus aliquo præcepto Dei in ſacra ſcriptura, quia parum erat duraturus. 3ª q.38.2.3^{m}
5 Baptiſmus Ioannis erat præparatorius ad baptiſmum Chriſti. 3ª q.38. 3.c.* q.70.1.3^{m}.
6 Baptiſmus Ioannis erat quaſi proteſtatio & profeſſio pœnitentiæ, quã imponebat baptizatis. 3ª q.38.3.1^{m}
7 Baptiſmus Ioannis non imprimebat characterem. 3ª q.38.6.c.
8 Nec in eo peccata remittebantur. 3ª q 68.5.1^{m}
9 Baptiſmus Ioannis non conferebat gratiam, ſed tantum effectum bonitatis. 3ª q.38.2.c.* 3.c.6.c.
10 Circumciſio quo ad neceſſitatem, inſtituta erat vt remedium contra peccatum originale, ſed baptiſmus Ioannis vt aſſuefaceret ad baptiſmũ Chriſti. 3ª q 70.1.3^{m}.
11 Chriſtus inhibuit Apoſtolis gentibus euangelium prædicare ante paſſionem & reſurrectionem ſuam. Vnde multo minus conueniebat, per Ioannem gentiles ad baptiſmum admitti. 3ª q.38.4.3^{m}.
12 Chriſtus voluit baptizari baptiſmo Ioannis à Ioanne, ſex triplici ratione. ſ. propter humilitatem implendam, vel baptiſmum Ioannis approbaret. vt aquas conſecraret ſuæ carnis tactu. & ſic baptiſmum ſuum, inſtitueret, vt oſtenderet non intereſſe quis à quo baptizaretur, ad exemplum his ſuis proponendum illis qui erant futuri filij Dei per fidem. & vt in baptiſmo miracula oſtendens euacuaret illorum errorem, qui Ioannem Chriſto maiorem credebant. 3ª q.38.1.c * q. 39 1.2.c.* 5.2.* q.66. 5.4^{m}. * q 67.7.1^{m} * q.81 c. * q.84.7.4^{m}
13 Ioannes baptizatus fuit à Chriſto. 3ª q.38.6.3^{m}
Multi baptizati ſunt à Ioanne, præter Chriſtum, non autem omnes. 3ª q.38.4 c. 14
Chriſtus nõ fuit primus, nec vltimus baptizatus à Ioanne. 3ª.q.39.4^{m} 15
Chriſtus baptizatus fuit Iordane, quia per ipſum ſuis introitus in terrã promiſſionis: & etiam ipſum diuiſit Helias 3ª q 39.4.c. 16
Chriſtus baptizatus fuit tempore conuenienti 3ª q.39.3.c. 17
Nullus leuauit Chriſtum de baptiſmo, quia non propter ſe, ſed propter alios baptizatus eſt. 3ª q.67.7.1^{m}. 18
Chriſto baptizato, aperti ſunt cœli quadruplici myſterio, ſ. vt oſtẽderetur q̃ de cætero virtus cœleſtis baptiſmum cõſecraret, & q̃ per ipſũ baptiſmum inſpicimus cœleſtia, quæ ſenſum & rationẽ humanam excedunt, & vt oſtenderetur q̃ baptizatis patet via ad cœlum, & videtur intelligi, quòd hoc ipſum quòd poſt baptiſmum cœlum ſpecitur credentib. eſt ex virtute orationis. 3ª q.39 5.c.p.47.5.3^{m}. 19
Chriſto baptizato, audita eſt vox patris, propter myſterium trinitatis. 3ª q.39.8.c.* q.45.4.c.*.q.66.6.c. 20
Spiritus ſanctus apparuit Chriſto baptizato, in ſpecie columbæ, quia datur omni baptizato ſine fictione. 3ª q.39.9.c.*.q.46.4.2^{m} 21
Baptizati baptiſmo Ioannis, baptizati tenebantur baptiſmo Chriſti. 3ª q.38.6 c.*.q.66.c.2^{m} 22
Ioannes non baptizauit pueros, nec gentiles. 3ª q.38.4. 2^{m} 23
Baptiſmus Ioannis ceſſauit quo ad ſuum maximum poſſe, Chriſto baptizato. Sed totaliter ceſſat Ioanne incarcerato, quia miniſterium eius, ſoli Ioanni erat commiſſum. 3ª q.38.5.c. 24
Baptizato Chriſto non ceſſauit baptiſmus Ioannis, ſed tantum eo decollato. 3ª q.38.5.c.* q.39.3.4^{m} 25
Diffinitio.* Diuerſæ diffinitiones baptiſmi. 3ª q.66.1.c 26
3 Intentio dicitur oculus, quia præſupponit cognitionem intellectus. 12e. q. 12. 1. 1m.

4 Intentio dicitur lumen, quia nota eſt intendenti. 12e. q. 12. 1. 2m.

5 Intentio dicitur clamor ad Deum, quia Deus nouit eam, vel quia dirigitur ad Deum. 12e. q. 12. 1. 1m.

Idem eſt motus quo voluntas vult ea quæ ſunt ad finem, & quo intendit finem vt ratio eorum, non autem abſolute. 12e. q. 8. [illegible] 6

Intentio eſt tantum finis, non tamen ſemper eſt vltimi finis. 12e. q. 12. 2. c. 22e. q. 180. 1. c. 7

Intentio poteſt eſſe ſimul ad multa, non ordinata ad inuicem. 12e. q. 12. 3. c. 8

Contingit quod intentio ſit bona, & voluntas mala: non autem econuerſo. 12e. q. 19. 7. 2m. 4m. 8. 3m. 9

Actus eſt bonus vel malus, ſicut voluntas eligens eſt bona vel mala, & eſt malus, ſi voluntas intendit malũ. Sed ad hoc quod voluntas ſit bona, requiritur quod ſit boni, & ſub ratione boni. 12e. q. 19. 7. c. 3m. 8. 9. c. 10

Intentio dupliciter poteſt ſe habere ad actum qui dicitur voluntas. ſ. antecedenter ſeu cauſaliter, & concomitanter: primo modo bonitas voluntatis ex intentione finis dependet, non autem ſecundo modo, niſi reiteretur. 12e. q. 19. 7. c. 9. c. 11

Virtus primæ intentionis, quæ eſt reſpectu vltimi finis, manet in quolibet appetitu conſequenti, et etiam ſi de vltimo fine actu non cogitetur: ſicut non oportet, quod qui vadit per viam in quolibet paſſu cogitet de via. 12e. q. 1. 6. 3m. 12

Quantitas intentionis & voluntatis duplex. ſ. ex parte obiecti, & ex intenſione actus: ſecundo modo coæquantur in bonitate & malitia formaliter, & non materialiter, non autem primo modo, propter diſproportionem, & propter impedimenta actus exterioris. 12e. q. 19. 8. c. 13

Nullum malum poteſt per ſe intendi. 1a. q. 19. 9. c. q. 48. 1. 2m. 4m. 12e. q. 72. 1. 2. q. 78. 1. 2m. 14

Peccatum recipit ſpeciem ex intentione peccantis. 12e. q. 72. 1. 8. c. 3a. q. 85. 4. 1m. 15

Intentio ſecundum eſſe quod ſignificat veritatem propoſitionis, formaliter eſt in anima, ſed eſt in re fundamentaliter. 1a. q. 3. 4. 2m. 16

Nullum intentionale denominat ſuum ſubiectum, nec cauſat effectum naturalem. [illegible] q. 67. 3. c. 17

¶Interpretatio eſt in dubijs, in quibus non licet abſque determinatione principis, à verbis legis recedere, ſed in manifeſtis non opus eſt interpretatione, ſed executione. 22e. q. [illegible] 3m. 1

Interpretatio in dando remedium, debet fieri in peiorem partem, ſupponendo ſ. cum debemus aliquibus malis adhibere remedium tunc neceſſitas alicui, expedit ad hoc vt ſecurius remedium apponatur, quod ſupponatur id quod eſt deterius quia remedium quod eſt efficax contra maius malum, eſt multo magis efficax contra minus malum: ſed in diffiniendo ſiue determinando in rerum iudicio, debet aliquis niti ad hoc, vt interpretetur vnumquodque, ſecundum quod eſt. in iudicio autem perſonarum, vt interpretetur in melius. 22e. q. 60. 4. c. 3m. 2

Interpretatio ſermonum, reducitur ad donum prophetiæ, & eſt dignior quam donum linguarum. 22e. q. 176. 2. 4. 3

Poſtponitur autem interpretatio ſermonum dono linguarum, quia etiã ad interpretandum diuerſa linguarum genera, interpretatio ſermonũ ſe extendit. 22e. q. 176. 4. ſi. 4

¶Inimicitias peccatum eſt quia cauſatur ex defectu amoris, vel rationis, vel ex ſuperbia. 22e. q. 36. 2. c.

¶Intuitus præſens Dei, fertur ab æterno in totum tempus, & in omnia quæ ſunt in quocunque tempore, ſicut etiam in ſubiecta ſibi præſentialiter. 1a q. 14. [illegible] 22e. q. 91. 1. c.

Inueſtiuntur diſtinguit canon: clericus per librum. Abbas per baculum: Epiſcopus per annulum. 3a. q. 63. 1. c.

INVIDIA eſt triſtitia de bono alterius: inquantum æſtimatur diminuere gloriam propriam. 22e. q. 36. 1. c. [illegible] 4. c. 1

Inuidia præcipue eſt de bonis, in quibus eſt gloria & honor. 22e. q. 36 1. c. 2

Inuidia qualibet eſt peccatum, non autem omnis zelus, qui proprie eſt triſtitia de eo quod deeſt nobis, non alijs. 22e. q. 36. 2. c. q. 158. 1. c. 3

Inuidia ſecundum genus ſuum eſt peccatum mortale: quia in tantum conuertit hominem ad quietem inde bonum inquantum aſpernatur bona diuinorum: tamen primi motus ſunt peccata venialia, & ſunt etiam in viris perfectis. 22e. q. 36. 3. c. 4

Inuidia eſt vitium capitale: cuius ſunt quinque filiæ. ſ. odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis, & afflictio in proſperis. 22e. q. 34. 6. c. q. 36. 4. c. 5

Inuidia ad proximum, eſt mater odij, primo ad proximum, & conſequenter ad Deum. 22e. q. 34. 6. 2m. 6

Inuidia non eſt inter multum inæquales, ſed ad illos tantum, quibus poteſt quis ſe æquare, vel præferre. 22e. q. 36. 1. 2m. 3m. 7

Amatores honoris, & puſillanimes, ſunt maxime inuidi. 22e. q. 36. 1. 2m. 8

Senes inuident iunioribus: & qui multa expendunt ad conſequendum aliquid, his qui parum expendunt. 22e. q. 36. 1. 4m. 9

Inuidia ut plurimum naſcitur ex ſuperbia. 22e. q. 36. 4. 1m. 10

Memoria bonorum quæ ſunt habita, cauſat delectationem: ut amiſſa triſtitiam, ut habita ab alijs inuidiam. 12e. q. 36. 1. 3m. 11

Inuidia contrariatur duabus virtutibus, quia habet duo obiecta. ſcilicet principale id eſt, bonum: & proximum, primo contrariatur miſericordiæ, ſecundo nemeſi. 22e. q. 36. 3. 1m. 12

Facta per metum, ſunt voluntaria ſimpliciter & inuoluntaria ſecundum quid. 12e. q. 6. 6. c. 7. 1m. 2m. q. 35. 1. c. q. 73. 6. c. q. 87. 8. c. ſi. 22e. q. 125. 4. 4m. q. 125. 4. c. q. 142. 3. c. 1

Concupiſcentia nullo modo cauſat inuoluntarium. 12e. q. 6. 7. c. 22e. q. 142. 3. c. 2

Vio-

3 Violentia cauſat involuntarium in cognoſcentibus: in aliis autem cauſat innaturale, quia opponitur directe voluntario, & naturali. 1ª.q.6.1.c.ª.5.0.ª.6.1m.ª.q.73.6.c.ª.12.q.88.6.1m.

¶Iocunditas dicitur à ſpiritualibus bonis, vel effectibus lætitiæ, cum intentione gaudij ſe ſubiunt in dictis, vel factis. 2ª q.3.3 ad 3m.

1 ¶Ioannes Baptiſta fuit terminus veteris legis, & initium novæ legis, ſcilicet evangelij. 3ª.q.38.1.2m.

2 Ioannes Baptiſta pertinet ad teſtamentum novum. 22ª.q.174.4.1m.ª.3ª.q.38.1.c.ª.2m.

3 Sanctificatio eius in utero matris, nõ fuit ab eo per liberum arbitriũ eius, ſed fuit à Deo, ideo miraculoſa fuit. 12ª.q.24.1.1m.ª.3ª.q.27.6.c.

4 Tota vita eius, fuit præparatoria ad Chriſtum. 3ª.q.38.c.2m.ª.3.c.

5 Chriſtus revocavit à nuptiis Ioannem Evangeliſtam, volentem uxorem ducere, ſed Petrum non ſeparavit à matrimonio, quia primum poteſt fieri ſine iniuria alterius, non autem ſecundum. 22ª.q.186.4.1m.

6 Ioannes Evangeliſta prædiligebatur à Chriſto, propter ſuam integritatem & propter profunditatem evangelicæ doctrinæ. 3ª.q.45.1.1m.

7 Et propter virginitatem & prærogativam evangelij. 1ª.q.20.4.3m.

8 Ioannes prædiligebatur à Chriſto propter quatuor, ſcilicet propter ſapientiam, puritatem, fervorem, & teneritatem. 1ª.q.20.4.3m.

1 Ioannes Damaſcenus ſecutus errorem Theodoreti & Neſtorij, quod ſpiritus ſanctus non procedit à filio: quia fuit tempore, quo incepit illud ſchiſma Græcorum. 1ª.q.36.2.3m.

¶Ioſaphat peccavit non ex malitia, ſed ex infirmitate humanæ affectionis. 22ª.q.186.10.2m.

1 ¶Ioſeph vir Mariæ, ſemper fuit virgo. 3ª.q.28.ar.ª.4.c.3m.

2 Ioſeph voluit dimittere Mariam, propter reverentiam, timens cohabitare tantæ ſanctitati. 3ª.q.29.3.c.

¶Hyperdulia eſt potiſſima ſpecies duliæ, ex unione ad Deum. 22ª.q.103.4.c.m.

1 ¶Hypocriſis eſt ſimulatio alienæ perſonæ: ideo ſemper eſt peccatum. & eſt vitium iſtitutæ. 22ª.q.111.2.0.

2 Hypocriſis non eſt ſemper peccatum mortale, niſi ſit in nocumentum fidei, vel perſonæ, vel eccleſiæ. 22ª.q.111.4.c.

3 Hypocriſis per ſe & directe opponitur tantum veritati quæ eſt virtus. 22ª q.111.3.0.

4 Finis remotus hypocritæ eſt lucrum, vel gloria: ſed finis proximus, eſt oſtendere ſe alium quàm ſit. 22ª.q.111.2.3m.

1 ¶In nomine hypoſtaſis & ſubſtantiæ, latebat venenum, antequam nota eſſet æquivocatio eius. 1ª.q.29.3.3m.

2 Hypoſtaſis dicitur materia, vel forma, vel compoſitum, quia materia, eſt principium ſubſtandi, & forma, eſt principium ſubſiſtendi. 1ª.q.29.2.5m.

3 Hypoſtaſis, perſona, ſubſiſtentia, & eſſentia, differunt. 1ª.q.29.2.0.

4 Hypoſtaſis nomen, convenit Deo, quantum ad ſubſiſtere, ad quod imponitur: non autem quo ad ſubſtare, à quo imponitur. 1ª.q.29.3.3m.ª.q.39.1.3m.

1 ¶Ira dicitur tripliciter, ſcilicet, habitus vel actus vitij oppoſiti manſuetudini: ſecundo voluntas vindictæ, tertio paſſio 22ª.q.158.8.c.

2 Ira duplex. ſ. per zelum. i. ſecundum rationem, & ira per vitium. i. contra rationem. 22ª q.158.1.c.ª.3ª.q.15.9.c.

3 Ira eſt inordinata dupliciter. ſ. ratione appetibilis, & ratione modi. 22ª.q.158.2.1.c.

4 Gradus iræ triplex. ſ. in corde, ore, & opere. 12ª.q.46.8.3m.ª.22ª.q.158.5.3m.ª.7.c.

5 Ira eſt paſſio quodammodo compoſita ex paſſionibus contrariis. 12ª.q.46 1.c.&c.

6 Ira continet multas paſſiones, non ſicut genus continet ſpecies, nec ſicut eſt ſuos effectus: ſed ſicut effectus ſuas cauſas. 12ª.q.46.1.c.3m.

7 Ira ſecundũ rationem rectã, eſſe paſſio laudabilis: quæ autẽ eſt contra rationẽ, eo plus vel minus eſt peccatum. 22ª.q.158.1.2.0.ª.3ª.q.15.9.0.

8 Habitus virtutis tenens medium in ira, eſt innominatus: ideo dicitur manſuetudo, quæ ſignificat diminutionem iræ. 22ª.q.157.2.c.m.

9 Ira ſemper eſt aliquo modo cũ rõne. 12ª.q.46.4.5.0.ª.12ª.q.53.6.3m.

10 Ira aliqualiter audit rationem, ſicut enunciationem quod iniuriatũ eſt, non autem perfecte, quia non obſervat regulam eius in vindicando. 22ª.q.46.4.3m.ª.5.2m.ª.6.c.ª.12ª.q.53.6.1m.ª.q.70.4.2m.

11 Ira componitur ex triſtitia & deſiderio, non ſicut ex partibus. ſed ſicut ex cauſis. 12ª.q.46.3.3m.ª.3ª.q.15.9.c.

12 Materiale in ira, eſt accenſio ſanguinis circa cor. vel aliquid huiuſmodi: formale vero, eſt ex parte appetitus vindictæ. 1ª.q.20.1.2m.ª.12ª.q.22.3.1m.ª.q.48.2.c.ª.3.c.1m.

13 Ira quo ad ſuum formale, habet principium à ratione, ſed quo ad ſuum materiale, impedit iudicium rationis. 12ª.q.48.3.1m.ª.3m.ª.4.c.

14 Ira eſt ianua omnium vitiorum per accidens. ſ. impediendo rationem: ſed per ſe, reſpectu aliquorum vitiorum. 22ª.q.158.6.3m.

15 Ira contra rationem ex parte obiecti, ſemper eſt peccatum mortale, niſi deſit conſenſus, vel niſi de re parva, non autem ratione modi, niſi ſit contra charitatem. 12ª.q.88.1.1m.ª.22ª.q.158.3.0.

16 Ira eſt vitium capitale: non autem odium. 22ª q.34.5.0.ª.q.158.6.0.

17 Species iræ ſunt tres. ſ. fel, manía, & furor. 12ª.q.46.8.0.ª.22ª.q.158.5.0.

18 Filiæ iræ ſunt ſex. ſ. rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blaſphemia. 22ª.q.17.2.1m.ª.q.41.2.0.ª.q.158.7.0.

19 Ira eſt ſubiective in iraſcibili. 12ª.q.46.2.0.ª.22ª.q.162.3.c.

20 Defectus iræ in voluntate, vel in appetitu ſenſitivo contra rationem, ſemper eſt peccatum. 22ª.q.158.8.0.

Bruta habent iram, ex inſtinctu naturali, non autem ex ratione corporis. 12ª.q.46.4.2m.ª.7.1. 21

Multum ebrij non iraſcuntur, quia nihil habent de iudicio rationis, ſed parum ebrij multum iraſcuntur, quia habẽt iudicium rationis, ſed impeditum. 12ª.q.46.4.3m. 22

Ira per zelum, non impediens, nec præveniens iudicium rationis, fuit in Chriſto non autem ira per vitium. 3ª.q.15.9.c. 23

Ira etiam dicit actum voluntatis ad vindictam, eſt in Deo. non autẽ ut paſſio. 1ª q.3.2.2m.ª.q.19.11.c.ª.q.20.1.2m.ª.q.9.4.1m.ª.12ª.q.47.1.2m.ª.22ª.q.158.c. 24

Ira cauſatur ex re inconvenienti, præſenti, vel præterita: vel ex apprehenſione inconvenientiæ habita: ideo cauſatur ex dolore & triſtitia. 12ª.q.23.3.4.c.ª.q.24.1.c.ª.4.8.4.c.c. 25

Omnis ira, eſt propter aliquid contra ſe factum 12ª.q.47.1.0. 26

Ira magis ſequitur complexionem corporis, quem concupiſcentia, propter velocitatem cholere ad iram: ideo promptius inſurgit ira, quam concupiſcentia. 22ª.q.156.4.c. 27

Ira cauſatur ex accidenti extrinſeco. ſ. ex læſione: ſed concupiſcentia delectabilium, cauſatur ex cauſa naturali: ideo concupiſcentia diuturnior eſt & communior, & requirit principaliorem virtutem, licet ira maiorem impetum habeat. 22ª.q.41.7.2m. 28

Cauſa iræ duplex. ſ. ratione motivi, ut excellentia, vel ratione diſpoſitionis, ut defectus, ſicut egritudo 12ª.q.47.2.0. 29

Ira cauſatur ex inuidia, & conſequitur etiam audaciam: & eſt effectus eius 12ª.q.25.3.c.ª.4.2m & 3m. 30

Triſtitia illata, cauſat iram. 12ª.q.46.1.c.ª.q.47.3.0.ª.q.48.1.c.ª.2.c.ª.3ª.q.15.9.c. 31

Sola parvipenſio cauſat iram, & omne provocans iram, eſt aliquid ſub ratione iniuſti. 12ª.q.47.2.0.ª.3.4.c. 32

Tacens provocat ad iram contumeliantem, quia videtur eum parvipendere. 12ª.q.47.1.4m.ª.q.78.3.3m. 33

Oblivio, exultatio in adverſis denunciatio triſtitiam, impediens voluntatem, & quælibet alia cauſam iram, ratione parvipenſionis tantum. 12ª q.47.2.3m. 34

Ludus, riſus, feſtum, proſperitas. conſummatio operum, delectatio non turpis, & ſpes cauſant iram, ratione parvipenſionis, ſed impediunt eã, in quantum impediunt triſtitiam. 12ª.q.47.3.3m. 35

Defectus iniuriantis duplex. ſ. augentes ad genus parvipenſionẽ, ut ignobilitas, inſipientia, & ſervitus, & defectus diminuentes eam, ut pœnitentia, confeſſio mali, humiliatio, poſtulatio veniæ & huiuſmodi: primi augent iram, ſecundi vero diminuunt eam 12ª.q.47.4.0. 36

Ira debilitatur ex diuturnitate, ſicut & cauſa eius. ſcilicet, memoriæ iniuriæ, quæ etiam videtur in nos, quando eſt tantum in memoria 12ª.q.40.1.2m. 37

Ira non eſt ad perſonam multum excellentem, quæ læſit, ſed tantum triſtitia: quia ira præſupponit triſtitiam. deſiderium ſpem, & audaciam puniendi. 12ª.q.25.3.c.ª.q.45.4.3m.ª.q.46.1.c. 38

Nullus proprie iraſcitur ſibi, ſed metaphorice: ſicut nec iuſtum vel iniuſtum ſibi facit, niſi metaphorice 12ª.q.46.7.2m. 39

Ira eſt magis ad amicos iniuriantes, quàm ad alios, quia indignior videtur eorum deſpectio 12ª.q.47.4.3m. 40

Ira eſt tantum ad eos, ad quos eſt iuſtitia & iniuſtitia. 12ª q.46.7.0. 41

Homo iraſcitur inanimatis & brutis, ex imaginatione nunciante læſionem: non autem ex ratione. 12ª.q.46.7.3m. 42

Ira ceſſat ad graviter læſos: quia malum eorum ſufficit. 12ª.q.45.6.c.m.ª.q.47.4.2m. 43

Ira ceſſat ad mortuos: quia non poſſunt dolere, quod tamen appetit iratus, & vindicta iam facta videtur. 12ª.q.46.7.1m.ª.q.47.4.2m. 44

Ira maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut etiam ad exteriora membra derivetur. 12ª.q.48.3.c.ª.22ª.q.41.3.1m. 45

Signa & effectus iræ ſunt quinque. ſ. palpitatio cordis, tremor corporis, inflatio faciei, exaſperatio oculorum, & clamor irrationabilis. 12ª.q.48.c.4.c.ª.22ª.q.158.4.c.ſ. 46

Ira cauſat fervorem ſanguinis quia fit inſequendo, quod convenit calori, non autem retrahendo, quod convenit frigori. 12ª q.48.2.0. 47

Fervor amoris eſt dulcis, & lenis, iræ vero fervor, eſt amarus. & ex felle: ideo primus aſſimilatur calori aeris & ſanguinis, ſecundus autem aſſimilatur igni & cholere. 12ª.q.46.5.c.ª.q.48.2.1m. 48

Ex ira audacia augetur, quia ira eſt quid excitivum, ſecundum Philoſophum: unde irati redduntur prompti & audaces ad invadendum: & ſimiliter delectatio eſt effectus iræ, ut eſt in ſpe vindictæ: ſed delectatio de vindicta præſenti aufert totaliter iram. 12ª q.44.1.1m.ª.q.45.4.2.3.ſ.ª.q.48.1.0. 49

Ira inter cæteras paſſiones, magis impedit uſum & iudicium rationis. 12ª q.48.3.0.ª.4.c.ª.22ª.q.41.2.3m.ª.q.157.4.c. 50

Ira dupliciter cauſat taciturnitatem. ſ. ex parte rationis & ex parte perturbationis eius. 12ª q.48.4.0. 51

Ira diminuitur per ſequentem iram: præcipue ſi ſequens ira ſit maior. 12ª.q.48.2.3m. 52

Ira & luxuria cauſant inconſtantiam, pertrahendo rationem ad aliud: ſed luxuria totaliter extinguendo lumen rationis. 12ª.q.77.7.c.ª.22ª.q.53.6.1m. 53

Ira eſt levior quam invidia, ratione appetibilis & hæc quam odium. ſed vero iraſcitur ratione modi. 12ª.q.46.6.0.ª.22ª q.158.4.0. 54

Ira ſemper reſpicit duo obiecta. ſ. vindictam. & nocentem, ſed amor & odium unum obiectum eorum quandoque. 12ª q.46.2.3.c. 55

Utrunque obiectum amoris eſt bonum: odij autem malum, ſed ille reſpicit 56

ſpicit

ſpicit vindictam ſub ratione boni, & nocentem, ſecundum rationem mali. 12æ.q.46.a.6.c

57 Odium appetit malum alienum, ſub ratione mali, ſed ira ſub ratione propriæ gloriæ, vel vero ſub ratione iuſtæ vindictæ. 12æ.q.46.a.6.c. 7.c. q.4 . 22æ.q.34.a.3m. q.43 . q.158.4.c

58 Odium appetit nocere, propter rationem diſpoſitionē infinite, non tamen vt ſciatur: ira vero propter læſionem tantum, cum menſura, & vt ſciatur. 12æ q.46.a.6. 22æ.q.41.a.c.4. q.72.a.4.3m. q.73.8.3m

59 Odiū prius & directius cauſatur ex triſtitia & accidia, quam ex ira. 22æ. q.34.a.3m. q.158.7.2m

60 Ira creſcit in odium, non eadem numero per inueterationem: ſed quæ cauſat odium per diuturnitatem. 22æ.q.45.3.2m. 22æ.q.34.6.3m.

61 Ira eſt ad ſingulare, odium autem ad vniuerſale. 12æ.q.80.a.2m. 12æ.q.29.6.0. q.46.a.3m

62 Odium eſt inſanabilius, & permanentius quam ira, quia cauſatur ex permanentiori cauſa, ſcilicet ex diſpoſitione qua repetitur aliud contrarium & nociuum: ſed ira cauſatur ex paſſione & commotione animi propter læſionem illatam 12æ.q.46.6.3m. 7.3m

63 Odium magis excludit miſericordiam, quam ira, quantum ad rem deſideratam, ſed econuerſo quantum ad intenſionē deſiderij. 12æ.q.46.6.2m

64 Ira reſpicit bonum iuſtitiæ: concupiſcentia vero, bonum delectabile, vel vtile. 22æ.q.158.4.c

65 Ira operatur cum triſtitia, concupiſcentia vero delectabiliter: ſed ira eſt minus peccatibilis, quia plus habet de ratione. 22æ.q.156.4.c

66 Ira eſt cum ratione denunciante iniuriam, non autem prohibente vindictam, ſed concupiſcentiæ naturaliter. 12æ.q.46.4.0. 22æ q.156.4 a.2m.

67 Difficilius eſt reſiſtere iræ, & pugnare contra iram ad horam propter impetum eius, quam contra delectationem & concupiſcentiam, ſed econuerſo, propter maiorē continuitatē. 12æ.q.156.a.1m. q.161.6.1m.

68 Ira cauſatur ex contrarijs paſſionibus ſcilicet, à ſpe & triſtitia, ideo includit in ſe contrarietatem 12æ.q.46.a.2m

69 Nulla paſſio eſt contraria iræ 12æ q.23.3c. q.4 c.6. q.46.1 2m.

70 Iræ contrariatur aliquid vitium, ſ. inordinata remiſſio iræ ſed non apparet, quia eſt innominata. 22æ.q 158.8.0

71 Manſuetudo eſt priuatiue vel negatiue oppoſitum iræ, non autem contrarie. 12æ.q.23.3.6

72 Ira non opponitur manſuetudini, niſi ſecundum quod ira eſt inordinata 22æ.q.157.1.3m. 3a.q.15.9.c

73 Manſuetudo magis opponitur iræ, quam defectui eius, ideo vitium oppoſitum manſuetudini, nominatur ira, quam refrenandam, principaliter manſuetudo ordinatur. 22æ q 157.2.2m

¶ Iracundia eſt exceſſus iræ, ideo eſt vitium oppoſitum manſuetudini. 22æ.q.157.1.3m

Iracundus non eſt, cui ineſt paſſio iræ, ſed qui paſſibilis eſt de facili ab ea. 12æ.q.63.4.2m

¶ Iraſcibilis dupliciter ſumitur, ſcilicet propriè, id eſt, appetitus ſenſitiuus & improprie, id eſt, voluntas 1a.q.82.5.2m. 12æ.q.16 9.c.3m.

Iraſcibilis potius denominatur ab ira, quam ab alijs paſſionibus: quia eſt vltima, ſed & quia eſt effectus & terminus earum 12æ.q.25.3.1m. q.46.1.1m.

Actus iraſcibilis in ſe tantum eſt naturalis homini, inquantum eſt ſecundū rationem, ſed inquantum eſt præter ordinem rationis, eſt contra naturam hominis 22æ.q.158.4

¶ Ira quodque ſignificat crudelitatem, inquantum cauſa eius, eſt cauſa 22æ.q 99.1.c

¶ Ironia eſt peccatum, quia aſſerit minora de ſe quam credit, ideo ſemper eſt peccatum, tamen leuius vt plurimum quam iactantia. 22æ.q. 113.2.c. q.113

Ironia & iactantia circa idem ſ. circa conditionem perſonæ, mentiuntur verbis, vel quibuſcunque ſignis. 22æ.q.113.1.c

¶ Irregularitas non incurritur propter peccatum tantum, ſed principaliter propter impedimentum perſonæ, ad exercitium miniſtrandum. 12æ.q.20.5.4m. 22æ.q.97. 3m. q. 0. 2m

¶ Irreligioſitas habet manifeſtam contrarietatem ad religionem, per contemptum & irreuerentiam Dei, vel rei ſacræ. 22æ.q.92.97 prin. q 112.c.

Irreligioſitas opponitur veræ religioni, per defectum, ſicut ſuperſtitio per exceſſum, & prohibetur ſecundò præcepto decalogi 22æ.q.122. 3.4 c.

Species irreligioſitatis ſunt quatuor, ſ. tentatio Dei periurium, ſacrilegiū, & ſimonia 22æ.q.97.00.princip. q.154.12.c

Superſtitio impedit religionem, ne ſuſcipiatur Deus, ſed irreligioſitas, ne ſuſceptus honoretur. 22æ q.122.3.4 c

Iſaac ſignificauit Chriſtum, inquantum oblatus eſt in ſacrificium: ideo non oportet quod ſignificet eum vt offerentem, licet ob tale, ſicut & alij aſſi, ſecundum congruitatem illi temporis, ſecundum Gregorium. 22æ.q.85.1.1m

¶ Hiſtrionatus eſt licitus, ſi fiat cum honeſtis verbis & factis, & conuenienti negotio, loco, & tempore, ideo iuſte datur eis merces. 22æ.q. 168.3.3m

¶ Chriſtus ſperauit in Iuda, id eſt confidebat quadrupliciter, ſ. ſecundum apparentiam, effectum, debitum, & in meritis Chriſti. 22æ.q.17.4. 0. 1.c. q.85. 3m

Nomen archangeli ponitur in canonica Iudæ Apoſtoli. 1a.q.108.5.b.

¶ Eccleſia prohibet Chriſtianos colere terras Iudæorum: quia per hoc non habent neceſſe conuerſari cum eis, & tamen ſi ex tali commun-

catione vel conuictu, ſubuerſio fidelium timeretur, eſſet penitus interdicendum. 22æ.q.10.12.2m

Totus cultus Iudæorum erat propheticus & figuratiuus 12æ.q.100.12.c. q.104.2 2m. q.102.10.2m. 22æ.q.87.1.c. q 96.3 3m. 3a.q.6 . 2 1m. 3

Tribus ſacerdotalis & regia Iudæorum, erant præclariores ideo ſæpe coniunctæ ſunt per matrimonium 3a.q. 2.c m 3

Iudæi excuſantur à furto Ægyptiaco, & hoc non eſt niſi quia præcepto ſuperioris domini, res non ſuæ, factæ ſunt ſuæ. 12æ.q.94.5.2m. q. 100.8.3m. 22æ.q.66.c.1m. q 104.4.c 4

Iudæis permiſſum eſt, accipere vſuras ab extraneis tantum, quorum bona debebant Iudæi, vel propter auaritiam, ne acciperent eas fratribus 12æ.q.105.3.3m. 22æ.q.78.1.2m. 5

Communis ſtatus Iudæorum, ſemper erat in proſperitate, quando ſeruabant legē, & cum peccabant, erant in tribulationib 12æ.q.96. m. 6

Deus exaltauit Iudæos tempore gratiæ quintupliciter, ſ. ſecūdum carnis aſſumptionem, per perſonalem prædicationem, per ſuam conuerſationem per miraculorum operationem, & per diſcipulorum prædicationem. 22æ.q.10. 8.c. q 64.c 7

Principes Iudæorum, cognouerunt Chriſtum eſſe meſſiam, qui promiſſus eſt in lege: non autem cognouerunt diuinitatem eius, niſi per coniecturas, quod etiam obſcurabatur per malitiam & cupiditatem gloriæ propriæ. 3a.q.27.5.0. 6.c 8

Iudæi non intelligent præcepta decalogi. 12æ.q 102.6.7m. q.107.2.c.3 4m. 3.2m. q.106.c.4m. 3.1m. 2m. 4m 9

Secta Iudæorum duplex, ſ. Phariſæorum, & Saduceorum negantium reſurrectionem, & Angelos. 1a.q.50.1 c 10

Iudæi proni ſunt ad idolatriam 12æ.q.100.6.4m. 12æ.q.10.9 1m 11

Iudæi ſunt crudeles, & ad auaritiam proni. 12æ.q 105.1. 2m 12

Iudæi dixerunt primo quidem blaſphemiam in filium hominis, cum dicebant eorum peccatorem, & publicanorum amatorem: poſtmodum autem blaſphemauerunt in ſpiritū ſanctum, dum opera quæ ipſe operabatur virtute propriæ diuinitatis, & per operationē ſpiritus ſancti, attribuebant principi dæmoniorum. 22æ.q.14.1.c 13

Cum ipſi Iudæi ſint ſerui eccleſiæ, poteſt eccleſia diſponere de rebus eorum, ſicut etiā principes ſeculares multas leges ediderunt circa ſuos ſubditos, in fauorem libertatis. 22æ.q.10.1 .c 14

Iudæi propter culpam ſuam, ſunt ſerui in perpetuum: ideo domini poſſent tollere res eorum, ſeruato eo victu, niſi leges hoc prohiberent. 12æ.q.10 12 c. 11.c. 1c.3m. 3a q.68.10.c m 15

Iudæi ſunt compellēdi à fidelib ſi adſit facultas: vt ſi fidem non impediant, vel blaſphemijs vel malis perſuaſionib, vel etiam aperto perſecutionib. 22æ.q.10.8.c. q.2m. q 14 c 16

¶ Iudex iuſte infligēdo pœnam, non peccat. 22æ.q.6 .2.3.0. q.108.1.3.0 2

Iudex nullam probationem admittere debet, contra leges diuinas vel humanas 22æ.q 67.2.c 3

Iudex per prudentem accuſatorem falſo accuſaſſe, non quidem malicioſe, ſed temere, id eſt, ex leuitate credendi, vel ex iuſto errore, non imponat ei pœnam talionis 22æ.q 68.3.1m. 4 1m

Iudex neminem debet condemnare, niſi accuſatum. 22æ.q.67.3.0. 4

Iudex debet eſſe facilior ad abſoluendum, quam ad condemnandum, & ſi in cauſis fauorabilib vt libertatis. 22æ.q.70.c 2m 5

Bonum iudicis eſt diminuere pœnarum, quæ ſuo arbitrio relinquuntur, non autem pœnarum quæ determinantur à lege diuina, vel humana. 22æ.q67.4.1m 6

Nullus iudex poteſt remittere pœnam, pro alterius iniuria iuſte inflictam velit, nec pœnam pro iniuria communitatis, niſi ſupremus iudex, ſi expediat. 22æ.q.67.4.c. 1.q.66 2.2m 7

Nullus eſt iudex ſui, ſed poteſt ſe committere iudicio aliorum. 22æ.q.64 5 2m. 8

Naturalis tamē inclinatio ineſt iudici, & cuilibet homini, ad repellendū nocumentum dupliciter, ſ. vel defendendo ſe, ne ei ſeruetur iniuſte, vel vlciſcendo illatas, non tamen intentione nocendi, ſed intentione remouendi nocumenti 22æ.q. 0 .1.c 9

¶ Iudicium ſecundum primam impoſitionem ſignificat rectam determinationem iuſtorum, ſed poſt ampliatum eſt nomen eius ad ſignificandam omnem rectam determinationem, ſpeculatiuam vel practicam. 12æ.q.3.8.1m. 22æ.q.60.1.2m 1

Iudicium eſt actus iudicis inquantum iudex ad eſt, inquantum eſt ius dicens: ideo eſt actus iuſtitiæ, id eſt, executio iuſtitiæ. 22æ.q.60.1.0. q. 63.2.c. 2

Iudicium quo ad rem iudicatam, ſe habet communiter ad commutatiuā, & diſtributiuam iuſtitiam: ſed quo ad formam iudicij, inquantum etiā in commutatiua iudex accipit ab vno & dat alteri, pertinet ad diſtributiuam tantum 22æ q 6 .4 2m 3

Ordinare, & iudicare ſunt actus ſapientiæ. 1a.q.1.6.c 4

In omni iudicio, vltima ſententia pertinet ad ſupremum iudicatorium. 1a.q.74.7.c. 5

Ad omne iudicium requiruntur duo, ſ. virtus proferens, & diſpoſitio eminentior: primum, eſt actus rationis, prudentiæ, & finis: ſed ratione ſecunda, eſt actus iuſtitiæ. 22æ.q.60.2.1m 6

Vnumquodque iudicatur integre ſecundum formale in eo & per ſe, quã ſecundum materiale, & per accidens. 12æ.q.110.1.1m. q.117.0.2m. q.118.5.c.ſi 7

Quidam ſunt bene inquirentes, propter bonam imaginationem, qui non ſunt bene iudicantes, propter malam diſpoſitionem ſenſus communis. 22æ. q.51.2.3.c. 8

Iudi-

9 Iudicium de re non poteſt haberi perfectum, niſi per reſolutionem ad principium, 1a 2æ q. 112. 5. c. 2a 2æ q. 173. 1. o.
10 Iudicium certum de re maxime datur ex ſua cauſa. ſecundum ordinem cauſarum: quia per primam iudicatur de ſecunda, non autem econuerſo 2a 2æ. q. 9. 2. c.
11 Rectitudo iudicij contingit dupliciter, ſ. per vſum rationis: & per connaturalitatem, tam in moralibus per ſcientiam moralem, & per habitus moral. quàm in diuinis per donum ſapientiæ, & per charitatem. 2a 2æ. q. 45. 2. c. 2a. q. 51. 3. 1m.
12 Rectum iudicium conſiſtit in apprehenſione rei, vt in ſe eſt, ex recta diſpoſitione potentiæ cognitiuæ, & appetitiuæ, 2a 2æ. q. 51. 3. 1m
13 Charitas inclinat ad rectum iudicium, de omni re, per regulas diuinas ex quibus proſiliit per donum ſapientiæ: ſed iuſtitia inclinat per prudentiam, ſecundum regulas iuris, 2a 2æ. q. 60. 1. 2m
14 Ad iuſtum iudicium, requiruntur tria, ſcilicet iuſtitia, auctoritas & prudentia: ſi primum deſit, eſt iudicium peruerſum: ſi ſecundum, eſt iudicium vſurpatum: ſi tertium, eſt iudicium ſuſpicioſum vel temerarium. 2a 2æ. q. 60. 2. c. 6. o. 2a. q. 67. 1. . 2a. q. 59. 1. c.
15 Iudex debet ſemper iudicare, ſecundum leges ſcriptas, 2a 2æ. q. 60. 5. o. 6. o.
16 Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, etiam contra veritatem quam nouit, vt perſona priuata 2a 2æ q. 64. 6. 3m. 2a q. 67. 2. o.
17 Iudicium humanum, debet imitari iudicium diuinum, in iudicijs Dei manifeſtis, non autem in occultis. quia eorum rationes non poteſt homo comprehendere 2a 2æ q. 60. 1. c. 2a. q. 4. 4. 1m
18 Exiſtens in peccato mortali etiam occulto, ex officio corrigens, vel iudicans alios, peccat, non autem hoc agens vt frater, niſi propter ſcandalum. 2a 2æ. q. 33. 5. o
19 Iudicat legem, dicens eam non eſſe bene poſitam, non autem dicens eam in aliquo caſu non eſſe ſeruandam: ſed de illo caſu particulari. 2a 2æ. q. 120. 1. 2m
20 Homo in iudicio, debet pauperi ſubuenire, quantum poteſt, ſine læſione iuſtitiæ, q. 63. 4. 2m.
21 Nullus poteſt iudicare, niſi ſubditum ordinarie, vel ex commiſſione ſuperioris, vel propria ſponte, ad delinquentem in re nõ exempta, 2a 2æ q. 60. 2. c. 2a. q. 67. 1. o
22 Iudicium per compromiſſum in arbitros, neceſſe eſt aliqua pœna vallari. 2a 2æ. q. 67. 1. 2m
23 Iudicium eccleſiæ, debet eſſe conforme iudicio Dei: & non aſtringi legibus hominis. 1a 2æ. q. 90. 1. c. 2a. q. 108. 1. 2
24 Poteſtas ſecularis, ſubditur poteſtati ſpirituali: ideo iudicium non eſt vſurpatum, ſi prælatus ſpiritualis iudicat de temporalibus, quantum ad permiſſa: vel inquantum ei ſubduntur. 2a 2æ. q. 60. 6. 3m
25 Iudiciaria poteſtas conuenit toti trinitati: ſed appropriatur patri ratione auctoritatis, filio quo ad rationem iudicij, & ſpiritui ſancto, quo ad affectum iudicandi, quem homines habent. 3a q. 59. 1. o.
26 Auctoritas principalis iudicandi, cõuenit ſoli Deo: ſed committitur hominibus, & maxime Chriſto, ſecundum naturam humanam. 3a. q. 58. o. 3a. q. 59. 2. o
27 In iudicio Dei, idem poteſt eſſe accuſator ſimul & teſtis, non autem in iudicio humano. 2a 2æ. q. 67. 1. 1m 2a. 3m. 2a. q. 89. 1. 3m
28 Deus in iudicio ſuo vtitur conſcientia peccantis, & cordantiæ loco ad ipſum pro accuſatore. 1a 2æ. q. 6. 1. 1m
29 Chriſtus hic viuens, noluit adminiſtrare temporaliter regnum terrenũ, nec iudiciariã exercere poteſt. tẽ ſuper res tẽporales. 3a. q. 59. 4. 1m.
30 Chriſtus propria voluntate ſubdidit ſe Pilati iudicio, ſicut etiam alij poſſunt ſe ſubmittere etiam non ſuperiori. 2a 2æ. q. 67. 1. 2m
31 Iudiciaria poteſtas conuenit Chriſto, propter diuinam perſonam, dignitatem capitis, gratiæ habitualis plenitudinem, & propter meritum eius. 3a. q. 59. 3. o
32 Chriſtus habet poteſtatem iudiciariam ſuper omnes creaturas: quia anima eius, eſt ſuper omnes creaturas. 3a. q. 59. 4. 3m
33 Chriſto ſecundum naturam humanam, habet poteſtatem iudiciariam ſuper omnes angelos, quo ad diſpenſationem & præmium accidentale: ſed quo ad præmium eſſentiale, ſecundum naturam diuinam tantum. 3a. q. 59. 6. o.
34 Iudiciaria poteſtas quo ad omnes res humanas, conuenit Chriſto ſecundum vtramque naturam 3a. q. 59. 2. o
35 Angeli trahuntur ad iudicium pro cuſtoditis qui damnantur, non quidem vt rei, ſed vt teſtes. 1a. q. 113. 7. 4m
36 Omnes homines iudicabuntur, quo ad receptionem præmij, vel penitentia: ſed perfecti, & infideles non iudicabuntur iudicio diſcuſſionis. 3a. q. 56. 2. 1m.
37 Neceſſe eſt, eſſe generale iudicium in fine mundi. præter iudicium particulare quod fit in morte. 3a. q. 59. 5. o
38 Dies iudicij quæ erit tempore ſecundi aduentus Chriſti. quod æſtati comparatur, quando ſol maxime exaltatur: eſt nota ſoli Deo. 3a. q. 46. 9. c. 1. 3m
39 Vniuerſale iudicium futurum eſt 3. q. 88. 1. c
40 Vltimum iudicium futurum eſt mentaliter, 3. q. 88. 2. c
41 Conueniens eſt vt cognitio finis mundi ſoli Deo reſeruetur. 3. q. 88. 3. o.
42 Probabile eſt Chriſtum deſcenſurum ad iudicandum circa montem Oliueti 3. q. 88. 4. o
43 Iudicabunt perfecti viri cum Chriſto. 3. q. 89. 1. c
44 Non cuilibet pauperi datur iudiciaria poteſtas, ſed ei qui omnib. relictis Chriſtum ſequutus fuerit, iuxta perfectionem vitæ. 3. q. 89. 2. c
45 Non competit angelis iudicare. 3. q. 89. 3. o
Probabile eſt quod dæmones damnatos torquebunt 3. q. 89. 4. o 46
Omnes in iudicio comparebunt. 3. q. 89. 5. o 47
Beati omnes quãtum ad pæmiorum retributionem iudicabuntur. quidam vero ad meritorum diſcuſſionem: qui notabilem aliquam malitiam vel tentationem habentes non iudicabuntur, vt illi qui negotijs terrenis ſunt implicati, ita tamẽ vt ſua peccata per eleemoſynas expiarunt, iudicabuntur 3. q. 89. 6. c 48
Infideles condemnabuntur, cum in eis nullum ſit fidei fundamentum 3. q. 89. 7. c. 49
Angeli non iudicabuntur iudicio diſcuſſionis, ſed beati retributionis. 3. q. 89. 8. o 50
Congruum eſt vt Chriſtus ſecundum humanam naturam ſit mundum iudicaturus. 3. q. 90. 1. c. 51
Conueniens eſt vt Chriſtus in vltimo iudicio in gloria ſua appareat. 3. q. 90. 2. o 52
Cum Deus ſit eſſentialiter ipſa bonitas, non poteſt ſine gaudio videri. 3. q. 90. 3. c 53
Conueniens eſt vt ſicut homo glorificatus erit, ſic & mundũ ipſum poſt iudicium innouari. 3. q. 91. 1 54
Homine glorificato motus cæli ceſſabit, diuina voluntate id ſtatuente. 3. q. 91. 2. c 55
Corpora cæleſtia maiorem claritatem accipient in illa innouatione, vt quaſi ſenſibiliter Deus ab homine videatur. 3. q. 91. 3. o 56
Cum oporteat corpora inferiora maxime perfici ſecundum claritatem, in qua communicabunt cum cæleſtibus corporibus, elementa reducantur claritate quadam, non tamen æqualiter. 3. q. 91. 4. o 57
Cum plantæ & animalia non poſſint ordinari ad incorruptionem, non remanebunt in illa mundi innouatione 3. q. 91. 5. c 58
¶ Iudith laudatur, non quia mentita eſt Holopherni, ſed propter affectũ quem habuit ad ſalutem populi pro qua periculis ſe expoſuit: quamuis dici poſſit, quod verba eius veritatem habent ſecundum aliquem myſticum intellectum. 2a 2æ. q. 110. 3. 3m
¶ Iuge ſacrificium. fiebat mane & veſperi quotidie ſignans perpetuitatem diuinæ beatitudinis & perpetuitatem Chriſti, qui eſt agnus Dei. 1a 2æ. q. 102. 4. 10m. 3a. q. 22. 1. 3m
¶ Iumentum ſeu pecus, dicitur omne animal ſeruiens homini, 1a. q. 72. 4m
¶ Iuramentum eſt actus religionis, ſeu latriæ: quia honor eſt diuinus eſt. 2a 2æ. q. 89. 2. o. 1
Iuramentum ſeu iurare, eſt Deum in teſtem vocare: propter defectum locutionis & cognitionis humanæ: ideo nõ ſit tam neceſſarium 2a 2æ. q. 89. 1. o. 2a. 4. c. 2a. q. 98. 2. c 2
Iurare eſt implorare teſtimonium Dei vt exhibendum: ſed allegare ſacram ſcripturam, eſt vti teſtimonio Dei iam dato. 2a 2æ. q. 89. 1. 1m 3
Iuramentum Dei, & iuramentum angeli in ſacra ſcriptura, inducitur ad oſtendendum infallibilitatem diſpoſitionis diuinæ de aliqua re, non autem propter defectum dicti ſui. 2a 2æ. q. 89. 1. 4m 4
Iuramentum ſecundum ſe bonum eſt, & honeſtum, ſcilicet ratione originis & finis: ſed ſedit in malum aliquando ex eo quod male vtitur eo, id eſt, ſine neceſſitate & cautela debita, vel quia imminet periculum periurij: quia de facili homo in verbo delinquit. 2a 2æ q. 89. 2. o. 2a. 3. c 5
Iuramentum quæritur ad ſubueniendum alicui defectui, quo ſcilicet vnus homo alteri diſcredit: ideo iuramentum non eſt per ſe appetendum, ſed tantum in neceſſitate, vt medicina, vtendum eſt eo. 2a 2æ. q. 107. c. 3. 2a. q. 108. 3. 1. 2a. 2a 2æ q. 5. 7. m 1. 2a q. 89. 2. 3. c. 2a. 1. o 6
Iuramentum debet habere tres comites, ſ. veritatem, iudicium, & iuſtitiam. 2a 2æ. q. 89. 3. o. 2a. 7. c. 2a. 8. 1. 1m 7
Iurare per creaturas non licet niſi ſecundum quod in his, veritas diuina, vel effectus teſtificationis eius oſtenditur: ſicut iurauit Ioſeph per ſalutem Pharaonis, ſcilicet, vel per modum execrationis, quaſi ſalutẽ Pharaonis obligauerit Deo, vel per modum conteſtationis, quaſi conteſtando veritatem diuinæ iuſtitiæ, ad cuius executionem principes terræ conſtituuntur. 2a 2æ. q. 89. 6. o 8
Aſſumuntur ad iuramentum aliquæ creaturæ, non quidem ſecundum ſe, ſed inquantum in eis diuina veritas manifeſtatur: ſicut iuramus per euangelium, id eſt, per Deum, cuius veritas in euangelio manifeſtatur: & per ſanctos qui hanc veritatem crediderunt & obſeruauerunt, 2a 2æ. q. 89. 6. c. 9
Solet homo iurare per caput ſuum, aut per filium ſuum, aut per aliquam aliam rem quam diligit: ſicut & Apoſtolus iurauit in animam ſuam. 2a 2æ. q. 89. 6. c 10
Punitur per canones clericus, per creaturã iurans. quod ad blaſphemiã infidelitatis pertinet: eo quod dñs prohibuit iurare per creaturas, ita, ſcilicet quod eis adhibeatur reuerentia diuina 2a 2æ. q. 89. 6. 1m 11
Iuramentum duplex aſſertorium, id eſt, de præſenti vel præterito: & promiſſorium, id eſt, de futuro 2a 2æ. q. 89. 1. c. 2a. 7. o 12
Iuramentum duplex, ſ. per ſimplicem conteſtationem Dei: & per execrationẽ ſe obligando ſe, vel aliquid ſui ad pœnam. 2a 2æ. q. 89. 1. 3m. 2a. 6. c. 13
Deus dupliciter eſt teſtis in iuramento, ſ. manifeſtando veritatem in mẽte, vel in publico, & puniendo mendacem 2a 2æ. q. 89. 1. 1m. 2a. 2. 3m 14
Iurare per Deum, ſecundum ſe eſt maius, quàm iurare per euangelium: ſed ratione maioris ſolennitatis & maioris deliberationis, eſt econuerſo. 2a 2æ q. 89. 10. 2a. 2a. q. 98. 1. 3m. 15
Obligatio voti, cauſatur ex fidelitate ad Deum: ideo eſt maior, quam obligatio iuramenti, quæ eſt ex reuerentia Dei. 2a 2æ. q. 89. 8. o 16
Iuramentum obligat, ſecundum intentionẽ iurantis ſine dolo, aliàs obligat, ſecundum ſecundarium intellectũ eius cui iuratur. 2a 2æ. q. 89. 7. 4m 17
In iuramento promiſſorio, eſt duplex obligatio, ſcilicet, ad peccatum ſ 18
dens

debet veritas, & obligatio ad faciendum illud quod promiſit: ſed in iuramento aſſertorio, eſt tantum prima obligatio. 22ᵃ. q. 89. 7. c. 1ᵐ.
19 Iuramentum coactum, obligat in conſcientia, non autem in foro contentioſo: tamen poteſt repetere, vel denunciare ſuperiori, etiam ſi oppoſitum iuraſſet. 22ᵃ. q. 89. 7. 3ᵐ. ⁿ. q. 98. 3. 1ᵐ
20 Cum quis iurat facere voluntatem alterius, vel promittit, intelligenda eſt debita conditio, ſ. id quod ei mandatur licitum ſit, & honeſtum & portabile, ſiue moderatum. 22ᵃ. q. 98. 2. 3ᵐ
21 Iuramentum & votum, cum vergunt in deteriorem exitum, vel cum fit illicitum, nõ debet ſeruari. 22ᵃ. q. 98. 2. 2. 1ᵐ. ⁿ. 10. c. ⁿ. 2. 2ᵐ. ⁿ. q. 89. 7. c
22 Iurans aliquid illicitum facere, vel iurans abſtinere à bono, vt à religione, non obligatur ſeruare illud: ſed eſt periurus ipſo facto. 22ᵃ. q. 89. 7. c. 2ᵐ. ⁿ. 9. 3ᵐ. ⁿ. q. 98. 1. 1ᵐ. 2. 1ᵐ. 2ᵐ
23 Nouus ciuis obligatur ſeruare iuramenta ciuitatis, ex fidelitate, non autem ex iuramento: quia eſt actio perſonalis. 22ᵃ. q. 98. 2. 4ᵐ
24 Dauonicus iurans ſeruare ſtatuta collegij, tenetur ad ſtatuta futura, ex vi eorum, non autẽ ex iuramento, niſi hoc intenderit. 22ᵃ. q. 98. 2. 4ᵐ.
25 Ille cui iuratur, poteſt liberare à iuramento promiſſorio, quo ad vtilitatem ſuam, non autem quo ad vtilitatem aliorum, nec quo ad honorem Dei. 22ᵃ. q. 89. 9. 2ᵐ
26 Quilibet poteſt irritare iuramentum ſui ſubditi, circa ea quæ ſubduntur eius poteſtati vt pater vel maritus. 22ᵃ. q. 89. 9. 3ᵐ
27 In iuramento aſſertorio, non poteſt diſpenſari: nec in promiſſorio ſecundum ſe, ſed tantum ratione materiæ indebitæ. 22ᵃ. q. 89. 9. c
28 Si dubium eſt, an ſit licitum, vel proficuum quod iuratum eſt, poteſt à quolibet epiſcopo diſpenſari: ſi autem ſit licitum manifeſte, non videtur diſpenſabile, nec commutabile: ſi occurrit aliquid melius, ad cõmunem vtilitatem, quod ad Papam maxime pertinet. 22ᵃ. q. 89. 9. 3ᵐ ⁿ. q. 98. 2. 1ᵐ
29 Iurans debet eſſe ieiunus, niſi in neceſſitate. 22ᵃ. q. 89. 10. c
30 In feſto non licet iurare pro re temporali, niſi forte ex magna neceſſitate, ſed iurare pro re ſpirituali licet. 22ᵃ. q. 89. 10. c. ſi
31 Pueri & periuri, non coguntur iurare, quia iurarent ſine reuerentia, nec ſacerdotes, niſi in neceſſitate, & pro re ſpirituali. 22ᵃ. q. 89. 10. c
32 Recipere iuramentum per falſos deos à diſpoſito ſic iurare licet ſecundum Auguſtinum non autem licet inducere. 22ᵃ. q. 98. 4. c. ⁿ. q. 98. 4. 1ᵐ
33 Cogens iurare, quem ſcit peieraturum, peccat mortaliter, niſi ſit perſona publica, vt iudex, qui requiſitus tenetur ad hoc. 22ᵃ. q. 98. 4. c
¶ Iurgium videtur idem eſſe quod rixa. 22ᵃ. q. 41. 1. ar. 2. ⁿ. 2ᵐ
Quilibet habens iuriſdictionem, poteſt ea quæ ſunt iuriſdictionis committere. 22ᵃ. q. 1. 8. 1. 1ᵐ
1 ¶ Ius primo impoſitum eſt ad ſignificandum rem iuſtam, ſecundo artem qua cognoſcitur, tertio locum, quarto id quod redditur à iudice. 22ᵃ. q. 57. 1. 1ᵐ
2 Ius proprie eſt obiectum iuſtitiæ, lex autem, ratio eius ſcripta. 22ᵃ. q. 57. 1. c. ⁿ q. 69. 1. c
3 Ius vel iuſtum, eſt opus adæquatum alteri, ſecundum aliquem æqualitatis modum. 22ᵃ. q. 57. 1. 2. c. ⁿ. q. 59. 1. c
4 Ius diuinum, eſt quod diuinitus promulgatur: & eſt duplex. ſ. naturale, & poſitiuum. 22ᵃ. q. 57. 2. 3ᵐ
5 Ius naturale eſt conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur homo ad conuenienter agendum in proprijs actionibus. 12ᵃ. q. 71. 2. c. ⁿ. q. 95. 2. 3ᵐ
6 Ius naturale primo continetur in lege æterna, ſecundario vero, in naturali iudicatorio rationis humanæ. 12ᵃ. q. 71. 6. 4ᵐ
7 Ius naturale ſemper & vbique habet eandem potentiam, ſed per accidẽs propter aliquod impedimentum, poteſt variari. 12ᵃ. q. 94. 6. c
8 De iure naturali eſt, quod maleficia puniantur, ſed determinatio eius eſt de iure poſitiuo. 22ᵃ. q. 85. 1. 1ᵐ
9 Ius poſitiuum deriuatur à iure naturali. 12ᵃ. q. 95. 2. c. ⁿ. 4. c
10 Voluntas bona, poteſt facere ius & iuſtum, de aliquo indifferenti, non autem contra ius naturale. 22ᵃ. q. 57. 2. 2. ⁿ. q. 60. 5. 1ᵐ. ⁿ. 2. ⁿ. q. 66. 7. 2
11 Ius diuinum non tollit ius humanum, quod eſt ex naturali ratione. 12ᵃ. q. 10. 10. c. ⁿ. q. 12. 1. 2
12 Ius poſitiuum variatur, ſecundum diuerſas hominum conditiones, in diuerſis temporib. 12ᵃ. q. 95. 5. 1. ⁿ. 6. c. ⁿ. q. 96. 2. c. ⁿ q. 1. 4. 1. 2ᵐ
13 Ius duplex, ſcilicet naturale, & poſitiuum. 12ᵃ. q. 95. 4. c. ⁿ. 22ᵃ. q. 57. 2. ⁿ. q. 60. 5. c
14 Ius naturale dupliciter. ſ. à natura immediate, vt principia, & mediate, vt concluſio. Primum eſt idem apud omnes, nec vnquam deficit, non autem ſecundum. 12ᵃ q. 95. 4. 1. 6. c
15 Ius naturale dicitur dupliciter. ſ. quod ex natura ſua abſoluta eſt alteri adæquatum, & vt ex aliquid conſequitur. Primum conuenit omni animali, ſecundum autem ſoli homini, & eſt ius gentium. 12ᵃ. q. 95. 4. 1ᵐ ⁿ. 22ᵃ. q. 57. 3. c
16 Aliquid dicitur de iure naturali, dupliciter. ſ. ad quod natura inclinat, & cuius contrarium natura non inducit. 12ᵃ. q. 94. 5. 3ᵐ
17 Ius poſitiuum duplex. ſcilicet ius gentium, & ius ciuile, primum deriuatur à lege naturali, vt concluſio, ſecundum vero, per modum determinationis. 12ᵃ. q. 95. 4. c. 1ᵐ
18 Ius dicitur dupliciter. ſ. ſimpliciter, id eſt, æqualium, & ſecundum quid, id eſt, inæqualium, & hoc eſt triplex. ſ. dominatiuum, paternum, & iconomicum. 22ᵃ. q. 57. 4. c. ⁿ. q. 58. 7. 3ᵐ
1 ¶ Iuſtitia dicitur dupliciter, ſ. proprie, id eſt, virtus, quæ eſt rectitudo actus, & metaphorice, id eſt, rectitudo ordinis in partibus hominis. 12ᵃ. q. 21. 3. c. ſi. ⁿ. q. 46. 7. c. ⁿ. q. 113. 1. c. ⁿ. q. 100. 2. 2ᵐ. ⁿ. q. 113. 1. c. ⁿ. 22ᵃ. q. 30. 1. 2ᵐ. ⁿ. q. 58. 2. c. ⁿ. q. 106. 3. c

2 Iuſtitia duplex. ſ. generalis, ordinans ad bonum commune, & iuſtitia particularis ad perſonas ſingulares. 12ᵃ. q. 60. 3. ⁿ. q. 113. 1. ⁿ. 22ᵃ. q. 58. 1. 1ᵐ ⁿ q. 58. 5. 6. 7. c. ⁿ. 12. c. ⁿ. q. 59. 1. c. ⁿ q. 61. 1. c. ⁿ q. 79. 1. c. ⁿ q. 81. 8. 1ᵐ ⁿ q. 122. 1. 3ᵐ
3 Iuſtitia dicitur generalis dupliciter. ſ. cauſaliter, & per prædicationem, prima eſt iuſtitia legalis, differens realiter à qualibet alia virtute: ſecunda eſt virtus in communi, vt iuſtitia legalis, differens ab alia virtute, ſecundum rationem tantum. 12ᵃ. q. 60. 5. 2ᵐ. ⁿ. 7. c. ⁿ 22ᵃ. q. 58. 6. c. ⁿ. q. 79. 1. 1ᵐ
4 Iuſtitia duplex. ſ. ciuilis, i. acquiſita, & infuſa: primæ infuſa, ſed ex gratia, non autem ſecunda. 12ᵃ q. 63. 4. c
5 Iuſtitia eſt habitus ſecundum quem aliquis conſtanti, & perpetua voluntate ius ſuum vnicuique tribuit. 22ᵃ. q. 58. 1. c
6 Iuſtitia eſt virtus 22ᵃ q. 58. 3. c
7 Iuſtitia quandoque vocatur veritas, quia eſt rectitudo impreſſa voluntati, à rectitudine rationis, quæ dicitur veritas. 22ᵃ. q. 58. 4. 1ᵐ
8 Iuſtitia non eſt rectitudo eſſentialiter ſed cauſaliter tant. 22ᵃ q. 58. 1. 2ᵐ
9 Iuſtitia in quadam æqualitate conſiſtit. 12ᵃ. q. 114. 1. c. ⁿ. 22ᵃ. q. 57. 1. c. 3ᵐ ⁿ q. 58. 2. c. ⁿ q. 61. 2. c ⁿ 3ᵃ q. 85. 3. c
10 Iuſtitia eſt perpetua ex parte obiecti, non autem ex parte actus. 22ᵃ. q. 58. 1. 3ᵐ ⁿ 4ᵐ
11 Iuſtitia proprie eſt ſemper ad alterum ſuppoſitum, ſed metaphorice eſt ad ſe, ſecundum diuerſas partes. 22ᵃ q. 57. 1. c. ⁿ. 4. c. ⁿ q. 58. 2. 3. c. 3ᵐ ⁿ 9. c. ⁿ q. 80. 1. c. ⁿ. 2ᵐ. ⁿ. q. 67. 2. c. ⁿ. q. 116. 3. 1ᵐ ⁿ q. 122. 1. c
12 Iuſtitia legalis, inquantum reſpicit bonum commune vt proprium obiectum, eſt virtus ſpecialis ſecundum ſuam eſſentiam: & ſic eſt in principe principaliter, & quaſi architectonice, ſed in ſubditis eſt ſecundario, & quaſi miniſtratiue: ſed eſt generalis cauſaliter, & ſecundum virtutem ſuam, inquantum ordinat actus omnium virtutum ad bonum commune. 22ᵃ. q. 58. 6. c. ⁿ q. 60. 1. 4ᵐ
13 Vindicta quæ fit auctoritate publica poteſtatis ſecundum ſententiam iudicis, pertinet ad iuſtitiam cõmutatiuam, ſed quæ fit propria motu, non tamen contra legem, vel quam requirit à iudice, pertinet ad vindicatiuam virtutem iuſtitiæ adiunctam. 22ᵃ q. 80. 1
14 Virtutes autem adiunctæ ſeu annexæ iuſtitiæ, ſecundum Tullium ſunt ſex, ſcilicet, religio, pietas, gratia, vindicatio, obſeruantia, & veritas, ſed ſecundum Macrobium ſunt ſeptem. ſ. duæ primæ prædictæ, innocentia, amicitia, concordia, affectus & humanitas & ſecundum alios ſunt quinque. ſ. obedientia, diſciplina, æquitas, fides, & veritas: & ſecundum Andronicum ſunt nouem, ſ. bona commutatio, legiſpoſitiua, eugnomoſyna, euſebia, eucharistia, ſanctitas, liberalitas, benignitas, & vindicatiua. 12ᵃ q. 80. 1. c. ⁿ 22ᵃ. q. 80. c. ⁿ q. 81. 2. c
15 Religio eſt potiſſima pars iuſtitiæ, ſecũda vero eſt pietas. 22ᵃ q. 122. 1. c
16 Iuſtitiæ correſpondet donum pietatis. 22ᵃ q. 121. 1. c
17 Species iuſtitiæ particularis duplex, ſ. iuſtitia commutatiua, & iuſtitia diſtributiua. 12ᵃ q. 61. 1. c. ⁿ 12ᵃ. q. 60. 3. 1. ⁿ 22ᵃ q. 61. 1. c
18 In permutationibus à iuſtitia, omne ſuperfluum dicitur lucrum: & omne minus dicitur damnum, quia iſta prius fuit exercita & communius accipitur in voluntarijs commutationibus, in quibus hæc proprie dicuntur. 22ᵃ. q. 61. 4. 2ᵐ
19 Materia iuſtitiæ particularis duplex, ſ. materia proxima. vt paſſiones. & operationes & materia remota, ſ. res exteriores. 22ᵃ q. 58. 8. c. ⁿ. 9. 2ᵐ
20 Iuſtitia particularis, habet materiam ſpecialem. ſ. operationes circa res, quæ ſunt ad alterum. 12ᵃ q. 60. 2. c. ⁿ q. 6. c. ⁿ q. 100. 2. c. ⁿ 22ᵃ. q. 58. 8. c. ⁿ. 10. 11. c. ⁿ q. 60. 1. 2ᵐ ⁿ 8. c. ⁿ q. 62. 3ᵐ. ⁿ q. 61. 3. c. ⁿ q. 61. 1. c. ⁿ q. 9. 3ᵐ. c. ⁿ 3ᵃ q. 85. 3. 1ᵐ
21 Iuſtitia particularis, non eſt circa paſſiones animæ: ſed iuſtitia legalis eſt circa eas, licet primo poſita ſit circa operationes exteriores. 12ᵃ q. 58. 9. c
22 Materia iuſtitiæ, non eſt ille ad quem eſt iuſtitia: ſed res quæ diſtribuuntur vel commutantur. 2ᵃ q. 65. 3. 1ᵐ
23 Eadem eſt materia remota iuſtitiæ commutatiuæ, & iuſtitiæ diſtributiuæ, non autem materia propria. 22ᵃ q. 61. 3. c
24 Iuſtitia vero ad legem regulantem, eſt in ratione, vel in intellectu: ſed quo ad imperium quo opera regulantur ſecundum legem, eſt in voluntate. ⁿ q. 21. 2. 1ᵐ
25 Iuſtitia eſt in voluntate ſubiectiue. 12ᵃ q. 21. 2. 1ᵐ ⁿ 2. 1ᵐ. ⁿ 12ᵃ q. 56. 6. c ⁿ q. 57. 4. c. ⁿ q. 61. 2. c. ⁿ q. 6. 4. c. ⁿ q. 8. 2. c ⁿ 22ᵃ q. 58. 8. c. ⁿ q. 58. 4. 1. ⁿ 5. 2ᵐ ⁿ 8. 1ᵐ ⁿ 9. 12. c ⁿ q. 100. 1. 2ᵐ ⁿ 3ᵃ. q. 85. c. c
26 Omnes partes iuſtitiæ, & omnia oppoſita earum, ſunt ſubiectiue in voluntate. 22ᵃ q. 100. 1. 2ᵐ
27 Iuſtitia, per redundantiam, eſt in qualibet potentia animæ imperando: nõ autem eſſentialiter. 12ᵃ q. 58. 3. 1ᵐ
28 Iuſtitia & charitas ſunt eſſentialiter in beatis, non autem patientia: ſed tantum ſecundum ſuum fructum. 22ᵃ q. 136. 1. 1ᵐ
29 Reddere vnicuique quod ſuum eſt, eſt proprius actus iuſtitiæ, nec conuenit alij virtuti, niſi inquantum communiter iuſtitiæ. 3ᵃ q. 31. 1. c. ⁿ 22ᵃ q. 58. 11. c. ⁿ q. 86. 3. c. ⁿ q. 102. 2. c
30 Facere bonum & declinare à malo, ſunt quaſi partes integrales iuſtitiæ particularis generalis & legalis: ſed diuerſimode 22ᵃ. q. 79. 1. c
31 Actus omnium virtutum, pertinent ad iuſtitiam legalem: inquantum ordinat eos ad bonum commune. 12ᵃ. q. 61. 5. 4ᵐ. ⁿ 22ᵃ q. 58. 5. c. ⁿ. q. 104. 1. 3ᵐ
32 Vis rectæ rationis, maxime apparet in iuſtitia: & eſus indebitus, in virtute oppoſita iuſtitiæ. 22ᵃ. q. 78. 1. c
33 Dare inæqualia æqualibus ex debito eſt contra iuſtitiam: non autem dare ſine debito, vt ex liberalitate. 1ᵃ. q. 65. 2. 1ᵐ
34 Sola iuſtitia inter alias virtutes, importat rationẽ debiti. 12ᵃ. q. 99. 5. 1ᵐ

Virtus

35 Virtus exiſtens ad alterum, duplicites, deficit à ratione iuſtitiæ, ſ. deficiendo à ratione debiti vel à ratione æqualitatis. 22.ª q. [illegible]
36 Modeſtia circa res exteriores, attendit ſolam moderationem: iuſtitia vero attendit debitum. 22.ª q. 14 [illegible] 3.ᵐ
37 Pietas eſt ad patriam, vt ad principium noſtri: iuſtitia vero legalis reſpicit bonum patriæ, ſecundum quod eſt bonum commune, ideo iuſtitia legalis magis habet quod ſit virtus generalis, quam pietas. 22.ª q. 101. 3. 3.ᵐ
38 Iuſtitia legalis mouet per imperium ad ſuum finem omnes alias virtutes morales. 22.ª q. [illegible] 6. c
39 Iuſtitia attendit debitū vnius hominis ad alium. cæteræ vero virtutes, attendunt debitum inferiorum virium ad rationem. 12.ª q. 100. 2. 2.ᵐ 22.ª q. [illegible] 1. c
40 Iuſtitia eſt circa operationes ad alterum ſub ratione debiti legalis. amicitia vero, ſub ratione debiti moralis, vel beneficij gratuiti. 22.ª q. 23. 3. 2.ᵐ
41 Iuſtitia poſt prudentiam, nobilior eſt omni alia virtute morali: deinde fortitudo & poſt has temperantia. 12.ª q. 66. 4. c. [illegible] q. 68. 7. c. 22.ª q. 58. 12. c. [illegible] q. 123. 12. c. [illegible] 141. 8. c [illegible] q. 81 [illegible] 1.ᵐ
42 Iuſtitia & fortitudo ſunt ſimpliciter digniores temperantia, quia de maiori bono ſunt, ſcilicet, communi bono: ſed eſt econuerſo ſecundū quid, quia temperantia, eſt circa difficiliora, & frequentiora. 22.ª q. [illegible] 4. 8. c. [illegible] q. 142. 4. 1.ᵐ
43 Iuſtitia & temperantia, nunquam ſumuntur in malo, vt prudentia, quia important æqualitatem, & concupiſcentiarum refrenationem, ex quibus laus eſt virtutis. 22.ª q. 55. 1. 1.ᵐ
44 Originalis iuſtitia erat ex hoc, quod corpus ſubijciebatur animæ & potentiæ inferiores ſubijciebantur rationi, & ratio ſubijciebatur Deo. 1.ª q. 94. 1. c. [illegible] q. 95. 1. c. [illegible] 12.ª q. 81. 5. 2.ᵐ [illegible] q. 82. 3. c. [illegible] q. 85. 3. 5. c. [illegible] q. 89. 3. [illegible] 22.ª q. 61. 2. c. [illegible] q. 163. 1. [illegible] q. 164. 1. c. [illegible] q. 27. 1. c
45 Originalis iuſtitia, erat iuſtitia naturalis, non quaſi cauſata ex principiis naturæ, ſed quaſi propaganda cum natura. 1.ª q. 100. 1. c. 3.ᵐ [illegible] 12.ª q. 81. 2. c
46 Rectitudo voluntatis eſt quaſi formale in originali iuſtitia, rectitudo autem aliarum potentiarum, eſt quaſi materiale eius. 1.ª q. 9 [illegible] 1. 5.ᵐ
47 Originalis iuſtitia, non poterat eſſe, ſine gratia gratum faciente. 1.ª q. 95. 1. c. [illegible] q. 100. 1. 2.ᵐ
48 Originalis iuſtitia prius erat in eſſentia animæ, quam in potentiis eius. 12.ª q. 83. 2. 2.ᵐ
49 Et prius erat in voluntate, quam in aliqua alia potentia. 12.ª q. 83. 3. c
50 Iuſtitia diſtributiua eſt in Deo, non autem iuſtitia commutatiua. 1.ª q. 21. 1. c.
3 Quod eſt in aliquo loco totum totalitate eſſentiæ, poteſt ſimul eſſe extra, non autem totalitate quantitatis, 1a.q.8.a.3m.
4 *Incorporalia ſunt in loco, 1a.q.8.a.1m.*.2m.
5 Deus non eſt in loco circumſcriptiue neque diffinitiue, quia eſt vbique, 1a.q.52.a.c. & *.1a.q.52.a.1m.
6 Deus dicitur eſſe in loco metaphorice, quia implet locum cauſalitate effectuum, non autem diſtantia dimenſionum, 1a.q.8.a.c.
7 Deus eſt in loco, non quidem ut quid menſuratum loco, ſed ut dans virtutem loco, locandi & continendi, 1a.q.8.a.c.

1 Longanimitas eſt virtus, qua habetur animus tendendi in aliquid diſtans in longinquum, & conuenit dupliciter, cum patientia, ſed magis cum magnanimitate, ſ. primo quidem, quia patientia ſicut & fortitudo ſuſtinet aliqua mala, propter aliquod bonum, quod ſi ex propinquo expectetur, facilius eſt ſuſtinere: ſi autem in longinquum differatur, difficilis eſt expectatio, ſecundo quia hoc ipſum quod eſt differri bonum ſperatum, natum eſt cauſare triſtitiam: & ſic ſecundum quod ſub eadem ratione mali contriſtantis, poteſt comprehendi & dilatio boni ſperati, quæ pertinet ad longanimitatem, & labor quem homo ſuſtinet in continuata executione boni operis, quod pertinet ad conſtantiam, tam longanimitas quàm etiam conſtantia ſub patientia comprehenduntur, 12a.q.70.3.c.*.22a.q.17.9.3m.*.q.136.5.0.
2 Longanimitas magis reſpicit ſpem, quàm timorem, vel audaciam, vel triſtitiam, ſicut etiam magnanimitas, 22a.q.137.
1 ¶In diuerſis linguis ſunt diuerſi modi loquendi, 3a.q.29.2.2m.
2 Deus loquitur angelis vel hominibus, oſtendendo aliquid, & fortaſſis Deus primis hominibus antea loquebatur, ſicut cum angelis loquitur ipſa incommutabili veritate illuſtrans mentes eorum, & ſi non tanta participatione diuinæ eſſentiæ, quanta capiunt angeli, ſecundum Auguſtinum, 1a.q.94.a.c.fi.
3 Loqui videntur bruta, per illuſionem Simonis Magi, vel operante dæmone, ſicut & aſina Balaam per angelum, 22a.q.165.2.4m.
¶Loth culpandus eſt ſecundum Auguſtinum, non quantum ille intendit, ſed quantum charitas meruit, 22 .q.109 4.c.fi.
¶Lotio pedum veteris teſtamenti, prætermittitur in nouo teſtamento, & retinetur lotio manuum, quia eſt in promptu, & idem ſignificat, ſ. perfectam munditiam, 3a.q.83.5.2m.
¶Lucia verum dixit, quod corpus non coinquinatur niſi de conſenſu mentis, 22a.q.64.5.1m.
¶Lucifer peccauit grauius cæteris angelis, ſi quoniam in eo minor flexibilitas fuit ad peccatum, 1a.q.63.8.3m.
¶Ludicra ſeu iocoſa ſunt dicta vel facta, in quibus non quæritur, niſi ſedelectatio animalis, 22a.q.168.2.c.
¶Ludificatio dæmonum, mutat homines in beſtias, ſecundum apparentiam tantum, non autem ſecundum rei veritatem, 1a.q.114.4.2m.*.22a.q.165.2.4m.
1 ¶Ludus eſt in remedium, contra fatigationem animalem, dans animæ quietem, id eſt, delectationem, 12a.q.26.6.1m.*.22a.q.168.2.0.
2 Ambroſius reprobat omnes ludos in ſacra ſcriptura, non autem in aliis, 22a.q.168.2.2m.
3 Ludus triplex. ſ. turpis, deuotus & recreatiuus. Primus debet vitari à quolibet: ſecundus eſt laudabilis: tertius debet ſumi, ſed temperatus a perſona, 22a.q.168 4.m.
4 In ludis cauenda ſunt tria, ſ. dicta & facta turpia & nociua, reſolutio grauitatis, & indebitæ circunſtantiæ, 22a.q.168.2.8
5 Ludere inordinate ratione recreationis, opponitur eutrapeliæ, ſed pertinet ad mollitiem, ratione quietis, 22a.q.138.1.3m.
6 Defectus ludi ad peccatum, ſed minus quam exceſſus eius, 22a.q.168.4.0
7 Exceſſus ludi duplex. ſ. ratione turpitudinis vel nocumenti. & ratione indebitæ circunſtantiæ: primum eſt peccatum mortale. ſecundum autẽ, eſt peccatum veniale, niſi ponatur finis in hoc, 22a.q.168.3.0.
8 Superfluitas ludi, pertinet ad ineptam lætitiam, filiam gulæ, 22a.q.168.3.4m.
9 Peccata ratione ſolius intentionis excuſantur per ludum, non autem peccata ex ſua ſponte, ſed reddunt ludum obſcœnum & damnoſum, 22a.q.168.3.2m.

1 Lumen dupliciter poteſt ineſſe alicui, ſcilicet vel per modum formæ permanentis, vel per modum paſſionis tranſeuntis, 22a.q.171.2.c.*.q.195.3.2m.
2 Maius lumen offuſcat minus lumen. ſ. alterius illuminantis: non autem minus illum illuminati, ſed perficit ipſum, 3a.q.5.4.2m.*.q.9.1.2m
3 Lumen naturale intellectus nihil aliud eſt, quàm manifeſtatio veritatis, 1a.q.57.a.c.*.q.106.1.c.
4 In homine eſt triplex lumen quo non participant bruta, ſ. lumen naturæ, gratiæ & gloriæ, 1a.q.106.1.2m.
5 Lumen naturale intellectus confortatur per infuſionem luminis gratuiti, 1a.q.12.13.c.
6 Lumen ſupernaturale intellectus, id eſt, intellectus qui ponitur donum ſpiritusſancti, eſt quædam acuta perſpectio diuinorum, 1a.q.105.1.2m.*.22a.q.9.2.0m.
7 Lumen intelligibile imprimitur diuinitus, ad iudicandum viſa ab aliis, ad intelligendum ſcripturas, & ad interpretandum, ſicut Apoſtolis ad cognita naturaliter, & ad agenda, 22a.q.173.2.c.fi
8 Lumen gloriæ non poteſt eſſe connaturale alicui creaturæ, 1a.q.12.5.3m
9 Productio plantarum, præmittitur productioni luminarium, ad excludendam idolatriam, 1a.q.70.1.2m.*.4m.

2 Luminaria producta ſunt primo die, quo ad ſubſtantiam: ſed quo ad collationem determinatæ virtutis, producta ſunt quarta die, 1a.q.70.1.2m *.q.74.2.4m.
3 Luminaria ſunt fixa in ſphæris, ſecundum Ariſtotelem, nec mouentur niſi ſuis ſphæris, ſed oppoſitum tenet Ptolomæus, 1a.q.70.1.3m.
4 Sol dicitur luminare magnum, & luna luminare minus: ſed ſol propter quãtitatem & propter virtutem: luna vero dicitur magna, propter quãtitatem apparentem & claritatem, & propter propinquitatem ad nos, & propter manifeſtos eius effectus, 1a.q.68.1.c.fi.*.q.70.1.5m.
5 ¶Luna plena oritur veſpere, & occidit mane: ideo dicitur præeſſe nocti, quia probabile eſt quod producta ſit perfecta, ſicut & plantæ & animalia, 1a.q.70.2.5m.
6 Luna non dicitur præeſſe diei, ſicut nocti, licet appareat in die, quia non dominatur diei propter præſentiam maioris luminaris, ſcilicet ſolis, 1a q.68.1.c.fi *.q.70.1.5m.
7 Luna ſecundum proprium motum, eſt velocior ſole: ſed ſecundum motum diurnum, eſt econuerſo, 3a.q.44.2.2m.

1 ¶Lux ſeu lumen, non eſt corpus, nec eſt euidentia coloris, 1a.q.67.2.0.*.q.76.7.c.*q.92.8.8m
2 Lux non eſt forma ſubſtantialis ſolis, ſed eſt qualitas actiua cuiuslibet lucentis à ſe, 1a.q.67.3.0.
3 Lux proprie eſt tantum in corporibus, quantum ad illud à quo ſumitur nomen, ſed quantum ad illud cui imponitur: magis conuenit ſpiritualibus quàm corporalibus, 1a.q.67.1.0.*.q.74.2.0.
4 Lux non habet contrarium, quia eſt qualitas primi alterantis, 1a.q.67.3.2m.
5 Lux dicitur eſſe ſine numero, pondere, & menſura, quia virtus eius ſe extendit ad omnia corporalia, non autem ſimpliciter, 1a.q.5.5.5m.
6 Lux primo creata, fuit ſol, ſed adhuc informis, quo ad determinationem virtutis, facta quarta die, nec lux erat nubes, niſi ſecundum ſimilitudinem, 1a.q.67.4.0.*.q.68.1.cap.fina.*.q.70.1.2.*.q.74.1.c.1m.*.3.5m.
7 *Lux non videtur per aliquam ſimilitudinem, ſed per eſſentiam ſuam informes oculum, 1a.q.56.3.c.
8 *Lux facit quod color qui eſt viſibilis in potentia, fiat viſibilis in actu, 1a.q.57.2.3m.*.q.76.4.2m.
9 *Eodem actu videtur color & lux, ut ratio videndi, non autem ut obiectum, 12a.q.8.3.2m.*.q.12.2.c.
10 Alium effectum facit lux ſolis, alium lux lunæ, & ſic de aliis Planetis, 1a.q.67.3.c.*.q.70.1.2m.
11 Lux ad productionem formæ ſubſtantialis, ut inſtrumentum cæli, 1a.q.67.3.3m.

1 Luxuria principaliter, eſt circa voluptates venereas: ſecundario autem dicit exceſſum in aliis, 22a.q.153.1.0.
2 Omnis actus luxuriæ eſt peccatum, 22a.q.153.3.0.
3 Omnis actus luxuriæ deliberatus extra limites matrimonij, eſt peccatum mortale: aliter vero eſt veniale, 12a.q.15.3.c.*.q.36.3.c.*q.153.3.0
4 Luxuria eſt vitium capitale, 22a.q.153.4.0.
5 Peccata luxuriæ inter vitia intemperantiæ, ſunt maxime exprobrabilia, 22a.q.151.4.1m.
6 Species luxuriæ ſunt ſex, ſ. fornicatio, adulterium, inceſtus, ſtuprũ, raptus, & luxuria contra naturam, 22a.q.154.0.
7 Stuprum aliquando ſumitur communiter pro omni peccato luxuriæ, 22a.q.154.6.2m.
8 Sacrilegium reducitur ad ſpecies tres luxuriæ, ſcilicet vel ad ſtuprum, vel ad adulterium, inquantum violatur ergo Deo deſponſata: uel ad inceſtum, inquantum eſt cum cognata ſpirituali, 22a.q.154.1.8m.*.10.2m.
9 Peccatum luxuriæ contra naturam, non eſt humanum, ſed beſtiale, 22a.q.142.4.3m.*.q.154 11.0.
10 Vitium contra naturam eſt grauiſſimum inter ſpecies luxuriæ: ſecundo raptus: tertio inceſtus: quarto adulterium: quinto ſtuprum, & minima fornicatio, 12a.q.73.7.c.*.22a.q.154 12.0.*.q.170.1.2m.
11 Species luxuriæ cõtra naturam ſunt quatuor, quarum grauiſſima eſt beſtialitas: ſecundo Sodomia: tertio cum muliere extra naturam: quarto molities, 22a.q.154.12.0.*.12.4m.
12 Circa tempora Abrahæ, humanum genus euaſerat ad profundiſſimum peccatorũ. ſ. ad infidelitatem, & ad turpiſſimum vitium contra naturã, 3a.q.70.2.2m.
13 Filiæ luxuriæ ſunt octo, ſ. cæcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia, amor ſui, odium dei, affectus præſentis ſæculi, & deſperatio futuri ſæculi, 22a.q.15.6.0.*.q.153.4.5.0.
14 Gradus luxuriæ quintuplex, ſ. aſpectus, cogitatio, delectatio, conſenſus, & ipſum opus, 12a.q.72.7.c.fi.*.3m.
15 Ex luxuria oriuntur, quatuor inordinati actus locutionis, ſ. turpiloquia, ſtultiloquia, ſcurrilia, & ludicra, 22a.q.151.5.4m.
16 Nulla paſſio ita deprimit rationem, ſicut gula & luxuria, 22a.q.53.6.0.*.q.55.8.1m.*.q.180.2.3m.fi.
17 Homo incurrit quintuplex damnum ex luxuria. ſ. depreſſionem mentis, exhæredationem, periculum perſonæ, & periculum rerũ & impedimentum bonorum operum, 22a.q.16.3.c.
18 Luxuria non vitari poteſt, niſi vitetur principium eius. ſ. aſpectus mulieris pulchræ, & præcipue aſpectus virginis, 22a.q.167.2.c.
19 Luxuria vincitur fugiendo, ſed accidia & cætera vitia reſiſtendo, 22a.q.35.6.3m.*.q.74.3.2m.

1 MAceratio proprie corporis,non eſt accepta Deo,niſi diſcreta, vt con cupiſcentia refrenetur,& natura non nimis grauetur,22æ.q.88.a.2.3m.q.147.1.2m.q.188.6.3m.

1 ¶Macula in corpore,& macula in anima,contingit dupliciter.ſ.priuatione decoris per peccatum mortale,& ea ſuperinductione,per peccatum veniale,3a.q.87.a.2.3m.

2 ¶Macula peccati eſt defectus nitoris eſt animæ ſ. luminis diuini,& rationis,& gratiæ,ex inordinato amore temporalium,12æ.q.86.a.1.q.89.1.0.22æ.q.87.6.c.

3 Macula non dicit aliquid poſitiuum in anima, nec priuationem tantum, ſed in reſpectu ad ſuam cauſam ſ.ad peccatum:ideo diuerſorum peccatorum,ſunt diuerſæ maculæ,12æ.q.86.1.3m.3a.q.88.1 c.

4 Macula peccati nihil aliud eſt quam priuatio gratiæ.12æ.q.109.7.c.

5 Actus peccati facit diſtantiam à Deo,quam ſequitur macula,12æ.q.86.2.2m.6.c.

6 Ceſſante macula peccati,remanet reatus,12æ.q.87.6.o.

7 Remiſſio peccato quantum ad maculam,ſemper remittitur pœna æterna,non autem pœna temporalis,12æ.q.87.6.c.

8 Macula peccati,manet tranſeunte actu peccati.12æ.q.86.2.o.q.87.6.c.1m.

1 ¶Magi adorantes Chriſtum ſecundum Auguſtinum, fuerunt malefici: ſed ſecundum alios fuerunt ſapientes,aſtrologi,& potentes,3a.q.36.3.c.2m.5.c.

2 Magi moti ſunt ex ſcriptura Seth,ad ſequendum ſtellam, vel ex propheta Balaam.vel ducti ab angelis,vel inſpirati à Deo,3a.q.36.5.4m.

3 Magi ſecundum auguſtinum, venerunt de remotiſſimis partibus orientis,per biennium.ſecundum vero alios,venerunt in diebus tredecim: ſecundum alios autem,venerunt de prope,3a.q.36.3.3m.5.4m.6.c.3m.

4 Magi venerunt ad Chriſtum,tanquam primitiæ gentium, docti à ſpiritu ſancto,offerentes munera congrua dignitati Chriſti,3a.q.36.3.1m.8.c.

5 Magi emiſerunt ſtellam quadruplici ratione. ſ.propter Iudæorum confuſionem.propter magnorum inſtructionem. propter inſtructionem noſtram dupliciter: primo quia qui humanum auxilium quærunt,deſeruntur ab auxilio diuino: ſecundo inſtruitur quantum ad hoc, quia qui fideles ſumus,non debemus quærere ſigna,ſed debemus eſſe contenti doctrina prophetarum, quia ſigna data ſunt infidelibus, 3a.q.36.8.3m.

6 Herodes poſt duos annos,à receſſu magorum,occidit pueros,quia accuſatus fuit Romam,vel territus aliquo periculo,vel credens magos confuſos,3a.q.36.6.3m.

7 Subſtantia non dicitur magis & minus. ſic quod participetur quandoque cum magis & minus in eadem ſpecie licet vna ſubſtantia ſit perfectior alia,1a.q.93.3.3m.12æ.q.52.1.c.co.2.

¶Magiſter ſententiarum non eſt autenticus: ideo in multis nõ tenetur,1a.q.94.4.2m.22æ.q.25.2.o.

1 ¶Magnanimitas importat extenſionem animi,vel ad magna abſolute, vel ſecundum proportionem,22æ.q.129.1.c.q.129.3.c.

2 Magnanimitas eſt virtus,quia tendit ad maxima, ſecundum rectam rationem.22æ.q.129.3.o.q.130.2.c.

3 Magnanimitas eſt circa ſpem & deſperationem,12æ.q.60.4.c.ſi.

4 Magnanimitas principaliter eſt circa honorem ,ſed mediate:immediate vero,eſt circa ſpem,22æ.q.129.1.o.q.8.2.q.128.c.q.131.2.c.q.133.2.c.

5 Propria materia eius eſt honor magnus , vel mediocris autem eſt materia cuiuſdam virtutis innominatæ,12æ.q.60.5.c.22æ.q.129.2.o.4.1m.q.130.2.2m.

6 Magnanimitas eſt circa gloriam,quia moderate vtitur gloria,ſicut & honore,22æ.q.132.2.c.

7 Magnanimitas ad duo reſpicit ſ.ad honorem, ſicut ad materiam , & ad opus magnum,ſicut ad finem.22æ.q.129.8.c.q.131.2.1m.

8 Rationi primi opponitur ſecundum exceſſum ambitio,& ratione ſecundi præſumptio,22æ q.131.2.1m.2m.

9 Ea quæ opponuntur aliis virtutibus , opponuntur etiam magnanimitati,ſecundum quod parua pro magis habeantur,12æ.q.1.2.2.1m.

10 Magnanimitas eſt in iraſcibili ſubiectiue,12æ.q.50.5.c.22æ.q.129.1.1m.q.134.4.1m.

11 Magnanimus non quærit honorem tanquam finem,quia hoc reputat paruum,ſed quærit fieri dignus honore,22æ.q.129.1.3m.2.3m.q.131.1.2m.

12 Magnanimus bene vtitur magis & paruis honoribus , quia non extollitur nec frangitur oppoſitis,ſed contemnit,22æ.q.129.1.3m.

13 Magnanimus contemnit bona exteriora,ideo non gaudet ſi acquirat ea, nec triſtatur ſi perdat ea,22æq.129.1.2m.3.q.132.2.1m.2.3m.

14 Magnanimus non eſt contentioſus, quia nihil extra ſe ſecum æſtimat magnum,22æ q.129.3.1m.q.1.2.3m.

15 Magnanimus non amat pericula,nec timet ea,ſed promptiſſime ſe exponit periculis magnis,22æ.q.129.5.2m.

16 Magnanimus nullo indiget. ſ. modo humano ,non autem ſimpliciter,22æ q.129.6.1m.

17 Magnanimus habet vocem grauem,locutionem ſtabilem. quia non de omnibus facile contendit aut loquitur . ſed magnis. Non eſt memor beneficiorum, quia non delectatur in hoc, niſi vt maiora compenſet. eſt tardus & ocioſus, quia non vilibus, ſed magnis intendit . Vtitur

ironia,non quæ opponitur veritati,ſed quia nõ omnibus animi magnitudinem oſtendit.Cum aliis non poteſt conuiuere. ſed cum amicis tantum,& magnis.Habet infructuoſa, quia magis honeſta quærit, quam vtilia,22æ.q.4.q.2m.q.129.3.5m.

Nullus poteſt eſſe magnanimus,niſi virtuoſus , qui eſt habilis ad magna, 12æ.q.6.4.2m. 18

Magnanimo attribuuntur actus aliarum virtutum,ſub ratione excellentiæ,ſ.quod eſt communicatiuus, benefactiuus , retributiuus plurium, veridicus,non planctiuus,non incertus,nec fugiens cõmorantem,22æ q.129 4.1m.2m. 19

Magnanimus magis curat de veritate,quàm de opinione,nec quærit laudem humanam.22æ.q.129.2.2m. 20

Magnanimitas eſt generalis virtus, inquantum operatur magna in qualibet virtute,faciens eam maiorem:ſed eſt virtus ſpecialis,inquantum ponit ſpecialem modum,circa ſpecialem materiam,22æ.q.129.4.o.5.2m.q.134 2.2m. 21

Magnanimitas eſt ornamentum omnium virtutum,12æ. q. 66. 4.3m.22æ.q.129.4.2m. 22

Magnanimitas ſuperueniens iuſtitiæ.auget bonitatem eius,ſed ſine iuſtitia,non habet rationem virtutis.22æ.q.58.12.2m. 23

Magnanimitas & magnificentia,habent connexionem cum omni virtute,ſecundum principia virtutum,ſcilicet ſecundum prudentiam & gratiam,non autem ſecundum actum,12æ.q.65.1.1m.22æ,q.129.3.2m.q.134. .1. 24

Magnanimitas & magnificentia tenent extremum ſecundum quantitatem intermedium autem,ſecundum regulam rationis.22æ.q.64.1.2m.3.1m.22æ q.92.1.c.q.129.3.1m.q.130.2 c.q.134.1.2m.q.152.2.2m. 25

Bona fortunæ conferunt ad magnanimitatem, quo ad materiam eius, ſ. quo ad honorem, & etiam quo ad finem eius, ſcilicet operari magna, 22æ.q.129.8.o. 26

¶Magnificentia eſt virtus factiua magnorum & eſt virtus generalis , ſi ſumatur facere communiter,ſcilicet pro omni opere,ſi vero proprie, ſcilicet pro operatione exteriori,eſt virtus ſpecialis. 22æ.q.134.1.2.o. 1

Materia eius ſunt ſumptus magni,præcipue ad cultum Dei ſecundo potentia pro miniſterio amor pecuniæ,22æ.q.134.1.3m.2.3m.3.o. 2

Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum, cum animi quadam ampla & ſplendida propoſitione cogitatio & adminiſtratio , 22æ. q. 128 c. 3

Magnificentia eſt in voluntate ſubiectiue,12æ.q.22.2.1m. 4

Non oportet ad magnificentiam habere multas diuitias, ſed oportet ſic diſponi,quod quando oporteret decet,velit eas optime diſpenſare,& ſic fuit in Chriſto,22æ.q.134.1.1m.3.4m.q.152.3.3m. 5

Magnificus non principaliter facit magnos ſumptus pro perſona ſua, quia non eſt quid magnum,niſi quæ tantum ſemel fiunt,vt nuptiæ.vel permanentia,vt domus,22æ.q.134.1.3m. 6

Magnificentia facit & intendit aliquid magnum,in factibilibus tantum:ſed magnanimitas in omni materia,22æ.q.134.2.2m. 7

Magnificentia eſt in maximo donis & ſumptib. ſed liberalitas in medio eius 12æ q.60.5.c.co.2.22æ.q.117.3.1m.q.128.3.4m.q.128.1m.q.129.2 c.ſi.q.134.3.o.4.1m.q.128.2 c.q.100.1.c. 8

Crimen læſæ maieſtatis maxime punitur,22æ.q.10.8.o.q.11.3.c.q.108.4.2m.

¶Manus dicitur dupliciter.ſ.intenſiua & extenſiua,3a.q.104.c. 1

MAledicere contingit tripliciter,ſcilicet enunciatiue,id eſt, detrahendo. cauſaliter vel imperatiue & optatiue , & hoc dupliciter, ſcilicet per ſe,id eſt,ſub ratione mali:& ſic eſt peccatum,non autem ſi per accidens,id eſt , ſub ratione boni dupliciter , ſcilicet iuſti ſicut iudex per ſententiam,ecclesia per excommunicationem, propheta conformando ſe Deo,vel ſub ratione boni vtilis,ſcilicet vt aliquis melior fiat,vel ne noceat aliis.22æ.q.76.1.o.q.33.8.1m.2m. 1

Maledicere ſub ratione mali eſt peccatum mortale:& eſt tanto grauius, quanto plus perſona debet amari & reuereri,tamen aliquando eſt veniale,ſcilicet ratione parui mali,vel ratione affectus,ſ.ex loco vel leuitatis,vel ſurreptione,22æ.q.76.3.c. 2

Detractio,contumelia,ſuſurratio,& deriſio,ſunt de malo culpæ, & nocent enunciando , ideo ſunt ſecundum ſe grauiora maledictione , quæ eſt de malo pœnæ optando,22æ.q.76.4.o. 3

Benedictio vel maledictio proprie conuenit rationali,cui poteſt bene vel male contingere,ſcilicet naturæ rationali,vel alteri in ordine ad naturam rationalé attribuendo ſicut Deus maledixit terram, & Dauid montes:vel ſignificando , ſicut Chriſtum maledixit ficum : vel continendo,ſicut Iob maledixit diem, & Dauid montes , vel ordine ad Deum, & ſic eſt blaſphemia,vel ſecundum ſe,& ſic eſt quid vanum,22æ.q.76.2.c.1m. 4

Diabolus quo ad culpam:debet maledici,non autem quo ad naturam eius.22æ.q.76.2.4m. 5

Impotentes ex maleficio perpetuo & poſt triennium . alteram quærere copulam poſſunt alias minime Suppl.q.58.2.c. 1

¶Malitia ex qua dicitur aliquis peccare, & triplex. ſ. habitus cuiuſcunque vitii,vel electio mali,& peccatum præcedens 12æ.q.78.2.3m. 1

Omnis peccans ex habitu peccat ex certa malitia & non econuerſo.12æ q.78.2.o. 2

Peccatum ex certa malitia vel ex induſtria contingit ex inordinatione volun- 3

voluntatis præponentis minus bonum meliori bono, 12ª.q.78.1.0.
9 Peccatum ex certa malitia eſt grauius peccato ex paſſione, quia eſt magis voluntarium, magis durat, & eſt circa finem: peccatum autem ex paſſione, eſt circa ea quæ ſunt ad finem, 12ª.q.47.2.c.ª.q.78.4.0.ª. 22ª.q.77.1.c.
1 ¶ Malum eſt aliquid, & eſt ens rationis, non autem ens reale, 1ª.q.4ª.a.2.
2 Malum non eſt negatio pura, ſed priuatio boni, 1ª.q.14.10.c.ª.q.48.2.1m.ª.c.2.ª.12ª.q.18.8.c.ª.q.26.1.c.ª.q.75.1.c.
3 Nullum ens eſt malum per eſſentiam, nec per participationem, ſed per priuationem participationis, 1ª.q.49.3.c.4m.ª.q.61.1.2.ª.3m.
4 Malum non eſt cognoſcibile, niſi per bonum, 1ª.q.14.10.4m.ª.q.48.1.c.
5 Omnis priuatio inquantum huiuſmodi, habet rationem mali, ſicut omnis forma habet rationem boni, 1ª.q.48.1.1m.
6 Mala eſſe ratio & experientia docent, 1ª.q.48.1.5m.ª.2.c.
7 Malum non eſt eſſe, neque eſt aliqua natura, neque eſt in exiſtentibus, vt pars perfectionis, ſed vt priuatio in ſubiecto, 1ª.q.48.1.0.ª.2.1m.ª.c.m.ª.3.1m.
8 ¶ª Si vniuerſaliter malum non eſſet, vniuerſum eſſet imperfectius, 1ª.q.22.2.2m.ª.q.48.2.c.ª.q.49.c.c.
9 ª Impoſſibile eſt eſſe ſummum malum, 1ª.q.49.3.0.ª.q.103.7.1m.ª.22ª.q.172.6.c.
10 Malum non habet cauſam, niſi per accidens, 1ª.q.49.1.0.ª.3.5m.ª.12ª.q.75.1.c.
11 ª Omne malum habet cauſam efficientem & materialem, non autem formalem nec finalem, 1ª.q.49.1.c.
12 Malum eſt cauſa per accidens, non autem cauſa per ſe, 1ª.q.48.1.4m.ª.q.49.1.c.
13 ª Malum duplex, ſ. malum naturæ, & malum culpæ, & vtrunque eſt vt in paucioribus, 1ª q.48.5.0.
14 Malum culpæ ſecundum totam ſpeciem humanam, eſt vt in pluribus in aliis autem eſt vt in paucioribus, ſicut etiam malum naturæ, 1ª.q.49.3.5m.ª.q.63.9.1m.ª.12ª.q.71.2.3m.
15 Malum non ſimpliciter, ſed in ſolis voluntariis duplex, ſ. malum pœnæ, & malum culpæ, 1ª q.48.5.0.
16 ª Malum pœnæ opponitur bono creaturæ; malum vero culpæ, bono increato, 1ª.q.48.5.c.ª.12ª.q.79.1.4m.
17 Defectus, malum, peccatum, & culpa differunt: quia primum dicit negationem: ſecundum priuationem in omnibus: tertium in actione tantum: quartum in voluntariis tantum, 1ª.q.48.5.c.1m.ª.12ª.q.21.1.c.ª.2.0.
18 Malum in naturalibus nunquam eſt in effectu, niſi præexiſtat aliud malum in agente vel in materia, ſed bene in voluntariis, 1ª.q.49.1.3m.
19 Malum naturæ duplex, ſ. malum naturæ à cauſa naturali, vt mors naturalis, & priuatio boni naturæ à cauſa non naturali, vt mors violenta, 12ª.q.42.c.0.
20 Malum eſt differentia actus moralis, ratione finis, cui accidit aliqua priuatio, 1ª.q.48.1.2m.ª.12ª.q.18.5.2m.ª.q.54.3.2m.ª.q.79.2.3m.
21 Malum moris in voluntate contingit per hoc, quod deficit ab ordine rationis & proprii finis, 1ª.q.71.2.c.3m.ª.6.c.
22 Malum per prius dicitur de culpa, quàm de pœna, 1ª.q.19.1.c.
23 Culpa magis habet rationem mali, quàm pœna, 1ª.q.48.6.8.ª.22ª.q.19.1.c.ª.q.76.4.c.
24 Mali ſemper hic puniuntur ſpiritualiter, & boni præmiantur, non autem corporaliter, 1ª.q.60.c.2m.
Mammona iniquitatis, dicuntur diuitiæ, vel quia ſolis eas eſſe reputant iniqui, vel quia ſunt occaſio iniquitatis: vel quia inæqualiter ſunt diuiſæ, vel quia iniuſte à primo ſunt acquiſitæ, 22ª.q.[illegible].c.7.2.c.1m.
1 ¶ Mandatum eſt de melioribus, & quod per alios mandatur: ſed præceptum eſt de neceſſariis, & quod quis per ſe iuſſit, 12ª q.99.5.c.
2 Differentia inter præcepta, mandata, teſtimonia, & iuſtificationes, 12ª q.99.5.c.
¶ Manſiones in cælis, ſunt diuerſi gradus beatitudinis, ideo nō ſunt in limbo nec in purgatorio, 3ª.q.[illegible].2.c.1m.
1 ¶ Manſuetudo diuerſimode numeratur inter beatitudines, fructus, & virtutes, 22ª.q.157.2.3m.
2 Manſuetudo eſt circa iram, 1ª q.21.1.1m.ª.12ª.q.60.4.b.ª.c.ſi.ª.4m.ª.22.q.143.c.ª.q.157.1.2.0.ª.3.4.c.ª.q.16[illegible].c.4m.
3 Manſuetudo præparat hominem ad cognitionem Dei, remouendo duplex impedimentum, ſcilicet iram & contradictionem veritatis, 22ª.q.157.[illegible].1m.
4 Manſuetudo maxime facit hominem compotem ſui, 22ª.q.157.4.c.1m.
5 Manſuetudo eſt in iraſcibili ſubiectiue, 2ª.q.1[illegible].2.c.
6 Homo eſt naturaliter manſuetus, quia eſt complexionis temperatiſsimæ, ideo ei [illegible] iracundia conuenit ei naturaliter, inquantum ratio [illegible] 12ª.q.[illegible]6.5.1m.
¶ Manumiſſus reducitur in priſtinam ſeruitutem, propter aliquam offenſam in dominum eius, 3ª.q.8[illegible].3.2m.
¶ Manus eſt organum organorum, quia ſacit omnia inſtrumenta, & eſt loco omnium inſtrumentorum, 1ª.q.9[illegible].5.1m.
1 ¶ Marcus amputando ſibi pollicem ne fieret ſacerdos, non peccauit quia creditur ſic feciſſe hoc ex inſtinctu Dei, 22ª q.1[illegible].2.3m.
1 Fluxus & refluxus maris, eſt ei naturalis, quia eſt ex motu lunæ, cui aqua naturaliter ſubditur, 1ª.q.103.6.1m.
In aquis maris ſunt duo mira, ſ. primum quod non cooperiant totam terram contra naturam, cum ſint eminentiores ea ſecundum vero, quod ſemper mare eſt eiuſdem quantitatis, 1ª.q.69.1.2m. 2
Diuiſio maris rubri fuit mira triplici ter, ſ. ratione ſoni ventorum, cauſæ aquæ, & ſanctorum effectuum, ibidem. 3
¶ Maria & Ioſeph erant de eadem tribu, & de ſemine Dauid, 3ª.q.28.1.c.m.ª.q.31.2.2m. 1
ª Maria fuit de ſtirpe Aaron, ª nō quidem ſecundum ſucceſsionem generis maſculini, ſed propter affinitatem contractam ex matrimonio, ſibi enim duæ tribus in matrimonio iungebantur, ſcilicet ſacerdotalis, cuius erat Aaron: & regia, cuius erat Maria, 3ª.q.19.1.4m.ª.q.31.c.2m. 2
Maria nata eſt ex Melchi, Salomone, Iechonia, & Heli, 3ª.q.31.c.3m.ª.3.c.m. 3
Quicquid acceptum à parentib. fuit in maria fuit pars eius actu, ideo non fuit in Chriſto, 3ª.q.31.6.c. 4
Maria in ventre matris ſuæ, non habuit vſum liberi arbitrii, quia hoc eſt priuilegium Chriſti, 3ª.q.27.4.c. 5
Maria habuit tantam claritatem in facie, quod Ioſeph non cognoſcebat eam ſenſibiliter, 3ª.q.23.1.3m. 6
ª Maria fuit ſanctificata, priuſquam nata ex vtero, 3ª.q.27.1.0.ª.2.2m. 7
Maria non potuit ſanctificari in parentibus, nec in conceptione eius, nec ante infuſionem animæ rationalis, 3ª.q.27.1.1m.ª.2.0. 8
Maria fuit bis ſanctificata, ſ. in vtero matris, & quando concepit Chriſtū; in prima fomes fuit ligatus: in ſecunda vero totaliter ablatus, 3ª.q.27.3.0.ª.4.1.ª.5.2m. 9
Maior ſanctificatio fuit in maria, quàm in Ioanne baptiſta: & maxime in eo, quem in Hieremia, 3ª.q.27.6.1m. 10
Maria ſuper omnes poſt Chriſtum, habuit plenitudinem gratiæ, 3ª q.7.10.1m.ª.q.27.5.c.ª.5.0. 11
Maria habuit triplicem perfectionem gratiæ, ſ. in eius ſanctificatione, in conceptione Chriſti, & in eius glorificatione, tertia eſt potior ſecunda, & ſecunda quàm prima, 3ª.q.27.5.2m. 12
In prima perfectione gratiæ, maria mundata fuit à culpa originali, in ſecunda à fomite, & in tertia ab omni miſeria, 3ª.q.27.5.2m. 13
In prima adepta eſt gratiam inclinantem ad bonum: in ſecunda fuit confirmata in gratia, & adepta eſt gratiam conſummatam & confirmantem eam in bono: & in tertia adepta eſt gratiam conſummatam & perficientem eam in fruitione omnis boni, 3ª.q.27.5.2m. 14
Plenitudo gratiæ, & obſeruatio conſiliorum, ſuit duo in beata maria, ſed primum fuit in ea perfecte: & ſecundum perfecte cœpit in Chriſto, 3ª.q.2[illegible].4.1m. 15
Maria eſt perfecte beata ſecundum corpus, quia cum corpore aſſumpta eſt in cœlum. Credimus enim, quod poſt mortem reſuſcitata fuerit, & portata in cœlum, 3ª.q.27.1.c.ª.q.8[illegible].5.2m. 16
Maria habuit donum prophetiæ, ſapientiæ, & miraculorum, ſed non ſecundum omnem vſum, 3ª.q.27.5.3m. 17
Puritas mariæ fuit maxima ſub Deo, 12ª.q.81.5.3m.ª.3ª.q.27.2.2m. 18
ª Maria meruit Chriſtum portare, id eſt, meruit gradum puritatis & ſanctitatis, quo congrue eſſet mater Dei, non autem incarnationē Dei, 3ª q.2.11.3m. 19
Quamuis beata virgo maria ſit ſuper omnes angelos exaltata, non tamē eſt exaltata vſque ad æqualitatem Dei, vel ad vnionem in perſona: & ideo non dicitur ſedere ad dexteram, ſed aſtare à dextris, inquantum honor filii aliquo modo participatur, non plenarie redūdat in ipſam quæ tantum mater Dei dicitur, ſed non Deus, 1ª.q.25.6.4m.ª.3ª.q.25.6.4m.ª.3ª.q.25.5.0. 20
Maria fuit vere mater Chriſti, 3ª.q.35.3.0. 21
Matrimonium verum fuit inter mariam & Ioſeph, habuitque triplex bonum, & vtranque perfectionem requiſitam, præter coitum, & nuptiæ factæ fuere, 3ª.q.29.2.0.ª.4.d.30.q.1.2.0.ª.Opuſ.60.co.2.co.3.ª.me.co.10.ſi. 22
Maria fuit expers maledictionis Euæ, quia peperit ſine dolore, & non multiplicauit conceptus, nec fuit ſubiecta viro, 3ª q.30.2.2m.ª.q.35.6.1m. 23
Angelus prius apparuit mariæ, quàm Ioſeph, 3ª.q.30.3.2m. 24
Angelus excellentius apparuit mariæ quàm Ioſeph, 3ª.q.30.3.c.m. 25
Maria ſecundum aliquos, non fuit turbata in viſione angeli, quia aſſueta erat viſionibus angelorum, ſed in ſermone eius ex admiratione dictorum, 3ª.q.1.3m. 26
Non inconueniens eſt, quod angelus inſtrueret mariam, quia maria erat inferior eo ſecundum ſtatum: licet eſſet econuerſo ſecundum prædeſtinationem, 3ª.q.30.2.1m. 27
Maria eſt ſuper omnes ordines angelorum, 3ª.q.30.2.2m 28
Spiritusſanctus fecit duplicem purgationem in maria, ſ. præparatoriam ad conceptionem Chriſti, colligens mentem eius in vnum: ſecundum vero à fomite, mediante conceptione Chriſti, 3ª.q.27.3.3m. 29
Purgatio prima non fuit ad remouendum tranſfuſionem peccati originalis, ſed vt digna eſſet Chriſto, 12ª q.81.5.1m. 30
Immunditia à peccato in maria, cauſabatur ex tribus, ſ. ex ligatione fomitis, gratia inclinante ad bonum, & prouidentia Dei, 3ª.q.27.3.c.ſi.ª.4.1m. 31
ª Maria voluit purgari poſt partum, non quidem propter aliquam immunditiam, ſed propter humilitatem, & obedientiam, & vt approbaret legem & vitaret ſcandalum, 3ª q.37.4.0. 32
Emundatio & confirmatio mariæ, inchoata fuit in prima ſanctificatione, 33

ſecun

ſed in ſecunda conſummata eſt in perfectione viæ. In aſſumptione vero eius perfecta eſt in fruitione gloriæ, 1ª q.100.2.c.*.1ª.q.27.5.2m.

34 Maria ſanctificata fuit in vtero à peccato originali, quoad maculam & reatum perſonalem, non autem à reatu totius naturæ adeo ſi ante paſſionem Chriſti fuiſſet defuncta, non intraſſet paradiſum, nec vidiſſet Deum per eſſentiam, ſicut nec alij ſancti, 3ª.q.27.1.3m.

35 Cum beata virgo Maria credatur omnino fuiſſe immunis à fomitis inclinatione propter eius ſanctificationem perfectam, nõ eſt ponendum fuiſſe aliquam pugnam à carne fuiſſe in ea, cum talis pugna non ſit niſi ex fomitis inclinatione, nec tentatio quæ eſt à carne, ſine peccato eſſe poſſit, vt patet per gloſam. & quamuis non habuerit pugnam per tentationem quæ eſt à carne, habuit tamen pugnam per tentationẽ ab hoſte, qui nec ipſum Chriſtum veritus eſt, 3ª q.15.2.3m.

36 Fomes in maria adeo debilitatus eſt, & extinctus, vt ad peccatum actuale nunquam inclinaretur, 3ª.q.27.3.c.*.4.1m.*.5.2m.

37 maria per primam ſanctificationem fuit ſemper immunis ab omni peccato actuali, 3ª q.27.4.c.*.6.1m.

38 Tabernaculum veteris legis figurabat mariam, 3ª.q.27.2 b.

39 Feſto Neomeniæ ſuccedit feſtum mariæ, in qua primo apparuit illuminatio ſolis, id eſt Chriſti, per copiam gratiæ. 12ª.q.103.3.4m.

1 MArtyrium eſt actus virtutis quadrupliciter, ſ. fortitudinis vt elicientis principaliter, patientiæ vero vt elicientis conſequenter, ſed charitatis vt imperantis, & fidei vt finis. 22ª.q.124.2.c.

2 martyrium eſt actus maximæ perfectionis, non quidem ſecundum ſe, ſed vt imperatus à charitate, & vt eam oſtendit. 22ª.q.124.3.c.*.q.184.5.c.m.

3 Martyrium habet quod ſit meritorium ex charitate, ſine qua nihil valet, 22ª.q.124.2.4m.

4 Mors eſt de ratione martyrij, 22ª.q.124.4.c.

5 Confeſſio cuiuſcunque alterius veritatis quàm fidei, non eſt cauſa ſufficiens ad martyrium ratione materiæ, ſed tantum ratione finis, referẽdo ad Chriſtum. 22ª.q.124.5.c.2m.

6 *martyrium Ioannis baptiſtæ celebratur, licet mortuus ſit, non quidẽ pro fide, ſed pro reprehenſione adulterij 22ª.q.124.5.c.

7 mortuus pro quocunque opere bono propter Deum, eſt martyr Dei: quia cauſa cuiuſcunque martyrij, eſt veritas fidei, vt eſt operans, 22ª.q.124.5.c.1.

8 Vulneratus letaliter, licet ſuperuiuat, habebit aureolam martyrij, ſicut ſancta Lucia, ſimiliter vulneratus, non letaliter, tamen moriens ex iniuria non mortali, vt Marcellus Papa, habebit aureolam martyrij: nõ autem ſi afflictio non continetur vſque ad mortem, ſicut de Syluestro Papa, 22ª.q.124.4.4m.

9 Martyrium eſt de præcepto, ſecundum præparationem animi tantum, 22ª.q.124.1.3m.*.1.1m.

10 martyrium oblatum, debet tolerari patienter, ſed non debet quæri, quia non debet dari occaſio agendi iniuſte, 22ª.q.124.1.3m.

11 Vniuerſalis abſolutio fit in perceptione baptiſmi & in martyrio, propter quod dicitur quod in martyrio omnia ſacramenta baptiſmi complentur in virtute paſſionis Chriſti, ſ. quantum ad plenam liberationem à culpa & à pœna, 3ª.q.66.12.2m.*.q.87.1.2m.

¶Mas & fœmina in hominibus coniunguntur, non tantum propter generationem, vt in brutis, ſed etiam propter communicationem operũ: ideo in ſolis hominibus, mas eſt principium fœminæ, & fœmina facta eſt ex maſculo, 1ª.q.92.2.c.

1 ¶Maſculinum genus & fœmininum abſolute prædicantur tãtum de ſuppoſito, 1ª q.31.2.4m.

¶Mater dicitur aliqua ex hoc quod concepit & genuit, 3ª.q.35.3.4.c.

1 ¶Materia non ſemper fuit, licet ſit ingenerabilis & incorruptibilis, 1ª. q.46.1.3m.

2 materia prima eſt maxime in potentia, & principium imperfectiſſimũ, nec talis potentia materiæ, etiam dato quod ſit ſua eſſentia, eſt potẽtia ad operationem, ſed ad eſſe, 1ª.q.4.1.c.

3 *Materia inquantum habet eſſe ſaltem in potentia, eſt ſimilis Deo, 1ª. q.14.11.2m.*.12.c.ſ.

4 materia non poteſt eſſe in alio, cum ſit primum ſubiectum, 1ª.q.3.c. 3m.*.3ª.q.77.2.c.

5 materia prima eſt ſua potentia paſſiua, ſicut Deus eſt ſua potentia actiua, 1ª.q.14.3ª.2m.*.q.77.1.2m.*.q.85.1.2m.

6 *In materia nulla eſt potentia actiua, 1ª.q.32.4.c.3m.

7 materia prima dicitur terra, quia eſt informis: dicitur aqua, quia eſt receptiua: dicitur abyſſus, quia eſt turpis, 1ª.q.66.1.1m.

8 *Partes habent rationem materiæ, totum vero, rationem formæ, 1ª.q.7.3.1m.*.q.65.2.c.*.1ª.q.90.1.c.

9 Vnitas materiæ primæ, eſt tantum in iis quæ conueniunt in generatione & corruptione, 1ª.q.66.2.c.

10 materia prima omnium rerum, eſt vna, vnitate ordinis tantum, 1ª.q.66 2.1m.

11 Omnium generabilium & corruptibilium, eſt eadem materia, 1ª.q.66. 2.c.

12 Materia duplex, ſcilicet naturalis & mathematica, 1ª.q.85.1.2m.*.3ª.q. 77.2.4m.

13 materia triplex, ſ. ex qua, in qua, & circa quam, & tantum tertio modo coincidit cum fine, 12ª.q.73.4.c.

14 Duplex eſt conditio materiæ, ſcilicet cõditio quæ eligitur ab agẽte, & quæ conſequitur naturam materiæ, 1ª.q.76.5.3m.*.q.91.3.c.*.12ª. q.85.6.c.*.22ª.q.164.1.1m.

materia non eſt diuiſibilis niſi per quantitatem, 1ª.q.50.2.c.*.q.75.7. c.*.q.76.4.4m.*.3ª.q.77.2.c.ſ. 15

*materia prima, ſecundum potentiam non eſt infinita ſimpliciter, quia ſe extendit ſolum ad formas materiales, 1ª.q.7.2.3m. 16

materia intelligibilis ponitur in diffinitione quantitatis, non autem materia ſenſibilis, 1ª.q.85.1.2m. 17

materia & priuatio, diſtinguuntur realiter ſecundum Ariſtotelem, non autem ſecundum Platonem, 1ª.q.5.2.1m.*.3.3m. 18

Quæ non habent materiam, non habent cauſam ſui eſſe, ſ. quæ transmittet de potentia ad actum, nec aliquam cauſam formalem. 1ª.q.61.1.2m.*.q.75.5.1m. 19

¶Mathematica ſcientia, non demonſtrat per cauſam efficientem nec per cauſam finalem, licet habeat eas. quia mathematica accipiuntur, vt abſtracta ſecundum rationem: cum tamen non ſint abſtracta ſecundum eſſe. Vnicuique autem competit habere cauſam agentem, ſecundum quod habet eſſe, licet igitur ea quæ ſunt mathematica, habeant cauſam agentem, non tamen ſecundum habitudinem quam habent ad cauſam agentem, cadunt ſub conſideratione mathematica. & ideo in ſcientiis mathematicis non demonſtratur aliquid per cauſam agentem vel finalem, 1ª.q.44.1.3m.

¶Mathias electus eſt ſorte. ſ. per diuinum donum, declarans eum, electum eſſe diuinitus, 22ª.q.95.8.c. 1

¶Matrimonium eſt formaliter coniunctio & vinculum animorum, relatio coniugum: vnde coniunctio viri & vxoris eſt potior, quàm coniunctio vxoris ad conſanguineos viri, non tamen debet dici affinitas, ſed matrimonium, quod eſt vnitas quædam, ſicut homo eſt ſibiipſi idem, non conſanguineus, 3ª.q.29.2.c. 1

matrimonium erat in lege veteri, vt in officium naturæ, & non vt ſacramentum coniunctionis Chriſti & eccleſiæ, quæ nondum fuerat facta. 12ª.q.102.5.3m. 2

Inſeparabilitas conuenit matrimonio, vt eſt ſacramentum, & vt eſt in officium naturæ, ſed primo modo eſt de prima integritate matrimonij: ſecundo autem modo de ſecunda, 12ª.q.102.5.3m. 3

Commiſtio carnalis, eſt de ſecunda perfectione matrimonij, non autem de prima, 3ª.q.29.2.c. 4

Pater non poteſt cogere filium, vt conſentiat ad matrimonium per præceptum, ſed poteſt inducere cauſam rationabilem, & tunc filius tenetur ad præceptum, ſicut ad cauſam, 22ª.q.104.5.c. 5

Quælibet perſona libera, poteſt ſine conſenſu parentum, contrahere matrimonium, & intrare religionem, 22ª.q.22.8.1m.*.9.c.*q.164.5. c.*.3ª.q.68.10.c. 6

matrimonium ſecundũ diuerſos ſtatus, inſtitutũ eſt à lege naturæ, Moyſis, Chriſti, & à lege ciuili, 22ª.q.154.2.c.*.9.3m. 7

Finis matrimonij duplex. ſ. finis principalis, id eſt, generatio & educatio prolis, & finis ſecundarius, ſ. mutuum obſequium, 22ª.q.154.2.c.*.3ª q.29.2.c. 9

Actus matrimonij poteſt eſſe ſine peccato, & meritorius, 12ª.q.34.1. 1m..22ª.q.152.2.c. 6

In matrimonij ſacramento confertur gratia, 3ª.q.100 2.2m. 10

matrimonium non debet eſſe inter propinquos, 22ª.q.154.9.c. 11

Defectus ætatis, ſ. ante pubertatem, quæ communiter eſt in maſculo, anno quartodecimo, in fœminis vero in anno duodecimo, impedit matrimonium & dirimit, 22ª.q.189.5.c 12

Seruus poteſt contrahere matrimonium, & vouere continentiã, neſciente domino eius vel contradicente, non autem religionem ingredi, vel ordinem ſuſcipere, 22ª.q.88.8.2m.*.q.104.5.c ſ. 13

Sex crimina impediunt matrimonium contrahendum ſolum, ſcilicet inceſtus, vxoricidium, raptus alienæ ſponſæ, ſuſceptio proprij filij de fonte per dolum, interfectio presbyteri, & pœnitentia ſolennis, 22ª q.154 9.4m. 14

In lege veteri, iudæi prohibebãtur contrahere matrimonium cum Chananæis, quia Chananæi debebant deleri, & Iudæi erant proni ad ritus & mores eorum, propter conuerſationem cum eis. & cum aliis infidelibus, vbi non erat periculum, permittebantur, ſicut patet de Ioſeph, Moyſe, & Heſter. 12ª.q.105.4 6m. 15

matrimonium de lege naturæ & indiſſolubile, 22ª.q.154.2.c. 16

matrimonium de iure naturæ vel naturale eſt, non quia ſit à natura, ſed quia ad ipſum propter bonum prolis & mutuum fidele obſequiũ, natura inclinat. Suppl.q.41.1.c. 17

Non tenentur homines ex præcepto ad contrahendum matrimonium. Suppl.q.41.2.c. 18

Cum ad prolis procreationem ſit ipſum matrimonium inſtitutum, ſecundum ſe ſemper licitum eſt Suppl.q.41.3.c. 19

Actus matrimonialis ſemper meritorius eſt, ſi ad ipſum homines religionis vel iuſtitiæ virtute inducantur. Suppl.q.41.4.c. 20

matrimonium eſt ſacramentum. Suppl.q.42.1.c. 21

matrimonium quo eſt in officium naturæ, inſtitutũ fuit à Deo ante peccatum, vt remedium vero poſt peccatum fuit inſtitutum. Suppl.q.42. 2.c. 22

matrimonium quod in fide Chriſti contrahitur, habet quod gratiam conferat ad ea operanda adiuuamentum, quæ in matrimonio requiruntur. Suppl.q.42.3.c. 23

Carnalis commixtio non ad primam ſed ad ſecundam ſpectat matrimonij perfectionem. Suppl.q.42 4.c. 24

matrimo-

25 Matrimonium coniunctio quædam eſt viri & vxoris ad eunam cognationem & prolis educationem & vitam domeſticam. Suppl. q. 44.1.c.

26 Matrimonium congrue appellatur matrimonium, nuptiæ ac coniugiū, ſed diuerſis rationibus. Suppl. q. 44.2.0

27 Matrimonium eſt quædam indiſſolubilis maritalis coniunctio inter legitimas perſonas, individuam vitæ conſuetudinem retinens. Suppl. q. 44.3.c.

28 Matrimonialem coniunctionem non niſi aliquo viri ac mulieris conſenſu fieri certum eſt. Suppl. q. 45.1.c

29 Expreſſio verborum ſe habet ad matrimoniū, ſicut ablutio exterior ad baptiſmum. Suppl. 45.2 c.

30 Conſenſus per verba de futuro expreſſus non facit matrimonium, ſed ſponſalia. Suppl. q. 45.2.0

31 Conſenſus exterior per verba expreſſus, abſque interiori conſenſu nullum matrimonium facit. Suppl. q. 45 4.c.

32 Conſenſus in occulto factus quanquam malus & iure prohibitus, matrimonium tamen facit inter legitimas perſonas. Suppl. q. 45.5.0.

33 Conſenſus per verba de futuro expreſſus nullum efficit matrimonium, etſi ſit aliquo iuramento firmatus. Suppl. q. 46 1.c

34 Carnalis copula in foro conſcientiæ, quæuis poſt ſponſalia matrimonium non perficiat, in eccleſiæ tamen foro matrimonium efficere iudicatur Suppl. q. 46.2 0

35 Quanquam ſimpliciter conſenſus coactus in matrimonio eſſe non poſſit, poteſt tamen aliqua in eo ſecundum quid violentia eſſe. Suppl. q. 47.1 c

36 Poteſt aliqua coactio & metus cadere in conſtantem virum. Suppl. q. 47 2.0.

37 Conſenſus coactus ex metu cadente in conſtantem virum, matrimoniū tollit. Suppl. q. 47.3.c.

38 Conſenſus coactus ex parte cogētis matrimonium in totū tollit. Suppl. q. 47.4 0.

39 Conſenſus ex conditione de præſenti non contraria matrimonio vel de futuro & neceſſario, matrimonium non tollit. Suppl. q. 47 5.c.

40 Cum per matrimonium homo perpetuæ mancipetur ſeruituti, non poteſt pater cogere ad matrimonium, quanquam illum ex aliqua rationabili cauſa ad ipſum poſſit inducere. Suppl. q. 47.6.0

41 Conſenſus matrimonium faciens non eſt conſenſus in carnalem copulam, ſed in matrimonium in ordine ad carnalem copulam. Suppl. q. 48.1.c.

42 Matrimonium ex conſenſu ob inhoneſtam cauſam verum matrimoniū eſt, quanquam culpabilis ſit huiuſmodi conſenſus Suppl. q. 48.2.0.

43 Oportuit aliqua bona eſſe, quibus matrimonij honeſta ratio appareret. Suppl. q. 49 1.0.

44 Proles, fides ac ſacramentum, prima & potiora ſunt bona quibus matrimonij honeſta ratio redditur Suppl. q. 49 2.c.

45 Principalis bonum matrimonij est dignius ipſum ſacramentum eſt: Proles vero, i. prolis intentio maxime eſſentialis in ipſo eſt, quam ſequitur fides, id eſt, debitum ſeruandæ fidei, deinde ſequitur ſacramentum Suppl. q. 49 3.0.

46 Quanquam minus honeſta appareat matrimonij ratio, proles tamen ac fides & ſacramentū ipſam maxime honeſtam reddunt. Suppl. q. 49.4.c

47 Actus matrimonialis ſemper culpabilis & peccatum eſt, niſi prolis intentio, ac mutua inter coniuges fides adſit. Suppl. q. 49.5 0.

48 Cognoſcens vxorem ſola libidinis & delectationis cauſa, nullum aliud bonum matrimonij habens vel actu intendēs, mortaliter peccat. Sup. q. 49 6.c

49 Aliqua expediens fuit eſſe impedimenta contrahendum matrimonium dirimentia, ſed non contractum, eccleſiæ ſcilicet inhibitio ac feriatū tempus: & aliqua ipſum contractum & contrahendum. ſ. error, conditio, votum, cognatio, crimen, cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas, affinitas, impotentia coeundi. Suppl. q. 50.1.c.

50 Poteſt toties contrahi matrimonium, quoties alter coniugum mortuus eſt, moriente enim altero coniugum vinculum matrimoniale tollitur. Suppl. q. 63.1 0.

51 Secundum matrimonium eſt ſacramentum, cum in eo reperiantur, quæ ſunt de eſſe ſacramenti, ſcilicet perſona legitima, tanquam materia, & expreſſio conſenſus per verba de præſenti tāquam forma. Suppl. q. 63 2.0.

1 ¶ Mediator Dei & hominū, eſt ſolus Chriſtus principaliter, inſtrumētaliter autē ſunt prophetæ, & ſacerdotes vtriuſque teſtamenti & angeli, non autem ſpiritusſanctus, quia cum ſit per omnia Deo æqualis, non poteſt dici mediator inter Deum & homines: Chriſtus autem etſi ſit Deus, tamen eſt etiam homo. Nec dæmon, quia cum ſit immortalis & miſer, non coniungere hominem Deo intendit, quod mediatoris eſt proprium, ſed ſeparare ab illo, & ad miſeriam ducere. 3ª. q. 26.1.0

1 ¶ Medicina duplex, ſcilicet remouens morbum, & promouens ad perfectam ſanitatē: prima conuenit infirmis, ſecunda vero ſanis, 3ª. q. [illegible] 4.1m.

2 Obiectum artis medicinæ, eſt ſanitas, quia nihil conſiderat, niſi in ordine ad eam. 2a 2æ q. [illegible]

3 Pro neceſſitate corporis licet vti precioſis medicinalibus: ſed in pertinentibus ad ſolam decentiam honeſtatis, debemus eſſe contenti ſimplicibus. [illegible] q. 51.2.3m.

4 Quodoque medicina fortis ſtatim inducit ſanitatem: ſic & habitus corporales poſſibile eſt cauſari ex vno actu, non autem habitus virtutū, 1a 2æ. q. 51.3.c.ſi.

¶ Medicus accipiens in curam infirmitatem deſperatam, nulli facit iniuriam, 2a 2æ q. 71.3.1m. 1

Sapiens medicus permittit minorē morbum, vel procurat, vt auertat vel vitet maiorem, 1a 2æ. q. [illegible] 2a 2æ. q. 64 [illegible] q. 162 [illegible] 2

Medicus tenetur gratis curare pauperes, quando nec per ſe nec per alios magis coniunctos, nec per eos qui magis poſſent, valent curari, 2a 2æ. q. 71.1.0. 3

Medicus quadam coactione vtitur in freneticum qui eius curam nō vult recipere: & huic ſimulatur correctio prælatorum, quæ habet vim coactiuam, non autem ſimpliciter correctio fraterna, 2a 2æ. q. 33 6.1m. 4

Medicus non tanto magis ſanat, quanto maiorem dat medicinā, ſed quanto medicina eſt magis proportionata morbo, ſic non oportet quod religio tanto ſit perfectior, quanto maiorem habet paupertatem, ſed quanto eius paupertas eſt magis proportionata fini communi & ſpeciali, 2a 2æ. q. 188.7.1m. 5

¶ Medium. [illegible] Actio tranſiens, eſt realiter medium inter agens & paſſum, non autem actio immanens, niſi ſecundum modum ſignificandi, 1ª. q. 54.1.3m. 1

Inter habens & habitum aliquando nihil eſt medium, aliquando tamen relatio, & aliquando aliquid per modum actionis & paſſionis, non autem actio vel paſſio, & ſic eſt ſpeciale prædicamentum, ſ. prædicamentum habitus, 1a 2æ. q. 49.1.c.2m. 2

Inter habitum & priuationem quæ eſt in priuati, & aliquid habitus relinquens, poteſt eſſe medium, circa proprium ſubiectum, ſicut inter bonum & malum eſt actus indifferens, non autem inter habitum & priuationem quæ eſt in priuato eſſe, nihil relinquens de habitu, 1a 2æ. q. 18 8.1m 3

Inter ſubſtantiam & accidens quorum prædicabile, detur medium, non autem vt accidens diuiditur contra ſubſtantiam, 1ª q. 76.4.4m. q. 77 1.5m. 4

Virtus non eſt medium inter paſſiones ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum effectum, quia conſtituit medium inter eas. 1a 2æ. q. 59.1.1m. 5

In paſſionibus accipitur medium, per hoc quod attingitur recta ratio, in quo conſiſtit ratio virtutis. 1a 2æ. q. [illegible] 1.1m. [illegible] 3m. 6

Virtutes theologicæ habent medium per accidēs, id eſt, ex parte noſtra, non autem per ſe, id eſt, reſpectu Dei, 1a 2æ. q. 64.4.0. 2a 2æ. q. [illegible] 7

Quælibet virtus intellectualis conſiſtit in medio per conformitatem intellectus ad res. ſiue vero, cuius exceſſus eſt affirmatio falſa: defectus autem, eſt negatio falſa, 1a 2æ. q. 64.3.0. [illegible] 4.1m. [illegible] 8

Virtus moralis, reſpectu materiæ eſt medium, ſed reſpectu rationis, eſt extremum, 1a 2æ. q 64.1.1m. 9

Medium virtutis moralis, attenditur ſecundum rationem rectam in omni circumſtantia, non autem ſecundum quantitatem abſolutam, 1a 2æ. q. 64 1.2m. 3m. 2a 2æ. q. 92.1.c. q. 104.2.2m. q. 124.4.3m. q. 147 1.2m. 10

Virtus moralis conſiſtit in medio inter exceſſum & defectum, 1a 2æ q. 64 1.0. 4.1m. 2a 2æ. q. [illegible] 5.2m. q. [illegible] 11

Omne medium virtutis, eſt medium rationis: ſed ſolius iuſtitiæ, medium eſt rei & rationis, 1a 2æ. q. 64.2 0. 2a 2æ q. 58.10.0. q. 61.2.2m. 12

Medium iuſtitiæ eſt æqualitas, quam conſtituunt inter aliquos, 3ª. q. 85. 3.2m. 13

Medium iuſtitiæ diſtributiuæ ſumitur ſecundum proportionem geometricam: commutatiuæ vero medium, ſumitur ſecundum proportionē arithmeticam, 2a 2æ. q. 61.2.0. [illegible] 4 ſi. 14

¶ Mel non offerebatur in ſacrificiis Dei, quia offerebatur idolis: & ad excludendum omnem carnalem dulcedinem & voluptatem à ſacrificantibus Deo, 1a 2æ. q. 102. [illegible] 3.14m. 1

¶ Melchiſedech dicitur eſſe ſine patre, matre, genealogia, principio, & fine, quia ſcriptura non ponit: licet habuerit, quia fuit Sem, primogenitus Noe, vt Hebræi dicunt, 3ª. q. 22 6.3m. 1

¶ Melius alio aliquid dicitur ſimpliciter, quod tamen minus proprie recipit aliquam prædicationem, ſicut cognitio patriæ, eſt nobilior cognitione viæ, quæ magis proprie dicitur fides, 2a 2æ. q. 174.2.3m. 1

¶ Membrum omne, & quælibet potentia animæ, operantur toti, & non ſibi ſoli, 1a 2æ. q. [illegible] 5.2m. 1

Caput eſt membrum, habens virtutem influendi in alia membra, & recipit ab aliis membris nutrimentum & alia obſequia. 3ª. q. 8. [illegible] 7.8.6. 2

Membra hominis non applicantur operi, niſi de conſenſu rationis, 1a 2æ. q. 74.7.0. q. 77.7.c.6. 3

Membra naturalia & inſtrumenta artificialia in ſcriptura, ſignificant operationes, quarum ſunt principia, 1ª. q 3.1.3m. 4

¶ Memoria duplex. ſ. conſeruatiua ſpecierum tantum, alia cuius obiectū eſt præteritum vt præteritum: prima eſt potentia pure cognoſcitiua, & eſt in parte intellectiua, ſecunda vero in parte ſenſitiua tantum, 1ª. q. 77.8.4m. q. 79 6.0. 1

Memoria quæ eſt altera pars imaginis, non eſt præteritorum, quia abſtrahit ab omni tempore, cum ſit in intellectu, & non in parte ſenſitiua, 1. q. 79.6 c m. 2

Memoria intellectiua nō differt realiter ab intellectu poſſibili, ſed eſt habitualis retentio eius, cuius actus eſt intelligentia, quæ oritur ex memoria, ſicut actus ex habitu, 1ª. q. 79.7.0. q. 93.7.1m. 3

Memoria ſenſitiua eſt theſaurus ſpecierum intentionalium, id eſt, intentionum ſenſibilium cum ſenſu acceptarum, cuius organum eſt in extrema parte capitis, 1ª. q. 78 4.c 4

Ea quæ magna & ſummæ, magis memoriæ inſigimus, 2a 2æ. q. 47. 2.1m. 5

6 Conſuetudo multum operatur ad bene memorandum, 12æ.q.50.a.3m. 22æ.q.49.a.1.2m.

7 Illud quod ſcribitur, non de facili à memoria labitur, ſed ſuccurrit memoriæ 3a.q. 2.a.4.c.

8 Neceſſarium eſt, eoſdem actus plures reiterari, vt aliquid firmiter memoriæ imprimatur, quia meditatio confirmat memoriam, ſecundum philoſophum. 12æ.q.51.a.3.c. 22æ.q.49.a.1.2m.

9 Memoria in angelis poteſt poni, vt eſt in mente: non autem ut eſt in ſenſu, 1a.q.54.a.5.2m.

10 Memoria intellectiua, manet in anima ſeparata: non autem memoria ſenſitiua: ſed corrumpitur, 1a.q.77.a.8.4m. q.89.a.6.c.m.

11 Documenta quatuor ad bene memorandum ſ. ſimilitudines rerum aſſumere conuenientes, nec tamen omnino conſuetas, ordinate eas diſponere, ſolicitudinem circa ea apponere & affectū adhibere, & eas frequenter meditari, 22æ.q.49.a.1.2m.

1 ¶ Mendacium dicitur tripliciter, ſ. materialiter, i. dictum falſum: formaliter, i. voluntas falſum enunciandi: & effectiue, i. voluntas decipiendi, 22æ.q.78.a.1.3m.q.110.a.1.c.

2 Cupiditas fallendi, pertinet ad perfectionem mendacij, non autem ad ſpeciem eius, 22æ.q.110.a.1.c.3m.

3 Omne mendacium eſt peccatum, 22æ.q.69.a.2.c. q.70.4.c. q.110.a.3.c. 4.b. q.111.a.1.c. q.124.a.5.2m.

4 Mendacium ſecundum ſe, diuiditur tantum in duas ſpecies, ſ. in iactantiam, & ironiam: ſecundum gradus autem eius ratione finis, diuiditur in perniciosum, iocoſum, & officioſum, vel in octo gradus eius, ſcilicet quorum primus eſt in doctrina religionis; ſecundus quod nulli proſit, & obſit alicui: tertius quod proſit vni, & alteri obſit: quartus quod ſit ſola mentiendi fallendique libidine: quintus quod ſit placendi cupiditate: ſextus quod nulli obeſt, & prodeſt alicui ad conſeruandam pecuniam: ſeptimus quod nulli obeſt, & prodeſt alicui, ad vitandum mortem: octauus quod nulli obeſt, & prodeſt alicui, ad vitandum immunditiam corporalem, 22æ.q.110.a.2.c.

5 Mendacium eſt peccatum mortale tantum dupliciter ſ. ſecundum ſe, id eſt, quando eſt contra charitatem Dei vel proximi, ex intentione & ratione ſcandali, 22æ.q.69.a.2.c. q.70.4.c. q.110.a.4.c.

6 Mendacium per ſe, directe & formaliter opponitur virtuti, quæ dicitur veritas. 22æ.q.110.a.1.c. a.2.c.

7 Dicens verum, credens ſe dicere falſum, dicit mendacium per ſe, & formaliter, non autem, e conuerſo, niſi per accidens & materialiter. 22æ.q.110.a.1.c.

8 Intendens ſignificare falſum nutibus, mendacium dicit, 22æ q.110.a.1.3m.

9 Mendacium verbo, vel facto vel nutibus, eſt æqualiter peccatum, 22æ.q.111.a.1.c.4m.

10 Nullus debet dicere mendacium, vt ipſe vel alius euadat mortem, vel immunditiam corporalem 22æ.q.110.a.3.4m. q.113.a.1.3m.

11 Nec mendacium, nec aliquid quod ex genere ſuo non eſt peccatū mortale, eſt perfectū peccatum mortale, niſi ſit contra eorum votum, vel ratione ſcandali, 22æ.q.69.a.2.c. q.70.4.c. q.110.a.4.5m.

12 Si res viſa vel audita, recitetur non eodem modo, nec eiſdem verbis, nō eſt mendacium (vt patet in Euangelio & in alijs ſcripturis diuinis, in quibus nihil eſt falſum) 3a.q.18.a.3.1m.

13 Non ſeruans promiſſum, propter ſuperueniens impedimentum, vel re mutata, excuſatur a mendacio, vt ſanctus Paulus, 22æ.q.110.a.3.5m.

14 In ſacra ſcriptura aliqui laudantur dupliciter, ſ. vt exempla perfectæ virtutis, vt Abraham & Iacob: & propter indolem virtutis, vt Iudith & obſtetrices, primi excuſantur à mendacio, quia figuraliter & prophetice locuti ſunt: non autem ſecundi, licet verum dixerint myſtice, 22æ.q.110.a.3.3m. q.111.a.1.1m. 2m.

¶ Mendicitas duplex. ſ. contraria voluntati, & voluntaria: prima eſt occaſio furti & periurij non autem ſecunda: ideo Chriſtus elegit eam, 3a.q.40.a.3.1m.

1 ¶ Mens dicitur a metiendo, vel à meminendo 1a.q.79.a.9.4m.

2 ¶ Mens dicitur tripliciter, ſcilicet natura intellectiua, intellectus & memoria, 1a.q.79.a.1.1m.

3 Aliquid inhærens menti rationali, eſt maius ea ſecundum quid, non autem ſimpliciter, ſed nihil ſubſiſtens præter Deum, eſt maius ea, 1a.q.16.a.3.1m.

1 ¶ Menſtruus ſanguis eſt in fœminis, loco ſeminis, & eſt propria materia corporis Chriſti & aliorum, non autem ſemen fœminæ, 3a.q.31.a.5.c. a.d.3m. q.32.a.4.1m.

2 ¶ Menſtruum non eſt ſanguis primo generatus ex cibis, ſed eſt reſiduū eius quod ab vltima digeſtione nutrimenti monſtrat generatiua, 3a.q.31.a.5.c.

3 Menſtruum eſt potentia totum, ſecundum potentiam paſſiuam, ſicut ſemen viri eſt potentia totum, ſecundum potentiam actiuam, 3a.q.31.a.5.1m. a.c.

1 ¶ Menſura duplex, ſ. æquiparata menſurato per replicationem, & ratio cognoſcendi ipſum, 1a.q.10.a.5.2m.

2 Menſura eſt illud, per quod cognoſcitur quantitas rei. & eſt quid minimum, vel ſimpliciter, vt in numeris in quibus primo inuenitur: vel quo ad nos, vt in continuis: deinde primum in quolibet genere, 12æ.q.90.a.1.c.

3 Non oportet quod omnis menſura ſit omnino infallibilis & certa, ſed vt eſt poſſibile in genere ſuo, 12æ.q.91.a.3.3m. q.97.a.1.2m.

4 Menſura debet eſſe homogenea, i. eiuſdem generis cum menſurato, 1a.q.3.a.5.2m. 12æ.q.17.a.2.2m.

Ratio naturalis & principia ei naturaliter indita ſunt regulæ gñales, & menſuræ omnium agendorum ab homine, non autem naturalium. 12æ.q.91.a.3.2m. 5

Ad hoc quod aliqua menſurentur per aliquod vnū, nō requiritur quod illud vnum ſit cauſa omnium eorum, ſed quod ſit ſimplicius, 1a.q.10.a.6.4m. 6

Intellectus Dei eſt menſura prima omnium rerum non menſurata, res eſt menſura ſecunda menſurata: ſed intellectus noſter eſt menſuratus à rebus non menſurans, 1a.q.21.a.2.c. 12æ.q.93.a.1.3m. 7

Cum dicitur Deus méſurari ſua æternitate, accipitur ibi ratio menſuræ, ſecundum apprehenſionem noſtram tantum, 1a.q.10.a.2.1m. 8

¶ Mercatores ſperare poſſunt lucrum ex mercatione, quod non poſſunt dantes mutuo, 22æ q.78.a.1.c.

¶ Merces eſt terminus operis, 12æ.q.114.a.1.c. 1

Merces eſt id quod recompenſatur pro retributione operis: ideo reddere mercedem, eſt actus iuſtitiæ, ſicut reddere pretium rei emptæ, 12æ.q.114.a.1.c. 3a.q.49.a.6.c. 2

Meretrix etiam nunc debet permitti, id eſt, tolerari in ciuitate, vt vitetur peius malum, i. ſodomia, adulterium, & huiuſmodi, quia ſapientis legiſlatoris eſt, minores tranſgreſſiones permittere, vt maiores caueantur, & in regimine humano illi qui præſunt, recte aliqua mala tolerant, ne aliqua mala peiora incurrantur; vnde dicit Auguſtinus in lib. de ordi. Aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus 22æ q.10.a.11.c. 3

Meretrix poteſt ſibi retinere, quod ſibi datum eſt propter fornicationē, ſed ſi ſuperflue ad fraudem vel dolum extorſiſſet, teneretur eidem reſtituere, 22æ.q.62.a.5.2m. 4

¶ Mergulus ſignificat guloſos, qui ſe delitiis immergunt, 12æ q.102.a.6.1m. col.

Meritum duplex. ſ. congrui, & condigni. 12æ.q.114.a.6.c. 1

Aliquid cadit ſub merito dupliciter, ſcilicet ſimpliciter, vt vltimus finis, & omne quod perducit ad eum, & ſecundum quid, ſ. temporalia, 12æ.q.114.a.10.c. 2

Efficacia meriti, menſuratur ex tribus, ſ. ex charitate vel gratia, voluntate, & obiecto, 1a.q.95.a.4.c. 22æ.q.19.a.8.c. 3

Actus humani habent rationem meriti ex duobus, ſ. principaliter ex ordinatione Dei; ſecundario autem ex libero arbitrio, 12æ.q.114.a.4.6.c. 22æ q.2.a.9.c. 4

Meritum importat ex æqualitatem iuſtitiæ, 3a.q.49.a.6.c. 5

Meritum non poteſt eſſe ſine actu, quia requiritur quod faciat quod debet qui meretur, 12æ.q.7.a.1.1m. 12æ.q.9.a.4m. 6

Meritum eſt actio qua iuſtum eſt, vt agenti aliquid detur, 3a q.49.a.6.c. 7

Meritum conſiſtit in hoc, quod homo contemptis creaturis inhæret Deo. ſed peccatum eſt econuerſo, 22æ.q.104.a.1.c. 8

Omne meritum eſt ſupra naturam, & omne demeritum eſt infra, & contra naturam, 12æ.q.71.a.2.c. 9

Meritum non diminuitur propter obligationem obedientiæ, ſi prompte fiat, maxime apud Deum, qui non ſolum exteriora opera, verum etiā interiorem voluntatem videt, 22æ q.104.a.1.3m. 10

Meretur aliquo dupliciter, ſ. formaliter, id eſt, actibus: & vt principio, ſ. habitibus, 12æ.q.55.a.1.3m. 11

Quælibet opera virtutum quamlibet, eo hoc meritoria ſunt, quod fiunt vt obediant Deo, 12æ q.114.a.3.c. 12

Non poteſt idem actus numero eſſe meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis qui eſt fruitio beata cum vnus gratiæ imperfectæ, & alius gratiæ conſummatæ, 1a.q.62.a.4.c. a.5.1m. 13

Principium merēdi eſt ex parte animæ: ſed corpus eſt inſtrumentū actus meritorii, 3a.q.49.a.6.1m. 14

Paſſionibus meremur vt regulantur à ratione, & paſſionib. demeremur, inquantum ſunt contra rationem: non autem ſecundum ſe, 12æ q.24.a.3.1m. 22æ.q.158.a.2.1m. 15

Paſſio corporalis martyrum, facit ad meritum præmij accidentalis, non autem ad meritum præmij eſſentialis, niſi inquantum eſt volita, 3a.q.48.a.1.1m. 16

Gratia eſt principium meritorij operis, mediantibus virtutibus, ſicut eſſentia animæ, eſt principium operum vitæ, mediantibus potentiis eius, 12æ.q.110.a.4.1m. 3a.q.49.a.6.c. 17

Nullus poteſt ſibi mereri gratiam ex condigno. ſed ex congruo tantū, 12æ.q.114.a.5.c. 22æ.q.171.a.3m. 3a.q.2.a.11.c. 18

Nullus purus homo poteſt alteri primam gratiam mereri ex condigno, ſed tantum ex congruo, 12æ.q.114.a.6.c. a.7.2m. 19

Exiſtens in gratia, meretur ex condigno vitam æternam ratione gratiæ: ſed tantum ex congruo ratione liberi arbitrij, 12æ.q.95.a.4m. a.5m. 12æ q.114.a.3.c. 3a.q.48.a.1.c. 20

Homo quolibet actu meritorio, meretur augmentum gratiæ, ſed non ſtatim augetur, 12æ.q.114.a.8.c. 21

Omnis actus informatus gratia, eſt meritorius, 22æ q.2.a.9.c. 22

Gratia non poteſt cadere ſub merito, quia eſt merendi principium, 3a.q.2.a.11.c. 23

Efficacia & radix merendi. eſt ex charitate: ſed ſingulæ virtutes merentur præmia ſingula, 12æ.q.114.a.4.c. 22æ.q.182.a.2.c. 24

Radix merendi præmium eſſentiale, eſt charitas, difficultas autem eſt radix reſpectu præmij accidentalis, 1a.q.95.a.4.c. 22æ.q.182.a.2.1m. 25

Nullius virtutis actus eſt meritorius, niſi ſit informatus charitate, 12æ q.114.a.4.3m. 22æ.q.2.a.4.1m. q.83.a.15.c. q.184.a.2.2m. 26

Meritum vitæ æternæ: primo pertinet ad charitatem; ſecundo ad alias virtutes, 27

virtutes, ſecundum quod actus earum imperantur à charitate, 12ª.q. 17.1.c.2m.ª.q.114.4.0.
27 Quilibet actus charitatis meretur vitam æternam, & augmentum charitatis, 1ª.q.12 5.c.ª.12ª.q.24.7.3m.ª 8.3m.ª.22ª.q.24.6.c.1m.
29 Nobilius eſt habere aliquid ex merito, quàm ſine merito, & dignitas merendi maior eſt quam gloria corporis, 3ª.q.19.3.c.
30 Quanto magis eſt arduum opus, tanto eſt magis meritoriū ratione bonitatis, non autem ratione difficultatis, niſi per accidens ratione maioris conatus vel attentionis, 12ª.q.27.8.3m.
31 ªMeritum eſt æquale præmio vitæ æternæ, æqualitate quantitatis, 12ª.q.114.3.0.
32 Quantitas meriti poteſt attendi ex duobus, ſcilicet ex difficultate & bonitate operis, & ex voluntate & charitate operantis, 1ª.q.95.4.c.
33 Voluntas cum opere, magis meretur vel demeretur accidentaliter, quā voluntas ſola, non autem eſſentialiter, niſi ratione triplicis inæqualitatis, ſcilicet numeri, continuati motus, & intenſionis, 12ª q.20.4.0.
34 Natura comparatur ad principium merendi, ſcilicet ad charitatem, ſicut materia ad formam, fides autem, vt diſpoſitio eius, ideo actus virtuſque non eſt meritorius, niſi cum charitate, 21ª.q.2.9.1m.
35 Aliquis poteſt ſibi mereri perſeuerantiam gloriæ, non autem vitæ, ſed vtranque poteſt & aliis impetrare per orationes, 12ª.q.114.9.0.
36 Bona temporalia, vt vtilia ad opera virtutum, per quæ perueniunt ad gloriam, cadunt ſub merito ſimpliciter; alio ſe autem, ſecundum quid, 12ª.q.114.10.0.ª.22ª.q.122.5.4m.
37 Quilibet agens in bonum vel malum perſonæ vel communitatis vel ſui, meretur vel demeretur retributionem ab vtroque, 12ª.q.21.34.0.ª.22ª.q.59.3.2m.ª.q.44.5 c.ª.q.65.1.c.
38 Nullus meretur id quod iam habet, 1ª.q.62.4.c.ª.22ª.q.24.5.c.ª.3ª q.19.1.c.
39 ªNullus poteſt ſibi mereri ex condigno, nec ex congruo reparationem poſt lapſum, 12ª.q.114.7.0.
40 ªHomo poteſt aliquid mereri à Deo ſecundum quid, præſuppoſita Dei ordinatione, non autem ſimpliciter, 12ª.q.21.4.0 ª.q.114.1.0.
41 ªNullus meretur niſi viator, & pro viatore tantum, 1ª.q.62.9.0 ª.22ª q.13 4.2m.ª.q.182.2 2m.ª.q.19.3.1m.
42 ªMeritum animæ ſeparatæ vel demeritum, non poteſt augeri nec minui, 1ª.q.62 9.c.

1 Metaphyſica eſt de ſubſtantiis immaterialibus, inquantum tales ſubſtantiæ, de ſenſibilibus autem, vt ſubſtantiæ vel vt entia ſunt, 12ª q.66.5.1m.

1 Metaphora. ª. Nomen non dicitur propriè, ſed metaphoricè de eo, in quo non eſt tota ratio nominis, ſed aliquid eius per ſimilitudinē, 1ª.q.13.9.c.ª.q.3.3.c.
2 Quæ dicuntur metaphoricè, non oportet ſecundum omnia eſſe ſimilia, 3ª.q.2.5.2m.ª.q.8.1.2m.ª.q.46.q.2m.ª.q 48.3 4m.ª.q.75.4.2m
3 Ex vnadem re poteſt fieri metaphora ad contraria, propter diuerſas proprietates eiuſdem rei, 12ª q.23 1.1m.
4 Metaphora in diuinis, potius transfertur ex natura irrationali & vili, quàm ex natura rationali & nobili, ad vitandum errorem, 1ª.q.1.9.3m.
5 Theologia vtitur metaphoris, 1ª q.1.9.0.ª.q.10.1.4m.ª.q.12.3.3m.ª.q.13.5.1m.ª.q.14.21.c.ª.q.19.11.c.
¶ Michael eſt de ordine principatuum, vel archangelorum, 1ª.q.113.3.c.
1 Miles in exercitu debet primo ſubdi duci, ſecundo aliis coordinari, ſed contrarium primi eſt grauiſſimum peccatum, 12ª.q.100.6.c.
2 Milites charactere inſigniuntur, quaſi ad militiam deputati, 3ª.q.63.3.c.
¶ Militaris ars, quæ eſt propter victoriam, ad quam ordinatur omne officium bellicum, ordinat artem equeſtrem & nauilem, & omnia huiuſmodi in ſuum finem, 22ª.q.23.4.2m.
Negociatio eſt valde contraria militiæ, ideo ſecundum iura ciuilia negociatio interdicitur militibus, 22ª.q.40.2.c.
ª Millia millium miniſtrantium & aſſiſtentium Deo, 1ª.q.112.4.1m.
¶ Milluus maximè mitians, ſignificat fraudulētos, 12ª.q.102.6.1m.ª.co.2 ſt.
¶ Mineralia non nominantur in vniuerſali productione rerum, quia ſunt occulta, nec addunt aliquam dignitatem ſupra elementa, 1ª.q.69.2.3m.

1 Miniſter. ª. Miniſtri noui teſtamenti, ſunt maioris dignitatis, quàm miniſtri veteris teſtamenti, 22ª.q.87.1.c.ſi.ª.q.174.6.3m.
2 ª Quicunque exiſtens in aliquo peccato mortali, exhibet ſe miniſtrum eccleſiæ in aliquo ſpirituali, peccat mortaliter, 3ª.q.64.6.0.

1 Miraculum dicitur quaſi admiratione plenum, id eſt, quod habet cauſam occultam ſimpliciter & omnibus, ſcilicet Deum, 1ª.q.105.7.c.ª.22ª.q.178.1.0.c.
2 Miraculum non dicitur reſpectu potentiæ diuinæ, ſed reſpectu naturæ quam excedit, 1ª.q.105.8.0.
3 Miraculum propriè eſt præter ordinem totius naturæ creatæ, 1ª.q.110.4.c.2m.ª.q.114.4.c.
4 De ratione miraculi ſunt tria, ſ. eſſe arduum, i. ſupra virtutem naturæ creatæ: ingenita præter ſpem naturæ, i. quod non habeat ad illud naturalem ordinem, ſed ordinem obedientialem; & quod ſit inſolitum, i. præter modum eius conſuetum, 1ª.q.105.7.2m.ª.22ª.q.178.10.c.
Miracula dicuntur, quia ſunt ſupra naturam: ſigna verò, quia manifeſtant aliquid ſupernaturale: prodigia autem & portenta, propter excellentiam, 22ª.q.178.1.9m. 5
Gradus miraculorum triplex, ſ. maximus, i. quo ad ſubſtantiam facti: medius, i. quo ad illud in quo fit, & minimus, i. quo ad modum, 1ª.q.105.8.0.ª.22ª.q.123.1.c. 6
Creatio animarum, vel aliorum, non eſt propriè miraculum, 1ª.q.105.7.1m.ª.12ª.q.113.10.c. 7
Spirituales effectus Dei, vt iuſtificatio impij & illuminatio, non ſunt miracula, ſed ſunt miraculorum, 1ª.q.105.7.1m.ª.12ª.q.113.10.0.ª.3ª q.44.3.1m.ª.3m. 8
Conceptio Chriſti ex virgine fuit miraculoſa, 3ª.q.33.4.0.ª q.35.3.2m 9
Natiuitas Chriſti fuit miraculoſa, 3ª.q.73.3.2m. 10
In natiuitate & paſſione Chriſti, oſtenſa ſunt maxima miracula circa luminaria cæli, quia tunc maximè apparuit infirmitas humanitatis eius, 3ª.q.44.2.3m. 11
Gratia miraculorum non eſt gratia habitualis, ſed impreſſio tranſiens, 22ª.q.178.1.2m. 12
Gratia miraculorum, confert commune beneficium, ſ. notitiam Dei, ſed gratia ſanitatum addit aliquid ſpeciale, ſ. beneficium ſanitatis, ideo ab inuicem diſtinguuntur, 12ª.q.108.2.4m. 13
Gratia miraculorum excellentiſſimè data eſt animæ Chriſti, vt miracula faceret, & eam in alios transfunderet, 3ª.q.11.1.c.3m. 14
ª Operatio miraculorum, attribuitur gratiæ gratis datæ, vt principio proximo: fidei verò, vt virtuti diſponenti ad hanc gratiam conſequendam, 22ª.q.178.1.0. 15
Operatio miraculorum attribuitur principaliter fidei vt virtuti diſponenti, quibus cooperantur abſtinentia & continentia, 22ª.q.178.1.4m. 16
ª In reliquiis ſanctorum, & verbis diuinis, non eſt aliqua virtus vel forma, qua fiunt miracula, 22ª.q.178.1.1m. 17
Miracula diminuunt meritum fidei, nolentium credere, niſi per miracula, 3ª.q.43.3.3m 18
Miracula Chriſti de quibus eſt fides, fuerunt occulta, probantia verò fidē fuerunt manifeſta, 3ª.q.29.1.2m. 19
Diſcipuli Chriſti crediderunt in eum, antequam vidiſſent eum facere miracula, 3ª.q.41.3.3m. 20
Solus Deus poteſt per ſe facere vera miracula, 1ª.q.110.4.0.ª q.114.4.c.ª.12ª.q.113.10.c.ª.22ª.q.178.1.1m.ª.2m.ª.3ª q.43.2.0.ª.1m.ª.q.84.2.1m. 21
Omnia miracula fiunt miniſterio angelorum, 1ª.q.110.4.1m. 22
Angeli & alij ſancti faciunt miracula miniſtrando, vel impetrando, 1ª.q.110.4.1m.ª.3ª.q.13.2.3m.ª.q.78.4.2m. 23
Sancti faciunt miracula dupliciter, ſ. poſtulatione & poteſtate, ſ. nō præcedente oratione manifeſta; tamen in vtroque Deus operatur principaliter, ſancti autem inſtrumentaliter, 1ª.q.117.3.1m.ª.22ª.q.178.1.1m.ª.3ª.q.64.3.4m. 24
Miracula Ioſue, Iſaiæ, & Heliæ, fuerunt maiora ſecundum ſubſtantiam, quam miracula Moyſis, ſed ſecundum modum eſt econuerſo, 22ª.q.174.2.2m. 25
Miracula ad commendationem ſanctitatis propriè fiunt tantum à ſanctis, ſed confirmationem doctrinæ, fiunt etiam à malis per veram fidem, & per nomen Chriſti, 1ª.q.110.4.2m.ª.22ª.q.178.2.0.ª.3ª.q.43.1 4.c. 26
Miracula bonorum differunt à ſignis malorum quintupliciter, ſ. in efficacia, duratione, veritate, fine, & modo, 2ª.q.114.4.2m. 27
Magi faciunt miracula, per priuatos contractus, id eſt, per dæmones: boni verò per publicam iuſtitiam, per Deum: ſed mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ, id eſt per nomen Chriſti, vel per aliqua eius ſacramenta, 1ª.q.110.4.2m.ª.q.114.4.3m.ª.22ª.q.178.2.3m. 28
Omnia miracula dæmonū ſunt falſa, ratione rei, vel miraculi, 1ª.q.110.4.2m.ª.q.114.4.0.ª.22ª.q.178.2.c. 29
Antichriſtus faciet aliqua vera miracula, quo ad naturam rei, virtute dæmonum: ſed falſa quo ad rationem miraculi, & ad decipiendum, 1ª.q.114.4.1m.ª.22ª.q.178.1.2m. 30
Ioānes Baptiſta nullum fecit miraculum, vt homines principaliter Chriſto attenderent, 3ª.q.38.2.2m.ª.q.40.2.1m. 31
Conuenientiſſimum fuit, vt Chriſtus faceret miracula, vt oſtēderentur eius gratia vnionis, & eius doctrina ſupernaturalis, 3ª.q.43.1.0.ª.4. 32
Chriſtus faciebat miracula virtute diuina, 3ª.q.13.2.c.3m.ª.q.43.2.c.ª.2m.ª.4.c.ª.q.44.3.3m. 33
Chriſtus faciebat miracula virtute propria, alio verò ſancti, virtute aliena, 3ª.q.43.4.0. 34
ª Anima Chriſti, vt inſtrumentum verbi ſibi vniti, habuit inſtrumentalem virtutem, ad omnes mutationes miraculoſas, ordinabiles ad inſtaurationem rerum, non autem ad annihilationem rerum, 3ª.q.13.2.1m. 35
Quæ ſiebant à Chriſto miraculoſè, erant perfectiſſima, 3ª.q.44.3.2m.ª.3m.ª.q.46.6.c. 36
Miracula Chriſti, ſufficienter oſtendebant eum eſſe Deum, 3ª.q.43.4.0. 37
Chriſtus cœpit facere miracula in nuptiis, non autem prius, ne humanitas eius phantaſtica videretur, 3ª.q.37.4.3m.ª.q.43.3.0. 38
Chriſtus conuenientiſſimè fecit miracula circa dæmones, angelos, cælos, homines, bruta, & elementa, 3ª.q.44.0. 39
¶ Mirum ſimpliciter, idem eſt quod miraculum, non autem ſecundum quod eſt mirum alicui, 1ª.q.105.17.c.

Miſſa.

1 ¶ Miſeria non eſt quicunque defectus, ſed tantum defectus naturæ rationalis, quia opponitur felicitati, 1ª.q.21.4.c.ª.22ª.q.30.1.c.

2 ªNullus poteſt velle miſeriam, ſed quilibet naturaliter eam fugit, 1ª.q.54.1.c.

1 Miſericordia eſt compaſſio alienæ miſeriæ in corde, qua ſi poſſumus, ſubuenire compellimur, 1ª.q.21.3.c.ª.22ª.q.30.1.c.2ᵐ.ª.2.c.

2 Miſericordia vt eſt motus appetitus, regulatus ratione, eſt actus virtutis moralis, & virtus ſpecialis: non autem vt paſſio tantum, 12ª.q.59.1.3ᵐ.ª.22ª.q.30.3.c.ª.q.36.3.3ᵐ.

3 Miſericordia vt virtus, eſt virtus moralis circa paſſiones, & reducitur ad medietatem, quæ dicitur Nemeſis, ſed eas Ariſtoteles non ponit virtutes, quia vt paſſiones ſunt, ſunt laudabiles: tamen vt ſunt ab aliquo habitu electiuo, ſumunt rationem virtutis, 12ª.q.30.1.4ᵐ.

4 Miſericordia ſecundum ſe, eſt maxima virtutum, 22ª q.30.4.c.

5 Inter omnes virtutes quæ ad proximum ſunt, miſericordia eſt potiſſima ſicut etiam eſt perfectior actus, 22ª q.30.4.c.

6 Liberalitas conſiderat bonum, in dationibus communiter, miſericordia vero ſecundum rationem ſpecialem, ſcilicet vt eſt releuatio miſeriæ alienæ, 22ª.q.3 .1.3ᵐ.ª q.117.5.3ᵐ.

7 Datio beneficii ex miſericordia, procedit ex affectione ad eum cui homo dat: ideo miſericordia pertinet ad charitatem, liberalitas vero ad pecuniam, 22ª q.117.2.3ᵐ.

8 Longe melius, & humanius, & piorum ſenſibus accommodatius in Cæſaris laude locutus eſt Tullius, vbi ait: nulla de virtutibus tuis, nec admirabilior nec gratior miſericordia, 22ª.q.30.3.b.

9 Miſericordia poteſt præcedere, & ſequi iuſtificationem, & poteſt ſecum concurrere: quia operatur contra peccatum per modum ſatisfactionis, & per modum præparationis, 12ª.q.113.4.1ᵐ.

10 Miſericordia eſt effectus charitatis, 22ª.q.28. principio.ª.q.32.1.c.ª.q.36.3.3ᵐ.

11 Motiua ad miſerendum, ſunt etiã maxime, ſ. mala contra naturam, contra ſpem, & contra merita alicuius, 22ª.q.30.1.c.

12 Defectus, eſt ratio miſerendi ſemper, propter vnionem amoris, vel propter poſſibilitatem patiendi ſimilia, 22ª.q.30.2.c.

13 Culpa inquantum huiuſmodi, non eſt motiua ad miſericordiam, quia eſt volita, ſed eſt motiua vt eſt annexa alicui contra voluntatem, 22ª.q.30.1.1ᵐ.

14 Miſericordia proprie non eſt ad ſe, nec ad perſonas multum coniunctas, vt ad parentes & filios: ſed ad eos eſt dolor, & in in durum eſt expulſiuum miſerationis.ª quia in iis non miſeremur proprie, ſed debemus, & durum quid patimur, 22ªq.30.1.2ᵐ.ª.q.32.9.3ᵐ.ª.q.106.3.1ᵐ.

15 Iniuriæ illatæ miſerabilibus, ſ. pupillis & viduis, exaggerantur, quia magis opponuntur miſericordiæ, & nocumenta ſunt eis grauiora, quia nõ habent releuantem, 22ª.q.6 .4.1ᵐ.

16 Amici, ſenes, ſapientes, debiles, & timidi, maximè miſerentur, non autẽ ſuperbi, audaces, & contumeliæ diſpoſiti, 22ª.q.30.2.c.

17 Miſericordia eſt in Deo, ſecundum effectum, & ſecundum affectum voluntatis: non autem ſecundum paſſionem, 1ª.q.21.3.c.ª.22ª.q.30.2.1ᵐ.

18 Proprium opus Dei eſt tantum vnum, ſ. beneſacere & miſereri: ſed punire conuenit ei, propter culpam peccantis, 2ª.q.21.2.c.

19 Deus dicitur omnipotentiam ſuam parcendo maxime & miſerando manifeſtare: non tam quo ad ſubſtantiam facti, quàm etiam quo ad licentiam faciendi, 1ª.q.25.3.3ᵐ.ª.22ª.q.30.4.c.

20 Deus ſemper miſeretur, puniendo citra condignum, & præmiando vltra condignum, 1ª.q.21.4.1ᵐ.

21 Miſericordia Dei dicitur dupliciter, ſ. repulſio miſeriæ præcedentis ſine debito: & remotio cuiuſcunque defectus ſine debito, 1ª.q.21.4.c.3ᵐ.

22 In omni opere Dei, eſt miſericordia, & iuſtitia, 1ª.q.21.4.c.

23 Deus agendo miſericorditer, non agit contra iuſtitiam, nec econuerſo, 1ª q.21.3.2ᵐ.ª.3ª.q.46.2.3ᵐ.

24 In omni opere Dei miſericordia ſemper eminet iuſtitiæ, 1ª.q.21.3.2ᵐ.ª.4.c.fi.

25 Opus iuſtitiæ Dei, ſemper fundatur in opere miſericordiæ, & ipſum præſupponit, 1ª.q.21.4.c.ª.q.25.3.3ᵐ.

26 Maioris miſericordiæ eſt, impios iuſtificare, quàm iuſtos creare: ſed ſunt æqualis potentiæ Dei, 3ª.q.43.4.2ᵐ.

27 Cum peccatores peccent contra Deum, qui æternus eſt, conueniens eſt, vt pœna æterna eis ex diuina iuſtitia inferatur, Suppl.q.99.1.c.

28 Nulla pœna tam dæmonum quam hominum per diuinam miſericordiã terminabitur, Suppl.q.99.2.c.

29 Sicut dæmonibus pœna inferni erit perpetua ita & hominibus, quia vtrique in malitia ſunt obſtinati Suppl.q.99.3.c.

30 Chriſtiani ſoli qui in fide catholica finaliter perſeuerabunt, & ab aliis criminibus repereuntur finaliter abſoluti, à pœna æterna erunt immunes Suppl q.99.4.c.

31 Nec fides nec opera miſericordiæ eripient à pœna æterna eos, qui cum peccato mortali decedunt, Suppl.q.99.5.c.

1 Miſſa dicitur, quaſi et tranſmiſſa, ſ. à populo ad Deum, & econuerſo: vel dicitur ab emiſſione catechuminorum, & excommunicatorum, 3ª.q.83.4.9ᵐ.

2 Ratio, & expoſitio eorum quæ dicuntur & ſiunt in miſſa, & de ſingulis partibus miſſæ, 3.q.83.4.5.

3 Defectibus & periculis in miſſa ſufficienter occurritur, 3.q.83.6.c.

Debilitas vel ægritudo impedit à celebratione miſſæ, propter impoſſibilitatem, vt in priuatione viſus oculorum vel digitorum, vel linguæ, vel propter periculum, vt in morbo caduco, & alienatione mentis: vel propter abominationem, vt in lepra: ſed lepra ordinem non tollit, 3ª.q.82.10.3ᵐ. 4

Audire miſſam & communionem accipere a peccatore non ſententiato ab eccleſia licet: quia ſuſpenſus à Deo quo ad ſe, non autem quo ad alios, 3ª.q.82. .c. 5

*Celebrans miſſam in peccato mortali, vel inducens talem ſcienter, vel audiens miſſam præciſi per ſententiam eccleſiæ, vel notorii fornicarii, licet inſtigatur a prælatis, peccat mortaliter, 3ª.q.82.9.c. 6

Accipere pro miſſa aliquid, quaſi pretium eius, eſt ſimonia: non autem accipere quaſi ſtipendium laboris, 22ª q.100.2.2ᵐ. 7

Miſſa non debet celebrari, niſi pro membris eccleſiæ: nec in canone miſſe debet orari, niſi pro membris eccleſiæ, 3ª.q.79.7.2ᵐ. 8

Miſſam licet dicere in loco non ſacro, cauſa neceſſitatis, ſ. in itinere: vel propter deſtructionem eccleſiarum, ſed cum altari portatili, & aliis neceſſariis: non autem aliter, niſi de licentia epiſcopi, 3ª.q.83.3.c. 9

Plures debent intereſſe miſſæ ſolẽni: ſed in miſſis priuatis ſufficit vnus, ſ. ſeruitor, 3ª.q.83.5.12ᵐ. 10

Miſſa quotidie celebratur in eccleſia quintuplici ratione, ſ. quia ſemper oportet paratam eſſe medicinam contra quotidiana peccata: vt lignum vitæ ſemper ſit in medio paradiſi: vt nobis quotidie Chriſtus vniatur ſacramentaliter, & nos ei ſpiritualiter, vt ſit apud nos iugis memoria paſſionis Chriſti, vt vero agno loco typici agni quotidie vtamur ad veſperam, quem Iudæi ad veſperam comedendi ſtatuerant, 3ª.q.83.2.c 1ᵐ. 11

Miſſa poteſt dici, quando incipit apparere aurora: non autem de nocte, niſi in natiuitate Chriſti, & in vigilia paſchæ, in principio noctis, 3ª.q.83.2.4ᵐ. 12

Hora miſſæ in feſtis, eſt tertia in profeſtis diebus eſt ſexta, in ieiuniis nona: ſed poteſt tardari, maxime tempore ordinum, 3ª q.83.2.3ᵐ. 13

Miſſa regulariter celebratur ſolemniter hora paſſionis Chriſti, ſ. ab hora tertia vſque ad nonam, 3ª.q.83.2.c. 14

Miſſæ priuatæ poſſunt dici à mane vſq; ad tertiam, vel vſque ad nonam, in diebus ieiuniorum, 3ª.q.83.2.3ᵐ. 15

In natali Chriſti quilibet ſacerdos poteſt dicere tres miſſas, ſ. primam in nocte, ſecundam in aurora, & tertiam in die, propter triplicem natiuitatem Chriſti, ſcilicet quarum vna eſt æterna, quæ quantũ ad nos eſt occulta, licet ſecundum ſe ſit in plena luce, alia eſt temporalis, ſed ſpiritualis: qua, ſ. Chriſtus oritur tanquam lucifer in cordibus noſtris: tertia vero eſt temporalis & corporalis, ſecundum quam viſibilis nobis proceſſit ex vtero virginali carne indutus, 3ª.q.83.2.2ᵐ.ª.3ᵐ. 16

Non licet alio die, plures miſſas ab eodem celebrari, pro pecunia, vel adulatione ſecularium: ſed tantum pro vrgenti neceſſitate, 3ª.q.83. 17
2.5ᵐ.

Quando in vna die occurrunt diuerſa beneficia Dei commemoranda vel impetranda pro viuis vel mortuis: oportet miſſam plures celebrari, ſi adſit facultas, puta vnam pro feſto, & aliã pro ieiunio, vel pro mortuis, 3ª.q.83.2.2ᵐ. 18

Multiplicatio miſſarum, multiplicat oblationem ſacrificii, & multiplicat eius effectus: non autem multitudo hoſtiarum in vna miſſa, ideo ſumens multas hoſtias in vna miſſa, non percipiet maiorem effectum, 3ª q.79.7.1ᵐ. 19

Miſſa melioris ſacerdotis, eſt melior, quo ad annexa: ideo melius eſt eam audire, licet quo ad ſacramentum, & effectum ſacramẽti, omnes miſſæ ſint æquales, 3ª.q.82.6.c. 20

Miſſio de ratione ſua importat reſpectum miſſi ad mittentem, & ad aliquẽ terminum, 1ª.q.43.1.c.ª.2.c.3ᵐ.

Miſſio non dicit gradum dignitatis, ſed auctoritatem principii in vno, reſpectu exeuntis ab eo, 1ª.q.43.1.1ᵐ.ª.3ª.q.19.8.1ᵐ. 2

Miſſio viſibilis in diuinis, eſt ſignum miſſionis inuiſibilis factæ, non quidem tunc, ſed prius, 1ª.q.43.7.6ᵐ. 3

ª Mittere filium & ſpiritum ſanctum, conuenit cuilibet perſonæ diuinæ, & toti trinitati, 1ª.q.43.8.c. 4

Spiritum ſanctum non mittit ſe proprie, quia miſſio dicit diſtinctionem mittentis à miſſo, ſecundum Præpoſitiuum & Altiſiodorenſem, ſed mittit ſe improprie dici ſic, 1ª.q.43.8.c. 5

Homo nullo modo poteſt mittere ſpiritum ſanctum, 1ª.q.43.8.c.fi. 6

Mitti ſecundum imperium, vel ſecundum conſilium, non conuenit Deo, quia dicit minoritatem, nec vbi non fuit prius, quia dicit receſſum, ſed ſecundum originem, & ſecundum nouum modum, 1ª.q.43.1.c.ª.3.c.ª.4.3ᵐ.ª.5.c.3ᵐ.ª.6.c.ª.q.112.1.1.3ᵐ. 7

Mitti conuenit filio, & ſpiritui ſancto, ſed nullo modo conuenit patri, nec trinitati, 1ª.q.43.4.8.c.ª.q.5.12.c.ª.3ª.q.59.8.1ᵐ. 8

Mitti inuiſibiliter, conuenit filio & ſpiritui ſancto, non autem patri, 1ª.q.43.5.c. 9

Mitti viſibiliter vt donum, & vt ſanctificationis iudicium, conuenit ſpiritui ſancto, filio autem, vt ſanctificationis auctori, 1ª.q.43.7.c. 10

Miſſio filii & ſpiritus ſancti, diſtinguitur ſecundum originem, & ſecundum effectus illuminationis, & inflammationis: ſed conueniunt in gratia, nec vna poteſt eſſe ſine alia, 1ª.q.43. .3ᵐ. 11

Miſſio filii eſt prior miſſione ſpiritus ſancti, ratione donorum, & exitus, ſed ratione donum, eſt econuerſo, 3ª.q.7.13.6. 12

Miſſio

13 Miſſio filii, prior eſt ordine naturæ, miſſione ſpiritus ſancti, ſicut ordine naturæ ſpiritus ſanctus procedit à filio, & à ſapientia dilectio, 3ª.q.7.8.c.

14 Miſſio filii Dei triplex. ſ. in mente, in carne, & ad prædicandum, 3ª q. 42.1.o.

15 Non eſt miſſus Chriſtus ad prædicandum, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael, quadruplici ratione. ſ. primo vt oſtenderet impleri promiſſiones factas Iudæis, & non gentibus: ſecundo vt eius aduentus oſtenderetur eſſe à Deo: tertio vt Iudæis auferret calumniandi materiam: quarto quia Chriſtus per crucis victoriam meruit poteſtatem, & victoriam, & dominium ſuper gentes, 3ª q.42.1.o.

16 Miſſio inuiſibilis, non fit ad ſacramenta, quia non fit, niſi reſpectu termini, 1ª.q.43.6.4m.

17 Miſſio inuiſibilis fit ad omnes exiſtentes in gratia, 1ª.q.43.6.o.

18 Ad patres veteris teſtamenti facta eſt miſſio inuiſibilis, 1ª.q.43.6.1m.

19 Miſſio inuiſibilis fit ad ſanctos, in omni augmento gratiæ ſecundum extenſionem ad nouum effectum: non autem ſecundum intenſionem, 1ª.q.43.6.2m.

20 Ad beatos facta eſt miſſio inuiſibilis, in principio beatitudinis, non autem poſtea, quo ad intenſionem gratiæ, ſed quo ad extenſionē. ſ. quo ad aliqua myſteria, quæ eis reuelantur de nouo, vſque ad diem iudicii, 1ª.q.43.6.3m.

21 Miſſio inuiſibilis facta eſt ad Chriſtum, in primo inſtanti ſuæ cōceptionis: & nulla vlterius, 1ª.q.43.6.3m. & 7.2m.

22 Miſſio inuiſibilis plenior fit poſt incarnationem, quàm prius ſecundum communem ſtatum: licet in ſpirituali ſit econuerſo, 1ª.q.43.7.6m.

23 Ad patres veteris teſtamenti, non fuit facta miſſio viſibilis, quia prius debuit perfici miſſio viſibilis filii, quàm ſpiritus ſanctus manifeſtet eum, 1ª.q.43.7.1m & 7.6m.

24 Miſſio viſibilis primo facta eſt Chriſto, & poſt Apoſtolis, quia per eos gratia in alios diffuſa eſt, ſecundum quòd per eos eccleſia plantata eſt, 1ª.q.43.7.6m.

25 Miſſio viſibilis facta eſt ad patres in primitiua eccleſia, vt ad fundatores eccleſiæ, non autem nunc, quia per eam firmamur, 1ª.q.43.7.6m.

26 Ad Chriſtum facta eſt miſſio viſibilis ſpiritus ſancti bis. ſ. in baptiſmo in ſpecie colūbæ, & in transfiguratione in nube lucida, ſed & ad apoſtolos bis, primo in flatu, ſecundo in linguis igneis, propter multa myſteria, 1ª.q.43.7.5m & 3ª.q.39.6.4m & q.42.c.2m.

27 Natura humana in qua, & per quam, facta eſt miſſio viſibilis filii Dei, eſt illa ad quam fit miſſio: ideo filius Dei eſt in ea nouo modo: non autem creatura ſecundū quam fit miſſio viſibilis ſpiritus ſancti, 1ª q. 43.7.1m.

28 Miſſio viſibilis, non fit ſecundum viſionem imaginariam, vt prophetia, nec ſecundum res præexiſtentes, vt ſacramenta vtriuſque teſtamenti, ſed ſicut in ſignis, ſicut flamma rubi, & columna ignea, 1ª.q.43.7.2m & 3ª.q.39.8.2m.

1 ¶ Modalis diſtinctio, per ſenſum compoſitum, & ſenſum diuiſum, non tenet in formis inſeparabilibus, 1ª.q.14.13.3m.

1 Modeſtia eſt virtus moderatiua paſſionum: ideo adiungitur temperantiæ, vt virtuti principali, quia eſt circa difficillima, 2ª2ª.q.143.o. & q.160.o.

2 Modeſtia eſt circa actiones interiores, & exteriores, 2ª2ª.q.160.2.c. & q.168.1.o.

3 Modeſtia moderatur exteriorem hominis vitam in inceſſu, habitu, & huiuſmodi: ſed epychia moderatur obſeruantiam verborum legis: poteſt tamen eſſe, quod nomen epychiæ apud Græcos per quandam ſimilitudinem transferatur ad omnes moderationes, 2ª2ª.q.120.2.3m.

4 Partes modeſtiæ, à diuerſis aſſignantur diuerſimode, 2ª2ª q.160.2.2m.

5 Partes modeſtiæ ſecundum Andronicum, ſunt tres. ſ. bona ordinatio, quæ diſcernit quæ & quo ordine ſunt agenda: ornatus, qui ſ. cauet decentiā in agendis: & auſteritas. ſ. in verbis, 2ª2ª.q.143.c.fi. & q.160. 2.fi. & q.161.1.c.fi.

6 Partes modeſtiæ ſecundum Tullium, ſunt quatuor. ſ. humilitas, ſtudioſitas manſuetudo, & ſimplicitas, & ſecundum Ariſtotelem, etiam eutrapelia, 2ª2ª.q.160.2.c. & q.161.4.o. & q.166.2.c.fi. & q 168.2.c.fi.

7 Sub modeſtia continetur omnis moderatio motuum corporalium, & rerum exteriorum: & ſpei, ſecundum Tullium, 2ª2ª.q.143.4m. & q. 160 2.c.

8 Omnis modus inquantū modus, bonus eſt, ſed malus ideo dicitur, quia minore ſunt quædam, quàm eſſe debuerant: aut quia non iis rebus accommodantur, quibus accommodanda ſunt: & ideo dicuntur mala, quia ſunt aliena & incōgrua, & ita dicitur malus modus, vel mala ſpecies, vel malus ordo, 1ª.q.5.5.4m.

1 ¶ Mollities proprie reſpicit defectum delectationum. ſed delitiæ reſpiciunt cauſam impedientem eorum. ſ. laborem vel aliquid tale: ideo delitiæ ſunt quædam mollities, 2ª2ª.q.138.1.2m.

2 Mollis dicitur, qui recedit à bono, propter triſtitias cauſatas ex defectu delectationum: quaſi cedens debili mouenti: non autem ſi graui mouenti cedat, 2ª2ª.q.138.1.c.

3 Mollities eſt vitium oppoſitum perſeuerantiæ, & cauſatur dupliciter. ſ. ex conſuetudine, & ex naturali diſpoſitione, 2ª2ª.q.138.1.o. & 2.c.

4 Qui patiuntur muliebria, dicuntur molles, quaſi mulieres effecti, 2ª2ª.q. 138.1.3m.

¶ Moneta. ¶. Cudentes falſam monetam, poſſunt iuſte occidi in iudicio ſeculari, & rebus ſuis ſpoliari, 2ª2ª.q.11.3.c.

¶ Monſtra dicuntur peccata, inquantum ſunt ex peccato in actu naturæ à fine vltimo, non autem à fine proximo, 1ª2ª.q.21.1.1m & c.

¶ Moralia ſpecificantur ex fine, 1ª2ª.q.48.1.2m.

Mors & omnia defectus corporales, & rebellio carnis ad ſpiritum, ſunt pœna peccati primorum parentum, conſequens pœnam principalem, ſcilicet ſubtractionem originalis iuſtitiæ, 1ª2ª q.85.5.o. & q.87.7.c.1m & q.94.1.c. & q.100.8.3m & q.108.3.1m & 2ª2ª.q.153.2.1m & 2m & 3m & q.164.o. & 3ª.q.14.4.2m & q.14.1.c. & 3.c.2m & 4.c.3m & q.52.1.c. 1

Cauſa mortis & aliorum defectuum corporalium in natura humana, eſt duplex. ſ. remota, i. contrarietas principiorum, & proxima. ſ. peccatū, 2ª2ª.q.164.1.2m & 1ª2ª.q.85.6.c. & q.85 2.1m. 2

Mors vt iuſta pœna, eſt à Deo, non autem vt eſt malum naturæ humanæ, 1ª2ª.q.85.5.c.fi. & q.94.5.2m & q.100.8.3m & 2ª2ª.q.164.1.4m. 3

Mors & alii defectus nō ſunt æqualiter in omnibus, triplici ratione. ſ. propter peccata parentum, vtilitatem filiorum, & diuerſam complexionem, 1ª2ª.q.85.5.1m & q.87.7.1m & 2ª2ª.q.164.1.4m. 4

Primi parentes ſeneſcendo, inceperunt mori prima die qua peccauerunt, licet poſtea multum vixerint, 2ª2ª.q.164.1.8m. 5

Ante reſurrectionem oēs morientur, 1ª2ª.q.81.3.1m & 3ª.q.46 11.1m 6

Pœna mortis in præſenti non infligitur pro quolibet peccato mortali, ſed tantum pro peccato inferente damnum irreparabile, vel pro horribili deformitate, 2ª2ª q.66.6.2m & q.108.3.3m. 7

Nullus debet eripi de morte contra iuſtitiam, 2ª2ª.q.10.12.3m & q.59.4.3m & 3ª.q.68.10.2m. 8

Mors vt priuatio vitæ, vel vt terminus alterationis præcedentis, eſt pœna damni, non autem eſt pœna ſenſus: nec affligit, niſi ratione alterationis præcedentis, 2ª2ª.q.164.1.7m. 9

Mors eſt meritoria, licet ſit pœna: quia boni bene vtuntur bonis & malis, ſicut mali male vtuntur & bonis & malis, 2ª2ª.q.164.1.6m. 10

Mors illata, etiam pro criminibus, aufert totam pœnam pro criminibus debitā in alia vita, vel partem pœnæ, ſecundum quantitatem culpæ, patientiæ & contritionis, non autem mors naturalis, 2ª2ª.q.65.6.2m. 11

Mors & alii defectus naturæ, cauſant dolorem & timorem, quia ſunt cōtra naturam particularem, 1ª2ª.q.42.2.3m. 12

Mors ſecundū ſe, eſt odibilis naturaliter: ſed eſt appetibilis, propter beatitudinem, 1ª2ª.q.5.3.c. & 3ª.q.46.6.c.4m. 13

Quilibet tenetur mori, pro ſalute animæ proximi certa: aliter eſt de cōſilio, 2ª2ª.q.26.5.3m. 14

Exponere ſe, & ſuos, periculo mortis, pro liberatione perſonæ per quam ſuſtentatur eccleſia, vel reſpublica, eſt laudabile, 2ª2ª.q.31.6.c. 15

Virtuoſus maxime triſtatur de morte ſua, quia priuatur maximo bono, quo maxime dignus eſt, & cōtra & virtutibus, ſecundū præſentē vitam: licet quidam gaudeant, propter ſpem beatitudinis, 2ª2ª.q.123.8.c. & 3ª.q.46.6.8m. 16

Decens fuit Chriſtum mori, 3ª.q.50.1.o. & q.52.1.c. 17

Chriſtus habuit ſimpliciter neceſſitatem moriendi abſolutam, etiam ſi non occideretur ſecundum aliquos, ſed ratione humanitatis tantū, neceſſitatem vero ſinis habuit etiam ratione perſonæ, 3ª.q.14.2.o. 18

Mors Chriſti fuit violenta, ex parte naturæ humanæ: licet perſonæ eius non potuerit inferri violentia ſed quantum in occidentibus fuit, intulerunt mortem, 3ª.q.14.c.o. & q.47.3.c.m. & q.17 2.o. 19

Chriſtus mortuus eſt ex obedientia & charitate triplici ratione. ſ. ratione iuſtificationis humanæ, ratione reconciliationis diuinæ, & ratione victoriæ Chriſti, 3ª q.47.c.2.o. & q.48.2.3.c. & q.49.1.c. & 4.3m & q.52.4.c. & q.53.1.c. principio. 20

In ſymbolo fidei dicitur, quod filius Dei eſt paſſus mortuus, & ſepultus, 2ª2ª.q.1.8.c. & q.c.7.0 & 3ª.q.50.2.b. & c.fi. 21

Mors Chriſti in ſieri cauſauit noſtram ſalutem merendo eam, non autē in facto eſſe, ſed tantum efficienter, deſtruendo mortem animæ, id eſt, peccatum & mortem corporis, 3ª.q.50.6.o. & q.51.1.2m & 2.4m & 4.3.2m & q.51.2.c.7m & q.56.1.4m. 22

Mors Chriſti eſt cauſa efficiens gratiæ, & cauſa ſufficiens ſalutis noſtræ, 3ª.q.50.6.o. & q.51.1.2m & 2.4m & 4.c.2m & q.53.2.c.3m & q.56.1.4m. 23

Chriſtus noluit mori ex morbo, nec in ſenectute, ſed in paſſione illata, & in iuuentute, ne inuitus, vel ex infirmitate putaretur mori, 3ª.q.46. 3.c. & q.4m & q.51.7.c. 24

Chriſtus fuit ſimpliciter mortuus, 3ª.q.50.4 c. & 5.c. 25

Licet Deus ſit immortalis, tamen conuenienter confitemur, vnigenitum Dei verbum fuiſſe paſſum & mortuum: quia non hæc ei attribuuntur, ſecundum naturam diuinam, ſed ſecundum humanam, quam pro noſtra ſalute in vnitatem perſonæ aſſumpſit, 2ª2ª.q.1.5.c. 26

In morte Chriſti, fuit ſeparata anima à corpore, 3ª.q.50.3.b. & c.4m & 4.c.1m & 5.c. & q.52.3.c & q.53.1.1m & q.54.1.c. 27

In morte Chriſti, deitas non fuit ſeparata ab anima eius, 3ª.q.50.3.o. & 4.1m & q.52.3.c. & q.53.4.c. 28

Nec à carne eius, 3ª.q.50.2.o. & 3.1m & 4.1m & 6.c. & q.52.3.c. & q.53. 2.2m & 4.c. & q.76.1.1m. 29

Nec à ſanguine eius, 3ª.q.25.2.c. 30

Mos primo ſignificat conſuetudinem i. frequentiam eorum quæ ſunt in poteſtate noſtra, ſecundum actum, vel inclinationem appetitus humani, à natura, vel conſuetudine, vel infuſione, 1ª2ª.q.58.1.c. 1

Mores in bruto, dicuntur per ſimilitudinem, ex quæ ſunt ab eo, ex paſſionibus appetitus, 1ª2ª.q.24.4.3m & q.58.1.c. 2

mors

9 Motus diuinos debemus imitari, 22ª.q.10.1.c. principio.
1 ¶ Motus propriè ſignificat actum imperfectum mobilis: ſed ſecundum ſimilitudinem, prædicatur de omni operatione, 1ª q.9.1.3m. *.q.14.1.2m. *.q.18.1.c.*.3.1m.*.q.19.1.1m.*.3m.*.q.101.2m.*.q.53.1.2m.*.q.58.1.1m.*.q.59.1.m.*.q.73.2.c.*.12ª.*.q.31.2.1m.*.q.103.1.c.*.22ª.q.170.1.3m.*.q.150.5.2.*.3ª.q.21.1.3m.*.q.34.2.c.
2 Omnis motus vel mutatio, eſt actus exiſtentis in potentia, inquantum huiuſmodi, 1ª q.9.1.c.
3 Motus dicitur æquiuocè de operatione corporali, & ſpirituali, 1ª.q.18.3.1m.*.q.53.1.c.*.q.1 .1.3m.
4 Omnis motus vel mutatio, ſequitur aliquam potentialitatẽ, 1ª.q.9.1.c.
5 Motus duplex. ſ. naturalis, & voluntarius, & de ratione vtriuſque eſt, quòd ſit à principio intrinſeco, 12ª.q.6.1.3m.*.4.1.c.
6 Motus naturalis eſt tantum ad vnam partem, & perficitur quiete naturali, & eſt corporis exiſtentis extra vbi naturale: violentus autẽ eſt ad oppoſita, 1ª.q.20.1.c.
7 Motus dicitur naturalis dupliciter. ſ. à principio actiuo, vel à principio paſſiuo & materiali, 12ª q.6.5.2m.*.3ª q.32.4.c.
8 Motus reducitur ad genus ſui termini, inquantum procedit de potẽtia ad actum, quia terminus eſt in motu in potentia, 1ª.q.62.4.2m.*.3ª.q.2.46.2m.
9 Motus reducitur ad genus ſui termini quo ad ſubſtantiam ſuam, licet ponatur in prædicamento paſſionis, inquantum importat ordinationem mouentis & mobilis, 3ª.q.52.1.2m.
10 Nullus motus denominatur à ſubiecto, ſed à termino, 3ª.q.35.1.2m.
11 Terminus motus duplex. ſ. res ad quam tendit, & quies in ea. & vterque duplex. ſ. totius, & partis, 1ª.q.5.6.c.*.12ª.q.1.3.c.*.q.12.2.0.
12 Vnius motus non poſſunt eſſe plures termini ex eadem parte, niſi ſubordinati, 12ª.q.12.3.2m.
13 Motus accipit ſpeciem à termino ad quem, nõ autem à termino à quo, 1ª.q.41.1.1m.
14 Motus exiſtentis in potentia, eſt propter indigentiam ſuam, non autẽ motus exiſtentis in actu, ſed eſt propter indigentiam alterius, 1ª.q.53.1.3m.
15 Motus eſt actus imperfecti, ſed operatio eſt actus perfecti, 1ª.q.18.1.c.*3.1m.*.q.53.1.2m.*.q.56.1.3m.*.q.58.1.1m.*.q.59.1.3m.*.q.73.2.c.
16 In motu diſcreto poteſt dici aliquid moueri in termino à quo, & in termino ad quem, & in quolibet vbi in quo eſt mobile, quia ſucceſſio diuerſorum vbi, dicitur motus, non autem in motu continuo, 1ª.q.53.1.3m.*.3.3m.
17 Quando ex vna cauſa proueniunt multi motus, tantum primus motus reſpicit neceſſario illud principaliter quod reſpicit cauſa: cæteri verò reſpiciunt principaliter quod conuenit ei ſecundum propriam rationem, 12ª.q.36.1.3m.
18 Nomen motus & diſtantiæ, & omnium huiuſmodi, deriuatum eſt à motu locali, ad omnes alios motus, 12ª.q.7.1.c.
19 Motus localis eſt perfectior cæteris motibus, 1ª.q.110.3.c.*.22ª.q.180.6.c.
20 Motus localis eſt primus, 1ª.q.67.2.3m.*.22ª.q.12.2.6.c.
21 Per motum localem nihil acquiritur in mobili, ſed tantum acquiritur aliquid extra. ſ. locus, 1ª.q.110.3.c.
22 Neceſſe eſt eſſe aliquod mouens, omnino immobile, 1ª.q.2.3.c.*.q.9.1.0.*.q.75.1.1m.
23 Motus ſemper ab immobili procedit, & ad aliquid quietum terminatur, 1ª.q.7.3.c.*.q.23.1.c.*.q.84.1.3m.*.q.115.3.c.
24 Primum mouens in quolibet genere, eſt non motum in illo genere motus, 3ª.q.12.2.c.*.q.21.4.c.
25 Deus mouet, ſicut deſideratum & intellectum, non quidem ſemper à motu, ſed à ſeipſo, 1ª.q.105.2.2m.
26 In omnibus mouentibus ordinatis, virtus ſecundi, deriuatur à primo: quia ſecundum non mouet, niſi inquantum mouetur à primo, 12ª.q.91.3.c.*.q.109.1.c.
27 In omnibus motoribus & mobilibus ordinatis, motor inferior habet motum proprium. & præter hoc, ſequitur motum ſuperioris motoris, 22ª.q.2.3.c.
28 Res naturalis, dupliciter non poteſt ab aliquo moueri, ſcilicet propter impedimentum fortioris motoris vel quia non ſubiicitur ei quo ad illud, 12ª.q.104.5.c.
29 Omne quod mouetur, ab alio mouente mouetur, 1ª.q.2.3.c.
30 In mouentibus & motis, nõ proceditur in infinitũ, 1ª.q.2.3.c.*.q.46.2.3m.
31 Res intantum indiget moueri ab alio, inquantum eſt in potentia quo ad exercitium actus: vel ad determinationem obiecti, 1ª.q.2.3.c.*.12ª.q.9.1.c.
32 Omne mouens trahit ad ſe, vel pellit à ſe, 12ª.q.23.4.c.
33 Omne mouens, dat moto tria. ſ. inchoationem, motum, & quietem, 12ª.q.23.4.c.*.q.20.1.c.
34 Omne mouens ſe, diuiditur in duas partes. ſ. in partem mouentem, & partem motam, quod conuenit tantum animatis 3ª.q.12.2.c.
35 Idem ſecundum diuerſa, poteſt ſe mouere, non autem ſecundum idem, 12ª.q.9.3.0.*.q.5.2.1m.*.22ª q.9.1.c.
36 Eorum quæ mouentur à principio intrinſeco, quædam mouent ſe, ſcilicet omnia quæ cognoſcunt finem, non autem alia, 12ª.q.6.1.c.
39 Mouentium ſe, quintuplex gradus. ſcilicet ſecundum executionem tantum, vt plantæ: ſecundum formam imperfectè, vt ſiãt: vel perfectè, vt bruta: ſecundũ finem aliquorum, vt homo: vel vniuerſaliter, vt Deus, 1ª.q.18.3.c.
In omni natura, in qua differt operatio à ſubſtantia, oportet eſſe aliquẽ motum mutuum, 1ª.q.9.1.0. 38
Non omne quod mouetur eſt corpus, niſi per ſe in motu naturali, 1ª.q.75.1.1. 39
In omnibus rebus creatis eſt aliquid ſtabile ad minus materia prima, & aliquid mobile vel ad motum pertinens, vel ad operationem & quantum ad vtrunque, res indigent gubernatione, aliàs in nihilum deciderent, 1ª.q.103.1.1m. 40
Omne quod mouetur, manet ſecundum aliquid, & ſecundũ aliquid tranſit: ideo eſt compoſitum, 1ª.q.9.1.c. 41
Omne quod mouetur, ſuo motu acquirit aliquid, & pertingit ad aliquid, ad quod prius non pertingebat, 1ª q.9.1.c. 42
¶ Moyſes ſecundum Dionyſium propter multam ſuam manſuetudinẽ, fuit dignus apparitione diuina, ideo manſuetudo debet maximè appeti, 22ª.q.157.4.ad.1. 1

Mulier facta eſt ex viro, quadruplici ratione. ſ. vt primus homo eſſet ſimilis Deo, in eo quod eſſet principium: vt eum plus diligeret: vt eſſet perfectior: vt ſignificaret quod Chriſtus eſt principium eccleſiæ, 1ª.q.92.2.c. 1
Mulier debuit produci ſeorſum, in prima rerum productione, vt eſſet maior diſcretio ſexuum in hominibus, & vt vacent magis operationi nobiliori, ſcilicet contemplationi, 1ª.q.92.1.c. 2
Mulier facta fuit in adiutorium viri, quo ad generationem tantum, quia in alijs melius adiuuatur vir per virum, quàm per mulierem, 1ª.q.92.1.c. principio.*.q.98.2.b.2. 3
Mulier in ſtatu innocentiæ, fuit imperfectior viro, & ſecundum corpus, & ſecundum animam, non autem in ſtatu gloriæ, 1ª.q.92.1.2m. 4
In ſtatu innocentiæ, fuiſſent tot mulieres, quot viri, 1ª.q.99.2.3m. 5
In actu tentationis diaboli, mulier aſſumebatur quaſi inſtrumentum tentationis ad deiiciendum virum, quia mulier erat infirmior viro: vnde magis ſeduci poterat, 22ª.q.165.2.1m. 6
Mulier propter elationem præcedentem, ſeducta eſt, vt crederet quòd ſerpens haberet vſum loquendi, non quidem per naturam, ſed ſupernaturaliter, 1ª.q.94.4.1m.*.2.*12ª.q.89.3.2m.*.22ª.q.163.1.4m.*.4.1m. 7
Inſpectio mulierum ordinatur ad aliquid noxium. ſ. ad concupiſcẽdum, 22ª q.167.2.c. 8
In mulieribus non eſt ſufficiens robur mentis ad hoc, vt concupiſcẽtiis reſiſtant, 22ª.q.149.4.c.*.q.161.2.1m. 9
Non eſt crimen mulieris per violentiam violatæ, ſi conſenſus non adſit, 22ª.q.64.5.3m. 10
Multiloquium eſt filia gulæ, 22ª.q.148.6.c. 11
¶ Mundana quælibet reducuntur ad tria. ſ. ad honores, ad diuitias, & ad delitias, 12ª.q.108.3.4m.*.4.c. 1
Munditia cordis duplex. ſ. ab affectionibus inordinatis per virtutes & dona appetitus, & à phantaſmatibus & erroribus per donum intellectus: & hæc eſt completiua viſionis Dei, prima autem diſponit ad eã, 22ª.q.8.7.0.
¶ Eſſe in ſæculo in mundo, dicitur dupliciter. ſ. ſecundum præſentiam corporalem, & ſecundum affectum mentis, 22ª.q.188.2.1m. 1
Mundus eſt neceſſario vnus, 1ª.q.47.3.0. 2
Mundus non eſt factus à caſu, ſed à ſolo Deo, 1ª.q.15.1.0.*.q.47.1.0.*.q.103.1.0. 3
Mundus habet eſſe poſt non eſſe, ex ſola voluntate Dei, 1ª.q.46.2.0. 4
Antequam eſſet, poſſibile erat mundum eſſe potentia Dei, non autem potentia materiæ, 1ª.q.9.2.c.*.q.46.1.1m. 5
Deus præceſſit mundum duratione æternitatis, non autem duratione temporis, 1ª.q.46.1.8m. 6
Si mundus ſemper fuiſſet, non æquaretur Deo in duratione, 1ª.q.46.2.5m. 7
Mundus neceſſario gubernatur ab vno. ſ. à Deo, 1ª.q.103.1.3.0.*.32ª q.61.1.c. 8
Facilima via, ad oſtẽdendum Deum eſſe & omnia eſſe ab eo, eſt ex ſuppoſitione nouitatis mundi, 1ª q.46.1.8m. 9
Solutiones earum rationum falſarum arguentium æternitatem mundi ponuntur, 1ª q.46.1.0. 10
Si mundus eſſet æternus, ſequeretur neceſſario, animas eſſe infinitas, vel animam plures vnitis diuerſis corporibus, vel eſſe vnum tantum intellectum omnium hominum 1ª.q.46.2.8m. 11
Nouitas vel æternitas mundi, non poteſt probari demonſtratiue, 1ª.q.46.1.2.0. 12
¶ Ariſtoteles non intendit demonſtrare æternitatem mundi, ſed diſputatiue tantum procedere, 1ª.q.46.1.c. 13
Ante mundum fuit tempus, intelligitur ſecundum imaginationem tantum, 1ª.q.46.1.9m. 14
¶ Munus datum vel acceptum pro re ſpirituali, quaſi pretium eius, eſt ſimonia, non autem quaſi ſtipendium. & eſt triplex munus. ſ. munus à manu, à lingua, & ab obſequio, 22ª.q.77.2.3m.*.q.100.2.8m.*.5.0 1
¶ Muſica inſtrumenta, & cantus erant in veteri teſtamento, ſed eccleſia aſſumpſit ſecundum, quia morale eſt: non autem aſſumpſit primum, quia inſtrumenta illa figuralia ſunt, & nimis occupant animum, & ipſum mouent ad corporalem delectationem, ideo ſunt contra ſapientium. & ideo ſubtrahuntur in eccleſia inſtrumenta muſica, vt à corporalibus retrahantur, diuinis laudibus mancipati, 22ª.q.91.2.4m. 1
¶ Mutabile dicitur dupliciter. ſ. per potentiam in eo exiſtentem, vel per potentiam exiſtentem in alio, 1ª.q.9.2.c. 1
Mutabilitatis principium & cauſa, eſt rei potentialitas, 1ª.q.9.1.c. 2
Philoſophi

3 Philoſophi non conſiderauerunt mutabilitatem, niſi eam quæ eſt ſecundum formam à cauſa mutabili, 1ª.q.44.a.2.ª.q.45.a.2.c.

4 Angeli non ſunt hac mutabilitate mutabiles, quantum ad id quod in eorum natura eſt, 1ª.q.44.a.6.ª.q.45.a.3m.

1 Mutatio triplex ſ. naturalis, miraculoſa, & annihilatio, 3ª.q.13.a.2.

2 Nihil poteſt eſſe, ubi prius non fuit, niſi ſe ipſo mutato, vel mutato alio in ipſo, 3ª.q.75.a.2.c.

3 Omne quod quocunque modo mutatur, eſt in potentia, & manet quo ad aliquid, & quo ad aliquid tranſit, & eſt compoſitum, & acquirit aliquid prius non habitum, 1ª.q.9.a.1.c.

4 Mutatio accipit ſpeciem & dignitatem à termino ad quem, non autem a termino à quo, 1ª.q.45.a.1.a.2m.

5 In omni mutatione oportet aliquid idem eſſe ſub vtroque termino, habens ſe nunc aliter quam prius, 1ª.q.45.a.2.2m.

6 Omnis mutatio poſſibilis fieri à quacunque creatura, poteſt fieri ab anima Chriſti, inquantum eſt inſtrumentum diuinitatis, non autem ſecundum ſe, 3ª.q.13.a.1.1m.

¶ Mutatum eſſe, eſt pars motus diſcreti, & terminus motus continui, 1ª.q.53.a.3m.

¶ Mutilatio membrorum eſt illicita, niſi fiat propter ſalutem totius corporis, non autem animæ: vel niſi fiat per publicam poteſtatem, propter bonum commune, 22ª.q.72.a.1.1m.ª.q.65.a.1.c.

N

1 Natiuitas eſt exitus à generante, coniuncto, à quo habet principii ſufficientia, & dicitur ortu generatione primo: naſci ratione ſecunda, & gigni ratione tertia, 1ª.q.27.a.2.c.

2 Natiuitas attribuitur alicui dupliciter, ſ. vt ſubiecto naſcenti, & vt termino primum conuenit tantum ſuppoſito, ſecundum autem formæ & naturæ, 3ª.q.35.a.1.c.ª a.c.3 ª.4.c.

3 Eſſe, fieri, & naſci proprie, conueniunt tantum ſubſiſtenti, ſed conuenit formis conſequenter, accidentibus autem per accidens, 3ª.q.35.a.1.c.

10 Pœnitentia eſt in reo, ſecundum voluntatem eius, pro offenſa Dei: ſed iuſtitia vindicatiua, eſt in iudice, contra voluntatem rei, & pro offenſa in communi. 3ª.q.85.3.c.* q.90.2.c

11 pœnitentia ſecundum quod eſt actus virtutis, requiritur ante baptiſmũ, quæ ſit prior baptiſmo, tempore vel natura, non autem vt ſacramentum. 3ª.q.6.c.* q.84.2.2m.* 6.2m.* q.90.4.1m

12 pœnitentia eſt poſterior natura & tempore, fide, ſpe, & timore ſeruili: ſed eſt prior charitate & cæteris virtutibus. 3ª.q.85.6.c

13 pœnitentia vtitur temperantia ad finem ſuum. 3ª.q.85.3.4m

14 Deteſtatio vel diſplicentia peccati abſolute, eſt actus cuiuslibet virtutis: ſed vt expiabile per eam, quo ad culpam & reatum, eſt actus pœnitentiæ virtutis. 3ª.q.85.2.1m.* 3.c

15 Primus actus pœnitẽtiæ, ſ. contritio, ſe habet vt vltima diſpoſitio ad gratiam conſequendam, alij vero actus pœnitentiæ, procedunt iam ex gratia & virtutibus. 3ª.q.89.1.2m.* 2.c

16 ¶ pœnitentia, & gaudium, circa idem, ſ. de peccatis, contrariantur: non autem gaudium de pœnitentia, vel de venia ſperata. 3ª.q.84.9.2m.

17 pœnitentia non fuit in Chriſto, actu nec potentia, ſicut nec materia eius ſcilicet peccatum. 3ª.q.84.7.4m

18 Pœnitentia vt virtus eſt ſubiectiue in voluntate, ſed vt paſſio eſt in concupiſcibili. 3ª.q.85.4.c.

19 pœnitentia eſt in innocentib. ſecundum habitum, non autem ſecũdum actum. 1ª.q.95.1.c

20 pœnitens recurrit ad Deum, ſicut ſeruus, filius, & vxor, ad dominium, patrem, & virum: ad ſacerdotem autem, ſicut ad vicarium Dei. 3ª.q.85.3.c.

21 Eſau non verè pœnituit, quia non doluit de peccato, ſed de damno. 3ª.q.85.1.1m.

22 Habens veram pœnitentiam poteſt eam deſerere: tamen pœnitentia requirit propoſitum perſeuerandi. 3ª.q.84.10.c

23 vera pœnitentia poteſt amitti per quodlibet peccatum mortale ſequẽs, propter flexibilitatem liberi arbitrij. 3ª.q.84.10.c

24 pœnitentia debet eſſe continua ſecundum habitum, non autem ſecundũ actum, quia non poteſt. 3ª.q.84.9.c

25 pœnitentia interior debet durare vſque in finem vitæ, non autem exterior. 3ª.q.84.8.c.* 9.1m

26 pœnitentia eſt poſſibilis in fine vitæ, quamdiu durat liberum arbitrium: ſed eſt difficilis & rara. 2a 2æ.q.14.3.3m.

27 Exercitia militiæ, negociationis & publicanorum, poſſunt haberi à pœnitentib. licet laudabilius contineant ab eis. 2a 2æ.q.188.3.4m

28 Militia ſæcularis, interdicitur pœnitẽtib. ſed quæ eſt propter Deum, imponitur eis quandoque. 2a 2æ.q.188.3.3m

29 pœnitentia quo ad habitum eſt tantum à Deo, ſed diſpoſitiue eſt à nobis per timorem ſeruilem vt plurimum, licet in aliquib. inchoetur ex amore. 3ª.q.85.5.c

30 Actus pœnitentiæ eſt à timore ſeruili, vt à primo motiuo affectus, à timore filiali vero, vt à principio immediato & proximo. 3ª.q.85.5.c.

31 Sex actus per ordinem, concurrunt ad cauſandum in nobis pœnitentiæ actum, ſ. operatio Dei conuertentis cor, motus fidei, ſpei, charitatis, timoris ſeruilis, & filialis. 3ª.q.85.5.c

32 Chriſtus ſacramento pœnitentiæ non eſt vſus ad ſe, nec ad alios, quia vt ſacramentorum dominus, effectum ſacramenti ſine ſacramentalibus præbebat. 3ª.q.84.5.3m.* 7.4m

33 Pœnitentia figurabatur in veteri lege per diuerſos ritus expiationum. 1a 2æ.q.102.5.3m

34 pœnitẽtia in generali eſt à natura, ſed cum aliqua determinatione, eſt à lege veteri: à noua vero, vt ſacramentum nouæ legis. 3ª.q.84.7.c.* q.86.6.4m

35 pœnitentia eſt ſacramentum. 3ª.q.84.1.c.

36 Et fuit inſtitutum à Chriſto dando claues, ſed oſtendit efficaciam eius poſt reſurrectionem. 3ª.q.84.7.c

Et neceſſarium eſt ſolis habentib. peccatum. 3ª.q.65.1 c.* 2 4m.* 4.c.* q.85.5 c.* 6.c. 37

Sacramentum pœnitentiæ poteſt & debet iterari. 3ª.q.84.10.c 38

Sacramentum pœnitentiæ non requirit impoſitionem manus, nec ſignũ crucis. 3ª.q.84.4.c 39

Remiſſio peccatorum, eſt res tantum in ſacramento pœnitentiæ. actus 40
vero exteriores pœnitentis & abſoluentis, ſunt ſacramentum tantum: ſed pœnitentia interior eſt ſacramentum & res ſacramenti, & ſecundum totum ſimul, eſt cauſa tertij: ſed ſecundum & tertium, eſt cauſa primi. 3ª.q.84.1.3m

Hoc ſacramentum non conſiſtit in cõſecratione materiæ, nec in vſu materiæ conſecratæ, ſicut alia ſacramenta, ſed in remotione materiæ, ſ. peccati. 3ª.q.84.1.c. 41

In Sacramento pœnitentiæ & matrimonij, non eſt materia corporalis, ſicut in alijs ſacramentis: ſed actus humani ſenſibiles, ſunt ibi loco materiæ. 3ª.q.84.1.1m.* 2m.* 4.3m.* 7.c.* q.85.1.2m.* q.86.4.3m.* 6.c.* q.89.1.2m.* q.90.1.c.* 1.c 42

Materia vel obiectum pœnitentiæ duplex, ſ. proxima, ſ. actus pœnitentis: & remota, ſ. peccata. 3ª.q.84.2.c.* q.90.1.3m 43

Materia pœnitentiæ adhibetur à Deo interius inſpirante, non autem à miniſtro, ſicut in alijs ſacramentis, ſed tantum complet abſoluendo. 3ª q.84.1.2m.* 3.c.* 4.4m 44

pœnitentia eſt aliquo modo de quolibet genere peccatorum, ſed eſt de peccato mortali proprie & principaliter: de veniali proprie & nõ principaliter: de originali vero, improprie. 3ª.q.84.2 2m.* 7.3m 45

Nullus tenetur ad pœnitentiam de peccato veniali, quia ſine ea remittitur: licet non in hac vita. 3ª.q.87.1.c.* c.2m 46

Quæ ſunt ex parte pœnitentis, ſ. verba & facta, ſunt materia huius ſacramenti. quæ vero ſunt ex parte ſacerdotis, ſe habent per modum formæ. 3ª.q.84.3.c.1m.* 4 3m.* 7.c.* q.86.6.c.* q.89.1.2m 47

Forma huius ſacramenti eſt hæc abſoluo te, ſed alia, ſ. in nomine patris, &c. & omnia alia quæ in abſolutione dicuntur, ſunt ad bene eſſe. 3ª. q.84.3.c. 48

Sacramentum pœnitentiæ habet partes, non autem vt virtus nec alia ſacramenta. 3ª.q.90.1.c. 49

partes eius materiales ſunt tres, ſ. contritio, confeſſio, & ſatiſfactio. Sed partes eius eſſentiales & cuiuslibet ſacramenti, ſunt materia & forma. 3ª q.90.2.c 50

Hæ partes pœnitentiæ, ſunt partes eius eſſentiales, non autem ſubiectiuæ, nec potentiales. 3ª.q.90.3.c 51

Contritio confeſſio, & ſatiſfactio, ſunt actus pœnitentiæ virtutis, & nõ partes eius. 3ª.q.90.1.2m. 52

Ordo virtutis & temporis, eſt inter partes pœnitentiæ integrales. 3ª.q. 90.3.3m. 53

pœnitentia ante baptiſmum pœnitentia peccatorum mortaliũ, & pœnitentia venialium, ſunt partes, id eſt, ſpecies virtutis pœnitentiæ, nõ autem ſacramenti pœnitentiæ. 3ª.q.90.4.c 54

Satiſfactio dicitur finctus pœnitentiæ, quia eſt vltima pars eius 3ª.q.90 2.3m. 55

pœnitentia ſolennis non debet iterari triplici ratione, ſ. ne ex iteratione pœnitentia vileſcat, & propter ſignificationem: & quia ſolennitas eſt quaſi quædam profeſſio perpetuo pœnitentiam conſeruandi. 3ª.q.84.10.2m. 56

pœnitens ſolenniter non debet ordinari quadruplici ratione, ſ. propter 57
dignitatem ordinum ſacrorum, propter timorem recidiui, propter ſcandalum vitandum quod poſſet in populo oriri ex memoria præcedentium peccatorum, & quia non haberet frontem alios corrigendi, cum peccatum eius foret publicum & ordinãs debet priuari poteſtate hac, niſi in neceſſitate vel conſuetudine, ad ordines minores tantum. 3ª.q. 89.5.3m

pœnitentia reuocat omnes defectus, reſtituendo in priſtinam gratiam. 3ª.q.89.2.1m 58

In ſacramento pœnitentiæ, gratia infunditur, per quam fit remiſſio peccatorum. 3ª.q.89.1.c 59

pœnitentia ex prima ſui inſtitutione. reſpicit præteritum: ſed ex conſequenti ut medicina præſeruans, reſpicit futurum. & ſimiliter ſatiſfactio 3ª.q.84.8.1m 60

Dignitas amiſſa per peccatum, eſt triplex, ſ. filiatio Dei per gratiam, innocentia & dignitas eccleſiaſtica. Prima reſtauratur per pœnitentiã, non autem ſecunda: ſed aliquid maius quandoque: nec tertia. quadrupliciter ſ. ſi vere non pœniteat, vel negligenter, vel propter irregularitatem, vel propter ſcandalum. 3ª.q.89.3.c 62

In pœnitentia non quæritur ſola reintegratio equalitatis iuſtitiæ, ſicut in iuſtitia vindicatiua, ſed magis reconciliatio amicitiæ. 3ª.q.90.3.1 61

pœnitentia expellit effectiue quodlibet peccatum. formaliter vero, ſuũ oppoſitum tantum, ſ. impœnitentiam. 3ª.q.85.2.1m.* 3m. 63

Omnis virtus expellit formaliter, ſ. per actum primum, peccatum ſibi oppoſitum, ſed tantum pœnitentia, expellit effectiue, ſ. per actum ſecundum omne peccatum. 3ª.q.85.2 3m. 64

Homo in primo inſtanti ſui pœnitentiæ, conſequitur remiſſionem peccatorum. 3ª.q.84.8.1m 65

Merces pœnitẽtiæ eſt plena remiſſio peccatorum, quo ad culpã & pœnam. 3ª.q.84.9.1m.* q.89.1.c. 66

per pœnitentiam liberamur à peccato, & reſtituimur in ſtatum priſtinum, ſed per eam non exhibetur aliquid de nouo, pertinens ad cultũ Dei. 3ª.q.63.6.c. 67

*Omne peccatum viatoris. deleri poteſt per pœnitentiam, non autem dam- 68

tem damnatorum.3a.q.86.1.o.[illegible].q.87.1.o

69 Remiſſio culpæ eſt effectum poenitentiæ virtutis,ſed principalius poenitentiæ ſacramenti:& principalior gratiæ quàm ſacramenti & principalius charitatis & fidei,quàm poenitentiæ virtutis 3a.q.86.4.o

70 Remiſſio culpæ eſt effectus poenitentiæ,principaliter ex vi clauium in miniſtris:ſecundario ex vi actus ipſius poenitentis. 3a.q.86.6.c.q.89.1.2m

71 Peccatum mortale poteſt remitti ſine ſacramento poenitentiæ, non autem ſine virtute poenitentiæ.3a.q.84.5.3.c.q.87.1.c.

72 Peccatum veniale poteſt remitti ſine ſacramento poenitentiæ, non autem ſine aliquali actu virtutis poenitentiæ,explicito vel implicito.3a q.87.1.c.[illegible].3m.[illegible].3.o

73 Poenitentia tollit totam culpam,ſed non ſemper totum reatum,i.debitum potius poenæ 3a.q.86.4.3m.q.86.4.o

74 Poenitentia non tollit omnes reliquias peccati actualis,id eſt, defectus conſecutos,niſi poenitentia ſit perfecta, ſecundum omnes eius partes 3a.q.86.5.3m.[illegible]

75 Sacramentum poenitentiæ habet efficaciam ad remiſſionem peccatorũ, ex virtute nominis Chriſti,patientis & reſurgentis 3a.q.84.4.c.5.3m.7.c.q.84.1.c.[illegible]

76 Remota per poenitentiam auerſione, remanet inordinata conuerſio ad bonum creatum 3a.q.86.4.1m.5.c

77 Omnes virtutes & gratiæ reſtaurantur per ſacramentum poenitentiæ, non autem per virtutem poenitentiæ.3a.q.[illegible].3a.q.89.1.c.

78 Nec reſtaurantur ſemper in gradu priori,ſed in maiori vel minori,ſecundum gratiam motionis poenitentis.3a.q.89.2.[illegible].3m

79 In innocentibus poteſt eſſe poenitentia non actu,ſed potentia. Supplem. q.16.1.o

80 Sicut virtutes cardinales remanebunt in patria,ita etiam poenitentiam, quæ eſt pars iuſtitiæ, quæ eſt virtus cardinalis, habebunt ſancti, qui ſunt in gloria.Suppl.q.16.2.c

81 Non poteſt poenitentia eſſe in malis angelis, quum peccatum illorum ſit irremiſſibile,Suppl.q.16.3.o

82 Iniungenda non nunquam eſt enormibus ac publicis criminib. obnoxiis publica & ſolemnis poenitentia, ad ipſorum ſalutem, & aliorum exemplum,Suppl.q.28.1.o

83 Si quis poſt ſolemnem actam poenitentiam rurſus peccauerit,non clauditur ei locus poenitentiæ,ſed poenitentia ſolemnis iterum iniungenda non eſt Suppl.q.28.2.c

84 Publica ac ſolemnis poenitentia viris ac mulieribus ſemel tantum iniungi poteſt,non tamen clericis.publica autem & non ſolemnis,etiam clericis imponi pluries poteſt,ſicut & aliis.Suppl.q.28.3.o

¶ Pentecoſtes erat feſtum pro beneficio datæ legis, ſignificans aduentum ſpiritusſancti,cui feſto ſuccedit etc.12a.q.103.4.[illegible].q.103.3.4m.

1 PEr ſignificat aliquam cauſam operationis, in ſuo caſuali dupliciter.ſ. vt cauſa ab agente,& vt terminatur ad operatum.1a.q.36.3.c

2 Cum dicitur aliquis per aliquem operari,hæc præpoſitio.per ſemper deſignat in ſuo caſuali aliquam cauſam,vel principium actus.1a.q.36.3.c principio

3 Per ſignificat cauſam mediam,ſed aliquando habitudinem formæ, per quam agens operatur.1a.q.39.8.c.q.45.6.2m

4 Hæc præpoſitio,per,ſolet denotare cauſam mediam,vel principium de principio,1a.q.[illegible].2m

5 Per ſignificat auctoritatem in recto,& aliquando in obliquo 1a.q.36.3.c

6 Pater operatur per filium,& non econuerſo,1a.q.36.3.c.[illegible].q.45.6.2m.

¶ Perceptio,experimentalem quandam notitiam ſignificat, 1a. q. 43. 5.2m.

1 PErfectio dicitur dupliciter.ſ. proprie. & tranſumptiue , ſicut dicimur quandoque perfectus latro . non quidem proprie & ſimpliciter, ſed quaſi tranſumptiue & ſecundum quid.12a q.55.3.c.q.92.1.c.[illegible].12a.q.14.4.1m.q.45.1.1m.q.[illegible]3.c.q.92.1.1m.q.[illegible].1.c.3m

2 Perfectio duplex ſ.prima i.forma ſubſtantialis: & ſecunda,i.forma accidentalis,1a.q.7.1.c.[illegible].q.4.[illegible]

3 Perfectio duplex ſ.prima,i.ſubſtantia rei,& ſecunda,i.finis,ſiue operatio,& prima eſt cauſa ſecundæ.1a.q.73.1.c

4 Perfectio vniuerſi duplex.ſ.ſecundum ſtatum præſentem,& futuræ nouitatis,1a.q.73.1.c

5 Perfectio duplex.ſ.totalitatis & finis:prima conuenit diei ſextæ,in prima operib. Dei,ſed ſecunda diei ſeptimæ. 1a q.73.1.c.2m.3a.q.29.2.c

6 Perfectio dicitur tripliciter ſ.ſimpliciter,ſecundum naturam, & ſecundum tempus,12a.q.98.2.1m.22a.q.161.1.4m

7 Perfectio triplex,ſ.ſecundum eſſe, ſecundum accidentia , & ſecundum finem.1a.q.6.3.c.

8 Perfectio triplex.ſ.diſpoſitionis,formæ & finis.3a.q.27.5.2m

9 Perfectio triplex naturæ gratiæ & gloriæ.1a.q.73.1.1m

10 Gradus perfectionis quintuplex.ſ. quia ſupremum in entibus, eſt,quod habet perfectum bonum ſine operatione vt Deus.ſecundum eſt, quod habet perfectum bonum per vnum. vel per paucos motus , vt angeli.tertium eſt, quod acquirit perfectum bonum , per multas operationes,vt homo:quartum eſt, quod non poteſt acquirere perfectum bonum vllo modo,ſed acquirit ad primam per paucos motus,vt bruta perfecta vel per vnum tantum,vt bruta imperfecta.& infimum eſt quod nihil bonum poteſt acquirere, & propter hoc non habet participatum aliquem motum,vt plantæ.1a.q.77.2.c.12a q.1.2.2m. q.107.c

Omnis creatura,ſecundum quod eſt perpetua,eſt de eſſentiali perfectione vniuerſi,de accidentali vero, ſecundum quod eſt corruptibilis, 1a.q.[illegible] 11

Vltima perfectio rei,eſt in conſecutione finis.1a.q.103.1.c.22a.q.55.c.22a.q.184.1.c. 12

Prima perfectio,id eſt,forma rei,ſic habet ad ſecundam,id eſt,ad operationem in duplici ordine,quia terminat & elicit eam.1a.q.[illegible].2.c. 13

In omnib.naturis ordinatis,duo concurrunt ad perfectionem naturæ inferioris.ſ. aliquid ſecundum motum proprium . & aliquid ſecundum motum naturæ ſuperioris,22a.q.2.[illegible].c. 14

Vnumquodque ſecundum quod eſt perfectum,eſt bonum,& in actu.1a. q.4 prin.1.c.q.5.1.3.c.12a.q.3.2.o 15

Primum principium in genere cauſæ efficientis oportet eſſe perfectiſſimum,tanquam perfectum dicitur,cui nihil deeſt, ſecundum modum ſuæ perfectionis,1a.q.4.1.c.ſi 16

Vltima perfectio omnis beati,eſt operatio eius 12a.q.3.2.c 17

Perfectum eſt prius imperfecto,ordine naturæ & perfectionis,ſed econuerſo ordine temporis.& generationis 1a q.85.3.o.3m.3a.q.[illegible].3m.6.c. 18

Semper imperfectum eſt propter perfectum.1a.q.[illegible].5.c. 19

Perfecta bonitas eſt in iis quæ ſunt ad finem , ſi per ſe ſufficiunt inducere ad finem,imperfecta vero,ſi tantum aliquid cooperari poſſunt, 12a q.98.1.c 20

Adueniente perfecto,non manet imperfectum,quando imperfectio eſt de ratione eius,12a.q.67.3.6.c.22a.q.4.4.1m 21

vel aliquando ſunt oppoſita,1a q.58.7.3m.q.[illegible].7.1m.10a.q.67.3.c.[illegible].2m.6.c.3a.q.9.3.1m 22

Aliquis dicitur perfectus dupliciter,ſ.habendo perfectionem , & ſtatum eius,22a.q.184.4.c 23

Ad ſtatum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ſeruitium Dei, cum aliqua ſolennitate.22a.q.184.4.5.6.c.[illegible].5m 24

In ſtatu perfectionis ſunt ſoli profeſſi ſolemniter religionem, & epiſcopi.22a.q.184.4.5.6. 25

Status epiſcoporũ eſt perfectior ſtatu religioſorum , quia epiſcopi ſunt perfectores.hi autem perfecti.22a.q.184.5.o.7.o.q.185.8.4.q.[illegible].q.186.[illegible].1m 26

Status religioſorum eſt perfectior ſtatu curatorum & archidiaconorũ . 22a.q.184.[illegible] 27

Perfectio hominis eſt,vt contemptis temporalib.ſpiritualib.inhæreat, 12a.q.99.6.c.ſi 28

Perfectio charitatis triplex,ſ.ex parte diligibilis,diligentis & per excluſionem repugnantis:prima conuenit ſoli Deo: ſecunda beatis: tertia viatorib.22a.q.184.2.o.q.[illegible].q.184.2.o 29

perfectio charitatis ex parte diligentis triplex.ſ. ſecundum actũ. ſtudiũ, & habitum:prima conuenit ſolis beatis : ſecunda perfectis viatorib. tertia omnib.habentib.charitatem,& ad eam omnes tenentur. 22a.q 24.[illegible].q.44.4.3m.2m.q.184.2.o 30

Ad perfectionem.aliquid pertinet dupliciter, ſ.eſſentialiter,vt obſeruantia præceptorum charitatis:conſequenter,vt conſilia,& inſtrumentaliter,vt paupertas,continentia & huiuſmodi 22a.q.184.3.c 31

paupertas voluntaria non eſt perfectio ſed inſtrumentum eius.22a.q.19 12.1m.q.184.7.1.q.18[illegible].1m.q.18[illegible].3m.[illegible].c.q.[illegible]. q.188.[illegible].c.1.[illegible] 32

paupertas voluntaria eſt efficax exercitium perueniendi ad perfectionẽ charitatis 22a.q.1[illegible].3.1m 33

perfectio vitæ Chriſtianæ, ſimpliciter attenditur ſecundum charitatẽ, ſed ſecundum quid ſecundum alias virtutes,22a.q.184.1.o.1.3.c.q.189.1.[illegible].3a.q 46 3 c 34

perfectio vitæ eſſentialiter conſiſtit in præceptis, ſed inſtrumentaliter in conſiliis,22a.q 184 3.o 35

perfectio vitæ , principaliter & per ſe conſiſtit in interioribus præcipue in charitate ſed.ſecundario & per accidens,in exterioribus,vt in virginitate & paupertate & hoc tripliciter,ſcilicet remouendo impedimenta.vel vt effectus charitatis,& vt perfectio poenitentis.22a.q.8c. 9.c.q.186.2.1m 36

Quilibet tenetur tendere ad perfectionem ex præcepto,non autem tenetur eſſe perfectus,22a.q.186.2 37

Habens perfectam charitatem,vel exiſtens in ſtatu perfectionis, non tenetur plus aliis ad opera perfectionis,niſi ex voto,vel cura,22a.q.[illegible].4.5. 38

Qui non eſt perfectus in virtutib.moralib indigne fungit officio prælationis,vel prædicationis,3a.q.41.1.1m 39

perfecti debent tolerare iniurias proprias,ſecundum præparationem animi.non autem communes Dei,proximi,vel ſtatus,22a.q.108.1.2.4m.q.1[illegible]8.3.1m 40

perfecti debent reſiſtere detractorib ſuis. 22a.q.72.3.o 41

perfectus licet ſua repetere, vel non dare, ſicut etiam imperfectus. 22a. q 43.8.o 42

PEriculum ex ipſo facto naſcens,facit illud factum non expedire, non autem periculum naſcens ex defectu noſtro,22a.q.[illegible].2m. 1

Expediens eſt aſcendere equum, quamuis periculum immineat cadendi de equo:alioquin oporteret ab omnibus bonis ceſſare, quæ etiam per accidens ex aliquo euentu,poſſunt eſſe periculoſa,12a.q.88.2.2m. 2

Quaſcunque res magnas aggredi,videtur periculoſum eſſe,quia in iis deficere,eſt valde nociuum,22a.q.128.4m 3

periculis

4 Periculis rerum humanarum eſt obuiandum per res humanas,non autem per hoc, quod res diuinæ conuertantur in vſum humanum per diſpenſationem indebitam.22ª.q.88.11.1m

5 Periculum eſt in mora quandoque.12ª q.96 6.c &

6 Si ſit ſubditum periculum, non patiens tantam moram, vt ad ſuperiorē recurri poſſit:ipſa neceſſitas diſpenſationem habet annexam,quia neceſſitas non ſubditur legi. Ibidem.

1 ¶Periurium habet principaliter nomen & ſpeciem à falſitate: ſecundario à defectu iuſtitiæ:tertio,à defectu iudicij.22ª.q.98 1.0.ª.q.113.1.3m.

2 Periurium omne,ſemper eſt peccatum,contrarium religioni.22ª.q.98 2.0.

3 Periurium ſemper eſt peccatum mortale:licet ex ioco fit,vel ex lapſu linguæ,ſi perpendit qui iurat.22ª.q.70.4.c.ª.q.98.2.3.0.

4 Iurans verum quod putet eſſe falſum,vel iurans falſum, quod putat eſſe verum,eſt periurus.22ª.q 98.1.3m

5 Periurium promiſſorium,eſt infame ipſo iure,aſſertorium vero, per ſententiam tantum. 22ª.q. 98 .3.2m.

¶Permittere lex humana dicitur aliquid , non quaſi ea approbans , ſed quaſi ea dirigere non potens.12ª.q.93.3.3m.

¶Permutatio beneficij eccleſiaſtici , propter commodum ſpirituale eſt licita delicentia epiſcopi, non autem propter commodum temporale,quia eſt ſimonia.22ª.q.100.1.5m

1 ¶Perplexus aliquis eſſe poteſt ex ſuppoſitione , non autem ſimpliciter. 12ª.q.19.6.3m.ª.22ª.q.64.6.3m.ª.q.82.10.c m

1 ¶Per ſe quod conuenit alicui,non poteſt ſeparari ab eo.1ª.q.50.2.c.

2 Formæ conuenit eſſe per ſe,non autem materiæ vel compoſito,ſed per formam.1ª.q.10.5.c.ª.q.75.6.c.ª.q.90.2,c

3 ªOmne quod ineſt non per ſe, reducitur ad aliquid , quod ineſt per ſe. 12ª.q.10.1.c

4 In moralib.,intendum dicitur per ſe,& quod eſt præter intentionem.dicitur per accidens.12ª.q.37.1.c.ª.q.39.1.0.ª.q.43.3 c.ª.q. 59.2.c.ª.q.64.7.c.ª.q.150.2.8.

1 ¶Perſeuerantia eſt in ratione bene conſiderata,ſtabilis & perpetua permanſio,ſecundum Andronicum.22ª.q.128.c.

2 ªPerſeuerantia eſt virtus ſpecialis habens ſpeciale obiectum,ſ.opus laborioſum,vt triſtabile diuturnitatis.22ª.q.137.1.0.ª.2.c.2m.ª.2m ª.q.138.1.0

3 Perſeuerantia vt eſt virtus,moderatur aliquas paſſiones,ſ.timorem fatigationis.aut defectus, propter diuturnitatem .non autem perſeuerātiæ,de qua loquitur philoſophus.12ª.q.117.2.8m

4 perſeuerantia dicitur tripliciter.ſ.habitus mentis quo firmiter ſtatur cōtra triſtitias.habitus de propoſito perſeuerandi, & continuatio boni, vſque ad finem vitæ. primo & ſecundo modo , eſt virtus infuſa, non autē tertio modo.1ª q.95.3.4m ª.12ª.q. 109.10.c.ª.22ª.q.128.5m ª.q.137.1.0.ª.2.2m.ª.4 c

5 perſeuerantia primo & ſecundo modo fuit in Adam , non autem tertio modo.1ª.q.95.3.4m.ª.12ª.q.109.10.3m.ª.22ª.q.138.4.2m.

6 perſiſtere in bono vſque in finum, ex propria intentione ſua , eſt proprium perſeuerantiæ.ſed conuenit cuilibet virtuti, inquantum eſt habitus.12ª.q.137.1.3m.ª.q.138.2.3m.

7 perſeuerantia eſt pars potentialis,annexa fortitudini.22ª.q.128.c. 5m. ª d m.ª.q.137.3 0

8 perſeuerantia conuenit cum temperantia in materia, ſcilicet circa delectationes tactus.ſed magis conuenit cum fortitudine, & principaliter in modo,inquantum firmat contra difficultatem diuturnitatis.22ª.q.137.2.1m

9 perſeuerātia non eſt in appetitu ſenſitiuo,ſed in ratione.12ª.q.58.3.2m.ª.22ª.q.53.5.3m

6 PErſona dicitur à perſonando in theatris. cum laruis.1ª,q. 29. 3. 2m.

1 perſona non eſt nomen intentionis,ſed rei,1ª q.30.4.c

2 Nomen perſonæ non eſt impoſitum ad ſignificandum indiuiduum, ex parte naturæ,ſicut aliquis homo: ſed rem ſubſiſtentem in rationali natura.1ª.q.30.4.0

3 perſona ſignificat id quod perfectiſſimum eſt in tota natura. ſ. ſubſiſtēs in rationali natura.1ª.q.29.3.c

4 perſonæ ſignificat ſubſtantiam particularem, ad dignitatem pertinentē: ideo eſt tantum in natura intellectuali 1ª.q.29.3.2m

5 perſona eſt rationalis naturæ, indiuidua ſubſtantia, ſecundum Boetium, 1ª.q.29.1.0.ª.1.c 2m.ª.4m

7 Subſiſtentia in diffinitione perſonæ , accipitur in communi ſecundum quod diuiditur in ſubſtantiam primam & ſecundam. 1ª.q.29.1.2m.

8 perſona eſt hypoſtaſis diſtincta proprietate, ad dignitatem pertinente, ſecundum magiſtros.1ª.q.29.3.2m.ª.4m.

9 Forma ſignificata per nomen perſonæ,non eſt eſſentia vel natura,ſed eſt perſonalitas.1ª.q.39.3.4m

10 perſona eſt communicabilis multis naturis, non autem multis ſuppoſitis 3ª.q.3.1.2m

11 Illud quod non exiſtit per ſe,non eſt perſona, vt accidētia, partes & humanitas Chriſti,1ª.q.29.1.2m.ª.5m.ª.q.75.4.2m.ª.3ª.q.2.2. 3m. ª.q.16.12.2m

12 Vnitas perſonæ requirit vnitatem eſſe completi,& perſonalis , quia eſt de conſtitutione eius,non autem operatio. 1ª.q.29.1.2m.

13 perſona proprie conuenit Deo , & nobilius quam creaturæ. 1ª. q. 29. 3.0.

Perſona prædicatur analogice de Deo & creaturis.1ª.q.29.4.4m. 14

Perſona in diuinis,eſt diuinæ naturæ incommunicabilis exiſtētia, ſecundum Ricardum de ſancto Victore.1ª.q.29.3.4m. 15

Perſona in diuinis ſignificat relationem per modum ſubſtātiæ,1ª.q.28. 4.0.ª.q.30.2.c.ª.q.33.2.1m. 16

Perſona etiam in diuinis dicitur ad ſe,& nō ad alterum: propter modum ſignificandi.1ª.q.29.4.1m. 17

Trinitas,eſſentia,& quælibet res demonſtrabilis , eſt perſona ſecundum grammaticos.1ª.q.39.3.&. 18

In diuinis perſona & eſſentia ſunt idē re,& differūt ratione.1ª.q.3.3. 0.ª.q.39 1.0.ª.q.40.1.c. 19

Perſona addit ſuper eſſentiam Dei ſecundum intellectum,quia eſſentia poteſt intelligi ſine perſona.non autem econuerſo.3ª.q.3 3.3m. 20

Cognitio perſonarum diuinarum,eſt nobis neceſſaria,ad recte ſentiēdū de creatione ſed principaliter de ſalute noſtra.1ª.q.32.1.3m. 21

In diuinis eſſentialia poſſunt abſtrahi à perſonis , cognitione imperfecta.non autem cognitione beata. 3ª.q.3.3.0. 22

In diuinis eſt pluralitas perſonarum. 1ª.q.30.1.0. 23

Perſona in diuinis,prædicatur pluraliter,de plurib. perſonis,1ª q.30.1. 0.ª.q.39.1 4m. 24

Communitas huius nominis,perſona,non eſt realis, nec intentionis,nec negationis:ſed rationis. 1ª.q.30.4.0. 25

In diuinis ſunt tantum tres perſonæ, 1ª. q. 30. 2.0.ª. q.31. 1. 0.ª.q. 41.6.0. 26

Tres perſonæ,ſunt vnus Deus,& Deus eſt tres perſonæ,& eſt trinitas, 1ª.q 39.3.6.0. 27

Tres perſonas dicimus eſſe vnius eſſentiæ, nō autem ex vel de eadem eſſentia.1ª. q.39.2.0.ª.q.41.3.3m. 28

Hæc non cōceditur,tres perſonæ ſunt eſſentiæ, quia forma nō deſignatur niſi per duos genitiuos,vel per vnum genitiuum habentem vim duorum.1ª.q.39.1.c 4m. 29

Hæc eſt vera,tres perſonæ ſunt vnius eſſentiæ,& genitiuus conſtruitur in habitudine cauſæ formalis.1ª.q.39.2.0. 30

Hæc conceditur,eſſentia eſt trium perſonarum, nō autem hæc: Deus eſt trium perſonarum.nec tres perſonæ ſunt vnus Deus.1ª.q 39.2.c. 31

Perſonæ diuinæ,ſunt plures res.1ª.q.30.1.c.ª.q.39. .3m. 32

PErtinax ſecundum Iſidorum,eſt qui tenet imprudenter ſuum propoſitum,quaſi omnino tenax.22ª.q.138.2 c. 1

Pertinax aſſimilatur incontinenti & molli,quia nimis appetit aliquam delectationem,& fugit triſtitiam.22ª.q.138.2.3m. 2

Pertinacia opponitur perſeuerantiæ ſecundum exceſſum , mollicies autem ſecundum defectum.22ª.q.138.2.0. 3

Peruicax eſt idem quod pertinax,qui in ſuo propoſito ad victoriam perſeuerat.22ª.q.138.2.c.

ªPeſſimum non oportet quod opponatur optimo.12ª. q.39.4.1m.ª. 1 q.84.4.1m.

Petra in deſerto,fuit aliquid materiale:ſignificans Chriſtum.1ª.q.102. 1.4m.

Petrus negando Chriſtum,peccauit mortaliter.22ª.q.24.12. c m.

Philotimia eſt virtus in concupiſcibili,circa honores abſolute, innominata latine.12ª.q.60.5.c.ª.22ª.q.129.2.c

Pithones ſunt arreptitij,dicti à Pythone,id eſt,Apolline,auctore diuinationis.22ª.q.95.3 c. 1

Samuel (ſecundum Auguſtinum) vere apparuit pythoniſſæ, diſpenſatione Dei,vel Diabolus in ſimilitudine eius.1ª.q.89.8.2m.ª.22ª.q. 95.4.2m.ª.q 174.5.4m. 2

PIetas à vulgo ſumitur pro actibus miſericordiæ,quia Deus teſtatur,hos actus ſibi fieri : & ex hoc Deus dicitur pius.22ª.q.101.1.2m. 1

Pietas eſt ſpecialis virtus.22ª.q.101.3.0. 2

Pietas principaliter eſt ad parentes,& ad patriam:in quibus includuntur omnes conſanguinei,ciues,& amici,& patria.22ª.q.80.1.c.ª.q.101. 1.0.ª 2.3m.ª.3.c. 3

Religio exhibet cultum Deo,pietas autem parentibus & patriæ , quia eis homo maxime debitor eſt poſt Deū.22ª.q.80.1.c.ª. 22ª.q.101. 1.c ª.2.c ª.2m.ª.q 102.1.2m.ª.q.106.1.c.ª.q.122.5.c. 4

Pietas debetur Deo,quia cultus parentum includitur in cultu Dei, ſicut minus in maiori.22ª.q.101.1.1m.ª.q.102.1.1m.ª.q.103.3.2m.ª.q. 106.1.c.2m. 5

ªOpera pietatis non debet prætermitti propter religionem , niſi impediant eam , quia iam non eſſent opera pietatis . 22ª. q. 101. 4.0. 6

Donum pietatis,eſt habitualis diſpoſitio animæ , qua prompte mobilis eſt à ſpiritu ſancto,ad habendum filialem affectum ad Deum,vt ad patrem.22ª.q.121.1.c. 7

Pietatis donum colit patrē Deum,ſed vt virtus,colit patrem carnalem . 22ª.q.121.1.0. 8

Donum pietatis colit Deum,& conſequenter quæ Dei ſunt.ſ. ſanctos,ſacram ſcripturam,& pauperes.22ª.q.121. .3m. 9

Donum quo aliquis propter reuerentiam Dei , operatur bonum ad omnes,perficiens vim appetitiuam,in iis quæ ad alterum ſunt,conuenienter pietas nominatur.12ª.q.68.4.c.&.ª.1m. 10

Donum pietatis eſt vnus habitus,dirigens in omni communicatione, ad alterum.propter vnam menſuram.12ª.q.68.4.c.&. 11

Religio eſt potior virtute pietatis,ſed eſt inferior dono pietatis.22ª.q. 121.1.1m. 12

Pietas & timor Dei, manifeſtant fidem & ſapientiam. 22ª. q. 45. 1. 1m.

Actus doni pietatis in patria, eſt honor Dei, & honor ſanctorum adinvicem. 22ª. q. 121. 1. 3m.

¶ Pignus facit ſpem habendi rem, & tantum valet. 22ª. q. 114. 2. 3m.

¶ Piſces carent memoria, ſecundum Baſilium non autem ſecundum Auguſtinum: & communiter ſunt animalia imperfectiora terreſtribus animalibus. 1ª. q. 72. 1m.

Piſces non offerebantur in templo, quia ſunt magis alieni a converſatione hominum, quam alia animalia, & cito moriuntur quando ſunt extra aquam. 2ª q. 102. 3. 2m.

¶ Vt includantur omnia huiuſmodi quæ habent aliquod ſpeciale inter piſces, ſubiungit ſcriptura: creavit Deus cete grandia. 1ª q. 72. 4m.

Pythagoras noluit profiteri ſe eſſe ſapientem, ſed amatorem ſapientiæ. 2ª. q. 186. 2. 1m.

¶ Placere hominibus, propter favorem humanum, eſt peccatum, non autem ſi hoc fit ad gloriam Dei. 22ª. q. [illegible] 2. 1m.

¶ Plagium eſt furtum hominis, & puniebatur in veteri lege, pœna mortis. 12ª. [illegible] 2. 10m.

¶ Planetæ. Candelabrum habens ſeptem lucernas, in ſeptem calamis, in auſtrali parte templi, ſignificat ſeptem planetas, illuminantes totum mundum, quorum curſus eſt nobis ex auſtrali parte. 12ª. q. 102. 4. 6m. col. 2.

¶ Plantæ. Productio plantarum tertia die, pertinet ad opus diſtinctionis, non autem ad opus ornatus. 1ª. q. 69. 2. 1m.

¶ Plantæ ſecundum Auguſtinum, productæ ſunt die tertia, cauſaliter tantum: ſecundum alios autem productæ ſunt in actu. 1ª. q. 69. 2. [illegible] q. 70. 1. 1. ſi. [illegible] q. 71. c. ſi. [illegible] q. 74. 2. c. [illegible] q. 102. 1. 5m.

Plantæ habent ſimul potentiam generationis, activam & paſſivam, ſed abſolute dicuntur mares vel fœminæ, a prædominio. 1ª. q. 92. 1. c. [illegible] 3ª. q. [illegible] 2. c. c.

¶ Plato ſolus amore veritatis contemplandæ, abſtinuit ab omni delectatione venerea, pro quo ſacrificavit, non quaſi reputans hoc peccatum ſed cedens errori civium. 22 q. 152 2. 3m.

Plato vidit librum Geneſis, & expoſuit aliquid eius. 1ª. q. 66. 1. 5m. [illegible] q. 74. 3. 1m.

Plato poſuit ideam ſeparatam entis, & veri, & boni, ſummum Deum. 1ª q. 84. c.

¶ Pluralitas materialis, a nullo agente eſt intenta ut finis: quia tendit in infinitum quod repugnat fini. 1ª. q. 47. [illegible] ſi. [illegible] q. 50. 3. 4m.

¶ Pluviales aquæ cauſantur ex vaporibus aquæis, & parum ex vaporibus mixtorum, quæ ex vi naturæ, reſolvuntur in veras aquas: ideo in eis poteſt eſſe baptiſmus. 3ª. q. 66. 4. [illegible]

¶ Poetica utitur metaphoris propter defectum rei, de qua eſt: theologia vero, propter exceſſum. 1ª q. 1. 9. 1m. [illegible] q. 101. 2. 2m.

Pollutio nocturna, magis indicatur, quo ad rationem meriti vel demeriti, ſecundum principium, quod eſt in dormiendo, quam ſecundum terminum, qui eſt in vigilando, nec imputatur quia evigilaſſe, quouſque perfecte uſum liberi arbitrij recuperaverit. 1ª. q. 94. 4. 4m.

Non omnis emiſſio humoris carnalis, eſt proprie pollutio, ſ. quando in vigilia ex infirmitate vel abſque ulla commotione carnis, & abſque cogitatione immunda & ſine delectatione, & quaſi inſenſibiliter, humor carnalis egreditur. 22ª. q. 151. 1. 4m.

¶ De pomis collium æternorum. 1ª. q. 10. 5. c.

¶ Populus eſt multitudo hominum, iuris conſenſu, & utilitate communicans ſocietas. 1ª. q. [illegible] 2m. [illegible] 12ª. q. [illegible] 2. c.

¶ Porphyrio habet unum pedem latum ad natandum, & alium fiſſum ad ambulandum, ſolo morſu bibit, omnem cibum aqua tingens: ideo ſignificat inobedientes. 12ª. q. 102. 6. 1m ſi.

¶ Poſitio duplex, ſ. prædicamentum, i. ordo partium in loco, & differentia quantitatis. 12ª. q. 19. 1. 2m.

¶ Non intelligitur aliquis poſſe facere, quod non licite facere poteſt. 22ª q. 185. 3. c.

Hoc verbum poteſt, habet vim ampliativam. 1ª. q. 25. 1. 2m.

Illud poſſumus, quod de iure poſſumus: unde dicitur illud eſſe non poſſe, quod convenienter eſſe non poteſt, & exponitur non poteſt, i. non debet. 3ª q. 74. 7. 3m.

Dicitur ille aliquid non poſſe, qui non poteſt illud de facili. 3ª. q. 36. 1. 2m. ſi.

Poſſeſſio rerum exteriorum, quo ad uſum, eſt homini naturalis, non autem quoad naturam earum 22ª. q. 66. 1. c.

Poſſidere aliquid quaſi proprium, eſt licitum & neceſſarium, triplici ratione, ſ. ſolicitudinis, ordinis, & pacis. 22ª. q. 66. 2. c.

Communitas poſſeſſionum dicitur eſſe de iure naturali, quia diviſio earum eſt ſecundum ius humanum tantum. 12ª. q. 94. 5. 3m. [illegible] 22ª. q. 66. 2. 1m. [illegible] 7. c.

Poſſeſſiones Iudæorum non poterant vendi, nec ſortes confunderentur, præter domos urbanas, quia non erant ſorte diviſæ. 12ª. q. 105. c. 3m.

Optimum eſt, quod poſſeſſiones ſint diſtinctæ, ſed uſus partim ſit communis, & partim per voluntatem poſſeſſorum communicetur, ſicut ſtatutum eſt in lege veteri 12ª. q. [illegible] 2. c. [illegible] 22ª q. 66. 2. c.

Propter irregularitatem poſſeſſionum, plures civitates deſtruuntur, ut Philoſophus dicit, ad quod lex vetus triplex appoſuit remedium. ſ. vel ut ſecundum numerum hominum poſſeſſiones æqualiter dividerentur, vel ut poſſeſſiones non in perpetuum alienarentur ſed certo tempore ad ſuos poſſeſſores reverterentur, ut non confunderentur ſortes poſſeſſionum, vel ut ad huiuſmodi confuſionem tollendam proximiores ſuccedant morientibus. 12ª. q. 105 2. c. 3m.

¶ Poſſibile ſumitur dupliciter ſ. ut dividitur contra neceſſe, & ut commune ad neceſſe & ad contingens. 1ª. q. 25. 4. 3m. 1

Poſſibile vel impoſſibile dupliciter, ſ. ſimpliciter & abſolute, & ex ſuppoſitione. 3ª. q. 46. 2. c. 2

Poſſibile vel impoſſibile abſolute, dicitur per convenientiam vel repugnantiam terminorum, non autem poſſibile ſecundum aliquam potentiam. 1ª. q. 25. 3. c. 4m. [illegible] q. 46. 1. 1m. 3

Poſſibile & impoſſibile dicuntur tripliciter, ſcilicet ſecundum potentiam activam vel paſſivam: in eo quod aliquid facere poſſe dicitur, vel tertio modo non ſecundum aliquam potentiam, ſed ſecundum ſeipſum, ut per repugnantiam terminorum vel convenientiam, poſſibile, vel impoſſibile aliquid dicitur eſſe: tertio dicitur, ſecundum potentiam mathematicam, ut in geometricis. 1ª. q. 25. 3. c. 4m. [illegible] q. 46. 1. 1m. 4

Poſſibile vel impoſſibile ſecundum potentiam, iudicatur ſecundum cauſas inferiores tantum. 1ª. q. 25. 3. 4m. 5

Poſſibile contentum ſub neceſſario, convenit Deo, non autem oppoſitum ei, quia ſequitur potentiam paſſivam. 1ª q. 11. 2. 3m. 6

¶ Poſterius. [illegible] Ad quem effectum contingit eſſe poſterius ſuo principio dupliciter, ſcilicet ex parte agentis, & ex parte actionis. 1ª. q. 42. 2. c.

¶ Poſt prædicamentum eſt, quod conſequitur diverſa genera. 12ª. q. 54. 1. c.

Potentia ſignificat id quod eſt principium, non autem relationem 1ª q. 41. 5. 1m. 1

Potentia creaturæ duplex, ſ. ad eſſe & ad agere. Prima ſequitur ex parte materiæ: ſecunda vero ex parte formæ. 12ª. q. 5. 2. c. 2

Potentia duplex, ſcilicet potentia abſoluta, & potentia ordinata. 1ª. q. 25. 5. c. [illegible] q. 25. 1. 1m. 3

Potentia creaturæ duplex ſ. naturalis & obedientialis. 1ª. q. 115. 2. 4m. [illegible] 3ª. q. 1. 3. 1m. [illegible] q. 1. 1. c. 4

Potentiæ naturales non habent habitum, nec aliquid ſuperadditum, quia operantur circa aliqua determinata. 12ª. q. 47. [illegible] 5

Potentia duplex ſ. imperans & exequens. 1ª q. 115. 1. 1m. 6

Potentia duplex, ſcilicet rationalis, & irrationalis. Dico autem potentiam rationalem ſive humanam ipſam rationem, vel quæ rationi obedit. 12ª. q. 8. 1. 2m. 7

Potentiæ rationales ſunt ad oppoſita, reſpectu eorum tantum, quæ ſunt ſub convenienti obiecto earum. 12ª q. 8. 1. 2m. 8

Potentiæ irrationales ſunt ad oppoſita, reſpectu eorum tantum, ad quæ non naturaliter inclinantur, ſcilicet non reſpectu ſinis. 1ª. q. 62. 8. 2m. 9

Oppoſitorum eadem eſt potentia 12ª q. 9. [illegible] 10

Non eſt poſſibile quod eadem potentia ſit activa & paſſiva. 1ª. q. 79. 10 c. 11

Potentia immaterialis quanto plus recipit de bonitate, tanto fit capacior in recipiendo, non autem potentia materialis 22ª. q. 24 [illegible] c. 12

Potentia activa cuiuslibet rei ſequitur formam eius, quæ eſt principium agendi, & naturam eius 3ª. q 13. [illegible] c. 13

Quælibet potentia activa, quantumcunque imperfecta, poteſt in aliquam operationem. 22ª. q. 119. 2. c. 14

Potentiæ activæ, artes, & habitus, qui ſunt circa finem, imperant iis quæ ſunt circa ea quæ ſunt ad finem. 1ª. q. 82. 4. c. [illegible] q. [illegible] c. [illegible] 22ª. q. 81. [illegible] 15

In omnibus potentiis activis ordinatis, illa potentia quæ reſpicit finem univerſalem, movet potentias, quæ reſpiciunt fines particulares. 1ª. q. 82. 4. c. [illegible] 22ª. q. 90. 1. c. [illegible] q. 64. 3. 1m. [illegible] q. 114. 4 c. 16

Quanto potentiam eſt altior, vel ſuperior, tanto ad plura ſe extendit. 1ª. q. 65. 3. c 17

In potentiis ordinatis, quicquid poteſt potentia inferior, poteſt & ſuperior, niſi ſit ad defectum. 1ª. q. 59 [illegible] c. [illegible] q. 8 [illegible] 4m. [illegible] q. 110. 2. 2m. [illegible] 22ª. q. 74. 7. c. h. 18

In omnibus potentiis & habitibus ordinatis, ultima perfectio reſervatur ſupremæ in genere illo. 2ª. q. 5. 6. 1m. [illegible] 19

Ad ea quæ ſunt diverſe genere, ex æquo ſe habent, coordinantur diverſæ potentiæ animæ, non autem aliter. 12ª q. 8. 2. 2m 20

Poteſtas excellentiæ humanitatis Chriſti in Sacramentis, conſiſtit in quatuor principaliter, ſ. in hoc quod meritum & virtus paſſionis eius operatur in ſacramentis, & in eius nomine, ſacramenta ſanctificantur & ex eius inſtitutione, ſacramenta virtutem obtinent & ipſe effectum ſacramentorum ſine exteriori ſacramento potuit conferre. 3ª. q. 64. 3. 4. c. [illegible] 1

Chriſtus potuit hanc poteſtatem aliis communicare. 3ª. q. 64. 4. c. 2

Hæc poteſtas nulli puræ creaturæ communicata eſt. 3ª. q. 64. 4. [illegible] 3ª q. 72. 1. 1m. 3

Propria poteſtas Chriſti in baptiſmo duplex, ſ. divina, & excellentiæ ſecundum humanitatem, ſecundum communicare potuit, non autem primam. 3ª. q. 64. 4. c. 4

Bonus

5 Bonus vſus poteſtatis ad regendum alios eſt optimus, & abuſus eius eſt peſſimus. 12æ.q.2.4.2m.*.12æ.q.65.1.1m

6 Abutens poteſtate ſibi data, meretur eam amittere. 12æ.q.2.4.2m.*.12æ q.65.2.1m.

7 Officium poteſtatum cœleſtium, eſt arcere dæmones. 1a.q.108.6.c.fin. *.q.110.1.2m.*.q.113.2.c

¶Potus moderatus vini, multum confert, & modicus exceſſus multum lædit, etiam plus quàm exceſſus cibi, * cum vſum rat. oia impediat: vinum enim multum epotum irritationem & iram, & ruinas multas inducit. 22æ.q.149.1.0

1 ¶Præceptum importat applicationem legis ad ea quæ ex lege regulantur 12æ.q.90.2.1m

2 De ratione præcepti eſt quod importet ordinem ad finem, inquantum præcipitur id quod eſt neceſſarium, vel expediens ad finem. 12æ.q.99.1.c

3 Præceptum propriè, importat rationem debiti. 12æ.q.99.c.5.c.*.q.100.5.1m.*.9.c.*.22æ.q.44.1.c

4 In quolibet præcepto ſunt conſideranda duo, ſ. finis, & poſſibilitas. 12æ.q.13.5.1m

5 Non omnia poſita in lege, ſunt ſub præcepto. 22æ.q.186.9.2m

6 Illud tantum cadit ſub præcepto legis propriè, pro quo pœna legis infligitur. 12æ.q.100.9.c

7 Multi errores phariſæorum de præceptis diuinis. 12æ.q.108.1.2m.*.4m

8 Præceptum duplex, ſ. obligans ſingulos de communitate, vel communitatem tantum. 22æ.q.155.1.1m

9 Præcepta affirmatiua, vno diſtinguuntur à negatiuis, quando ſe includunt. 12æ.q.100.4.2m.*.22æ.q.22.2.3m

10 Præcepta negatiua legis, prohibent actus peccatorum, qui ſunt ſecundũ ſe mali, nec vnquam vllo modo, aliquo tempore, vel loco, poſſunt bene fieri: affirmatiua vero, ſunt de actib. virtutum. 12æ q.33.2.c.

11 Præceptorum diuerſitas, non ſignificat diuerſitatem habituũ, ſed diuerſitatem actus, quia non dantur de habitib. virtutum, ſed de actib. earum 22æ.q.22.4.1m.*.q.44.2.1m

12 Præcepta affirmatiua obligant ſemper, ſed non ad ſemper negatiua vero obligant vtroque modo. 12æ.q.71.5.3m.*.q.88.1.2m.*.q.100.10.c.2m.*.22æ.q.3.2.c

13 Omne præceptum affirmatiuum, habet annexum præceptum negatiuum 22æ.q.43.3.3m

14 Præceptum dupliciter amittit obligationem, ſcilicet ratione impoſſibilis, vel ſi finis eius ſine eo haberi poteſt. 22æ.q.13.3.2.3 * 3m. *. 22æ. q.64.4.3m

15 Præcepta nouæ legis, ſunt maiora quàm veteris, quo ad explicationem, & manifeſtationem, non autem quo ad ſubſtantiam. 12æ.q.107.3.2m.

16 Præcepta Dei ſunt de eo, quod eſt de neceſſitate ſalutis, ſecundum ſe: ideo quolibet caſu, obſeruari illa oportet, non autem præcepta eccleſiæ. 22æ.q.147.4.1m

17 Præcepta decalogi, ſunt quaſi prima & communia legis principia, per ſe nota. 12æ.q.100.3.3m.*.5.6m.*.22æ.q.122.3.4m.*.4.c.*.5.1m.*.2m.*.3m.*.5.1m.*.2m.*.q.140.1.2m.*.q.170.1.2m.*.2.1m

18 Præcepta decalogi ſunt, quæ ſtatim ex primis principiis, vel ex fide innoteſcũt hominib. 12æ.q.100.3.c.*.5.1m.*.6.1.c.*.12æ.q.122.1.c

19 Inter præcepta decalogi, non numerãtur prima communiſſima præcepta legis naturæ, nec ea quæ diligenti inquiſitione indigent. 12æ.q.100.3.c.*.5.1m.*.11.c.*.22æ.q.56.1.c

20 Præcepta decalogi ſũt immediate à Deo, alia vero per Moyſen, vel per alios. 12æ.q.100.3.c.1m.*.6.b.*.11.2.c

21 præcepta decalogi, ſunt ſcripta, quadruplici ratione, ſ. primo quia per contrariam conſuetudinem qua multi in peccato præcipitabantur, iſ apud multos ratio naturalis obtenebrata erat: ſecundo quia etſi in aliquib. vigebat ratio, tamen amor boni in eis deficiebat: vnde per quandam coactionem legis obligatoriæ, ad bonum inducendi erant: tertio et ad opera virtutis non ſolum natura inclinaret, ſed etiam reuerentia diuini imperij: quarto vt magis memoriæ tenerentur, & frequentius in cogitatione verſarentur. 1a.q.24.1.c.

22 præcepta decalogi, diuerſimode à diuerſis numerantur, & diſtinguuntur. 12æ.q.100.4.5.0.

23 Sufficientia decem præceptorum decalogi. 12æ.q.100.5.0

24 præcepta decalogi, conuenienti modo traduntur: quia in eis maxima ſapientia continetur 12æ.q.100.7.0.

25 præcepta decalogi, conuenienter ordinantur. 12æ.q.100.6.0.

26 Omnia quæ ſunt in doctrina veteris teſtamenti, ordinantur ad præcepta decalogi, vſque ad finem. 22æ.q.56.1.3m.

27 Omnia alia præcepta moralia veteris legis, reducuntur ad præcepta decalogi 12æ.q.100.3.11.0.* 22æ.q.122.6.2m

28 Omnia præcepta moralia legis diuinæ, continentur in præceptis decalogi. 12æ.q.100 3.0

29 Singula præcepta decalogi declarantur. 22æ.q.122.0

30 Ratio tantum in primo & tertio præcepto redditur: quia alia ſunt pure moralia, & ſine determinatione. 12æ.q.100.7.2m

31 præmium ponitur tantum in primo & quarto præcepto, quia videbantur inutilia: pœna vero, ponitur tantum in primo & ſecundo, ratione p..., erant autem homines proni ad idolatriam, propter generalem conſuetudinem gentium: & ſunt proni ad periurium, propter frequentiam iuramenti. 12æ q.100.7.2m.*.4m.

32 peccatum falſæ doctrinæ, prohibetur ſecundo præcepto decalogi. 12æ. q.100.5.3m.*.12.c

In ſolo tertio præcepto, ponitur, memento, ratione beneficij præteriti, vel propter determinationem eius. 12æ q.100.7.1m 33

præceptum tertium myſtice, quo ad ceſſationem a peccatis, & quietem mentis in Deum, eſt generale: ſed vt per ipſum prohibentur ad litteram opera ſeruorum, id eſt, opera mechanica, eſt præceptum ſpeciale: ſub opere autem manuali intelliguntur omnia humana officia, ex quibus homines ſibi victum lucrantur, ſiue manib. ſiue pedib. ſiue lingua fiant. 22æ q.122.4.1m.*.q.18 . 2.c. 34

Et erat partim morale, & partim cerimoniale. 12æ. q.100.3.2m.*.7.2m.*.5m.*.22æ.q.122.4.1m 35

præcepto tertio, vt eſt morale præcipitur quies mentis in Deo, cui contrariatur triſtitia mentis de bono diuino. 12æ.q.100.5.c.&.*.22æ q.35.2.1m. 36

Omnia præcepta decalogi, præter tertium & quartũ, ſunt negatiua: quia negatio eſt communior affirmatione. 12æ.q.100 7.1m 37

Tria prima præcepta decalogi, ſunt de actionibus religionis, quartum eſt de pietate, reliqua vero de iuſtitia communiter dicta. 22æ.q.122.1.c *.2.c.1m.*.3.4.5.6.c. 38

Inter præcepta decalogi, non dantur præcepta de prudentia: ſed tãtum in prophetis, & in noua lege. 22æ q.56.1.0. 39

Intellectus & ſcientia fidelium, ſunt in præceptis legis Dei: ideo nõ dantur de eis præcepta in decalogo, ſed in ſequentib. 22æ.q.16.2.1m. 40

In decalogo, ponitur præceptum de paſſionib. ipſius concupiſcibilis, non autẽ iraſcibilis: quia præcepta decalogi ſunt prima. 12æ.q.100.5.6m. 41

præcepta quæ inducunt, ad obſeruantiam legis, præſupponũt legẽ: ideo non poſſunt eſſe prima, nec ponuntur in decalogo. 22æ.q.170.2.2m. 42

præcepta quæ prohibent concupiſcentiam, ſunt duo, ſecundum rationem ſpecialem: vnum vero, ſecundum rationem communem. 12æ.q.100.4.3m. 43

Omnia præcepta moralia, pertinent ad legem naturæ, ſed diuerſimode. 12æ.q.49.2.2m.*.4.c.*.q.100.1.0.* q.104.1.c. 44

præcepta moralia, ſeruari debent ſemper ab omnib. quia ſunt de lege naturali. 12æ.q.98.5.c. 45

Etiam ad quæ homo tenetur ex ratione, ſufficit præceptum de faciendis: in quib. etiam intelligitur prohibitio vitandorum. 12æ.q.22.1.3m. 46

præcepta legis cuiuſcunque, dantur de actibus virtutum. 12æ.q.107.1.2m. 47

præcepta Dei ſunt lucida, quod tamen non eſſet: niſi haberent rationabilem cauſam. 12æ.q.102.1.b. 48

præcepta moralia & nouæ legis, habent rationabilem cauſam ſecũdum ſuam naturam, non autem veteris, ſed tantum in ordine ad aliud ſignificandum, vel excludendum. 12æ.q.102.1.0. 49

Operari manib. licita & neceſſaria victus, eſt in præcepto de iure naturali: ſed ceſſare ab opere manuali licito & neceſſario: eſt facere aliter, quam naturæ ordo exigit. 22æ.q.187.3.c.1m.fi. 50

Labor manualis, eſt in præcepto communitatis, non autem ſingulis, niſi quando quis ſine eo non poteſt licite viuere. 22æ.q.187.3.c.2m. 51

*Operari ſine triſtitia, & delectabiliter ratione ſinis, cadit ſub præcepto legis Dei, non autem ex habitu. 12æ.q.100.9.3m. 52

Lex vetus, continet præcepta moralia, id eſt, de actibus virtutum. 12æ.q.98.5.c.*.q.99.2.*.3.2m.*.4.c. 53

Lex diuina, dat præcepta moralia, de actib. omnium virtutum, obligando, vel conſulendo, non autem lex humana. 12æ.q.100.2.0. 54

Omnia præcepta legis, ſunt vnum, ratione finis: ſed ſunt multa ſecundũ diuerſitatem rerum ad finem. 12æ.q.99.1.0. 55

Modus virtutis triplex, ſ. ſcienter, voluntarie, & ex habitu: primus eſt de præcepto legis diuinæ, & humanæ: ſecundus diuinæ tantum, tertius nullius. 12æ.q.96.3.2m..q.100.9.0.*.22æ.q.44.1.1m.*.4.1m.*.8.c. 56

Maximum præceptum, dicitur de charitate. 22æ q.44.1.0. 57

præceptum de dilectione Dei, exponitur. 22.q.44.4.0 58

præcepta charitatis, non numerantur inter præcepta decalogi, quia omnia alia in eis includuntur, & ad hæc ordinantur. 12æ.q.100.3.1m.*.11.c.*.22æ.q.22.2.1m.*.q.23.4.3m.*.q.44.1.3m.*.q.110.4.2m.*.5.c.*.q.121.1.4m. 59

Tota lex in præcepto charitatis impletur. 12æ q.99.1.2m.* q.105.2.1m 60

*præceptum de dilectione Dei, perfecte impletur in patria tantum: ſed imperfecte in via. 22.q.44.6.0. 61

præcepta charitatis, ſunt tantum duo, ſ. de dilectione Dei, & proximi. 12æ. q.99.1.3m.*.22æ.q.44.2.3.0. 62

præcepta charitatis, ſunt duo explicite, & vnum implicite, quia vnum includitur in alio. 12æ.q.99.1.2m.*.22æ.q.44.2.c.*.q.38.1.1m. 63

præcepta de dilectione Dei & proximi, ſunt prima, & primo intentionalia: cetera ſecunda, & ſinis ſecundarius. 12æ.q.100.3.2m.*.11.c.*.22æ.q.44.1.c.*.q.189.1.5m. 64

Dilectio proximi, & omnia ſine quibus ipſa non ſeruatur, cadunt ſub præcepto. 22æ.q.33.5.c. 65

præceptum de dilectione proximi, conuenienter traditur: quia tangit rationem dilectionis, & modum non quidem equalitatis, ſed ſimilitudinis tripliciter, ſcilicet ſecundum finem, regulam, & propter ſe. 22æ.q.44.7.0. 66

Dilectio proximi ex præcepto debet eſſe vera, recta, ſancta, & efficax. 22æ.q.44.7.c. 67

præcepta legis data ſunt, vt homines inſtruantur ad dilectionem Dei & proximi 12æ.q.99.1.2m.*.3m. 68

Nullũ præceptum datur de dilectione ſui, vel corporis proprij, quia hæc ſemper manent, & includuntur in dilectione Dei & proximi. 22æ.q.100.5.1m.*.4m.*.22æ.q.44.2.1m. 69

*Modus

70 Modus virtutis, ſ. operari ex charitate, eſt de precepto ſpeciali charitatis, non autem de alijs præceptis, nec modus aliarum virtutum, 12ª. q. 100. 9. 10. ... 22ª. q. 44. 1. 2ᵐ. 4. 2ᵐ. ... 6

71 Homo in ſtatu innocentiæ, poterat ſine gratia ſeruare omnia præcepta Dei quo ad ſubſtantiam actus, non autem quo ad modum ... ſ. quod fiat ex charitate: ſed poſt peccatum, neutro modo. 12ª. q. 109. 4. ... 3ᵐ

72 Præcepta ſpecialia, dantur de effectib. charitatis ſ. de gaudio, pace, & beneficentia, propter tardiores: licet includantur in præceptis charitatis. ſimiliter contra oppoſita charitatis ſ. contra odium, accidiam, inuidiam, diſcordiam, & ſcandalum. 22ª. q. 44. 2. 2ᵐ. 3ᵐ

73 In lege diuina, non datur præceptum de fide ſimpliciter, ſed de quibuſdã credendis, quæ fidem præſupponit præcepta. 12ª. q. 100. 4. 1ᵐ. 22ª. q. 16 1. ... q. 22. ... c

74 In lege diuina, datur præceptum, de confeſſione fidei, & de doctrina eius. 22ª. q. 16. 1. 4ᵐ

75 In lege diuina, dantur præcepta, contra corrumpentia fidem. 22ª. q. 16. 1. ...ᵐ.

76 Inter præcepta legis diuinæ, quædam ſunt præambula legi: ſicut præcepta de fide & ſpe. quædam de ſubſtantia legis. 22ª. q. 22. ... c.

77 Præcepta de ſpe, non potuerunt primo dari, niſi per modum promiſſionis: ſed poſtea præcipiendo. 22ª. q. 22. ... c

78 In lege Dei, non datur præceptum contra deſperationem, quia intelligitur in præcepto ſpei, ſicut de honoratio parentum, intelligitur in quarto præcepto. 12ª. q. 21. ... 3ᵐ.

79 In lege Dei, dantur conuenienter præcepta, de intellectu, & ſcientia quo ad doctrinam, diſciplinam, vſum & memoriam. 22ª. q. 16. 2. ... q. 46. 2. 3ᵐ. ... q. 49. 1. 2ᵐ.

80 In lege Dei, dantur præcepta de timore filiali, non autem de ſeruili, ſed tantum ponuntur comminationes. 22ª. q. 22. 2. 0

81 Timor filialis, eſt quaſi genus ad dilectionem Dei, & principium omnium quæ pro Dei reuerentia obſeruantur: ideo ſimul dantur præcepta de timore filiali, & de dilectione Dei: quia vtrunque eſt præambulum ad exteriores actus, qui præcipiuntur in lege, ad quos pertinet præcepta decalogi. 22ª. q. 22. 2. 0

82 Timor filialis, eſt præambulum ad legem, non ſicut extraneum, vel extrinſecum, ſed ſicut principium legis, ſicut etiam dilectio: ideo de vtroque dantur præcepta quaſi principia totius legis. 22ª. q. 22 2. 1ᵐ.

83 Omnia præcepta decalogi, pertinent ad prudentiam: inquantum eſt directiua omnium actuum virtuoſorum. 22ª. q. 56. 1. c. 2 3ᵐ

84 In lege Dei. dantur præcepta, contra vitia prudentiæ, inquantum ſunt contra iuſtitiam, ſ. aſtutia, fraus, & dolus. 22ª. q. 56. 2. 0

85 Moralia in tantum ſunt determinabilia lege, id eſt, in præcepto, inquantum pertinent ad iuſtitiam. 12ª. q. 9... 5. 2ᵐ.

86 Præcepta legis, maxime & principaliter, ſunt de iuſtitia. quia ipſa principaliter attendit rationem debiti. 12ª. q. 56. 5. 1ᵐ. q. 100. 2. c. ... 3ᵐ. 22ª. q. 56. 1. 1ᵐ. ... q. 122. 1. c. q. 140. 1. 3ᵐ. q. 148. 2. 1ᵐ.

87 In lege Dei, dantur præcepta de fortitudine, & de partibus eius. 12ª. q. 100. 11. 3ᵐ. 22ª. q. 170. 0.

88 Præcepta legis diuinæ, dantur de fortitudine, & de alijs virtutib. ſecundum quod conueniunt ordinationi mentis in Deum. 22ª. q. 40. 1. c.

89 In lege Dei. dantur conuenienter præcepta negatiua, contra vitia oppoſita temperantiæ. & partibus eius. 12ª. q. 100. 11. 3ᵐ. 22ª. q. 170. 0

90 In lege Dei, dantur præcepta de perſeuerantia, & patientia. nõ aũt de magnanimitate & magnificentia, ſed dantur conſilia. 22ª. q. 140. 2. 1ᵐ.

91 In lege Dei non datur præceptum cõtra præſumptionẽ, quæ opponitur magnanimitati: quia intelligitur in præcepto timoris. 22ª. q. 22. 2. 3ᵐ

92 Omnes virtutes, de quarum actib. dantur præcepta, ordinantur ad purificandum cor, vel ad bonam conſcientiam, vel ad rectam fidem, quæ requiruntur ad diligendum Deum. 22ª. q. 44. 1. c

93 Quædam cerimonialia erant ante legem, non quidem ex præcepto legis Dei, ſed ex ratione humana per inſtinctum Dei 12ª. q. 103. 1. 0

94 Lex vetus continet præcepta cerimonialia, id eſt, quæ ſpecialiter pertinent ad cultum Dei. 12ª q. 99. 3. 0. 4. c. q. 101. ... 4. c. q. 103. 1. c. 3ᵐ. q. 104. 1. c. q. 108. 2. c. 22ª. q. 122. 1. 2ᵐ

95 Omnia præcepta cerimonialia, habebant cauſam rationabilem, ſ. literalem & figuralem. 12ª. q. 102. 2

96 Præcepta cerimonialia, erant figura Chriſti, eccleſiæ, & patriæ cæleſtis: ſed lex noua eſt tantum figura patriæ. 12ª q. 101. 2. 0. q. 103. ... c.

97 Præcepta cerimonialia erant figuralia, primo & per ſe: iudicialia vero erant ex conſequenti tantum. 12ª q. 104. 2. 0. ... 22ª. q. 87. 1. c.

98 Præcepta cerimonialia legis, fuerunt viua, vſque ad paſſionem Chriſti, ſed mortua deinceps, mortifera vero poſt diuulgationem euangelij. 12ª. q. 103. 4. 0. q. 104. ... c. 22ª. q. 86. 4. 2ᵐ. q. 87. 1. c. ... q. 95. 2. 0. q. 94. 3. 5ᵐ.

99 Præcepta cerimonialia & iudicialia, ſunt determinationes moralium, & et præcepta decalogi, ſed non ponũtur in decalogo. 22ª. q. 122. 1. 2ᵐ.

100 In lege veteri ſunt plura præcepta cerimonialia, quã iudicialia, & plura præcepta moralia reſpectu proximi, q̃ reſpectu Dei. 12ª q. 104. ... 3ᵐ

101 Præcepta cerimonialia, & iudicialia, ſunt determinationes præceptorum decalogi, ex vi inſtitutionis tantum, ſed moralia, ex vi naturalis inſtinctus. 12ª. q. 100. 11. 2ᵐ

102 Lex vetus non continet alia præcepta, niſi moralia, cerimonialia, & iudicialia. 12ª q. 99. ... c. 5. 0

103 Colere Deum, eſt actus virtutis, ideo pertinet ad præceptum morale, ſed determinatio eius ad cerimoniale. 12ª. q. 99. 3. 2ᵐ

104 In his quæ ordinant ad Deum, quædam ſunt moralia, quæ ipſa ratio fide formata dictat, ſicut Deum eſſe amandum, quædam vero cerimonialia, quæ non habent vim obligationis, niſi ex inſtitutione diuina. 12ª. q. 104. 1. 3ᵐ.

Præcepta cerimonialia & iudicialia. obligant ex lege tantum. moralia vero etiam ſecundum ſe, ex dictamine rationis. 12ª. q. 100. 11. c. 2ᵐ. q. 104. 1. c. 4. 2ᵐ 105

Lex vetus continet præcepta iudicialia, id eſt, determinationes iuſtitiæ ſeruandæ inter homines. 12ª. q. 99. 4. 0. ... q. 101. 1. c. q. 103. ... 1. c. q. 104. 1. 0. q. 108. 2. c. q. 122 1. 2ᵐ 106

Præceptum iudiciale quadruplex ſ. reſpectu principum, conciuium, domeſticorum, & extraneorum. 12ª. q. 104 4. 0 107

Præcepta iudicialia, optime tradita ſunt, de principib. & regib. Iudæorũ. 12ª q. 105. 1. 0 108

Similiter de domeſticis, id eſt, de coniugibus & filijs, & ſeruis. 12ª. q. 105 4. 0. 109

Similiter de conuictu popularium, & de poſſeſſionibus Iudæorum, ſtatuendo iudices, ordinem iudicij, numerum teſtium, & pœnas. 12ª. q. 105. 2. 0. 110

Similiter de extraneis, id eſt, de peregrinis, aduenis, vicinis, & hoſtibus. 12ª. q. 105 3. 0. 111

In lege veteri, duplex erat præceptũ, de prole nata. ſ. gñale, quo ad oẽs filios & filias, id eſt ſacrificium ad expiationem peccati originalis, & holocauſtum, ad conſecrationẽ prolis, & ſpeciale, de primogenitis, & vtrunque ſeruatum fuit circa Chriſtum infantem. 3ª. q. 37. 3. c. 112

Non ſunt aliqua præcepta iudicialia, ordinantia hominem in ſeipſo, ſed omnia relata ſunt ad alium. 12ª q. 104. 1. 3ᵐ 113

Circa iudicialia præcepta dupliciter Scribæ & Phariſæi errabãt. ſ. primo quidem, quia quædam quæ in lege Moyſis erant tradita, tanquam permiſſiones, æſtimabant eſſe per ſe iuſta. ſ. repudiũ vxoris, & vſuras accipere ab extraneis. & ideo Dñs prohibuit vxoris repudium & vſurarũ acceptionem, alio modo errabant, credentes quædam quæ lex vetus iuſſit fieri facienda propter iuſtitiam. eſſe exequenda ex appetitu vindictæ, vel ex cupiditate temporalium rerum, vel ex odio inimicorum, quorum oppoſita Dominus docet. 12ª. q. 108. 3. 2ᵐ 114

Præcepta iudicialia poſt Chriſtum non obligant, nec ſeruans ea, peccat, niſi ſeruet, vt obligatus ex lege. 12ª. q. 104. 3. 0. q. 108. 1. c. ... c. 4ᵐ. 22ª. q. 62 3. 1ᵐ. q. 87 1. c. 115

Intentio legiſlatoris duplex ſ. præcepti, & finis eius, prima obligat, non autem ſecunda 12ª. q. 100. 9. 2ᵐ 116

Præcepta iuris poſitiui, non ſe extendunt extra intentionem percipiẽtis, que eſt finis præcepti, hec autem eſt charitas. 12ª. q. 96. 6. c. 117

Præceptum legiſlatoris tunc ſolum non obligat, quando obſeruatio præcepti intentionem eius euacuat vel impedit. 12ª. q. 69. 6. c 118

Præcepta communia ſtatuti, non eodem modo obligant omnes, ſed ſecundum quod requiritur ad finem, quem intendit legiſlator. 12ª. q. 96 c. 22ª. q. 147. 3. 2ᵐ 119

Nullus ligatur præcepto, niſi mediante notitia eius. ideo nullus ignorans, tenetur ad aliquod præceptum, niſi teneatur, vel potuerit ſcire illud in quantum in eius notitiam, illud præceptum deuenit per alios, vel deuenire poteſt promulgatione facta. 12ª. q 90. 4. c. 2ᵐ 120

Legiſlator non poteſt aliquod præceptum ponere, quod non oporteat in aliquo caſu pretermitti. 12ª q 96 6. c. 22ª. q. 147. 3. 2ᵐ. 4. c 121

Tranſgrediens præcepta, contemnendo auctoritatem legiſlatoris, vel ſic quod impediatur finis quem intendit, peccat mortaliter, non autem ſi ex rationabili cauſa, præcipuè in caſu, quo legiſlator decerneret non eſſe ſeruandum. 12ª q. 96 ... c. 22ª. q. 147. 3. 2ᵐ. 4. c 122

Ad principes ſeculares pertinet dare præcepta, ad vtilitatem communẽ in temporalibus, ad prelatos autem eccleſiaſticos in ſpiritualibus. 22ª. q. 147. 3. c. 123

Prælati debent abſtinere à multitudine præceptorum. 12ª. q. 107. 4. c. 22 q. 105. 1. 3ᵐ 124

Prælatus non eſt dominus ſed diſpenſator, non in deſtructionem, ſed in edificationem. ideo non poteſt præcipere peccata, nec prohibere opera virtutum 22ª q. 88. 12. 2ᵐ 125

Precepta legis humanæ, diuerſificantur, ſecundum diuerſitatem communitatum. 12ª. q. 100 2. c. q. 104 3. 2ᵐ. q. 8. 7. 1. c. 22ª. q. 140 2. c 126

Quandoque prelati religioſorum præcipiunt, vel communiter omnibus vel alicui ſpecialiter. vt ſi quis ſit corrigendus, ei dicatur. & tunc intelligendum eſt præceptum ſane, ſaluo ordine fraternæ correctionis. 22ª. q. 33. 7. 2. c. 5ᵐ 127

Prelatus religioſorum, non habet poteſtatem præcipiendi aliquid ſuper occultis, niſi inquantum per aliqua indicia manifeſtantur pura per infamiam, vel per aliquas ſuſpiciones, in quib. caſib. poteſt prælatus præcipere, eodem modo ſicut & iudex ſecularis. vel eccleſiaſticus poteſt exigere iuramentum de veritate dicenda. 22ª. q. 33. ... 5ᵐ 128

¶ Præter pro indigno ſunt ſimoniace & ſunt minus a lingua, non autem pro digno. 22 q. 100. 5. 3ᵐ 1

¶ Præcipere eſt actus rationis q. ia importat motionem, cum quadam ordinatione. 22ª q 4 ... 3ᵐ 2

Recte præcipere & ratione vti, ſemper ſed concomitantur, quia ad præceptum rationis ſequitur obedientia ciuium inferiorum, quod pertinet ad eſum. 22ª. q. 48. 4ᵐ. 3

Præcipitatio eſt operatio per imperiũ voluntatis, vel impaſſionis, ſine prudentia, & partibus eius. 22ª. q 3. 5. 1ᵐ. q. 53. 3. 0. 5. c. q. 117. 2 2ᵐ. 1

Præcipitatio eſt ſpeciale peccatum, propter ſpecialem actum rationis, qui 2

l precep-

Prætermittitur, ſcilicet conſilium, licet poſſit inueniri in quolibet genere peccatorum. 22^a. q. 54. 1. 2^m.

8 Præcipitatio contrariatur dono conſilij, & prudentiæ. 22^a. q. 53. 3. 1^m. ^a q. 147. 1. 2^m.

¶ Precium rerum venialium, non eſt ſemper determinatum punctualiter: ſed in æſtimatione. 22^a q. 77. 1. 1^m

¶ ^a Præda ſic te capitur ab hoſtibus, vel malefactoribus, ^a in ſis quæ ipſi iniuſte abſtulerant. 22^a q. 66. 8. 0.

1 Prædeſtinatio eſt quædam præordinatio Dei ab æterno, de is quę per gratiam Dei fienda ſunt in tempore. 1^a. q. 24. 1. c.

2 Prædeſtinatio eſt ratio tranſmiſſionis creaturæ rationalis, ad vitam æternam in mente Dei. 1^a q. 2 . 1. 2. 2. ^a. 3 . q. 24. 1 c

3 Prædeſtinatio eſt præſcientia, & præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. 1^a. q. 23. 2. 3^m. ^a. 4 ^a. 22^a. q. 174. 1. c

4 Gratia ponitur in definitione eius, non quia ſit de eſſentia eius, ſed quia importat reſpectum ad gratiam. 1^a. q. 23. 2. 4^m

5 Prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ. 1^a. q. 23. 1. 2. 3 4 6. 8. c

6 Prædeſtinatio nihil ponit in prædeſtinato, niſi effectum eius. 1 c. q. 23. 2. 0.

7 Differentia ſcientiæ, ſapientiæ, præſcientiæ, prudentiæ, diſpoſitionis, prouidentiæ, & prædeſtinationis. 1^a. q. 22. . c

8 Prædeſtinatio propriè, eſt tantum de bonis: præſcientia vero, eſt etiam de peccatis. 12^a. q. 17 9. 1. c

9 Prædeſtinatio eſt cauſa gratiæ, & gloriæ: ſed reprobatio eſt cauſa derelictionis, & pœnæ æternæ, non autem culpæ. 1^a. q 23 3. 2^m

10 Prædeſtinatio eſt tantum certorum aliquando. 1^a. q. 21. 8. 2^m. ^a. 4. 2^m

11 Prædeſtinatio conuenit angelis, ſicut & hominibus: licet non fuerint miſeri. 1^a. q. 23 5. 3^m

12 Prædeſtinatio non conuenit creaturæ irrationali, niſi abuſiue. 1^a. q. 23. 1. 2^m.

13 Conueniens eſt Deo, homines prædeſtinare. 1^a q. 23 1. 0

14 Prædeſtinatio certiſſimè, & infallibiliter conſequitur ſuum effectum. 1^a q. 23. 3. 3^m. ^a. 6. 0. ^a. 7. 3^m

15 Prædeſtinatio non poteſt impediri. 1^a. q. 23. 8. 3^m

16 Prædeſtinatio iuuatur precibus ſanctorum, & ſuis, & aliis bonis operibus, ex parte effectus eius, non autem ex parte ordinationis diuinæ. 1^a. q. 23 . 8.

17 Præſcientia meritorum, non eſt cauſa prædeſtinationis vniuerſaliter: tamen vnus effectus eius, eſt ratio finalis alterius effectus eius prioris, & cauſa meritoria effectus poſterioris. 1^a. q. 23. 5. 0

18 Voluntas Dei eſt cauſa efficiens, & finis prædeſtinationis, ex parte totius effectus eius 1^a. q. 23. 5 0

19 Error multiplex circa effectum prædeſtinationis. 1^a. q. 23 5. 8 c

20 Prædeſtinatio eſt eterna. 3^a. q. 24. 1. 2. c. ^a 3. 0. ^a. 4 c. 1^m

21 Præſcientia, prouidentia, prædeſtinatio, & huiuſmodi, non imponunt neceſſitatem omnibus rebus, nec auferunt contingentiam ab eis. 1^a. q. 22. 4 0 ^a q 23. 1. 1 . ^a. 3. 3 ^a ^a 6 c. ^a. 22^a. q 171. 6. 1^m

22 Prædeſtinati non ſunt certi communiter de ſua prædeſtinatione. 1^a. q 23 1. 4 ^a

23 Licet aliquibus ex ſpeciali priuilegio, ſua prædeſtinatio reueletur, non tamen conuenit, ut reueletur omnibus: quia ſic illi qui non ſunt prædeſtinati deſperarent: & ſecuritas in prædeſtinatis negligentiam pareret. 1^a q. 23. 1. 4^m

24 Reuelat Deus hoc aliquando aliquibus, ex ſpeciali priuilegio: vt ſecuritas gaudium etiam in hac vita in eis incipiat, & confidentius & fortius magnifica opera proſequantur, & mala præſentis vitæ ſuſtineant. 12^a. q. 1 7. 5. c

25 Numerus prædeſtinatorum eſt certus, & determinatus formaliter, & materialiter Deo, non autem nobis. ^a. q. 23. 7. 0

26 Prædeſtinatio conuenit Chriſto, & perſonæ Chriſti, inquantum ſubſiſtit in natura humana, non autem vt ſubſiſtit in natura diuina: nec ſecundum ſe, nec conuenit naturæ humanæ, nec naturæ diuinæ. 3^a. q 24 1. 0.

27 Prædeſtinatio Chriſti, eſt cauſa efficiens, formalis, exemplaris & finalis prædeſtinationis noſtræ, ratione effectus, non autem ratione operationis Dei. 3^a. q 24 . 4. 0

28 Chriſtus prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei, non autem propriè factus eſt filius Dei 3^a. q. 24 1 2 .

29 Chriſtus ſecundum quod homo, prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei, quia prædeſtinatio quo ad præceſſionem, & effectum ad eſt gratiam, conuenit Chriſto, ratione humanæ naturæ tantum. 3^a. q 24. 1. 0

30 Chriſtus ſecundum quod filius Dei, prædeſtinatus eſt eſſe homo, tamen magis propriè dicitur econuerſo. ^a. q. 24 2. 3^m

31 Homo prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei & econuerſo. 3^a. q. 24. 2. 1^m.

¶ Prædicamentorum quodlibet accidentium dicit imperfectionem, ſecundum propriam rationem generis, præter relationem: ideo in diuinis ſunt tantum duo modi prædicandi, ſcilicet ſubſtantiæ, & relationis. 1^a. q. 28. 1 6. ^a. 2. 0

1 Prædicare id eſt euangelium recitare in eccleſia, quod eſt linguis loqui, pertinet ad diaconum: ad ſacerdotes autem pertinet exponere, & exhortari, quod eſt prophetare. 1^a. q. 6 . 1 1^m

2 Prædicare, eſt principaliſſimus, & proprius actus epiſcopi, & dignior quam baptizare 3 . q. 6 . 2. 1 . ^a. 2 1 . ^a. q. 7 . 4. 3^m

3 Periculum de prædicatione omiſſa, non imminet, niſi eis quibus commiſſum eſt officium prædicandi 22^a. q. 1 . 12. 5^m

4 Prædicans poteſt viuere, de eleemoſynis ſponte oblatis, non autem de datis coactis, niſi ſit prælatus. 22^a. q. 18. 4. 4^m

Chriſtus non debuit prætermittere prædicationem, propter ſcandalum Iudæorum. 3^a. q. 42. 2. 0 5

Chriſtus & Apoſtoli à principio prædicauerunt Iudæis tantum, quadruplici ratione. ſ. vt oſtenderet per ſuum aduentum impleri promiſſiones antiquitus factas Iudæis, non autem gentilibus: vt eius aduentus oſtenderetur eſſe à Deo: vt Iudæis auferret calumniandi materiam, & quia per crucis victoriam meruit poteſtatem & dominium ſuper gentes. 3^a. q 42. 1. 0 6

Chriſtus prædicauit annis trib. & quaſi menſib. trib. & vixit annis triginta trib. & menſib. trib 3^a. q 37 3 0 ^a. q. 43. 3. c 7

¶ Prædicatur Quicquid prædicatur de aliquo, ſicut vniuerſale de particulari, poteſt ſupponere pro eo non autem in aliis 1^a. q . . 5 . m 1

Homo prædicatur per ſe de Socrate, quia ſi ſua ratio diffiniretur: poneretur homo in eius diffinitione. 1^a. q 76. 1 c. 0. 1. 2

Totum vniuerſale, adeſt cuilibet parti eius, & ſecundum eſſe & ſecundum perfectionem & propriè prædicatur de parte ſua, non autem totum integrale: totum autem potentiale, aliquo modo. 1^a. q. 77. 1. 1^m 3

Pars ſubiectiua eſt de qua prædicatur eſſentialiter totum, ſecundum vnam rationem, vel ſecundum prius & poſterius: & eſt in minori. 22^a. q. 120. 2. c. 4

Totum integrale prædicatur aliquo modo, de omnib. partib. ſuis ſimul ſumptis, licet impropriè: ſed nullo modo de ſingulis ſimpliciter & propriè 1^a. q. 77. 1. 1^m 5

Nulla pars integralis prædicatur de ſuo toto 1^a, q. 77. 1. c^m 6

Nullum per accidens, prædicatur vniuerſaliter: ſed tantum quæ per ſe prædicantur. 1^a. q. 31. 1. c. 7

Inferius non prædicatur de ſuperiori, niſi per accidens. 1^a. q. 9 6 2. 2 8

Subiectum non reſtringitur per prædicatum, ratione ſignificationis: ſed tantum ratione temporis conſignificati. 1^a. q. 20. 4. 2. 2. 9

^a Terminus in ſubiecto poſitus, tenetur materialiter, i. pro ſuppoſito: ſed in prædicato tenetur formaliter, id eſt pro natura. 1^a. q. 13. 12. c. ^a q. 31 3 1^m ^a. ^a. q 16. 7. 4^m. ^a. 9. c. 2^m. ^a 10. c. 2^m. ^a. q. 17. 1. 3^m. 10

In diuinis perſona prædicatur de eſſentia & econuerſo. 1^a. q. 28 6 0. 11

Relatio ſecundum propriam rationem, id eſt, ſecundum quod refertur ad aliud, prædicatur in diuinis: non autem ſecundum rationem communem, ſ. ſecundum quod inhæret ſubiecto. 1^a. q. 28. 2^m 12

Hæc prædicatio, Deus eſt pater, & econuerſo, eſt per ſe, & nullo modo per accidens. Nec ſicut ſuperioris, de inferiori, nec econuerſo, ſed per identitatem. 1^a. q. 19. 6. 2^m 13

¶ Prædicator nullus debet fieri, niſi prius purgatus, & virtute perfectus. 3^a. q. 4 . 3. 1^m 1

Prædicator debet eſſe abſolutus à cura rerum ſecularium 3^a. q. 40. 3 c. 2

Prædicator non debet ſemper eſſe in publico, ſicut nec Chriſtus. 3^a. q. 40. 1. 3^m. 3

Sumptus debentur prædicatoribus à mittentibus eos. 22^a. q. 187. 4. 2^m. ^a. 5. 5^m. 4

Prædicatorum ordo, habet cautiſſimam & ſecuriſſimam formam proficiendi. 22^a. q. 18. 9. c^m. 5

Prælatio quælibet eſt à Deo. Non autem abuſus eius, nec eius vſurpatio. 1^a. q 96. 2. 3^m. 1

Licet appetatur opus, & perfectionem epiſcopatus & prælationis, non tamen ipſam ratione gradus, vel honoris vel diuitiarum 22^a. q. 1 5 1. 2. 0. 2

Triplex ratio recuſationis reſpectu officij prælationis quantum eſt de ſe: ſcilicet impedimentum deuotæ contemplationis, dolcis affectionis, & ſpiritualis exultationis. 22 q. 18 c. 1. 2^m. ^a. 2 1^m. ^a 3^m 3

Non licet iurare, nec obuiare, quod prælationem non ſumat, nec totaliter reſiſtere 22^a. q. 18 1. 1. 3 . ^a. 2 0 4

Prælatus exiſtens in peccato mortali, etiam occulto, corripiendo vel quæquid aliud officij ſui faciendo, peccat mortaliter, non autem in hoc agit vt frater. 22^a. 4. 23. 5 0 5

Ex hoc ipſo quod prælati diſſimulant, videntur annuere. 22^a q. 147. 4. 1. fin. 6

Prædicare, ex officio conuenit prælatis, religioſis autem ex commiſſione. 22^a. q. 187. 4. 2^m 7

Prælatus poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet aut ſecundum quod iudicio præſidet. Et ſic dicere peccatum fratris prælato, eſt dicere eccleſiæ. Aut ſecundum quod eſt extra iudicium exiſtens. Et ſic dicere prælato, non eſt dicere eccleſiæ, ſed perſonæ quæ poteſt prodeſſe, & non obeſſe quia nullus poteſt magis prodeſſe, quam prælatus 22^a. q. 3 8. 4^m 8

Tunc prælatus inordinatè vtitur regimine, quando ut curè contra obiurgatur, vel etiam quando ei delectabiliter. & hoc ſignificatur per contactum montis & arche damnatum à Deo. 22^a. q 33. 4. 1^m. 9

¶ Præmium eſſentiale beatitudinis, conſiſtit in actu intellectus, ſed delectatio eius in voluntate 1^a. q. 6. 1 0 ^a. 3. c. ^a 22^a. q 3. 4. 0 1

Voluntarie corrupta, habebit duplex præmium, vt dicit beata Lucia. ſ. virginitatis, & patientiæ. 22^a. q. 12 4 2^m 2

In retributione præmiorum, inæqualia debentur inæqualibus meritis, non autem in conſtitutione rerum. 1^a. q 47. 2. 3^m. ^a. q. 65. 2. 3^m. ^a. 22^a. q. 114. 3 0. 3

¶ Propoſitio dicens affirmatiuam & negatiuam ſimul eſſe falſas, improbatur. 1^a. q 30. 4. 5^m

¶ Præſens ^a Illud propriè dicitur præſens, cuius eſſentia præſentatur ſenſui, vel intellectui 1^a. q. 8 3. c. 2^m 1

Præſentia neceſſitatem quandam habent, quia neceſſe eſt Socratem ſedere, dum ſedet. 22^a. q. 49. 6. c. 2

¶ ^a Præſeruatus ab aliquo, dicitur purgatus uel liberatus 3^a. q. 31. 4. 1^m. ^a. q. 52. 2. 2m 1

Pro

1 ¶ Preſtigium eſt diuinatio per dæmones, ingerentes ſe viſui, vel auditui hominum: quia præſtringit oculos, 22æ.q.95.3.c. prim.q.178.1.2m.

2 Formę apparentes in præſtigiis ſunt tantum in ſenſu communi ab imaginatione, vel per res naturales, 1a.q.114.4.2m. 22æ.q.178.1.2m.

1 Præſumptio aliquando ſumitur in bono, quaſi per alias ſumptio, & aliquando in malo, 22æ q.21.1.1m. q.70.3.2m.

2 Præſumptio in malo, dicit immoderantiam ſpei dupliciter, ſ. ſupra vires proprias, vel contra iuſtitiam Dei. Prima opponitur magnanimitati: ſecunda vero, eſt ſpecies blaſphemiæ in ſpiritum ſanctum. Ideo grauior eſt quam prima, 22æ.q.21.1.4.c. q.130.2.c. q.133.1.c.

3 Præſumptio prima, oritur ex inani gloria, ſecunda vero ex ſuperbia, 22æ q.21.4.c.

4 Præſumptio ſecunda, oritur ex nimio amore ſui 22æ.q.21.4.2m. 3m.

5 Præſumptio ſecunda habet conuerſionem ad bonum commutabile: & auerſionem a Deo, attribuendo diuinę virtuti quod ei non conuenit. 22æ.q.21.1.3m.

6 Præſumptio prima opponitur magnanimitati, ſecundum exceſſum, licet appareat ſecundum defectum, inquantum eſt aliquando de minimis, quæ magna videntur 22æ.q.130.princip. q.133.1.c

7 Præſumptio ſecunda, opponitur charitati, vel potius dono timoris, 22æ q.130.2.c.

8 Præſumptio magis opponitur ſpei quam timori, quia ſpei contrariatur, ratione propriæ difformitatis: timori vero, ratione generis, & contrarietas ad timorem eſt apparentior, 22æ.q.21.3.c

9 Præſumptio eſt contra ordinem naturalem. Ideo ſemper eſt peccatum, 22æ.q.130.1.c

10 Præſumptio ſecunda, eſt minus peccatum, quam deſperatio, 22æ.q.21.2.c.

11 Præſumptuoſus peccat, non æſtimando nimis miſericordiam Dei: ſed contemnendo iuſtitiam eius 22æ.q.21.2.c.2m. q.130.2.1m. q.163.4.3m

12 Peccare cum propoſito perſeuerandi in peccato, ſub ſpe veniæ, dicitur præſumptio. Non autem ſi ſit cum propoſito pœnitendi, ſed alleuiatur. 22æ.q.21.2.3m

13 Aggredi opus vltra vires ex confidentia ad vires humanas, eſt præſumptio. Non autem ſi fit in ſpe diuini auxilij. 22æ.q.21.2.2m

14 De quolibet debet præſumi bonum: niſi appareat contrarium, nec ſit in periculum alterius, 22æ.q.60.3.2m

Omne præteritum eſt neceſſarium 22æ.q.49.6.c.

1 ¶ Præuaricator eſt, qui malicioſe impediens punitionem peccati, aduerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua 22æ.q.68.3.c.ſi

2 Differentia præuaricationis à calumnia & tergiuerſatione 22æ.q.68.3.c.

3 Non omnis abſcondens vera crimina, præuaricatur: ſed tantum qui fraudulenter abſcondit ea, de quibus accuſationem proponit, colludens cum reo, proprias probationes diſſimulando, & falſas excuſationes admittendo, 22æ q.68.3.2m

1 ¶ Primitiæ erant de præcepto cerimoniali, quo ad determinationem, in communi vero de iure naturali, nunc autem de præcepto eccleſię, ſecundum conſuetudinem patriæ q.86.4.c.

2 Quantitas primitiarum non fuit determinata in lege: quia erant per modum oblationis, de cuius ratione eſt eſſe voluntarium, & ſecundum Hyeronymum, aliqui dabant quadrageſimam partem alij ſexageſimam ſed nunc ſtatur conſuetudini patriæ, 22æ q.86.4.3m

3 Primitiæ pertinent ad quoddam genus oblationum, in vſum ſacerdotum, in recognitionem beneficij Dei, ſcilicet fructuum terræ. & debet eſſe quod precipuum de fructibus terræ. q.86.4.c.

4 Primitiæ ſunt ſigna præteriti beneficij Dei ſ. terræ promiſſæ, Iſrael, & totum terræ, toti humano generi, & fructuum: ſed cerimonialis, propriè erant ſigna futuri. 22æ.q.86.4.1m. 2m

1 ¶ Primogenitum dicunt primo natum, licet nullus poſt eum ſit. Ideo Chriſtus eſt primogenitus Mariæ 3a.q.28.3.4m

2 Omnes primogeniti, erant ſacerdotes in veteri teſtamento, & habebant duplicem portionem in hæreditate paterna. 12æ.q.103.1.3m. 22æ. q.87.1.3m.

1 Primum dicitur dupliciter. ſ. primum ſimpliciter, & primum in genere. 12æ.q.5.1.3m.

2 Primum in per ſe ordinatis, oportet eſſe maximum, non autem primum per accidens, 12æ.q.163.3.3m

1 ¶ Ad bonum principem requiritur quod ſit virtuoſus ſimpliciter: non autem ad bonum ciuem, 12æ.q.92.1.3m.

2 Ad bonum virum pertinet, poſſe principari, & bene ſubijci. Ideo in virtute boni viri, includitur virtus principis: Sed virtus principis differt ſpecie à virtute ſubditi, ſicut virtus viri & mulieris, 22æ q.47.11.1m. 2m

3 Princeps auferens per vim aliena, rapinam committit, & tenetur reſtituere, niſi ſit ſecundum iuſtitiam, pugnando, vel puniendo, 22æ.q.66.8.c. 3m.

4 Ad bene commorandum in aliqua communitate requiruntur duo, ſ. habere ſe bene ad principem, id eſt, cum fidelitate, reuerentia, & famulatu: ad ſocios autem reddendo cuilibet debita, & nulli nocendo, 12æ. q.100.5.c

5 Sanctis licet commorari in curiis principum, ad promouendum bonos, & ad impediendum malos: non autem propter voluptates, 22æ.q.187 2.3m.

6 Deus reſeruauit ſibi inſtitutionem ſummi principis, & regis Iudæorum: quia habebat ſpecialem curam eorum, 12æ.q.105.1.1m.

Deus non dedit Iudæis principes & reges à principio, ſed tantum modū eligendi ſ. ſecundum iudicium Dei, & de gente ſua: & modum ſe habendi, 12æ.q.105.1.2m 7

Diuiſio regni Iſrael, & multitudo regum, magis conuenit eis cum in pœnam, pro diſſentionibus multis contra regum Dauid iuſtum: quam ad eorum profectum, 12æ.q.105.1.3m.

Principibus Iudæorum, non ſunt deputati cibi ſicut ſacerdotibus, ne ſuperbirent nec ambitent, 12æ.q.105.1.4m 9

¶ Bonus principatus triplex. ſ. regalis, ariſtocratia, & democratia. Et triplex principatus malus. ſ. tyrannis, oligarchia, & democratia. 12æ q.95 4.c. q.105.1.c. 12æ.q.61.2.c 1

Principatus regalis eſt optimus, 1a.q.103.c. 12æ.q.105.1.2m. 22æ. q.50.1.2m 2

Principatus regalis, eſt propter bonum populi, tyrannicus autem eſt propter bonum tyranni, 12æ.q.92.1.2m. q.96.4.c. 22æ.q.42.2.3m 3

Optimus principatus eſt, in quo omnes habent aliquam partem. Et componitur ex regno, inquantum vnus præeſt & ariſtocratia, inquantum multi principantur ſecundum virtutem: & democratia, id eſt principatus populi, in quo populus ſibi eligit principē. 12æ q.95.4.c. q.105.1.c 4

Principatus dicuntur in angelis, quia principantur minoribus cœleſtibus principibus, diuinas iuſſiones explentib. Sed archangeli dicuntur qui principantur ſub ordine angelorum, 1a.q.108.5.4m 5

¶ Principium quo ad relationem, eſt ſimul naturaliter cum principiato: ſed id quod eſt principium, eſt naturaliter prius eo, 1a.q.42.3.2m 1

Principium eſt prius tempore principiato, dupliciter, ſcilicet, ex parte actionis ſucceſſiuæ, vel agentis imperfecti, vel eligentis tempus, 1a. q. 42.2.c 2

Apud Græcos filius & ſpiritus ſanctus dicuntur principiati, non autem apud Latinos, 1a.q.33.1.2m 3

¶ Principium ſumitur à prioritate, ſed non ſignificat eam, 1a q.33 1.3m 1

Principium eſt id à quo aliquid procedit, quocunque modo, & econuerſo, 1a.q.33.1.c. 2

Principium eſt communius cauſa, & cauſa elemento. 1a.q.33.1.1m 3

Nō omne principium, eſt primū principium, 12æ.q.6.1.1m. q.9.4.2m 4

Græci indifferenter vtuntur nomine cauſæ, ſicut nomine principij in diuinis, non autem Latini. 1a.q.33.1.1m 5

In diuinis vna perſona eſt principium alterius, non autē cauſa. 1a q.33 1.c. q.36.4.c 6

Principium in diuinis & creaturis, dupliciter cognoſcitur ſ. vt primum, & vt principium. 1a.q.13.4.c 7

Non omne principium cognoſcendi, eſt principiū eſſendi, 1a.q.85.3.4m 8

Primum principium in ſpeculatiuis eſt, Non contingit idem ſimul eſſe & non eſſe. In practicis autem eſt Bonum eſt proſequēdum: malum vero eſt fugiendum, 12æ q.94.2 c. 22æ q.47.c 9

Principia ſpeculatiua, cognoſcuntur per alium habitum naturalem, quā concluſiones: quia principia per intellectum, concluſiones vero per ſcientiam, 22æ.q.47.6 c. q.49.2 1m 10

Sicut in ratione ſpeculatiua ſunt quædam vt principia, quorum eſt intellectus, & concluſiones, quarum eſt ſcientia, ita in ratione practica, vt principia naturaliter nota, ſunt fines virtutum moralium: quia finis ſe habet in operabilibus, ſicut principium in ſpeculatiuis: & quædam ſunt in ratione practica, vt cōcluſiones eorum quæ ſunt ad finem. 22æ.q.47.6.c 11

Nihil refert vtrum ille qui docet proponendo vel interrogando, procedit de principiis communibus ad concluſiones. Vtrobique enim animus audientis certificatur de poſterioribus per priora, 1a.q.84.3.3m. q.117.1.c 12

¶ Prioritas nullo modo eſt in diuinis, 1a.q.36.3.3m. q.42.2.c

¶ Priuatio ſecunda ſuſcipit magis & minus, quia ponit aliquid, quod eſt de ratione eius: non autem prima, 12æ.q.73.1.c. q.82.1.c 1

Priuatio ſuſcipit magis & minus, ſecundum ſuas cauſas, non autem ſecundum ſe, 1a.q.48.4.1m. q.49.1.3m. 12æ.q.21.2.1m 2

Priuationes & negationes differunt ſpecie ſecundum differentias habituum, & poſitionum oppoſitorum, & ſpecificantur per habitus oppoſitos 22æ.q.107.1.c 3

Priuatio eſt carentia eius quod eſt aptum natum haberi. Et hoc tripliciter, ſ. vel ab eo, vel ab alio eiuſdem ſpeciei, vel a quocunque. Et tertia tantum eſt in diuinis 1a.q.33.4.2m 4

Priuatio eſt negatio circa determinatum ſubiectum. 1a.q.17.4 c. 5

Contrarium ſignificat aliquam naturam in ſubiecto, non autem priuatio 1a.q.17.4.c 6

Nulla priuatio tollit totaliter eſſe 1a.q.48.2.1m 7

Nulla priuatio eſt intenta ab aliquo agente. 1a.q.19.9.c. q.49.1.c 8

¶ Priuilegium eſt priuata lex: quia reſpicit ſingulares perſonas, ſed commune eſt ad multa negocia. 12æ.q.96.1.1m 9

Prius dicitur dupliciter. ſ. ordine perfectionis, & generationis. 1a. q. 85.3.1m. 12æ.q.88.3m 1

Prius natura, dicitur dupliciter, ſ. ſecundum cauſam materialem, & magis ſecundum alias cauſas 22æ.q.1.7.3m 2

Semper id quod eſt naturalibus, eſt prius, 12æ.q.49.2.c 3

Imperfectum eſt prius tempore perfecto in eodem. Sed in diuerſis eſt econuerſo, & naturam vtriſque, 1a.q.85.3.2m. q.85.3.1m. q.94.3.c. 12æ.q.6.2.4.c. 3a.q.1.5.3m 6 c 4

Prius duplex. ſ. per ſe, & per accidens. 22æ q.4.7.c 5

Semper quod eſt per ſe, eſt prius eo quod eſt per aliud, 1a.q.10.1.c. q 84.6.c 6

9 Remoto priori, remouetur poſterius, ſequens tantum ex eo: non autem ſi ſequatur etiam ex alio. 12æ. q. 82. q. 85. 2. 2m
1 ¶ Proceſſio diuitur dupliciter. ſ. motus proceſſiuus animalium, & ſtatu. & o principiati à principio prima eſt in diuinis metaphorice tãtum, ſecunda vero proprie 1ª. q. 27. 1. o.
2 Proceſſio duplex ſ. ab extra, & ab intra: prima ſemper eſt per motum ad diuerſum, & contra rationem primi principij, non autẽ ſecunda. Ideo ſecunda conuenit Deo, non autem prima. 1ª. q. 27. 1. o
3 Omnis proceſſio creaturæ, eſt per motum, vel mutationem: non autem in diuinis. 1ª. q. 27. 1. 1m
4 Proceſſus rationis duplex. ſ. via compoſitionis, & via reſolutionis. 12æ. q. 14. 5. o
5 In diuinis ſunt tantum duæ proceſſiones ſ. verbi & amoris, ſecũdũ quod Deus ſuam eſſentiam, veritatem & bonitatem intelligit & amat. 1ª. q. 27. 5. 5. o. *. q. 28. 4 c. *. q. 37. 1 c. *. q. 41. 6. c
6 Omnia quæ importãt reſpectum originis, abſolute dicuntur de proceſſione diuina: non autem repugnantia conſubſtantialitati, coæternitati, & independentiæ 1ª. q. 27. 2. 2m
7 Proceſſiones in diuinis, diſtinguuntur per relationes, & modos originis non autem ſeipſis: nec per eſſe à natura & voluntate. 1ª. q. 27. 5. o
8 Proceſſio filij, eſt per naturam patris. Ideo eſt ei coæterna, conſubſtantialis, & independens: non autem creaturæ, quæ procedunt per voluntatem Dei. 1ª. q. 41. 2. c. *. q. 42. 1. c
9 Omnia quæ pertinent ad generationem viuorum, dicuntur in proceſſione filij Dei, vt oriri, naſci, gigni, & generari. 1ª. q. 27. 2. 2m
10 Hæreſis valentini, quod filius Dei procedit vario modo prolationis, id eſt ad extra. 1ª. q. 34. 2. 1m
11 Spiritus ſanctus procedit à patre & filio, quia aliter non poſſet diſtingui, à filio. 1ª. q. 36. 2. o
12 *Spiritus ſanctus procedit ab eis, inquantum ſunt plures agentes: & inquantum ſunt vnum in vi ſpiratiua 1ª. q. 36. 4. 1m
13 Hæreſis Arrij, quòd ſpiritus ſanctus procedit à patre & filio, et creatura eterna ſue. 1ª. q. 27. 1. c.
14 Hæreſis Neſtorij & Theodorici, quòd ſpiritus ſanctus non procedit à filio. 1ª. q. 36 2 3m
15 Spiritus ſanctus, non magis procedit à patre, quàm à filio, nec prius: nec plenius. 1ª. q. 36. 1. 2m
16 Spiritus ſanctus dicitur principaliter & propriè procedere à propter auctoritatem in patre, non autem magis propriè. 1ª. q. 36. 3. 2m
17 Spiritus ſanctus procedit à patre immediate, & mediante filio, ratione ſuppoſiti: non autem ratione virtutis mediæ. 1ª. q. 36. 3. 4m.
18 Proceſſio filij eſt per actum intellectus: ſed proceſſio ſpiritus ſancti, eſt per actum voluntatis. 1ª. q. 27. 2 c. & *. 3. c. *. q. 28. 4. 1m. * q. 34. 2. c. *. q. 45. 7. c
19 Spiritus ſanctus, ita naturaliter & à natura procedit à patre, ſicut & filius 1ª. q. 41. 2. 3m. *. 6. c. *. q. 42. 2. c
20 Proceſſio ſpiritus ſancti, triplici ratione nominatur tantum proceſſio, ſ. ex habitudine rei amatæ ab emante per amorem. 1ª. q. 27. 4. 3m. *. q. 28. 4. c. *. q. 37. 1. c
21 Emanatio, proprietas, & relatio ſpiritus ſancti, nominatur eodẽ nomine ſcilicet ſpiratio, propter defectũ nominum. 1ª. q. 36. 1. c. * q. 37 1. c.
22 Proceſſio ſpiritus ſancti dicitur æterne, reſpectu obiecti æterni: ſed vt tendit in obiectum creatum, cui Deus confert aliquid, dicitur temporalis. 1ª. q. 43. 2 o
23 Spiritus ſanctus procedit à ſeipſo, proceſſione temporali. 1ª. q 43. 2. 3m.
24 Proceſſio æterna & temporalis, ſunt tantum vna proceſſio, ratione reſpectus ad principium quem principaliter importat. ſed ſunt duæ ratione duplicis reſpectus ad obiecta 1ª q. 43. 2. c. * 3m
1 ¶ Proclamare licet in capitulis religioſorum de leuibus quæ famæ non derogant, ſine admonitione, ſecreta, non autem de graui. 22æ. q. 33. 7. 4m.
2 Non videtur eſſe probabile, quòd ea quæ ſunt in conſuetudine religioſorum, ſint contra præcepta Chriſti. Conſuetum eſt autem in religionibus quod in capitulis aliqui proclamantur de culpis, nulla ſecreta admonitione præmiſſa. Sed huiuſmodi proclamationes, ſunt quaſi quædam commemorationes, potius obliturum culparum quam accuſationes vel denunciationes. 22æ q. 33. 7 a 4 *. 4m.
3 Si eſſent tamen alia, de quibus frater infamaretur, contra præceptum domini ageret, qui per hunc modum proclamando, peccatum fratris publicaret 22æ. q 33. 7. 4m.
1 Prodigalitas eſt circa paſſiones pecuniæ, ſicut deficiens: non autem ſicut ſuperabundans in eis. 22æ. q 1 9. 1. 1m.
2 Prodigalitas dicitur eſſe contra naturã: quia habet immoderatam emiſſionem rerum, repugnantem naturæ 12æ. q. 32. 6. 2m
3 Prodigus, ſæpe excedit in dando propter voluptates, non tamen ſemper. 22æ. q. 119. 1. 3m.
4 Prodigalitas ſemper eſt peccatum: non principaliter propter quantitatẽ, ſed propter inordinationem dandi, quibus non debet dari, & propter quæ, & ſicut debet. 22æ q. 19. 1. o. *. 3. 1m
5 Prodigus peccat in ſe, & in proximum, præcipuè clerici conſumentes bona pauperum. Similiter auarus. 22æ. q. 119. 3. 1m.
6 Prodigalitas opponitur liberalitati. 22æ. q. 119. princip. *. q. 118. prin. * q. 119. 1. 2. 1. c
¶ Productæ res à principio fuerunt in ſtatu perfecto: vt eſſent principia aliorum. 1ª. q. 94 3. c
1 ¶ Profitens, non vouet ſeruare quicquid eſt in regula: ſed vitam regularem, vel viuere ſecundum regulam, quod eſt cauere, vel obedientiam ſecundum regulam, non obligando ſe ad culpam vt in religione ordinis fratrum prædicatorum, quod eſt melius. 22æ. q. 186. 9. 1m
Votum ſimplex de maiori religione, non obligat poſt profeſſionem in minori 22æ. q. 189. 8. 3m 2
Profeſſio facta ante annos pubertatis, ſ. ante annos quatuordecim in pueris, vel ante annos duodecim in puellis, non tenet, propter eccleſiæ ſtatuta. 22æ. q. 88. 9 c. 3m. *. q. 189 5. c 2m. *. 3m 3
Nazaræi profitebantur quandam perfectionem, deponentes comam. 22æ q. 186. 6. b 4
¶ Prohibitio incitat concupiſcentiam tripliciter. ſ. ratione ardui, ratione clauſæ paſſionis, & ratione importunitatis. 12æ. q. 62. 1. 1m. 1
Omne peccatum eſt malum, quia prohibitum iure naturali: non autem iure poſitiuo. 12æ. q 71. 6. 4m 2
Prohibitio ligni ſcientiæ boni & mali, fuit propter figuram. ſ. propter euentum futurum, quia poſt eius eſum homo per experimentum perciperet quid intereſſet inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum: non autem propter naturam arboris malam. 1ª. q. 102. 1. 4m. *. 12æ. q. 102 . 1m 3
¶ Promiſſio eſt actus rationis, quia eſt enunciatio, & ordinatio alicuius 22æ. q. 88. 1. c 1
Promiſſio eſt ordinare quod facere pro alio debeat gratum ei. Sed comminatio eſt contra alium 22æ. q. 83. 1. 2. 1. c 2
Promiſſio nuda, id eſt, non habens aliquid additum ad confirmationem non habet vim plenam obligandi Deo, nec homini 22æ. q 88 3. 1m 3
Promiſſa non debent ſeruari, ſi eſt illicitum quod promittitur: vel ſi ſint mutatæ conditiones perſonarum, vel negociorum. Ad hoc ergo quod homo ſeruare debeat quod promiſit, oportet vt ſit licitum quod promittitur, & quòd omnia immutata permaneant 22æ. q. 110. 3. 5m. 4
¶ Promulgatio legis naturæ ſit ex hoc quod Deus inſeruit eam mentibus hominum naturaliter cuſtodiendam. 12æ. q. 90 4m 1
Promulgatione non indigent præcepta communia legis naturæ, & credere in Deum. 12æ. q. 100. 4. 1m 2
Promulgatio fit verbo & ſcripto. Et vtroque modo promulgatio legis æternæ eſt æterna, ex parte Dei, nõ autẽ ex parte noſtra. 12æ q. 91. 1. 2m 3
Promulgatio legis, neceſſaria eſt ad hoc, quod lex habeat vim obligandi. 12æ. q. 90. 4 o 4
Promulgatio obligat abſentem ſicut & præſentem, inquantum promulgatio ad eum peruenit, vel potuit peruenire per alios. Futuris autem obligat per ſcripturas 12æ. q. 90. 4. 2m. *. 3m 5
¶ Pronomina demonſtratiua dicta de Deo ſecundum quod faciunt demonſtrationẽ ad intellectum: non autem ad ſenſum. 1ª. q. 13. 1. 3m. 1
Pronomina poſſeſſiua coniunguntur nominib. Dei quæ ſignificant rationem principij effectiui, vel finalis, vel exemplaris: non autẽ nominib. Dei, quæ ſignificant per modum formæ inhærẽtis. 1ª. q. 6 1. 3m 2
¶ Propaſſio, eſt paſſio inchoata in appetitu ſenſitiuo, non vltra procedens: ſicut in Chriſto fuit. 3ª. q. 15. 4. c. *. 6. 2m. *. 1m
¶ Prophetia non eſt habitus, nec qualitas permanens, ſed vt paſſio tranſiens. 12æ. q. 68. 3. 3m. *. 22æ. q. 171 2. o. *. q. 174. 3. 2m. *. q. 17. 2. 3m. 1
Prophetia non eſt gratia gratum faciens, ſed gratia data. 12æ q. 68. 1. 3m 2
Prophetia eſt diuinæ inſpiratio rerum, futura immobili veritate denuncians, ſecundum Caſſiodorum. 22æ. q. 171. 3. c. 1. *. 6. b 3
Propheta dicitur quaſi procul fans, vel procul videns: inquantum cognoſcit vel loquitur ea quæ ſunt procul à communi hominum ſenſu, cum quibus conuerſatur, & communicat in ſtatu viæ. 3ª. q. 7. 8 2m 4
Prophetia principaliter & primo conſiſtit in cognitione. Ideo dicitur à phanos. Secundario conſiſtit in locutione: ideo dicitur à fari. Tertio conſiſtit in operatione miraculorum, ad confirmationem eius. 22æ. q. 171. 1. o. *. 2. c. q. 174. 3. 3m. *. 4. c. *. 3ª. q. 7. o. * 5
* Dicitur prophetia, non eſt ænigmatica cognitio. Qua Moyſes fuit propheta: & vidit Deum palam, & non per ænigmata vidit 3ª. q. 7. 8. 1m. 6
In prophetia ſunt duo, ſcilicet repræſentatio, & iudicium de eiis, quod eſt principaliter & completiuum eius, ſine quo non eſt. 22æ. q. 173. 2. c. *. q. 176. 2. 1m 7
Ad prophetiã requiritur lumẽ intellectuale ſupernaturale. 22æ. q. 171. 2. c 8
Ad prophetiã requiritur inſpiratio, quo ad mentis eleuationem: & reuelatio, quo ad perceptionem diuinorum. 22æ. q. 171. 1. 4m 9
Ad prophetiam requiritur maxima mentis eleuatio, ad contemplationẽ ſpiritualium. 22æ. q. 172. 4. c. 10
Bonitas morum, quo ad refrenationem paſſionum & remotionem occupationum exteriorum, requiritur ad prophetiam. 22æ. q. 172. 4. o 11
Diſpoſitio naturalis, non requiritur ad prophetiam, quia Deus ſimul tecum mouet in diſpoſitionem diſponit & perficit. 22æ. q. 172. 3. 2m 12
Prophetia poteſt haberi ſine charitate, & ſine gratia gratũ faciente. 22æ. q. 6. 2. 3m. *. q. 172. 4. c 13
Obiectum prophetiæ, eſt illud quod eſt in cognitione diuina, ſupra facultatem humanam. 22æ. q 174. 2. c. 14
Prophetia eſt de omnibus. Sed primo & principaliter eſt de futuris contingentib. ſecundo de exiſtentib. ſupra vniuerſalem cognitionem hominum, tertio reſpectu alicuius. 22æ. q. 171. 3. o. *. q. 172. 1. c & *. 4m *. 3. c. *. q. 174. 2. 3m. *. q. 178. 1. 1m 15
* Prophetiæ ſunt principaliter de futuris. * Sunt tamen etiam de præſentibus, quæ tamen ſunt procul à cognitione non omnium hominum, ſed quorundam ſecundum ſenſum vel ſecundum intellectum. vt Heliſæus cognouit quæ Giezi præſens fecerat. & ſunt etiam de occultis omnibus hominibus naturaliter: vt myſterium trinitatis. ſunt etiam de myſterio Chriſti ſub nomine hominum, & tunc excedunt veritatem hiſtoriæ. 22æ. q. 171. 3. c 16

Omnis

27 Omnia prophetabilia, ſunt non cognoſcibilia ab homine, niſi per reuelationem Dei. Sed quæ pertinet ad ſapientiam, & ſcientiã, & interpretationẽ ſermonum, poſſunt naturaliter cognoſci ab homine. 22æ.q.171.2.2m.*.q.172.1.c ſi.

28 Prophetæ non vident omnia prophetabilia, ſed tantum ea quæ ſibi ſpecialiter reuelantur. 22æ.q.171.4.o.

29 Aliqua prophetia eſt de præterito, ſicut in Geneſi. Et in aliqua ponitur præteritum pro futuro, propter certitudinem prophetiæ. 22æ.q.171.3.b.

30 Prophetæ non vident Deũ per eſſentiam. 22æ.q.173.1.c.*.4.c.*.3m.*.q.173.1.o.

31 Prophetæ vident in ſpeculo æternitatis, ſeu intelligentiarum, ſiue in libro præſentiæ Dei cauſaliter, non autem formaliter. 22æ.q.173.1.c. ſi.*.1m.*.2m.

32 Prophetæ habent certiſſimam & diſtinctam cognitionem de viſis per ſpiritum propheticũ: non autem de habitis per inſtinctum Dei. 22æ.q.171.5.o.

33 Prophetiæ nullo mõ põt ſubeſſe falſum: ſicut nec præſcientiæ Dei. 22æ.q.171.6.o.*.q.172.1.c.*.5.3m.*.6.2m.

34 Propheta propriè cognoſcit ſe moueri à Deo, ad aliquid æſtimandum, vel ſignificandũ verbo vel facto, nõ tamen omnia quæ per hoc intendit Deus. 22æ.q.171.4 o.

35 Prophetia ſimpliciter dicta, id eſt, ſupra vniuerſalẽ cognitionem hominum, non poteſt eſſe à natura: ſed tantum ex reuelatione Dei, prophetia vero ſecundum quid, id eſt, de aliquibus in ſuis cauſis, poteſt eſſe à natura, ſed fallibiliter. 22æ.q.172.1.o.*.3.c.

36 Prophetia, & aliæ illuminationes, & reuelationes: ſiunt nobis à Deo mediantibus angelis. 1a.q.111.1.o.*.22æ.q.172.2.o.

37 Aliquis ceſſante prophetica illuſtratione actuali, dicitur propheta, ex deputatione Dei, & ex habilitate remanente ad facilius illuſtrari. 22æ.q.171.2.2m.

38 Prophetia prædeſtinationis, completur ſine arbitrio noſtro cauſante, nõ autem ſine eo conſentiente. 3a.q.30.1.1m.

39 Prout prophetia, eſt manifeſtatio alicuius veritatis exiſtentis ſupra hominem. 22æ.q.174.2.c.2m.*.6 c.

30 Prophetia ſecundum, quod poteſt eſſe à dæmonibus, non autem prophetia ſimpliciter. 22æ.q.172.5.o.

31 Prophetia dæmonum, nõ ſit per illuminationes, vt diuina, ſed per viſionem imaginariam vel ſenſibilem: nec eſt ſemper vera, ſicut prophetia diuina. 22æ.q.172.5.2m.*.3m.

32 Prophetæ dæmonum, quandoque prædicunt vera ex inſpiratione diuina, & aliquando per dæmones. 22æ.q.172.6.o.*.q.174.5.4m.

33 Species prophetiæ triplex ſ. comminationis, prædeſtinationis, & præſcientiæ. 22æ.q.174.1.o.

34 Prophetia fit dupliciter, ſ. per influxum luminis tantum, & per ſpecies, impreſſas, vel aliter ordinatas. 22æ.q.1[illegible].2.o.

35 Modus prophetiæ triplex, ſecundum triplicem potentiam cognoſcitiuam. ſ. ſecundum oculos corporis, ſecundum ſpiritum imaginarium, & ſecundum intuitum mentis. 22æ.q.174.1.[illegible]m.

36 Prophetis repræſentantur aliqua quadrupliciter, ſ. in ſenſu exteriori, ſicut Daniel vidit ſcripturã in pariete, & Samuel audiuit verba: vel per formam imaginatione diuinitus impreſſas, ſicut in cæcis natis ſimilitudines colorum: vel per formas diuinitus ordinatas, ſicut Ieremias vidit ollam accenſam, vel ſpecies in intellectu, ſi vt in ſcientia infuſa Salomoni & Apoſtolis. 22æ.q.173.2.o.*.3.c.

37 Modus prophetiæ ſeptuplex, ſecundum differentias ſ. exſtaſis, viſio, ſomnium per nubem, vox de cœlo, parabola, & repletio ſancti ſpiritus. 22æ.q.174.1.1m.

38 Gradus prophetiæ imaginariæ diſtinguitur quadrupliciter. ſ. per ſomnium & vigiliam, per ſigna ſi loqui ei videtur vel non, & ſecundum dignitatem apparentis. 1a.q.12.13.1m.*.22æ.q.174.3.o.

39 Gradus prophetiæ impropriè dictæ duplex, ſ. inſtinctus, i. ſecundum operationem exteriorem, vt Sanſon. & viſio de naturalibus, vt Salomon. 22æ.q.174.3.c.

40 Actus prophetiæ duplex. ſ. principalis, i. viſio: & ſecundarius, id eſt, denunciatio. 22æ.q.171.1.c.

41 Veri prophetæ, tripliciter differunt à falſis Prophetis, ſ. agente, fine, & certitudine. 22æ.q.172 5.3m.

42 Prophetia prædeſtinationis ſemper impletur, non autem prophetia comminationis. 1a.q.19.7.2m.*.22æ.q.171.6.2m.*.q.174.1.c.*.o.

43 *Omnis prophetia de quacunq; re, eſt eiuſdem ſpeciei, quia eſt per vnũ formale ſ. per lumen diuinum. 22æ.q.171.3.1m.

44 Prophetia eſt ſimpliciter excellentior dono linguarum, triplici ratione, ſ. quia cõſiſtit in ipſa illuminatione mentis, quia pertinet ad rerum notitiam, & quia eſt vtilior. 22æ.q.176.2.o.

45 Prophetia intellectualis viſionis, eſt nobilior quã imaginatiæ, niſi reſpectu reuelandi, per ſimilitudinẽ corporalẽ, quia tunc eſt econuerſo. 22æ.q.174.2.o.*.3.c. ſi.*.4.1m.*.5.c.*.q.17[illegible].2.c.1m.*.2a.q.[illegible].1.1m.

46 Prophetia magis propriè dicitur de imaginaria, quàm de intellectuali. 22æ.q.173.2.c ſi.*.q.176.2.3m.*.2.c.

47 Prophetia imaginaria de ſupernaturali veritate, eſt nobilior intellectuali de cognoſcibilib. humana ratione. 22æ.q.174.2 3m.*.3.c.*.q.175.2.1m.

48 Prophetia quanto eſt vicinior Chriſto, tanto eſt maior, & magis poſt, quã anteriùs: licet in quolibet ſtatu prima ſit maior aliis. 1a.q.57.5.3m.*.22æ.q.174.6.o.

49 Idem propheta non eſt ſemper in eodem gradu prophetiæ, ſed quandoque in maiori, & quandoque in minori. 22æ.q.174.3.2m.

Moyſes fuit cæteris prophetis ſimpliciter maior, licet ſecundum quid ſit minor aliquo. 22æ.q.174.4.o. 50

Propheta Dauid ex propinquo attingit ad viſionem Moyſis maiorem, quo ad cognitionem diuinitatis ſed econuerſo, in cognoſcendo & exprimendo myſteria incarnationis Chriſti. 22æ.q.174.4.1m. 51

Ioannes Baptiſta fuit maior propheta Moyſe, & cæteris Prophetis veteris teſtamenti. 22æ.q.174.4.3m. 52

Propheta non cognoſcit Deũ, nec beati, angelis. 22æ.q.173.1.c.*.q.174.5.o.*.3a.q.7.8.c.*.q.31.1.c. 53

Prophetia fuit in Chriſto, inquantum fuit viator. 22æ.q.174.5.3m..3a.q.7.8.o.*.q.31.2.o. 54

Ille cuius tantum intellectus illuminatur ad iudicandum viſa ab aliis, ſicut Ioſeph & Daniel, eſt propheta. 22æ.q.173.2 c. 55

Ille cui oſtenduntur ſimilitudines ſine lumine intelligentiæ, ſicut Pharao, vel Nabuchodonoſor, vel Balthaſar, non eſt propriè propheta. 22æ.q.173.2.c. 56

Abraham, Iſac, & Iacob, fuerunt prophetæ. 22æ.q.174.6.c. 57

*Dauid habuit prophetiam, quo ad intuitum mentis ſine imaginaria viſione. 22æ.q.174.2.1m. 58

Omnes numerati inter prophetas, habuerunt prophetiam imaginariam, de ſupernaturali veritate, & habebant officium prophetandi, & loquebantur in perſona Dei, non autem agiographi. 22æ.q.174.2.3m. 59

Omni tempore fuerunt prophetæ, etiam in nouo teſtamento. 22æ.q.95.2.1m.*.q.174.6.o. 60

Prophetæ fuerunt maxime in abundantia, tẽpore regum: quia tunc populus erat liber, ideo inſtrui debebat de agendis. 22æ.q.174.6.2m. 61

Prophetiæ inceperunt ſcribi per Iſaiam & Oſee, quando Roma condita fuit. 22æ.q.174.6.3m. 62

Propitiatorium erat tabula ſuper alas cherubin, quia exinde Deus propitiabatur populo. 12æ.q.102.4.6m.

PROPORTIO ſecundum primam nominis impoſitionem ſignificat habitudinem quantitatis ad quantitatem, ſecũdum determinatum exceſſum vel adæquationem: ſed transfertur ad ſignificandam habitudinem quancunque, ſicut materiæ ad formam, potentiæ ad actum, obiecti ad potentiam, finiti ad infinitum, & creaturæ ad creatorem. 1a.q.12.1.4m. 1

Proportio propriè, nõ eſt finiti ad infinitum, nec creaturæ ad creatorem: ſed proportionalitas, ſ. ſimilitudo proportionum. 1a.q.12.12.[illegible]m. 2

Cognitio ſenſitiua, non ſe extendit ad proportionem vnius ad alterum. 22æ.q.18.4.c. 3

Propoſitionis veritas duplex, ſ. rei, & ſigni. 1a.q.16.3.3m.

Propoſitiones affirmatiuæ veræ, poſſunt formari de Deo. 1a.q.13.12.o. 2

Propoſitiones affirmatiuæ de Deo, dicuntur incompactæ vel inconuenientes, propter modum ſignificandi. 1a.q.13.12.1m. 3

Cum dicitur Deus ſcriuit aliquid eſſe futurum contingens, non ponitur ibi contingens, niſi vt materia verbi, & non vt pars principalis propoſitionis. 1a.q.14.13.2. 4

Propoſitum eſt actus voluntatis deliberatæ. 22æ.q.38.1.c. 1

*Propoſitum pro facto reputatur. 1a.q.3.5.3.2m. 2

PROPRIVM eſt de genere accidentium. 12æ q.83.12.2m. 1

Proprium non addens aliquid nobilitatis ſupra commune, non habet proprium nomen, ſed nominatur nomine communis. 22æ.q.121.1.2m.*.22æ q.9.2.c.*.q.10.2.2m.*.q.16.1.1m. 2

In omni re, proprium accidens eſt aliud ab eſſentia eius, & eſt poſterius ea, ordine generationis & perfectionis. 1a. q. 3. 6.c.*.q.3 5.4.3m. 3

Proprium fluit a ſubiecto, ſine mutatione, ſed per naturalem reſultantiam. 1a q.77.6 3m. 4

Propter ſe duplex. ſ. quod diuiditur contra per aliud, & contra per accidens: primo modo ſanitas diligitur propter ſe, virtutes autem ſecundo modo. 22æ.q.145.1.1m. 1

Propter quod vnumquodq; & illud magis: intelligitur tantum in iis, quæ ſunt eiuſdem ordinis, ſicut in eodẽ genere cauſæ, puta ſi dicatur quod ſanitas eſt deſiderabilis propter vitam, ſequitur quod vita ſit magis deſiderabilis: ſi autem accipiantur ea quæ ſunt diuerſorum ordinum, non habet veritatem: vt ſi dicatur quod ſanitas eſt deſiderabilis propter medicinã, non ideo ſequitur quod medicina ſit magis deſiderabilis, quia ſanitas eſt in ordine finium, medicina autem in ordine cauſarum efficientium. 1a.q.87.2 3m.*.q.38.3.2m. 2

Prorumpere.*. Homo, prorumpit facile, ad manifeſtandum conceptum cordis. 12æ.q.42.7.o. 1

Iracundus in verba contumelioſa prorumpit. 12æ.q.7.27.c. 2

Licet triſtari de gloria & proſperitate inimici, inquantum eſt nociua. 22æ.q.36.2.o.*.q.158.1.3m.

Status religionis,præfertur eleemoſynæ,& virginitati ſecularium,quia conuenientes in monaſterio ad hoc quod inhæreant Deo poſtponunt propriam voluntatem,& omnia quæ poſſunt habere,Sed virgines ad hoc poſtponunt venereas voluptates. Et ideo virginitas non ſimpliciter eſt maxima virtutum.22ª.q.152.5.2m.*.3m.*.22ª.q.152.5.b.*.c.*q.186.8.c. 21
Status religionis poteſt conſiderari tripliciter.ſcilicet vt exercitium tendendi ad perfectionem charitatis,vt quietatis.& vt holocauſtum 22ª.q.186.7.5. 22
Difficilius ſeruantur præcepta Dei in ſeculo,quàm in religione.22ª.q.189.1.c. 23
Omnis religio,ſumpſit originem à diſcipulis Chriſti.22ª.q.188.7.c.fi. 24
Voluntaria paupertas requiritur vt primum fundamentum,ad perfectionem religionis.22ª.q.186.3.o.*.4.o.1m. 25
Habere aliquid proprium,repugnat perfectioni religionis,nó autem habere aliquid in communi,ſed aliqualiter impedit,ſi ſuperabundet.22ª.q.188.7.o. 26
Ad perfectionem religionis,requiritur perpetua continentia.12ª.q.88.11.c.fi.*.q.186.4.o. 27
Obedientia requiritur ad * perfectionem religionis:quia cum religio ſit diſciplina,& exercitium tendendi ad perfectionem,neceſſaria eſt directio aliquorum quaſi magiſtri,qué omnino ſequantur proficientes,quod fit per obedientiam ad maiores.22ª.q.186.5.o. 28
Votum triplex requiritur ad perfectionem religionis.ſ.votum paupertatis,continentiæ,& obedientiæ.12ª.q.108.4.c.*.22ª.q.186.6.o. 29
Perfectio religionis integratur ex prædictis tribus votis.22ª.q.186.7.o.*.q.188.1.2m.*.c.2m. 30
Votum obedientiæ eſt præcipuum inter tria vota religionis.22ª.q.186.8.o.*.q.188.1.1m. 31
Interiores actus virtutum,nó cadunt ſub voto religionis,ſed religio ad eos ordinatur,vel ad finem.22ª.q.186.7.1m. 32
Ad religionem requiritur ſubtractio impedientium hominem,ne totaliter feratur ad ſeruitium Dei 22ª.q.188.4.c. 33
Omnes obſeruantiæ religionum,ordinantur ad tria principalia vota,ad quæ etiá pertinet habitus,vt ſignum obligationis ideo ſimul datur,vel benedicitur cum profeſsione,22ª.q.186.7.2m.*.q.188.2.2m. 34
Per ingreſſum religionis,homo totaliter ſe mancipat Dei obſequiis.22ª q.189.3.c.1m. 35
In ingreſſu religionis,recipitur tanta gratia,quanta recipitur in baptiſmo,& remittitur omnis pœna. Sed hoc non eſt quia aliquis ſe à ſatisfactione abſoluatur,ſed quia eo ipſo quod ſuam voluntatem etiam in ſeruitutem redigit propter Deum,plenariè iam pro omni peccato ſatisfacit quam charitatem habet omnibus rebus mundi,de quibus tantum poteſt dare,quod eleemoſynis omnia peccata ſua redimeret,etiá quantum ad pœnam.22ª.q.189.3.3m. 36
Conſilium vel magna deliberatio non requiritur ad ingreſſum religionis ſecundum ſe,nec quo ad vires,ſed quo ad impedimenta,vel modos religionis per doctrinam maiorum,ab iis qui ſperantur prodeſſe.vt de ingreſſu religionis frequenter cótingit,ex ipſo ſermone prædicationis,vel ex virtuoſa operatione,& excellenti vita doctoris.22ª.q.189.10.o. 37
Habens votum,vel iuramentum minoris religionis,licite inducitur ad maiorem,non autem econuerſo,niſi diſpenſetur.22ª.q.189.8.3m. 38
Non licet inducere aliquem ad religionem,per falſam doctrinam.22ª.q.189.9.o. 39
Inducens alios ad religionem,non peccat ſi fiat ſine violentia,ſimonia,& mendacio ſed magnum præmium meretur.22ª.q.189.9.o. 40
Licet dare,vel recipere aliquid,pro victu in monaſterio,ſi non ſit ſufficiens,nó autem pro ingreſſu religionis,quia ſimonia eſt.22ª.q.100.3.4m 41
Licet mittere pauperes ad religionem,vel allicere muneribus,licet non ſit licitum ex pacto aliquid dare vel recipere pro ingreſſu monaſterii 22ª.q.189.9.c.*.q.100.3.4m. 42
Presbyteri curati,archidiaconi,poſſunt ſine licentia ingredi religionem.22ª q.184.6.8.c.4m.*.q.189.7.o. 43
Non licet parentibus ingredi religionem,niſi prouiſo,quod filii educari poſſint.22ª.q.189.6.c. 44
Non licet filiis ingredi religionem ſi parentes ſine eis commode viuere non poſſint,22ª.q.189.6.o.*.q.101.4.2m.*.4m. 45
Seruus non poteſt recipi in religione,inuito domino eius.22ª q.88.8.2m.*.4m.*.q.189.5.c.6.3m. 46
Obligatus debita priua debet ſoluere,quantum poteſt.& tunc poteſt ingredi religioné licet non poſsit omnia ſoluere.22ª.q.189.6.3m. 47
Puer ante pubertatem poteſt recipi in religione,de conſenſu parentum.ſed poſt,etiam eis inuitis.22ª.q.88.8.2m.*.5.o.*.q.189.5.c. 48

Non

49 Nō exercitati in præceptis D., debēt recipi ad religionē. 22æ.q.189.1.0.
50 Facilius conuertuntur ad religionem peccatores, quàm præſumentes de ſua innocentia. 22æ.q.189.1.1m.
51 Recepti ſiue nati ſcienter poſt concilium generale, repelluntur à ſuo monaſterio, ſine ſpe reſtitutionis, & ad perpetuam pœnitentiam, in arctiori regula debent poni, vel in alio loco eiuſdem ordinis, ſi arctior ordo non inuenitur. Si vero ante, debent poni in alio eiuſdem. Vel ſi non poteſt, ſint in eodem, ne vagentur, ſed in loco inferiori. Si autē ignoranter, poſtquam renunciauerint, poſſunt de nouo recipi, mutatis locis, 22æ.q.100.6.5m.
53 Obligare ſe voto, ad ingreſſum religionis, eſt laudabile ſecundum ſe, 22æ.q.88.4.0.89.10.
53 Vouens ingredi religionem, tenetur intrare quàm citius poteſt, niſi poſuerit terminum. 22æ.q.88.3.2m.q.189.3.0.
54 Vouens ingredi religionem non tenetur ibi perpetuò manere, niſi hoc intenderit, 22æ.q.189.4.0.
55 Eadem ratio eſt de monachis & de aliis religioſis, quo ad cōmunia omnis religionis, non autē quo ad propria monachorum. 22æ.q.186.2m.
56 Religioſi non tenentur habere perfectam charitatem, ſed ad hoc tendere, & ad hoc operam adhibere, 22æ.q.186.2.c.1m.q.9.c.
57 Nec ad ea quæ conſequuntur perfectionem charitatis, ſed ad hæc tendere, non contemnendo, 22æ.q.186.2.c.
58 Nec ad omnia exercitia, per quæ venitur ad perfectionem, ſed tantum ad taxata ſecundum regulam ſuam. 22æ.q.186.2.c.
59 Nec ad omnia conſilia de particularibus melioribus, ſed ad aſſentia religionis. 22æ.q.186.2.3m.
60 Nec ad alia quàm ſeculares, niſi quæ ad eorū vota pertinent 22æ.q.110.4.5m.q.187.1.0.
61 Nec ad opera manualia pluſquàm ſeculares, niſi ad quæ tenentur ex ſtatuto ordinis ſui. 22æ.q.187.3.0.
62 Religioſus factus epiſcopus, non abſoluitur à tribus votis religionis, quia nihil debet habere proprium, ſed eſt diſpenſator communium bonorum eccleſiæ. Sed per accidens non tenetur obedire, ſi ſuperiorē non habent ſicut nec abbas. 22æ.q.88.11.4m.q.185.8.0.
63 Profeſſi religionem, mortui ſunt mundo, & viuunt Deo. Vnde nō ſunt reuocandi ad vitam humanam occaſione cuiuſcunque euentus. 22æ.q.88.11.2m.
64 Nec religioſos oportet exire clauſtrum, ad corrigendum delinquentes. 22æ.q.10.4m.6.
65 Profeſſus non debet exire religionem, vt parentibus ſubueniat, ſed procuret eis ſicut poteſt cum licentia. 22æ.q.101.4.4m.q.189.6.2m.
Tranſgreſſio regulæ, quo ad tria vota principalia religionis, eſt peccatum mortale, nō autem quo ad alia, niſi propter præceptum vel cōtēptū. In quibus tamen aliis vt eſt ſilentium ſolitudo, abſtinentiæ, & vigiliæ graues, poſſunt prælati in religione ipſi ſecum diſpenſare, ſicut & cū aliis 22æ.q.88.12.4m.q.185.3.0.q.186.9.0.q.188.5.c.
67 Licet religionem ex cōmiſsione ſpeciali, & ſimilia, 22æ.q.187.1.0.4m.
68 Religioſis competit principaliter intendere ſtudio literarum pertinentium ad doctrinam, quæ eſt ſecundum pietatem. Aliis autem doctrinis intendere, nō pertinet ad religioſos, quorum tota vita diuinis obſequiis mancipatur, niſi inquantum ordinantur ad ſacram doctrinam. 22æ.q.188.5.3m.
69 Licet eis aduocare pro monaſterio, pro pauperibus, & viduis, non autē propter aliquod mundanum, 22æ.q.187.2.0.q.187.1.1m.
70 Licet eis tractare negociis ſecularibus, moderatè, cum licentia, ex charitate, non autem ex cupiditate, 22æ.q.18.3.2m.q.187.2.0.q.188.2.1m.q.189.6.1m.
71 Licet eis viuere de eleemoſynis, quaſi debitis ſibi dupliciter, ſ. ratione neceſſitatis triplicis, i. infirmitatis, egeſtatis, & conſuetudinis: & ratione operis quadruplicis, ſ. prædicationis, altaris, ſtudii, & donationis omnium bonorum ſuorum monaſterio 22æ.q.187.4.0.
72 Licet eis mendicare pro humilitate, neceſſitate, vel vtilitate, non autem ex cupiditate, ſicut ſecularibus. 22æ.q.187.5.0.
73 Licet eis vti vilibus veſtibus, ad contemptum ſeculi, ad pœnitentiam, & humilitatem 22æ.q.169.1.4m.q.187.6.0.
74 Religioſis in ſtatibus licet bellum facere, auctoritate principis, non autē auctoritate propria 22æ.q.188.3.4m.q.3m.
75 Religioſi dicuntur dupliciter, ſ. communiter omnes qui per fidem colūt Deum, & ſpecialiter, qui totam vitam ſuam dedicant cultui diuino. 22æ.q.81.1.5m.q.188.1.2m.q.3.2m.
76 Gradus religionis triplex, cui cōpetit triplex gradus paupertatis, ſ. quia primum & ſummum gradum in religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, quæ propinquiſſimæ ſunt perfectioni epiſcoporum. ſecundum autem gradum tenent illæ, quæ ordinantur ad contemplationem, tertius eſt earum quæ occupantur circa exteriores actiones 22æ.q.188.6.c.q.7.0.
77 Religionum aliquæ ordinantur ad opera vitæ contemplatiuæ, aliquæ vero ad opera vitæ actiuæ. 22æ.q.188.2.0.q.3.4.5.c.
78 Religiones ſunt diuerſæ, principaliter ſecundum fines, ſecundario ſecundum exercitia. 22æ.q.188.1.0.c.
79 Quædam religio, conuenientiſſime inſtituta eſt ad prædicationes, confeſsiones, & alia huiuſmodi ſpiritualia. 22æ.q.188.4.0.
80 Et ad ſtudium, quia illud illuminat, remouet errores, prodeſt ad prædicandum, & huiuſmodi, domat luxuriam & auaritiam, & valet ad obedientiam 22æ.q.188.5.0.
81 Et aliquæ ad militandum, non quidem propter aliquid mundanum, ſed ad defenſionē diuini cultus, & proximi 22æ.q.188.3.0.q.2m.q.3m.

Summum gradum in religionibus tenent quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, ſecundum vero quæ ad contemplandum, tertium autem quæ ad opus externum. Et in ſingulis præeminent, quæ ſunt ad altiorem actum in eodem genere, vel ad plura, vel quæ habent ſtatuta conuenientiora ad ſuum finem conſequendum, non autem quæ eſt arctior 22æ.q.188.6.0.q.189.1m. 82
Religio principaliter eſt melior, cuius finis eſt potior, id eſt ad maius, vel ad plura, ſecundario autem, quæ melius proportionatur fini. 22æ.q.188.6.0.q.189.7.c. 83
Religio tanto perfectior eſt ſecundum paupertatem quanto habet eam magis proportionatam ſuo fini. 22æ.q.188.7.c.1m. 84
Religio ordinata ad actiones corporales, eſt imperfecta ſi cæteris dimiſsis in ſolitudine, non autem aliæ 22æ.q.188.6.c.q.189.8.c.m. 85
Religio ſolitariorum, eſt perfectior quàm ſocialis, ſed periculoſiſsima eſt imperfectis. 22æ.q.188.8.0. 86
Tranſire de vna religione in aliam, non eſt laudabile ſecundum ſe, quia ſcandalum præſtant in prima, & ... aut ... niſi forte propter magnam vtilitatem, vel exercitatem. Sed ſi debilitet tranſitum triplicem, ſ. zelo profectionis religionis, vel quia melius ſeruatur, licet ſit arctior, vel propter infirmitatē. In primo debet petere licentiam, propter humilitatem, ſed negari non poteſt ... non conſtet, ... iudicium ſuperiorum. Item & in ſecundo, ſed in tertio requiritur diſpenſatio, 22æ.q.189.8.0. 87
Nulla ſatiſfactio æquiparatur pœnitentiæ religioſorū. 22æ.q.189.3.4m. 88
Status ſecularium, periculoſior eſſe dicitur, quàm religionis ſtatus. 22æ.q.189.1.c.5m.6. 89
Cum quis nō poſsit Deo oblationē præſtare ex re aliena non poteſt vir ſe ipſum Deo offerre ſine conſenſu vxoris, cuius ſuum corpus eſt, conſummatione matrimonii, ſi dicitur. ſ. q.61.2.0. 90
Sicut poſt carnalem copulam ſoluitur matrimonium per mortem carnalem, ita ante copulam carnalem, quod ſolum eſt vinculum ſpirituale, matrimonium dirimi poteſt, per ingreſſum in religionem cum religio ſit quædam mors ſpiritualis. ſ.q.61.2.c. 91
Pōt mulier mortuo viro ſpiritualiter per ingreſsū religionis alteri nubere, ſicut etiā idē eſt eius viro defuncto morte corporali. ſ.q.61.3.0. 92
¶ Religioſi crucifixi cum Chriſto dicuntur, qui qualibet arctioris diſciplinæ iniit iure ſubeunt, ſecundum Bedam. 3a.q.46.11.c.
¶ Reliquiæ ſanctorum, vel diuina verba, licite portantur ſuſpenſa ad collum, ſi portemus ex fiducia Dei & ſanctorum, quorum ſunt reliquiæ. Si autem circa hoc attendatur aliquid aliud vanum, puta quod vas in quo ſunt, eſt triangulare, aut aliquid aliud huiuſmodi, quod non pertineret ad reuerentiam Dei & ſanctorum, eſſet ſuperſtitioſum & illicitum 22æ.q.96.4.1m.
¶ Remedium duplex, contra malum, ſ. impediens futurum, & remouens malum præteritum. 22æ.q.46.6.
¶ Reminiſcentia eſt inquiſitio eius, quod excidit à memoria, & prior ratio eſt tantum in parte ſenſitiua, & tantum in homine. 1a.q.78.4.c.6.q.m.q.12a.q.74.3.1m. 1
Ex parte memoratiuæ, non ſolum habet homo memoriam, ſicut cetera animalia, in ſubita recordatione præteritorum, ſed etiam habet reminiſcentiam quaſi ſyllogiſtice inquirendo præteritorum memoriam, ſecundum indiuiduales intentiones. Et illam eminentiam habet cogitatiua & memoria in homine, non per id quod eſt proprium ſenſitiuæ partis, ſed per aliquam affinitatem & propinquitatem ad rationem vniuerſalem, ſecundum quandam refluxionem. Et idem non ſunt aliæ vires, ſed eædem perfectiores quàm ſunt in aliis animalibus 1a.q.78.4.c.5m. 2
¶ Remiſsio in puniendo, opponitur directe crudelitati, non autem ſeueritati. Nec eſt remiſsio, ſi contra iuſtitiam, 22æ.q.157.2.1m.
¶ Remuneratio. Bona facta ſine gratia remunerantur in præſenti. 22æ.q.81.6.0.q.174.2.2m.q.3a.q.89.6.c.q.1m.
¶ Remunerator. Inquirentibus ſe, Deus remunerator eſt. 22æ.q.2.5.b.q.3a.q.56.2.1m.
¶ Renitere. Licet votum eorum, qui ſunt alterius poteſtati ſubditi, non ſit firmum, nec conſenſu eorum, quibus ſubiiciuntur, non tamen peccant renouando, quia in eorū voto intelligitur debita conditio ſ. ſi ſuis ſuperioribus placuerit, vel ſi non renitantur, 22æ.q.88.8.4m.q.3a.q.28.4.0.
¶ Reparatio. Reparari naturam humanam poſt lapſum, fuit conueniens ex parte Dei, quia in hoc manifeſtatur miſericordia, potentia, & ſapientia eius, & ex parte naturæ humanæ, & vniuerſi. 3a.q.1.1.c.
¶ Reprobatio Dei, eſt pars prouidentiæ, reſpectu eorum qui exciderunt à beatitudine: ſicut prædeſtinatio, reſpectu eorum qui diuinitus ordinantur ad eam 1a.q.23.3.c.
Reprobatio addit ſupra præſcientiam, voluntatem permittendi peccare, & inferendi pœnam æternæ damnationis. 1a.q.23.3.c. 2
Reprobatio Dei, non ſubtrahit aliquid de potentia reprobati ideo dicitur impoſsibilis totam conditionatam ad gratiam, non autem abſolutam. 1a.q.23.3.3m. 3
Deus reprobat aliquos homines. 1a.q.23.3.0.q.4.c. 4
¶ Reptile eſt animal cuius corpus, non multum eleuatur à terra per inſtrumenta motus ſed repit vt coſtarum, vt ſerpens, vel vt articulorum vt annuloſa, vel vt oris, vt quædam vermia, vel vt penularū, vt piſces. 1a.q.72.2m. 1
Reptilium quædam ſunt aquatica, & quædam terreſtria: ideo commemorantur in ſcriptura cum vtroque elemento, 1a.q.71.0.q.72.1m. 2
Cum.

3 Cum coniugij fines ſint ita à lege naturæ conſtituti, vt perpetuo liberi educentur, hæredeſque inſtituantur, merito eodem iure vir ab vxore ſeparari non poteſt. Suppl. q. 67. 1. 0.

2 Sine inſeparabilitas matrimonii inter prima præcepta legis naturæ ſit, inter ſecũda cõtineatur, ſub diſpẽſatione cadere põt. Suppl. q. 67. 2. 0.

3 Non licebat Dei mandato ſub lege Moyſi vxorem repudiare, ſed propter duritiam cordis Iudæorum illis permittebatur, vt maius malum euitaretur. Suppl. q. 67. 3. c.

4 Cum mulier quanto tempore vir viuit alligata ſit legi viri, non poteſt etiam repudiata alteri nubere, niſi ex diſpenſatione diuina ei permiſſum fuerit. Suppl. q. 67. 4. 0.

5 Ne temere vxorem vir repudiaret, prohibitum fuit ne ſemel ab eo repudiatam denuo in vxorem acciperet. Suppl. q. 67. 5. c.

6 Repudii proxima cauſa eſt, odium viri in vxorem, quod cum ex aliqua cauſa contrahatur, alias eſſe cauſas, ſed remotas, repudii fatendum eſt. Suppl. q. 67. 6. 0.

7 Cauſæ repudii in libello particulariter non ſcribebantur, ſed generatim. Suppl. q. 67. 7. c.

1 ¶ Requiri ad aliquid contingit quadrupliciter, ſ. vt præparans, perficiẽs, coadiuuans, & concomitans, 13. q. 4. 1. c.

2 Quandocunque multa requiruntur ad vnum, neceſſe eſt vnum eorũ eſſe principale, 22. q. 40. 6. 1m.

¶ Res eſt vnum de tranſcendentibus. Ideo eſt communis, & indifferẽs, ad abſolutum & relatiuum, 1a. q. 39. 3. 1m.

¶ Reſpectus diuerſi Dei ad creaturam, ſunt in Deo ab æterno, 1a. q. 13. 7. 3m.

1 Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, quia nihil aliud videtur eſſe, quàm aliquem ſtatuere in poſſeſſionem rei ſuæ, 22. q. 62. princ. *, q. 62. 1. 0. *. 5. c.

2 Reſtitutio mala ablati, eſt de neceſſitate ſalutis, quantum poſſibile eſt, 22. q. 62. 2. 0. *. q. 79. 3. 2m.

3 Reſtitutio proprie, eſt rationem debiti, & in rebus exterioribus, quia ſupponit identitatem, ſed trãsfertur etiam ad actiones & paſſiones, 22. q. 62. 1. 2m. *. 2m.

4 Quando res non eſt reſtituibilis, ſicut membrum mutilatum, debet fieri recompenſatio, quantum poſſibile eſt, 22. q. 62. 2. 1m.

5 Reſtitutio debet ſtatim fieri, vel dilatio peti ab eo qui poteſt concedere vſum rei, quia implicat præceptum negatiuum * quod obligat ſemper, & ad ſemper, 22. q. 62. 2. c. *. q. 72. 8. 0.

6 Ante ſententiam iudicis, ſufficit reſtituere ſimplum, ſed poſt eã, tenetur etiam ad pœnam pro culpa, 12. q. 105. 2. 9m. *, 22. q. 62. 3. 0. * 4. c.

7 Reſtitutio præfertur ſubuentioni parentum, niſi in extrema neceſſitate, 22. q. 31. 3. 3m. *. q. 32. 7. 3m. *. q. 62. 5. 4m.

8 Qui rem alienam accepit iniurioſe, vel ad ſui vtilitatem, tenetur reſtituere etiam ſi amiſit eam, 22. q. 62. 6. 0.

9 Quicunque eſt cauſa iniuſtæ acceptionis, directe vel indirecte, tenetur ad reſtitutionem, 22. q. 62. 7. c.

10 Qui habet rem alienam, tenetur reſtituere, ratione rei, qui vero eã abſtulit, tenetur reſtituere, ratione actionis iniurioſæ, 22. q. 62. 6. c. 1m.

11 Principes tenẽtur ad reſtitutionem, ſi latrones increſcant, quia redditus quos habẽt, ſunt quaſi ſtipẽdia, vt cõſeruẽt iuſtitiã, 22. q. 62. 7. c. 3m.

12 Impediens aliquẽ iniuſte, ne acquirat præbẽdam, tenetur ad reſtitutionẽ ad arbitrium boni viri, non autem ſi iuſte impedit, 22. q. 62. 2. 4m.

13 Sufficiens ſemina, vel tenens pecuniam creditoris, vtra terminum præfixum, tenetur reſtituere: non quidem totum lucrum poſſibile, ſed ſecundum æſtimationem, penſatis periculis, laboribus, & expenſis, 22. q. 62. 4. 1m. *. 2m.

14 Inueniens aliquid, quod de propinquo fuit alicuius, non habentis illud pro derelicto, tenetur ad reſtitutionem, non autem ſi nunquam fuerat alicuius, vt gemmæ in littore, vel tantum antiquitus, vt theſauri, ſed conceduntur occupanti, tamen ſecundum leges ciuiles, medietas debetur domino agri, 22. q. 66. 5. 2m.

15 Quando vnus ionum reſtituit, alii non tenentur principali, ſed debent refundere partem ſuam ſoluenti totum, 22. q. 62. 6. 3m. *. 7. 2m.

16 Reſtitutio poteſt fieri per confeſſorem ſecrete, ne crimen detegatur, 22. q. 62. 6. 2m.

17 Reſtitutio ſemper debet fieri ei, à quo aliquid ablatũ eſt, 22. q. 62. 5. 0.

18 Si is cui reſtitui debet aliquid, mortuus eſt, debet dari hæredibus eius, 22. q. 62. 5. 3m.

19 Si vero ignotus ſit, debet dari pauperibus, præmiſſa diligenti inquiſitione, 22. q. 62. 5. 3m.

20 Si autem ſit multum diſtans debet ei mitti, præcipue ſi ſit res magni valoris vel debet deponi, 22. q. 62. 5. 3m.

21 Quando prelatus iniuſte concedit res eccleſię, debet reſtitui eccleſiæ, vt deueniant ad ſucceſſorem eius, 22. q. 62. 5. 5m.

1 ¶ Reſurrectio ſignificatur per octauũ, triplici ratione, ſcilicet ad excludendum quorundam falſam opinionem, propter duplicem vitam, ſ. actiuam & contemplatiuam, quarum vna ſignificatur per quaternarium, & alia per ternarium, & quia reſurrectio octaua ætate erit, 12. q. 102. 5. 3m. *. q. 70. 3. 3m.

2 Et erit miraculoſa ſimpliciter, ſ. ex parte principii ſupernaturalis, ſ. Dei, ſed erit naturalis ſecundum quid, ſ. ratione termini, 1a. q. 105. 7. 2m.

3 Omnes reſurgent in ætate iuuenili, non quidem quo ad numerum annorum, ſed quo ad ſtaturam, 3a. q. 46. 9. 4m.

4 Omnes reſurgent immortales, & incorruptibiles, etiam ſecundum corpus, 1a. q. 97. 3. c.

Natura mortalitatis, non auferetur à reſurgentibus, ſed erunt eiuſdem ſpeciei, ſicut nunc, 3a. q. 54. 1. 2m. 5

Corpora ſanctorum, poſt reſurrectionem erunt impaſſibilia proprie, ex dominio animę ſupra corpus, & magis, in magis beatis, & non natura quinti corporis, vt quidam dicũt, quia corpus quintum, non venit materialiter ad compoſitionem corporis humani. Et impoſſibile eſt dicere, quod aliqua virtus qualis eſt virtus corporis cæleſtis, trãsferat corpus humanum ad proprietatem gloriæ, qualis eſt impaſſibilitas corporis glorioſi, cum immortalitatem corporis humani Apoſtolus attribuat virtuti Chriſti. Et etiam non poteſt natura cæleſtis ita dominari in corpore humano, quin natura elementaris remaneat, cum ex elementalibus ſint principiis paſſibilitas ineſt, 1a. q. 97. 2. c. 6

Hæc eſt impaſſibilitas, non tollet ſenſus, ſed omnes ſenſus beatorum, ſimul erunt in actu proprio, per immutationem ſpiritualem ab obiecto exteriori, 12. q. 3. 3. c. 7

Tunc non erit vſus ciborum, venereorum, ſomni, & huiuſmodi, 1a. q. 97. 3. c. 8

Neceſſarium fuit Chriſtum reſurgere, quintuplici ratione, ſ. ad commendationem diuinę iuſtitiæ, ad confirmationem fidei noſtræ ad ſubleuationem noſtræ ſpei, ad informationem vitæ fidelium, & ad complementum noſtræ ſalutis, 3a. q. 53. 1. 0. *. 2. c. *. 3. 1m. 9

Chriſtus conuenienter reſurrexit tertia die, & nõ ſtatim, nec in fine mũdi, ad confirmationem fidei, de humanitate & deitate eius, 3a. q. 51. 4. 0. *. q. 53. 2. 0. 10

Chriſtus reſurrexit mane diluculo, 3a. q. 51. 4. 3m. *. q. 53. 2. 3m. *. q. 83. 2. 4m 11

Corpus Chriſti reſurrexit glorioſum & integrũ, cũ qualibet parte ſua, 3a. q. 54. 1. 2. 0. *. q. 55. 6. 4m. 12

Reſurrectio Chriſti non debuit primo manifeſtari omnibus, ſed gradatim. Et primo mulieribus, * vt mulier quæ primo nuncium mortis ad hominem detulit, primo etiam nũciã reſurgentis Chriſti, in gloria, nũciaret: & ſimiliter vt oſtenderetur quo ad aſſequendam gloriam, nihil facere ſexuum differentiam: ſed ſi maiori charitate feruerint, maiori etiam gloria refulgebunt in regno beatorum, 3a. q. 56. 2. c. *. q. 55. 1. 0. 13

Nec immediate * ipſa reſurrectio debuit ab hominibus videri, ſicut eius aſcenſio, eo quod Chriſtus non rediit reſurgendo, ad vitam communem hominibus notam, ſed ad vitam immortalem & Deo conformem. Et quia quæ ſupra hominem ſunt, per angelos debent nunciari hominibus. Ideo reſurrectio Chriſti debuit per angelos hominibus nunciari, 3a. q. 55. 2. 0. 14

Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam, apparuit plaries, vt oſtenderet veritatem reſurrectionis. Sed nõ conuerſatus eſt cum diſcipulis ſuis continue, ſicut prius, vt oſtenderet gloriam ſuam, 3a. q. 55. 3. 0. 15

Chriſtus conuenienter & ſufficienter probauit reſurrectionem ſuam, duplici teſtimonio, ſ. angelorum ſacræ ſcripturæ, & argumentis, id eſt, ſignis euidentibus 3a. q. 55. 5. 6. 0. 16

Chriſtus fuit primus reſurgens ſimpliciter. Sed aliqui prius ſecundum quid, quia iterum mortui ſunt, 3a. q. 47. 3. 6. 0. *. q. 53. 3. 0. *. q. 56. 1. c. 3m. 17

Qui cum Chriſto reſurrexerunt mortui ſunt iterum, ſecundum Auguſtinum & Hieronymum, licet Hieronymus aliquando videatur dicere quod non, 3a. q. 53. 3. 2m. 18

Chriſtus ſecundum diuinitatem, fuit cauſa ſuę reſurrectionis, non autem ſecundum humanitatem, 3a. q. 53. 4. 0. 19

Reſurrectio Chriſti, eſt cauſa efficiens & exemplaris reſurrectionis noſtre, quo ad corpora, & quo ad animas per gratiam, tamen virtute principalis cauſe, ſ. iuſtitie Dei, 3a. q. 54. 2. c. *. q. 56. 1. 2. 0. *. q. 59. 2. c. 6. *. q. 62. 5. 1m. 20

Reſurrectio Chriſti, eſt cauſa exẽplaris reparationis vite noſtre, & mors Chriſti, deſtructionis mortis noſtre: licet vtraque ſit cauſa effectiua vtriuſque, 3a. q. 56. 1. 4m. *. q. 62. 6. 1m. *. 3m. 21

Exemplaritas reſurrectionis Chriſti proprie ſe extendit tantum ad bonos, licet efficientia eius proprie ſe extendat ad reſurrectionem tam bonorum quàm malorum, 3a. q. 56. 1. 3m. 22

Fatendum eſt reſurrectionem eſſe, in qua anima ſuo corpori in perpetuum vnietur, Suppl. q. 75. 1. c. 23

Neceſſe eſt ſicut vnum, ita & omnes reſurgere. Suppl. q. 75. 2. 0.

Reſurrectio ſimpliciter nõ eſt naturalis, ſed miraculoſa, Suppl. q. 75. 3. c 24

Chriſtus ſua reſurrectione nos eterna reſurrectione donauit. Suppl. q. 76. 1. 0. 25

Chriſtus tuba, i. ſua voce imperãte dormiẽtes excitabit, Suppl. q. 76. 2. 0. 26

In reſurrectione vtetur Chriſtus miniſterio angelorum in his que corporaliter fieri debent. Suppl. q. 76. 3. c. 27

Conuenienter humanorum corporum reſurrectio vſq; ad finem mundi differtur, Suppl. q. 77. 1. c. 28

Tempus future reſurrectionis nec ratione naturali, nec reuelatione diuina numerari poteſt. Suppl. q. 77. 2. 0. 29

Probabiliter videtur reſurrectio futura in crepuſculo. Suppl. q. 77. 3. 0. 30

Reſurrectio diuina reſpectu eorũ que immediate agentur diuina virtute fiet ſubito, reſpectu eorum que immediate per angelos agentur, fiet ſucceſſiue. Suppl. q. 77. 4. c. 31

Neceſſarium eſt fateri omnes mortuos à morte reſurrecturos eſſe. Suppl. q. 78. 1. 0. 32

Ex authoritate ſcripture & ordine nature neceſſario aſſeritur, reſurrectionem omnium fore à cineribus. Suppl. q. 78. 2. c. 33

Ex diuina prouidentia conſtitutum eſt, illos cineres de integro animæ coniungi in mortuorum reſurrectione, & ita in illis cineribus nulla eſt inclinatio naturalis ad naturam. Suppl. q. 78. 3. 0. 34

Cum

37 Cum reſurrectio dici non poſſit, niſi anima ad idem corpus redeat, in reſurrectione anima idem corpus numero reſumet. 5.q.79.1.c.
38 Hæreticum eſt dicere eundem hominē non reſurrecturum. 5.q.79.2.c.
37 In reſurrectione humani corporis idem ſitus ſeruabitur, maxime quantum ad partes eſſentiales 5.q.79.3.c.
38 Omnia corporis humani membra reſurgent. 5.q.80.1.c.
39 Capilli & vngues reſurgent in humano corpore. 5.q.80.2.c.
40 Humores cum pertineant ad perfectionem humanæ naturæ, reſurgent cum homine. 5.q.80.3.c.
41 Conueniens eſt vt omne id quod eſt de veritate humanæ naturæ reſurgat. 5.q.80.4.c.
42 Solum id quod eſt in homine materialiter, pertinens ad veritatem humanæ naturæ, reſurget cum ipſo. 5.q.80.5.c.
43 Conueniens eſt vt homines reſurgant in iuuenili ætate. 5.q.81.1.c.
44 Homines reſurgent eius ſtaturæ, cuius aut erant aut futuri erant in iuuentute. 5.q.81.2.c.
45 Homines in diuerſo ſexu reſurgent. 5.q.81.3.c.
46 Reſurrectio non eſt futura ad vitam animalem 5.q.81.4.c.
47 In reſurrectione oportet vt quiſque operum ſuorum notitiam habeat. 5.q.87.1.c.
48 Neceſſe eſt vt cuilibet ſua & aliorum præmiatio vel condemnatio manifeſta ſit 5.q.87.2.c.
49 Etſi in inſtanti aliquis non ſit viſurus ſingula, tamen breuiſſimo tempore auxilio diuinæ virtutis omnia particularia conſiderabit. 5.q.87.3.c.
1 *Rhetorica eſt in coniecturis ad ſuſpicionem, quia quandoque non ſit complete fides, vel opinio, ſed ſuſpicio quædam, quia non totaliter declinatur ad unam partem contradictionis, licet magis declinetur in hanc, quàm in illam: ſed dialectica eſt ex probabilibus ad opinionē. 22æ.q.48.c.fi.
1 ¶Retributio proportionata, ex debito legali, ſi eſt ex pacto, pertinet ad iuſtitiam commutatiuam: ſi vero ex debito honeſtatis, pertinet ad virtutem gratiæ, ſiue ad gratitudinem. 22æ.q.106.1.2m.
2 Retributio Dei duplex ſ. pro bonis impletis, & pro beneficiis. 3a.q.56.2.3m.
1 ¶Tripliciter aliquid cognoſcitur ſ. per reuelationē, per ſeipſum, & hoc certitudinaliter, & coniecturaliter per aliqua ſigna. 12æ.q.112.5.c.
2 Reuelare ſecreta in malum perſonæ, eſt contra fidelitatem, niſi vergat in periculum aliorum, vel niſi propter bonum commune, cōtra quod nullum debet recipi ſecretum 22æ.q.68.1.3m.*.q.70.1.2m.
3 Reuelatio Dei, fit ad inferiores per ſuperiores, ſicut ad homines per angelos. 22æ.q.2.6.c.
4 Vnus vnquam purus homo habuit reuelationem à Deo, niſi mediantibus angelis 1a.q.98.3.c.*.3a.q.55.2.c.
5 Plura, & excellentius de myſteriis gratiæ reuelata ſunt angelis & Apoſtolis, quàm Prophetis. 1a.q.57.1.3m.
6 Fides noſtra innititur reuelationi Apoſtolis & Prophetis factæ, non autem alii reuelationi. 1a.q.1.8.2m.*.22æ.q.1-2.6.c m.
7 Multis gentilibus reuelationes factæ ſunt de Chriſto, et patet de Sibylla. 22æ.q.2.7.3m.*.q.172.6.1m.
8 Poteſt aliquis ſcire, ſe habere gratiam per reuelationem. 12æ.q.112.5.c.
9 Reuelat Deus hoc aliquando aliquibus, ex ſpeciali priuilegio, vt ſecuritatis gaudium etiam in hac vita, in eis incipiat, & confidentius & fortius magnifica opera proſequantur, & mala præſentis vitæ ſuſtineant. 12æ.q.112.5.c.4m.*.5m.
10 Non tamen reuelat hoc omnibus, ne ſ. non prædeſtinati deſperent, & ne ſecuritas in prædeſtinatis negligentiam pariat. 1a.q.23.1.4m.
11 Reuelatum fuit Paulo, quòd eſſet in gratia. 12æ.q.112.5.c.
1 ¶Reuerentia directe reſpicit perſonā excellentem: ideo ſecundum diuerſas rationes excellētiæ, diuerſæ ſunt ſpecies eius 22æ.q. 102.2.4m
2 Reuerentia Dei in communi, eſt de dictamine rationis naturalis, non autem determinatio eius. 22æ.q.81.2.3m.
3 Reuereri eſt actus timoris, ſed vt debetur Deo, eſt actus latriæ. 22æ.q.81.2.1m.
4 Chriſtus ſecundum quod homo, præ ceteris habuit pleniorem affectum reuerentiæ ad Deum. 3a q.7.6.c.fi.
5 Reuereri homines ratione alicuius diuini in eis, ſ. gratiæ, virtutis, vel naturalis imaginis Dei, eſt laudabile, non autem vt ſunt cōtrarii Deo. 22æ.q.19.7.2m.*.q.25.7.1m.
6 Quæ habent aliquam excellentiam, ſolent haberi in reuerentia, non autem omnia: *ideo conſuetudo hominum inoleuit, vt reges & principes, quos oportet in reuerentia haberi à ſubditis, & pretioſioribus veſtibus ordinentur, & etiam ampliores, & pulchriores habitationes habeant, & propter hoc oportuit vt aliqua ſpecialia tempora, & ſpeciale tabernaculum, & ſpecialia vaſa, & ſpeciales miniſtri ad cultum Dei ordinarentur in lege, vt per hoc animi hominum, ad maiorem Dei reuerentiam adducerentur 12æ.q.102.4.c.
1 ¶Prudentia & iuſtitia ſunt maxime propriæ regi. 22æ q.50.1.1m.
¶Ritus Iudæorum tolerantur ab eccleſia, propter figuram, in teſtimonium noſtræ fidei, non autem ritus aliorum infidelium, atque hæreticorum, niſi vt vitetur maius malum, quia, ſ. ad vitandum ſcandalum, vel diſsidium, quod ex hoc poſſet prouenire, vel vt facilius conuertantur. 22æ.q.10.11.c.
1 ¶Rixa eſt contradictio in factis, ſ. mutua percuſsio, & particulare bellum, ſine auctoritate publica: ſed contentio* importat quandam cōtradictionem verborum, in verbis. 22æ.q.41.1.c.*.q.42.1.c.
2 Qui publica poteſtate inuadunt, non rixantur, nec peccant, ſed qui eis reſiſtunt, iniuſte ſe defendendo. 22æ.q.41.1.3m.

Rixa inuadentis iniuſte, eſt ſemper peccatum mortale, ſed in defendente, 3
nullum eſt peccatum:* vel veniale, ſ. quando aliquis leuis motu odii vel vindictæ ſe immiſcet, vel mortale, ſ. quādo obfirmato animo, ex odio contra impugnantem inſurgit, ad eum occidēdum, vel cum grauiter lædendum. 22æ.q.41.1.c.*.q.42.2.c.
Rixa oritur proximè ex ira, ſed ex concupiſcentia, ſicut ex prima radice, & ſic etiam occaſionaliter, & ex odio per accidens. 22æ q.37.2.1m.*.q.41.2.c.*.q.158.7.c. 4
Odium & diſcordia, ſequuntur ex rixa, in rixantibus. 22æ.q.41.2.4m. 5
¶Ruth Moabitis, quæ mulier virtutis erat, ſignificat eccleſiam de gentibus. Et conuerſa ad Deum, intrauit eccleſiam, licet eſſet Moabitis. 12æ.q.105.3.2m. 6

S

Sabbatum inter cætera feſta, tantum præcipitur in decalogo, quia figurabat generalia beneficia Dei, ſcilicet creationis, & beatitudinis. 12a.q.100.5.c.2m.*.q.102.4.10m.*.22æ q.122.4.c.2m. 1
Sabbatum præcipitur Iudæis triplici ratione, ſcilicet propter auaritiam, vt vacent diuinis. Secundo ne errent circa creationem. Tertio vt ſignificet et ſpiritualem quietem, ſcilicet Chriſti in ſepulchro, mentem à peccatis, & beatorum in patria. 12a.q.100.5.2m.*.q.102.4.10m.*.q.105.2.9m.fi.*.22æ.q.122.4.c. 2
Opera ſeruilia prohibita in ſabbato, myſtice ſunt peccata, ſed ad literam ſunt opera ſeruorum, id eſt, mechanica. 22æ.q.187.3.c. 3
Opera ſeruilia prohibita in ſabbato, ſunt principaliter peccata mortalia, ſecundo opera propria ſeruorum non autē peccata venialia, nec opera quæ ſunt ad cultum Dei, nec opera ſpiritualia, nec neceſſaria ad ſalutem corporis, vel animæ, vel rei ſi exteriorum. 12æ q.100.8.4m.*.q.10?.1.4.*.22æ.q.40.4.c.*.q.122.4.1m.*.3a.*q.40.4.1m.*.3m 4
In obſeruantia ſabbati, ſanctificatio eſt finis: ſed præceptum eſt ceſſare ab opere ſeruili, id eſt, mechanico. 22æ.q.122.4.3m. 5
Circunciſio & alia ſacra licebant Iudæis in ſabbato. 22æ.q.122.4.3m. 6
Licuit Machabæis in ſabbato pugnare, Heliæ fugere in itinere, Apoſtolis euellere ſpicas. 12æ.q.100.3.4m.*.22æ.q.40.4.c.*.q.122.4.3m.*.3a.q.40.4.3m. 7
Chriſtus non ſoluebat ſabbatum, niſi ſecundum apparentiam. 12æ.q.107.2.4m.*.3a.q.40.4.1m. 8
Iudæi melius facerent, laborare ſabbato, quā ludis & ocio vacare: *ideo magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die feſto, quàm qui aliud corporale opus licitum facit. 22æ q.122.4.3m. 9
¶Sacerdos fuit Chriſtus ſimul, & hoſtia pacificorum, & hoſtia pro peccato & holocauſtum. 3a.q.22.2.c.*.q.47.4. 1
Chriſtus eſt ſacerdos, ſecundum quod homo, non autem ſecundū quod Deus. 3a.q.22.3.1m. 2
Chriſtus ſimul fuit ſacerdos, rex, & legiſlator, non autem alii homines. 3a q.22.1.3m.*.q.31.2.c.2m.*.q.59.4.1m. 3
Chriſtus eſt totius ſacerdotii origo. 3a.q.50.4. 4
In Chriſto eſt diuini ſacerdotii plenitudo. 3a.q.61.6.c. 5
Chriſtus excellentius angelis habuit poteſtatem ſacerdotalem, quia fuit maior eis, ſecundum vtramque naturam, & angeli fuerunt miniſtri ſacerdotii eius. 3a.q.22.1.1m. 6
Chriſtus in triduo mortis fuit ſacerdos, quia ſacerdotium conuenit homini ratione animæ, id eſt, in qua eſt character ordinis.* Vnde per mortem homo non perdit ordinem ſacerdotalem, multo minus Chriſtus, qui eſt totius ſacerdotii origo. 3a.q.50.4.3m. 7
Chriſto non conuenit ſuſcipere in ſe characterem, vel effectum ſui ſacerdotii, quia ipſe eſt fons totius ſacerdotii, niſi ſecundum quid, ſ. ratione impaſsibilitatis ſuæ. 3a.q.22.4.c. 8
Sacerdotium Chriſti manet in æternum, ratione conſummationis: & finis, ſ. beatitudinis ſanctorum, non autem ratione expiationis, vel paſſionis Chriſti, niſi virtualiter. 3a.q.22.5.c.*.6.c.*.q.63.5.c. 9
Sacerdotium Chriſti facit duo, quæ requiruntur ad perfectam emundationem peccatorum, ſ. gratia quo ad culpam, & ſatisfactio, quo ad reatum. 3a.q.22.3.c 10
Homo fit particeps ſacerdotii Chriſti, per omnia ſacramenta, percipiendo aliquem effectum eius 3a.q.63.6.1m. 11
Chriſtus noluit naſci de ſacerdotibus, ne videretur idem ſacerdotium, cum veteri: ſed vetus erat figura eius 3a.q.22.6.2m. 12
Sacerdotium ante legē, erat tantum ſecundum determinationem humanam,* quæ hac dignitatē primogenitis attribuebat 12a.q.103.1.3m. 13
Sacerdotium veteris legis, fuit figura ſacerdotii Chriſti, ſed multum diſtans, quia nec æternum, nec mundans peccata. 3a.q.22.1.1m.*.4.c.3m.*.5.c.2m.*.6.c. 14
Sacerdotium Chriſti, dicitur ſecūdum ordinē Melchiſedech, quia excellentia eius ad ſacerdotium legale figurabatur per illud. 3a.q.22.6.c. 15
Sacerdotium Chriſti, quo ad oblationē, expreſsius figurabatur per ſacerdotium legis, quam per ſacerdotium Melchiſedech, ſ. in effuſione ſanguinis. Sed quo ad participationem & effectum eius, in quo præcipue attenditur excellentia eius, eſt econuerſo. 3a.q.22.6.2m.*.q.61.3.3m 16
Indictus eſt ſacerdotibus veteris legis, feminalium vſus, ad tegmen pudendorum, ad excludendam idololatriam in ſacris Priapi. 12æ.q.102.4.7m fi. 17
Sacerdotium leuiticum, deriuabatur ad poſteros, ſecundū originem carnis. 12æ.q.102.6.12m.*.q.105.1.4m.*.3a.q.18.8.4m. 18
Sacerdotes nouæ legis, tenent locum ſeptuaginta diſcipulorum Chriſti. 22æ.q.184.6.1m.*.q.188.4.1m.*.3a.q.67.2.2m. 19
Miniſtri comparantur ad ſacerdotem, ſicut ſecundarium, & inſtrumentale agens, ad agens principale. 3a.q.71.4.c. 20

Sacer-

21 Sacerdos nouæ legis, operatur in perſona Chriſti, 3ª.q.22.4.c.
22 Sacerdos vt peccator, participat effectum ſui ſacerdotii, non autem vt ſacerdos, 3ª.q.22.4.1m.
23 Bonus laicus, dicitur ſacerdos ſpiritualiter, non autem quo ad ordinem, 3ª q.82.1.2m.
24 Sacerdos inquantum medius inter Deum & hominem, habet nomen Angeli 3ª.q.22.4.c.
25 Proprium officium ſacerdotis, eſt eſſe mediatorem, inter Deum & populum, 3ª.q.22.1.c.1m.ª 4.c.ª.q.26.1.o.ª.q.82.1.c.
26 In officio ſacerdotis, poſſunt conſiderari duo, ſ. oblatio ſacrificii, & conſummatio, 3ª.q.22.2.c.ª 6.2m.
27 In oblatione ſacrificii cuiuſcunque ſacerdotis, ſunt duo, ſ. ſacrificium, & deuotio. Sed effectus proprius ſacerdotii eſt quod ſequitur ex ſacrificio, 3ª.q.22.4.2m.
28 Solus Deus remittit per ſe culpam, ſacerdos vero miniſterialiter, virtute poteſtatis clauium, quæ quodammodo ordinatur ad culpæ remiſſionem, non ſicut cauſans, ſed ſicut diſponens ad eam, 5.q.18.1.o.
29 Etſi ex vi clauium non tota pœna remittitur, aliquid tamen de pœna temporali ſacerdos remittere poteſt 5.q.18.2.c.
30 Cum ſacerdos in vſu clauium ſit miniſter Dei, tanquam cauſa diſponens, dimittit quodammodo culpam, non vero ligat, niſi improprie, in pœnam autem habet poteſtatem & ligandi & ſoluendi, ſoluendo à pœna quam remittit & ligando ad pœnam quæ remanet, 5.q.18.2.c.
31 Cum ſacerdos operetur in vſu clauium ſicut miniſter & inſtrumentum Dei tanquam principalis agentis, non poteſt ſoluere & ligare ad arbitrium, niſi inquantum à Deo ſibi præſcriptum eſt, 5.q.18.4.o.
32 Sacerdotii legalis poteſtas non ſe extendebat ad cæleſtia, ſed ad figuras cæleſtium, & ideo videtur quod non habebant claues, ſed in eis clauium poteſtas præceſſit, 5 q.18.1.c.
33 In Chriſto oportet ponere claues, ſed altiori modo quam ſit in eius miniſtris, & ideo dicitur quod habet clauem excellentiæ, 5 q.19.2 c.
34 Clauis ordinis quæ immediate remouet impedimentum, introitus ad regnum cælorum, competit ſoli ſacerdotibus. Clauis vero iuriſdictionis, quæ non clauis cæli, ſed quædam diſpoſitio ad ipſam dicitur, etiam aliis miniſtris eccleſiæ competit, 5 q 19 3 o.
35 Non poſſunt ſancti quantumcunque habeant de gratia, pertingere ad effectum clauium, niſi applicentur ad hoc ve miniſtri, per ordinis ſuſceptionem 5.q 19.4.c.
36 Cum homo ſit tantum inſtrumentale agens in vſu clauium quantumcunque ſit gratia priuatus, nullo modo priuatur vſu clauium 5.q.19.5.c.
37 Hæretici, ſchiſmatici & excommunicati, habent quidem poteſtatem quantum ad eſſentiam ſed alius eius impeditur, ex defectu materiæ, quia eos eccleſia cali poteſtate priuat, ſubtrahendo illis ſubditos. 5.q.19.6.c.
38 Prælatus qui habet indiſtinctã poteſtatem in omnes, poteſt vti poteſtate clauium in omnes; Qui vero ſub eo diſtinctas poteſtates acceperunt, in eos ſolum quos ſibi commiſſi ſunt, clauibus vti poſſunt, niſi in articulo neceſſitatis 5.q.20.3.o.
39 Non poteſt ſimplex remittere ea peccata, quæ ſibi ſuperior poteſtate iuriſdictionis reſeruauit, 5 q.20.2.c.
40 Poteſt ſuperior inferiori poteſtatem dare, vt in ſe poteſtate clauium vtatur 5 q.20.4.o.
1 ¶ Sacramenta ſunt proteſtationes fidei, 3ª.q 62 6.c.6.ª.c. 2.5.2m.
2 Sacramentum eſt in genere ſigni, quia eſt rei ſacræ ſignum, 3ª.q.60.1.o.
3 Sacramentum proprie, non eſt ſignum cuiuſlibet rei ſacræ, ſed tantum rei ſacræ ſanctificantis homines. 12ª.q.101.4.c.ª.q.102.5.c.ª.3ª.q.60 2 o.ª.q.6 1 2.o.ª 3.c.
4 Sacramentum eſt ſignum paſſionis Chriſti gratiæ, & gloriæ. Ideo eſt cõmemoratio præteriti, demonſtratio præſentis, & prognoſticum futuri, 3ª.q 60.3.o.
5 In ſacramentis requiruntur res determinatæ, ex inſtitutione, Dei. 3ª.q.60.5.o.ª.7.c.
6 Sacramentum proprie, ſemper eſt aliqua res ſenſibilis. 3ª.q.60.4 o.ª.q 6 . c.ª q 64.2.2m.
7 In ſacramentis habentibus materiam corporalem, actus humani nõ ſunt de eſſentia ſacramentorum ſed diſpoſitiue ſe habent ad ſacramenta. 3 q 84.1 1m.
8 Res & verba ſunt vnum ſacramentum, inquantum conueniunt in vno, ſcilicet in ſignificando, vel cauſando, 3ª.q.60.6.2m ª.q.62.4.4m.ª.q.8 .6.c.
9 Sanctificatio materiæ, eſt de neceſſitate ſacramenti, in aliquibus ſacramentis, vt in confirmatione & extrema vnctione, & in aliquibus eſt de ſolennitate tantum, vt in baptiſmo & matrimonio, 3ª.q 6 .3 5m.ª.q.71.3.o.
10 Materia ſacramentorum, neceſſario benedicitur, præter baptiſmum & euchariſtiam: quia hæc per vſum Chriſti benedicta ſunt. 3ª q.72.3.o.
11 Materia ſacramẽti indiget duplici benedictione, Prima cum inſtituitur, ſecunda in vſu, 3ª q.45.2 m.ª.q 72 3 2m.
12 In omnibus ſacramentis indigentibus materia ſanctificata, prius materia ſanctificatur per epiſcopum 3 .q.72 3.o.
13 Illa quibus homines communiter vtuntur, debent ſumi pro materia, vel pro forma ſacramentorum, 3ª.q 60.2.3m .6.ª.7.2m.ª.q.66.5.7m.ª q 74.3.2.c
14 In ſacramentis res ſenſibiles, ſunt vt materia, & verba vt forma. 3ª.q. 60.6.c 2m.ª. c.ª q 90. 1.c.
15 Sacramenta quorum effectus non dependet ab opere humano, habent materiam ſenſibilem, vt baptiſmus & confirmatio, non autem ſi dependet: ſicut matrimonium & pœnitentia, 3ª.q 84. 1 .
Sacramenta in quibus confertur ſuperabundans gratia, habent materiam corporalem non autem alia, 3ª.q.1 4. .1m. 16
Forma determinata verborum, requiritur in ſacramentis, 3ª.q.60.7.o 17
In ſacramentis requiruntur verba Sed expreſſius ſignificant in lege noua, quam in lege veteri. 3ª.q.60.6.o 18
In forma cuiuſlibet ſacramenti, oportet exprimi illud, in quo ſubſtantia eius conſiſtit, 3ª.q 22.4.c. 19
Proferens corrupte verba ſacramentalia, ſi ex induſtria hoc faciat, nõ videtur intendere facere, quod facit eccleſia: & ita non videtur perfici ſacramentum. Si autem hoc faciat ex errore, vel lapſu linguæ ſi ſit tanta corruptio, quæ omnino auferat ſenſum locutionis, non videtur perfici ſacramentum: cum præcipue corruptio ſit in principio dictionis vt pro patris, dicat matris. Si vero non totaliter auferatur ſenſus locutionis, vt in nomine patras, pro in nomine patris. nihilominus perficitur ſacramentum, licet enim mutetur ſonus ſenſibilis, remanet tamen intelligibilis 3ª.q 60 7.3m. 20
Addens, minuens, tranſponens, mutans, vel interrumpens formam ſacramentorum, perficit ſacramentum niſi intendat contra ritum eccleſiæ, vel niſi principalis ſententia mutetur, 3ª.q.60.8.o. 21
Sacramenta ſunt neceſſaria ad ſalutem humani generis triplici ratione, ſ. quia ſunt illa per quæ homo in ſenſibilibus de ſpiritualibus eruditur, per quæ affectum qui ſenſibilibus ſubiicitur, in Dei reuerentiam retrahit, & per quæ circa ea in honorem Dei exercitatur. 3ª. q.61.1.o.ª. 3.c. 22
Sacramenta fuerunt neceſſaria, tempore legis naturæ poſt peccatum, ſed indeterminata, 3ª.q.60. 5.3m.ª.q. c.3.o. 23
Neceſſe fuit, quòd per legem Moyſis adderentur ſacramenta determinata, ſupra ſacramenta legis naturæ, 3ª.q 60.5.3m.q.61.3.o. 24
Neceſſe fuit, quod in lege noua, eſſent alia ſacramenta, quàm in lege veteri 3ª.q.60.6.3m.ª.q 61.4.o. 25
Sacramenta ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, ſunt tantum tria: primo quidem baptiſmus cuilibet perſonæ ſingulari ſimpliciter & abſolute: pœnitentia vero poſt mortale peccatum: Sacramentũ ordinis autem, eſt neceſſarium eccleſiæ: quia vbi non eſt gubernator, corruet populus. Alia vero ſacramenta, neceſſaria ſunt, vt melius habeatur finis, id eſt ſalus per gratiam, ita quod non peccat quilibet ea nõ accipiẽs, niſi ex contemptu iniquo animo. 3ª. q.62. 2.c.ª.q.6 .4.o.ª.q.72. c.3m. 26
Sacramenta legis naturæ non obligabant ex præcepto Dei, ſed ſecundum mentem cuiuſlibet celebrabantur. 3ª.q.60.2 .3m.ª.q 61.3.2m ª.q. 0.2 1m. 27
Solus Deus eſt inſtitutor ſacramentorum. Quæ autem per homines inſtituta ſunt pertinent ad ſolennitatem. Quæ vero à Chriſto, neceſſaria ſunt. 3ª q 6 .2.o.ª.q.83.2.4m. 28
Solus Deus operatur vt cauſa principalis ad effectum interiorem ſacramentorum, ſed homo & ſacramenta, inſtrumentaliter cauſant, 3ª q 64. c.1.o.ª 9 c.ª.q.84.1.3m. 29
ª Sacramenta operantur vt inſtrumenta diuinæ miſericordiæ iuſtificantis: Dei autem eſt reſpicere ad humiles eos, 1ª.q 57. .o.ª.2a .q. 44. 2.c.ª.q.166.1.3m. 30
Sacramentalia non pertinent ad gratiæ interioris neceſſitatem, ſicut ſacramẽta. Ideo Chriſtus reliquit ea fidelibus inſtituẽda pro arbitrio ſuo. 12ª.q.108 2 2m. 31
Chriſtus vt Deus, operatur per auctoritatem, ad interiorem effectum ſacramentorum, ſed vt homo meritorie, & efficienter, vt inſtrumẽtum principale. 3ª.q.64.3.o.ª. .c. 32
Omnia ſacramenta nouæ legis ſunt immediate inſtituta à Chriſto, 12ª.q. 10 .2.c.2 .ª.3ª.q 64. .c ª q.66.4.c.ª.q. 2. .1m. 33
Virtus Chriſti operatur in ſacramentis per modum ſanationis, & expiationis cuiuſdam 3ª.q. 18.2m. 34
Fides miniſtri, non eſt de neceſſitate ſacramentorum, 3ª.q.64.9.o. 35
Deuotio miniſtri, aliquid operatur in petendo, non quidem effectum ſacramentorum, ſed aliquid annexum ei, 3ª.q.64 3 2m.ª.q.82.6.c. 36
Orationes quæ fiunt in collatione ſacramentorum fiunt in perſona totius eccleſiæ, & non in perſona alicuius particularis, 3ª.q 64.1 .2m. 37
Intentio miniſtri, requiritur ad perfectionem ſacramentorum, 3ª.q. 60. 8 c.ª.q.64.8.o. 38
Intentio virtualis, ſufficit ad perfectionem ſacramentorum Sed miniſter debet conari ad actualem intentionem; licet non totaliter ſit in poteſtate hominis, 3ª.q 64.8.3m. 39
Intentio eccleſiæ, expreſſa in forma ſacramenti, ſufficit ad perfectionem eius, niſi contrarium exprimatur exterius, 3ª.q 64.8.2m. 40
Peruerſitas intentionis, reſpectu ſacramenti ea ipſa tollit veritatem ſacramenti, non autem reſpectu ſequentium, 3ª.q 64 10.o.ª.q.74. 2.2m. 41
Sacramenta conferri poſſunt per malos miniſtros, 3ª.q.64 1.o.ª.9.c. 42
Quamdiu miniſter eccleſiæ qui eſt in peccato mortali ſuſtinetur ab eccleſia ſubditus ei non debet ab eo ſacramenta accipere: quia ad hoc eſt ei obligatus 3ª.q.64.6.2m. 43
Tamen præter articulum neceſſitatis. non eſt tutum eum inducere ad aliquid ſui ordinis exequendum, durante tali conſcientia, quam tamen deponere poſſet, quia in inſtanti gratia emundat. 3ª. q.64. 5.2m. 44
Heretici præciſi ab eccleſia, ſeruantes formam eccleſiæ, conferunt ſacramentum, non autem rem ſacramenti. Sed grauiter peccant dantes, & 45

recipien-

recipientes. Si vero non ſeruent formam, nihil conferunt. 3a.q.64.9.2m.3m.q.82.5.0.7.2m.8.9.0

46 Effectum ſacramentorum duplex. ſ. principalis, id eſt, gratia, & ſecundarius, ſ. character, vel aliquis ornatus animæ, in ſacramentis in quib. non imprimitur character. 3.q.63. principio

47 Quando plures actiones ordinantur ad vnum effectum, in illa quæ perficit effectum principalem, conſiſtit eſſentialiter ſacramentum, non autem in eis quæ ad hoc diſponunt, vel remouent impedimentum, vel ornant, ſed ſunt ſacramentalia. q.90.2.3m.

48 Vbi occurrit ſpecialis effectus gratiæ, ibi ordinatur ſpeciale ſacramentũ, quia ſacramenta nouæ legis ad hoc ordinantur. 3a.q.78.1.c

49 Omne ſacramentum producit ſuum effectum virtute formæ & materiæ. 3a.q.80.6.c.

50 Diuerſa ſacramenta, diuerſimode purgant, illuminant, & perficiunt 3a.q.65.2.3m

51 In ſacramento nouæ legis, eſt illuminatio gratiæ cum purgatione. 3a.q.65.2.3m

52 Effectus ſacramenti, non impetratur oratione eccleſiæ, vel miniſtri, ſed ex merito paſſionis Chriſti. 3a.q.64.1.2m

53 Omnis efficacia ſacramentorum, deſcendit à Chriſto. 3a.q.60. principio. q.86.5.c. q.84.1.1m.c

54 Efficacia & virtus ſacramentorum, eſt ex Deo, vt à cauſa principali, ſed eſt ex paſſione Chriſti, vt à prima cauſa meritoria, & vt ab inſtrumento coniuncto, ex fide vero, vt à continuante inſtrumentũ agenti principali. 3a.q.49.4m.q.61.1.1m.q.62.5.0.c.q.64.1.2m.2.0.7.c.q.84.7.c.q.86.1.c ſi

55 Sacramentum cõſequitur virtutem ſpiritualem, ex benedictione Chriſti, & applicatione miniſtri ad vſum ſacramenti. 3a.q.62.4.3m.q.63.6.1m.

56 Omnia ſacramenta ſunt inſtituta contra aliquem defectum. 3a.q.65.1.c

57 Nullum ſacramentum ordinatur ſpecialiter, contra peccatum veniale. 3a q.65.1.8m

58 Commune eſt omni ſacramento, quod per illud exhibetur remediũ aliquod, contra peccatum, per hoc quod gratiam confert. 3a.q.63.6.c.

59 Per omne ſacramentum, ſanctificatur homo, id eſt, mundatur à peccato, quod fit per gratiam. 3a.q.65.6.4m

60 Sacramenta eccleſiæ ordinantur ad duo. ſ. ad perficiẽdum hominem in cultu Dei, & in remedium contra peccatum. 3a.q.65.2.c.

61 Sacramenta veteris legis proprie dicuntur, quæ ſignificabant ſanctitatẽ Chriſti, non quidem vt in ſe eſt, ſed vt per eam ſanctificamur. 3a.q.60.2.2m.

62 Et erant prænuncia Chriſti venturi. 3a.q.60.6.3m.q.61.3.b.4.c.q.62.6.c ſi.

63 Paſſio Chriſti eſt cauſa finalis ſacramentorum veteris legis, quia fuerunt inſtituta ad eam ſignificandam. 3a.q.62.3.1m

64 Sacra & ſacramenta veteris legis, figurabant ſacra & ſacramenta nouæ legis & obſeruantiæ veteris legis, conuerſationem populi nouæ legis, quæ omnia ad Chriſtum pertinent. 12.q.101.4.1m.4m

65 Sacramenta veteris legis erant plura, propter diuerſitatem cerimoniarum, & ſacrificiorum. 3a.q.65.1.4m

66 Sacramenta veteris legis, quo ad omnes erant tria. ſ. circumciſio, eſus agni paſchalis, & purificatio à quibuſdam immunditiis, et expiatio à peccatis. Sed quo ad miniſtros, etiam erant alia tria, ſcilicet conſecratio ſacerdotum, oblatio victimarum, eſus panum propoſitionum, & huiuſmodi, & ablutio manuum & pedum, & raſio pilorum. 12a.q.102.5.c.

67 Sacramenta veteris legis ſanctificabant, mancipando ad diuina, non autem emundando, nec confirmando. 3a.q.8.6.2m

68 Et nihil interius efficiebant. Ideo dicuntur iuſtitia carnis. 3a.q.27.5.1m

69 Nec purgabant à culpa, ſed ab immunditia, id eſt, ab irregularitatib. & impedimentis, quæ multiplicabantur à lege, propter timorem & reuerentiam Dei. 12a.q.102.5.4m.5m.6m.q.103.2.0.3a.q.37.4.3m.q.89.4.1m

70 Nec diluebant peccata, quo ad maculam, ſed reatum, inquantum erant onerosa, tamen præſuppoſita gratia. 3a.q.62.2m

71 Ratio literalis & figuralis omnium ſacramentorum veteris legis exponitur. 12a.q.102.5.0

72 Nec iuſtificabant, ſed ſignificabant fidem, qua iuſtificabantur patres antiqui. 12a.q.98.2.4m.q.103.2.0.q.107.1.3m.3a.q.62.6.0

73 Nec habebant in ſe aliquam ſpiritualem virtutem operatiuam ſpiritualis effectus. 3a.q.62.6 c ſi.q.63.2.3m

74 Sacramentum dicitur tripliciter, non quidem æquiuoce, ſed analogicè, ſcilicet ſacrum ſecretum, iuramentum, & ſignum rei ſacræ. 34.q.80.1.c.

75 In quolibet ſacramẽto ſunt tria, ſcilicet origo, perfectio, & finis duplex. ſcilicet proximus, id eſt, ſanctificatio, & finis vltimus, ſcilicet vita æterna 3a.q.60.3.c

76 Differentia inter ſacra, ſacramenta, ſacrificia, & obſeruantias. 12a.q.101.4.0.

77 Sacramenta nouæ legis, conferunt gratiam, non autem ſacramentalia, ſed remouent contrarias diſpoſitiones, & impedimenta. Ideo ſecundum ea multiplicantur. 12a.q.108.2.2m.3a.q.71.3.1m.

78 Sacramenta & ſacramẽtalia, quæ habent effectum perpetuum, non poſſunt iterari, quæ vero non habent, poſſunt iterari. 3a.q.66.3.3m.ſi.q.82.8.2m

79 Sacramenta quatuor dicuntur magna, ſcilicet baptiſmus, ratione effectus, confirmatio ratione miniſtri, eucharistia ratione contenti, & matrimonium ratione ſignificati. 3a.q.65.3.4m.q.67.2.3m

In ſacramentis veteris legis, quæ ordinabantur ad hominum ſanctificationem, nihil erat ſine rationabili cauſa. 12.q.102.5.b 80

Numerus & ſufficientia ſeptem ſacramentorum nouæ legis. 3a.q.65.1.0 81

Ordo ſacramẽtorum nouæ legis exponitur. 3a.q.65.2.3.0.q.66.2.3m 82

Sacramenta nouæ legis, tripliciter ſe habent ad ſacramenta veteris legis, ſcilicet eſſentialiter, vt matrimonium, pœnitentia, & ordo: figuraliter, vt baptiſmus, & eucharistia. & neutraliter, vt alia. 12a.q.102.5.3m 83

Sacrificium proprie dicitur aliquid factum ad honorem debitum ſoli Deo, ad eum placandum. 22a.q.81.4.3m.3a.q.22.2.c.q.48.3.c 1

Sacrificium externum, eſt ſignum ſacrificij interioris, quo quis ſe offert Deo. 3a.q.82.4.c 2

Omne quod Deo exhibetur, vt ſpiritus feratur in Deum, poteſt dici ſacrificium. 3a.q.22.2.c.q.48.3.c. 3

Omnia obſequia proximis facta, inquantum ad Deum referuntur, dicuntur ſacrificia. 22a.q.188.2.c 4

Sacrificium nihil aliud eſt, niſi proteſtatio interioris deuotionis & fidei. 22a.q.85.2.c.3a.q.22.2.c 5

Sacrificium debet offerri ſoli Deo. 12a.q.102.3.c.22a.q.84.1.1m.q.85.2.0.q.94.2.c.3a.q.48.3.c 6

Offerre Deo ſacrificium in communi eſt de iure naturali, ſed determinatio eius, de iure diuino, & humano 22a.q.85.1.0 7

Sacrificia ſenſibilia inſtituta ſunt, non propter indigentiam Dei, ſed vt homo & ſe omnia ſua referat in Deum, vt in finem, principium, & dominum omnium. 12a.q.102.2.c.1m.22a.q.30.4.1m.q.81.6.2m.7.c.1m.q.85.2.c 8

Quicunque offert ſacrificium, debet eſſe ſacrificij particeps. 3a.q.82.4.c 9

Sacrificium duplex. ſ. interius & externum. 22a.q.81.2.c.3.8m.4.c.3a.q.22.2.c.q.82.4.c 10

Ad primum omnes tenentur. Ad ſecundum vero, ſoli ſubditi legi, niſi neceſſarij actus virtutum 22a.q.85.2.0. 11

In quolibet ſacrificio conſiderantur quatuor. ſ. cui, à quo, quid, & pro quibus offertur 3a.q.22.3.1m.q.48.3.c 12

Homo indiget ſacrificio propter tria. ſ. propter remiſſionem peccati, cõſeruationem gratiæ, & adeptionem gloriæ. Quæ omnia dantur nobis per humanitatem Chriſti. 3a.q.22.2.c. 13

Homo tripliciter exhibet corpus ſuum, ſacrificium & hoſtiam Deo. ſ. per martyrium, per auſteritatem, & per opera iuſtitiæ & diuini cultus. 22a.q.85.3.2m 14

Sacrificia, oblationes, & huiuſmodi ante legem Moyſi, erant neceſſaria in communi, ſed erant voluntaria in ſpeciali. 12a.q.103.1.0.3a.q.60.5.3m.q.61.3.2m.q.70.2.1m.4.1m 15

Præcepta de ſacrificiis, non ſunt data Iudæis, niſi poſt idolatriam. 12a.q.102.3.c 16

Ratio literalis & figuralis omnium ſacrificiorum in lege veteri, exponitur. 12a.q.102.3.0 17

Lex vetus inmulta diminuit cultum corporalem: ideo ſtatuit quòd ſacrificia non offerentur de quolibet nec in omni loco 12a.q.101.3.3m.4.1m.q.102.4.3m 18

Eſus adipum, & ſanguinis, in ſacrificiis Iudæorum, erant prohibita: ſed ſanguis effundebatur ad crepidinem altaris, ad honorem Dei, adeps vero adurebatur igne, & hoc ad euitandum idolatriam. Libabant enim idolatræ ſanguinem victimarum, & comedebant adipes. Secundo ad informationem humanæ vitæ, ut horrerent homicidia. Eſus autem adipum prohibebatur, ad vitandum laſciuiam, & debitæ quæ in cibis habetur, 3a ratio ad reuerentiam Dei, 4a quia ſignificabatur effuſio ſanguinis Chriſti, adeps autem abundantiam nutrimenti demonſtrat, & pinguedinem ſignificat charitatis 12a.q.102.3.8m 19

Sacrificia veteris legis non erant Deo accepta, ſecundum ſe, ſed quia ſignabãt paſſionem Chriſti, & ſacrificium interius ſ. deuotionem, & non offerentur idolis 12a.q.102.3.0.4.3m.5.4m principio. 20

Sacrificium in lege veteri, erat publica proteſtatio peccati. Ideo non fiebat pro peccato negligentiæ, nec pro aliis peccatis interiorum actuum, qui erant occulta. 22a.q.54.3.3m 21

Sacrificium triplex in lege veteri. ſ. oblatio pro peccato holocauſtum. & victimæ vel hoſtia. 12a.q.102.3.8m.9m 22

Sacrificia veteris teſtamenti, ſignificabant paſſionem Chriſti, ſed oblationes ſignificabant diſpoſitionem Chriſti patientis. ſ. voluntariæ. 3a.q.47.2.1m.q.48.3.0 23

Vtraque ſignificabant eucharistiam, prima quidem quo ad ſignificatum, ſecunda vero quo ad numerum, & eſum 12a.q.102.4.8m 24

Primum, ſ. oblatio pro peccato, conuenit pœnitentib. ſecundum perfectis, & tertium proficientib. 12.q.102.3.8m. 25

Primum erat de neceſſitate remiſſionis peccati, vnde incendabatur vna pars, & alia erat ſacerdotis, quia expiatio fit à Deo per miniſterium ſacerdotum. 12a.q.102.3.8m 26

Tertium erat ex debito beneficij vel accepti, vel accipiendi, pro gratiarum actione, vel pro ſalute & proſperitate offerentium, quorum tertia pars erat, ſecunda ſacerdotum & prima incendebatur Deo. 12a.q.102.3.8m 27

Sacrificium pro peccato totius populi, vel ſacerdotis totum comburebatur, ne aliquid peccati in eis remaneret 12a.q.102.3.8m. 28

Primitiæ erant oblationes, non autem ſacrificia, quia nihil ſacrum fiebat circa eas. 22a.q.86.4.3m.q.86.4.0. 29

De iis quæ veniunt in vſum hominis de terra naſcentibus, ſunt cib. potus, condimentum, & medicamentum. De primo offerrebatur in ſacrificium panis, De ſecundo, vinum. De tertio oleum, & ſal. De quarto, thus,

eo, thus, quod eſt aromaticum, & conſolidatiuum. Primo, ſignificatur caro Chriſti. Secundo, ſanguis eius. Tertio, gratia. Quarto, ſcientia. Quinto, oratio. 12ª. q. 102. 3. 23m.

31 Sal offerebatur in ſacrificiis, quia impedit corruptionem putredinis. Et ſignificat diſcretionem ſapientiæ, & mortificationem carnis. 12ª. q. 102. 3. 14m.

32 Sacrificium expiationis, erat ſolemniſſimum. Et erat præcipua figura eucharistiæ, quo ad Chriſtum paſſum, ſicut omnia ſacrificia veteris legis. 3ª. q. 73. 6. c.

33 Potiſſimum ſacrificium eſt, quo Chriſtus ſe obtulit Deo. Ideo omnia ſacrificia veteris legis, erant ad figurandum hoc vt perfectum per imperfecta, quorum rationes ſumi debent ex eo. 12ª. q. 102. 3. c.

34 Licet in ſacrificiis veteris legis, non ſumeretur caro humana, ſed aliorũ animalium, tamen caro Chriſti, eſt verum ſacrificium, quadruplici ratione. ſ. quia ex eo quòd eſt caro humanæ naturæ, caro congrue pro hominibus offertur. Et ex eo quòd erat paſſibilis & mortalis, apta erat immolari. Et ex hoc quòd erat ſine peccato, efficax erat ad emundanda peccata. Et ex eo quòd erat ipſius offerentis, erat Deo accepta, propter charitatem, ſuam carnem offerentis, ſecundum Auguſtinum. 3ª. q. 48. 3. 1m.

35 Paſſio Chriſti, fuit verum ſacrificium. 3ª. q. 47. 2. c. 1m. *. 4. 2m. *. q. 48. 3. c. *. 6. 3m. *. q. 49. 4. c. *. q. 73. 4. c. 3m. *. q. 83. 1. c.

36 Occiſio Chriſti, fuit ſacrificium, reſpectu voluntatis eius. Non autẽ quo ad voluntatem occidentium, ſed grauiſſimum peccatum. 3ª. q. 22. 2m. *. q. 47. 4. 2m. *. q. 48. 3. 3m.

37 Sacrificium Chriſti fuit efficaciſſimum, ad delendum peccata, ratione deitatis 3ª. q. 22. 3. 2m.

1 Sacrilegium eſt omne quod fit ad irreuerentiam rei ſacræ. 22ª. q. 99. 1. c. *. q. 154. 10. 3m.

2 Sacrilegium eſt ſpeciale peccatum, oppoſitum religioni. 22ª. q. 99. 2. c.

3 Sacrilegium eſt ſimul alius peccatis, quando non eſt alia deformitas, niſi violatio rei ſacræ. 22ª. q. 99. 2. 3m.

4 Species eius ſunt tres, ſecundum triplicem rationem ſanctitatis ſ. perſonarum, locorum, & aliarum rerum. 22ª. q. 99. 3. c. *. q. 154. 10. 3m.

5 Et grauius eſt contra perſonam, quàm contra locum. Sed grauiſſimum eſt contra ſacramenta, ſecundo contra vaſa ſacra, tertio contra imagines & reliquias ſanctorum, quarto contra ornatus rei ſacræ, quinto contra res miniſtrorum eccleſiæ. 22ª. q. 99. 3. c.

6 Omne peccatum perſonæ ſacræ, eſt ſacrilegium materialiter, non autẽ formaliter, niſi ſit directe contra ſanctitatem eius, puta ſi virgo Deo dicata fornicetur. 22ª. q. 99. 3. 3m.

7 Qualibet ſpecies luxuriæ, ſecundum quod violat aliquid pertinens ad cultum Dei, eſt ſacrilegium. 22ª. q. 154. 10. c.

8 Pœna ſacrilegii ſecundum æqualitatem, eſt excommunicatio. Sed quia hæc non timetur, additur decapitatio ſecundum leges, & pœna pecuniaria, ſecundum canones. 22ª. q. 99. 4. c. *. q. 154. 10. 2m.

¶ Sal impedit corruptionem putredinis. 12ª. q. 104. 2. c. *. 12ª. q. 102. 3. 14m.

1 ¶ Salomon non meruit ſapientiam in ſomnis, ſed fuit ſignum præcedentis deſiderii. 12ª. q. 113. 3. 2m. *. 22ª. q. 154. 5. 1m.

2 Somnus Salomonis, non fuit naturalis, ſed fuit prophetica viſio. 22ª. q. 173. 3. 2m. *. 22ª. q. 173. 2. c.

1 ¶ Saluari nullus poteſt, niſi per Chriſtum. 3ª. q. 62. 3. c. 2m. *. 4. c. *. q. 68. 1. c. *. 2. c. *. q. 73. 5. c. *. q. 84. 5. c.

2 Ad ſalutem venitur dupliciter. ſ. merito Chriſti, vt pueri, & ſtulti, & merito proprio, addito ad meritum Chriſti, per actum fidei. 22ª. q. 124. 2. 1m.

3 Pueri antiquorum, ſaluabantur in fide parentum. 3ª. q. 34. 3. c. *. q. 70. 4. 2m.

4 In neceſſariis ad ſalutem, tenemur intellectum noſtrum conformare intellectui Dei, vt ſunt quæ ſunt fidei. 1ª. q. 1. 8. 2m.

5 In neceſſariis ad ſalutem, Deus nunquam deeſt, nec vnquam defuit homini, niſi ex culpa eius. 12ª. q. 98. 1. 4m. *. 22ª. q. 177. 1. c. *. q. 178. 1. c.

6 Quodlibet tempore, inſtructi ſunt homines diuinitus de agendis, inquantum expediebat ad ſalutem electorum. 22ª. q. 174. 6. c. & 3m.

9 *Ex diuina prouidentia, procurantur multæ occaſiones ſalutis hominibus, vt prædicatio, exemple, actus virtutum pro loco & tempore, ægritudines flagella, & etiam peccata. 12ª. q. 87. 2. 1m. *. 2m.

8 Non eſt de neceſſitate charitatis, quòd aliquis exponat proprium corpus pro ſalute proximi, niſi quando tenetur eius ſaluti prouidere, ſed eſt de perfectione charitatis. 22ª. q. 26. 5. 3m.

1 ¶ Si voluntate Dei, ipſa anima Samuelis, Sauli euentum belli prænunciauit, Deo ſibi hoc reuelante, pertinet ad rationem prophetiæ. Non autem eſt eadem ratio de ſanctis, qui ſunt modo in patria. 22ª. q. 174. 5. 4m.

2 * Dici etiam poteſt, quòd nõ fuerit anima Samuelis, ſed dæmon ex perſona eius loquens, quem ſapiens Samuelem nominat, & eius prænunciationem, prophetiam, ſecundum opinionem Saulis & aſtantium, qui ita opinabantur. 22ª. q. 172. 6. 2m. *. q. 174. 5. 4m.

1 Sanctificatio duplex. ſ. totius naturæ humanæ ab omni corruptione culpæ & pœnæ in reſurrectione, & perſonalis, in ſola mente. 3ª. q. 27. 2. 4m.

2 Sanctificatio duplex. ſ. adultorum per proprium actum, & paruulorum, ſecundum fidem parentum, vel eccleſiæ. Prima eſt perfectior quàm ſecunda. 3ª. q. 34. 3. c. *. q. 70. 4. 2m.

3 Sanctificari dicitur tripliciter. ſ. mundari à peccato, confirmari in bono, & deputari ad cultum Dei. Et tantum tertium conuenit carenti ratione. 22ª. q. 81. 8. c. *. q. 63. 6. 2m. *. q. ... 6. 2m

Sanctificatio tabernaculi, & vaſorum eius literalis ratio fuit, vt haberetur in reuerentiam. Sed figurabatur ſpiritualis ſanctificatio fidelium. 12ª. q. 102. 4. 9m. 4

Sanctificari dicitur tripliciter. ſ. ex minus ſancto, ex non ſancto priuatiue, & ex non ſancto negatiue. Et tantum tertium conuenit Chriſto, * qui factus eſt ſanctus ex non ſancto ſecundum hominem, non quidem priuatiue, vt ſ. aliquando fuerit homo, & non fuerit ſanctus, ſed negatiue, quia ſcilicet quando non fuit homo, non habuit ſanctitatem humanam: & ideo ſimul factus eſt homo, & ſanctus homo. 3ª. q. 34. 1. 2m. 5

Quæ fiunt præter legem communem, non ſiunt principaliter ad ſubueniendum vni perſonæ, ſed ad inſinuationem & commẽdationem gratiæ, vt ſanctificatio in vtero. 3ª. q. 27. 6. c. 6

Non eſt credendum, aliquos eſſe ſanctificatos in vtero, de quib. non loquitur ſcriptura. 3ª. q. 27. 6. c. 7

Illi præcipue ſanctificati ſunt in vtero, qui immediatius ordinati ſunt, ad ſignificandum ſanctificationem Chriſti. 3ª. q. 27. 6. c. 8

Hieremias, & Ioannes Baptiſta non fuerunt ſanctificati, ante infuſionem animæ rationalis. 3ª. q. 27. 2. 1m 9

Sanctificati in vtero, redduntur non peccaſſe mortaliter de cætero. 3ª. q. 27. 6. 1m 10

Sanctificati in vtero, debent baptizari, vt ſuſcipiant characterem, * quo Chriſto configurentur & ita per ſuſceptionem characteris alia membra Chriſti configurarentur, etiam corporaliter. & vt quaſi deputentur ad percipienda diuina, tertio propter bonum obedientiæ, quia præceptum de baptiſmo omnib. eſt datum, & ab omnib. debet impleri, niſi ratio ne neceſſitatis ſacramentum excludat. 3ª. q. 68. 1. 3m 11

Nazaræi per quos ſignificantur perfectiſſimi, ſanctificabantur voto. 22ª q. 86. 4. 11 12

¶ Sanctitas eſt ſpecialis virtus. ſ. religio, ſed eſt generalis imperio. 22ª. q. 81. 8. 1m. 1

Sanctitas refert omnia virtutum opera in Deum, vel per hæc diſponit ad cultum Dei, ideo differt tantum ratione à religione, quæ eſt circa pertinentia ſpecialiter ad cultum Dei, vt in ſacrificiis. 22ª. q. 81. 8. c

Sanctitas importat duo neceſſaria ad applicationem mentis ad Deum. ſ. munditiam, & firmitatem. 22ª. q. 81. 8. c 3

¶ Sanctus vnus præ pro laudatur de vna virtute, & alius de alia, propter excellentiorem promptitudinem ad actum vnius virtutis, quàm ad actum alterius. 12ª. q. 66. 2. 2m.

¶ Sanguis non eſt actu pars, ſed eſt totum in potẽtia. 3. q. 31. 5. 1m. *. 6. c 1

Sanguis eſt de integritate humanæ naturæ. 1ª. q. 119. 1. c. 2

Sanguinei ſunt amatiui. Ideo iecur dicitur cogens amare, quia generat ſanguinem. 12ª. q. 48. 1. c 3

Sanguis in lege veteri effundebatur ad crepidinem altaris, vt Iudæi horrerent effundere ſanguinem. Et quia vita eſt à Deo. Et pro effuſione ſanguinis Chriſti. 12ª. q. 102. 3. 8m. *. 6. 1m. 4

Sanguis Chriſti, eſt pretium redemptionis noſtræ, quod Chriſtus obtulit Deo, non autem diabolo. 3ª q. 48. 4. 3m. *. 1. c. *. q. 49. 5. 1m 5

Totus ſanguis Chriſti, qui ad veritatem humanæ naturæ pertinebat, in paſſione eius effuſus pro redẽptione humani generis, ad corpus Chriſti rediit, & reſurrexit cum eo, triplici ratione ſ. quia paſſus eſt in perfectiſſima ætate, in qua maxima ea quæ in homine inueniuntur, ad veritatem humanæ naturæ pertinere videntur, tanquam ad maximam perfectionem adducta, & ex merito paſſionis. ſicut & illæ partes ſanctorum martyrum, in quib. paſſionem pro Chriſto ſuſtinuerunt, quandam priuilegiatum fulgorem in reſurrectione habebunt, & ex ipſa virtute paſſionis in qua humanum genus ſanctificauit, quia humanitas Chriſti, ſalutiferam virtutem habuit, ex virtute verbi ſibi vniti, ſecundum Damaſcenum. 3ª. q. 54. 2. 1m 6

Sanguis Chriſti in paſſione effuſus, qui maxime fuit ſalubris, fuit diuinitati vnitus, ideo oportuit, quòd in reſurrectione iungeretur aliis humanitatis partibus, ſicut & verum corpus eius. 3ª. q. 54. 3. 1m 7

Sanguis vero qui in quibuſdam eccleſiis pro reliquiis obſeruatur fluxit miraculoſe, de quadam eius imagine percuſſa. 3ª. q. 54. 3. 3m 8

Sanitas eſt de prima ſpecie qualitatis, cauſata ex humorib. adæquatis. 12ª. q. 49. 2. c. 1m. *. 3m. *. 4. c. *. q. 50. 1. c. & 2

Sanitas eſt tantum in animali. *. q. 50. 1. c

Eadem numero ſanitas, eſt in animali, & in aliis, nec alia ſanitas eſt medicinæ, & vrinæ, quam ſanitas animalis, quam medicina facit, & vrina ſignificat. 12ª. q. 20. 1. 3m 3

Chriſtus quoſcunque curauit, totum ſanauit. ſ. mente, & corpore. 3ª. q. 44. 3. 1m. *. q. 86. 1. 1m 4

Dicitur ille non poſſe ſanari, qui non poteſt de facili ſanari. Poteſt tamẽ hoc fieri per virtutem diuinæ gratiæ quæ etiam interdum in profundum maris ſe conuertit. 22ª q. 33. 2. 1m. *. 3ª q. 86. 1. 2m. & 5

¶ Sapientia qua formaliter ſapientes ſumus, eſt quædam participatio diuinæ ſapientiæ, quæ Deus eſt. 22ª. q. 23. 2. 1m 1

Sapientia ſecundum philoſophos, eſt tantum cognoſcitiua, ſecundum theologos vero, eſt etiam directiua. 22ª. q. 19. 7. c. *. q. 45. 3. c

Sapientia iudicat de omnibus, & ordinat, quia conſiderat altiſſimas cauſas. 12ª. q. 57. 2. c. 1m. *. q. 66. 5. c. 1m 3

Sapiens ſimpliciter, eſt qui cognoſcit altiſſimam cauſam ſimpliciter, ſed ſapiens in aliquo genere, eſt qui ſcit altiſſimam cauſam in illo genere. 1ª. q. 1. 6. c. *. 22ª. q. 45. 1. c. *. q. 45. 1. c. *. q. 57. 2. 1m 4

Sapientia

5 Sapientia ſimpliciter, ſemper eſt bona, ſed ſecundum quid eſt mala, & eſt triplex. ſ. terrena, animalis, & diabolica, 22ª. q. 45. 1. 1m. *. q. 46. 1. 3m. *. q. 55. 1. 3m. *. q. 172. 1. 1m.

6 Omnis ſapientia eſt ſcientia, inquantum eſt de concluſionibus, ſed differt à cæteris ſcientijs, inquantum eſt de principijs, 12ª. q. 57. 2. 1m. *. 4m. *. 22ª. q. 1. 2. 6.

7 Sapientia vtitur principijs non ſolum concludendo ex eis, ſicut aliæ ſcientiæ, ſed iudicando de eis & diſputando contra negantes ea, 1ª. q. 1. 8. c. *. 12ª. q. 53. 2. 1m. *. 2m. *. q. 66. 5. 4m.

8 Sapientia continet ſub ſe ſcientiam & intellectum, 12ª. q. 57. 2. 2m.

9 Sapientia eſt tantum vna, licet ſcientiæ ſint multæ, 12ª. q. 57. 2. c. ſi.

10 Sapientia eſt maxima inter omnes virtutes intellectuales, iudicans & ordinans eas, 12ª. q. 57. 2. 2m. *. q. 66. 5. c. *. q. 68. 7. c.

11 Differentia inter ſapientiam, ſcientiam, intellectum, artem, & prudentiam, 12ª. q. 57. a. 3. 4. 0.

12 Sapientia in rebus humanis, eſt prudentia, 1ª. q. 1. 6. c. *. 22ª. q. 47. 2. 1m.

13 Prudentia non imperat ſapientiæ, ſed econuerſo. Nec eſt de altiſſimis ſicut ſapientia. Sed imperat de ordinatis ad ſapientiam. Ideo eſt miniſtra eius, 12ª. q. 66. 5. 1m.

14 Prudentia eſt de iis, per quæ peruenitur ad felicitatem, ſed ſapientia eſt de obiecto ipſius. Et actus eius in hac vita non eſt perfecta felicitas, ſed eſt inchoatio eius; quia eſt actus imperfectus, reſpectu ſui obiecti principalis, ſcilicet Dei, 12ª. q. 66. c. 2m. *. 3m.

15 Dona ſapientiæ & ſcientiæ, nihil aliud ſunt, quàm quædam perfectiones mentis humanæ, ſecundum quas diſponitur ad ſequendum inſtinctū Spiritus ſancti, in cognitione diuinorum, & humanorum, 12ª. q. 68. 5. 1m. *. 22ª. q. 8. 5. c.

16 Sapientia data à Deo, eſt donum Spiritusſancti, ſed ſapientia acquiſita per ſtudium humanū, eſt virtus intellectualis, 1ª. q. 1. 6. 3m. *. 22ª. *. q. 45. 1. 0. *. 4. 1m. *. 3m.

17 Donum & virtus ſapientiæ, principaliter eſt de diuinis, ſecundario vero de alijs, iudicando per regulas diuinas, 12ª. q. 57. 2. c. *. 22ª. q. 9. 2. c.

18 Virtus ſapientiæ, eſt tantum ſpeculatiua, ſed donum ſapientiæ eſt ſpeculatiuum principaliter, & ſecundario practicum, 1ª. q. 64. 1. c. *. 22ª. q. 10. 1. c. *. q. 45. 3. 0. *. 6. 3m.

19 Ratio ſpeculatiua, quo ad apprehenſionem, perficitur dono intellectus, & quo ad iudicium, dono ſapientiæ. Sed ratio practica quo ad primū perficitur dono conſilij, & quo ad ſecundum, dono ſcientiæ, 12ª. q. 68. 4. c.

20 Donum ſapientiæ, eſt in ratione ſuperiori, donum autem ſcientiæ, in ratione inferiori, 1ª. q. 79. 9. c. *. 22ª. q. 45. 5. c.

21 Auguſtinus loquitur de ſapientia, quantum ad ſuam cauſam. ſ. quantum ad charitatem, à qua etiam ſumitur nomen ſapientiæ, quæ eſt donū, ſecundum quod ſaporem quendam importat, 1ª. q. 43. 5. 2m. *. 3m. *. 22ª. q. 45. 2. 1m.

22 Talis expoſitio. ſ. quod ſapientia dicitur quaſi ſapida ſcientia, non conuenit, niſi ſecundum nomen quod habet ſapientia in latina lingua. In græca autem non competit, & forte nec in alijs linguis. Vnde potius videtur nomen ſapientiæ ibi accipi pro eius fama, qua à cunctis commendatur, 1ª. q. 43. 5. 2m. *. 3m. *. 22ª. q. 45. 2. 2m.

23 Donum ſapientiæ, dirigit hominis intellectum & affectum, ideo ei tanquam directiuo correſpondent duo dona. ſ. intellectus in intellectu, & timor in affectu, 12ª. q. 58. 4. 5m.

24 Rectum iudicium de diuinis ex inquiſitione rationis, eſt virtutis ſapientiæ, doni verò eius ſecundum connaturalitatem, 1ª. q. 1. 6. 3m. *. 12ª. q. 68. 1. 4m. *. 22ª. q. 45. 2. c.

25 Iudicium per modum inclinationis, eſt doni ſapientiæ, ſed per modum cognitionis tantum, eſt theologiæ, 1ª. q. 1. 6. 3m. *. 22ª. q. 45. 2. c.

26 Intellectus habet duos actus, ſcilicet percipere, & iudicare ſecundum rationes diuinas & humanas. Primum eſt doni intellectus, ſecundum doni ſapientiæ, & tertium doni ſcientiæ, 22ª. q. 8. 6. 0. *. q. 9. 2. 0. *. q. 45. 2. 3m.

27 Donum ſapientiæ, eſt excellentiſſimum, inter ſeptem dona Spiritusſancti, ſed eſt inferius charitate, 12ª. q. 68. 7. c.

28 Sapientia acquiſita, poteſt eſſe cum peccato mortali, non autem donum ſapientiæ, ſicut nec charitas, quam præſupponit, 22ª. q. 45. 4. 0.

29 Fides aſſentit veritati diuinæ ſecundum ſe, ſed donum ſapientiæ iudicat ſecundum eam, ideò præſupponit fidem, 22ª. q. 45. 1. 2m.

30 Fides eſt initium ſapientiæ ſecundum eſſentiam, timor autem ſeruilis eſt vt diſpoſitio eius, ſed filialis, vt primus effectus eius, 22ª. q. 19. 7. 0. *. q. 45. 6. 3m.

31 Donum ſapientiæ, quandoque dicitur pietas, & timor Dei, quia ſicut pietas quæ pertinet ad cultum Dei, eſt manifeſtatio fidei, inquantum per cultum Dei proteſtamur fidem, ita etiam pietas manifeſtat ſapientiam. & propter hoc dicitur quòd pietas, eſt ſapientia. & eadem ratio de timore: per hoc enim oſtenditur quod homo habet rectum iudicium de diuinis, quod Deum timet, & colit, 22ª. q. 45. 1. 3m.

32 Donum ſapientiæ, quo ad ſuam cauſam, eſt in voluntate, ſed ſecundum eſſentiam eſt in intellectu, 22ª. q. 45. 2. 0.

33 Donum ſapientiæ, quantum eſt neceſſarium ad ſalutem, eſt in omni habente gratiam, ſed eſt in pueris & amentibus, habitualiter tantum; ſed quo ad ſecreta myſteria, & directionem aliorum, eſt in paucis, quia eſt gratia gratis data, 12ª. q. 68. 5. 1m. *. 22ª. q. 45. 5. 0.

34 Sapientia in diuinis ſemper eſt eſſentialis, & nunquam eſt perſonalis & propria, ſed appropriatur, quia non ſignificatur per modum exeuntis, ſicut amor, ſed per modum quieſcentis in ſubiecto, 1ª. q. 34. 1. 2m. *. q. 37. 2. 1m. q. 39. 7. 2m.

Sapientia in diuinis, dicitur dupliciter, ſcilicet eſſentialis, & genita, 1ª. q. 34. 1. 2m. 35

Sapientia vt ſupponit pro eſſentia, non dicitur genita, nec ingenita: ſed vt ſupponit pro hypoſtaſi, dicitur genita vel ingenita, tamen ſemper ſignificat eſſentiam, 1ª. q. 32. q. 2. 2. c. 1m. 36

Sapientia patris dicitur dupliciter. ſ. eſſentialis, quæ eſt in ipſo, & quæ procedit ab eo, 1ª. q. 39. 7. 1m. 37

Pater eſt ſapiens, ſapientia eſſentiali non autem ſapientia genita, 1ª. q. 37. 2. 1m. *. q. 39. 7. 2m. 38

Filius eſt ſapientia patris, 1ª. q. 39. 7. 2m. 39

Filius eſt ſapiens formaliter, ſapientia tantum eſſentiali, effectiue vero, ſapientia ingenita tantum, ſed ſeipſo vel per ſe, ſapientia genita, 1ª. q. 39. 7. 2m. 40

Sarabaitæ ſunt monachi, ſine obedientia, ideo non approbantur, licet ſint laborioſi, 22ª. q. 186. 5. 1m.

Satisfactio nulla debet imponi nouiter baptizatis, quia ſunt totaliter liberati per paſſionem Chriſti, & ſatisfactionem illius, cui conſigurantur in baptiſmo, & ideo iniuria fieret eius paſſioni, quaſi ipſa non eſſet ſufficiens ſatisfactio pro peccatis baptizatorum, 3ª. q. 49. 3. 2m. *. 68. q. 1. 0. *. 6. c. 1

Pœnitens, per ſatisfactionem conſequitur perfectum effectum gratiæ, quia liberatur totaliter à reatu peccati, 3ª. q. 90. 3. 2m. 2

Ex propoſito ſatisfaciendi gratia confertur, licet ſatisfactio actualis, gratiam præſupponat, 3ª. q. 90. 3. 2m. 3

Homo non poteſt ſatisfacere de vno peccato, ſine alio, 3ª. q. 86. 3. 0. 4

Homo poteſt ſatisfacere Deo, ſecundum æqualitatem proportionis, per acceptationem infinitæ miſericordiæ Dei, non autem ſecundum æqualitatem quantitatis offenſæ, 3ª. q. 1. 2. 2m. *. q. 85. 3. 0. *. 90. 2. c. 5

Satisfactio in propoſito, cauſat gratiam, ſed in executione auget eam, ſicut & baptiſmus, 3ª. q. 90. 2. 2m. 6

Nulla pura creatura, potuit ſatisfacere Deo, pro natura humana, 3ª. q. 1. 2. 2m. *. q. 46. 1. 3m. *. q. 49. 5. 1m. 7

Satisfactio pro ſe, vel ſatisfactio pro alio, dicitur pretium quoddam, 3ª. q. 48. 4. c. 8

Adam & alij ſancti Patres, ſatisfecerunt pro peccatis ſuis ſecundum quod peccatum corrumpit bonum perſonale, non ſecundum quod corrumpit naturam, 3ª. q. 49. 5. 2m. *. q. 68. 1. 0. *. 2m. 9

Vnus homo, poteſt ſatisfacere pro alio, inquantum ſunt vnum in charitate, 3ª. q. 14. 1. c. *. q. 48. 2. 1m. 10

Nullus poteſt conteri, vel confiteri pro alio, ſicut poteſt ſatisfacere, quia hoc eſt extra, illa vero ſunt intra, quia pertinēt ad bonitatem gratiæ, vel ad culpam, 3ª. q. 48. 2. 1m. 11

Paſſio Chriſti cauſauit noſtram ſalutem, per modum ſatisfactionis, 3ª. q. 46. 1. 3. 0. *. 4. 2m. *. q. 48. 2. 0. *. 4. c. *. 6. 3m. 12

Hæc ſatisfactio fuit ſuperabundans, 3ª. q. 48. 2. c. 2m. *. 4. c. *. q. 49. 3. c. *. q. 68. 5. 1m. *. q. 79. 1. c. 13

Chriſtus per mortem ſuam ſufficienter ſatisfecit pro peccatis humani generis, etiam ſi eſſent plura, 3ª. q. 46. 1. c. 4m. *. 6m. *. q. 48. 2. 0. *. q. 49. 1. 3. c. *. q. 68. 1. c. *. q. 69. 7. c. *. q. 82. 4. 3m. 14

Chriſtus ſatisfecit pro tota natura humana ſufficienter, non autem efficaciter, 3ª. q. 46. 1. 3m. *. q. 79. 7. 2m. 15

Vna gutta ſanguinis Chriſti fuſa in circunciſione, vel quæcunque pœna eius plene ſatisfecit, ratione perſonæ eius, nō autem ſecundum genus operis, 3ª. q. 46. 6. 6m. 16

Satisfactio dicitur eſſe actus virtutis non ſolum materialiter, ſed etiam formaliter, cum ſuo nomine formam, & rationem virtutis implicitè habeat Suppl. q. 12. 1. c. 17

Satisfactio quæ æqualitatem reſpectu offenſæ præcedentis in faciente importat, opus iuſtitiæ eſt. Suppl. q. 12. 2. 0 18

Bona eſt definitio ſatisfactionis quam habet Anſelmus, ſatisfacere eſt honorem debitum Deum impendere. Similiter quam habet Aug. 19

Satisfactio eſt peccatorum cauſas excidere & eorum ſuggeſtionibus aditum non indulgere. Suppl. q. 12. 3. 0 20

Non poteſt homo Deo ſatisfacere, ſi litera (ſatis) æqualitatem quantitatis importet, contingit autem ſi importet æqualitatem proportionis. Suppl. q. 13. 1. 0 21

Poteſt quis pro alio pœnam ſatisfactoriam explere, pro peccatis præcedentibus, ita vt ſolutio debiti conſequutura ſit Suppl. q. 13. 2. c. 22

Impoſſibile eſt quod homo de vno peccato ſatisfaciat alio retēto, ſicut nec homini ſatisfaceret, qui pro alapa ſibi data, eū proſterneret, & aliā ſimul daret, Suppl. q. 14. 1. 0 23

Non poteſt quis extra charitatem Dei exiſtēs pro peccatis ante contritis ſatisfacere. Suppl. q. 14. 2. 0 24

Opera extra charitatem facta, per charitatem ſequentem non viuificātur, ac per hoc non valet ſatisfactio præcedens, etiamſi charitas ſequatur. ſuppl. q. 14. 3. c. 25

Magis concedendum eſt quod opera extra charitatem facta, non ſint alicuius meritoria, quam quod ſint. ſuppl. q. 14. 4. c. 26

Opera extra charitatē facta, quātū ad hoc, quod quis liberetur à pœna, quam iam meruit, pœnam inferni mitigare non poſſunt, ſed quātum ad hoc quod meritum pœnæ impeditur, per opera extra charitatem facta, pœna inferni mitigari poteſt, ſuppl. q. 14. 5. 0 27

Satisfactio ſiue referatur ad præteritam offenſam, ſiue ad futuram culpam, per pœnalia opera fieri aſſeritur. ſuppl. q. 15. 1. 0 28

29 Flagella & caſtigationes huius vitæ, quæ à Deo peccatori infliguntur, ſi patienter ferantur, nomen ſatiſfactionis habent, alias vindicationis, Suppl.q.15.a.0.

30 Opera ſatiſfactoria rite enumerata ſunt, ſcilicet eleemoſyna, ieiuniũ, & oratio, Suppl.q.15.3.c.

1 SCANDALVM proprie, eſt dictum vel factum minus rectum, præbens alicui occaſionem ruinæ. Sed ſcandalum large ſumitur pro quolibet impedimento, alicui præſtito in via aliqua, quam proſequi intendit, 22.q.43.1.0.*.4.c.

2 Scandalon Græce, offenſio dicitur Latine, vel ruina, vel impactio pedis. 22.q.43.1.0.*.4.c.

3 Scandalum duplex, ſcilicet actiuum, id eſt, omne inductiuum peccati, intentum, vel non intentum, ſcilicet peccatum vel ſimda ai, & paſſiuũ, id eſt, ruina peccati ex dicto vel facto alterius, 22.q.43.1.4m.*.2.c.

4 Scandalum actiuum, quandoque eſt ſine paſſiuo, quandoque econuerſo, & quandoque ſimul, 22.q.43.1.4m.*.2.c.

5 Omne ſcandalum eſt peccatum, ſed actiuum quidem dantis, paſſiuum verò ſumentis, 22.q.43.2.0.

6 Scandalum actiuum per ſe, i. intentum, eſt ſpeciale peccatum, non autẽ per accidens, nec ſcandalum paſſiuum, 22.q.43.1.0.

7 Scandalum actiuum eſt ſine alio peccato, quando factum vel dictum nõ eſt peccatum, ſed habet ſpeciem mali, 22.q.43.3.1m.

8 Vtrunque ſcandalum, ſ. actiuum & paſſiuum, eſt veniale, & quandoque mortale. 22.q.43.4.0.

9 Scandalum actiuum vel paſſiuum, non conuenit perfectis, niſi de veniali, ſed imperfectis etiam de mortali, 22.q.43.6.0.

10 Omne ſcandalum cauſatur ex aliquo ſcandalo actiuo ſiue, non autẽ ſemper ex peccato alterius, 22.q.43.6.2m.

11 Bona ſpiritualia neceſſaria, non debent dimitti propter ſcandalũ: alia vero debent occultari, vel differri, ſi ſit ex ignorantia, donec doceatur, niſi ſit periculum. Non autem poſt, nec ſi eſt ex malitia. 22.q.43.a.7.0.* 3.q.42.a.0.

12 Veritas nullo modo deſeri debet, propter ſcandalum paſſiuum aliorum, 22.q.4 .2m.*.3.q.12.a.c.1m.

13 Bona temporalia propria, debent deſeri, propter ſcandalum ex ignorantia vel infirmitate, vel ſcandalum ſedari, non autem ſi ſit ex malitia, nec aliena nobis commiſſa, 22.q.43.8.0.

14 Punitio non debet deſeri propter ſcãdalum, niſi ſequatur peius, propter multitudinem peccantium, vel propter potentiam principum, 22.q.33.6.0.*.q.43.7.1m.*.q.108.1.5m.*.3.1m.

SCENOPEGIA erat feſtum tabernaculorum per dies ſeptem, propter beneficium deductionis, & protectionis in deſerto. Et ſignificat peregrinationem ſanctorum in hoc mundo. Cui nunc ſuccedit feſtũ conſecrationis eccleſiæ. 3.q.102.4.1m.*.q.103.3.4m.

SEVERITAS eſt virtus inflexibilis, circa inflictionem pœnarum, quando recta ratio requirit hoc, 22.q.157.1.1m.*.2m.*.q.159.1.2m.

1 SCIENTIA significat qualitatem ſimplicem, quam conſequitur quidam reſpectus, 1.q.13.7.1m.*.q.14.1.2m.*.12.q.54.4.0.

2 Scientia eſt æqualitas ſimplex, relata ad multa ſecundum vnum. 12.q.54.4.0.

3 Scientia eſt aſſimilatio intellectus, ad rem ſcitam, per ſpeciem intelligibilem quæ eſt ſimilitudo rei intellectæ. 1.q.14.1.2m.

4 Diuerſæ ſcientiæ procedunt ex diuerſis principijs & medijs. 12.q.54.2.2m.

5 Omnis ſcientia habetur per aliqua principia per ſe nota, & per conſequens viſa, 22.q.1.5.c.

6 * Nulla ſcientia probat principia ſua, ſed probat alia ex eis. Nec diſputat contra negantem ea, præter primam philoſophiam, 1.q.1.8.c.

7 Tota virtus demonſtrationis, dependet ex medio. Ideo diuerſa media, ſunt ſicut diuerſa principia actiua, ſecundum quæ habitus ſcientiarũ diuerſificantur, 12.q.54.2.2m.

8 In diuerſis concluſionibus vnius ſcientiæ, ſunt diuerſa media per quæ probantur. Ideo homo poteſt ſcire aliquas concluſiones ſine alijs, ſicut & media. 12.q.53.2m.

9 Scientia demonſtratiua, dicitur iudicatiua, inquantum per reſolutionem in prima principia, de veritate inquiſitorum diiudicat, 22.q.51.4.c.

10 Idem eſt ſubiectum principiorum, & totius ſcientiæ: quia tota ſcientia virtute continetur in eis. 1.q.1.7.c.*.12.q.3.6.c.*.22.q.4.1.c.

11 Omne quod ſcitur, eſt aliquo modo. 1.q.14.9.0.*.3.q.10.3.c.

12 Omne ſcitum à nobis, eſt neceſſarium, non autem omne ſcitum à Deo 1.q.14.13.3m.

13 Omne ſcitum, eſt aliquo modo viſum per intellectum. 22.q.1.5.c.4m.

14 Idem eſt ſubiectum principiorum, & totius ſcientiæ; cum tota ſcientia virtute contineatur in principijs, 1.q.1.7.c.

15 Subiectum ſcientiæ ſicut & obiectum potentiæ duplex. ſ. materiale, & formale. 1.q.1.7.c.

16 Formalis ratio ſubiecti ſcientiæ, ſicut & obiecti potentiæ duplex, ſcilicet ex parte rei, & ex parte noſtra, 22.q.1.1.c.

17 Sic ſe habet ſubiectum ad ſcientiam, ſicut obiectum ad potentiam vel habitum, 1.q.1.7.c.

18 Materialiter ſcita ſunt concluſiones: formalis vero ratio ſciendi, ſunt media demonſtrationis, per quæ concluſiones cognoſcuntur. 22.q.1.1.0.

Scientia eſt de mobilibus & de contingentibus, ſecundum quòd in eis eſt aliquid neceſſarium vel vniuerſale, 1.q.84.1.c.*.3m.*.q.86.3.0. 19

Solæ ſcientiæ practicæ, ſunt circa contingentia, inquantum huiuſmodi. ſ. in particulari. 22.q.6.prin. 20

De qualibet re ad ſecundum an eſt, oportet vti pro medio quid nominis non autem quid rei, quia ſequitur quæſtionem an eſt, 1.q.2.2.2m. 21

De nulla re ſciri poteſt, an eſt, niſi de ea ſciatur, quid eſt, ſaltem confuſe, 1.q.2.2.2m. 22

Habitus ſcientiæ, eſt in intellectu poſſibili, non autem in intellectu paſſiuo, contra Auerroem, 12.q.50.4.0.*.q.51.3.c. 23

Scire & diſcere, & per accidens eſt malum, ex parte ſcientiæ dupliciter. ſ. propter occupationem impedientem officium eius, vel propter contemptum diuinorum. Ex parte vero obiecti tripliciter. ſ. vel quia inclinat ad malum, vt ars magica, vel quia excedit, vel quia eſt quid inutile, 1.q.12.3.3m.*.22.q.167.1.0. 24

Quilibet tenetur ſcire communiter credenda, communia iuris præcepta, & ea quæ ad eius ſtatum, vel ad eius officium pertinent, 12.q.76.2.c. 25

Scientia legis Dei, ſic annexa eſt officio ſacerdotali, quòd ſimul cum eo iniungitur, 22.q.16.2.2m. 26

Scientia acquiſita, eſt habitus naturalis, quia ineſt vnicuique homini quoddam principium ſcientiæ. ſ. lumẽ intellectus agentis, per quod cognoſcuntur ſtatim à principio naturaliter, quædam vniuerſalia principia omnium ſcientiarum, 1.q.116.1.c.3m..12.q.51.4.c.*.q.130.10.3m. 27

Homo meditando acquirit ſcientiam, 1.q.62.9.1m..3.q.41.3.c.*.22.q.15.3.2m.*.q.40.1.2m. 28

Scientia vel ſapientia acquiſita per proprium ingenium & ſtudiũ quod eſt à Deo, eſt naturalis. Si vero aliter, vt in Apoſtolis, eſt miraculoſa, 1.q.117.1.1m.*.12.q.51.4.c.*.q.113.10.3m. 29

Modus acquirendi ſcientiam duplex ſ. præcipuus per inuentionem, & ſecundarius per doctrinam, 1.q.117.1.c.*.3.q.9.4.1m. 30

Cæcus à natiuitate, non poteſt habere ſcientiam de coloribus 1.q.84.3.c.ſi.*.q.*.c.ſi.*.q.111.3.1m.*.2m. 31

*In ſtatu innocentiæ, homo non acquiſiuiſſet ſcientiam ex ſenſibus, 1.q.63.2.0. 32

Diſciplina quæ eſt receptio cognitionis ab alio, requiritur ad ſciẽtiã, 22.q.4.1.c..22.q.183.1.4m. 33

Nullus vnquam per dæmonem ſciẽtiam acquiſiuit, 1.q.64.1.5m.*.22.q.96.1.c.*.q.172.5.2m. 34

Ille qui in aliqua ſcientia, acquirit per primam demonſtrationem, ſcientiam concluſionis vnius, habet quidem habitum, ſed imperfecte. Cum vero acquirit per aliquam aliam demonſtrationem, ſcientia concluſionis alterius, non aggeneratur in eo aliud habitus, ſed habitus qui prius inerat fit perfectior, vtpote ad plura ſe extendens, 12.q.15.4.3m.*.q.54.1.3m.*.q.65.1.1m. 35

Multi impediuntur à ſcientia acquirenda tripliciter. ſ. propter indiſpoſitionem, occupationes, & pigritiam, 12.q.61.5.3m.*.22.q.2.4.c.*.q.17.2.2m. 36

Virtutes morales, & præcipue caſtitas, multum faciunt ad acquiſitionẽ & vſum ſcientiarum, 22.q.15.3.c.*.q.46.1.2m.*.q.143.6.c.*.q.180.2.0. 37

Diſcurſus in acquiſitione ſcientiæ duplex eſt in ſcientia noſtra. ſ. ſecundum ſucceſſionem vnum poſt alterum, eſt notis ad ignota procedens, & ſecundum cauſalitatem, per vnum in alterum, 1.q.14.7.c.*.q.58.3.0.*.q.117.1.c.*.3.q.11.3.c. 38

Opinio eſt diſpoſitio ad ſcientiam, quæ acquiſita, poteſt remanere cognitio etiam per ſyllogiſmum dialecticum, 3.q.9.3.3m. 39

Scientia quadrupliciter tantum amittitur. ſ. ratione excidẽtis à mente, corruptio ſcientiæ vel ſenio, vel obliuione. 3.q.39.5.c. 40

Scientia augetur ſecundum ſe, per additionem, 12.q.49.4.c.*.q.52.4.c. 41

Scientia eſt vna numero, à ſubiecto in quo eſt, ſed vna eſt in ſpecie à ſcibili, 1.q.117.1.c. 42

Vnitas ſcientiæ generica, ſpecifica, vel numeralis, ſumitur ab vnitate generica, ſpecifica, vel numerali ſui medij, 12.q.54.2.2m. 43

In ſcientia contrariorum eadem ratio eſt cognoſcẽdi vtrunque, quam vnum per aliud cognoſcitur, 12.q.54.2.1m.

Intellectus eſt vna potentia, in qua tamen ſunt diuerſarum ſcientiarum habitus, 12.q.14.1.1. 45

Quantitas ſcientiæ attenditur non ſolum ſecundum numerum ſcibilium, ſed etiam ſecundum claritatem cognitionis, 12.q.52.0.*.3.q.10.2.3m. 46

Diuerſa ratio cognoſcibilis, inducit diuerſitatem ſcientiarum, 1.q.1.1.2m.*.12.q.57.2.c. 47

*Scientia quæ habetur per reuelationem, & ſcientiæ humanitus inuentæ, differunt ſecundum genus. Vnde Theologia quæ ad ſacram ſcripturam pertinet, differt ſecundum genus ab illa theologia quæ pars philoſophiæ ponitur, 1.q.1.1.2m. 48

Scientia infuſa, & ſcientia acquiſita, ſunt diuerſarum rationum. Vnde nihil prohibet de eiſdem rebus, de quibus phyſicæ diſciplinæ tractant, ſecundum quod ſunt cognoſcibiles lumine naturalis rationis, & aliam ſcientiam tractare, ſecundum quòd cognoſcuntur lumine diuinæ reuelationis, 1.q.1.1.2m..3.q.9.4. 49

Conſideratio ſcientiæ ſpeculatiuæ, non ſe extendit vltra virtutem ſuorũ principiorum, id eſt, vltra quam cognitio ſenſitiua ducere poteſt, 12.q.3.6.c. 50

Centrũ

51 Contra certitudinem ſcientiæ, contingit peccari dupliciter in ſpeculatiuis, ſcilicet vel inducendo rationem ad concluſionem falſam, apparentem veram, vel arguendo ex falſis, quæ videntur vera, 22.ª q. 55. 3.c.

52 In ſpeculatiuis ſcientiis, demonſtratiua ſcientia dicitur iudicatiua, inquantum per reſolutionem in prima principia intelligibilia de veritate inquiſitorum diiudicatur, 22.ª q. 53. 4. c.

53 In ſpeculatiuis eſt alia rationalis ſcientia, ordinata ad inquiſitionem inuentiuam ſ. dialectica. & alia ſcientia demonſtratiua, determinatiua veritatis, 22.ª q. 5 . 2. 3.ᵐ

54 Omnes ſcientiæ demonſtratiuæ continentur ſub phyſica, vt ponitur pars prudentiæ large, vt includat etiam ſcientiam ſpeculatiuam, 22.ª q. 48. c. co. 2.

55 Scientia dicitur ſpeculatiua vel practica tripliciter. ſ. ratione ſciti, modi, & finis, 1.ª q. 14. 16. c.

56 Scientia de non operabili, eſt ſpeculatiua tantum, ordinata vero ad operationé, eſt practica tantum, ſpeculatiua vero, ratione modi vel finis, eſt ſecundum quid ſpeculatiua & practica, 1.ª q. 14. 16. c.

57 Omnis ſcientia operatiua tanto perfectior eſt, quanto magis coſiderat particularia, in quibus actus eſt, 1.ª q. 2. 3. 1.ᵐ

58 Scientiarum practicarum illa eſt dignior, quæ ad vlteriorem finem ordinatur, vt ciuilis militari, 1.ª q. 1. 5. c.

59 Omnes fines ſcientiarum practicarum ordinantur ad beatitudiné æternam, ſicut ad vltimum finem, 1.ª q. 1. 5. c.

60 Scientia practica triplex. ſ. monaſtica ſeu ethica, œconomica, & politica, 22.ª q. 47. 11. b. ª q. 48. 2.ᵐ

61 Scientia duplex, ſcilicet ſubalternans, & ſubalternata. Prima procedit ex principiis per ſe notis, lumine naturalis intellectus, ſecunda vero ex principiis per ſe notis, in ſcientia ſuperiori, 1.ª q. 1. 2. c. 1.ᵐ ª 6. 2.ᵐ

62 Intellectus qui eſt habitus principiorum eſt nobilior quam ſcientia conclusionem, 12.ª q. 51. 2. 3.ᵐ ª q. . . 2. 2. ª q. 63 2. 3.ᵐ ª q. 68. 7. c.

63 Vna ſcientia eſt dignior alia dupliciter ſ. ratione nobilioris ſubiecti vel quia certior, 1.ª q. 1. 5. c. ª 12.ª q. 6 . 5. 3.ᵐ

64 Aliqua ſcientia imperat aliis, tanquam ancillis eis vtendo, 1.ª q. 1. 5. b. ª 2.ᵐ

65 Ciuilis præcipit omnibus ſcientiis & artibus. ſed ſpeculatiuis quo ad exercitium actus, non autem quo ad determinationem actus, ſicut practicis, 22.ª q 47. 2. 2.ᵐ

66 Scientia eſt donum neceſſarium, ad iudicium diſcernendi credenda à non credendis, ſicut donum intellectus, ad ſane capiendum credenda, 22.ª q. 8. 6 c.ª q. 9. 1. 0.

67 Scientia quæ eſt donum, non eſt diſcurſiua, quia eſt participata ſimilitudo ſcientiæ Dei, 22.ª q. 9. 1. 1.ᵐ

68 Donum hoc, eſt tantum circa res humanas, vel creatas, quia eſt certitudo iudicii per cauſas ſecundas, 12.ª q. 8 6. c.ª q. 9. 2. 0.ª 4 c.

69 ª Et eſt principaliter ſpeculatiuum, & ſecundario practicum, ſicut & fides, 22.ª q. 8. 6. c ª q. 9. 3. 0. ª q. 0. 2. 2.ᵐ

70 Donum ſcientiæ, eſt in omnibus habentibus charitatem, non autem prout eſt gratia gratis data, ſcilicet ad inſtruendum fideles, & ad confutandum aduerſarios, 1.ª q. 1. 6. 3.ᵐ ſi. ª 12.ª q. 58. 5. 1.ᵐ ª 2.ᵐ ª 21.ª q. 9 1 2.ᵐ

71 Dona intellectus & ſcientiæ, correſpondent fidei, 12.ª q. 1. princ. 1. q. 8. principio.

72 Donum ſcientiæ, non directe correſpondet prudentiæ, ſed per quandam extenſionem, eam adiuuat: ª donum autem conſilii, directe reſpódet prudentiæ, ſicut circa eandem exiſtens, 22.ª q 52. 2. 2.

1 Scientificum & ratiocinatiuum, non ſunt idem quod ratio ſuperior & inferior, quia ſcientificum eſt tantum ſpeculatiuum: & eſt de Deo & de creaturis, 1.ª q 79. 9. 3.ᵐ

2 ¶Scire contingit plura, intelligere vero vnum, 1.ª q. 85. 4. 0.

3 Scire contingit dupliciter, ſ. per reuelationem, certitudinaliter per ſeipſum, & per coniecturas ſignorum, 12.ª q. 1 2. 5. c.

1 ¶Schiſma eſt ſeparatio propria ſponte & intentione, ab vnitate eccleſiæ, renuens ſubeſſe Papæ, & communicare membris eccleſiæ, 22.ª q. 39. 1. 0. ª 4. c.

2 Schiſma per ſe, id eſt ex intentione, eſt ſpeciale peccatum, oppoſitú vnitati eccleſiæ. Et dicitur à ſciſſura animorum, 22.ª q 39. 1. 0.

3 Schiſma eſt maximum peccatorum in proximum, 22.ª q. 39. 2. 3.ᵐ

4 Infidelitas ſecundum, ſe eſt grauius peccatum ſchiſmate, ſed per accidens eſt econuerſo Sed in lege veteri, ſchiſma grauius fuit punitum, propter pronitatem, & ignorantiam Iudæorum, 12.ª q. 36. 2.ᵐ

5 ¶Schiſmatici proprie dicuntur, qui propria ſponte & intentione ſeparant ſe ab vnitate eccleſiæ, renuentes ſubeſſe Papæ, & communicare membris eccleſiæ, 22.ª q. 39. 1. 4. c.

6 Poteſtas ſpiritualis duplex ſ. ſacramentalis, & iuriſdictionis. Prima manet in hæreticis, & ſchiſmaticis ſecundum eſſentiam, non autem ſecúdum vſum, ideo poſſunt ordinare & conſecrare, non autem abſoluere, excommunicare, dare executionem ordinum, gratiam, vel indulgétias, quia iuriſdictio confertur per ſimplicem iniunctionem hominis, 22.ª q. 39. 3 0 ª 3.ª q. 64. 9. 2.ᵐ ª 3.ᵐ

7 Schiſmatici conuenienter puniuntur duplici pœna ſ. excommunicatione, & coerceri per poteſtatem ſecularem, 22.ª q. 39. 4. 0.

¶Schiſma Græce, furor Latine dicitur. Et ſignificat velocitatem iræ, & firmitatem propoſiti, ad vindictam. Ideo dicit primam & tertiam ſpeciem iræ, 22.ª q. 46. 8. 2.ᵐ

¶ Scripturæ principalis auctor, eſt ſpiritus ſanctus, 1.ª q. 1. 10. c. 1

Scriptura ſacra ſic debet exponi, quòd ab infidelibus non irrideatur, 1.ª q. 1. 9 2.ᵐ ª q. 68. 1. c. princ. 2

Aſſerere aliquid eſſe de ſacra ſcriptura, quod non eſt, multum nocet, 1.ª q. 68. 1. c. 3

In omnibus quæ ſcriptura per modum narrationis hiſtoricæ tradit, eſt pro fundamento tenenda veritas hiſtoriæ, & deſuper ſpirituales expoſitiones fabricandæ, 1.ª q. 102. 1. c. 4

Quod ergo dicitur, quòd Deus loquebatur Moyſi, facie ad faciem, ſecúdum opinionem populi, loquitur ſcriptura, qui putabat Moyſen ore ad os loqui cum Deo, 12.ª q. 98. 3. 3.ᵐ 5

Sicut ſcriptura libri, eſt ſignum eorú quæ ſienda ſunt, ita notitia Dei, eſt quoddam ſignum apud ipſum, eorum qui ſunt perducendi ad vitá, 1.ª q. 24. 1. c. 6

Pythagoras & Socrates nihil ſcripſerunt, quia fuerunt excellentiſſimi doctores, 3.ª q 42. 4. c. 7

Scurrilitas eſt iocularitas, ex defectu rationis, non valentis cohibere geſtus exteriores, 22.ª q. 148. 6. c. 1

Scurrilitas pertinet ad verba, ratione inhoneſtatis. multiloquium vero ratione ſuperfluitatis, 22.ª q. 53. 5. 4.ᵐ ª q 148 6. c. 2

Scurrilitas procedit ex actu gulæ, non autem ex actu luxuriæ, ſed ex voluntate eius Ideo pertinet ad vtraque, 22.ª q. 148 6. 3.ᵐ 3

¶Se. eſt relatiuum reciprocum. Ideo magis dicit vnitatem ſuppoſiti, quàm ille terminus, idem, 3.ª q. 3. 2. 2.ᵐ

¶Sebaſtianus veliter latitabat ſub veſte militari. in domo Diocletiani, vt deficientes in tormentis confortaret, 22.ª q. 10 10. 1.ᵐ

¶Seculum nihil eſt aliud, quam periodus cuiuſlibet rei, pro quo aliquando ponitur æuum, vel æternum, 1.ª q. 10 2 2.ᵐ ª 6. 1.ᵐ

¶Securitas perfecta. pertinet ad præmium virtutis. Sed ſecuritas ſecundum participationem, eſt conditio alicuius virtutis, 22.ª q. 123. 7. 1.ᵐ 1

Securitas non eſt idem quod fortitudo, ſed eſt conditio eius, & magnanimitatis, ſi ſit quando, & in quibus debet, 22.ª q. 123. 7. 1.ᵐ ª 2.ᵐ 2

Securitas opponitur timori, priuatiue tantum, audacia vero contrarie, 12.ª q. 4 1. 3.ᵐ 3

Securitas magis opponitur timori, quàm pertineat ad ſpem Nec cauſat negligentiam, niſi inquantum diminuit æſtimationem ardui, 12.ª q. 46. 1. 1.ᵐ 4

¶Sedere neceſſe eſt Socratem, dum ſedet, 12.ª q. 49. 6. c. 1

Sedere ad dexteram patris in beatitudine eius, vel habere regiam & iudiciariam poteſtatem, conuenit ſoli Chriſto, ſecundum vtranque naturam, 3.ª q. 58. 2. 3 ª q. 58. 0. 2

Pater nullo modo ſedet ad dexteram filij, nec ad dexteram ſpiritus ſancti, nec filius, ſed econuerſo, 3.ª q. 58. 1. 3.ᵐ 3

Sedere ad dexteram patris, conuenit ſpiritui ſancto, ſecúdum veritatá, inquantum eſt æqualis ei. Sed non appropriatur ei æqualitas, nec ſeſſio dexteræ, ſed filio, 3.ª q. 8. 2. 3.ᵐ 4

Quilibet ſanctus, eſt conſtitutus ad dexteram Dei. Sed non ſedet ibi, quia habet beatitudinem, ſed non cum dominatiua poteſtate, quaſi propriam & connaturalem, 3.ª q. 57. 4. 2.ᵐ 5

Nullus ſedet ibi in ſiniſtra, quia ibi nulla eſt ſiniſtra, id eſt nulla miſeria, 3.ª q. 58. 1. 2.ᵐ 6

¶Seditio & ſchiſma, continentur ſub diſcordia, ſ. partium multitudinis ad inuicem, 22.ª q. 42. 1. 1.ᵐ ª 3.ᵐ 1

Seditio, eſt ſpeciale peccatum, ſ. motus impugnatio inter partes multitudinis, vel præparatio ad pugná Rixa vero eſt vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos. Sed bellum eſt inter diuerſas multitudines Et verú quæ eſt pugna in actu, non præparatio, 22.ª q. 42. 1. 0. 2

Seditio eſt ſemper de ſe peccatum mortale. Et eſt grauius rixa. Et principaliter eſt in procurantibus: ſecundo, in ſequentibus, non autem in defendentibus bonum commune, 22.ª q. 42. 2 0. 3

Seditio opponitur vnitati, & paci multitudinis, 22.ª q. 39. princ. ª q. 42. 1. 2. c. 4

Seditio opponitur vnitati temporali, & ſeculari: ſchiſma vero, ſpirituali. Prima eſt cum præparatione ad pugnam, non autem aliud, 22.ª q 42. 1. 2.ᵐ 5

¶Segnities eſt fuga operationis, & ex timore laboris, 12.ª q. 41. 4. 0. ª q. 44. 4. 3.ᵐ

¶Semen extenſo nomine, dicitur non ſolú ſperma, ſed etiam menſtruú, 1.ª q. 115. 2. 3.ᵐ 1

Semen non fuit pars aliqua pars in actu, reſpectu generantis, ſed in potentia totum ſecundum potentiam actiuam, 1.ª q. 119. 2. 0. 2

Semen eſt de ſuperfluo alimenti, 1.ª q. 119. 2. c. 3

Semen eſt ſuperfluum, reſpectu nutrientis: ſed eſt neceſſarium: quo indiget natura ad generationem, 22.ª q 153. 3. 1.ᵐ 4

Semen eſt album; quia eſt ſpumoſum: vt poſſit continere ſpiritum vitalem; in quo eſt virtus formatiua vt forma: ſed magis vt motor: 1.ª q. 118. 1. 3.ᵐ 5

Semen maſculi: non occurrit ad generationem: ſicut materia in compoſitione geniti: ſed ſicut agens, 3.ª q. 32. 1. 1.ᵐ ª q. 3 . 4. c. 6

Semen mulieris nihil facit ad generationem prolis: ideo aliquæ concipiunt ſine eo, 3.ª q. 31. 5. 3.ᵐ ª q. 35 3. 3.ᵐ 7

Filius eſt de ſubſtantia patris: quia ſemen ſecundum potentiam actiuam: eſt potentia totum: licet non ſit actu aliqua pars patris, 1.ª q. 119. 2. 1.ᵐ 8

9 Virtus animæ, quæ eſt in ſemine, per ſpiritum qui eſt in ſemine, format corpus in generatione. ª.q.32.1.1m.
10 Virtus formatiua ſeminis, dicitur intellectus, quia operatur ſine organo, 1ª q.118.1.3m.
11 Homines pingues, & animalia magna vt elephas, pauci ſunt ſeminis. & paucæ generationis, quia conuertitur in pinguedinem & ſubſtantiã, 1ª.q.1 9.2.c ſi.
¶ Senarius numerus, dicitur numerus perfectus, ratione partium, quia conſurgit ex omnibus ſuis partibus aliquotis: ideo congruit perfectioni vniuerſi, & operum Dei in ſex diebus, 1ª q.73.1.c.
¶ Senes ſunt ſuſpicioſi & amant vinum, propter frigiditatem: ſed non magis, & ſunt fabuloſi, 2.2ª.q 60.3.c.
1 ¶ Senſibile duplex ſ. per ſe, & per accidens: ſenſibile per ſe duplex. ſ. proprium & commune, 1ª.q.17 2.c ª q.78 3 [illegible].
2 Similitudo ſenſibilium, eſt in ſenſu tripliciter ſ. primo, & per ſe, reſpectu ſenſibilium propriorum, per ſe, ſed non primo reſpectu communium, & per accidens tertium, reſpectu ſenſibilium, per accidens, 1ª.q.17.2.c.
3 Senſus in actu, eſt ſenſibile in actu, 1ª.q.14.2.c. ª.q.15.1.2m.
9 Statum mundi poteſt variari dupliciter, ſcilicet ſecundum diuerſitatem legis, & ſecundum diuerſos gradus perfectionis, ſub eadem lege, 12ᵉ q. 106. 4. 0

13 Chriſtus ſecundum aliquid fuit in triplici ſtatu. ſ. innocentiæ, peccati, & gloriæ, 3ª. q. 13. 3. c^m

1 ¶Statutum negatiuum de non vendenda re ſpirituali, niſi dentur tot, eſt illicitum & ſimoniacum. Vnde illicita eſſet ordinatio, ſi in aliqua eccleſia ſtatueretur, quod non fieret proceſſio in funere alicuius, niſi ſolueret certam pecuniæ quantitatem. Non autem ſtatutum affirmatiuum. ſ. dicens quod res ſpiritualis fiat ſi tot dentur: quia primo modo per talle ſtatutum, præcluderetur via gratis officium pietatis aliquibus impendendi, non autem ſecundo modo: quia per hoc non præcluderetur via illud aliis exhibendi. Et prima ordinatio habet ſpeciem exactionis, ſecunda autem habet ſpeciem gratuitæ recompenſationis, 22ᵉ. q. 100. 3. 2^m.

0 Si aliquid de ſe repugnantiam habet, ad ius naturale, non poteſt voluntate humana fieri iuſtum puta ſi ſtatuatur quod liceat furari, vel adulterium committere, 22ª. q. 57. 2. 2^m.

1 ¶Stellæ ſecundum Ptolomæum. mouentur in ſuis ſphæris, non autem ſecundum Ariſtotelem, 1ª. q. 70. 1. 3^m

2 Stella apparens magis in natiuitate Chriſti, non fuit de cælo, ſed fuit ſpiritus ſanctus, vel angelus in illa ſpecie, vel probabilius de nouo creata: non in cælo, ſed in aere vicino terræ. quod multipliciter oſtenditur. ſcilicet tum quia nulla alia ſtella hac via incedit. Hæc enim ſtella ferebatur à ſeptentrione in meridiem. Ita enim iacet Iudæa ad Perſidem, vnde magi venerunt. Tum apparet hoc ex tempore. Non. n. ſolum apparebat in nocte, ſed etiam in meridie. Quod nõ eſt virtutis ſtellæ, ſed nec etiam lunæ. Tum quia quandoque apparebat, & quandoque occultabatur. Tum quia non habebat continuum motum, ſed cum oporteret ire magis, ibat: quando autem oporteret ſtare, ſtabat. Tum quia ſurſum manens partum virginis demonſtrabat, & deorſum deſcendens hoc faciebat, 3ª. q. 39. 7. 0

¶Stipendia principum, ſiue reditus eorum, 22ª. q. 61. 7. c.

¶Strenuo ſignificat militantes Deo, & negociis ſecularibus ſe implicantes, 22ª. q. 102. 6. 1^m. co. 2 ſi

5 ¶Studioſitatis nomen, pertinetur ad omnes virtutes inquantum cognitio prudentiæ ad eas pertinet, 22ª. q. 166. 2. 1^m

2 Studioſitas eſt virtus cuius principalis materia eſt cognitio, ſecundario autem alia. 22ª. q. 166. 2. c. ª. q. 1 7. 0

3 Et eſt virtus moralis. quia principaliter refrenat, & moderatur appetitum cognoſcendi. Sed per accidens impellit contra laborem ſtudii, 22ª. q. 166. ª. q. 1 7. 1. c

4 Studioſitas non eſt directe circa cognitionem, ſed circa appetitum cognitionis acquirendæ. 22ª. q. 166. 2. c. 2^m. ª. q. 1 7. 1. c

5 Studioſitas opponitur curioſitati, 22ª. q. 160. 2. c. ª. q. 61. pr. ª. q. 16 . prin.

1 ¶Studium importat vehementem applicationem mentis ad aliquid, & principaliter ad cognitionem, ſecundario autem ad ea, in quib. homo per cognitionem dirigitur, 22ª. q. 16 . 1. c

0 Studium ſapientiæ, ſummè commendatur. 22ª q. 188 . c

3 Circa ſtudium contingit per accidens quadrupliciter curioſitas, ſuperbia, & alia vitia: licet omne ſtudium ſecundum ſe ſit bonum. ſ. vno modo, inquantum per ſtudium minus vtile retrahuntur aliqui à ſtudio quod eis ex neceſſitate incumbit. Alio modo inquantum ſtudet aliquis addiſcere ab eo à quo non licet. Tertio quando homo appetit cognoſcere veritatem circa creaturas, non referendo ad debitum finem ſcilicet ad cognitionem Dei. Quarto modo inquantum aliquis ſtudet ad cognoſcendam veritatem, ſupra proprii ingenii facultatem, quia per hoc homines de facili in errores labuntur, 22ª q. 16 . c

4 Studium & curioſitas dicuntur pertinere ad carnem vel ad auaritiam, ratione cognitionis eorum ad quæ illæ inclinant, 22ª. q. 16 . 1. 2^m. ª. 1^m.

2 Stultitia dicitur à ſtupore, quia ſtultus eſt, qui propter ſtuporem non mouetur, 22ª. q. 4 . 1. 2. c

0 Stultus præcipue videtur, qui deficit in ſumma iudicii, ſ. ſecundum altiſſimam cauſam, non autem ſi deficiat circa aliquid modicum, 22ª. q. 46. 1 1^m. ª 2 c

3 Stultitia importat hebetudinem ſenſus ſpiritualis: fatuitas autem totalem priuationem eius. Ideo prima opponitur contrariæ ſapientiæ, ſecunda vero priuatiue, 22ª. q. 46. 1^m. ª q. 6. 1. 0

4 Stultitia duplex ſicut ſapientia duplex, ſcilicet mundi, & Dei. Prima ſapientia decipit, non autem ſecunda, 22ª. q. 46. 1. 2^m. ª. 3^m. ª. q. 11 3. 1. 3

5 Non moueri iniuriis eo quod terrena non ſapiunt, pertinet ad ſtultitiã mundi. Si vero ex ſtupore pertinet ad ſtultitiam ſimpliciter, 22ª. q. 46. 1 4 1.

6 Stultitia ex immerſione ſenſus in terrenis, eſt peccatum. non autem ſi ex defectu naturæ, vt in amentibus 22ª. q. 46. 1. 0 ª 2. c

7 Stultitia opponitur præceptis de contemplatione veritatis, 22ª. q. 46. 2. 3^m.

8 Stultitia eſt filia luxuriæ, continens odium Dei. & deſperationem futuri ſeculi, quia faſtidit Deum. & diuina eius, 22ª. q. 46. 3. 0

9 Stultitia ex impedimento corporali cauſatur naturali. ex luxuria vero, inquantum eſt ex immerſione ſenſus in terrenis, 22ª. q. 46. 1. 3. 1^m

10 Hebetudo, ſtultitia, ignorantia, & præcipitatio differunt. quia prima opponitur intellectui, ſecunda ſapientiæ, tertia ſcientiæ, & quarta conſilio, 22ª. q. 1 . 6. 1^m

¶Stultiloquium ſignificat peruerſam ſententiam verborum, per quæ quis præfert delectationes leuitatis alio bono, 22ª. q. 1 . 1. 4^m.

1 ¶Stupor cauſatur ex inſolita imaginatione, 12ᵉ. q. 41. 4. c ſi

2 Admiratio eſt principium philoſophandi, ſed ſtupor eſt impedimentum philoſophicæ conſiderationis quo timetur iudicare in preſenti, & inquirere in futurum, 12ᵉ q. 41. 4 c ſi. 5^m.

1 ¶Stuprum eſt illicita virginis defloratio, ſub cura parentum, 22ª q. 154 1. c ª. 6. 0

2 Stuprum ſit deformius, ex duplici iniuria ſibi annexa. ſ. virginis ſeductæ, vel vi oppreſſæ, & patris. Et ſecundum legem ius tenetur ſatiſfacere vtrique. 22ª q. 154 6. 1^m

3 *Filia ſacerdotis etiam non nupta, deprehenſa in ſtupro, lapidabatur in veteri teſtamento. in alio autem tantum nupta, 3ª. q. 19. . ^m

1 ¶Subiectio. ª. Quælibet res perficitur per ſubiectionem ad ſuum ſuperiorem, 3ª. q. 2. 1 1. ª. 22ª q. 81. 7. c

2 Mouens neceſſario cauſat motum in mobili, ſolus ut eſt ſubiectio, non autem in aliis, 1ª. q. 82. 2. c ª. 22ª. q. 1 3. 1. c

3 Subiectio mulieris ad virum inducta eſt in pœnam mulieris, propter peccatum. Vel non eſt per modum ſeruitutis, ſed gubernationis, 22ª. q. 16 . 2. 1. ^m

4 Omnia ſunt nunc ſubiecta Deo & Chriſto. ſecundum poteſtatem. ſed poſt iudicium, per finalem impletionem voluntatis eius, 3ª. q. 20. 1. 3^m. ª. q. 20. 2. 2^m

5 Prima ſubiectio hominis ad Deum, eſt per fidem, 22ª. q. 19 1. c

6 Homo dicitur eſſe Dei dupliciter. ſ. per ſubiectionem poteſtatis eius, & per vnionem charitatis. Secundum deſinit per peccatum, non autem primum nec alio modo 3ª. q. 48. 4. 2

7 Subiectio Chriſti & cuiuslibet alterius hominis ad Deum triplex. ſcilicet ſecundum gradum bonitatis, poteſtatem, & obedientiam, 3ª. q. 20. 1.

8 Chriſtus fuit ſubiectus ſibi ipſi ſecundum naturam humanam. non autem ſecundum naturam diuinam, nec ſecundum aliam perſonam 3ª q. 20 1. 0.

9 Omnia quæ ponunt ſubiectionem, vel minorationem Chriſti, intelliguntur ſecundum naturam aſſumptam, vel ad commendationem perſonæ patris, 3ª. q. 4 . 4 . ª. 0. 1. 7 1^m

1 ¶Subiectum duplex, ſcilicet ſubiectum inhæſionis, & ſubiectum ſcibile, 1ª. q 1. 1 c.

2 Subiectum eſt cauſa eſſentia propriæ paſſionis, quia proprium fluit à ſubiecto, 1ª q. 77. 6. 3

1 ¶Subiratio. ª Comparatio motus iraſcibilis, & concupiſcibilis quantum ad ſubirationem 22 . q. 1 6. 4 c

1 Subſannatio & irriſio conueniunt in fine, ſed differunt in modo: quia prima fit naſo rugato, ſecunda vero fit ore, vel cachinnis, vel verbis, 22 q. 7 . ^m

1 ¶Subſiſtentia dicitur, cuius actus eſt ſubſiſtere, id eſt, per ſe exiſtere, 1ª. q. 2 . 2. c

2 Omne ſubſiſtens eſt totum ... 1ª. q. 4 . 6. c. ª. q 44. 1 c. ª. q. 4 1. c. ª. q. 7 . 7. c

3 Subſiſtentiæ nominantur nomine intentionis, dicitur ſuppoſitum. Si autem nomine rei dicitur ſubſiſtentia, inquantum ſubſiſtit, ſed dicitur res naturæ, inquantum naturæ communi ſe ſupponitur: ſed vt ſubſtat accidentib. dicitur ſubſtantia vel hypoſtaſis & inquantum rationalis dicitur perſona. ª q. 9 3. c

4 Subſiſtit in communi Deo, ratione eius ad quod ſignificandum nomen impoſitum. ſ. per ſe eſſe. non autem ratione eius à quo nomen imponitur. ſ. ſubeſſe, ... ſecundum quod eſſe ... ſubſiſtentiæ ... 1ª. q. 2 . 1^m. ª. q. 2 . 2. 3 . ª q. 29. 3^m

5 Omne id quod eſt in Deo, ſubſiſtit: & tamen non ſunt niſi tres ſubſiſtentes, 1ª. q. . ª 2 c ª q 4. 1. 1^m.

6 Sicut dicimus in diuinis tres perſonas, vel tres ſubſiſtentias, ſic Græci dicunt tres hypoſtaſes, non autem tres ſubſtantias, propter errorem, 1ª q 29 . 3^m. ª. q. 3 . 1. c. 1^m

1 ¶Subſtantia dicitur dupliciter. ſ. eſſentia ſeu quidditas, & ſuppoſitum, 1ª q 29. 2. c. ª. ª. q 2 0. 3^m

2 Subſtantia, ſubſiſtentia & eſſentia diſtinguuntur ſecundum triplicem actum. ſcilicet ſubſtare, ſubſiſtere, & eſſe. quorum eſſe eſt commune omnium entium, ſed ſubſtare & ſubſiſtere, eſt commune tantum ſubſtantiæ, 1ª. q. 3 . 1. c

3 Subſtantia eſt res habens quidditatem, cui debetur eſſe per ſe, & non in alio, vt ſubiecto, ª. q. 1^m. ª. 3 . q. 7 . 1. 2^m

4 Per ſe exiſtere non eſt diffinitio ſubſtantiæ, quia per hoc non demonſtratur quidditas eius, quæ non eſt ſuum eſſe 1ª. q 3 5.

5 Nulla pars integralis poteſt dici ſubſtantia prima, vel hypoſtaſis, 1ª. q. 2 . 1. 5^m

6 Omne quod eſt per ſe in prædicamento ſubſtantiæ, eſt compoſitum ex eſſe & eſſentia, non autem ex materia & forma. 1ª. q. . 1. 2

1 Subtilitas eſt proprietas corporis glorioſi per effectum ſpiritualis potentiæ Suppl. q 83. 1. 0

2 Nullo modo competere poterit corpori glorioſo ratione ſuæ ſubtilitatis, ſit eſſe ſimul cum corpore non glorioſo. ſed hoc ſi fiet, erit ex diuina virtute, quæ tollit id quod impediebat, ne corpus ipſe ſit glorioſo eſſe poſſet. Suppl. q 83. 2. c

3 Fatendum eſt miraculoſe fieri poſſe vt duo corpora ſint in eodem loco. Suppl. q 83. 3. c.

4 Diuina virtute fieri poſſet vt duo corpora glorioſa eſſent in eodem loco, Suppl. q 83. 4. 0

Nec tamen

5 Neceſſitas exiſtendi in æquali loco, tolli non poteſt à corpore glorioſo ex ſua ſubtilitate, 5.q.83.5.c.
6 Corpora glorioſa ſunt palpabilia, 5.q.83.6.c.
1 ¶Succeſſio eſt in ſuccedentibus, ſicut ordo in ordinatis, 3ª.q.75.4.1m.
2 Conuerſio euchariſtiæ, non ponit aliquem actum imperfectum, ſed ponit ſucceſſionem, cuius relatio ſecundum rem eſt in pane, non autem in corpore Chriſti, niſi ſecundum rationem, 3ª.q.75.4.1m.
3 In damnatis eſt pœnarum ſucceſſio. Sed gloria ſanctorum eſt ſine ſucceſſione, 12ª.q.67.4.2m.*.22ª.q.18.2.2m.
¶Sufficiens per ſe duplex. ſ. non recipiens additionem boni, vt Deus, & continens omnia neceſſaria, et beatitudo, 1ª.q.26.1.1m.*.12ª.q.3.2.2m.*.3.2m.*.q.4.7.2m.
1 ¶Suffragia peccatoris, proſunt mortuis, ex opere operato in perſona ecclesiæ, etiam ex opere operante in perſona eccleſiæ, vel ex opere operantis, licet magis proſunt ſuffragia bonorum, 3ª.q.52.6.c.
2 Non poteſt opus vnius alteri prodeſſe per viam meriti, ad ſtatum beatitudinis conſequendum, ſed per viam orationis 5.q.71.1.c.
3 Cum charitas nunquam excidat, opera viuorum mortuis proſunt, ad pœnæ diminutionem, non ad mutationem ſtatus mortuorum. 5.q.71.2.0
4 Suffragia à peccatore facta, quantum ad opus operans ratione ſui mortuis non proſunt, ratione vero alterius, ſiue totius eccleſiæ perſonam gerat, ſiue agat vt inſtrumentum, eis proſunt: ſed ſemper proſunt ratione operis operati, 5.q.71.3.0.
5 Suffragium quod pro mortuis fit, facienti prodeſt, quantum attinet ad vitam æternam. ſed inquantum eſt expiatiuum pœnæ, vt ſit ſatisfactio, nullo modo prodeſt 5.q.71.4.c
6 Cum in inferno nulla ſit redemptio, ſuffragia non proſunt damnatis, 5.q.71.5.0
7 Suffragia viuorum auxilio ſunt iis, qui in purgatorio detinentur, cum opera vnius poſſint valere alteri ad ſatisfaciendum, 5.q.71.6.c.
8 Cum per ſuffragia viuorum ſtatus mortuorum mutari non poſſit, illis pueris in limbo exiſtentib. non proſunt, in quib. oporteret vt ſtatus mutaretur, quantum ad meritum eſſentialis premij, 5.q.71.7.0
9 Cum ſancti in cælo nullius rei indigeant, non iuuantur per noſtra ſuffragia, 5.q.71.8.c.
10 Conuenienter Auguſtinus poſuit tria præcipua ſubſidia viuorum pro mortuis, euchariſtiam, eleemoſynam & orationem 5.q.71.9.0.
11 Simpliciter & directe indulgentiæ non proſunt mortuis, 5.q.71.10.c.
12 Non per ſe ſed per accidens cultus exequiarum defunctis prodeſt, 5.q.71.11.0
13 Suffragia pro vno defuncto facta, aliis proſunt ratione charitatis, ratione vero intentionis magis ei pro quo fiunt, imo ſoli, ſi ſolum ratio diminutionis pœnæ habeatur, 5.q.71.12.c.
14 Suffragia inquantum ſunt ſatisfactiones ex intentione facientis transferuntur in mortuos, magis proſunt ei pro quo ſingulariter fiunt, quam quæ fiunt pro eo, & communiter pro aliis: inquantum vero accipiuntur vt valent ex virtute charitatis, tantundem ſingulis proſunt, ac ſi pro vno tantum fierent, 5.q.71.13.0
15 Quantum attinet ad velociorem abſolutionem pœnæ, plus valent ſpecialia & communia ſuffragia ſimul, quam communia tantum: quantum vero ſpectat ad finalem pœnæ liberationem, æque valent etiam ſolum ſuffragia atque ſpecialia & communia ſimul, 5.q.71.14.c.
1 ¶*Summum malum non datur, 1ª.q.49.3.0.*.q.103.7.1m.*.22ª.q.172.6.c.
1 Summum & infimum in vita humana poteſt accipi dupliciter, ſ. per comparationem ſtatus ad ſtatum, tam in ſpirituali vita quam in ſeculari, vel per comparationem graduum, qui ſunt perfectio eiuſdem huius 22ª.q.159.1.2m.
1 ¶Super, ſignificat tria, ſcilicet directum ſitum, iuxta, & poſt. 12ª.q.89.2.1m.
1 ¶Superbia dicitur dupliciter. ſ. vt ſupergreditur regulam rationis, & quælibet exceſſus: prima ſemper eſt mala, ſecunda vero, quandoque eſt bona, 22ª.q.162.1.1m
2 Superbia dicitur tripliciter, ſ. inclinabilitas ad ſuperbiendum, ex flexibilitate naturæ, vel corruptione fomitis actualis elatio contra præceptum, vel inordinatus appetitus excellentiæ in quacunque re: & tertio inordinatus appetitus excellentiæ, cui debetur honor & reuerentia: prima eſt initium vel radix omnia peccati. ſecunda eſt generale peccatum: tertia vero, eſt peccatum ſpeciale, & eſt vnum de ſeptem capitalib. 12ª.q.84.2.0.*.22ª.q.162.2.8.0
3 Genus duplex ſuperborum, ſ. efferentium ſe ſupra alios, & arrogantium ſibi aliquid ſupra ſe 22ª.q.13.5.c.
4 Superbia propriè, eſt inordinatus appetitus excellentiæ, cui debetur honor & reuerentia. Vel ſuperbia propriè reſpicit defectum ſubiectionis hominis ad Deum, ſecundum ſcilicet quod aliquis ſe extollit ſupra id quod eſt ſibi præfixum ſecundum diuinam regulam vel menſurã, 12ª.q.84.2.0.*.22ª.q.77.5.8.*.138.4.c.*.q.162.1.0*.2.3.c.*.4.5.6.2.
5 Superbia magis eſt in appetitu excellentiæ, quam in æſtimatione. 22ª.q.162.1.0
6 Species ſuperbiæ ſunt quatuor. ſecundum Gregorium. ſ. vel cum aliquis exiſtimat bonum quod habet ab alio, ac ſi haberet à ſeipſo efficienter, vel meritorie: vel cum aliquis attribuit ſibi maius bonum quam habeat, vel prout excellentior aliquis redditur ex quod bonum aliquod excellentius ceteris poſſidet, & ſic aliis deſpectis, ſingulariter vult videri, 22ª.q.162.4.0
7 Excuſatio peccati, pertinet ad tertiam ſpeciem ſuperbiæ. præſumptio vero ad quartam, 22ª.q.162.4.3m
Gradus ſuperbiæ ſunt duodecim ſecundum Bernardum, oppoſiti duodecim gradus humilitatis ſcilicet curioſitas per quam aliquis curioſe, vbique & inordinate circumſpicit leuitas mentis, per quam ſcilicet homo ſuperbe ſe habet in verbo inepta lætitia qua homo eſt facilis & promptus in riſum iactantia non tacẽs vſque ad interrogationem, ſingularitas per quam ſcilicet aliquis ſanctior aliis vult apparere, arrogantia per quam ſcilicet homo ſe aliis præfert. præſumptio per quam aliquis reputat ſe ſufficientem ad maiora, defenſio peccatorum, ſimulata confeſſio per quam ſcilicet aliquis non vult ſubire pœnas pro peccatis quæ ſimulate confitetur, rebellio deſpiciens obedire libertas per quam ſe licet homo delectatur libere facere quod vult peccãdi conſuetudo, quæ implicat Dei contemptum 12ª.q.162.4.*.4m. 8
Superbia propria ſemper eſt peccatum, 12ª.q.162.1.0. 9
Superbia ſecundum ſe, eſt ſpeciale peccatum, ratione ſpecialis obiecti: ſed eſt peccatum generale ſecundum redundantiam duplicem, ſ. finis, & contemptus legis, 22ª.q.162.7.0.5.1m.*.8.c 10
Superbia ſecundum genus ſuum, eſt peccatum mortale, præter actus eius imperfectos, id eſt ſine conſenſu deliberato, 22ª.q.162.5.0. 11
Superbia eſt grauiſſimum omnium peccatorum, ex parte auerſionis, non autem ex parte conuerſionis, 22ª.q.162.6.0.*.7.4m. 12
Superbia eſt initium omnis peccati, ex parte auerſionis, concupiſcentia vero, ex parte conuerſionis, 12ª.q.84.2.c.4.4m 13
Superbia eſt initium omnis peccati, non actu, ſed aptitudine, 22ª.q.162.7.0.*.5.1m.*.7.1m 14
Superbia & auaritia inquantum ſunt ſpecialia peccata, ſunt radices omnium peccatorum 12ª.q.84.1.c.2m..2.c.*.22ª.q.118.2.1m 15
Superbia eſt primum omnium peccatorum, & principium eorum. 22ª.q.162.7.0 16
Superbia eſt regina omnium vitiorum. 12ª.q.84.4.4m.*.1.22ª.q.132.4.c.1m.*.q.152.1.2m.*.q.162.8.c. 17
Superbia inordinate appetit excellentiam, ſed inanis gloria manifeſtationem eius: ideo non ſunt idem, ſed prima cauſat ſecundam. 22ª.q.132.4.c.*.q.162.5.2m 18
Superbus anhelat ad ſuperabundantiam fortitudinis: ideo vult videri audax. 22ª.q.162.7.5m 19
Superbia opponitur magnanimitati ſecundum exceſſum inquantum tendit ad magna inordinate: ſed directim opponitur humilitati, inquantum ſubiectionem aſpernatur, 22ª.q.162.1.3m.*.5.8 20
Superbia corrumpit ſolam humilitatem, per directam contrarietatem: ceteras autem virtutes corrumpit per abuſum. 1ª.q.64.2.5m.*.22ª.q.22.8.3m 21
Superbia ſemper contrariatur dilectioni Dei, & aliquando dilectioni proximi, 22ª.q.162.5.2m 22
Superbia eſt ſubiectiue in iraſcibili, non ſolum ſenſitiua, ſed etiam in voluntate, 22ª.q.162.3.0. 23
Homo ſuperbiuit de ſcientia & potentia: ideo conuictus eſt de ignorantia per idolatriam, & de impotentia, per tranſgreſſionem legis. 12ª.q.80.2.3m.*.6.c 24
Superbia oritur ex virtutibus per accidens tantum. i. occaſionaliter. 22ª.q.162.5.1m. 25
Superbia directe impedit cognitionem practicam, non autem ſpeculatiuam, niſi indirecte. 22ª.q.162.3.1m. 26
Extollentia oculorum, eſt ſignum ſuperbiæ, excludendo reuerentiam, & timorem 22ª.q.161.2.1m 27
Deus permittit ruere in luxuriam, vt liberet à ſuperbia, 12ª.q.79.4.c.*.q.87.2.1m.*.q.98.2.1m.*.22ª.q.162.6.3m 28
¶Remedium triplex contra ſuperbiam ſcilicet conſideratio propriæ infirmitatis magnitudinis Dei, & imperfectionis propriorum bonorum 22ª.q.162.6.1m. 29
¶*Superficies eſt proprium, & per ſe ſubiectum colorum. 12ª.q.56.1.3m.*.1ª.q.74.2.c
¶Superius habet ſimilitudinẽ cum inferiori, vt ſol cum igne, & in Deo eſt ſimilitudo omnium rerum & ſecũdum accidẽs, poteſt eſſe aliquid ſimile ſubſtantiæ, ſimilitudine quæ eſt inter cauſatum & cauſam, 1ª.q.57.2.2m
¶Superſtitio eſt quædam proteſtatio infidelitatis. 22ª.q.94.1.1m.*.q.97.4.c.*.q.100.2.1m 1
Superſtitio eſt vitium, religioni oppoſitum ſecundum exceſſum 22ª.q.92.1.0.*.q.94.2.c.*.q.95.1.c.*.q.122.1.c.*.q.118.2 b 2
Species eius ſunt quatuor. ſ. cultus Dei inordinatus, idololatria, diuinatio, & obſeruatio vana, 12ª.q.92.2.0.*.q.94.1.0 3
Ad ſuperſtitionẽ pertinet omnis idololatria, & omnis acceptio auxilij dæmonum ad aliquid faciendum vel cognoſcendum. 22ª.q.95.2.c. 4
Quicquid procedit ex ſocietate dæmonum cum hominibus, ſuperſtitioſum eſt. 22ª.q.95.2 b 5
Omnis ſuperſtitio oritur ex aliquo pacto cum dæmonibus inito, expreſſo, vel tacito: ideo prohibetur primo præcepto. 22ª.q.122.2.3m.*.3.4.c 6
¶Suppoſitio ponitur aliquando in prædicato, tam confuſa, quam determinata. 1ª.q.36.4.2m.
¶*Suppoſitum.*. In compoſitis differunt ſuppoſitum & natura. 1ª.q.3.3.c.*.q.29.2.3m.*.3ª.q.16.5.1m 1
In diuinis ſuppoſitum dicitur, quaſi ſub alio poſitum, non quidem ſecundum rem, ſed ſecundum modum ſignificandi, quia ibi eſt res ſubſiſtẽs 1ª.q.39.1.3m c 2

In Deo

3 In Deo ſuppoſitum & natura, ſunt idem re, & differunt ſecundum modum ſignificandi, 1ª.q.3.3.o.ª.3ª q.2.2.c.

4 Perſona filij Dei, eſt ſuppoſitum naturæ humanæ, 3ª.q.16.1.2.3.c

1 ¶ Suſpicio vitium importat, quæ quanto plus procedit, eſt magis vitioſa 22ª.q.60.3.c

2 Suſpicio eſt opinio mali, ex leuib. ſignis, 22ª.q.60.3.4.c

3 Gradus ſuſpicionis triplex .ſ. leuis dubitatio, certa æſtimatio, & condemnatio in iudicando: prima eſt peccatum veniale, ſecunda eſt peccatū mortale, ſi eſt de graui, tertia eſt peccatum mortale, pertinens ad iniuſtitiam, 22ª.q.60.3.o

4 Suſpicio contingit tripliciter .ſ. ex propria malicia, ex odio & ex experientia, 22ª.q.60.3.4.c

¶ Suſtinere eſt difficilius tripliciter, quàm aggredi: & importat paſſionē corporis, & actionem animæ, 22ª.q.123.6.1m.ª.2m

1 ¶ Suſurratio eſt ad ſeparationem amicitiæ: detractio vero, ad denigrationem famæ: ideo differunt fine, ſed conueniunt in materia & forma .ſ. in occulta maledictione, 22ª q.74.1.n.o.ª.q. 3.1.c.

2 Suſurratio eſt grauius peccatum detractione, & contumelia, quia amicitia eſt melior quolibet alio bono exteriori, 22ª.q.74.2.o

1 ¶ Suum dicitur alicuius quod ad ipſum ordinatur, 1ª.q.21.1.3m

2 Suum vniuſcuiuſque dicitur, quod ei ſecundum proportionis æqualitatem debetur, 22ª.q.58.11.c.

T

1 Tabernaculum Dei, ſignificat eccleſiam militantem, ſed domus vel templum Dei ſignificat eccleſiam triumphantem, 12ª.q.102.4.2m

2 Ratio tabernaculi in veteri lege, & diſtinctio partium eius, & templi, declaratur, 12ª.q.102.4.o

3 Totus ſtatus prioris tabernaculi ordinabatur ad ſignandum mortem Chriſti, 12ª.q.102.4.5m

¶ Tabula ſecunda poſt naufragium peccatorum, eſt pœnitentia, & verecundia, 3ª q.84.6.o

¶ Tacere dicendum, & loqui tacendum, eſt peccatum, 12ª.q.73.1.1m.

1 ¶ Tactus eſt ſenſus alimenti, guſtus autem eſt diſcretiuus ſaporum, 22ª.q.141.5.1m

2 Tactus vt eſt in aliis membris quàm in lingua, diſtinguitur à guſtu, & ſecundum diuerſam rationem immutationis, 1ª.q.78.3.1m.

3 Tactus eſt vnus genere, & eſt plures ſpecie, ſecundum plures contrarietates, vel omnes huiuſmodi conueniunt in vno genere proximo, ſed innominato, 1ª.q.78.3.3m

4 Tactus eſt fundamentum omnis ſenſus, & eſt per totum corpus, ſicut & organum eius: & eo dicitur aliquid ſenſitiuum, 1ª.q 76.5.c.ª.q.91.1 3m.ª 3ª.1m

5 Subtilitas tactus, ſequitur æqualitatem complexionis: ideo quanto quis eſt melioris tactus tanto melioris eſt intellectus, 1ª.q.76.5.c.

6 Organum & medium tactus, non poſſunt denudari ſuo obiecto, ſicut in aliis ſenſibus, quia qualitates tangibiles, ſunt differentiæ corporis, in quantum corpus, 1ª.q.91.1.3m

7 Proles in ventre matris, antequam habeat animam rationalem, ſentit per tactum, 3ª.q.74.2.3m

8 Tactus duplex .ſ. quantitatis & virtutis, 1ª.q.75.1.3m.ª.q.105.2.1m.

¶ Tantum. ª. Hoc aduerbium tantum, cum ſit excluſiuum, poteſt poni ex parte ſubiecti, & ex parte prædicati: poſſumus enim dicere: tantum Socrates currit, id eſt, nullus alius currit: & Socrates currit tantum, id eſt, nihil aliud facit, 1ª.q.31.3.2m.

¶ Tarditas ſuperflua, minus opponitur rectitudini conſilij, quā præcipitatio, quia oportet conſiliari tarde, 22ª.q.53.3.3m

1 ¶ Temeritas. ª. Temere fieri dicuntur, quæ ratione non reguntur, vel propter impetum voluntatis, vel paſſionis, vel ex contemptu: & hoc propriè eſt temeritas, quæ cauſatur ex ſuperbia: ideo continetur ſub præcipitatione, quæ reſpicit vtrunque, ſed magis primum, 22ª.q.53.3.2m.

2 Temeritas ſiue præcipitatio, eſt defectus conſilij & ſpecies imprudentiæ, 22ª.q.53.3.1.c ſi

3 Defectus docilitatis, vel memoriæ, vel rationis, pertinet ad temeritatem, ſeu præcipitationem, 22ª.q.53.3.c.n

1 Temperantia eſt virtus, & eſt virtus ſpecialis & ſumatur antonomaſtice, vt refrenat à maxime allicientib. ſed eſt virtus generalis communiter, 22ª.q.141.2.2.o ª.4.1m.ª.q.176.1 c.

2 Temperantia eſt virtus cardinalis, 12ª.q.61.n.ª, q 66.1.4.c.ª, 22ª.q. 141.7.o.

3 Temperantia & omes partes eius, denominātur à defectu, in quo conſiſtit laus earum, ſicut fortitudo & omnes partes eius & laus earum cō conſiſtit in exceſſu, 22ª.q 146.1.3m

4 Laus eius magis eſt in vincendo delectationes, quàm in perſiſtendo cōtra impetus earum, 22ª.q 138.2.1m

5 Temperantia menſuram accipit ex conſeruatione ſalutis corporalis, & multo magis ex conſeruatione ſalutis ſpiritualis, 22ª.q.141.6.3m.

6 Neceſſitas huius vitæ, eſt regula temperantiæ, ſcilicet vt rebus vtamur, ad neceſſitatem vitæ præſentis, 12ª.q.63.4.c.ª.22ª.q.141.6.n.ª.q 142.1.c

7 Modus temperantiæ & omnium partium eius, eſt in retrahendo à delectationib. corporis, 22ª.q.141.2.3.c.ª.q.156.1.4.c

Partes eius integrales, ſunt verecundia, & honeſtas: partes vero ſubiectiuæ, ſunt abſtinentia, ſobrietas, caſtitas, & pudicitia: partes autem potentiales ſeu adiunctæ, ſunt continentia, humilitas, manſuetudo ſeu clementia, modeſtia, bona ordinatio, ornatus, auſteritas, paruitas, ſeu per ſe ſufficientia, & moderatio ſeu ſimplicitas, 22ª.q.143.o.ª.145.4.o. ª.q.146.1.3m.ª.q.157.3.o.ª.q.160.1.o.ª.q 161.4.o. 8

Verecundia non eſt pars temperantiæ, quaſi intrans eſſentiam eius, ſed quaſi diſpoſitiue ſe habens ad eam, 22ª q.144.4.4m 9

Verecundia principaliter pertinet ad temperantiam, ratione motiui .ſ. turpis, & non ratione timoris, ſecundario vero ad alias virtutes, 22ª.q. 144.1.2m.ª.4.4m 10

Studioſitas eſt pars temperantiæ adiuncta, ſeu potentialis: & comprehenditur ſub modeſtia, 22ª.q.166.2.o 11

Patientia non eſt pars temperantiæ, quia patientia firmat in bono contra triſtitias illatas ab alio, hæc autem circa triſtitias tactus, refrenando, 22ª.q 136.4.2m 12

Obiectum temperantiæ, eſt bonum delectabilium in concupiſcentiis tactum, ſecundum modum rationis, vel legis diuinæ, 12ª.q.63.4.c 13

Temperantia principaliter eſt circa concupiſcentias, & delectationes, ſecundario autem circa triſtitiam de abſentia delectabilium, 12ª.q.35 6.3m.ª.12ª.q.21.1.1m.ª.q.23.4 2m.ª.q.95.3.2m.ª.q.141.3.o.ª.q.147.2.3m 14

Temperantiæ directe modificat paſſiones concupiſcibilis, quæ tendunt in bonum, & conſequenter omnes alias, 22ª.q.141.3.1m 15

Temperantia munditiam operatur, ſed non habet rationem ſanctitatis, niſi referatur in Deum, 22ª.q.81.8.2m. 16

Propria materia temperantiæ, ſunt paſſiones, circa delectabilia tactus, 1ª.q.59.4.3m.ª.22ª.q.61 3 c.ª, 22ª.q.137.1.c 17

Temperantia principaliter eſt circa delectationes tactus, quo ad vſum, non autem quo ad iudicium, 22ª.q.151.2.1m 18

Temperantia propriè eſt circa maximas delectationes .ſ. tactus, id eſt, in cibo, potu, & venereis, ſecundario autem circa delectationes aliorum ſenſuum, 12ª.q.60.5.c.ª.22ª.q.141.4.5.o.ª.7.c.ª.q.142.c.ª.q.149 1.c.ª.q 151.3.o.ª.q.153.1 1m.ª.q.155.2.c.ª.q.156.2.c.ª.q.160.1. 2.ª.q.166.1.c.ª.2.c.2m 19

Temperantia principaliter eſt circa delectationes tactus, ſecundo guſtus tertio olfactus, quàm aliorum ſenſuum, 12ª.q.141.5.o 20

Temperantia eſt circa delectationes tactus moderando eas, non autem contemnendo, ſed reſiſtendo eis, 22ª.q. 155.3.1m 21

Temperantia eſt circa concupiſcentias naturalium delectationū, non autem liberalitas, quia concupiſcentia & delectatio pecuniæ, non eſt naturalis, ſed animalis: ideo liberalitas non pertinet ad temperantiam, 22ª.q.117.5.2m 22

Temperantiæ eſt refrenare delectationes ſenſibiles, non autem amicitiæ, id eſt, affabilitatis, ſed cauſare delectationes rationis in conuictu, 22ª.q.114.2.2m 23

Integritas, tranquillitas animi, decor, & honeſtas, maxime conueniunt tēperantiæ, inter cæteras virtutes, 22ª q.141.2.c.m.ª.2m.ª.3m.ª.8.1m ª.q.143.c.ª q.145.4.o.ª.q.152.5.c.ª.q.180.2.3m 24

Temperantia eſt principalior virtus, manſuetudine & humilitate, 22ª. q.146.1.2m.ª.3m 25

Temperantia & fortitudo, vt virtutes humanæ, non ſunt in angelis, ſed tantum vt operantur moderate & firmiter, 1ª q. 59.4.3m 26

Temperantia eſt ſubiectiue in concupiſcibili, 1ª.q.59.4.3m.ª.12ª.q 61 2.c.ª.q.65.1.c.ª.q.85.3.c.ª.22ª.q.58.5.2m.ª.9.c 27

Templū vel altare, ſoli Deo dedicatur, licet nominetur in honore ſanctorum, 22ª.q 85.2.3m. 1

Templum vel tabernaculum oportuit fieri, non quidem propter Deum ſed propter homines, vt excitaretur deuotio, & cognitio Dei, 12ª.q. 101.4.1m 2

Templum fuit ædificatum à Salomone, in loco oſtenſo Abrahæ. Non autem prius, ne gentes appropriarent illud ſibi, vel deſtruerent: ª certa vero ratio eſt, ne quælibet tribus vellet habere locum illum in ſorte ſua, & propter hoc oriretur inter eos lites & iurgia, 12ª q.101.3.2m 3

Gentiles cooperati ſunt Iudæis, in conſtructione templi. Non autem in conſtructione tabernaculi, quia primum ſignificat ſtatum legis nouæ ſecundum vero, ſtatum veteris legis 12ª.q.102 4.2m 4

Templum vel tabernaculum, erat tantum vnum, ad excluſionem idolatriæ, & quia cultus corporalis, ſecundum ſe non erat Deo acceptus, ſicut cultus ſpiritualis. Ideo multiplicantur eccleſiæ, & altaria nunc, 12ª.q.102.4.3m 5

Sicut in vnitate templi vel tabernaculi, repreſentabatur vnitas Dei, vel eccleſiæ, ſic in diſtinctione eorum repreſentabatur diſtinctio rerum ſub Deo: 12ª.q.102. 4 3m.ª.4m 6

Pars orientalis in templo: uel tabernaculo: ſignificat mundum corporalem: vel vetus teſtamentum. Sed pars occidentalis id eſt ſancta ſanctorum: ſignificat ſubſtantias ſpirituales: uel patriam celeſtē: vel ſtatum hunc: 12ª q.102.4 4m.ª.5m.ª.6m. 7

¶ Mala temporalia: infliguntur impiis in pœnam: non autem iuſtis: ſed in medicinam: 12ª q.114.10.1m 1

Fides non eſt de aliquo temporali: vt de obiecto: ſed vt pertinet ad veritatem æternam: 22ª.q.1.6.2m 2

Tentare eſt ſumere experimentum de aliquo: vt ſciat: uel poſſit: vel velit. Quod contingit ſextupliciter .ſ. verbis: factis: aperte: occulte: expreſſe: & interpretatiue, 1ª.q.114.2.o.ª.22ª.q.97.2.n 1

Tentatio

2 Tentatio ad prouocandum ad culpam, ſemper eſt peccatum in tentante, non autem ſemper in tentato, 2a.q.43.a.1m.
3 Quanto quis maiori tentationi ſuccumbit, tanto minus peccat, 12æ.q.73.a.6.c. & 6.c. & q.77.a.6.c. & 22æ.q.162.a.6.1m.
4 Occaſio tentationis duplex. ſ. ex parte hominis. i. propinquare peccato. & ex parte diaboli. ſ. bonum opus. Prima debet vitari, non autem ſecunda exemplo Chriſti, 3a.q.41.a.2.c.m.
5 Tentatio per ſe non eſt appetenda, quia non eſt vtilis, nec bona, niſi per accidens, ſcilicet per auxilium gratiæ Dei, ſed eſt mala de ſe, 3a.q.41.a.2m
6 Tentare Deum expreſſe, eſt petere aliquid ab eo, vel aliquid facere vt exploret eius ſapientiam, pietatem, vel poteſtatem. Interpretatiue vero, eſt ſine neceſſitate, & vtilitate committere ſe Deo in factis, vel in petitionibus, 22æ.q.53.a.4.1m.q.97.a.1.c. & a.2.c. & ſ.3m. & 3a.q.42.a.1m.
7 Tentare Deum, ſemper eſt peccatum, quia omnis tentatio procedit ex ignorantia, vel ex dubitatione, q.111.a.c. & 22æ.q.97.a.2.c.
8 Tentatio Dei, & quælibet alia irreuerentia eius, opponitur religioni, & eſt ſpecies irreligioſitatis, 22æ.q.97.a.3.c.
9 Superſtitio eſt grauius peccatum tentatione Dei, quia magis eſt contra reuerentiam Dei, 22æ.q.97.a.4.c.
10 Adam tentatus fuit à diabolo principaliter, ſed à muliere inſtrumentaliter. Nec fuit pœna, quia ſine difficultate poterat reſiſtere, 22æ.q.165.a.3m. & a.1m.
11 Conueniens fuit, quod Deus permitteret hominem tentari à dæmone, in ſtatu innocentiæ, & iuuari faceret ab angelis bonis, 22æ.q.165.a.1.c.
12 Ordo tentationis eius, fuit conueniens, ea q.165.a.2.c. & 3a.q.41.a.4.c.
13 Chriſtus voluit tentari, quadruplici ratione: ſ. vt nobis daret auxilium, cautelam, exemplum, & fiduciam, 3a.q.41.a.1.c.
14 Modus & ordo tentationis Chriſti, conueniens fuit, 3a.q.41.a.4.c.
15 Non omnis tentatio Chriſti, legitur facta in deſerto, licet quidam hoc aſſerant, ſ. imaginarie. Alij dicunt Hieruſalem dici deſertum, 3a.q.41.a.3m.
16 Chriſtus debuit tentari in deſerto, quia diabolus magis tentat ſolitarios, & tendentes ad meliora, 3a.q.41.a.2.c.
17 Chriſtus voluit tentari poſt ieiunium, quia ieiunium eſt arma contra tentationes, & occaſio, & oſtendit infirmitatem humanam, ſcilicet famẽ, 3a.q.41.a.1.c.
18 Chriſtus fuit tentatus in quadraginta dieb. ieiunij, præter illas tres tentationes, quas habuit poſt ieiunium, 3a.q.41.a.1.a.m.
19 Diabolus tentans oſtendit Chriſto regna, ſignando digito, non autem oculis Chriſti aliquid repræſentando, 3a.q.41.a.4.7m.
20 Chriſtus agebat, vt tunc à nemine videretur, licet diabolus portans, crederet videri Chriſtum ab omnibus, 3a.q.41.a.4.7m.
1 ¶ Tempus non eſt numerus abſtractus, ſed eſt numerus, 1a.q.10.a.6.c.
2 Motus eſt alteratio mobilis, ſecundum diuerſe vbi, ſed tempus eſt fluxus ipſius nunc ſecundum quod alternatur ratione, 1a.q.10.a.4.2m.
3 Tempus eſt in primo motu cæli, ſicut in ſubiecto, & primo menſurato, 1a.q.10.a.6.c.
4 Accidit tempori, eſſe numerum motus firmamenti, inquantum eſt primum motus, quia ſi alius motus eſſet primus, eſſet numerus eius, 1a.q.66.a.4.1m.
5 Tempus comparatur ad primum motum, vt menſura, & vt accidens ad ſubiectum, ad alios autem motus, vt menſura tantum, 1a.q.10.a.6.c.
6 Tempus eſt vnum, ab vnitate motus primi mobilis, non autem ab vnitate motus primi, 1a.q.10.a.6.c. & 3a.q.75.a.7.1m.
7 Vnitas & pluralitas temporis & inſtantis, accipitur tantum ſecundum primum motum cæli, qui eſt principium omnis motus & quietis, 3a.q.75.a.7.1m.
8 Tempus duplex. ſ. numerus prioris & poſterioris in motu cæli menſurans omnem motum continuum habentem ordinem ad motum cæli, & numerus prioris & poſterioris in quocunque, 1a.q.85.a.4.1m.
9 Continuitas accidit tempori, ratione motus. Ideo tempus menſurans motum non continuum, nec habentem ordinem ad motum continuum cæli, non eſt continuum. 1a.q.53.a.3.c. & q.61.a.2.2m. & q.63.a.6.4m. & q.85.a.4.1m. & 12æ.q.113.a.7.5m.
10 Tempus non menſuratur alio tempore, nec fieri eius: quia totum eſſe eius eſt in fieri. Ideo incipit in principio temporis, vt in principio: nõ autem vt in menſurante, 1a.q.66.a.4.5m.
11 Eſſe corruptibilium non menſuratur æternitate, ſed tempore: quia tempus menſurat ea, etiam ſi actu non mutentur, ſicut & quietem, 1a.q.10.a.4.3m. & a.5.c.
12 Tempus eſt per ſe menſura motus primi. Ideo non menſurat eſſe, niſi ſecundum quod ſubiacet variationi, ex motu cæli, 1a.q.10.a.4.3m. & 1.c. & q.18.a.2.c.
13 Tempus non menſurat, niſi habentia principium & finem ſui eſſe in tempore, quia etiam motus cæli, ſecundum quamlibet circulationem eſt huiuſmodi, 1a.q.10.a.4.c.
14 Scriptura diuina creationem rerum, in indiuiſibili factam pronunciat dicens: In principio creauit Deus cœlum & terram. Quod quidem principium Baſilius principium temporis exponit, quod oportet eſſe indiuiſibile: vt ſecundum philoſophum probatur, 1a.q.46.a.3.c.
15 Omnes & ſolæ operationes, quæ expectant in futurum aliquid ad complementum ſuæ ſpeciei, ſunt per ſe in tempore, 12æ.q.31.a.2.c.
16 Tempus procreationis carnalis & ſpiritualis eſt quintuplex. ſcilicet conceptionis, alitionis, emiſſionis, lactationis, & ablationis, 22æ.q.189.a.4m.
Pars noſtra intellectiua ſecundum ſe eſt ſupra tempus. Senſitiua vero ſubiacet tempori. Ideo tranſmutatur ſecundum curſum eius, 12æ.q.53.a.3m. 17
Intellectioni noſtræ adiacet tempus, ratione phantaſmatum, quo ad ſecundam operationem intellectus, non autem quo ad primam, 1a.q.85.a.4.2m. & 12æ.q.113.a.7.3m. 18
Verba omnium temporum, vere dicuntur de Deo, 1a.q.10.a.2.4m. & q.13.a.1.3m. & q.42.a.2.4m. 19
Quædam nomina ſignificant tempus, verba vero & participia cum tempore, ſed aduerbia habitudinem temporis, 1a.q.13.a.1.3m. 20
¶ Tenebræ poſſunt dici tripliciter, ſ. ſubiectum lucis, humiditas, & priuatio eius. Primo modo, & ſecundo, ſunt entia, & creatæ à Deo, non autem tertio modo, 1a.q.66.a.1.c.5m. & a.2.c.ſ. & q.68.a.3.c. & q.69.a.1.c. & q.74.a.2.4m.
¶ Teneri. Ad impoſſibile nemo tenetur, 22æ.q.7.a.3.1m. & q.88.a.3.2m. & q.105.a.1.3m.
¶ Tertia dies creationis, 1a.q.69.a.1.a. a principio.
¶ Tergiuerſari, eſt ab accuſatione omnino deſiſtere inordinate, 22æ.q.68.a.3.c.3m.
¶ Ternarius numerus, eſt numerus perfectus, 22æ.q.70.a.2.c. & 3a.q.53.a.2.c.
¶ Terra. Non eſt poſſibile, aliam eſſe terram, præter iſtam. Et eadem ratio eſt de alijs partib. mundi, q.47.a.2.3m. 1
Aſtrologus demonſtrat terram eſſe rotundam, per eclipſim ſolis, & lunæ: naturalis vero per motum grauium ad centrum, 1a.q.1.a.1.2m. & 12æ.q.54.a.2.c.m 2
Per opus ornatus tertio diei creationis, aufertur duplex informitas terræ, ſ. coopertio per aquas, & defectus & plantarum, 1a.q.66.a.1.c. & q.69.a.1.c. 3
Terra ſicut dicitur inanis & vacua, quia deerat ei duplex pulchritudo. ſcilicet vna quam habet ex hoc quod eſt aquis diſcooperta, alia quam habet ex hoc quod eſt ornata herbis & plantis, ita eius formationem expreſſit ſcriptura per hoc quod dicit, & appareat arida, 1a.q.66.a.1.c.1m. & 5m. & q.67.a.4.c. & q.68.a.3.c. & q.69.a.1.c.1m. & a.2.c. & q.74.a.2.4m 4
¶ Tertulianus. Hæreſis Tertuliani & Vadrianorum, ſiue Anthropomorphitarum, qui figurant Deum corporalibus lineamentis, 22æ.q.158.a.5.c.
¶ Teſtamentum propriè eſt percipiendæ hæreditatis inſtitutio filijs à patre. Ideo primo pertinet ad promiſſiones, ſecundo ad mãdata, quæ ſe habent ſicut via ad conſequendam hæreditatem promiſſam, 3a.q.78.a.3.3m 1
Omni tempore fuerunt aliqui pertinentes ad nouum teſtamentum, 12æ.q.106.a.3.c.m 2
Omnes quibus data fuit lex gratiæ, pertinent ad teſtamentum nouum, 12æ.q.106.a.1.3m. & q.107.a.1.2m. & 3m. & 22æ.q.108.a.3m. & 3a.q.8.a.3.1m 3
¶ Teſtis eſſe quilibet tenetur ad liberandum, non autem ad condemnandum, niſi requiratur à ſuo ſuperiore, & iuridice, in manifeſtis, & de quibus eſt infamia, 22æ.q.70.a.1.c. & a.3m 1
Ad teſtimonium requiruntur duo vel tres teſtes, & ſufficiunt, niſi in epiſcopis, presbyteris, diaconib. & clericis Romanæ eccleſiæ, propter ſanctitatem, dignitatem, & aduerſarios, 22æ.q.70.a.2.c. 2
Diſcordia teſtium, non aufert efficaciam probationis, niſi ſit in circunſtantijs, quæ variant ſubſtantiam facti, 22æ.q.70.a.3.2m 3
Teſtis debet dicere certum pro certo, & dubium pro dubio. Nec peccat mortaliter errans, præmiſſa diligentia, 22æ.q.70.a.4.1m. 4
Clericus non poteſt iuſte cogi, vt ſit teſtis in cauſa ſanguinis, quia non conuenit ei cooperari ad occiſionem hominis, 22æ.q.70.a.1.2m 5
Teſtis repellitur quadrupliciter, ſ. primo propter culpam, vt infideles, infames, & rei publico crimine, qui etiam accuſare non poſſunt. Secundo propter defectum rationis vt pueri amentes, & mulieres. Tertio propter affectum, vt inimici, coniuncti, & domeſtici. Quarto propter conditiones, vt ſerui, & pauperes & quibus imperari poteſt, de quibus probabile eſt, quod de facili poſſunt induci ad teſtimonium ferendum contra veritatem, 22æ.q.70.a.3.c. 6
Falſum teſtimonium habet triplicem deformitatem, ſ. periurij, iniuſtitiæ & mendacij. Ideo eſt peccatum mortale ex prima & ſecunda deformitate, non autem ex tertia, 22æ.q.70.a.4.c. 7
Per prohibitionem falſi teſtimonij, prohibentur omnia peccata locutionis, 22æ.q.122.a.6.2m 8
Teſtes accipiunt, non quaſi pretium teſtimonij, ſed quaſi ſtipendium laboris expenſas ab vtraque parte, vel ab inducente, 22æ.q.71.a.4.1m 9
¶ Tetragrammaton eſt nomen proprium Dei, impoſitum ad ſignificandum ſubſtantiam Dei, vt eſt incommunicabilis, 1a.q.13.a.9.1.c. & a.11.1m.
¶ Thamar non excuſatur à peccato, nec Iudas fornicans cum ea, 22æ.q.154.a.1.3m.
¶ Theodoſius Auguſtus, miſit ad Ioannem, in Aegypti heremo prophetam famoſum, & certiſſimum victoriæ nuncium accepit, 22æ.q.174.a.6.1m.
¶ Theologia eſt doctrina neceſſaria homini, præter ſcientias naturaliter inuentas ab eo, 1a.q.1.a.1.c. & 22æ.q.2.a.3.4.c. 1
Theologia eſt ſapientia, 1a.q.1.a.6.c. 2
Theologia eſt velut quædam impreſſio diuinæ ſcientiæ, quæ eſt vna, & ſimplex omnium, 1a.q.1.a.3.1m 3
Theologia eſt ſcientia nobis diuinitus reuelata, 1a.q.1.a.2.2m. & 22æ.q.188.a.8.c.ſ. 4

5 Theologia eſt ſcientia procedens ex principiis per ſe notis in ſcientia ſuperiori, ſcilicet Dei & beatorum, 1ª.q.1.a.2.c.* 6.2m.* 2m.* 22ª.q 1.5.2m.

6 Theologia eſt vna ſcientia, 1ª.q.1.3.4.c.

7 Theologia eſt ſcientia practica, ſed magis & principaliter ſpeculatiua, 1ª q 1.4.c.* 5.c.

8 Theologia eſt ſcientia argumentatiua. Et maxime proprium eius eſt, arguere ea auctoritate ſacræ quidem ſcripturæ propriè & ex neceſſitate, aliorum vero ſanctorum probabiliter, philoſophorum autem, quaſi extraneè. rationib. verò naturalis rationis ad aliquam manifeſtationem, non autem ad probandam fidem, 1ª q 1.8.c.

9 Theologia diſputat contra negantes, ſi aliquid de ſacra ſcriptura concedunt, oluendo tantum rationes eorum, ª.q.1.8.c.

10 *Deus eſt ſubiectum theologiæ, 1ª.q.1.7.c.

11 Theologia nō tractat de Deo & de creaturis æqualiter, ſed de Deo principaliter, de creaturis autem, vt referuntur ad Deum, vt ad principiū vel finem. ª.q.1.3.1m.* 7.c.

12 Theologia principalius agit de diuinis, quam de actib. humanis, de quibus agit, ſecundum quod per eos homo ordinatur ad perfectam Dei cognitionem, 1ª.q.1.4.c.ſi.

13 Theologia conſiderat actus humanos tripliciter, ſ. primo vt per eos homo ad beatitudinem ordinatur, ſecundo vt in eis eſt bonum & malū, melius & peius, tertio vt ſunt meritorij, 12ª.q.a 7.c.1m

14 Theologia non tractat principaliter de ſingularib. ſed vt ſunt in exemplum vitæ, & in commendationem virorum per quos nobis reuelata eſt, 1ª.q.1.2m

15 Ad ea quæ conſiderantur de Deo in theologia, vtimur effectib. eius ſcilicet naturæ vel gratiæ, loco diffinitionis, quia de Deo non poſſumus ſcire quid eſt, 1ª.q.1.7.1m.* q.2.2 2m.* q 3 prin.* q.12.12.c.3m. *.13.1.*.q.1 3 8 2m

16 Finis theologiæ inquantum eſt practica, eſt beatitudo æterna, 1ª.q.1.4.c.ſi.* 5.c

17 Finis theologiæ vltimus, eſt contemplatio primæ veritatis in patria, 1ª q.1.4.c.ſi.* 1.c.

18 Theologia tractat de conſideratis in diuerſis ſcientiis phyſicis, 1ª.q.1.3 2m.* 4.c.

19 Theologia eſt dignior cæteris ſcientiis. 1ª.q.1.5.c

20 Thelogia non accipit aliquid ab illis ſcientiis, vt a ſuperiorib. ſed vtitur eis vt inferiorib. propter nos, ª.q.1.5.2m.* 8 c.

21 Thelogia non probat principia aliarum ſcientiarum, ſed iudicat de eis, & reprobat quicquid eius veritati repugnat, 1ª.q.1.6.2m.

22 Theologia non accipit principia ſua, nec ſupponit ea ab aliqua ſcientia humana, ſed accipit ea immediate a Deo, 1ª.q.1.5.2m.* 6.1m

23 Theologia eſt de reb. ſecundum quod cognoſcuntur lumine reuelationis diuinæ: metaphyſica vero, ſecundum quod cognoſcuntur lumine rationis 1ª.q.1 1.1m

24 *Theologia ſacra, differt ſecundum genus, à theologia naturali, id eſt, à metaphyſica, 1ª.q 1.c.2m

25 Theologia eſt magis diuina, & magis ſapientia, quam metaphyſica, 1ª. q.1 6 c.

26 Theologia viæ ſubalternatur theologiæ beatorum 1ª.q.1 2.c.1m

1 ¶Thomas iubetur tangere Chriſtum vt ſit teſtis reſurrectionis eius, licet crederet ſolo tactu: Magdalena vero prohibetur, quia mulier erat, 3a q 54 4.2m.* q.15 6.3

2 Thomas aliud vidit aliud credidit. 22ª.q.1.4.1m.* 3ª q.55.5.3m.

3 Thomas Cantuarienſis ſuſtinuit ſcandalum publicum, vt occurreret maiori periculo, ſ. libertati eccleſiæ, & repetit res eccleſiarum, cum ſcandalo regis. 22ª.q 43.8.b.

1 ¶Thurificatio non ceſſauit in nouo teſtamento, quia ſignificat deuotionem orationis, non futuram, nec vt effectum eius, ſed vt ſemper habēdam. 3ª q.83.5 2m.

2 Vtimur thurificatione, non ex ſtatuto legis veteris, ſed eccleſiæ, ad reuerentiam euchariſtiæ, & ad repræſentationem effectus gratiæ ideo primo ſit altari, quod ſignificat Chriſtum, ſecundo omni homini per ordinem, quia gratia deriuatur a Chriſto ad fideles, officio miniſtrorum, 3ª.q.83.5.2m.

3 ¶Thus offerebatur in ſacrificiis veteris legis, ad ſignificationem deuotionis neceſſariæ offerentib. & bonæ famæ, quia pingue & odoriferum eſt, 12ª.q.101.3.14m.

2 Nec ponebatur in ſacrificio zelotypiæ, qui non procedebat ex deuotione ſed magis ex ſuſpicione, 2ª.q. 02. .16 1.

¶Timiditas eſt peccatum leuius intemperantia, ratione peccantis, triplici ratione & obiecti ſiue materiæ neceſſitatis. ſ. quia timidus eſt minor cōpos ſuæ mentis, & peccatum eius eſt minus voluntarium, dupliciter. ſ. cum principium eius ſit ab exteriori impellente, atque minus circa ſingularia. & minus de facili poteſt contra, dimiditatem remedium adhiberi. 22ª.q 142.3 c.

1 ¶Timor inter cæteros animæ motus, poſt triſtitiam, magis obtinet rationem paſſionis, & eſt ſpecialis paſſio 12ª.q.41 1 2.c

2 Timor eſt triſtitia, non quidem eſſentialiter, ſed ratione obiecti triſtantis ſi ſit præſens, 12 q 41 .1.1m.

3 Timor non eſt virtus theologica, quia non habet Deum pro principali obiecto ſicut amor, ſed malum, 22ª.q.19.9.2m.* .1m.

4 Timor pertinet ad appetitum ſenſitiuum. 12ª.q. 41 .1.c.* 22ª.q.9.1.c.

5 Timor nullo modo eſt in concupiſcibili, ſed iraſcibili, 22ª.q.23.1.2.*. q.41.2.1m.* q.42. .8.* q.43.2.3

6 Vis appetitiua perficitur contra concupiſcentiam inordinatam delectabilium dono timoris: ideo timor correſpondet temperantiæ, 12ª. q. 68.4.c.ſi.* .* .4m.* 2ª.q.141.1.3m

Decertantes non timent propter potentiam decertandi, ſed propter defectum eius, ª.q.44.2 3m. 7

Decapitandi non timent quia non habent ſpem euadendi, quæ requiritur ad timorem, 12ª.q.41 2.5.ſi *.q.43.2.c.2m *.12.q 2c.7 c 8

Timor nullo modo eſt in Deo, quia Deus non habet ſuperiorem, 22ª. q.19.1.c.1m. 9.

Habitus & actu doni timoris, & paſſio eius, fuit in Chriſto, ſecundum quod appetitus eius refugiebat laborem corporis, non autem incertitudo futuri, nec vnquam timiditatis actu, nec habitu, ª.q 7.6.c.* q. 15 7.c. 10

Timor filialis eſt in beatis, quo ad actum reuerendi Deum, non autem quo ad actum timendi ſeparationem à Deo, nec timor ſeruilis, i. de pœna, eſt in eis, 12ª.q 67.4.c* .22ª.q 19.11.c. 11

Timor eſt in damnatis propter ſucceſſionem pœnarum non tamen proprie quia ſunt ſine ſpe, 2ª.q 67 4.c. 12

Obiectum timoris eſt malum futurum, difficile, cui reſiſti non poteſt, 12ª.q.41 .1.c.* .c.4 c *.q 43.1.c.* q.44.2.c.3m.* 22ª.q.19.c1.c. *.q.123 4.c.* q. 44 .c *.2.c. 13

Timor primo & per ſe reſpicit malum. vt proprium obiectum: bonum autem, vt habet reſpectum ad malum duplex ſ. priuans bonum, vel inflictum à bono, 2ª.q.41.1 c *.q.43 2.1m. 14

Timor reſpicit duo ſ. malum quod refugit, & bonum quod ſua virtute poteſt inferre malum, 12ª.q.40.1 1.c.* q.403.1.1m .22ª q.19.1 c.* ª.q 7. .c 15

Deus timetur, non quidem vt malum ſed quia infligit malum pœnæ, 12ª q 42. .1.* .12ª.q. 9 2.c.* .9.2m 16

Deus eſt obiectum timoris, ratione iuſtitiæ. ſpei vero ratione miſericordiæ, 22ª.q.1 . .2m. 17

Timor eſt de malo naturæ, non autem proprie de malo culpæ, niſi ratione exterioris cauſæ ſ. ſeductionis & huiuſmodi, 12ª.q.42.2. .c.*. 22ª q.144 c.c. 18

Malum naturæ dupliciter non timetur ſ. quando eſt multum diſtans, vel quando eſt ineuitabile, 12 .q.2.2.c.* .2m 19

Inſolita & repentina maxime timentur. quia videntur eſſe maiora mala & minus remediabilia, 12ª.q.42.5.c.* q 48.3. m 20

Quæ non habent remedium quando ſunt in præſenti maxime timentur de futuro: non autem ſi habent remedium, dum ſunt futura. 22ª.q. 42 c. 21

Malum quod timetur ſemper eſt à cauſa extrinſeca. 12ª.q 42. 3.c.2m * 4 c. 22

Timor vt eſt à cauſa extrinſeca id eſt, vt paſſio conſequens phantaſiam mali imminentis poteſt timeri, non autem ſecundum quod ſubeſt voluntati. 12ª.q 42 4 c. 23

Timor oritur ex fuga mali quæ oritur ex deſiderio boni, ideo timor dicitur deſiderium. 2 .q 41.1.3m. 24

Timor per ſe naſcitur ex amore, ſed per accidens cauſat amorem 12ª. q.41.1.1m.* 22ª.q.123.4.2 .* q.21 2 c* .q.126.c.c *.q.17.2.1m. 25

Amor eſt cauſa timoris diſpoſitiue & materialiter ſed illatiuum mali eſt cauſa timoris effectiue 12 .q.43 1.c.* 2.c.* 22ª.q 16 4 3. 26

Defectus eſt cauſa timoris, diſpoſitiue & materialiter ex parte timentis, ſed ex parte eius qui timetur vires & robur eſt cauſa per ſe per accidens autem defectus ... 12ª.q 4 1.c 27

Senſus non apprehendit futurum ſed ex apprehenſione præſentis animal mouetur inſtinctu naturali ad timendum vel ſperandum futura. 12 .q.41.1 3m 28

Timor conſequitur deſperationem vincendi 12ª.q 15.1.c. 29

Manes & aſtutiæ ... iram, & nocent improuiſe: ideo magis timentur quam acuti, quia qui habent iram acutam, non occultant eam: & ideo nocumenta ab illis illata non ſunt repentina: quo præuidentur 12ª.q 42.1 2 30

Timor cauſat contractionem caloris & ſpirituum ab exteriorib. ad interiora: ſed propter frigus cauſatum ex imaginatione refrigeratur à corde: & à ſuperiorib. ad inferiora. ſed ira facit econuerſo: propter calorem & ſubtilitatem ſpirituum: ideo timor ſupra fugam & abominationem addit quandam depreſſionem animi, propter difficultatem mali, ſed ira facit promptos & audaces ad inuadendum. 12ª.q.25.1.c. *.q.44 1.3 c.* q.45.4.3 .* 3m 31

Timor impedit operationem exteriorem ex parte membrorum: propter defectum caloris ſed confert ex parte animæ per ſolicitudinem ſi permittat rationem: propter exceſſum 2ª.q 4 1.c 32

Timor facit tacere: quia contrahitur ſonus vocis 12ª. q. 44. 1.2m. 33

Timor facit pallere: ſed verecundia rubere quia ob eius primo propriè naturæ appetitus animalis obiectum autem ſecundi, opponitur ſecundo tantum. 2ª.q.44 1 3.*.3ª.q. 2.c.c 34

Timor cauſat etiam ſolutionem ventris emiſſionem vrinæ & ſeminis, propter contractionem ventris & teſticulorum, 12 q 44 1 1m 35

Timor Dei, operatur ad vitationem omnis peccati etiam negligentiæ. 22ª.q.54.2.4m. 36

Timor qui eſt ſecundum rationem excuſat totaliter à peccato, non autem timor inordinatus, ſed diminuit peccatum, inquantum eſt inuoluntarius. 22ª.q.125 4 c. 37

Timor duplex. ſ. naturalis, i. de malo corruptiuo, & non naturalis. i. de malo contriſtatiuo non repugnante naturæ, 12ª.q.41.4.c. 38

Species

39 Species timoris ſunt ſex,ſ.ſegnities,erubeſcentia,verecundia, admiratio, ſtupor,& agonia, 12.q.41.4.0.22.q.19.2.1m.
40 Timor duplex,ſcilicet filialis,& ſeruilis,12.q.67.4.2m.22.q.7.1.c.q.22.2.0.
41 Timor quadruplex,ſ.humanus vel mundanus,ſeruilis,initialis,& filialis ſiue ſanctus ſeu caſtus,22.q.19.1.c
42 Timor & triſtitia habent conuenientiam in malo: ſed differunt, quia primum eſt de futuro & arduo, ſecundum autem de præſenti & abſolute,12.q.42.3.2m.3.q.15.4.c.
43 Timor magis reſpicit rationem difficilis,quàm ſpes, 12.q.44.2.3m.
44 Ea quæ augent ſpem,diminuunt timorem, vt experientia, & omne augens poteſtatem,12.q.42.5.m.
45 Timor qui eſt inordinatus mortis tantum, id eſt, timiditas, opponitur fortitudini,non autem timor qui eſt ſecundum rationem: nec timor inordinatus aliarum rerum,quia includitur in quolibet peccato,22.q.125.2.0.
46 Timor initialis & filialis,differunt ſecundum ſtatus, ſicut imperfectum, & perfectum,non autem eſſentialiter,22.q.19.8.0
47 Timor mundanus & humanus,pro eodem computantur, quia conueniunt in vna ratione auertendi à Deo.22.q.19.2.5m.
48 Timor mundanus vel humanus reſpiciunt pœnam auertentem à Deo, ſed timor ſeruilis & initialis pœnam trahentem ad eum,ſeruilis principaliter alius ſecundario 22.q.10.2.4m
49 Timor ſeruilis & filialis non ſunt idem ſecundum ſubſtantiam,ſed differunt eſſentialiter,& ſpecifice.22.q.10.2.3m.5.m
50 Timor filialis, non contrariatur virtuti ſpei, ſed ſibi mutuo cohærent, & ſe inuicem perficiunt,22.q.19.0.1m
51 Timor ſeruilis,ex amore ſui cauſatur,22.q.19.6.c.
52 Timor ſeruilis,manet cum charitate,quo ad ſubſtantiam eius,non quo ad ſeruilitatem,12.q.96.0.8.2m.10.c.
53 Timor ſeruilis ſecundum ſuam ſubſtantiam, eſt bonus, ſed ſeruilitas eius eſt mala,22.q.19.4.0.7..c
54 Timor non eſt peccatum ſecundum ſe, ſed vt eſt inordinatus: & tunc eſt peccatum mortale,& quandoque veniale, 22.q.125.3.0.4.c.q.126.1.0.
55 Timor mundanus ſemper eſt malus,quia cauſatur ab amore ſemper malo,ſ.ab amore mundano.22.q.19.3.0.9.c.
56 Timor filialis,& timor caſtus,ſunt idem,22.q.19.2.3m.
57 Timor filialis habet duos actus,ſ.reuereri Deum, & timere ſeparationem ab eo, 22.q.7.2.2m.
58 Timor filialis augetur,aucta charitate: ſeruilis vero diminuitur ſecundum actum eius,non autem ſecundum ſubſtantiam,22.q.19.10.0
59 Timor filialis,ſiue caſtus,eſt primum donum, inter ſeptem dona ſpiritus ſancti,non autem timor mundanus vel humanus,nec ſeruilis licet ſit à ſpirituſancto,22.q.19.9.0.2.1m.
60 Actus doni timoris in beatis, eſt habere reuerentiam ad Deum,22.q.67.4.2m.
61 Donum timoris,eminentius retrahit à malis,propter reuerentiam Dei, quam virtus moralis,12.q.68.4.4m
62 Donum timoris,datur contra ſuperbiam: nec tamen eſt humilitas,ſed eſt principium eius,22.q.19.9.4m
63 Donum timoris,correſpondet ſpei.22.q.1..principio.q.19.principio.
64 Donum timoris,principaliter correſpondet ſpei, ſecundario autem temperantiæ,22.q.141.1.3m
1 ¶ Tyrannus. Regnum facilius degenerat in tyrannidem,propter magnam poteſtatem eius,ex crudelitate & auaritia,niſi regi ſit perfecta virtus,12.q.105.1.2m
2 Tyranni,ciuitates deſolantes,ſacra prædantes,id eſt,magna per vim auferentes,ſunt iniuſti,non autem illiberales,quia illiberalitas, eſt circa mediocres pecunias.22.q.119.6.4m
3 Perturbatio regiminis tyrannici,non habet rationem ſeditionis, niſi ſic inordinate fiat, quod maius detrimentum ſequatur: ſed tyrannus eſt magis ſeditioſus,22.q.42.2.3m.
4 Non licet occidere,vel inuadere tyrannos, niſi per publicam poteſtatē, licet principatum eorum ſit iniuſtus,22.q.42.2.3m
¶ Torneamenta,id eſt, inordinata & periculo a exercitia. prohibentur priuatione ſepulturæ eccleſiaſticæ, non autem caſtiludia, 22.q.40.1.4m
1 ¶ Totum triplex,ſ. quantitatiuum rationis vel eſſentiæ, totum potentiale vel virtutis. ſecundum & tertium conueniunt formis per ſe primū vero,per accidens tantum,12.q.76.8.c.
2 Totum homogeneum, nihil includit quod non includat quælibet pars eius,nec differt ſecundum identitatem earum & totius, nec per conſequens à ſua parte b. 1.q.11.2.2m
3 Totum ſubſtantiale,eſt in qualibet parte totum.ſicut tota natura & ſpecies aquæ,eſt in qualibet parte aquæ, non autem totum quantitatiuum,ſed pars in parte ſicut locatum in loco,12.q.8.2.3m.
4 In ſubſtantiis incorporeis,non eſt totalitas per ſe, nec per accidens, niſi ſecundum perfectam rationem ſuæ eſſentiæ,12.q.8.2.3m.q.50.1.3m.q.76.3.c
5 Virtus totius potentialis, eſt in vna parte eius complete, in alia autem diminute,12.q.77.1.1m.12.q.57.2.2m.
¶ Tragœdus.verus eſt falſus lector,ſecundum Auguſtin.12.q.87.1.1.
1 Trahere. Multi trahentes nauim,faciunt vnam actionem ex parte operati,ſed multas ex parte agentium,12.q.76.2.c.

Te ſua fata trahunt,vt poeta dixit,12.q.125.2.3m 1
¶ Transfiguratio Chriſti,conuenienter facta eſt,oſtenſione gloriæ,non autem mutatione formæ,vel naturæ,3.q.45.1.0 2
Teſtes eius fuerunt conuenientes,ſ.Moyſes,Helias,Petrus,Ioannes,Iacobus & Deus pater.3.q.45.3.4.0. 2
Moyſes tūc non reaſſumpſit proprium corpus,ſed aliud ſicut angeli:Helias autem habuit proprium corpus, & venit illuc de paradiſo terreſtri,non autem de cælo empyreo,3.q.45.3.2m. 3
¶ Transgreſſio propriè,eſt agere contra præceptum negatiuum: & eſt communis omni peccato materialiter: ſed formaliter eſt ſpeciale peccatum dupliciter.ſ.vt dicit contemptum præcepti, & vt differt ab omiſſione,22.q.79.2.0.1.3m.4.3m. 1
Tranſgreſſio & omiſſio propriè,ſunt peccata mortalia,ſed large, id eſt, præter præcepta ſunt venialia,22.q.79.4.1m 2
Tranſgreſſio ſimpliciter & abſolute,grauior eſt omiſſione,licet aliquando ſit econuerſo,22.q.79.4.0 3
Transfiguratio contrariatur actui virtutis, cuius omiſſio dicit ſimplicē negationem.22.q.79.2.c.2m 4
Omnis tranſitus,eſt determinatio ad determinatum,12.q.46.2.6m
¶ Tranſmutatio organi ſenſus duplex.ſ. intentionalis ſeu ſpiritualis, & naturalis:prima requiritur per ſe ad actum potentiæ ſenſitiuæ apprehenſiuæ, ſecunda vero per accidens: ſed requiritur per ſe, ad actum appetitus ſenſitiui.12.q.22.2.3m.1.c.
¶ Tremor eſt effectus remotus.propter debilitatem virtutis, ex defectu caloris,12.q.44.1.2m.3.0. 1
Cor timentib.maxime tremit,& quæ connectuntur pectori, vt vox, labium inferius,mandibula inferior, brachia, manus, quia calor deſerit cor,& deſcendit ad inferiora,vel quia hæc membra ſunt mobiliora,ſicut & genua.12.q.24.3.3m. 2
¶ Tribulatio. Miſericordes quandoque tribulantur, ad eorum correctionem,vel humiliationem,vel probationem,22.q.108.c.6. 1
Tribulationes quibus Deus punit peccatores ſunt meritoriæ & ſatisfactoriæ,ſi patienter accipiantur non autem aliter,12.q.87.6.c.ſi 2
Nullus eſt crudelis,qui tribulato & humiliato nocet,ſed parcit,quia canis etiam non mordet hominem iacentem,22.q.4.4.3 3
¶ Triduo Chriſtus fuit totus in ſepulchro,non autem totum,3.q.53.3.0.
¶ Trinitas. Trinitatem non eſſe in diuinis,eſt impoſſibile,12.q.31.1.0. 1
Nomen trinitatis,ſignificat vnitatem eſſentiæ in recto, & numerum perſonarum in obliquo,quo ad etymologiam, ſed quo ad ſignificationē, eſt econuerſo,12.q.31.1.1m. 2
Nomen collectiuum,ſignificat multitudinem ſimpliciter,i. diuiſorū per eſſentiam & virtutem minimam,ſ.vnitatem ordinis,ſed trinitas econuerſo,12.q.31.1.2m.q.43.5.6m. 3
Per rationem naturalem, non poteſt veniri in cognitionem trinitatis perſonarum,12.q.32.1.0.q.31.c.q.3.6.4. 4
Bonitas Dei,per effectum poteſt intelligi,ſiue trinitate perſonarum, non autem in viſione beata.22.q.1.8. 5
Trinitas non eſt trina,quia eſſent tres trinitates,12.q.31.1.5m 6
Trinitas eſt in vnitate,& econuerſo, id eſt tres perſonæ ſunt in vna eſſentia,& econuerſo.12.q.31.1.4m. 7
Deus eſt trinitas.contra Porretanos,12.q.39.6.1m. 8
Pater non eſt trinitas, 12.q.31.1.1m.q.39.6.1m 9
¶ Triplicitas non conuenit Deo, quia non ſignificat abſolute numerum ſicut trinitas,ſed ſignificat comparationem inæqualitatis,quia eſt ſpecies proportionis inæqualis, 12.q.31.1.3m.
¶ Triſtitia eſt paſſio animalis,media inter duas paſſiones iraſcibiles,quia ſequitur timorem,& iram,quam etiam cauſat,12.q.25.1.c.q.23.3.1m. 1
Triſtitia eſt dupliciter mala,ſ.ſecundum ſe,quæ eſt de malo apparenti, vero bono,& ſecundum effectum,i.de vero malo,ſed immoderata impediens bonam operationem,12.q.35.c. 2
Species eius,ſecundum applicationem ad extraneum ſunt quatuor,ſ.miſericordia,inuidia,anxietas vel anguſtia,& acedia,12.q.35.8.0.q.41.4.m.22.q.35.4.3m. 3
¶ Obiectum triſtitiæ,eſt malum proprium præſens, 22.q.35.8.c.q.36.1.c.1m. 4
Triſtitia eſt de bono alterius,inquantum eſt malum ſibi quadrupliciter ſcilicet nocendo,carendo excedendo,& quia eſt indignus,22.q.36.1.2.c. 5
Dolor eſt de repugnante ad naturam corporis apprehenſio per tactum incipiens in læſione corporis, & terminatur in apprehenſione, ideo eſt in ſenſu ſubiectiue & eſt paſſio corporalis ſed triſtitia eſt de repugnante appetitui, apprehenſio interius incipiens in apprehenſione, & terminatur in affectione & in appetitu ſenſitiuo & eſt paſſio animalis 12.q.42.3.2m.3.q.15.6.c.q.46.6.c. 6
Triſtitia eſt obiectiue in concupiſcibili,22.q.12.1.c.1m.2.1.c 7
Nulla triſtitia ſecundum Stoicos eſt vtilis ad aliquid. ideo quælibet triſtitia ſecundum eos eſt vitanda,3.q.46.2m. 8
Vera triſtitia fuit in Chriſto. 3.q.15.6.0.7.c.2m.9.c.q.46.6.0. 9
Triſtitia fuit in ratione inferiore Chriſti non autem in ratione ſuperiori niſi ſecundum quod radicatur eſſentia animæ.3.q.46.8.0. 10
Omnis defectus corporalis diſponit ad triſtitiam,22.q.35.6.2m. 11
Ro ſpe-

22 Ex ſpe & memoria malorum, cauſatur triſtitia, ſed non tanta, quanta à ſenſu præſentium. 12æ.q.30.1.3m.
23 Triſtitia inter omnes animæ paſſiones, maxime corpori nocet. 12æ.q.37.4.0.*.q.11.1.c.
24 Triſtitia impedit omnem operationem, de qua eſt, ſed auget eam operationem, cuius eſt principium. 12æ.q.37.2.3.0.*.q.39.3.3m.*.q.59.3.2m.
25 Contemplatio veritatis, mitigat triſtitiam & dolorem, etiam in cruciatu, ratione delectationis. 12æ.q.38.4.0.
26 Virtus moralis directe mitigat triſtitiam interiorem, conſtituendo medium in ea, non autem dolorem exteriorem, quia non obedit rationi ſed ſequitur naturam corporis, ſed mitigat indirecte, per redundantiam. 3a.q.46.6.2m.
27 Amici condolentes, mitigant triſtitiam, quia videntur comportare triſtitiæ onus cum illo, & quia in eo ſe percipit ab eis amari, quod eſt delectabile: delectatio autem omnis mitigat triſtitiam. 12æ.q.38.3.0.
28 Somnus, balneum, & omnia recreantia, mitigant triſtitiam. 12æ.q.38.5.0.
29 Omne animal naturaliter fugit triſtitiam. 22æ.q.34.6.c.
30 *Paſſio concupiſcibilis, importans quietem in malo, ſ. triſtitiam, media eſt inter duas paſſiones iraſcibilis, ſequitur enim timorem. Cum enim occurrit malum quod timebatur, cauſatur triſtitia. Præcedit autē motum iræ. Quia cum ex triſtitia præcedente aliquis inſurgit in vindictam, hoc pertinet ad motum iræ. 12æ.q.25.1.c.

¶Throni dicuntur propter quatuor convenientias ad ſedes materiales, quia elevantur ſuper terram, firmantur, ſedentem ſuſcipiunt, & aperti ſunt de ſuper. 1a.q.108.5.6m.

¶Turpe lucrum eſt ſpecies avaritiæ. 22æ.q.118.4m.

¶Turpiloquium eſt filia luxuriæ, quia luxurioſi quorum eſt cor turpibus delectationib. plenum & concupiſcentiis, de facili ad turpia verba prorumpunt. 22æ.q.153.1.4m.

1 ¶Turpitudo duplex. ſ. voluntaria & involuntaria. Prima eſt vitioſa, nō autem ardua: ſed ſecunda eſt pœnalis & ardua. ſ. vituperium. 22æ.q.144.2.c.
2 Turpitudo duplex. ſ. inhoneſtatis & exterioris defectus. ſecunda eſt in humilitate & mendicitate, non autem prima. 22æ.q.187.5.4m.
1 ¶Turtur eſt melior pullis eius; in columba autem eſt econtrario. 12æ.q.102.3.3m.
2 Turtur & columba erāt ſacrificia pauperum, in holocauſtis, propter ſolitarius altitudinem, & in hoſtiis pro peccato, non autē in pacificis, quia non erant neceſſitatis. 12æ.q.102.3.9m.*.3a.q.37.3.c.4m.
3 Turtur & columba ſunt in copia in Iudæa. Et ſignificant coniunctionē duarum naturarum in Chriſto, caſtitatem & charitatem. 12æ.q.102.3.2m.*3a.q.37.3.4m.
4 Turtur ſolivaga, ſignificat contemplationem & ſecretas orationum lachrymas. Sed columba gregalis vitam activam, & orationem eccleſiæ publicam. 3a.q.37.3.4m.
5 Turtur ſignificat prædicationem & confeſſionem fidei, per ſuam loquacitatem. Sed columba ſignificat ſimplicitatem & manſuetudinem. 3a.q.37.3.4m.

V

1 VAcuum non fuit ante creationem, nec poſt: quia vacuum non eſt tantum negatio ſed privatio. i. ſpacium capax corporis ſine corpore. Nec fuit poſſibile, niſi potentia creantis. 1a.q.46.1.4m.
2 ¶Vagatio mentis in oratione, tollitur fructum eius. Et eſt peccatum ex propoſito tantum. 22æ.q.83.13.3m.
3 Et eſt filia acediæ. 22æ.q.35.4.2m.*.3m.

¶Vapor non aſcendit ad cacumina quorundam montium. 1a.q.68.2.c.fine.

¶Varro ſecundum Auguſtinum, Dixit quod eſt Deus anima mundi, motu & ratione mundum gubernans. 1a.q.3.c.

1 ¶Vas quandoque dicitur inſtrumentum operandi aliquid 3a.q.62.3.1m.
2 Vaſa ſacra, in neceſſitate eccleſiæ, quo ad materiam tantum, poſſunt vendi integra, ad uſum eccleſiæ. Si autem vendantur ad alium uſum, frāgantur, præmiſſa oratione non autem vendi poſſunt ratione conſecrationis: vt. ſ. pro ea aliquid plus exigatur, quia ſimonia eſſet. 22æ.q.100.4.c.2m.*.3m.

Vbique eſſe, convenit ſoli Deo. 1a.q.8.2.4.0.*.q.16.7.2m.*.q.52.2.c.*.q.112.1.c.

¶Velleitas, quæ ſecundum quoſdam eſt voluntas incompleta, eſt de impoſſibili, quia. ſ. aliquis vellet illud, ſi eſſet poſſibile. Voluntas autem completa non eſt niſi de poſſibili, quod eſt bonum volenti. 12æ.q.13.5.1m.*.3a.q.21.4.c.

Motus naturalis eſt velocior in fine, & tardior in principio, motus autem violentus econverſo. 12æ.q.34.6.c.2m.

1 ¶Velum templi duplex. ſ. interius ante ſancta ſanctorum, & exterius. Secundum ſciſſum eſt in paſſione Chriſti, non autem primum. 12æ.q.102.4.4m.
2 Velum templi habebat quatuor colores, per quos quatuor elemēta deſignantur quæ nos impediunt à divinis. ſ. byſſum. ſ. per quod deſignatur terra, quia byſſus, i. linum, de terra naſcitur: purpuram, per quam ſignificatur aqua. Fiebat. enim purpureus color ex quibuſdam conchis, quæ inveniuntur in mari: hyacinthum, per quam ſignificatur aer, quia habet aereū colorem: & coccum bis tinctum, per quem deſignatur ignis. Vel per colores eius quatuor deſignantur quatuor virtutes. ſ. quia velum erat ornatum byſſo, ad deſignandum carnis puritatē: per purpuram autem ad figurandum paſſiones, quas ſancti ſuſtinuerunt pro Deo: cocco bis tincto, ad ſignificandum charitatem geminam, Dei & proximi. Hyacintho autem ſignificabatur cæleſtis meditatio. 12æ.q.102.4.4m.*.8m.

¶Venatio, Aucupium & piſcatio ſunt à natura, Ideo ſunt ſecūdum ſe licita. 1a.q.96.1.c.*.22æ.q.64.1.0.

VEndere. *. Pretium rerum venalium, conſideratur ſecundum uſum hominis, non autem ſecundum gradum naturæ rerum. 22æ.q.77.2.3m. 1
In illis eſt peccatum quæ bis venduntur, * quod patet in iis quorum uſus non eſt aliud a re ipſa. In quib. reb. qui rem vendit. vel mutuat, cum in huiuſmodi tranſeat dominium ad accipientem, vel rem bis vendit, & eſt in venditionib. ad credentiam, dum plus pro dilatione volunt accipere, vel vendunt quod non eſt. Et utrunque eſt uſurarium & peccatum. 22æ.q.78.1.0. 2
In domo autem ſunt duo. ſ. ſubſtantia & uſus. Sed aliud eſt habere domum, & aliud uti domo. Vnde ſeparatim poſſum uſum vendere, ſive domus venditione, & ita in omnib. aliis huiuſmodi. Vnde ſi aliqua ſunt. quæ conſiſtunt in ipſo uſu tantum. & uſus eorum eſt diſtractio, non poteſt fieri ad quod de domo. 22æ.q.78.1.0. 3
Denarius vero utimur diſtrahendo, & frumento conſumendo, & ideo ſi uſum vendit, bis vendit. 22æ.q.78.1.0. 4
Vendere ad terminum ſecundum iuſti pretii quātitatem, non eſt uſura. Si autem ex certis pactis, fiat ultra iuſti pretii quantitatem propter temporis expectationem, eſt peccatum uſuræ. 22æ.q.78.1.0.*.2.7m. 5
Vendens ſcienter rem quæ deficit in ſpecie ſubſtantiæ, quantitate, vel qualitate, peccat. Non autem vendens ignoranter. Sed cum ſcierit, tenetur recompenſare. 22æ.q.77.2.0. 6
Vendere carius quam emptum eſt licitum, meliorando rem, vel ſi mutetur pretiū ratione loci vel temporis, vel propter periculum transferendi vel faciendi fieri. 22æ.q.77.4.3m. 7
Illa ſuperabundantia quæ ex iuſta permutatione ſeu venditione accidit, non habet rationem inæqualitatis. Alias non fuiſſet venditio vel permutatio iuſta. 22æ.q.77.4.1m. 8
Vendere rem plus notabiliter, quàm valeat ſimpliciter ſibi, vel ipſi vendenti non licet, quamvis lex humana permittat citra dimidium. 22æ.q.77.1.0. 9
Vendens non tenetur dicere publice vitium rei, nec in particulari, niſi propter damnum, vel periculum. 22æ.q.77.3.0. 10
Venditor non tenetur dicere emptorib. abundantiam venalium futuram per adventum aliorum mercatorum, nec minuere pretium. 22æ.q.77.4.3m. 11
Menſuram venalium, oportet eſſe diverſas in diverſis locis, & eas inſtitui, publica auctoritate, vel conſuetudine. 22æ.q.77.2.2m. 12
¶Venter adulteræ, potātis aquam zelotypiæ, ſemper intumeſcebat. 12æ.q.103.2.3m.
¶Venus agit ex inſidiis, & furatur intellectum multum ſapientis. 22æ.q.52.8.1m. 1
Venus dicitur ab Ariſtotele doloſa, & corrigia eius varia, ſecundum quādam ſimilitudinem, inquantum. ſ. hominem ſubito ſurripit, ſicut & in dolis agitur, non tamen per aſtutias, ſed magis per violentiam concupiſcentiæ & delectationis. Ibidem. 2
¶Verberare hominem, nulli licet, niſi habenti poteſtatem ſupra eum, vt pater ſupra filium, & dominus ſupra ſervum. 22æ.q.65.2.0.*.q.78.2.2m.
¶Verboſitas, curioſitas, importunitas, inquietudo, & inſtabilitas loci vel propoſiti, pertinent ad evagationem mentis. Ideo oriuntur ex acedia. 22æ.q.35.4.3m.

VErbum proprie importat rationem formæ exemplaris, quia eſt ars. 1a.q.3.8a. 1
Verbum cordis importat aliquid procedens ab intellectu, ut conſtitutū per operationem eius. 1a.q.27.1.c.ſi.*.q.28.4.1m.*.q.34.1.c. 2
Verbum eſt ipſum intellectum, & id quod concipitur. 1a.q.22.1.c.*.q.28.4.1m.*.q.34.1.c. 3
Quicunque intelligit, ex hoc ipſo quod intelligit, procedit aliquid intra ipſum, i. verbum. 1a.q.27.1.c. 4
Verbum in anima, ſine actuali cognitione eſſe non poteſt. 1a.q.93.7.c.1m. 5
Verbum cordis ſignificatum verbo oris, eſt conceptio rei intellectæ, ex vi intellectiva proveniens, vel ex eius notitia procedens. 1a.q.27.1.2.c.*.q.28.4.1m.* q.34.1.0.*.q.107.1.c.*12æ.q.93.1.2m. 6
Nihil implicans contradictionem, poteſt dici verbum 1a.q.25.3.c.ſi. 7
Verba tenent præcipuum locum inter ſigna, quibus homo aliquid ſignificat alteri. 12æ.q.55.4.2m.*.q.72.1.c.*.q.110.1.2m.*.3a.q.60.6.c.1m.*.2m. 8
Verbis utimur ad hominem, ut ei manifeſtemus noſtros conceptus: ad Deum autem, ut nos vel alios excitemus 22æ.q.91.1.c. 9
Verba ut ſigna inferunt multa dāna, & in verbo homo facile delinquit. Sed ſecundum ſuam eſſentiam. i. ut ſoni, non nocent niſi auditui. i. clamando. 12æ.q.72.1.1m.*.q.89.2.c ſi. 10
Verbum noſtræ mentis manet, non autem verbum vocale. Sed neutrū ſubſiſtit. Verbum vero divinum manet & ſubſiſtit. 1a.q.37.2.2m. 11
Verbum Dei eſt tantum unum perfectum, & idem quod eſſentia. ideo 12
eſt ſi-

eſt filius. Non autem verbum noſtrum, niſi metaphorice, quia eſt multiplex, imperfectum & accidens, 1ª. q. 27. a. 2. 2m. q. 3. a. 3. 3m. q. 4. a. 1m. 3. c.

23 Diuerſitas obiectorum diuerſificat ſpeciem verbi & amoris, 1ª. q. 93. 8. c.

24 Verbum duplex, ſcilicet verbum vocale, & verbum mentale. Primo reſpondet ſpiritus corporalis, ſecundo vero ſpiritus intimi amoris, 1ª. q. 27. 1. c.

25 Verbum triplex, ſcilicet verbum cordis, vocis, & habens imaginem vocis, 1ª. q. 27. 1. c.

26 Verbum proprie dicitur tripliciter, ſ. conceptus mentis, vox ſignificatiua eius, & imaginatio vocis. Improprie vero dicitur verbum, res ſignificata vel effecta verbo, 1ª. q. 34. 1. c.

27 Verbum vt ſignificat conceptum mentis, eſt in Deo proprie, ſecundum alias vero ſignificationes eius, eſt in Deo metaphorice tantum, 1ª. q. 32. 1. c. 1m. q. 36. 1. 3m.

28 ¶ In diuinis eſt tantum vnum verbum, 1ª. q. 27. 5. 3m. q. 34. 3. c. 1ª. q. 41. 6. o.

29 Verbum in diuinis proprie dicitur perſonaliter tantum, non autem eſſentialiter, 1ª. q. 34. 1. o. 12ª. q. 3. 1. 2m.

30 Verbum eſt in diuinis ab aeterno, & non autem ratione incarnationis, 1ª. q. 34. 3. 2m.

31 Verbum in diuinis proprie, conuenit ſoli filio, figuratiue autem conuenit ſpiritui ſancto, inquantum manifeſtat filium, 1ª q. 34. 2. o.

32 Deus eodem modo dicit ſe, & omnia alia, etiam creaturas, q. 34. 1. 3m. 1. 2. q. 37. 2. c. 3m.

33 Verbum Dei reſpectu non entium, eſt expreſſiuum tantum, ſed reſpectu entium eſt etiam factiuum, 1ª. q. 34. 3. 5m.

34 Verbum Dei reſpectu creaturarum, eſt expreſſiuum & operatiuum, ſed reſpectu eorum quae ſunt in Deo, eſt expreſſiuum tantum, 1ª. q. 34. 3. c.

35 Verbum principaliter refertur ad patrem, & quaſi per ſe, ſed ad creaturam refertur conſequenter, & quaſi per accidens, 1ª. q. 34. 3. 4m.

36 Verba ſignificantia aliquid deuotionis, excitant mentes, & praecipue minus deuotas. Sed verba pertinentia ad alia diſtrahunt mentem, & impediunt deuotionem, 2ª. q. 83. 12. 2m.

37 Verba & participia dicuntur de Deo, ratione aeternitatis, quae continet omne tempus, 1ª. q. 13. 1. 3m.

1 ¶ Verecundia non eſt virtus proprie, ſed large inquantum eſt paſſio laudabilis, 22ª. q. 144. 1. o.

2 Verecundia eſt timor turpitudinis exprobrabilis. Et principaliter reſpicit vituperium. Sed reſpicit culpam conſequenter. Et hoc dupliciter, ſ. ceſſando & celando, 22ª. q. 116. 2. 3m. q. 144. 1. c. 2m. 2. o. 4. c.

3 Verecundia non eſt timor de ipſo actu peccati, ſed de turpitudine vel ignominia, vel conuitio, vel opprobrio, 12ª. q. 41. 4. c. 2m. 3m. q. 42. 1. 4m.

4 Homines maxime verecundantur de actib. venereis etiam in matrimonio, & de ſignis eorum, 12ª. q. 151. 4. c.

5 Verecundia non eſt de operibus virtutum, niſi per accidens, ratione falſae opinionis, vel propter notam praeſumptionis vel ſimulationis, 22ª. q. 144. 2. 3m.

6 Verecundia eſt ab iis, quorum teſtimonium eſt maioris ponderis, propter certitudinem ex rectitudine iudicij, ſ. à ſapientib. & virtuoſis, vel ex cognitione, ſ. à notis & coniunctis, vel propter effectum nocentis vel iuuantis, 22ª. q. 144. 3. o.

7 Aliqua peccata grauiora, ſunt minus verecundabilia, quae tamen ſunt minus turpia, vel quia ſe habent in exceſſu temporalis boni, 22ª. q. 116. 2. 3m. q. 144. 2. 4m.

8 Verecundia eſt principium emendationis, quia in principio erubeſcimus oculos hominum, in fine vero, oculos rationis & Dei, 22ª. q. 144. 4. 4m.

9 Verecūdia celat turpem actum, ſed erubeſcentia ceſſat à turpi acto. Vel vtraque propter timorem vituperij, 22ª. q. 144. 2. c. ſi.

10 Verecundia iacit prima temperantiae fundamenta, ſecundum Ambroſ. inquantum, ſ. incurrit horrorem turpitudinis, 22ª. q. 144. 4. 4m.

11 Ex ſaepius verecundari cauſatur virtus, qua vitantur turpia, non autem virtus qua quis verecundetur, tamen ſic diſponit, quod verecundaretur ſi turpia ageret, 22ª. q. 144. 3. 5m.

12 Verecundia non eſt in peſſimis, quia peccatum non reputant vt turpe. Nec eſt in virtuoſis & ſenib. quia non apprehendunt illud poſſibile ſibi, ſ. nec eſt difficile eis ad vitandum, 22ª. q. 144. 4. o.

13 Verecundia conuenit ſenib. & virtuoſis conditionaliter tantum, ſ. quia verecundarentur, ſi aliquid turpe agerent, 1ª. q. 95. 3. c. ſi. 22ª. q. 144. 4. c. 1. 5m. 4. c.

14 Carent verecundia homines, in peccatis profundati, quibus ſua peccata non diſplicent, ſed magis de eis gloriantur, 22ª. q. 144. 4. c

¶ Vereri. Quidam ſunt qui non verentur alios contriſtare, 22ª. q. 116. 2. c.

1 ¶ Veritas octupliciter diffinitur, 1ª. q. 16. 1. c. ſi.

2 Ratio veritatis conſiſtit in adaequatione rei & intellectus, 1ª. q. 21. 2. c.

3 Ratio veritatis, prius eſt in intellectu, quàm in reb. 1ª. q. 16. 1. o.

4 Veritas magis fundatur in eſſe rei, quàm in eſſentia rei, 22ª. q. 109. 1. c.

5 Veritas dicit relationem, qua eſſe ordinatur ad intellectum, ſicut bonitas ad appetitum, 1ª. q. 16. 1. 3. c.

6 Veritas dicitur primo de intellectu, de enunciatione vero, inquantum eſt ſignum eius; de re autem, vt de cauſa eius, 1ª. q. 16. 7. 8. c.

Veritas non entium, vt chimerae, vel aliorum huiuſmodi, eſt tantum in intellectu & ab eo cauſatur, 1ª. q. 16. 3. 2m. 5. 3m. 7. 4m. 7

Ad veritatem locutionis, requiruntur res ſignificata, & modus ſignificandi, 1ª. q. 39. 4. 5. c. 8

Veritas enunciabilium, non eſt aliud quàm veritas intellectus, quia enunciabile vt eſt in intellectu, habet per ſe veritatem, ſed in voce eſt verum, quia ſignificat veritatem intellectus, non autem per veritatem in enunciabili exiſtentem, 1ª. q. 16. 7. c. 9

Eadem eſt veritas, & rectitudo communium principiorum apud omnes, & aequaliter nota, ſed in ratione ſpeculatiua, eadem eſt, non autem aequaliter nota in concluſionib. in practica vero ratione, nec eſt eadem, nec aequaliter nota, 12ª. q. 94. 4. c. 10

Veritas triplex, ſcilicet cognitionis naturalis, infuſae, & acquiſitae, 1ª. q. 60. 1. 3m. 11

Homo pertingit ad cognitionem veritatis tripliciter, ſ. capiendo à Deo, ab homine, & per ſtudium: primo eſt neceſſaria oratio, ſecundo auditus, tertio meditatio, 22ª q. 180. 3. 4m. 12

Veritas quadruplex, ſ. vitae, doctrinae, iuſtitiae, & locutionis, 1ª. q. 16. 4. 3m. q. 21. 2. 2m. 22ª. q. 109. 1. 3m. 13

Veritas eſt in intellectu Dei proprie & primo, ſed in intellectu noſtro, eſt proprie & ſecundario: in reb. autem eſt ſecundario & improprie, 1ª. q. 16. 7. 8. c. 14

Deus eſt veritas, 1ª. q. 16. 5. o. 12ª. q. 3. 7. c. 15

Deus eſt ſumma, maxima, & prima veritas, 1ª. q. 16. 5. c. 16

Veritas in diuinis ſumitur dupliciter, ſ. proprie, i. aequalitas intellectus Dei, ad eſſentiam eius principaliter & ad creaturas conſequenter, & metaphorice, i. ſumma imitatio principij, primo modo dicitur tantum eſſentialiter, ſecundo tantum perſonaliter & conuenit ſoli filio, 1ª. q. 16. 5. 2m. q. 39. 8. c. 17

Anima non iudicat de omnibus rebus, ſecundum quamcunque veritatem, ſed ſecundum primam veritatem, inquantum reſultat in anima, ſicut in ſpeculo, ſecundum prima intelligibilia, 1ª. q. 12. 11. 2m. q. 16. 6. 1m. q. 84. 5. c. q. 88. 3. 2m. 12ª. q. 93. 2. c. 22ª. q. 173. 1. 2m. 18

Omnis veritas eſt à Deo, 1ª. q. 16. 5. 3m. 19

Veritas prima eſt finis omnium deſideriorum, & actionum noſtrarum, 22ª. q. 4. 2. 3m. 20

Omnes res ſunt vere vna veritate, ſ. Dei, ſicut principio effectiuo & exemplari, ſed multis formaliter, 1ª. q. 16. 6. o. 12ª. q. 93. 2. 3m. 21

Quaelibet veritas, praeter primam, eſt aliquo modo mutabilis, 1ª q. 16. 8. o. 22

Veritas qua quis dicit verum, & qua verax dicitur, eſt virtus, non autem qua verum dicitur, ſed eſt obiectum & finis virtutum, 1ª. q. 16. 4. 4m. q. 17. 2. 1. 22ª. q. 10. 1. o. 23

Haec virtus non eſt virtus theologica, nec virtus intellectualis, ſed eſt virtus moralis, & medium eius eſt inter ſuperfluum & diminutum, & hoc dupliciter, ſ. ex parte actus & ex parte obiecti, 22ª. q. 109. 2. 3m. 24

Et eſt ſpecialis virtus, 22ª. q. 109. 2. o. 25

Ad virtutem veritatis pertinet, talem ſe exhibere exterius per ſigna exteriora, ſ. per verba & facta, qualis eſt, 22ª q. 109. 1. c. 3m. 2. c. 3. 1m. 3m. q. 110. 1. c. 26

Haec virtus eſt pars annexa iuſtitiae, quia vtraque eſt ad alterum, & vtraque aequalitatem conſtituit, ſed iuſtitia ſecundum debitum legale, veritas autem ſecundum debitum morale, 22ª. q. 109. 3. o. 27

Et declinat plus in minus quàm in maius, non quidem negando verum, ſed affirmando, 22ª. q. 109. 4. o. q. 129. 3. 5m. 28

Veritas vitae eſt communis ad quamlibet virtutem, 22ª. q. 109. 2. 3m. 29

Veritas amatur per ſe, ſed oditur per accidens, 12ª. q. 29. 5. o. 22ª. q. 35. 1. 3m. 30

Veritas creata eſt maior in re, ſecundum quid, in perfectio eius, non autem ſimpliciter, 1ª. q. 10. 6. 3m. 31

¶ Verum dicitur dupliciter, ſ. verum veritate eſſentiae, & veritate proprietate, 1ª. q. 68. 4. c. 12ª. q. 77. 2. 1m. 32

Ens eſt de ratione veri, non autem è conuerſo, ideo verum non poteſt intelligi, non intellecto ente, ſed bene è conuerſo, non autem vero non exiſtente, 1ª. q. 1. 3. 3m. 33

¶ Veſpertilio circa terram volat, ideo ſignificat praedicos ſcientia ſecularis, quia ſolla terrena ſapiunt, 12ª. q. 102. 6. 1m.

¶ Veſtigium trinitatis attenditur ſecundum appropriata, per quae veniri poteſt in trinitatem perſonarum, 1ª. q. 45. 7. 3m. 1

Tres partes eius, diuerſimode aſſignantur à diuerſis, quae tamen reducuntur ad principium, medium, & finem, 1ª. q. 5. 5. o. 2

Et repraeſentat cauſam vt cauſam tantum, imago autem repraeſentat etiam quo ad formam cauſae, 1ª. q. 45. 7. c. q. 93. 6. c. 3

Veſtigium trinitatis eſt in creatura ſecundum quod imitatur perfectionem Dei, ſeu conſequitur eſſe perfectum, 1ª. quaeſt. 5. 5. o. q. 45. 7. o. 4

Veſtigium trinitatis eſt in qualibet creatura inquantum eſt creata habens formam & ordinem, licet proprie ac tantum in indiuiduis ſubſiſtentibus, 1ª. q. 45. 7. o. q. 63. 6. c. 5

¶ Veſtis. In vſu vilium veſtium poteſt eſſe peccatum inanis gloriae & auaritiae, & virtus humilitatis, ſignum contemptus mundi, poenitentiae & triſtitiae, 22ª. q. 169. 1. c. 2m. q. 187. 6. o. 1

Vitioſum eſt, quod vir veſtiatur veſte mulierum, vel è conuerſo, ad laſciuiam, ſed poteſt eſſe ſine peccato, propter aliquam neceſſitatem, ſed prohibetur in lege veteri, propter idolatriam, 12ª. q. 102. 6. 6m. 22ª. q. 169. 2. 3m. 2

¶ Vexatio,

¶ Vexatio. Redimere ſuam vexationem licet iuris ordine non prætermiſſo. 22æ q. 6 [illegible]

¶ Vgo ſancto Victore, non eſt auctoritatis. 1a. q. 1. a. 2 m. 22æ. q. 5. a. 1 [illegible] 3a. q. 45. a. 2 c. q. [illegible]

1 ¶ Via. Non oportet quod qui vadit per viam, in quolibet paſſu cogitet de fine viæ. 12æ. q. 1. a. 6. 3m

2 Homini datur longior via quàm angelo, quia magis diſtat à Deo per cognitionem. 1a. q. 62. a. 5. 1m

¶ Vicem Dei gerunt homines, in commiſſa hominū iuriſdictioni: non autem quo ad omnia, vt in inſtitutis à ſolo Deo, ſicut in matrimonio & huiuſmodi. 12æ. q. 100. a. 8. 3m. ſi

¶ Vigilantia, eſt idem quod ſolicitudo, & pertinet ad prudentiam. 22æ. q. 47. a. 9. c

¶ Vigilare. Cū aliquis vult diu vigilare de ſero, ex quo ſequitur quod non vadat hora matutinali ad eccleſiam, tunc actus eſſe interior vel exterior, per accidens ſe habet ad peccatum omittendi. 12æ. q. 71. a. 5. c.

¶ Vigiles & curſores, & alij huiuſmodi, de ſuo labore viuentes, intelliguntur de labore manuum ſuarum viuere. 22æ. q. 187. a. 3. c.

1 ¶ Vindicatio eſt virtus ſpecialis, quia ad hoc natura inclinat. 22æ. q. 108 a. 2. c.

2 Vindicatio conſiſtit in medio duorum vitiorum, ſcilicet crudelitatis & ſæuitiæ, ſecundum exceſſum: & remiſſionis, ſecundum defectum. 22æ q. 108. a. 2. 3m

3 Naturale eſt homini appetere vindictam iniuriarum illatarum, quàm ab hoc deficere, quia vix alicui nimis paruæ videntur iniuriæ ſibi illatæ, ſecundum Saluſtium. 22æ. q. 157. a. 2. 2m

4 Vindicatio & inflictio pœnæ peccāti, eſt licita, ſi fit propter bonum, ſcilicet vel emendationis, vel cohibitionis, vel quietis aliorum cum alijs debitis circunſtantijs, non autem ſi ut ea odio, vel principaliter intendatur malum peccantis. 22æ. q. 108. a. 1. c. a. 3. c. q. 158. a. 1. c. 3m a. 2. c. a. 3. c. 3a. q. 85. a. 9. c.

5 Fortitudo diſponit ad vindictam, remouendo prohibens. zelus autem importat primam radicem eius, quia actus cuiuſlibet virtutis, procedit ex radice charitatis. 12æ. q. 108. a. 1. 2m. 22æ. q. 108. a. 2. 2m

6 Vindicatio debet fieri per priuationem eorum quæ peccans diligit. ſ. per mortem, verbera, talionem, vincula, carcerem, ſeruitutem, damnum, exilium, ignominiam, & huiuſmodi. 22æ. q. 108. a. 3. c

1 ¶ Vinum vitis, eſt propriè vinum, alia vero per ſimilitudinem eius. 3a. q. 74. a. 5. c. 1m

2 Vinum calefacit & læt ficat. 22æ. q. 149. a. 3. 1m. 3a. q. 72. a. 5. a

3 Vſus vini eſt illicitum per accidens tantum. ſ. vel propter conditionem eius, qui faciliter læditur ex eo vel propter exceſſum, vel votum, vel ſcandalum. 22æ. q. 149. a. 3. c

4 Vinum antiquitus mulieres apud Romanos non bibebant, ſecundū Valerium. 22æ. q. 149. a. 4. c

¶ Violari quæcunque non licebat, dicebantur antiquitus ſancta, vel ſacroſancta, vt muri ciuitatis, & perſonæ in dignitate conſtitutæ. 3a. q. 60. a. 1. 2m.

1 ¶ Violentū eſt à principio extrinſeco, nil conferente eo quod vim patitur. vt. ſ. ſic patiatur: id autem fit quantum ad melioritionem finem, vt ſi lapis proiiciatur ſurſum, qui inclinatur deorſum ferri: ſecundo quo ad modum tendendi, vt ſi lapis velocius quàm ſit eius inclinatio proiiciatur deorſum. 22æ. q. 175. a. 1. c

2 Violentia nemini cō uenit, niſi per publicam poteſtatem. 22æ. q. 68. a. 8. c

1 ¶ Virginitas eſt ſpecialis virtus. 12æ. q. 64. a. 1. 3m. 22æ. q. 152. a. 3. c. 3m. 3a. q. 155. a. 1. c. 5m

2 Virginitas dicitur à virore, quia importat immunitatem à concupiſcentiæ aduſtionem, circa delectationes venereas. 22æ. q. 152. a. 1. c.

3 Virginitas ſecundum Aug. eſt in carne corruptibili, incorruptionis perpetua meditatio 22æ. q. 152. a. 1. 1m

4 Virginitas quo ad ſuum materiale, i. pro incorruptione ſignaculi, vel irreſolutione ſeminis propter delectationem, eſt à natura, ſed quo ad ſuum formale, i. pro habitu quo quis proponit ſeu eligit perpetuo ſeruare integritatem mentis & corporis vel ſine voto, vel præcipue cū voto, eſt ex gratia Dei. 22æ. q. 152. a. 3. c 1m

5 In delectatione venerea ſunt tria. ſ. violatio ſignaculi virginalis, reſolutio ſeminis delectationem cauſans, & propoſitum huius. remotio primi, ſe habet ad virginitatem per accidens: remoto ſecundi ſe habet ad eam materialiter: remotio tertij ſe habet ad eam formaliter & completiue. 22æ. q. 152. a. 1. c. 3m. a. 1. c

6 Virginitas perdita non poteſt reparari, ratione præteriti, ſed bene quo ad omnem integritatem operante Deo. & quo ad virginitatis propoſitum: nulla tamen potentia fieri poteſt, vt quæ corrupta eſt, corrupta non fuerit. 1a. q. 25. a. 4. 3m. 22æ. q. 152. a. 3. 3m

7 Corruptio triplex ſ. corporalis tantum, i. fractio ſignaculi virginalis, uel reſolutio ſeminis, quocunque modo: & corruptio mentis tantū, id eſt conſenſus in rem venerem ſine opere, & utraque ſimul: in tertia amittitur virginitas inſeparabiliter: in ſecunda reparabiliter: in prima vero nullo modo. 22æ. q. 152. a. 1. c. 3. 3m

8 Virginitas & pudicitia, ſunt in anima eſſentialiter, in carne vero materialiter. 22æ. q. 152. a. 1. 2m

9 Virginitas ſe habet ad caſtitatē, ſicut magnificentia ad liberalitatē. 22æ. q. 152. a. 3. c. & 5m. q. 135. a. 4. c

10 Virginitas eſt illuſtrior portio gregis Chriſti, ſecundum Cyprianum, & ſupremum decorem ſibi vendicat, ſecundum Ambro. quia eſt ſupremum gradus temperantiæ, & eſt virginum ſublimior gloria, per comparationem ad uiduas & coniugatas. 22æ. q. 152. a. 5. c. 1m.

Virginitas eſt maxima, non quidem ſimpliciter, ſed in genere caſtitatis, ſcilicet caſtitatis virginalis, coniugalis & uidualis, non autem eſt maxima uirtutum ſimpliciter, quia eſt minor uirtutib. theologicis & religione quarum actus eſt ipſa occupatio circa res diuinas. & ideo præferuntur uirginitati. 22æ. q. 152. a. 3. c. 5m. a. 4. 5 c. q. 151. a. 2. 2m. q. 85. a. 1. c. a. 4. c. 1m. q. 185. a. 4. c 11

Coniugatus poteſt eſſe melior uirgine dupliciter. ſ. ſi habeat animum magis paratum ad uirginitatem ſi oporteret, licet non eam habeat in opere, ſed in ſolo habitu, & propter aliquam aliam excellentiorem uirtutem. 22æ. q. 152. a. 4. 1m. a. 2 12

Virginitas non opponitur luxuriæ ſicut extremum, ſed ſicut medium. 22æ. q. 151. a. 2. 2m 13

Virginitas vt uirtus, nō poteſt amitti ſine peccato, quia firmata eſt per uotum. 22æ. q. 152. a. 3. 4m 14

Virginitas quo ad ſuum formale. poteſt reparari per penitentiam, & ſemper eſt cum cæteris uirtutibus, non autem quo ad materiale eius. 22æ. q. 152. a. 3. 3m. 3m. q. 89. a. 3. 1m 15

Fractio ſignaculi uirginalis quocunque modo, ſine propoſito delectationis, non magis præiudicat uirginitati, quàm fractio manus uel pedis. 22æ. q. 152. a. 1. 3m 16

Virginitas ad uacandum liberius Deo, & contemplationi eius, non eſt uitioſa, ſed eſt licita & laudabilis. 22æ. q. 152. a. 2. c. a. 3. 5 c 17

¶ Viriliter eſt idem quod fiducia, ideo eſt pars potentialis fortitudinis. 22æ. q. 128. 6m

¶ Virtus nominat perfectionem potentiæ, quia de ratione uirtutis eſt quod ponat potentiam in ultimo quo ad actum, quo ad obiectum, & quo ad modum agendi. 12æ. q. 55. a. 1. 2. 3. c. q. 56. a. 1. c. q. 65. a. 3. c. 22æ. q. 58. a. 2m. q. 129. a. 2. c 1

Virtus quandoque ſumitur pro omni quod poteſt eſſe principium operationis, uel motus. 12æ. q. 55. a. 1m. q. 41. a. 1. 1m 2

Virtus importat directe diſpoſitionem habentis ſe conuenienter. ſecundum modum ſuæ naturæ, ſed conſequenter importat bonitatem. 12æ q. 71. a. 1. c 3

Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, inquantum dicit operationē, per quam res finem ſuum conſequitur. 12æ. q. 110. a. 3. c. 22æ. q. 23. a. 7. a. 4

Omnis uirtus humanæ potentiæ rationalis, eſt habitus ſed potentia naturalis, eſt ſua uirtus. 12æ. q. 55. a. 1. c. q. 56. a. 3. a 5

Quandoque uirtus dicitur, id ad quod eſt uirtus, ſcilicet uel obiectum uirtutis, uel actus eius ſicut fides dicitur quandoque id quod creditur, quandoque uero ipſum credere, quandoque autem ipſe habitus quo creditur. 12æ q. 55. a. 1m 6

De ratione uirtutis humanæ, eſt habitus operatiuus & bonus. 12æ. q. 55. a. 3. c. q. 56. a. 1 c. q. 71. a. 1. 2m. 22æ. q. 58. a. 2 7

Principale in uirtute, eſt electio. 22æ. q. 134. a. 3. 4m 8

Vbi eſt ſpeciale impedimentum rationis, ibi oportet eſſe ſpecialem uirtutem. 22æ. q. 129. a. 1. 2. a 9

Virtus eſt bona ſe ipſa, & non per aliam uirtutem. 12æ. q. 55. a. 4. 1m 10

Virtus duplex. ſ. uirtus uera, & uirtus falſa eſt ſimulata. 22æ. q. 23. a. 7. 3m 11

Virtus dicitur dupliciter. ſ. uirtus uera, & uirtus ficta. 22æ. q. 123. a. 1. c 12

Virtus duplex. ſ. uirtus propria, & uirtus naturalis. 3a. q. 43. a. 3. c 13

Habitus moralis habet rationem uirtutis, inquantum rationi conformatur. 12æ q. 58. a. 2. c. ſi 14

Virtus ſimpliciter dicta, dicitur amor, ſecundum Auguſtinum, quia dependet à uoluntate, cuius prima affectio eſt amor. 12æ. q. 56. a. 3. 1m. q. 62. a. 2. 3m. 15

Virtus. ſecundum Aug. eſt ordo uel ordinatio amoris, quia per eam amor in nobis ordinatur. 12æ. q. 55. a. 1. 4m. q. 62. a. 2. 1m 16

Virtus ſecundum Aug. eſt bonus uſus liberi arbitrij, quia uirtus ordinatur ad eum ſicut ad proprium actum. 12æ. q. 55. a. 1. 2m 17

Virtus ſecundum Aug. eſt bona qualitas mentis qua recte uiuitur, qua nullus male utitur, quam Deus in nobis ſine nobis operatur. quæ diffinitio tantum uirtutis rationem complectitur & conuenit cuilibet uirtuti, præter ultimam partem quæ conuenit uirtuti infuſæ tantū. 12æ. q. 55. a. 4. c. 12æ. q. 168. a. 2. 2m 18

Virtus ut eſt in concupiſcibili uel in iraſcibili, nihil aliud eſt quàm quædam habitualis conformitas earum ad rationem. 12æ. q. 56. a. 4. c. ſi. q. 92. a. 1. a 19

Virtus uniuerſaliter eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius reddit bonum: & hoc dupliciter, uel materialiter tantum. vt uirtutes intellectuales: uel formaliter, ut uirtutes morales. 12æ. q. 57. a. 1 c. q. 47. a. 4. c. q. 58. a. 1. a 20

Virtus dicitur ultimum potentiæ, quia ad illud potentia ordinatur, ſ. ad obiectum quia ibi uirtus ſumitur pro obiecto. 12æ. q. 55. a. 1m. a. 3. c. 22æ q. 123. a. 2m 21

De ratione uirtutis eſt, quod ſe habeat tantum bonum. 22æ. q. 3. a. 2. 1m. q. 4. a. 5. c. q. 23. a. 7. c. q. 51. a. 1. c. q. 81. a. 4. 2. q. 117. 6. c. 2m. 3a q. 7. a. 2. 1m. 22

Obiectum cuiuſlibet uirtutis, eſt bonum circa propriam materiā. Sed uirtutes nominatæ ab aliqua generali conditione uirtutum, illam ſibi materiam ſpecialiter uendicant, in qua difficillimum & optimum eſt conditionem huiuſmodi obſeruare: ſicut fortitudo pericula mortis, temperantia delectationes tactus, & ſobrietas menſuram circa delectationes cibi & potus. 2a. q. 61. a. 4. c. 22æ q. 149. a. 1. c. principio. 23

Virtus uera & ſimpliciter, ordinat ad principale bonum. Sed uirtus uera & ſecundum quid & imperfecta, ordinat ad particulare bonum. Falſa uero uirtus, abducit à principali bono. Sicut nō eſt uera uirtus auarorum pru- 24

rum prudentia, quæ excogitant diuerſa genera locellorum, & auarorũ iuſtitia, quæ grauium damnorum metu contemnunt aliena, & auarorum temperantia, quæ luxuriæ, quæ ſumptuoſa eſt, cohibent appetitum, & auarorum fortitudo, quæ, vt ait Horatius, per mare pauperiem fugiunt, per ſaxa, per ignes, 22ª.q.23.7.c
25 Virtutes & vitia ſortiuntur ſpeciem ex eo quod eſt per ſe intentum, non autem ab eo quod eſt intentum per accidens, & præter intentionem, 22ª.q.109.2.2^{m}.*.q.110.2.c.1^{m}
26 Species virtutum diſtinguuntur ſecũdum obiecta, 12ª.q.95.3.c.*.22ª q.18.1.c.*.q.19.3.4.5.c.*.q.31.4.c.*.q.47.5.c
27 Materia virtutum moralium duplex, ſ. materia propinqua, i. paſſiones vt plurimum, & materia remota, i. obiecta paſſionum. 12ª.q.60.5.c.*. 22ª.q.31.1.2^{m}.q.32.1.4^{m}.*.117.2.3.0*.6.c
Obiecta paſſionum diuerſarum potentiarum, comparata ad appetitum ſenſitiuũ, cauſant diuerſitatem paſſionum, ad rationem vero comparata, cauſant diuerſitatem virtutum. 12ª.q.60.5.c
29 Obiecta paſſionum diuerſarum potentiarum, ſemper cauſant diuerſas ſpecies virtutum moralium. 12ª.q.60.5.c
30 Nihil poteſt eſſe ſubiectum virtutis ſimpliciter dictæ, niſi voluntas vel potentia, vt mota ab ea, 12ª.q.55.2.c.*.4.3^{m}.*.q.56.3.0.*.q.57.1.c.
31 Nulla virtus eſt in voluntate, reſpectu boni ſibi proportionati, ſed tantum reſpectu Dei vel proximi. 12ª.q.52.2.c.1^{m}.*.q.59.6.0
32 Intellectus non poteſt eſſe ſubiectum virtutis, niſi vel ſecundum quid, i. virtutum intellectualium, vel ſimpliciter, i. inquantum mouetur à voluntate. 12ª.q.56.3.0
33 Virtutes perficientes intellectum, excludunt totaliter falſum, non autẽ virtutes perficientes appetitum. 22ª.q.2.3.1^{m}
34 Omnis virtus & vitium eſt habitus voluntatis & mentis cauſaliter non autem ſubiectiue. 12ª.q.56.3.0
35 Virtutes perficiunt nos, ad proſequendum debitæ inclinationes naturales, Ideo ad quamlibet inclinationem naturalem determinatam, ordinatur aliqua ſpecialis virtus 22ª.q.108.2.c
36 *Vna & eadem virtus poteſt eſſe in diuerſis potentiis, 12ª. q. 56.2.c.
37 Nulla virtus propriè eſt in corpore, ſed tantum in anima. 12ª.q.55.2.c *.q.56.4.3^{m}
38 Omnis virtus circa paſſiones, eſt in appetitu ſenſitiuo. 12ª.q.56.4.4^{m}.
39 In Deo eſt potiſſime virtus, 1ª.q.3.1.1^{m}.*.q.4.2.2^{m}
40 Virtutes circa actiones, & virtutes in voluntate, vel virtutes in intellectu practico vel ſpeculatiuo, ſine imperfectione, ſũt propriè in Deo, Non autem virtutes circa paſſiones in bonũ ſpirituale, niſi metaphorice. Sed virtutes circa paſſiones in bonum corporale, nullo modo. Nec virtutes vitæ actiuæ, vt eam perficiunt, 1ª q.21.1.1^{m}.*. 12ª.q. 61.5.c 1^{m}
41 Virtus ordinata ad bonum, ſecundum regulam rationis humanæ poteſt cauſari in nobis ex actibus noſtris, non autem quæ ſecundum regulã diuinam, 12ª.q.51.2.3.4.0.*.q.55.4.c.6^{m}.*.q.63.2.3.0.*.q.65.2.c.*.q.92.1.1^{m}
42 Virtutes inſunt nobis à natura, ſecundum aptitudinem & inchoationẽ, non autem ſecundum perfectionem, præter virtutes theologicas, quæ ſunt totaliter ab extrinſeco, ſ. à Deo. 12ª.q.51.1.0.c.*.q.63.1.0.*.2 3^{m}.*.3.c.*.q.71.2.1^{m}.*.q.93.1.c.*.q.95.1.c.*.22ª.q.47.1.5.0.* q.80.2.c.*.q.127.1.3^{m}.*.q.141.1.2^{m}
43 Virtutes quædam præter theologicas, cauſantur in nobis à Deo immediate, ad finem ſupernaturalem. 12ª.q.51.4.0.* q.63.3.0
44 Virtutes infuſæ cauſantur in nobis à Deo, ſine nobis agentib. non autẽ ſine nobis conſentientib. 12ª.q.55.4.6^{m}
45 Determinatio actus virtuoſi, ad proprium & per ſe obiectum virtutis, eſt ſub neceſſitate præcepti, ſicut etiam actus virtutis. Non autem ad ea quæ accidentaliter & ſecundario ſe habent ad proprium & per ſe virtutis obiectum, 22ª.q.2.5.e
46 Actus virtutis & virtus, eodem nomine quandoque nominatur. 22ª.q. 157.1.2^{m}
47 Ex hoc actus eſt virtuoſus, quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honeſtum. 22ª.q.147.1.c
48 Virtus propriè non poteſt dici actus, niſi ſicut habitus nominantur per actus. quia virtus ſemper includit reſpectum ad illud cuius eſt principium. 12ª.q.70.1.3^{m}
49 Aliqui actus ſunt aliquib. virtuoſi, tanquam eis proportionati & conuenientes, qui tamen aliis ſunt vitioſi, tanquam eis non proportionati, 12ª.q.95.3.3^{m}
50 De ratione actus virtuoſi ſunt quatuor, ſ. quod operãs ſciat, quod eligat propter bonum, & immobiliter. 12ª q.100.9.c.*.21ª.q.58.1.e
51 Actus virtutis dicitur dupliciter, ſcilicet materialiter & formaliter. Primus poteſt eſſe ſine virtute, non autẽ ſecundus, 12ª.q.93.3.1^{m}.*.22ª q.32.1.1^{m}
52 Adiunctio actuum virtutum ſecundarium, ad actus & virtutes principales, magis eſt ſecundum conuenientiam in modo qui eſt quaſi forma earum, quàm ſecundum materiam. 22ª.q.157.3.2^{m}.*.q.161.4.0.
53 Actus interior & exterior, non requirunt diuerſas virtutes, 22ª.q.31.4.b.
54 Quælibet virtus principaliter eſt interior in anima, ſed actus exteriores debent moderari ſecundum debitas circunſtantias. 22ª.q.161.3.3^{m}
55 Actus interiores, maxime pertinent ad virtutes. 12ª.q.54.2.3^{m}
56 Actus exteriores ſunt propriè actus illarum virtutum, ad quarum fines, ſecundum ſpeciem ſuam ordinantur, 22ª.q.3.2.4

Quælibet virtus moderans amorem aliquorum bonorum, moderatur etiam ex conſequenti timorem contrariorum malorum, 22ª.q.123.4.2^{m} 57
Actus exteriores ſunt illius virtutis, cuius eſt mouere ad eos. 21ª q.72.1.c 58
Diuerſi actus eiuſdem bonitatis, pertinent ad eandem virtutem, ſi autẽ ſint diuerſæ bonitatis, pertinent ad diuerſas, 22ª.q.58.1.c 59
Diuerſitas virtutum eſt ex diuerſitate actuum quorum eſt diuerſa ratio bonitatis. 22ª.q.51.2.e * q.181.2.3^{m} 60
Actus vnius virtutis vt elicientis, poteſt attribui alteri virtuti vt imperanti, 12ª.q.114.4.1^{m}..22ª.q.32.2^{m}.*.q.85.3.c.*.q.88.6.c.*.q.147.2.2^{m} 61
Virtutes non ſunt æquales. ſed vna virtus eſt maior alia & in diuerſis ſpeciebus virtutum & in eadem ſpecie non quidem ſecundum ſe, ſed ex parte eiuſdem hominis in diuerſo tempore, vel ex parte diuerſorum hominum propter maiorem aſſuefactionem vel meliorem diſpoſitionem naturæ vel rationis propter maius Donum gratia Dei. 12ª.q.66 1.0.*.2.c.*.q.73.2.3^{m}.*.q.102.4.c.*.22ª.q.1.4.0 62
Virtutes quæ ſimpliciter ordinãt nos in bonum, ſunt ſimpliciter digniores virtutib. retrahentib. nos à malo. 12ª.q.157.4.c 63
Quælibet virtus tanto excellentior eſt quanto ad altius bonum ordinatur, 12ª.q.111.5.c.*.q.112.4.c.*.12ª q.117.6.1.*.q.126.2.c 64
Omnes virtutes in eodem ſunt æquales ſecundum proportionem, quia æqualiter creſcunt, 12ª.q.65.1.1^{m}.*.q.73.1.3^{m} 65
Virtutes theologicæ ſunt cæteris virtutib. nobiliores, 12ª.q.68.8.0.*. 22ª.q.9.1.3^{m}.*.q.19.9.4^{m}.*.q.23.6.c.*.q.104.3.c.*.q.117.6.c.* q.141.8.*.q.61.5.c 66
Virtutes theologicæ ſunt priores cæteris virtutibus, 22ª.q.4.7.c.*.q. 10.1.1^{m}. 67
Virtutes theologicæ ſunt cauſæ cæterarum virtutum. 12ª.q.63.3.c.*. 22ª.q.161.4.1^{m} 68
23 Puer ante vſum rationis, non poteſt ſe obligare ad aliquid ex voto: quo vſu rationis habito, poteſt ſe obligare, ſed omne votum eius etiá votum religionis ante annos pubertatis, id eſt, ante annos quatuordecim in puero, vel ante annos duodecim in puella, poteſt irritari à parentibus & à tutoribus, non autem poſt annos pubertatis, 22æ.q.88.9.2m. q.189.5.c.

Filius etiam poſt annos pubertatis non poteſt aliquid vouere, quo ad res domeſticas, ſine conſenſu patris, 22æ.q.88.8.2m. 24

Vouens illud quod non eſt in poteſtate ſua non peccat quia in eius voto intelligitur debita conditio, ſ. ſi ſuis ſuperioribus placuerit, vel ſi nó contradicant: qua conditione extante, tenetur implere votum, 22æ.q.88.8.1m. 4m. 9.b. 3m. q.189.5.4m. 25

Fractio voti, eſt quædam infidelitatis ſpecies, & ad fidelitatem pertinet ſeruare promiſſa, 22æ.q.88.3.c. 26

Omne votum temporale factum in ſeculo, etiam votum crucis in ſubſidium terræ ſanctæ, ſoluitur per ingreſſum religionis, ſine alia diſpenſatione, quia votum religionis includit omnia vota, ratione perpetuitatis & obedientiæ, nec ſingularitas conuenientis, & onus religionis ſufficit. & eſt quodammodo magis ampliatio voti, quàm voti commutatio, 22æ.q.88.12.1m. q.185.8.2m. q.189.3.3m. 7.c. 27

Si quis vouendo, primo cogitauit de religione communiter, & poſt elegit vnam, tenetur ſimpliciter ad religionem: ſi ideo ſi non poteſt recipi in religione à ſe electa, tenetur aliam quærere, ſi autem econuerſo, intelligitur ſi velint, 22æ.q.88.3.2m. q.189.5.2m. 28

Nullum votum religioſi eſt firmum, niſi de conſenſu prælati, quia nullum tempus eſt, in quo prælatus non poſſit eum in aliis occupare, 22æ q.88.8.3m. 29

In votis poteſt diſpenſari, inquantum in aliquo caſu, illud quod cadit ſub voto, eſt ſimpliciter malum, vel inutile, vel impeditiuum maioris boni, non autem inquantum illud eſt de iure naturali vel diuino, 22æ.q.88.10.c. 30

Diſpenſatio voti eſt, cum abſolute determinatur, non eſſe ſeruandum, commutatio autem voti eſt, cum pro eo aliquid aliud imponitur, 22æ q.88.10.c. 31

Votum poteſt ex cauſa rationabili commutari in aliud melius, vel in aliud minus periculoſum, ſicut & diſpenſari, 22.q.88.10.c fi. 1m. 32

In vtroque autem requiritur auctoritas eccleſiæ, in perſona Dei, 22æ.q.88.2.3m. 12.c. 33

Votum vergens in periculum perſonæ, debet frangi ſecure, ſi diſpenſatio non poſſit haberi, 22æ.q.88.2.3m. 11.2m. 34

Vota de rebus vanis, & inutilibus, non debent diſpenſari, nec ſeruari: ſed debent derideri, ſicut vota de non pectinare caput in tali vel tali die, quia talia vota mulierum, ſunt magis ſortilegia quàm vota, & ſunt reliquiæ quædam idolatriæ, ſecundum quam ſeruabantur dies & menſes: & peccant talia vouentes, quia cum infidelibus etiam nec nomina debemus habere communia, ſecundum Hieronymum, 22æ.q.88.2.5m. 35

Papa habet plenariam poteſtatem diſpenſandi in omnibus votis diſpenſabilibus, alij vero participatiue, ſecundum quòd Papa concedit eis, 22æ.q.88.12.3m. 35

Solus Papa poteſt diſpenſare in votis perpetuis, vt in voto continentiæ & religionis, & in voto crucis in ſubſidium terræ ſanctæ, & in voto peregrinationis ad transfretandum ad terram ſanctam, alij vero prælati poſſunt diſpenſare in aliis votis, niſi Papa diſpenſationem ſibi reſeruet, ſicut in voto terræ ſanctæ. & ſimilib. 22æ.q.88.12.3m. q.184.6.c.fi. q.185.4.c.fi. q.189.7.c. 37

Si prælatus diſpenſat ſine apparenti cauſa in votis, diſpenſatio prælati non excuſat vouentem in manifeſtis à culpa, ſicut ſi prælatus diſpenſaret cum aliquo, ſuper voto de ingreſſu religionis, nulla apparenti cauſa obſtante, 22æ.q.88.12.2m. 38

Si cauſa diſpenſandi in voto, ſit apparens, vel dubia, poteſt ſtari iudicio prælati diſpenſantis vel commutantis votum, non autem iudicio proprio, quia ipſe vouens non gerit vicem Dei, niſi forte in caſu, in quo id quod vouit eſſet manifeſte illicitum, vel non poſſet opportune ad ſuperiorem recurrere, 22æ.q.88.12.2m. 39

In voto continentiæ, non eſt diſpenſandum propter periculum mortis corporalis, quia bonum continentiæ etiam ſine voto eſt multo melius, quàm ſalus corporis, & per alia remedia prouideri poteſt, 22æ.q.88.11.3m. 40

In voto continentiæ & religionis, per profeſſionem ſolennizato, etiam, Papa non poteſt diſpenſare, licet quidam iuriſtæ ignoranter contrarium dicant, quia periculis humanis obuiandum eſt per humana, & non per diuina, 22æ.q.88.11.c. q.186.8.3m. q.189.8.5m. 41

Simplex votum etſi dirimat matrimonium contrahendum, contractum tamen nullatenus tollit Suppl.q.53.1.c. 42

Votum ſolenne ex ſui natura non modo contrahendum ſed & contractum matrimonium tollit, cum per illud homo ſui corporis poteſtatem amiſerit, Deo ſe ad perpetuam continentiam dedicando Suppl q.53.2.c. 43

¶ Vox ſuper Chriſtum in baptiſmo, transfiguratione, & oratione, fuit effectiua à tota trinitate, ſed repræſentatiue appropriatur patri, 3a.q.39.8.2m. 1

Anima poteſt formare voces corporales, quia vnitur corpori, non autem angelus, 1a.q.51.3.4m. 2

Voces non ſignificant ſpecies intelligibiles, ſed ſignificant ea quæ ſibi format intellectus ad iudicandum de rebus exterioribus, 1a.q.85.2.3m. 3

¶ Vſura in euangelio metaphoricè accipitur, ſ. pro ſuperexcellentia bonorum ſpiritualium, quam exigit Deus volens vt in bonis acceptis ab eo ſemper proficiamus, quod eſt ad vtilitatem noſtram, & non eius, 22æ.q.78.1.2m. 1

Vſura eſt pretium pecuniæ mutuatæ, vel cuiuſcunque rei, cuius vſus eſt conſumptio, vel diſtractio eius, 22æ.q.78.a.1.c.

3 Accipere pretium pro principali vſu pecuniæ, qui eſt diſtractio eius, eſt vſura, non autem pro ſecundario vſu eius, ſ. ad oſtentationem, vel in pignus, ſed in vſu vaſorum, eſt econuerſo, 22æ.q.78.a.1.1m.

4 Vſura ſecundum ſe eſt iniuſta, contra legem naturæ, & peccatum mortale, quia idem bis venditur, vel venditur id quod non eſt, 22æ.q.78.a.1.c.

5 Theologi conſiderantes iuſti & iniuſti rationes, ſubtilius exponentes nomina hæc deſignantia, large extendunt huius nominis ſignificationem, ad incrementa quæ proueniunt ex vſu omnium rerum, per ſimilem vſum & rationem, & non tantum pecuniæ. 22æ.q.78.1.2.c.

6 Significat primo nomen vſuræ incrementum quod parit pecunia ex vſu ſuo, ſecundario autem etiam ſignificat ſuperabundantiam quam parit quælibet res ex vſu ſuo, ſimul cum vſu pecuniæ, 22.q.78.1.c.

7 Quod ab extraneis Iudæi vſuram acciperent non fuit eis conceſſum quaſi licitum, ſed permiſſum, ad maius malum vitandum, 12æ.q.108.a.2m. & 22æ.q.78.1.

8 Mutuans poteſt exigere recompenſationem eorum tantum, quæ pecunia non menſurantur, puta beneuolentiam, & amorem eius cui mutuauit, vel aliquid huiuſmodi, 22æ q.78.1.c.

9 Et poteſt deducere in pactum recompenſationem damni per quod ſubtrahitur ſibi aliquid quod debet habere, hoc enim non eſt vendere vſum pecuniæ, ſed damnum vitare, & poteſt eſſe, quod accipiens mutuum, maius damnum euitet, quam dans incurret, vnde accipiens mutuum, cum ſua vtilitate damnum alterius recompenſat, 22æ.q.78.a.2.1m.&.3.c.

10 Recompenſationem vero damni quod conſideratur in hoc, quod de pecunia non lucratur, non poteſt in pactum deducere, quia non debet vendere id quod nondum habet & poteſt impediri multipliciter in habendo, 22æ.q.78.a.2.1m.

11 Nec quicquid de pecunia vſuraria aliquis lucratus fuerit, quia id quod de tali re eſt acquiſitum, non eſt fructus huiuſmodi rei, ſed humanæ induſtriæ, niſi forte per detentionem talis rei alter ſit damnificatus amittendo aliquid de bonis ſuis, tunc enim lucrans tenetur ad recompenſationem nocumenti. 22æ.q.78.3.c.

12 Et tenetur mutuans computare in ſortem, vſum venalem pignoris. 22æ.q.78.a.6m.

13 Sed non poteſt deducere in pactum, vt ſibi remutuetur, ſed poteſt recipere mutuum ſine obligatione. 22æ.q.78.a.4m.

14 Et poteſt accipere munera gratis oblata, non autem cum pacto tacito vel expreſſo, 22æ.q.78.a.2.c.

15 Quicunque ergo ex mutuo ratione mutui ſperat lucrum, peccat vitio vſuræ, ſecundum auctoritatem euangelij, ſed non ſic qui ex mutuo vitat damnum, vt ſi forte per detentionem talis rei mutuatæ alter ſit damnificatus amittendo aliquid de bonis ſuis, tunc enim tenetur ad recompenſationem nocumenti ſicut & retinens pecuniam vſuræ terminum tenetur reſtituere non quidem totum lucrum poſſibile, ſed ſecundum æſtimationem penſantis pericula, laboribus, & expenſis, 22æ q.62.a.4.1m.&.2m. & q.78.a.3.2m.&.a.1m.&.3.c.

16 Quia mutuum debet fieri gratis, & ſine ſpe lucri, quandocunque in mutuo, vel ex mutuo, intenditur ſpes lucri, tunc non caret vitio vſuræ: ſed ſic non eſt in emptione & venditione, niſi habeat rationem mutui, ſi enim aliquis carius velit vendere res ſuas quam ſit iuſtum pretium, vt de pecunia ſoluenda emptorem expectet, manifeſte vſura committitur, quia huiuſmodi expectatio pretij ſoluendi, habet rationem mutui, vnde quicquid vltra iuſtum pretium, pro huiuſmodi expectatione exigitur, eſt quaſi pretium mutui, quod pertinet ad rationem vſuræ, ſimiliter etiam ſi aliquis emptor velit rem emere vilius quam ſit iuſtum pretium, eo quod pecuniam ante ſoluit, quam poſſit ei res tradi, eſt peccatum vſuræ, quia etiam iſta anticipatio ſolutionis pecuniæ, habet mutui rationem, cuius quoddam pretium eſt, quod diminuitur de iuſto pretio rei emptæ, ſi vero aliquis de iuſto pretio velit diminuere, vt pecuniam prius habeat, non peccat peccato vſuræ, 22æ. q.78. a.2m.

17 Poteſt autem excludi ſpes lucri ab intentione dantis mutuo modo prædicto dupliciter, ſ. vel quando dans mutuo, paratus eſt omni tempore accipere rem mutuatam, etiam ante illud tempus determinatum, quo res eſt ſimiliter debens neceſſe eſt rationem: & hoc modo ſpes lucri, etſi per accidens intendatur, non tamen per ſe, quia non tollit rationem gratuiti à mutuo, vel quando dans mutuo, etiam tempus illud determinauit in quo verſimiliter res plus valituræ erant, propter ſolam damni euitationem, tunc enim damnum vitat quando neceſſario proprie conuertens, intendit conſeruare res ſuas ſibi magis neceſſarias ad vſum vitæ, quas ſi tunc non haberet, oporteret eas alibi emere & ſic reportaret damnum de gratia mutui facta proximo: & ſic intendens, in mutuando excuſatur ab omni vitio vſuræ 22æ.q.62.a.2.1m.&.2m.

18 In ſcriptura ſacra quantum ad legem veterem, condemnantur dantes pecuniam ad vſuram, & ideo contra legem diuinam accipiuntur vſuræ, vnde quod permittebatur ab alienis, non erat ſecundum intentionem legis, ſed ex quadam permiſſione, propter prauitatem Iudæorum ad auaritiam, & vt magis pacifice ſe haberent ad extraneos, à quibus lucrabantur, 12æ.q.105.a.3.1m.&.22æ q.78.1.c.

19 Eſt etiam vſura contra legem naturæ, quia in hoc finis conueniens ſecundum naturam actus humanæ vitæ, corrumpitur: huic enim actui, qui eſt mutuum dare, conueniens finis oſtenditur naturaliter. ſ. ſinis communis ſocietatis, & fraternæ charitatis, in ſubueniendo proximorum neceſſitatib. & ideo gratis fieri debet naturaliter, quare quicunque huiuſmodi actus ſit propter ſpem alicuius commodi vel lucri, tunc ab eo tollitur finis, qui naturaliter competit ei, & ſic contra naturam, quare iuri naturali repugnat, ideo non tantum ſit miſſum contra legem diuinam, ſed etiam contra ius naturale 22æ.q.78.1.c.

Secundum theologiam vſura condemnatur tanquam peccatum mortale, & graue, & æterna morte dignum, 22æ.q.78.1.c. 20

Leges vero humanæ, aliquando conſiderant iuſtitiam, prout eſt conſeruatiua pacis exterioris inter homines, & ideo leges tales non puniunt niſi quod hanc pacem deſtruit, aliquando etiam prout magis illuſtrantur lumine fidei, & iuris diuini, conſiderant etiam iuſtitiam veram & interiorem, & ſic etiam leges canonicæ prohibent & puniunt vſuras. 22æ.q.67 ar.1.2m. 21

Ius poſitiuum tamen permittit vſuras, non quidem vt iuſtas, ſed ne communitas patiatur multas incommoditates: per vſuram. n. retinentur multæ hæreditates, & vitantur damna quam plurima, propter quod etiam leges humanæ eam permittunt, & non puniunt, ſicut puniunt & prohibent furta & rapinam, Iuſtinianus tamen Imperator ſanctas ſanctificationes ſiue leges, ſubiecit eccleſiaſticis inſtitutis, ſed præcipue in vſuris & matrimonio, in quib. tota cauſis verſatur. 12æ.q.96 a.2.c. & 22æ.q.78.1.3m. 22

Quo omnis ſuperabundantia vſurarum, eſt tanquam res aliena ipſi vſurario iniuſte poſſidenti, ſequitur quod ſit propria alterius qui ipſa ſit priuatus eſt & deſtitutus, ſed hoc eſt iuſtum ſecundum omnia iura, quod omnis res deſtituta, id eſt, qua quis iniuſte deſtitutus & priuatus eſt contra iuſtitiam, reſtituatur. Reſtitutio enim ſemper reſpicit deſtitutionem, & ideo ſecundum omnem iuſtitiam naturalem, vſuræ reſtituendæ ſunt, ſed forte dicetur quod illa deſtitutio facta ſit voluntarie idest quia accipiens mutuum, voluntarie uidetur dare vſuram mutuanti, & etiam quia leges humanæ non puniunt, quæ tamen iniuſtas puniri debent, quare non videtur eſſe contra iuſtitiam humanam: & ideo aduertendum eſt, quod voluntas hominis aliquando reſpicit volitum propter ſe & aliquando propter aliud quando autem propter ſe, tunc ſi illud volitum ſit ſimpliciter iuſtum & bonum tunc voluntas eſt bona, & opus ex ea procedens eſt bonum & iuſtum, ſi autem ſit iniuſtum & malum, tunc ſimiliter voluntas eſt mala ſi vero reſpiciat volitum non propter ſe, ſed propter aliud, ſicut cum aliquis vult proiicere merces in mare, vt ſic euadat periculum, tunc eſt diſtinguendum, 12æ q.6.6.c. 23

Conditio quæ dicitur intereſſe, ſiue damni recompenſatio, & non ſpes lucri, poteſt excuſare à vitio vſuræ, vt ſi quo mutuo dederit gratis, vſque ad terminum aliquem determinatum in quo indiget ſua pecunia pro aliqua neceſſitate, & mutuum non fuerit redditum ad prædictum terminum poteſt mutuans repetere vltra ſortem, quicquid damni incurrit propter defectum ſolutionis, & hoc modo poteſt etiam fideiuſſor repetere vſuras à debitore, quas perſoluit creditori propter defectum debitoris quia ibi patet ratio iuſtitiæ, quia non ſpe lucri accipitur, ſed pro recompenſatione damni. 22æ.q 78 a.1m.&.2.c. 24

Conditio quæ ſumitur tantum ex ſpontanea oblatione, excuſat à vitio vſuræ, ſ. quando tam ex parte dantis quam accipientis, gratis aliquid offertur, 22æ.q.78 a.2.c. 25

Et hoc poteſt contingere quando illud quod vltra ſortem recipitur, ſit ſuum iure naturæ ſicut fructus pignorum pro dote vxoris, vel pro proviſione filiorum, vel poteſt ſibi iure æquitatis, ſicut res ipſa quæ impignoratus, quando ſecundum æquitatem erat illius qui fructus percipit, 22æ.q.78.a.6m. 26

In vſura non transfertur dominium, 22æ.q.78.3.c.2m. 27

Non eſt reſtituendum niſi quod eſt alienum & non ſuum, quare vſuræ non ſunt in dominio poſſidentis, 22æ.q.78.3.c.1m. 28

Cum vna res ſimul habere duos dominos non valeat, à ſe inuicem diuerſos & æquales, & vnumquodque reſtituendum ſit ſecundum legem diuinam ei à quo accepta eſt ſicut vero domino, ſequitur quod reſtituens non habet verum eius dominium, & ſic non erat tranſlatum in accipiente vſuram. 22æ.q.78.3.c.3m. 29

Quæ moueri poſſunt theologos, aſſerentes in vſura non transferri dominium, ſunt quædam auctoritates, & etiam rationes conſequentes, 22æ.q.78.3.c.3m. 30

Per anticipationem ergo temporis, aliquando generari poteſt vitium vſuræ ſicut per dilationem vel prolongationem, 22æ.q.68.a.7m. 31

Licet accipere mutuo ſub vſuris ad bonum ſui vel alterius, non autem licet inducere ad faciendum vſuras 22æ.q.78.4.c. 32

Vendere autem carius iuſto, propter dilationem ſolutionis, vel emere vilius propter anticipationem, eſt vſura, non autem econuerſo 22æ.q.77 a.1m.&.q.78 a.7m. 33

Et licet alias expenſas licite factas, puta in portatione pannorum, poſſint licite recuperare de eorum venditione, non tamen poſſunt recuperare vſuras quas alijs dederant, cum hæc fuerit iniuſta datio & præſertim etiam cum dando vſuras peccauerint ſi induxerunt, in quantum occaſionem peccandi vſurario præbentes, cum etiam neceſſitas quæ ponitur ab eo, ſ. mercatores honorabilius viuant, & maiores mercationes faciant, non ſit talis neceſſitas, quæ ſufficiat ad excuſandum peccatum prædictum 22æ.q 78 4 c. 34

Sed hic poteſt cadere excuſatio vſuræ dupliciter ſ. quando gratis & liberaliter creditur huiuſmodi ſuperabundantiam tribuit debitor, & debitor non cauſa temporis accipit, vel quando creditor per damnum propter rei recompenſat huiuſmodi ſuperabundantiam, vt quando non poteſt habere pecuniam, hoc alicuius rei propter alienatione & damno, 35

damnum, vt qui ſoluit creditori quod petit ante terminum ſolutionis. Aliàs eſt caſus vſurarum. 22a. q.78.a.3.c.

36 Si venditor rem ſuam intendat vendere carius, non propter tempus tantum, ſed tantum propter damnum, quod ſibi videt imminere ex dilatione perſolutionis recuperandæ, ſeu propter vexationem ſuam rediméndam, quam probabiliter timet futuram ſibi in repetitione debiti ſui propter maliciam, vel impotentiam debitoris, tunc excuſatur à vitio vſuræ, & ſit æquatæ æſtimationis in huiuſmodi contractibus, per recompenſationem damni, vel quando probabiliter timetur hæc in credentia accidere. Et tunc rectitudo huiuſmodi intentionis apparet, quando venditor optaret potius non vendere talibus, quam vendere ad credentiam, & quando libenter iſdaret aliis pro minori pretio incontinenti perſoluendo, quam vendere ad credentiam talibus pro pretio maiori, niſi venditio habeat rationem mutui, 22a.q.78.a.1m.*.7m.

37 Vno autem modo credentia facit contractum vſurarium, ſcilicet quando propter ipſam credentiam, res venditur carius, quam valeat ſimpliciter, vel quàm eſſet valitura probabiliter, tempore ſolutionis, vel etiam ſi tantum ſit valitura veriſimiliter, tamen ipſe venditor, aliàs rem ſuam non venderet, niſi plus acciperet, propter ipſam credentiam, & tunc venditio habet rationem mutui, 22a.q.78.a.7m.

38 De iis autem quæ committuntur bonæ fidei alicuius ad lucrum, mihi videtur dicendum, quòd aut commiſſio fit pecuniæ, vel alterius rei, ita quòd transfertur in toto vel in parte rei commiſſæ in poteſtatem eius cui committitur, aut ita fit commiſſio, quòd non transfeat dominium, ſed remanet tota res commiſſa in dominio committentis. Primo modo eſt vitium vſuræ, eo quòd ſperat lucrum iam dare non ſua, quæ iam erat tranſlata per commiſſionem in dominium alterius. Et in hoc commiſſio aſſimilatur mutuo. Sed ſecundo modo poteſt ſperari lucrum, ſine vitio vſuræ: quia tunc commiſſa eſt pecunia vel res alia, ſicut ſeruo miniſtro, qui de re domini negociatur ad vtilitatem domini ſui. Et ideo committens poteſt ſperare lucrum, ſicut ex re ſua, & ſic lucrum non accedit furti, nec poſſidetur ſine iuſto titulo, quia ſicut res propriæ partum recipit, non tamen partum numiſmaris ex numiſmate immediatè, ſed partum ipſarum rerum quæ per numiſmata ſua ſunt acquiſitæ iuſta commutatione, 22a.q.78.a.5m.

39 In toto vel in parte ideo dictum eſt, quia ſi aliquis committit centum alicui, ita quòd medietatem ei mutuet, & aliam medietatem ſuo retineat dominio, ita tamen quòd de illis centum debeat negociari ad lucrum ille cui committitur, dico quòd hoc lucrum iam habet vitium vſuræ propter hoc, quòd non tantum ex re commiſſa ſperatur lucrum, ſed etiam pariter ex re mutuata & commiſſa, 22a.q.78.a.1m.*.5m.

40 Dare autem pecuniam mercatori vel artifici per modum ſocietatis, cum pacto vel ſpe lucri, ita quòd cum periculo ipſius committentis mercator de ea negociatur, vel artifex operatur, licitum eſt, non autem in mutuo, 22a.q.78.a.5m.

41 Dans vero pecuniam vſurario, vt vſuras exerceat, vel vt copioſius exerceat, peccat: non autem ſi det pecuniam vt tutius ſeruetur, 22a.q.78.4.1m.

42 Ad hæc dicendum, quòd in huiuſmodi, aliud eſt vitare damnum, & aliud eſt ſperare lucrum, quia primum licet, non autem ſecundum, 22a.q.78.2.c.

43 Quædam in conſuetudinem deducta, habentur pro iuſtis legibus, quæ magis deberent dici corruptelæ permiſſæ, quàm conſuetudines approbatæ. Et hoc videmus in hac materia vſurarum ſecundum regiones & ciuitates diuerſas quantum ad pupillorum & orphanorum tutelam. Vnde dico, quòd non poſſunt pupilli, quando ſciunt veritatem, retinere ſuperabundantias ſuarum rerum per vſuram acquiſitas. 22a q.108.3.2m.

44 Vſurarius tenetur reſtituere, quicquid accepit de vſuris, & fructus, & intereſſe, non autem quæ lucratus eſt, cum eis etiam emendo poſſeſſiones 22a.q.78.3.c.

45 Lex diuina iubet reſtitutionem vſurarum fieri, ſicut & rapinarum. Et voco legem diuinam, quæ in canone ſacræ ſcripturæ, & in decretis ſanctorum patrum, & conciliis continetur, quia ius diuinum eſt quod diuinitus promulgatur, 22a.q.57.a.2.1m.

46 Debet tamen fieri huiuſmodi reſtitutio vſurarum caute, ne cum ſcandalo fiat perſonarum prædictarum, 22a.q.62.a.6.2m.

47 Ex præcepto etiam iuris naturalis habemus, quòd quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos illis eadem faciatis. Sed nulla voluntate vult ſpoliatus re propria per vſuram, vt ſpoliator ei reſtituat. Quare ſimiliter ſpoliator debet iuſte reſtituere ſpoliato, 12a.q.90.1.3m.

48 Vxor etiam non poteſt licite reſtituere vſuras, nolente marito, & adhuc viuente, cum vxor non ſit domina rerum, ſed tantum vir. Eſt tamen ad generationem coniuncta viro in adiutorium, & in vſum rerum. Quare ſicut non poteſt alienare res viri, ipſo nó volente, ita nec aliena viri, poteſt reſtituere, ipſo nolente, 1a.q.92.1.c. princ. *.q.98.2 b.2.

49 Si vero vt participes ſunt tantum liberi, aut filii ſcienter, aut ignoranter, ſi ſcienter, tunc iterum poteſt fieri iuſte dupliciter, ſ. aut pro neceſſitate corporali. ſ. quando aliàs commode non poteſt inuenire remedium vitæ ſicut accidit pauperibus mendicantibus, & ſic aliquando etiam per hoc poſſunt excuſari filii & filiæ, in domo parentum vſurariorum qui aliàs nequeunt victum ſibi neceſſarium inuenire, & ſimiliter vxor ea dem neceſſitate poteſt excuſari, 22a.q.32.7.3m.

fautores & defenſores, qui fouent vſurarios & defendunt in exercitio ſœnerandi, ſicut aliquæ ciuitates, & aliqui principes fouent & defendunt huiuſmodi, qui dicuntur Cruſini, qui aliàs non auderent exercere huiuſmodi actum ſœnerandi, tales fautores & defenſores vſurariorum inquantum huiuſmodi ſunt tantum, non tenentur ad reſtitutionem alicuius, niſi inquantum ſunt participes lucri, ſ. quia propter hoc ſunt fautores vel defenſores, vt ab vſurariis aliquam portionem recipiant, tamen in hoc etiam peccant contra Deum etiam quantumcunque vtilitatem regionis vel ciuitatis intendant, quia fouent peccatores in peccatis ſuis, 22a.q.78.4.1m. 50

Nec eſt ſimile de illis quorum auctoritate circa vſurarios fit aliquid, & de iis qui fouent & defendunt, & accipiunt vt actores: quia illi ſunt cauſa per ſe actus mali, iſti vero non ſunt cauſa ipſius actus mali, ſed accidentium ipſi actui ad eius conſeruationem, & ſauctum ampliorem, 22a.q.78.4.c. 51

Sed maiori iuſtitia reſtituenda ſunt ablata, quam debita ſint ſoluenda, cum in hoc impleatur iuſtitia, tollens iniuriam factam Deo & proximo: ſed in ſolutione debitorum nulla tollitur iniuria, ſed tantum ſoluitur iuſtitia, quare ſecundum hoc videntur prius reſtituenda ablata, quam ſoluenda debita, reſtitutio enim præfertur etiam ſubuentioni parentum, niſi in extrema neceſſitate. 22a. q.31.3.5m.*.q.32.7.3m.*.q.60.5.4m.*.q.62.6.2m. 52

Si vnus ſit diues, & alter pauper & plus indigens his de quibus reſtitutio facienda eſt & æqualiter ſit clarum in vtroque, adhuc prius pauperi poteſt reſtitutio vſurarum iuſte fieri, quàm diuiti, eo quòd plus læſus eſt in ablatione ſuorum, & quia plus indiget, 22a.q.31.3.3m.*.q.32.7.1m.*.q.62.5.2m.*.q.62.5.2m. 53

Quod autem in lege ſcriptum eſt de duplo, quadruplo, & quintuplo, non habet locum in vſuris, ſed tantum in furto vel rapina, eo quòd huiuſmodi vſuræ non deſtruunt bonum reipublicæ de ſua ratione, ſicut faciunt furta & rapinæ, ſed tantum corrumpunt bonum perſonale, ſiue fraternum bonum, & hoc non inferendo malum, ſed tantum non faciendo bene fratri debitum: & de his aliàs ſcripſimus in ſeptimo præcepto decalogi diffuſiue. 22a.q.62.3.2m. 54

Si ergo aliquod lucrum prouenit vſurario, vltra rem, & rei vſum naturalem, ex propria operatione & ſolertia eius, in quo non eſt alius damnificatus, dico ſine præiudicio, quòd non tenetur reſtituere homini huiuſmodi lucrum, 22a q.78.3.c. 55

¶ Vſus rationis quandoque totaliter aufertur ex omnia paſſione, ſicut ex amore vel ira inſanientis, & tunc talis paſſio ſi à principio fuit voluntaria & non naturalis, imputatur actus ad peccatum: quandoque vero paſſio non totaliter intercipit vſum rationis, & tunc ratio poteſt paſſionem excludere, diuertendo ad alias cogitationes, vel dulendo, vel impediendo, vnde talis paſſio non totaliter excuſat à peccato, ſi ratio non ei prohibeat, 1a.q.6.3.c.3m.*.q.150.4.1m.*q.156.3.1m.*.q.157.2.3m.* 12a.q.77.1.a.7.c.*.q.78.2.3m.*.q.80.3.2m.*.22a q.6.3.c.1m.*.q.156.1m.*.q.175.a.2m. 1

Vſus pecuniæ duplex, ſ. ad ſe, & ad alios, primus pertinet ad expenſas ſeu ſumptus, ſecundus vero ad dationes. 22a.q.117.2.2m. 2

Vſus pecuniæ pertinens ad vſurarios duplex, ſ. principalis, qui eſt diſtractio eius, pro quo nihil vltra poteſt accipi, & ſecundarius, ſ. vel ad oſtentationem, vel in pignus, pro quo aliquid vltra poteſt accipi, 22a.q.78.1.6m. 3

Nihil vltra valorem rei, ſperare debet mutuans ex vſu rei mutuatæ, quia ratione ſubſtantiæ transfertur mutuum, & non ratione vſus, ſed aliter eſt in accommodatis & locatis ad vſum, 22a q.78.1.6m. 4

¶ Vti ſumitur dupliciter, ſcilicet cauſaliter, & conſecutiue, 12a.q.91.1.2m. 5

¶ Vti. Large comprehendit ſub ſe frui. 12a.q.39.8.c. 1

Vti importat applicationem rei ad aliquam operationem, quæ etiam dicitur vſus eius, 12a.q.16.2.2.c. 2

Vti eſt actus voluntatis. 12a.q.16.1.c.*.q.24.3.c. 3

Vti eſt actus voluntatis vt primi mouentis, ipſius intellectus vt dirigentis, aliarum vero potentiarum vt exequentium 12a.q.16.1.c.* q.17.1.c. 4

Vti proprie eſt actus voluntatis vt principalis, non autem aliarum potentiarum niſi inſtrumentaliter, 12a.q.16.1.0. 5

Vti aliquo dicitur dupliciter, ſ. vt forma quæ eſt principium vſus, & vt obiecto, & ſic aliquis male vtitur gratia & virtutibus, non autem primo modo, 12a.q.55.4.5m.*.22a.q.10.1.2m.*.3a.q.30.4.2m. 6

Vti eſt ſemper eorum quæ ſunt ad finem, non autem ipſius finis, niſi inquantum refertur in fruitionem eius 12a.q.16.3.c. 7

In cultu Dei oportet non nulis quibuſdam corporalibus actibus vt adoratione corporali & huiuſmodi, non quidem propter Deum, ſed propter nos, vt ſ. eis tanquam quibuſdam ſignis excitationibus, excitemur ad ſpirituales actus interiores, 12a.q.101.2.c.1m. 8

Vti peccato alterius ad bonum, eſt licitum, quia Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonum, ſed non licet inducere aliquem ad peccatum. 22a.q.78.4.c. 9

Vti non conuenit brutis, ſed tantum rationalibus. 12a.q.11.2.4m.*.q.16.2.0. 10

Vti eſt nobilius quàm frui, quo ad viam apprehenſiuam præcedentem, ſed eſt econuerſo, quo ad obiectum, quia finis, in quo terminatur appetitus, eſt appetibile abſolute, vti vero, in ordine ad alterum, 12a.q.16.2.1m. 11

Vti eius quod eſt ad finem ſecundum quod eſt in conſideratione rationis a referentis illud in finem, eſt prius electione, ſed eſt econuerſo ſecundum 12

dum quòd voluntati potentias executiuas mouet. 12ª. q. 16. 4. c.
1 ¶ Vtile, dicitur dupliciter, ſ. ſicut via ad finem, vt meritum ad beatitudinem. & ſicut pars ad totum, vt miniſteria angelorum beatitudinem eorum, 1ª. q. 62. 6. 2m.
2 Bonitas in ordine ad finem, vtilitas vocatur, 12ª. q. 7. 2. 1m.
3 Vtilia, dicuntur quæ ſunt accommoda ad aliquem finem, & vtilitas, quandoque vſus nominatur, 12ª. q. 16. 3. c.
4 Facere aliquid ad vtilitatem communem quod nulli nocet, eſt licitum cuilibet perſonæ priuatæ, non autem ſi nocet, niſi ex auctoritate publica, 22ª. q. 64. 3. 3m.
5 Diſpenſationes ſpiritualium, principalius ordinantur ad vtilitatem communem, 22ª. q. 63. 2. c.
6 Exhibitio eorum quæ dantur alicui propter vtilitatem, tanto eſt laudabilior, quanto magis indiget. ſed Deo nihil exhibetur propter vtilitatem eius, ſed propter gloriam eius, & propter vtilitatem noſtrã. 22ª. q. 81. 6. 2m. *. 7. c.
¶ Vulpes eſt naturaliter doloſa, ſed hoc non eſt ei malum, 1ª. q. 63. 4. 3m.
¶ Vultur ſignificat eos, qui mortes & ſeditiones hominum affectant, vt inde lucrentur. 12ª. q. 102 6. 1m.
1 ¶ Vxor. *. In lege Moyſis, licebat ex diſpenſatione Dei dimittere vxorem, licet communius teneatur quòd non. ſed quòd permittebatur vt minus malum, quàm vxoricidium, ad quod proni erant Iudæi, nec puniebantur temporaliter, 12ª. q. 105. 4. 8m.
2 Cauſæ repudij ſcribebantur in libello, in generali tantum, non quidem vt iuſtum appareat, ſed vt habeat licentiam nubendi alteri, ſecundũ Ioſephum, vel vt ex mora & ex conſilio ſcribarum, impediretur, ſecundum Auguſtinum, 12ª. q. 105. 2. 2m.
Nõ licet viro propria auctoritate ſine teſtu pœnæ æternæ occidere vxorem adulteram. poteſt tamen zelo iuſtitiæ eam iudicialiter accuſare, vt in eam animaduertatur. Suppl. q. 60. 1. c. 3
Vir qui vxorem occiderit, aliam ex ſtatuto eccleſiæ ducere non poteſt, niſi id ſibi ab eccleſia permiſſum fuerit vitandæ fornicationis cauſa, ſi vero ſine tali diſpenſatione matrimonium contraxerit, non dirimetur, niſi eam, cum qua prius mœchabatur, duxerit. Suppl. q. 60. 2. c. 4

Z

¶ Zacharias petens ſignum ab angelo, peccauit per incredulitatẽ, propter quam punitus fuit, 22ª. q. 97. 3. 3m.
¶ Zacheus non tenebatur reddere quadruplum, ſed hoc dixit, volens ſupererogare, 12ª. q. 62. 3. 2m.
¶ Zelotypia oritur ex amore, non patiente cõſortium in re amata, 12ª q. 28. 4. c.
¶ Zelus eſt amor intenſus, non patiens conſortium in ea amata, 12ª. q. 28. 4. c. 1
Zelus triplex, ſcilicet coniugis, inuidiæ, & amicitiæ, ſcilicet Dei & proximi, 12ª. q. 28. 4. c. 2
Zelus. Nemeſis, inuidia, & miſericordia, pertinent ad idem genus paſſionum, ſcilicet ad triſtitiam, de bonis, vel malis proximi, ſed diuerſimode, 22ª. q. 36. 1. c. 3
Zelus circa bona honeſta, eſt laudabilis, ſed zelus circa tẽporalia, eſt cum peccato, licet aliquando ſit ſine peccato, 22ª. q. 36. 2. c. 4
Inuidia ſumitur aliquando, pro zelo, 22ª. q. 36. 2. 1m. 5
Contentio & zelus, ſunt tantum in carnalibus hominibus, & citum circa bona corporalia, . 2ª. q 28. 4. 2m. 6

F I N I S.

INDEX QVARTVS IN SVMMA S. THOMAE, INDICANS CLAram & ſolidam refutationem præcipuorum Dogmatum quæ hodie ab hæreticis aſſeruntur, plurimum in hac ſecunda Plantiniana editione locupletatus.

ABſoluere à peccatis poteſt ſolus ſacerdos Suppl.q 19.3.0.
Abſoluere quemlibet non poteſt quiuis ſacerdos Suppl.q.20. t.
Abſolutio quid in pœnitente præſequirat 3ª.q. 10.
Abſoluens ſacerdos vere remittit. Suppl.q. 18.1.& 3ª.par. q. 84.3. 3^{m}.4^{m}. & 1^{m}.
Animas ante extremum iudicium eſſe beatas. 1ª.q.95.2.2^{m}. 22ª.q.18.1.2^{m}. q 83.11.3ª.q.52.5 q.59.5 1^{m} Sup.q.69.
Aqua benedicta.3ª.q. 5.1.& q.71.e.
Baptiſmus eſt ſacramentum maximæ neceſſitatis.3ª.q.68.ar.1.& 2.
Baptizandos eſſe pueros 3ª.q 68.9 q.69.8.
Baptiſmum non eſſe iterandum 3ª q 66 9.0.
Baptiſmo auferri omnia peccata.3ª.q.69.1.
Bellum gerere licet, imo meritorium, eſt præſertim quando ſuſcipitur pro veritate fidei ac defenſione Chriſtianorum,22.q 40.ar.1 0.& 1 arg.4.
Cerimonias recte adhiberi in eccleſia Dei.3ª.q.56.10.& q 83.5.0.& 12.q. 103.4.&.
Abſtinentia à certo cibo, vt à carnibus, ouis, & lacticiniis, ieiunantibus laudabiliter indicitur.22 q.147.8.0.
Chriſtus verum corpus & animam intellectiuam aſſumpſit idque ex B.Virgine Maria.3ª q.5.0 & q 31.ar.4.& 5.
Clauium effectus eſt remittere & ligare.Suppl.q.18.
Poteſtatem clauium etiam efficaciter exerceri à malis ſacerdotibus, modo illis ſint ſubditi Sup.q.19.5.& 6.
Concupiſcentiæ reatum auferri baptiſmus.3ª.q 69.1 2.
Confeſſio ſacerdoti facienda eſt iure diuino. Suppl. q.6.ar.1.2.& 3.& q.7. ar.1.
Confitenda eſſe omnia mortalia Suppl q 9.ar 2.
Confirmationem eſſe ſacramentum.3ª.q.72.1.
Confirmationem habere ſacri olei vnctionem.3ª.q.72.4.
Solus Epiſcopus eſt ſanctæ confirmationis ordinarius miniſter, & non quiuis ſimplex ſacerdos 3ª.q.72.ar.11.
Contritio eſt actus virtutis Suppl.q.1 ar 2.
Deum non eſſe auctorem peccati.1ª.q 49.2.22ª. q.79. ar.1.& 2.potiſſimum.
Epiſcopos eſſe presbyteris ſuperiores.22. q.184.6.1^{m}.& Suppl.q.40.4 0.& 22 q. 88 3 3^{m}.
Epiſcoporum ſtatum eſſe perfectum 22 q. 184.5 6.& 7.
In Euchariſtiæ ſacramento non remanere ſubſtantiam panis & vini 3ª.q.75. 2. Sed conuerti in corpus & ſanguinem Domini. 3ª.q.75.
Idque non fide ſuſcipientis, ſed virtute verborum ſacerdotis.3ª.q.78.2.
Totum Chriſtum contineri ſub qualibet ſpecie & ſub ſingulis cuiuſque ſpeciei partibus.3ª.q 76 ar.2.& 3.
Sumendum eſſe à laicis Chriſtum tantum ſub ſpecie panis 3ª. q.80. artic. 12.0.
Euchariſtiam recte in ſacrario reſeruari, atque ad infirmos honorifice deferri.3ª.q.83.5.11^{m}.
Excommunicatio eſt legitima eccleſiæ poteſtas.Sup q.21.& ſeq.
Exorciſmum adhibendum eſſe ante baptiſmum. 3ª.q.71.2 0.
Extrema vnctio eſt ſacramentum nouæ legis. Suppl.q.29.1.
Extrema vnctio à Chriſto eſt inſtituta Suppl.q.29.3 0.
Sacram infirmorum vnctionem remittere peccata & alleuiare infirmũ. Suppl q.30 1 0.
De fide 22ª q.10 1.4.4^{m}.22ª q.122.2.& 140.5.e. & q 40.ar 4.
Fide credenda eſſe quæ nobis ſunt euangeliſtis, & à Conciliis & Pontifice data.22.q 1.ar.9 & 10 & q 5.ar.3.
Quæ ſit fides iuſtificans 12.q.113 4.e & 3^{m}.
Fidem non tolli aut amitti, amiſſa per peccatum gratia, ſed veram fidem remanere.12ª.q.4.ar 4.0.& q.15.5.1^{m}.& q.24.12.4^{m}.
Sola fide non dimitti peccata. 3ª.q.49.1.5^{m}.
Actum fidei ſine charitate non eſſe meritorium.12ª q.114.ar.4.3^{m}. præcipue 22ª q.2.9.
Gratiam dari etiam non prædeſtinatis.1ª.q.23.e. 1^{m}.& q. 24. 3 0.& 22ª.q. 24.11.
Requiri ex parte hominis aliquam præparationem ſiue diſpoſitionem ad gratiam ſiue iuſtitiam.12ª q.112.2 & q.113.3.
Neminem niſi per reuelationem cognoſcere poſſe ſe eſſe in gratia aut iuſtitia conſtitutum 12ª.q. 112.5.0.
Ieiunium non eſt contra libertatem fidelium,22 q.147.3.3^{m}.præcipue.
Ad ieiunium eccleſiæ obſeruantiam communiter omnes ligari, niſi rationale impedimentum eis adſuerit 22.q 147.ar 3 & 4.
Quatuor tempora vna cum quadrageſima eſſe ieiunanda. 22.q.147.5.
Ieiunandas eſſe vigilias præcipuarum feſtiuitatum,22 q.147.5.e.
Imagines Chriſti & ſanctorum eſſe in eccleſia,22.q. 94 ar.1.4^{m}.
Imago Chriſti & ſanctorum adoranda 3ª.q.25 3.
Indulgentiæ quid valeant. Suppl q 25.
Iuſtificatio impij conſiſtit in remiſſione culpæ & infuſione gratiæ ac iuſtitiæ atque deteſtatione peccati.12.q.113.ar.1.& 2 & 5 0.
Iuſtos poſſe peccare & Spiritum ſanctum amittere.1ª.q.20.4.5^{m}.12ª.q.106. 2.2^{m}.22ª.q.24.11.& q.189.10.1^{m}.& 3ª.q.22.3.2^{m}.
Iuſtificatum non ſolum teneri ad credendum, ſed etiam ad præcepta Dei & eccleſiæ obſeruanda.12ª q.71.6.4^{m}.& 96.5.0.& q. 98.5.e.pem.& q.100. 10. 1^{m}.
Iuſtificato præcepta non eſſe ad obſeruandum impoſſibilia. 12ª. q. 109. ar. 4.arg.1.& 22ª.q.3ª.2.1^{m} & 6.arg.1.& 12 q 44.ar 6 arg.1.
Lex humana obliget in foro conſcientiæ. 12.q 96.ar.4.& 22.q.12 ar.2.
Liberum habet homo arbitrium.1ª.q.83.1.
B.Maria eſt vere mater Chriſti, & proinde etiam vera mater Dei dicenda eſt. 3ª.q 35.1.& 4.
B Maria præ cæteris ſanctis omnibus honoranda & adoranda, cultu ſcilicet hyperduliæ.3ª q 25.5.e.& 2^{m}.
D.B.Maria tenet eccleſia nullum vnquam actuale peccatum, ne veniale quidem ab ea admiſſum eſſe. 3ª.q 27.4.0.
Matrimonium eſt ſacramentum nouæ legis.Suppl.q.42.
Matrimonium non eſſe nunc hominibus præceptum 22.q.152 2 1^{m}.
Clericos in ſacris ordinibus conſtitutos vel regulares caſtitatem ſolenniter profeſſos non poſſe matrimonium contrahere contractumque ab eis validum non eſſe Suppl.q. 53.0 & 22.q.88.ar.11.
Adulterio non diſſolui matrimonium. Suppl.q.62 .0.
Miracula non eſſe dæmonum præſtigias.22.q.178.& 3ª.q.43.2. 3^{m}.
Miſſæ ſacrificium.22.q.85.& 3ª.q 83.
Miſſæ canonem & cætera quæ in eadem dicuntur, maximam pietatem ac ſanctitatem redolere, mentes ad reuerentiam in Deum erigere. 3ª. q. 83. 4.0.
Miſſæ ſacrificium eſſe offerendum in domibus & vaſis ad hoc conſecratis.3ª q.83 .3.0.
Miſſæ cerimonias eſſe admodum conuenientes. 3ª q.83 5.0.
Non neceſſitate omnia euenire 1ª.q.19.8.0 & q.22.4 & 12ª.q.10.ar.4.
Opera noſtra omnia non eſſe peccata.12ª q.18 9.19.& q.20.
Opera bona eſſe meritoria vitæ æternæ.12.q.114.4.0.
Opera bona promereri augmentum charitatis & gratiæ. 12.q.114.8.
Bona opera requiri ad beatitudinem conſequendam.12.q .ar.7. 0.
Recte ſpe præmii & timore pœnarum Deum à nobis diligi atque coli. 22ª. q. 27. .0.
Orandos eſſe ſanctos.22 q.83. 4.Suppl q.72.
Orandum pro mortuis. Suppl.q.71.
Ordo eſt ſacramentum nouæ legis. Suppl.q.34. 0.
Ordinis ſacramento conſtitui peculiares in eccleſia Dei ſacerdotes. Suppl. q 34.
Soli epiſcopi habent poteſtatem ordinandi Suppl.38 ar 1.
Originali peccato infectos naſci infantes.12.q.81.1.0.& 3 0.
Paruulos Chriſtianorum non naſci filios Dei 12.q.81 3. 2^{m}.
Pœnitentiam eſſe ſacramentum, idque nouæ legis. 3ª.q.84.1.& 7.
Pœnitentiam eſſe ſecundam poſt naufragium tabulam 3ª q.84.6.0.
Pœnitentiæ ſacramentum eſſe omnibus relapſis ad ſalutem neceſſarium. 3ª. q.84 .0.
Verba Domini, Accipite Spiritum ſanctum Quorum remiſeritis peccata &c. eſſe intelligenda de poteſtate remittendi & retinendi peccata. 3ª. q. 84. 2.3^{m}.
In ſacramento pœnitentiæ non totam pœnam ſimul cum culpa remitti, ſed virtute clauium ſublata pœna æterna, pœnam temporalem pleruncque ſoluendam remanere. 3ª.q.86. .0.
Tres eſſe partes pœnitentiæ. 3ª q.90.0.
De primatu Petri. Suppl.q 40. & 22 2 39.e ſ & 3ª q.8 .ar.6.e.
Omnes illos ſchiſmaticos eſſe qui ſummo Pontifici ſubeſſe renuunt. 22. q. 39.e.ſ & Suppl.q. 40 6.
Pontificis eſt fidei ſymbolum ordinare, exortaſque hæreſes refutare. 22ª.q. 1ª ar.10.
Ad ſummum Pontificem pertinet ſynodum conuocare, & eius ſententiam confirmare.22.q. 1ª.ar.10.e. ſ.& 2^{m}.
Summum Pontificem gerere plenarie vicem Chriſti in tota eccleſia, ideoque habere plenitudinem poteſtatis diſpenſandi in omnibus diſpenſabilibus votis.22 q.88.12.3^{m}.
Purgatorium eſſe animarum, eaſque viuorum ſuffragiis adiuuari. Sup. q.69. ar 7.0.& q.71.& 3ª q.52.8.22ª.q 83.ar.11.3^{m}.
Religioſorum ſtatum eſſe perfectum, 22.q.186.
Reliquiæ ſanctorum ſunt honorandæ 3ª q.25.ar.6.
Sacramenta eſſe ad ſalutem neceſſaria.3ª.q 65 1.
Sacramenta conferre gratiam.3ª.q.62.
Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem. .65.1.
In tribus Sacramentis imprimi characterem.3ª.q. 63.1.& 6.
Sanctos qui ſunt in patria, orare pro nobis,22 q 83.ar.11.0.
Scripturam ſacram eſſe obſcuram & difficilem. 1ª.q.1ª.ar.9.2^{m}.& 22ª.q.1ª ar.9.1.
Templa erigi Deo in honorem ſanctorum.22 q 85.e.3^{m}.
Timor ſeruilis bonus eſt & à Spiritu ſancto profectus, 22.q.19.4.
Virginitas eſt virtus excellentior matrimonio,22.q.152.4.
Voti obligatio 22.q 88.
Vota virginitatis & paupertatis recte & vtiliter Deo fieri,22.q.88 4.

INDEX

INDEX QVINTVS QVI EARVM EST RERVM ET EIVS GENERIS

Doctrinarum, quæ erudite & pie à S. Thoma in ſumma varijs locis tractata, rectè vtiliterque ad ſingulorum Dominicorum atque aliorum feſtorum dierum Epiſtolæ Euangelijque explicationem, à verbi diuini concionatoribus adhiberi, poſſunt, decuplo nunc quàm antehac locupletior.

Prior numerus, partem: poſterior, quæſtionem indicat.

Dominica 1ª. Aduentus, Epiſt. Rom. 13.

Cum credidimus.] De fide. 22ª q. 1ª. & ſequentibus.
An credere ſit neceſſarium ad ſalutem. 22ª. q. 2. ar. 1. o.
An credibilia ſint per certos articulos diſtinguenda. 22ª q. 1ª. ar. 6.
An hi articuli fidei conuenienter enumerentur 22ª. q. 1. ar. 8.
An conuenienter in ſymbolo fidei ponantur, vbi 8 ar. 9.
Fide credenda eſſe quæ nobis ſunt euangelizata, & a Concilijs atque Pontefice definita. 22ª. q. 1. 9. 10. & q. 11.
Nox præceſſit.] De veteri & noua lege. 12ª. q. 101.
Nō in comeſſationib. & ebrietatib.] De gula. 22. q. 148. de ebrietate. 22. q. 150.
Nō in cubilibus & impudicitiis.] De caſtitate 22. q. 151. De luxuria. 22. q. 151.
In contentione & æmulatione.] De diſcordia. 22. q. 37. De contentione. 22. q. 38. De inuidia. 22. q. 36.
Induimini Dominum Ieſum.] Quomodo quis dicatur induere Chriſtum. 3ª. q. 69. 9. 1m.

Euangel. Matth. 21.

Ecce rex tuus venit tibi.] De aduentu Chriſti in carnem. 3ª. q. 1ª. & ſeq. Vtrū pro redemptione generis humani fuerit neceſſarium Deum incarnari. 3ª. q. 1. ar. 2.
Verum ſi homo non peccaſſet, Deus incarnatus fuiſſet. 3ª. q. 1. ar. 3. De cauſa efficiente paſsionem Chriſti. 3ª. q. 47.
Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ ſequebantur.] Cur vtraque turba, & præcedens & ſubſequens Chriſtum, clamabat oſanna. 3ª. q. 45. 3. c.

Dominica 2ª. Epiſt. Rom. 15.

Quæcunque ſcripta ſunt.] De neceſsitate ſacræ ſcripturæ, eiuſque natura, qualitate, atque ſenſu. 1ª. q. 1ª o.
An ſcriptura ſacra ex omni ſui parte ſit vera. 22. q. 110. 3. 1m.
Sapere in alterutrum.] De diſcordia fugienda. 22. q. 8.
Chriſtum miniſtrum fuiſſe circumciſionis.] An ergo Chriſtus ſolis Iudæis & non gentibus debuerit prædicare. 3ª. q. 42. 2. o.
Gentes autem ſuper miſericordia honorare.] An ergo conuerſio Iudæorū ſit attribuenda tantum iuſtitiæ & veritati, gentium autem ſoli miſericordiæ Dei. 1ª. q. 21. 4. 2m.

Euangel. Luc. 21.

Erunt ſigna in ſole.] De ſignis quę præcedent iudiciū. Sup. q. 73. Quomodo ſol & luna & ſtellæ dicantur non dare lumen ſuum. Suppl. q. 73. 2. o.
Nam virtutes cęlorum mouebuntur.] Quomodo virtutes cælorum Domino veniente commouebuntur. Suppl. q. 73. 3. o.
Filium hominis venientem.] De iudicio generali. Supp. q. 88. 89. & 90. & 3ª. q. 59. 5. De poteſtate iudiciaria. 3ª. q. 59. An iudiciaria poteſtas ſit ſpecialis attribuenda Chriſto. 3ª. q. 59. 1. An hæc ſe extendat ad omnes res humanas & angelicas. 3ª. q. 59. 4. & 6.
Cum poteſtate magna.] An reprobi videntes hanc poteſtatem cognoſcent eum eſſe Deum. Suppl. q. 90. 3. Vide Euangelium in die animarum.

Dominica 3ª. Aduentus Epiſt. 1. Corinth. 4.

Vt miniſtros Chriſti.] De ſacramento ordinis. Suppl. q. 34. & ſeq. De diſcrimine, poteſtate, ac priuilegijs epiſcoporum ad ſacerdotum. Suppl. q. 40. 6. & 22. q. 184. 4. 2m. præcipue.
Hic iam quæritur.] De iudicio, præſertim temerario, vitādo. 22. q. 60. 2. & 3.
Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.] An homo non poſsit ſcire ſe habere gratiam. 12ª. q. 112. 5. o.
Illuminabit abſcondita. De libro vitæ. 1ª. q. 24.
An poſt reſurrectionem cognoſcet quilibet omnia peccata quæ fecit. Supp. q. 87. 1. o. An quilibet poterit tūc legere quæ ſunt in conſcientia alterius. Suppl. q. 87. 2. o.

Euang. Matth. 11.

Tu es qui venturus.] An Ioannes dubitauerit Chriſtum eſſe verum Meſſiam promiſſum in lege & prophetis 22. q. 2. ar. 7. 2m.
Qui non fuerit ſcandalizatus.] De fide. 22. q. 1. & ſeq.
De fide recta & charitate formata. 22. q. 4. ar.
An explicitè credere myſterium Chriſti non ſit de neceſsitate ſalutis. 22. q. 2. ar. 7. o.
Hominem mollibus veſtitum.] An circa exteriorem cultum poſsit eſſe virtus & vitium. 22ª. q. 169. 1. o.
An prælati eccleſiæ & ſacerdotes peccent vtendo pretioſis veſtibus, præſertim in miniſterio altaris. 22. q. 169. 1. 2m.
An religioſi mendicantes & religioſi alij peccent vtendo veſtibus vilioribus vbi ſuprà.
An ornatus mulierum ſemper ſit cum peccato mortali. 22. q. 169. 2.
An mulieres ſine peccato nudatis capillis poſsint incedere 22. q. 169. 2. c.
An mulieres poſsint vti figmentis in facie ad ſe colorandum abſque peccato, 22. q. 169. 2. 2m.
An liceat mulieri vti veſte virili, vel è contra. vbi ſ. ar. 2. 3m.
De cultu exteriori vide plura in Euang. Dominicæ . poſt 8am pentecoſt.
Et pluſquam prophetam.] An Ioannes fuerit excellentior propheta quam Moyſes. 22. q. 174. 4. 3m.
Quomodo B. Ioannes fuerit pluſquam propheta. 3ª. q. 38. 1. 2m.
Qui præparabit viam tuam ante te.] Quomodo Ioannes præparauerit viā Domini Chriſti. 3ª. q. 38. 1. o. 2. 2m. 3 o.

Dominica 4. Aduentus, Epiſt. ad Phil. 4.

Gaudete.] De gaudio. 22. q. 28. o. De vitijs gaudio oppoſitis 22. q. 35. & 36.
Modeſtia veſtra.] De modeſtia. 22. q. 160. De ſpeciebus modeſtiæ. 22. q. 161. & ſeq.
Dominus enim propè eſt.] Quomodo Deus dicatur eſſe vbique & in omnibus rebus per eſſentiam, potentiam, & præſentiam. 1ª. q. 8. ar. 2. & 3.
Quomodo ſpecialiter dicatur eſſe in rationali creatura 1ª. q. 8. 3. c.
Quomodo dicatur ſpecialiter eſſe in ſanctis. 1ª. q. 3. c. & 4m.
In omni oratione.] De oratione. 22. q. 83.
Nihil ſolliciti ſitis.] An illicitum ſit habere ſollicitudinem de temporalibus rebus. 22. q. 55. 6. o.
An aliquis debeat ſollicitus eſſe futurorum. 22. q. 55. 7. o. Vide Euang. Dominicæ. 15ª. poſt 8am. Pentecoſt.
Et pax.] De pace. 22. q. 29. o.

Euang. Ioannis. 1.

Et confeſſus eſt & non negauit.] de humilitate. 22. q. 161.
De gradibus humilitatis. vbi ſupr. ar. vlt.
De virtute veritatis, id eſt veracitatis. 22ª. q. 109. o.
De mendacio. 22ª. q. 110. An mendacium ſit peccatum. 22ª. q. 110. 3. o.
Quid ergo baptizas.] De Bapti ſmo Ioannis. 3ª. q. 38.
De baptiſmi ſacramento. 3ª. q. 68. De lege & gratia. 12ª. q. 109.
Neque Propheta.] De prophetia. 22. q. 171. & ſeq.
Cuius ego non ſum dignus.] De perfectione Dei. 1ª. q. 4. o.
An ea quæ ſunt humanæ naturæ in Chriſto poſsint dici de homine Chriſto, & contra. 3ª. q. 16. o. & præcipue ar. 4.

In die Natiuitatis Chriſti, Epiſt Tit. 3.

Apparuit benignitas & humanitas.] De infinita Dei bonitate. 1ª. q. 6. & q. 7. & 3ª. q. 1ª. ar. 2.
Non ex operibus quæ fecimus nos.] An ergo homo non poſsit mereri vitam æternam 12. q. 114. 3. o.
Sed ſecundum miſericordiam ſuam.] De Dei miſericordia. 1ª. q. 21.
Quomodo vita æterna ſit gratia ſine miſericordia. 12ª. q. 114. 2. 3m.
Quomodo naſcamur omnes filij iræ & peccato obnoxij. 12. q. 81. 1. & 3.
Per lauacrum regenerationis.] Cur Chriſtus voluerit dare hominibus gratiā ſuſceptione ſacramentorum 3ª q. 61. 1. o.
Quomodo baptiſmus dicatur lauacrum regenerationis, 3ª. q. 66. 1. 1m. & ar. 9. c. & 5.

Euang. Luc. 2.

Exiit edictum.] Cur Chriſtum Cæſare Auguſto deſcribente vniuerſum orbem naſci voluit. 3ª. q. 35. 8. 1m.
Cur chriſtus non ſtatim poſt peccatum Adæ incarnatus eſt. 3ª. q. 1. ar. 5.
An non debuerit differre incarnationem vſque ad finem mundi. 3ª. q. 1. ar. 6.
Quæ vocatur Bethlehē.] Cur Chriſtus voluerit in Bethlehē naſci 3ª. q. 35. 7. o.
Cur dicat Propheta: De Sion exhibit lex & verbum Domini de Hieruſalem, cum non ſit natus in Hieruſalem, ſed in Bethlehem. 3ª. q. 35. 7. 1m.
An Chriſtus conuenientius non fuiſſet natus Romæ, quæ erat domina orbis, vt eius ſides innotuiſſet vniuerſo orbi. 3ª. q. 35. 7. 3m.
Maria deſponſata ſibi.] Quare Chriſtus voluit naſci de virgine deſponſata. 3ª. q. 29. 1.
Et peperit filium.] An fuit conueniens naſci Chriſtum temporaliter, qui ab æterno natus erat & perfectus. 3ª. q. 35. 2.
Cur Chriſtus voluit de fœmina naſci. 3ª. q. 31. 4.
An B. Maria ſemper virgo fuerit vera mater Chriſti. 3ª. q. 35. 3.
An poſsit dici Dei mater. 3ª. q. 35. 4.
An in partu dolores aliquos pertulit. 3ª. q. 35. 6.
Primogenitum.] An B. Maria cum Chriſtus dicatur filius eius primogenitus, poſt Chriſtum alios habuerit filios. 3ª. q. 28. 3. 4m.
Et pannis eum inuoluit.] An ibi fuerit aliqua obſtetrix ad leuandum puerū. 3ª. q. 35. 6.

Quia non

Quia non erat ei locus in diuerſorio.] Quorſum Chriſtus voluit egere loco in diuerſorio. 3ª.q.35.7.1m.
Cur Chriſtus in hoc mundo voluerit pauperem vitam ducere, 3ª.q.40.3.c. præcipue.
Et ecce angelus Domini.] An Chriſti natiuitas debuit annuntiari per angelos. 3ª.q.35.2.
Et timuerunt timore magno.] Cur paſtores timuerunt ad aduentum angeli, qui non erat malus. 1ª q.41.3.& q.42.2.
